BEATI

PETRI CANISII,

SOCIETATIS IESU,

EPISTULAE ET ACTA.

VOL. IV.

BEATI
PETRI CANISII,
SOCIETATIS IESU,
EPISTULAE ET ACTA.

COLLEGIT ET ADNOTATIONIBUS ILLUSTRAVIT

OTTO BRAUNSBERGER, W
EIUSDEM SOCIETATIS SACERDOS.

VOLUMEN QUARTUM.
1563—1565.

CUM APPROBATIONE REVMI ARCHIEP. FRIBURG. ET SUPER. ORDINIS.

FRIBURGI BRISGOVIAE.
SUMPTIBUS HERDER,
TYPOGRAPHI EDITORIS PONTIFICII.
MCMV.
VINDOBONAE, ARGENTORATI, MONACHII, S. LUDOVICI AMERICAE.

Cum opus, cui titulus est: *Beati Petri Canisii S. J. Epistulae et Acta, Volumen quartum*, ab *Ottone Braunsberger*, sacerdote Societatis Iesu, compositum, aliqui eiusdem Societatis revisores, quibus id commissum fuit, recognoverint et in lucem edi posse probaverint, facultatem concedimus, ut typis mandetur, si ita iis, ad quos pertinet, videbitur.

In quorum fidem has litteras manu nostra subscriptas et sigillo muneris nostri munitas dedimus.

Exaten, die 27. Sept. 1904.
(L. S.)

P. C. **Schaeffer** S. J.
Prov. Germ. Praepositus.

Imprimatur.

Friburgi Brisgoviae, die 16. Septembris 1905.

✠ **Thomas**, Archiepps.

Protestatio editoris.

Ut legibus ab Urbano VIII. summo pontifice 13. Martii 1625, 5. Iunii 1631 etc. latis ac decretis Sacrae Rituum Congregationis satisfiat, editor profitetur, quaecumque in hoc volumine narrantur de hominum illustrium virtutibus, miraculis, revelationibus, et si quae alia referuntur, quae naturae vim et condicionem excedere videantur, ita se velle intellegi, ut a privata tantum auctoritate profecta et humana tantum fide digna esse censeantur, nisi a sancta ecclesia approbata sint.

Typis Herderianis, Friburgi Brisgoviae.

PRAEFATIO.

Quoniam, quam rationem in his epistulis monumentisque edendis secutus sim et quae eorum summa sit, in „Prooemio“ huius voluminis copiose exponam, nihil, quod hoc loco dicam, habeo, nisi me a multis humanissime adiutum esse, codicibus, libris etc. suppeditatis; inter quos grati animi significandi causa nomino R. P. Franciscum Ehrle S. J., praefectum bibliothecae vaticanae, clar. D. Doctorem Georgium de Laubmann, regiae bibliothecae monacensis directorem, clar. D. Doctorem Franciscum Ludovicum Baumann, archivi regni Bavariae directorem. Multum debeo etiam reverendissimo D. Doctori Nicolao Paulus, et reverendo P. Arsacio Landgraf, ordinis Capucinorum. Saepe, multum, magna caritate mihi adfuit R. P. Ioannes Baptista van Meurs S. J.; alii quoque de Societate Iesu fraternae caritatis officiis me prosecuti sunt, imprimis RR. PP. hagiographi Bollandiani Bruxellis degentes et RR. PP. Bernardus Duhr, Heribertus Thurston, Petrus Tacchi Venturi. Alios in ipso libro suis locis nominabo. His omnibus maximas ago gratias.

Luxemburgo, die 27. Septembris 1905.

Editor.

I.

CONSPECTUS

totius voluminis et index chronologicus epistularum eius.

II.

PROOEMIUM VOLUMINIS QUARTI.

I. Epistularum et monumentorum numerus. II. Editionis ratio. Cur aliquantum immutata. Cur annis 1563 et 1564 m. Ianuarius anni 1565 additus. III. Epistularum et monumentorum genera. IV. Epistulas qui a Canisio acceperint vel ad eum dederint. V. Summa rerum: 1. Concilium tridentinum. 2. Communio sub utraque in Austria et Bavaria. 3. Aliae res ecclesiasticae Bavariae. 4. Societas Iesu universa. 5. Socii in Germania. 6. Canisii difficultates augustanae. 7. Contiones. 8. Libri. 9. Officium praepositi provincialis. 10. Amor in Germanos. 11. Errata. 12. Virtutes et laudes.

Numeri arabici uncis inclusi, qui a capite V. singulis fere sententiis addentur, ostendent, quibus libri paginis singula facta potissimum narrentur.

I. Volumen hoc continet 449 epistulas canisianas, quae ab ineunte m. Ianuario 1563 usque ad exeuntem m. Ianuarium 1565 datae sunt, et 200 „monumenta" sive „acta" eiusdem temporis. Epistularum autem nomine in hoc opere etiam „regesta", quae vocant, sive epistularum, quae vel perierunt vel minoris momenti sunt, summae breves comprehenduntur; atque in hoc volumine plus 215 epistulae comparent in eiusmodi regesta contractae.

Ex epistulis 209 a Canisio vel ipsius nomine mandatuque, 240 ad Canisium datae sunt.

Inter epistulas et monumenta, quae dixi, scripta sunt

latine	283,
italice	244,
germanice	39,
hispanice	21;

reliqua scripta sunt lingua, si ita dicere licet, mixta; ut ex parte latine, ex parte italice (fere 30), vel (simili ratione) italice hispaniceque (fere 20) etc.

Ex epistulis, quod equidem norim, erant

nondum excusae fere	340,
integre vulgatae fere	40,
ex parte typis exscriptae fere	60.

Ex monumentis, quod sciam, erant

nondum typis vulgata fere	140,
excusa (vel integre, vel ex parte) fere	60.

Praeterea ad epistulas et monumenta explicanda et illustranda adhibitae sunt fere 500 adnotationes etc. ex fontibus, quod equidem sciam, nondum evulgatis depromptae.

II. Epistulas monumentaque edendi rationem in hoc volumine eandem secutus sum atque in volumine tertio (vide Canisii Epistulas III xvi); nisi quod haec duo immutavi:

1. In superioribus voluminibus epistulis, quae latino sermone scriptae non erant, versionem latinam minoribus typis descriptam subiungebam. In posterum eiusmodi versione supersedere et singulas epistulas eo tantum sermone, quo ab auctore scriptae sunt, ponere statui: ad quod consilium capiendum tria me moverunt: a) Periculum est, ne hoc opus nimis dilatetur. b) Opus potissimum historicis destinatum est; qui vero historiam saeculi XVI. ex fontibus cognoscere volunt, ii non solum latine, sed etiam italice, hispanice, germanice sciant oportet. Certe hoc quoque specto, ut, qui velint, libro ad piam lectionem uti possint; ad pietatem autem excitandam maxime aptae sunt epistulae, quas Canisius ipse scripsit, atque hae paene omnes latinae sunt. c) Viri docti, qui hac nostra aetate monumenta huius generis, ut relationes nuntiorum apostolicorum saeculo XVI. in Germaniam missorum, litteras oratorum venetorum eodem saeculo datas, epistulas cardinalis Hosii, P. Hieronymi Nadal, aliorum, acta ad concilii tridentini historiam pertinentia etc. vulgarunt vulgantque, ea illo tantum sermone, quo primum scripta sunt, proponunt neque monumentis, quae latina non sunt, versiones latinas adiungunt. Accedit aliquid, quod canisiano huic operi proprium est: Superiorum voluminum epistulae italicae — de his maxime quaeritur; nam germanicae et hispanicae rarae sunt — fere sermone satis vitioso et orthographia valde singulari scriptae erant; hoc vero incommodum in hoc proximisque voluminibus longe rarius occurrit. Ceterum versionum omissionem aliqua ratione compensare studui: Epistulis italicis, hispanicis etc. summaria, quae vocant, praeposui copiosiora.

2. Quod ad „regesta" proponenda attinet, in posterum liberalior ero, quam usque adhuc eram. Epistularum enim, quae perierunt, regesta non solum (ut usque adhuc feci), cum in litteris monumentisque ceteroquin in hoc opere non comparentibus earum mentio fiet, ponam, sed etiam (id quod antea non praestiti), cum in litteris monumentisve, quae et ipsa in hoc opere excudentur, memorabuntur; ita enim, nisi fallor, universa Canisii res epistolica et plenius et planius exhibebitur proponeturque; praeterea regesta haec, cum seorsim in lucem emittuntur, facilius explicari et illustrari possunt, quam cum tantum aliis epistulis quasi involuta proponuntur.

3. Haud raro librariorum vel neglegentia vel festinatione factum est, ut bina vel terna verba perperam in unum coniungerentur; ut „sperosi", „estecargo", „sopralecose"; haec ego seiungebam — „spero si", „este cargo", „sopra le cose" —; neque necesse esse existimabam,

lectores, quotiescumque ita egissem, in adnotationibus moneri: me semel haec dixisse satis fuerit.

Ipsius Canisii epistulas, quae ad hoc volumen pertinent, pono omnes, quotquot nactus sum, easque integras, ne unam quidem sententiam, immo ne verbum quidem omittens; si quid igitur in his Canisii epistulis deest, propterea tantum deest, quod partes illae perierunt vel saltem me fugerunt. Plerasque etiam ex epistulis ad Canisium datis integras pono; aliquas, sicut in superioribus voluminibus feci, in regesta, aliqua saltem ex parte, contraho.

In volumine hoc annis 1563 et 1564 mensem Ianuarium anni 1565 hac de causa adiunxi, quod exeunte hoc mense Iacobus Lainius (Laynez), secundus Societatis Iesu praepositus generalis, de vita migravit, Sanctus autem Franciscus Borgias Societatem (primum cum vicarii, deinde cum praepositi generalis potestate) regere coepit. Similiter primum huius operis volumen morte S. Ignatii fundatoris Societatis, magnae illius „Historiae Societatis Iesu" Pars secunda, a Francisco Sacchino S. J. conscripta, morte Lainii terminantur.

III. Epistulae et monumenta huius voluminis eiusdem fere generis vel, si ita dicere malueris, eorundem generum sunt atque epistulae et monumenta voluminis tertii. Quare iis fere conveniunt, quae *Can.*, Epp. III XVIII—XIX dicta sunt, maxime, quae ibidem memorata sunt de epistulis ad cardinalem Hosium missis et de P. Ioannis de Polanco relationibus tridentinis ac de epistulis inter Lainium praepositum generalem et Canisium datis. Dolendum autem est, plerasque ex epistulis anno 1563 a Canisio ad Lainium Tridenti degentem datis non exstare, sive quod Tridenti ab ipso Lainio, cum secreta ad concilium spectantia continerent, deletae sunt, sive quod ab eo reditum in Urbem parante, ne sarcinae nimium gravarentur, sublatae, sive quod inter ipsam illam profectionem romanam amissae sunt.

IV. De magnis et variis rebus in huius voluminis epistulis agi, ipsa eorum, qui eas dederunt et ad quos datae sunt, ostendunt nomina: Sanctus Franciscus de Borgia; Pius IV. papa; venerabilis Magdalena archiducissa Austriae; Ferdinandus I. imperator; Albertus V. Bavariae dux; cardinales Ioannes Moronus et Stanislaus Hosius, episcopus hic varmiensis, ille praenestinus, uterque ex concilii tridentini praesidibus; Otto cardinalis Truchsess de Waldburg episcopus albanensis et augustanus; Marcus Antonius cardinalis Amulius episcopus reatinus; Ioannes Franciscus Commendonus episcopus Zacynthi et nuntius apostolicus; archiepiscopi et episcopi herbipolensis, montalcinensis, naumburgensis, salisburgensis, treverensis, vintimiliensis, vratislaviensis; Iacobus Lainius Societatis praepositus generalis; Hieronymus Natalis eiusdem Societatis visitator; Christophorus de Madrid unus ex Lainii „assistentibus"; praepositi provinciarum Societatis austriacae, Germaniae inferioris, rhenanae; rectores collegiorum S. J. bononiensis, coloniensis, dilingani, ingolstadiensis, moguntini, monacensis, oeni-

pontani, pragensis, treverensis, veneti, vindobonensis; Georgius Sigismundus Seld et Ioannes Baptista Weber imperii vicecancellarii; Simon Thaddaeus Eck Alberti V. Bavariae ducis cancellarius et consiliarius praecipuus; multi viri docti, ut Caspar Cardillus de Villalpando, Franciscus Costerus, Alphonsus Pisanus, Alphonsus Salmeron, Fridericus Staphylus, Laurentius Surius, Hieronymus Torrensis, alii.

V. Quo autem propius ad res, quae in his epistulis monumentisque sunt, accedas, earum summam hic propono; summam, inquam, eam tamen copiosiorem; novi enim, et cum dolore novi, paucos esse, qui amplum hunc epistularum hortum perlustrare possint simul et velint; reliquis saltem in hoc horti introitu flores aliquot fructusque, ex quibus horti gustum aliquem capiant, offero.

1. Volumen ab eo anno incipit, qui Concilio tridentino ultimus et, si non omnium gravissimus, certe ex gravissimis fuit ob rerum, quae constitutae sunt, vim et multitudinem. Infaustis auspiciis annus 1563 Tridenti incohabatur: Post m. Septembrem a. 1562 sessio publica haberi non potuerat. Acriter disputabatur de „residentia episcoporum“; alii, ut eam „iuris divini“ esse definiretur, instabant; alii id impedire studebant (v. infra p. 9 18 160 291). Inveni Cracoviae in bibliotheca universitatis iagellonicae duas epistulas a Stanislao cardinale Hosio, uno ex concilii „legatis“ sive praesidibus, hoc tempore ad Canisium datas (63—73), quibus hae aliaeque difficultates quasi depinguntur. Queritur Hosius, in ipso concilio auctoritatem romani pontificis imminui; esse qui papam per ipsum concilium reformari velint et cardinales praesides reprehendant, quod de concilii negotiis pontificem saepe consulant. Gallis displicebat, quod praesides corpus illud „articulorum reformationis“ sive capitum, in quibus ecclesiam maxime reformandam esse ipsi censebant, concilio neque ipsi proponerent neque per episcopos vel per oratores regios proponi permitterent (16 34). Ferdinandus I. imperator querebatur, sibi similem a legatis inferri iniuriam; nam ipse quoque „libellum reformationis“ Tridentum miserat; in quo alia recte postulabantur, alia minus bene dicebantur vel etiam a sana illa iustaque reformatione, qua ecclesia indigebat, valde erant aliena (50 57—60 79—80). Iam timebatur, ne, episcopis per principes avocatis, concilium, re infecta et protestantibus ridentibus, solveretur, neve in eius locum synodi „nationales“ substituerentur, quibus mala amplificarentur, non tollerentur (76—77). Quod ne fieret, Ferdinandus imperator initio a. 1563 Oenipontem venit, quo facilius ex ea urbe sedi concilii vicina res synodi et cognosceret et, ut ipse volebat, moderaretur; eodem consilii capiendi gratia theologos quosdam, atque inter hos Canisium, arcessivit. Videbatur quidem sibi Canisius ad haec parum idoneus; attamen id sentiebat, quod paulo post his verbis expressit: „Absit ut si iuuare possim, Christi et Ecclesiae causam deseram his temporibus uere miserandis“ (200). Quo tamen certius officio satisfaceret, precibus iteratis (id quod etiam Zacharias Delphinus, apostolicus apud caesarem nuntius, petierat) impetravit, ut P. Hieronymus Natalis S. J. vir prudentissimus a Lainio praeposito generali Tridento Oenipontem consilii praebendi gratia, secreto tamen, mitteretur (45 51 953). Theologis, qui tunc numero quattuor erant, a caesare quaestiones 17 eaeque valde difficiles (58), ad quas singuli seorsim responderent, propositae sunt. Ac trium theologorum responsa a *Theodoro Sickel* vel integra vel in compendium redacta typis evulgata sunt; Canisii responsum omissum est, quod iam satis esset notum. Sed — venia clarissimi viri — notum tantum erat litterarum Canisii compendium aliquod, ab Italo quodam, per quem Canisius in longissimis illis litteris conscribendis vel potius adumbrandis adiutus erat, ex memoria eaque, ut hic ipse dicit, mala conscriptum; in quo multa deesse, alia ab iis, quae Canisius imperatori rescripsit, discrepare intellegitur ex Canisii responso archetypo, quod Vindobonae in archivo aulae caesareae asservatur. Edita sunt novissime duo capita eaque brevia,

ex ipso responso a *S. Steinherz* exscripta. Ego litteras integras suo loco ponam (75—96); hic pauca ex iis excerpo: Ius proponendi in concilio solius summi pontificis et legatorum eius est (78). Imperator pontificem roget licet, ut ipse se reformet et curiam reformet romanam (83 88); comminationes autem imperatori apud pontificem vix, immo ne vix quidem adhibendae (77). A reformatione curiae romanae concilium se abstinere debet, ne concilium maius esse videatur pontifice; de pontifice „nemo iudicat" (86—88). Cardinalium numerus arbitrio papae relinquendus. Antiqui canones, qui abrogati sunt, haud facile instaurandi; qui vero vigent, urgendi (91). Excommunicatio haud ita facile usurpanda. Nihil magis necessarium quam reformatio „improborum et impurorum Sacerdotum cuiuscunque ordinis" (85); quo in negotio iam multa a concilio sunt effecta (85). Attamen etiam principes aliique laici reformari debent (85). Sunt Romae pravae consuetudines, „quae totum Orbem offendunt, et publicum scandalum praebent" (88), ac nominatim in dispensationibus romanis magnae „corruptelae" cernuntur; verum pontifici sua dispensandi potestas debet constare (90). Exemptiones monasteriorum tantisper, donec monachi reformentur, tollendae (91—92). Index librorum prohibitorum mitigandus (93). Scholae, synodi dioecesanae, visitationes instituendae (92—94). Ita Canisius. Qui, aliis theologis et consiliariis imperatori „rigida" consilia suggerentibus (230) eiusque animum in pontificem concitantibus, ac cardinale Lotharingo, qui Oenipontem venerat, „ignem addente" (50), concilii praesides eorumque amicos magno afficiebat solacio (955—961). Canisius post aliquot hebdomades a caesare, ut sibi Quadragesimae tempore messem augustanam ex cathedralis ecclesiae sacro suggestu excolere permitteretur, impetravit (105); Natalis sub d. 9. Martii 1563 Oeniponte Vindobonam profectus est neque ante m. Septembrem Oenipontem redire potuit (48 ad 49). Post Pascha Canisius ab imperatore iussus est Oenipontem redire; quae ipsius profectio oenipontana cum priore illa ab historicis fere est in unam confusa. Interea difficultates adeo erant multiplicatae, ut operae pretium videretur, ipsum cardinalem Moronum, primum concilii praesidem, Oenipontem ad Ferdinandum venire. Qui cardinalis, Canisio per Breve Pii IV. singulariter commendatus (121), et ipse Canisio familiariter uti eiusque consilia exquirere coepit. Ita optimus vir in magnas redactus est angustias; duabus partibus sibi oppositis, caesareae et pontificiae vel conciliari, eum officia praestare necesse erat. Quare mirum non est, Canisium iam eo tempore per unum ex iis, quos in consessu illo theologico collegas habebat, litteris ad caesarem datis in proditionis suspicionem esse vocatum (979). Apertius et certius posteriores historici, ut *Sarpius, Wessenberg, Philippson,* imperatoris secreta per Canisium cum cardinalibus et pontifice communicata esse asseruerunt (45—46 48). Epistulis, spero, Canisii, Lainii, aliorum, quas nunc primum in lucem emitto, obscuritas huius rei multum imminuetur. Hoc iam negari nequit: Canisius aliquas ex rebus secretis, quas imperator silentio tegi omnino volebat, vel consilii in rebus gravissimis capiendi causa vel summorum periculorum a republica christiana avertendorum gratia (40—42) ad legatos pontificis et ad Lainium praepositum generalem detulit (49—52 74 157 162 167 174 188 192 200—203 213 230 236 238 244 966 etc.). Simul tamen Canisius a Lainio semel atque iterum iussus est in rebus silentium exigentibus et Ferdinando I. et Morono fidem servare (147 169); ac cum ipse a Lainio, ut de quaestionibus Tridentum ad se missis sileret, petisset, is se etiam non rogatum eiusmodi res silentio tegere respondit (158). In epistulis sane hoc tempore a Canisio Coloniam ad Kesselium et Costerum, collegii illius sodales, et Tridentum ad cardinalem Hosium missis de secretis caesaris consiliis nihil dicitur (185 216 231 248). Delphino nuntio apostolico, quid theologi ad 17 quaestiones illas caesari respondissent, exploranti theologus quidam, qui non Societatis Iesu, sed alterius cuiusdam ordinis religiosi erat, responsum suum tradidit, Canisius sui responsi exemplum dare abnuit (965). Atque identidem Delphino, quid caesar dixisset, quaerenti Canisius, cum nullam respondendi necessitatem videret, respondere recusabat; quae agendi ratio a Lainio laudata est (99 163 214). Hoc quoque Canisio versum est vitio: Cum pontificii legati theologorum consiliariorumque caesareorum animos,

quibuscunque possent, promissionibus, donationibus sedi apostolicae conciliare a pontifice iussi essent (964 970), Canisius quoque 100 ducatos a cardinale Morono accepit et admisit. Quo facto *Mauritius Ritter* offensus est: atque Canisii animum fere venalem effectum pecuniaque corruptum esse *Paulus Drews* existimavit; quae censurae quam non sint aequae, suo loco demonstrabitur (971).

Redeo ad ipsas tractationes tridentinas. Ferdinandus per theologos commune quoddam scriptum componi iusserat, quo Morono responderetur. Scriptum Canisio vehementer displicebat; caesarem ipse adiit et coram monuit: „Contentiosum" illud scriptum ab hominibus parum idoneis immature compositum esse; caesar potius pontifici amice se coniungeret eumque in reformandae ecclesiae studio confirmaret; cum cardinale non scriptis, sed verbis ageret: iam multa de ecclesia reformanda a concilio „praeclare" esse constituta (174—177). Persuasit imperatori, quod volebat: Ferdinandus scriptum illud multis modis „resecandum" curavit: Morono ipse locutus est; tandem plus, quam Moronus ausus erat sperare, concessit (182—185 202), ita ut maxima difficultatum parte sublata concilii negotia deinceps longe tranquillius procedere et eo ipso anno fauste absolvi possent (980). Quam successus prosperitatem Moronus Canisio (qui etiam sacris precibus per Germaniae superioris collegia indictis eum adiuverat) ascribere non dubitavit (973 975), affirmans (ut Canisio Lainius Tridento scripsit) se pro Societate Iesu etiam sanguinem fundere esse paratum (978). Ne apud ipsos quidem collegas oenipontanos pius vir omnino frustra laboravit; qui cum in auctoritatem pontificiam imminuendam inclinassent (164), unanimi tandem suffragio caesarem docuerunt, pontificem „supra concilium esse" (183 203). Imperatoris quoque causam Canisius suo tempore agebat: ut cum Lainium rogavit, curaret, ut Moronus de rebus in concilio gestis saepe caesarem per litteras certiorem redderet (229 277); et cum per eundem Moronum Tridento Romam missae sunt litterae, quibus Canisius instabat, ut curia romana tandem de Ferdinandi fide dubitare desineret, et ut Romae bullae reformationum non solum conscriberentur, sed etiam ad effectum adducerentur (203 216 235). Ex aliis quoque epistulis canisianis Tridentum missis nonnunquam „capitula" aliqua exscribebantur et Romam perferebantur (184 187 194 216), ubi per curiam circumlata cardinales atque ipsum etiam pontificem solacio et gaudio afficiebant (235 244 282). Ex quo genere capitula illa sunt — epistulae ipsae perierunt — quae olim in codices quosdam bibliothecarum parisiensis, gottinganae, friburgensis relata, nunc primum (quod equidem sciam) vulgantur: in quibus haec, praeter alia, nuntiantur: Caesarem, theologorum consiliis neglectis, res concilii „suaviter" ac fere ex Moroni sententia et voluntate tractare; eum Canisio „subindicasse", se iam in sententiis cardinalium concilii praesidum et in more recepto acquiescere etc. (246 254). Romae Pius IV. Sanctum Franciscum Borgiam ad se accedentem amplexatus est et laudibus officia, quae Canisius ecclesiae praestitisset, extulit (235 244).

Canisius, etiam postquam conventu theologorum soluto Augustam rediit, pontifici et concilio gratificari studebat. Hosium cardinalem, ne difficultatibus cederet, per litteras rogabat (113): eidem libros novos, eosque tum catholicos tum lutheranos, ex librorum mercatu francofurtensi afferendos curabat (4 68 188 336 350): a patribus Indici Pauli IV. reformando delectis de variis libris, qui haeretici esse ferebantur, interrogatus sententiam per litteras dixit (318 339 363): libros a Fontidonio et Villalpando concilii tridentini theologis ad eiusdem concilii defensionem conscriptos in Germania — haec quoque nova sunt — ipso a. 1564 typis describendos curavit (166 200 228 336 337).

Novae sunt etiam et dignae, quae ab historicis spectentur, relationes tridentinae, quas P. Ioannes de Polanco, Societatis secretarius et concilii theologus, interdum ad Canisium aliosque Societatis praepositos mittebat, per quos et cum sodalibus et cum amicis communicarentur: idem de brevioribus dico rerum concilii narrationibus, quas Polancus epistulis de Societatis negotiis Tridento datis saepe adiungebat. Erant et, nisi admodum fallor, sunt adhuc, qui Tridenti Societatis homines manibus pedibusque, quominus ecclesia et imprimis curia romana reformaretur, repugnasse affirment.

Hi legant, quaeso, quae Polancus Tridento ad Canisium scribit: Reformatio ab omnibus desideratur (140) et valde est optanda (196 206). In „articulis reformationis" gallicanis multa bene dicuntur et postulantur (15). Lainius ecclesiam per pontificem non decretis tantum, sed etiam decretorum executione reformari cupit (45); idem a curia „bonam aliquam reformationem" promulgatum iri sperat: quae utinam ne verbis tantum fiat (45 221 233). De „abusibus" ad sacramentum ordinis spectantibus Lainius 16. Iunii 1563 per duas horas ita dicit, ut simul contionatorem agat et aliquibus bilem moveat (268 285). In congregatione generali 2. Octobris 1564 habita idem Lainius per $2^1/_2$—3 horas recenset, quae reformanda sint in pontifice, cardinalibus, episcopis, canonicis, parochis, simul ordines religiosos commendans, universitatum catholicarum privilegia defendens, sacrae inquisitionis officium laudans (343—346). Patres concilii, ait Polancus, plurimum laborant (212 224 291 313) et praeter congregationes generales multas habent „particulares"; ad has Lainius et Salmeron saepe arcessuntur (267 284 285 294 326). Cardinales, qui concilio praesunt, eorundem opera multum utuntur (139 149 179 292 295). Multos episcopos iidem adiuvant, quo melius sententias ferant (268). Difficilis illa de iurisdictionis episcopalis origine quaestio post plurimas disputationes Lainio auctore omittitur (173 276 284 291). A delectis patribus decretum de seminariis clericorum instituendis iis verbis concipitur, quibus etiam Societas Iesu ad pecuniam in seminaria contribuendam adigatur; Lainius re comperta intercedit; legati negotium iam absolutum denuo agi iubent: tandem Sociis permittitur, partem illam decreti, ut ipsis visum sit, concipere (285 293). Permulti episcopi seminaria sua Societati regenda tradere statuunt (286 290).

Est alia opinio eaque aliquorum animis, licet ipsi fortasse eam ne animadvertant quidem, insidens: In concilio tridentino omnia ex Iesuitarum arbitrio acta esse, cuncta ex ipsorum voluntate pependisse putant. Minime ita erat! Doctrina de hierarchia ecclesiastica verbis, quae Lainio non visa erant optima esse, a concilio proposita est (267 290). Potestas visitandi episcopos suffraganeos, quam archiepiscopi habuerant, admodum angusta facta est, Lainio in publica etiam sessione contra dicente (390 392). Matrimonia clandestina iussa sunt irrita esse, Lainio cum aliis viris gravissimis et religiosissimis vehementer, sed frustra reluctante (327 389). Qui tum in hac controversia, tum alias falsam illam opinionem sequebatur, quam postea in oecumenico concilio vaticano aliqui infallibilitatis pontificiae definitioni obtenderunt: Dogmaticas definitiones fieri non posse nisi vel omnibus patribus vel paene omnibus consentientibus (284 286 291 390). Salmeron autem, Lainii socius, cum pontificis iussu Roma Tridentum venisset ibique theologi pontificii munere fungeretur, a curia romana Tridenti adeo non est habitus laute, ut episcopum aliquem lusitanum stipem addere necesse esset, ne doctus ille vir esuriret (972).

Ab hoc relationum genere haud multum differunt litterae, quas Guelpherbyti (Wolfenbüttel) in bibliotheca ducum brunsvicensium inveni. Narrat Polancus, quam pie Hercules cardinalis Gonzaga, episcopus mantuanus et concilii tridentini praeses, Tridenti inter concilium, a Lainio eucharistiae et extremae unctionis sacramentis munitus, mortem obierit, ad quam se summa in pauperes religiososque homines liberalitate et egregia episcopatus sui cura paraverat (107).

2. Una ex causis, quae in concilio tridentino enixe agitabantur, concessio erat communionis sub utraque specie a laicis faciendae. Atque hac in re lectu dignissimae sunt litterae, quibus Canisius, a cardinale Hosio sententiam rogatus, 21. Aprilis 1564 exposuit: Se magis magisque confirmari in eo, quod „plus incommodi et periculi accersirj concessione Calicis quam recusatione" censeret (150 186). Atque 11 fere mensibus post, concilio iam absoluto, Romam ad Lainium scripsit: Fore, ut catholici in Germania concessione sacri calicis non adiuvarentur, sed perturbarentur (510): condiciones, quae concessioni illi non possent non adiungi, neque a sacerdotibus neque a laicis servatum iri (480). Cardinalium quoque maxima pars a calice laicorum erat aliena (467 482). Attamen Pius IV., principum precibus fatigatus, m. Aprili 1564 Germaniae calicem concessit, vel potius hoc plerisque

Germaniae episcopis, eorum „conscientias onerando“, permisit, ut, si ipsi rem necessariam vel salutarem esse iudicassent, calicis fidelibus praebendi potestatem sacerdotibus tribuerent (575). Ad hanc rem copiosus ille commentarius spectat, quem in tenebris sepultum R. P. *Bernardus Duhr* S. J. nuper Monachii in archivo regni bavarici invenit atque ego ipso monente modo evulgo. Indixerat archiepiscopus salisburgensis synodum quandam provincialem, in qua cum episcopis suffraganeis, qua ratione calicis usus in populum inducendus esset, deliberaret. Re intellecta Otto Truchsess cardinalis et episcopus augustanus, ab ea concessione abhorrens, Ioanni Pfister canonico frisingensi et consiliario suo mandavit, ut nomine suo et verbis et scriptis episcoporum illorum animos a calice avertere studeret; quod quo melius a Pfistero praestaretur, Canisius „Instructionem“ ei misit secretam, qua communionis sub una specie usus diligenter propugnabatur et, ne communio sub utraque specie in provinciam salisburgensem induceretur, multis rationibus dissuadebatur (623—632); et cum calicis patroni etiam exemplum Iesuitarum vindobonensium, qui in suo templo calicem coepissent administrare, protulissent, Canisius per Pfisterum aliosque amicos disseminandam curavit relationem — haec et ipsa nunc primum excuditur —, qua exponebatur: Vindobonae Socios, ut episcopi iussis obtemperarent, eam concessionem promulgasse et explicasse; sed ne uni quidem sacrum calicem ab iis datum esse; nam usque ad id tempus neminem comparuisse, qui ad condiciones a pontifice positas descendere vellet (633). Austria calicem sumpsit (590 607); verum haud multo post eventus probavit, Canisium recte sensisse, cum 12. Iulii 1564 Lainio scriberet: Ea concessione „furiosis ueluti gladium esse datum“ (590).

Prudentius actum est in Bavaria. Ineunte quidem a. 1563 Albertus V. dux calicem, ut fere nemo magis, appetierat et se ea concessione supersedere posse palam negaverat (34 136 227); sed en, dum Canisius Oeniponte degit — quomodo res effecta sit, nunc planius quam antea apparet —, Delphinus et Moronus, cum ibidem in caesaris aula versarentur, in hanc venerunt cogitationem, ut ducis animum per pontificium aliquem legatum ab eo desiderio revocandum esse censerent. Consilium Tridentum ad Lainium, Romam ad Borromaeum defertur (214 215 221). Mittitur insignis vir Ormanettus (224); Canisius Oeniponte eum instituit (977); monacenses quoque et ingolstadienses Socii eum iuvare iubentur (238 257). Negotium fauste succedit (277 300 309). In Alberto eiusque consiliariis sitis illa calicis magis magisque restinguitur (300 450 510 670). Concessione pontificis ex Urbe allata dux iis tantum Bavariae locis, ubi iam aliqui propria auctoritate audaciaque calicis usum sibi arrogaverint, uti statuit (620 631 694 757 780). Cum autem Georgius Cassander, laicus, theologum ac paene patrem ecclesiae (liberaliorem tamen, ut nunc dicere solemus) agens, „Consultatione“ edita molestam illam de calice controversiam iam oblanguescentem magno cum Canisii dolore denuo excitasset multorumque animos perturbasset (484 499 507 590), sub initium a. 1565 Alberti V. mandatu (487) Monachii excusus et per Bavariam circumlatus (780—783) est liber „Gründtlicher, wahrer Bericht, von Catholischer Communion“, in quo communio sub una specie solide propugnatur, eius adversarii multis argumentis ad populi captum accommodatis refutantur (470 792 794); auctoris nomen libro ascriptum non est: eum a P. Paulo Hoffaeo S. J., rectore collegii monacensis, Canisio (470 550) et aliis operam conferentibus, compositum esse, litteris, quas pono, tam certum efficitur, ut nemo dubitare possit (518 550).

3. Quod ad alias B a v a r i a e r e s e c c l e s i a s t i c a s attinet, dux, inquit Canisius 12. Februarii 1564 ad Lainium scribens, „se totum opponit sectarijs“ (447). Quos ut vinceret, praeter nobiles complures in vincula coniectos et ministros Lutheranorum terra pulsos (606 725), hoc etiam consecutus est, ut Societas Iesu a. 1564 missionem sacram, quam vocant, eamque omnium in Germania superiore primam institueret (439 450 454 490); „missionarii“ (primum quattuor, deinde duo), ab episcopo sacra potestate, a Canisio praeceptis, a duce amplissimis ad praefectos litteris instructi (519), precibus quoque, quas Societatis homines per omnia Italiae collegia pro iis fundere iussi erant, adiuti (537 540), Bavariam inferiorem sex fere

mensibus obierunt, contionando, catechismum explicando, monasteria, ecclesias, scholas, domus bibliothecasque parochiales inspiciendo, hominum fidem scientiamque tentando. Exstant adhuc tres relationes ab ipsis missionariis scriptae: duarum partes aliquas propono; tertiam, quae Canisii mandatu ad Lainium praepositum generalem missa est, integram, eamque nunc primum, evulgo. Describitur et quasi sub oculos subicitur, quanta sit apud rusticos inscitia et animorum a missae sacrificio aversio (673 685) — fere 2300 inventi sunt, qui Christi corpus inter missam neque sub una specie neque sub utraque sumere vellent (607) —, apud sacerdotes rerum ad sacramenta administranda spectantium ignorantia, in contionando pigritia, in vivendo impuritas (672 725—728). Depinguntur ministrorum lutheranorum petulantia simul et ignavia — unus ex iis, a Socio semel atque iterum ad disputandum invitatus, semper tergiversabatur (725) —, sodalitatum sacrarum in bonis dilapidandis temeritas, ecclesiarum sordes, monasteriorum desolatio (616—617 727). Multa, duce operam suam commodante, sunt emendata; curatum, ut sacerdotes pessimi loco moverentur, alii ad officium melius administrandum instituerentur, monachi in monasteria concubinis abiectis reverti cogerentur, templis sacra supellex, parochis pro postillis Lutheri et Calvini libri contionum catholici providerentur, catechismi Canisii aliique libri boni dispergerentur (602 606 616 673 727 1048). Unum aliquid ex his litteris, si per veritatem et aequitatem licere existimassem, libenter erasissem: Haud perperam Canisius unum ex Sociis illis, eumque in aula bavarica spectatissimum, ad Bavariam inferiorem reformandam mittere gravatus erat, idque non solum, quod eum in contionando adversus protestantes „vehementiorem" esse existimabat, sed etiam, quod eum iis moribus esse sciebat, ut homini dici posset: „Medice, cura te ipsum" (303 [1] 448 463 511 519). Plura ex ipsis litteris cognoscentur (730 761). Ceterum Canisius ad hanc missionem duci suam ipsius operam obtulerat (448 510—511): quae admissa quidem non est (519); sed paulo post Canisius ab Alberto Ingolstadium evocatus est, ut de universitate reformanda cum Eckio cancellario aliisque consiliariis consilia conferret (934—936 943). Hoc quoque ad Bavariam vere reformandam valde utile erat, quod ipse Albertus V. dux eiusque familia, ut Canisius cardinali Hosio scripsit, erant velut „lilium inter spinas, et lucifer in medio nebulae" (667). Quae verba multis huius voluminis locis confirmantur: hic unum tantum pono, qui omnino novus est. Cum Canisius ex collegio monacensi, in quo ad tempus versabatur, Iacobam ducissam, Guilielmi IV. viduam et Alberti V. matrem, adisset, contigit, ut inter Iacobae libros liber „male catholicus" compareret; statim non ipsa tantum, sed etiam Albertus dux, Anna eius uxor, multae virgines nobiles in aula degentes, quotquot habebant libros ad pietatem spectantes, in Societatis collegium miserunt, ut a Sociis inspicerentur et iudicarentur (943).

4. Quae dixi, potissimum vel ad universam ecclesiam catholicam vel ad Austriae et Bavariae ecclesias pertinent. Sunt multa alia in hoc volumine, quibus, proxime saltem et primum, universae Societatis Iesu historia increscat. Lainius, secundus Societatis praepositus generalis, extremo vitae anno quasi testamentum faciens ad Canisium aliosque Sociorum praepositos misit complures epistulas, ut ita dicam, legiferas: Litteras „quadrimestres", quas vocant, in „semestres" commutavit (752) easque scribi iussit vernacula lingua in usum Sociorum, qui eiusdem linguae essent (280), latina in usum ceterorum; hortatus est etiam sodales, ut easdem litteras conscriberent castigate ac circumspecte, res gestas non augendo vanis verbis, studiose cavendo, ne, quae arcana esse deberent, proderentur (278 280). Catalogos quoque statis temporibus componi ac litteras fundationum similiaque monumenta colligi et in tabulis includi iussit atque ita Societatis tabularia sive archiva stabilivit (720—722 775). Societatis praefectis praecepit, curarent, ne Socii in victu, vestitu, libris sanctae paupertatis muros transcenderent (747). Haec inter domestica monumenta usque adhuc latebant. Coloniae autem in archivo studiorum fundatorum longissimam transcripsi epistulam, Roma a Polanco in Societatis provincias circummissam (531 ad 535), qua nova quaedam lumina cum aliis rebus tum facto illi Pii IV. immittuntur Sociis, quod Carolus Borromaeus cardinalis nepos per Patrem Riberam ad vitae

disciplinam immodice severam inductus ac paene dementatus esset, succensentis[1] *Sacchinus* et *Bartolus*, insignes illi Societatis historici, rem evulgarunt: sed, ut illorum tempora ferebant, cautionibus quibusdam vel etiam circuitionibus sunt usi. Inprimis haec duo, ni fallor, ex Polanci litteris magis clarescunt: Lainio non hoc tantum ex pontificis aula nuntiatum est: Ipsum et Riberam Borromaei commercio prohiberi: nuntiatum est, Socios prohiberi omnes; at, qui id nuntiavit, „limites mandati non custodivit": nam pontifex, ut ipse postea Lainio affirmavit, solum Riberam prohibere voluerat. Deinde, qui Borromaeo austeritatem illam ab ipsius officio alienam commendaverant, viri quidem religiosi erant, sed alterius cuiusdam vel aliorum ordinum religiosorum. Sociorum vero consiliis genus illud vitae „fere contrarium" erat. Quare Pius IV., cum Lainius a morbo, quo laboraverat, recreatus eum adisset et quomodo res esset exposuisset, Sociis omnem Borromaei conveniendi potestatem dedit et omni suspicione Riberam liberavit, „quj postridie cum Cardinalj in conspectu omnium visus est". Notiora sunt, quae his et aliis Polanci litteris referuntur de Pio IV. post mortem cardinalis Carpensis, qui Societatis „protector" fuerat, a Lainio non sine pia dexteritate, ut ipse Societatis protectionem in se susciperet, adducto (534), et de Caesarino episcopo titulari sua aliorumque clericorum romanorum invidia ad libellos in Societatem calumniosissimos conscribendos (qui etiam in Germaniam perlati sunt [732 743 775]) inducto (716); Pius IV. causa per delectos cardinales accurate cognita hominem officio redituque privavit (746) et vinculis — intercessere tamen Socii — addixit; idem „Brevibus" ad Maximilianum II., Albertum V., archiepiscopos electores missis Societatem egregie purgavit et commendavit (773 790).

Collegii romani Socii etiam de pecunia magnopere laborabant; quare sub singulorum annorum initium Canisio instabant, videret, ut 400 ducati (7000 fere marc.?), quos Ferdinandus I. collegio quotannis dari iusserat, solverentur (12 19 105 117 408 452); quae pecunia, Ferdinando a. 1564 mortuo, ineunte a. 1565 a Magdalena aliisque Ferdinandi filiabus data est (793). Sperabat etiam Lainius, ex curia romana per amicos monitus, se impetrare posse, ut abbatia Grottae Ferratae ad collegium romanum dotandum impenderetur; cuius rei gratia Canisii rogatu et Ferdinandus I. et aliqui ex cardinalibus concilii tridentini praesidibus Romam ad Pium IV. scripserunt: sed conatus frustra capti sunt (242 258 261 282 289). Pontifex tamen seminarii romani, quod ex decreto concilii tridentini instituebat, procurationem Societati commisit (532). Collegium porro germanicum, cum et ipsum falsis criminationibus esset affectum (514 526 695) et „alumnos" haberet paucos, duros, ingratos (671 695 740), in dies tamen magis frequentabatur ab adulescentibus „convictoribus" sive suo aere viventibus (solvebant singulis mensibus 4 scutata [70 marcas germ. nostrae aetatis?] et quae in vestes librosque erogari necesse erat [456 541]) iisque pietate ac doctrina florentibus (526 551 770); in quo rei paedagogicae genere pulchra sunt, quae a Canisio, Polanco, aliis scribuntur de Octaviani Fuggeri (Georgii Fuggeri et Ursulae Lichtensteiniae filii) moribus, difficultatibus, studiis litterariis, pietate etc.

5. Transeo ad S o c i o s i n G e r m a n i a degentes. Ferdinandus I. imperator ipso concilii tridentini tempore scripsit, nullam Germaniae reformandae meliorem iniri posse rationem, quam ut multa Societatis collegia conderentur (118). Ac Georgius Sigismundus Seld, imperii vicecancellarius, Sociis adeo se praebuit benevolum, ut eum Canisio auctore (275 283) Lainius praepositus generalis in omnium bonorum spiritualium Societatis communionem admitteret (*Druffel* Seldium a Sociis magnopere despectum esse [210] affirmat!). Austriae superioris „regentes" sive consiliarii caesarei sine collegio oenipontano vix fieri posse asserebant, ut Tirolis in religione

[1] Corrigantur oportet, quae scripsi infra p. 530 de Borromaeo clam, ne a Pio IV. stirpis propagandae gratia ad ordinem ecclesiasticum relinquendum et uxorem ducendam cogeretur, sacerdote consecrato. In *„Analectis Bollandianis"* XIV (Bruxelles 1895) 346 optime probatum est: Pio IV. eiusmodi consilia non fuisse; Borromaeum, cum paulo post urbis romanae ingressum a Pio IV. subdiaconus et diaconus ordinatus esset, eodem probante, immo et iubente 17. Iulii 1563 sacerdotium suscepisse.

catholica contineretur (583). Ac quinque illae „reginae“, Ferdinandi I. filiae, Oenipontе habitantes, sicut omnem Tirolim suo fidei catholicae studio suaque in pauperes beneficentia illustrabant (767 945), ita collegium oenipontanum eiusque templum sacris ornamentis aliisque donis paene obruebant (174 [2] 454 582 767 945). Unus de collegio anno 1563 ipsarum rogatu a Canisio destinatus est ad earum confessiones excipiendas (219 234). Magdalena, natu maxima et reliquarum quasi mater, eodem anno ipsi Canisio conscientiam aperuit (228), anno 1564 eum de pietate ad se sororesque disserentem audivit (948); ita fundamenta firmavit eximiae illius sanctitatis (581 766—769), ob quam, processu episcopali, quem vocant, Brixinae absoluto, aestate a. 1905 a Pio X. summo pontifice dicta est „Venerabilis“ et iam de eius nomine in Beatorum coelitum album referendo apud sedem apostolicam agitur.

Haec secunda fuerunt: alia non ita. Lege litteras ab Henrico Blyssemio S. J., collegii pragensis rectore, ad Canisium datas! Quantopere illi premebantur aere alieno! Quam male Sociis et convictoribus sustentandis prospiciebatur (250 283)! Multa mala Societati ex Maximiliano II. timebantur: Canisius eum Augustae morantem ne salutare quidem, quamquam a Lainio praeposito generali non semel monitus erat, audebat: adeo sciebat se illi non esse gratum (3 15 25). Cum de calice laicis in Germania ex pontificis concessione permittendo tractaretur, cardinalis Augustanus Canisium ad archiepiscopos imperii electores legare volebat, ut eam permissionem iis dissuaderet; Lainius vero praepositus generalis Canisium ire vetuit, ne Maximiliani animus ad calicem propendens offenderetur (636). Haec omnia, quod sciam, nova sunt. Ac Maximilianus, cum imperare coepisset, litteris quidem ad Lainium datis se Societati propitium fore promisit (694); at facta eius cum dictis nonnunquam discrepasse satis notum est.

Addo, exstare Romae in bibliotheca corsiniana verbosas litteras typis nondum excusas, sive „responsum“ de rebus a Maximiliano II., si a pontifice in dignitate „regis Romanorum“ confirmari vellet, praestandis scriptum, auctoris nomine non ascripto. Quod responsum qui sub a. 1885 invenit, Dr. *Ioseph Schmid*, non sine dubitatione, qui vero post eum scripsit, *R. Holtzmann*, absque haesitatione dixerunt a Canisio esse compositum. Canisium vero scripti auctorem non esse certo evinci arbitror (1034).

In Bavaria Societas Iesu his annis multum proficiebat. Albertus V. dux Canisium per litteras, quae nunc in lucem proferuntur, certiorem effecit: Socios, quod doctrinae vitaeque exemplis Bavariae magnam utilitatem afferrent, sibi carissimos esse (439). Collegiorum ingolstadiensis et monacensis reditus sunt amplificati (Ingolstadii in singulis Sociis alendis 50 floreni quotannis consumebantur [126]). Ad hoc quoque Canisius ducem permovit, ut a. 1563 die Mariae Virgini sine labe conceptae sacro iisdem collegiis primas daret litteras fundationis (371 382); quarum ex fontibus domesticis extractarum saltem partes aliquas proponi debere existimavi (939). Monachium ad Societatis contionatorem audiendum complura hominum milia confluebant (482 [2] 485): ibidem provinciae Germaniae superioris noviciatus sive tirocinium incohatum (938). Onuphrius Perbinger, ex praecipuis ducis consiliariis (aliquamdiu etiam confoederationis landsbergensis cancellarius fuit), et Ioannes Lonaeus Boscius, medicinae mathematicesque in universitate ingolstadiensi professor, ob sua in Socios bavaros merita a Societate omnium bonorum suorum spiritualium participes effecti (299 307 932). Verum ne in Bavaria quidem Societas incommodis vacabat. Ingolstadii duo Socii, qui in universitate theologiam tradebant, neque inter se (441 513) neque cum reliquis professoribus pacem servabant (177 684 777); moneri eos per praepositos Societatis oportuit, ne facile quemquam „haereticum“ dicerent, neve in disputando immodestius vel parum moderate se gererent (14 38 129 383 [1]); hoc quoque Sociis ingolstadiensibus commendatum est, ut potius in universitatis offensionem incurrerent, quam ita saepe cum professoribus potarent (149). Ex altera parte Staphylus et Clenckius, theologi ex lutheranismo conversi, sententias quasdam tenebant, quae cum auctoritate summi pontificis aliisve doctrinae catholicae capitibus stare posse Sociis non videbantur (15 50 167 177). Inde animorum aver-

siones et verborum pugnae. Ac praeclarus quidem vir Fridericus Staphylus cum Societatis hominibus in amicitiam rediit (301 306 380) et — id quod nullibi video memoratum — inter eorum manus exspiravit (931); ad Clenckium autem theologiae doctorem creandum adiuvare Socii Lainii iussu constanter recusarunt (137 146 383 399). Quas turbas considerans Lainius Canisio scripsit, curandum ipsi apud Eckium ducis cancellarium esse, ut paulatim Ingolstadii et theologica facultas universa et omnis facultas philosophica Societati traderetur (542 771): at tantum aberat, ut hoc efficeretur, ut ipsius ducis auctoritatem interponi necesse esset, ne universitas a „consilio academico" Societatis professores excluderet (569 584 593 595).

Bavariae dux etiam nova Societatis collegia instituere cogitabat (7 27 938). Similia consilia in aliis Germaniae partibus capta sunt. De collegiis Salisburgi et Friburgi Brisgoviae condendis cum Canisio actum (14 38 42 111 124 158 215 222 525). Cardinalis Hosius Braunsbergae in Varmia a. 1564 collegium constituit, adiuvante Canisio (581 598 613 641 655 758 796). Quem etiam ipsum in Varmiam venisse aliqui affirmarunt: non venisse ex huius voluminis monumentis certissime, puto, cognoscitur (666 780 1051). Avide collegium expetebat episcopus herbipolensis idemque Franciae orientalis dux (104 404); qui cum litteris nihil profecisset, a. 1564 per cancellarium Augustam missum Canisium Herbipolim adducendum curavit, ut cum eo negotium coram tractaret (642 1044).

Maximum fructum tota Suebia per plus quam duo saecula perceptura erat ex eo, quod Otto cardinalis Truchsess episcopus augustanus Dilingae a. 1563 Societatis collegium instituit, a. 1564 universitatem et contubernium adulescentum iam ante a se condita Societati tradidit regenda. Qui nuper universam academiae dilinganae historiam eximio volumine comprehendit, Dr. *Thomas Specht*, theologiae professor dilinganus, factum hoc ex ipsis fontibus accurate narravit, breviter tamen, ut res ipsa ferebat. Singula in hoc volumine canisiano, ut gesta sunt, persequor. Habes grande illud diploma vel, si ita dicere lubet, translationis litteras, quibus, quanto amore optimus cardinalis eam scholam complexus sit, quam pio sollemnique ritu universitas in Societatem translata et primus ei de Societate rector constitutus sit, luculenter traditur (920). Habes etiam difficultates multas paene sub aspectum subiectas. Anno 1563 Societas Dilingam venit invita neque alia ratione mota nisi ut cardinali gratificaretur (314 318); sciebat enim, rem ad maturitatem nondum esse perductam; cardinali pecuniam, Societati homines deesse. Dilingam Socios mittendos non esse nisi idoneos, quod „egregii" professores scholis illis praeessent, Canisius monuerat (134 342). Socios saepe audis querentes, quod cardinalis promissis non stet, quod multa requirat, pauca det (324 361 378 411 669); quod ne viatica quidem solvat (503 615 650): Lainius eum serio admonendum esse censet, ut tandem desinat magnas pecunias in supervacanea impendere (736), si honori salutique consultum velit (615 719 740). Frustra etiam Canisius id moliebatur, ut cathedrale capitulum, quae cardinalis de Sociis statuisset, rata haberet (334 341 379 595). Praeterea Socii dilingani in habitationis angustiis erant; horto quoque carebant (334 430 543). Primus eorum rector cardinali parum erat gratus (670): et ipse et alii de collegio adversa valetudine affligebantur; ex magistris unus aufugit (422): alius corpore tantum, ut Canisius scribit, in Societate erat (707 741), sponsalium vel matrimonii a se initi obtentu votorum religiosorum solutionem expetens (702); tertius, isque iuvenis luxemburgensis, cum aliis rationibus, tum carmine, quod „Lamentationem Hieremiae" inscripserat (500), Societatem sugillabat (423 433 713); quartus, isque iuvenis hispanus, de alimentorum penuria conquerebatur, cum culinam ingrediendi et quicquid arrisisset sumendi facultate esset donatus (471 500). Canisio fuit saepe Augusta, ubi domicilium habebat, Dilingam eundum, ratio studiorum ad Societatis leges consuetudinesque accommodanda (388 455 478 497), bibliotheca, ne Socii (inquit ipse) velut „milites absque armis" essent (337), providenda, molestiae plurimae devorandae. In quibus ille hanc habebat consolationem, quod, quamvis severa discipuli coercerentur morum disciplina (524), eorum numerus paene in dies augebatur (385 424 524 669).

6. Dilinganae illae vexationes leves vocari poterant, si cum augustanis difficultatibus comparabantur. Canisius Augustae in dimidiata domuncula, cuius alteram partem ludimagister tenebat, cum P. Guilielmo Elderen habitabat; accedebant modo unus, modo plures alii Socii, qui vel aegrotabant vel aeditui, ianitoris, librarii, coqui munera habebant (799—815). Canisius et Elderen in salute animarum procuranda diligentissimi erant. Ita — de Canisii contionibus paulo infra dicam — in ecclesia cathedrali anno 1564 a mense Ianuario ad Maium 1000 fere homines (810), a Septembri ad exitum Decembris 930 iis peccata confessi sunt (816); neque deerant, qui ex protestantismo ad fidem catholicam reverterentur (556 901), quamvis protestantes dure habere reductos illos solerent (808—809); multae virgines perpetuam virginitatem Deo voverunt (800): iuvenes et virgines monasteria intrarunt (557 804 814—816); plerisque fidelibus persuasum est, ut confraternitati sacratissimi Rosarii in templo dominicano institutae nomina darent (804). Libri obscoeni et superstitiosi, imagines impurae Sociis tradebantur (810): ab his praecavebatur — id quod praecaveri antea non erat solitum —, ne catholici protestantibus matrimonio iungerentur (814): sacrarum peregrinationum usus restitutus (aliquando 20 000 ad 30 000 interfuerunt) (810); Socii haud raro ad aegrotos et morientes evocabantur (802 815 816). Ursula Fuggera a Sociis instituta ad mensam eucharisticam, exemplo ea aetate raro, singulis septimanis accedebat (816); eadem maritum, id quod nemo efficere potuerat, ad sacrum singulis diebus dominicis audiendum adduxit (713), collegii Societatis romani egestatem magna stipe sublevavit (37), pagi Weissenhorn, mariti imperio subiecti, sacerdotes, ut se Sociis sacris exercitiis excolendos traderent, permovit (377 397). Semel atque iterum Canisius cum socio Weissenhornium Fuggerae rogatu venit; ubi praeter alia — cur rem occultem? — in arce fuggerana exorcismis usus est adversus „spiritum domesticum, qui multis annis multos infestabat et in singulis fere lectis dormientes perturbabat“ (1043); ibidem Susannam Rosmann, Augustae a ministris lutheranis frustra exorcizatam (806), exorcismis adiuvit: quae aliquot annis post tum Canisio tum Ursulae Fuggerae plurimum erat negotii exhibitura (809).

Augustae igitur Canisii studio industriaque catholici et numero et pietate crescebant (658 901). Pro quo incremento clerum urbis Canisio gratiam rettulisse dixeris; sed res aliter accidit. Anno 1562 exeunte Canisio a capitulo cathedrali, cuius ipse contionatorem agebat, aedes ampliores promissae erant (800): datae non sunt (487 500 891). Canisius usum sacelli cuiusdam templo cathedrali coniuncti petiit: non impetravit (416). Haec praesagia et indicia erant magnae illius tempestatis, quae apostolico viro imminebat: anno 1564 orta est. Multi factum narraverunt, sed obscurius et confusius. Quare rem ex primis fontibus cognoscere operae pretium erat, praesertim cum in eam novissime historicorum oculi conversi sint volumine altero relationum Bartholomaei Portiae nuntii per Germaniam apostolici, quod mandatu borussico-romani illius „Instituti historici“ a *Carolo Schellhass* editum est. Tragoedia una est; Schellhass extremum actum ponit, ego primum. Itaque Monachii in archivo regni bavarici grande nactus sum volumen, quod Floriano Riess in eodem archivo classicam illam Canisii biographiam parante ex tenebris nondum emerserat; „Acta“ dico ipsius cathedralis capituli augustani. Augustae, quicquid in tabulario episcopali adhuc exstat litterarum monumentorumque ad eam controversiam spectantium, humanissime mecum est communicatum. Litteras cardinalis Augustani Romae archivum regni italici mihi suppeditavit. Quae Canisius aliique Socii scripserunt, magnam partem adhuc in Societatis Iesu domibus asservantur. Omnia, studiose exscripta, suis locis proponam; hic brevem pono rerum summam. Iam inde ab a. 1559, quo Canisius Augustae in ecclesia cathedrali officio contionatoris, a capitulo multum rogatus, fungi coeperat, ipse eiusque sodales, a summo pontifice ampla sacramenta paenitentiae et eucharistiae administrandi potestate, qua etiam multa ex peccatis „reservatis“ condonare poterant (472 492 533[3] 601), instructi, Ottonis cardinalis Truchsess episcopi augustani auctoritate et mandatu (34 555), capitulo parochoque rem saltem „tacito consensu“, quem vocant, permittentibus

(677 892), in ecclesia cathedrali, cum Societas nullam haberet aedem sacram, fidelium confessiones excipiebant iisque sacram eucharistiam praebebant; missae quoque sacrificium ibidem offerebant; id quod fere certioribus et commodioribus temporibus, quam alii illius ecclesiae sacerdotes, facere solebant (557). Tempore igitur procedente numerus hominum Sociis peccata confitentium, eorum sacris astantium, stipem in eorum altari collocantium (679) augebatur (804 808 810). Haec aliquos de clero et maxime parochum ad invidiam concitabant (523 658). Hoc quoque complures tum ecclesiastici tum alii aegre ferebant, quod Socii, generali quadam peccatorum confessione non contenti, homines crimina ex Christi instituto distincte fateri iubebant (562), et quod manifesta clericorum vitia planis verbis improbabant (559). Displicebat etiam, quod aliqui ex iis, qui se Sociis in disciplinam tradiderant, sacramenta multum frequentabant (523 557 658 816), plurimum orabant (804), paenitentiae opera exercebant (800—813); erant qui novam „sectam iesuiticam" oriri dicerent (523 810 816) et censuris obiurgationibusque pios illos ita vexarent, ut Canisius necesse esse existimaret ex ipso sacro suggestu eorum causam defendi (845). Tandem parochus, qui etiam ex canonicis erat, eiusque adiutores Patres Canisium et Elderen apud capitulum reos fecerunt et iurium parochialium arrogatorum accusarunt (892); se, nisi Socii paenitentiae et eucharistiae sacramentis administrandis prohiberentur, officium deposituros esse (896). Prohibiti sunt Socii, praeterquam quod Canisio venia offerebatur personis nobilibus peccata confitentibus aures praebendi, reliquis reiectis; id quod ille se facere posse negavit (644 659 679). Causa ad episcopum delata est: qui re cognita querelas canonicorum vel iniustas esse vel parvi momenti et quibus facile provideri posset iudicavit (894 907). Patricii quoque aliquot augustani litteris ad cardinalem datis Canisii patrocinium susceperunt (672 901). Verum neque haec neque Breve a Pio IV. ad capitulum missum apud illud multum valuerunt (905). Interea Canisius cum suis Augusta abire cogitavit (638 674); a quo consilio per cardinalem revocatus (894 898), copiosis epistulis ad capitulum et ad cardinalem datis (quarum usque adhuc aliae ex parte tantum notae [555 642], aliae prorsus ignotae [657] fuerunt) se purgare ac Societatis iura (898 899) tueri studuit, ullam exstare legem negans, qua fideles extra Paschatis tempus nemini nisi parocho peccata confiteri, a nemine nisi a parocho eucharistiam sumere iuberentur (556 643 660); simul tamen, qua erat modestia et animi demissione, a capitulo veniam, si quid peccasset, petiit (661) et illud Gregorii Nazianzeni usurpavit: Si „propter nos exorta tempestas est, proijciamur in mare" (644). Atque ita fere factum est: Litterae pacis conscriptae, subscriptae, confirmatae, quibus Canisius ceterique Socii templo cathedrali cedebant, nisi quod Canisius contionatoris officium retinebat (910). In alia quadam urbis ecclesia confessiones excipere (709) coeperunt; sed inde quoque eos exturbare studuerunt clerici quidam, qui invidia urebantur et conscientia mordebantur (898 902); „clerus timet nos", inquit Canisius (713); tandem in aedicula, quae episcopi solius potestati subiecta erat, ad tempus conquieverunt (816); conquieverunt, inquam; nam patricii quidem aliquot, cardinale Augustano et duce Bavariae iuvantibus, a pontifice impetrare conabantur, ut monasterium Dominicanorum paene desertum (765) in Societatem transferretur (734); sed hoc consilium neque Canisio placuit (740 754 764), neque ad effectum adduci potuit (770).

Inter ea, quae in hac controversia Canisio obiciebantur, hoc comparet, quod ipse clerum non solum privatis colloquiis, sed etiam palam ex sacro suggestu in contemptum adducere dicebatur (543). Quam accusationem eo minus censeo esse neglegendam, quod eadem decem annis post repetita est scripto quodam, quod primum saeculo XVIII. exeunte, deinde novissimo hoc tempore typis evulgatum est: „Memoriale" secretum dico, ab *Ioanne Egolpho a Knöringen* episcopo augustano eiusque capitulo Dilinga et Augusta m. Septembri a. 1574 datum, in quo asseritur: Socios ita locutos esse, ac si sacerdotes, qui de ipsorum Societate non essent, homines a peccatis absolvere non possent (544 863); immo Canisium (anno 1564) ex cathedralis ecclesiae suggestu „crassum" illum pronuntiasse „errorem": Sociorum missas

meliores esse quam missas aliorum sacerdotum (867). Crimen certe non exiguum! Num verum? Feliciter contingit, ut usque in praesens tempus conservarentur et nuper in domo quadam Societatis reperirentur codices, in quos Canisius contiones anno illo 1564 a se habitas vel sua manu rettulit vel per alios referendas curavit, ita tamen, ut ipse eorum scripta recognosceret et emendaret. Antequam autem, quid hi codices habeant, dicam, haec me oportet praefari: Exeunte a. 1563 concilium tridentinum absolutum est. Tridenti denuo explicatum et confirmatum est institutum „reservationis" peccatorum graviorum, qua fit, ut a peccatis illis nemo nisi singulari potestate praeditus homines absolvere possit. Ibidem clericis, ne simonia, concubinatu, ebriositate inquinarentur, gravibus poenis propositis est interdictum, et viri ecclesiastici ad vitam honeste agendam, sacra rite facienda, contiones suo tempore habendas saluberrimis praeceptis impulsi sunt. Neque deerant in clero augustano sacerdotes, qui ad concilii praescriptum viverent; Canisius ipse id testatus est (556 740 860). Idem tamen sub initium a. 1564 rettulit, „Ecclesiae" augustanae „statum ualde perturbatum esse" ob „uarios clericorum excessus" (410); ac testimoniis episcoporum augustanorum, nuntiorum apostolicorum, proborum laicorum confirmatur. fuisse in clero (fortasse etiam in capitulo cathedrali), qui sua in officiis sacris administrandis neglegentia et in vivendo pravitate omnium oculos offenderent: atque ex his haud ita pauci etiam concilio absoluto et per pontificem confirmato vivere pergebant perinde ac si nullum concilium habitum esset (545 560). Horum nequitia apostolicum Canisii pectus vulnerabatur; horum ipse vitia „publica et communia" etiam palam perstringi fas esse ducebat; id enim nisi fieret, populum arbitraturum esse, a se solo, non a clero morum emendationem exigi (559). Perstrinxit; ex sacro suggestu perstrinxit: iis verbis perstrinxit, quae nostra aetas certe non ferret; addo etiam, iis verbis, quae Sanctum Ignatium, si contionibus illis interfuisset, probaturum fuisse non audeo affirmare (567). Neque enim is esse velim, qui in huiusmodi controversiis inter viros ecclesiasticos exortis ex una parte sanctitatem ab omni perturbatione liberam, ex altera nihil nisi consilia impia et abiectissima esse asseram; quis sanae mentis homo hoc crediderit? Paulo magis ad singula descendo. Die 14. Maii 1564 Canisius in cathedrali ecclesia questus est, excommunicationis poenam etiam a sacerdotibus confessiones excipientibus neglegi; exstare sacerdotes, qui necessaria facultate destituti homines a gravissimis illis peccatis absolverent: eam vero absolutionem irritam nullamque esse; horrendum esse, quod quis ita se putaret absolutum esse et in damnatione maneret (861). Ac compluries Canisius, sicut annis superioribus fecerat, anno 1564 ex suggestu pravos clericorum mores vituperabat, sermone tamen utens longe quam antea acriore. Dolere se significabat, quod multi clerici litteris non studerent, breviarium non semper recitarent, contiones habere ignorantia pigritiaque omitterent, pauperes non iuvarent; quod poculis, „lusu chartarum", libidinibus magis delectarentur quam sacra precatione; quod daemon voracitatis (der „Fressteufel") iis imperaret (856—861). Res porro ad manifestas discordias deducta est contione, quam Canisius de missae sacrificio habuit die secundo Octavae Corporis Christi sive 2. Iunii, pridie scilicet illius diei, quo ad capitulum querela de eius iniuriis delata est: Cleri inscitia, ignavia, avaritia hominum animos a missae sacrificio abstractos esse ait; quamvis sacerdotes dignitate regibus et angelis antecederent, nullum tamen magis contemni hominum ordinem, quam sacrificulorum („Messpfaffen"). „Vere polluimus" sacrificium „nostris manibus immundis, nostro ore illoto, nostris incircumcisis cordibus, nostra scandalosa vita, nostris grauibus abusibus. . . . Quam multi adhuc hodie, qui publice sunt incontinentes, ebrij, non orant sed blasphemant, . . nusquam habent maius taedium quam in altari et in sacrificio; . . . accurrunt sicut canes, . . . discedunt in tabernas, ex more faciunt omnia, non est honestas in domo, sobrietas in mensa, non continentia in lecto, non studium in libris, non deuotio in corde" (864 866). Severa est haec oratio; neque tamen vel in ea, vel in ulla alia ex contionibus a Canisio hoc tempore habitis „crassus error" ille cernitur, quem eius adversarii a. 1574 in iisdem notarunt; neque ullas vidi vel litteras vel libellos vel commentarios a canonicis ipso illo anno 1564 conscriptos,

in quibus errorem illum a Canisio ipso prolatum esse affirmaretur. Hoc tantum a. 1564 canonici questi sunt: Aliquos ex Iesuitarum cultoribus ipsorum sacra meliora putare quam sacra aliorum sacerdotum; neque Canisium culpa vacare; eum enim in contionibus ita locutum esse, ac si sacerdotes, qui de Societate Iesu non essent, neque sacramentum paenitentiae recte administrarent, neque missae sacrificium rite offerrent (544 677—678). Ipse autem Canisius litteris ad capitulum missis: „Ridiculum est plane“, inquit, „quod fingunt quidam, propterea“ nostra „sacra frequentari magis, uelut quae meliora et sanctiora sint, quam aliorum Sacerdotum“; si quid autem insulse de Sociorum sacris diceretur, a mulierculis id dici neque Societati crimini dari posse (557—558). Pulchrum est porro et nescio quo pacto adhuc parum animadversum, supremos Societatis Iesu moderatores in omni hac tempestate Sociorum augustanorum animis sedandis praecipuam operam dedisse. Lainius praepositus identidem eos adhortabatur: Ut „suaviter“ agerent (613); viderent, ne ob sacra ministeria, quae ipsi obirent, reliqui sacerdotes emolumentis pecuniariis, quae iure iis obvenirent, carerent (736); reverentia et caritate capitulum prosequerentur: de capitulo, quicquid boni dicere possent, dicerent; curarent, ut laici quoque ita se gererent (663 674 686 719 736).

7. Quoniam de Canisii contionibus agere coepi, quicquid de iis dicere proposueram, hoc loco addam. Ex codicibus contionum modo memoratis et ex aliquot similibus hoc intellegitur: Canisius ab initio m. Ianuarii a. 1563 ad exeuntem Ianuarium a. 1565 18 mensibus, quibus Augustae degebat, ibidem fere 200—210 contiones habuit; ita, ut exempla aliquot ponam, per sacrum Adventum anni 1563 singulis septimanis ter contionatus est; a. 1564 per Quadragesimam singulis septimanis ad quaternas, quas officio habere debebat, contiones 2—3 orationes catecheticas, ut videtur, addebat (839—842). Multi ad eum audiendum concurrebant (754 842 843), ex quibus tamen nonnulli „censores“ potius quam auditores esse ei videbantur (844). Singulorum dierum sacrorum evangelia explicare fere nunquam omittebat; simul tamen alia quaedam sibi sumebat continua contionum serie explananda, ut prophetiam Ionae, poenas tartareas, canticum illud Isaiae cap. 12, missae sacrificium, Decalogi praecepta IV. et V.; tria enim prima superioribus annis exposuerat (818 ad 840); in quarto autem praecepto maxime instabat de oboedientia magistratibus ecclesiasticis praestanda, demonstrans, quanto potestas ecclesiastica civili esset maior; quam turpe esset peccatum sacerdotibus resistere, ecclesiasticae potestatis exercitium impedire, bona ecclesiae auferre, clerum contemnere (560 822 823 847 ad 849 862). Optandum etiam esse affirmabat (id quod a Suebiae principibus protestantibus aliqua ex parte factum est [467 [5]]), ut homines per magistratus civiles ad ieiunii et abstinentiae leges servandas cogerentur (855). Hoc quoque Augustini aliorumque veterum auctoritate palam contendebat, ut principes catholici in haereticos vi agerent (852); id denique commendabat, ut magistratus sacri cum civilibus amice iungerentur (847). Immaculatam Beatae Mariae virginis conceptionem perspicuis verbis proclamavit (888). Catholicos serio hortabatur, ne protestantibus liberos baptizandos traderent (850) neve libros suspectos legerent (838 862) neve cum fidei catholicae contemptoribus commercium haberent (849), sed tum opibus tum factis rem catholicam iuvarent; temporum rationem exigere, ut catholici magis quam antea litteris studerent ac libros ad fidem cognoscendam et defendendam utiles et scriberent et legerent (853). Ac sicut superstitiones illas variorum signorum, herbarum, benedictionum improbabat et vituperabat (880), ita exorcismos ecclesiasticos, qui obsessis adhibebantur, defendebat et laudabat (872 885), monens simul, nequaquam obsessos omnes in damnatorum numero esse ducendos, et longe peius habere, qui peccata gravia perpetrarent (884).

Multum disputari coeptum est eo tempore de mulieribus veneficis sive de strigis (Hexen), quas vocabant. Exstat epistulae 20. Novembris 1563 a Canisio ad Lainium praepositum generalem datae locus, a *Ioanne Janssen* primum in lucem emissus, deinde a *Riezler*, *Diefenbach*, *Duhr*, *Paulus* vel repetitus vel commemoratus, ubi Canisius, suae aetatis more, de mulieribus illis haec, praeter alia, refert: „Tem-

pestates excitant dirasque clades immittunt" hominibus, „ut nihil ab illarum horrendis artibus et uiribus tutum satis uideatur" (400). Praeter hanc epistulam usque adhuc nihil aliud occurrit quaerentibus, quid de strigis Canisius sensisset. Verum — ut, quae ille in libro precationum germanico de iis breviter notavit (1019), hoc loco omittam, — exstat contio canisiana, quam paene iustam dixerim contionem magicam vel strigicam (Hexenpredigt). Canisius Dominica III. Quadragesimae anni 1564, evangelio diei, quo de daemone per Iesum eiecto (Lc 11, 14—28) etc. agebatur, usus, primum catholicos illos, qui daemonem exstare quidem, sed haud ita multum esse timendum putarent, reprehendebat (869), ostendens, daemonis in homines potestatem a Christo esse imminutam, non tamen sublatam; serio contra eum pugnari oportere (870; cf. 885); eum corpora quoque obsidere atque homines graviter tentare et vexare posse (873; cf. 884). Deinde hoc pro certo posuit: Exstare mulieres pravas et daemoni addictas, per quas daemon, Deo propter gravissima hominum peccata ita fieri permittente (877), hominibus multum imponeret et noceret. Haec tamen Canisius adnotat: Mulieres illae perperam falsoque opinantur, fieri, ut ipsae, signis verbisque vanis daemonem adiurando, tempestates excitent, frumenta laedant, homines sterilitate et infirmitate afficiant etc. (876—877). Ac licet mulieres illas merito morte multari censeat (877—878), maxime tamen adversus eas arma illa a vetere ecclesia contra daemonem usurpata adhiberi vult: Exorcismos, res sacratas, ieiunia etc. (878—880). Ita Canisius de priore sententia, lectis, ut equidem coniectarim, Udalrici Molitoris ac fortasse etiam Ioannis Weyer scriptis, aliquid immutavit (881). Certe ille cum de strigarum potestate tum de earum compescendarum ratione et moderatius prudentiusque, si rem spectes, et longe modestius, si spectes verba, sensit dixitque quam Martinus Lutherus (402 883).

Praeter contiones augustanas Canisius hoc biennio orationes sacras habuit Dilingae (913 914), Herbipoli (1045), Oeniponte (228 948), Weissenhornii (397), in compluribus Suebiae monasteriis (1036), quae aestate a. 1564 a Georgio Ilsungo caesareo per Suebiam praefecto rogatus obivit.

8. Has inter contiones, si quid temporis reliquum erat, vir ille laboris pervicax calamum resumebat scriptorium. Assiduus erat in catechismo perpoliendo; qua in re alii, ut Alphonsus Salmeron, opem ei ferebant (11 275). Ac Flacius quidem Illyricus libellum edidit de „Ethnica doctrina" huius catechismi (1026); Hermannus quoque Hamelmannus sacerdos apostata scripto quodam conabatur eundem catechismum ex scholis monasteriensibus exturbare (1033)'; et Tilemannus Heshusius, unus ex Lutheranorum theologis litigatoribus, quos dicebant, in libro „Trewe Warnung" acerbis eum conviciis aspergebat (1021); attamen Canisii liber in dies magis divulgabatur. Annis 1563 et 1564 denuo excusa „Summa" latine Antverpiae, Coloniae, Lugduni, Venetiis, germanice Coloniae, vlamice Antverpiae; „Parvus Catechismus Catholicorum" in lucem emissus latine Coloniae (3 editionibus), Dilingae, Lovanii (?), Venetiis, germanice (addita per auctorem copiosa institutione sacramenta paenitentiae et eucharistiae pie sumendi) Ingolstadii, italice (per Possevinum amplificatus) Monte Regali (1003—1024). Praeterea idem catechismus germanicus unaque cum eo Canisii liber precum germanicus („Betbuch") ab auctore recogniti Dilingae a. 1563 secundo, 1564 tertio in lucem prodierunt (987 1015). Ibidem a. 1563 prodiit „Hortulus Animae, Der Seelen Garten" eleganter excusus multisque figuris ornatus, in quo, praeter multas alias precationes, septem „Officia" sive „Horae" in singulos hebdomadis dies Canisii industria dispositae erant; atque haec editio germanica est: latina quoque editio exstitisse videtur. Liber nunc rarissimus: quem et a Canisii biographis et a Societatis Iesu bibliographis ea de causa omissum esse conicio, quod Canisii nomen ab eo abest, et quod „Hortuli" omnes postea in „Indicem" librorum prohibitorum relati sunt (991). Iam anno 1562 Canisius hoc egerat, ut in Germania typis exscriberentur aliquae ex „Litteris Indicis", quibus Sanctus Franciscus Xaverius aliique Societatis Iesu viri apostolici narrabant, qua ratione verbum Dei per Africam, Indias orientales, Brasiliam, alias terras disseminaretur et quanti inde fidei pietatisque fructus col-

ligerentur; prodierunt a. 1563 Dilingae binae huiusmodi litterae, pure et latine versae, cum Ioannis Agricolae, medicinae in universitate ingolstadiensi professoris, praefatione, cuius partem aliquam Canisius ipse scripserat (983); atque hae „Epistolae Indicae" fuerunt primitiae plurimarum litterarum et relationum, quae de „missionibus exteris" vel libris singularibus vel libellis periodicis in Germania deinceps a catholicis (ac suo modo etiam a protestantibus) vulgatae sunt et nunc quoque vulgantur. Eodem tempore Canisius saepe multumque instabat, ut refutatio illa „Praecipuorum capitum theologiae Iesuvitarum" a Martino Chemnitio a. 1562 vel 1563 editorum, quam Didacus (Iacobus) Payva de Andrada, unus ex praecipuis concilii tridentini theologis, conscribendam susceperat, brevi absolveretur; ipse Andradae scribendi materiam et suppeditavit et suppeditandam per Socios colonienses curavit; ac cum a. 1564 „Orthodoxae Explicationes" Venetiis editae essent, Canisius effecit, ut praeclarus hic Andradae liber eodem anno Coloniae emendatius excuderetur (1014). Cum autem Chemnitii liber, quo maius Iesuitis apud vulgus odium pareret, a Ioanne Zanger, Lutheranorum brunsvicensium contionatore, non solum germanice redditus, sed etiam foedissima calumniarum et conviciorum colluvie amplificatus esset, Canisius ipse Zangerum scripto refutavit germanico, quod „Von der Gesellschafft Jesu" inscriptum per Ioannem Albertum magistrum ingolstadiensem et Societatis Iesu amicum locupletandum et Ingolstadii anno 1563 evulgandum curavit (1001). Haec quoque Canisii diligentia ab oblivione, in quam venerat, vindicari meruit. Anno 1564 et initio a. 1565 Canisius „Libellum Agendarum" ecclesiasticae provinciae salisburgensis Ioannis Iacobi archiepiscopi rogatu recognovit (614); quam recognitionem typis vulgatam esse et ego et alii opinati eramus; at eam nunquam excusam esse nunc mihi videor argumentis certis evincere posse (1032). Varia quoque Francisci Costeri S. J. scripta polemica Canisius his annis recognovit (217 549), quae postea in insigne illud vulgatissimumque Costeri „Enchiridion controversiarum" relata sunt (242). Coloniam idem Hieronymi Osorii „Ciceronis lusitani" scriptum quoddam misit, ut typis describeretur (227). Hoc quoque magnopere commendabat, ut ex romanis bibliothecis vetera concilia et patrum opera emendate et accurate typis exscriberentur (271 276), atque Hosio scripsit, vehementer sibi probari, quod Romae sacrorum Bibliorum et operum S. Hieronymi novas editiones pararent (781).

9. Canisius occupatissimus fuisse dicendus esset, si duobus hisce annis solis contionibus illis librisque addictus fuisset neque ullum in Societate ipsa magistratum habuisset: sed simul Societatis per Germaniam superiorem praepositum provincialem ageret necesse erat! Collegiorum quidem pragensis, tyrnaviensis, vindobonensis cura anno 1562, quod Lainius praepositus generalis et Natalis visitator haud procul abessent, cum magna animi sui satisfactione levatus erat (5); ac cum a. 1563 de iisdem collegiis a provincia Germaniae superioris prorsus seiungendis et in novam „provinciam Austriae" colligendis ageretur, supremi moderatores eum omni provincialis officio liberare et utriusque provinciae „commissarium", dignitate ampla, onere exiguo, constituere cogitabant. At Canisius „commissarii" honores refugiebat (289 298 1041); neque repertus est, qui ad provinciam regendam aptus esset; ita ipse in posterum quoque Societatis domus augustanam, dilinganam, ingolstadiensem, monacensem, oenipontanam cum praepositi provincialis Germaniae superioris nomine administrare iussus est (1042).

Ne hoc quidem officium curis molestiisve vacabat. Pecunia saepe deerat (253 274 411 437 691 707). Epistulae negotiorum gratia scriptae haud ita raro vel non tradebantur, vel sero, magno pretio, apertae afferebantur (488 504 536 549 572); atque Canisius eas nonnunquam a „falsis fratribus" intercipi suspicabatur (579). In urbes augustanam, ingolstadiensem, monacensem, oenipontanam, in quibus Socii degebant, pestilentia incidit. Erraverit quidem, si quis forte putet, Socios in Germania primis his temporibus, perinde ac postea solebant, ad homines pestilentia laborante succurrisse, multosque eorum in aegrotis curandis gloriosas caritatis victimas occubuisse; iussi erant, quoniam pauci erant et in Germania magna erat ma-

gistrorum et contionatorum catholicorum penuria (134 335), ad infirmos illos non accedere nisi gravi necessitate cogente (264 321 325), et Canisius nominatim illorum confessiones excipere a Lainio praeposito generali vetitus erat (265); ipse tamen, cum canonici cathedralis ecclesiae urbe migrassent ac tum cardinalis Hosius tum archiepiscopus moguntinus Canisium idem facere exoptarent, sibi manendum esse iudicavit manendique veniam a Lainio impetravit (382 399 403 408 887), sicut etiam Vindobonae Socii pestilentiae tempore nemine petenti operam negabant (264[5]), et Lugduni P. Edmundus Augerius hominibus pestilentia infectis caritatem summam praestando Gallorum animos sibi et Societati conciliavit (716—717). Ob pestilentiam igitur scholas Societatis intermitti (655 753 772) ipsosque Socios magnam saltem partem in alias regiones mitti oportebat (47 510 540 668 690). Singularis difficultas ex pestilentia Oenipontem urente orta est: Archiducissae, quas dixi, Meranam abeuntes duos Societatis sacerdotes secum abduxerunt (597). Canisius unum iis sufficere dicebat (700 766 793); quae res Magdalenae animum ita offendebat (685 776), ut per litteras suo sororumque nomine datas Lainium praepositum generalem rogaret, ne Canisium causae arbitrum constitueret (949); lis tamen cito composita est (950). Maior autem pugna Canisio erat cum Bavariae ducis consiliariis sustinenda, ut Societati suorum, quocumque ipsa vellet, mittendorum libertas constaret (298 302 305 596 731 940). Atque inter ipsos Socios fuisse, qui praepositum provincialem sollicitudine afficerent, ex iis, quae dixi, satis liquet. Addo hoc tempore comparuisse germina dissensionum, quae aliquanto post inter Canisium et P. Paulum Hoffaeum, virum ceteroquin valde probum, palam exstiterunt (741 1050). Sacerdos quidam ex Societate dimissus eam maledictis et calumniis persequebatur (479).

Hoc Canisio valde erat cordi, ut in collegiis Societatis germanicis et litterarum studia et religiosae virtutes florerent. Romanos Socios monebat, providendum esse, ut, qui in Germaniam mitterentur, bene latine scirent (143 234); neque „bullatos" tantum doctores (322 325), sed eos mitti debere, qui in docendo exercitati essent (138 322). Socios curae suae commissos saepe invisebat; Augusta profectus est hoc tempore Oenipontem ter, Monachium quinquies, Ingolstadium quinquies, Dilingam fere terdecies. In singulis collegiis singulorum confessiones excepit (441 447 512 582 592 792) fratresque ad vota religiosa pie renovanda cum privatis cohortationibus tum orationibus de Societatis instituto habitis (434 916 938) praeparavit; quibus in „visitationibus" et ipse et sodales uberi afficiebantur solacio (814 929 930 941).

10. Neque solum Societatis homines in Germania degentes, sed Germanos omnes sincera caritate Canisius complectebatur. Romam ad Carolum Vicecomitem episcopum vintimiliensem et Pii IV. propinquum commentarium misit, quo de Germania in rebus divinis iuvanda agebat (738 770). Dolebat vehementer, cum in Italiae universitatibus iuvenum germanorum mores paene de industria corrumpi vel Lutheranos et Calvinianos turpis lucri gratia creari iuris et medicinae doctores intellegeret, qui deinde in Germania cum specioso doctoris itali titulo ecclesiae catholicae detrimenta inferrent (653); quare Lainium praepositum generalem rogavit, operam daret, ut pontifex ad tantum malum remedia adhiberet; atque ita causam praebuit gravissimae illi constitutioni pontificiae (ne nunc quidem omni vi destitutae), qua, qui magistros agere vel ad gradus academicos promoveri vellent, „professionem fidei" tridentinam facere iubebantur (761 772 790).

Fateor, in aliquibus rebus Canisius severius, non solum si nostra, sed etiam si illa tempora spectentur, sensisse videri potest; ita in quaestione illa multum agitata, num et quibus cum condicionibus 5 % sumi liceret (563 849); ita etiam in interpretatione legum quarundam canonicarum, ut quae de peccatorum reservatorum solutione (508 588 861) et de excommunicatorum consuetudine devitanda (861) latae sunt. Attamen Germanis suis, ubi fieri posse existimabat, patrocinabatur. Commendavit, ut in concilio tridentino procuratoribus episcoporum Germaniae ius suffragii tribueretur (82); suadebat, ut protestantibus ad ecclesiam redeuntibus bona ecclesiastica, quae abstulissent, „condonarentur" (93), ut „Index"

Pauli IV. „moderationem acciperet, Germanicae nationi accommodatam" (93). Lainium praepositum generalem rogabat, videret, ut in curia romana „circa censuras Ecclesiasticas cum Germanis clementius ageretur" (509). Canisio ut satisfieret, Socii romani impetrare conabantur (frustra tamen), ut Germaniae sacerdotibus, etiam saecularibus, potestas concederetur fideles a „casibus Bullae Coenae" absolvendi (540 548 579 599) et iis, quorum confessiones exciperent, Novi Testamenti germanice versi et librorum de controversiis germanice scriptorum lectionem permittendi (698); condiciones enim terminosque, quibus librorum illorum lectio in „Indice" tridentino constringebatur, Germaniae nocere potius quam utiles esse Canisius censebat (674 744 772 791 793). Refero haec et narro, non iudico.

11. Fieri certe potest, ut etiam doctissimus et sanctissimus quisque interdum erret et labatur. Sicut Lainius, theologus Tridenti laudatissimus, concilio absoluto, a pontifice confirmato, Romae promulgato atque „Indice" tridentino similiter promulgato Canisium aliosque Socios semel atque iterum docuit: Fideles concilii decretis non teneri, antequam in ipsorum terra promulgata essent, neque „Indicem" observari necesse esse nisi in regionibus, ubi promulgatus esset (474 486 529 744); quas sententias hodie nemo theologus probaverit: Ita Canisius illis annis synodo basileensi eam tribuebat auctoritatem, quam ei denegandam esse postea etiam moderatiores inter Gallicanos confessi sunt (888). Ad romani pontificis primatum defendendum dicta illa pseudocyrilliana et spurium Sylvestri Constitutum proferebat (79 87). Concilium tridentinum in Germania nunquam promulgatum iri opinabatur (486). Cum Calvinus Genevae tranquillam, quod ad externam quidem hominis speciem attinet, mortem obisset, Canisius nescio quibus rumoribus deceptus, ad cardinalem Hosium scripsit, eum Herodis instar desperabundum et a pediculis corrosum vita excessisse (608). Reprehensus est etiam a praeposito generali, quod nimius esset in petendis pro Germaniae collegiis hominibus valetudine et virtute praestantibus (234 574), et quod pecunias male custodisset; novicius enim quidam, cum Augustae Canisii coquum egisset, inde aufugerat, 200 ducatis furtim secum ablatis (399 408); neque romanam vituperationem effugit, cum Dilingae fratrem quendam Societatis scholasticum officio ianitoris astrinxisset; a „litteratissimo" enim homine illo id muneris plane esse alienum (707 772). Haec paene omnia nova sunt; ea non occulto, sed, ut sunt, propono; ad historiae enim integritatem necessaria esse videntur, ac, quia viro maximo acciderunt, nobis, qui minores vel minimi sumus, solacio esse possunt.

12. Magnum se Canisius his annis praebuit cum aliis virtutibus, tum maxime oboedientia et animi demissione. Praepositum generalem Societatis 4. Decembris 1563 rogavit, ut provinciae Germaniae superioris „consuleret mutatione capitis siue Prouincialis"; nam collegiis „nolim diutius incommodare . . . indignitatem sui Prouincialis" (412). Aliquot mensibus post eidem scripsit: „Mereor et accipio lubens reprehensionem, quod patientiam et charitatem et longanimitatem morosis et aegrotis fratribus debitam, ego non adferam. . . . Igitur supplex veniam peto neglectae charitatis, et apertae impatientiae meae" (591). Praepositi iudicium, relicta sua sententia, sequitur (178 398 510). Placent ei, quae „sancta obedientia" constituit (421 424 683 777). „Non grauatim in Prussia uiuet duce sancta obedientia" (609). „Fiat in Christi nomine uoluntas non mea, sed superioris" (229). Ac m. Octobri 1564, cum laboribus moderari iussus esset (695), respondit: „Paternam admonitionem non possum non reverenter amplecti. Utinam ego discretionem virtutum matrem in re ulla tenere possem, qui neque mihi neque aliis satisfacio saepe" (708).

At Canisius plerisque magnopere satisfaciebat. „Pater Canisius", inquit Ioannes Franciscus Commendonus episcopus Zacynthi in relatione initio a. 1563 Tridenti iussu praesidum concilii scripta, „homo est summae et virtutis et doctrinae, atque studiosus potestatis pontificiae defensor" (957). Canisium per totam Germaniam aucto-

ritate florere P. Hieronymus Natalis Societatis visitator initio a. 1564 testatus est (803). Eius autem verba litteris illustrantur, quas quattuor ex nobilissimis reipublicae augustanae patriciis 18. Septembris 1564 ad Ottonem cardinalem Truchsess dederunt; hi enim Canisium „vnicum Germaniae decus et columnam totius Ecclesiae“ appellarunt (901). Neque multum ab iis dissentiebat Sanctus Carolus Borromaeus, cum Roma 22. Maii 1563 Tridentum ad Stanislaum cardinalem Hosium haec de Canisio scriberet: „Incredibile est, quanta cura, ac sollicitudine vir pius sit, ut Dei immortalis cultum, sanctimoniamque omni animi impetu tueatur, ac caeteris praestet“ (974).

III.

TABULAE CHRONOLOGICAE VITAE CANISII

ab 1. Ianuarii 1563 ad 31. Ianuarii 1565.

Quae ad libros Canisii et ad similes res litterarias pertinent, cursivis litteris descripta sunt.

Numeri uncis inclusi, qui singulis sententiis adduntur, ostendunt, quibus potissimum libri paginis singula facta copiosius narrentur.

1563	—	*Canisii „Summa doctrinae christianae" latine denuo exculitur Coloniae per Maternum Cholinum, Venetiis per Michaelem Tramezinum* (1004).
1563	—	*Canisii „Summa" germanice Coloniae per Maternum Cholinum, vlamice (a. 1557 per Nicolaum Zegerum O. Min. versa) denuo Antverpiae per Ioannem Verwithagium excuditur* (1005 1006).
1563	—	*Canisii „Parvus Catechismus Catholicorum" latine denuo editur Coloniae (a Materno Cholino), Lovanii, Venetiis (a Michaele Tramezino)* (1007).
1563	—	*Canisii „Parvus Catechismus Catholicorum" cum ratione sacramenta paenitentiae et eucharistiae pie suscipiendi Ingolstadii a Weissenhorniis excuditur* (1008).
1563	initio anni	*Canisii Precationes germanicae et una cum iis eiusdem „Parvus Catechismus Catholicorum" germanice redditus Dilingae ex officina Sebaldi Mayer iterum prodeunt, editione a Canisio emendata* (987).
1563	Ian. 1.	Canisius (ut videtur) **Augustae** in ecclesia cathedrali contionatur (818).
1563	Ian. 3.	Dominica ibidem (ut videtur) contionatur (818).
1563	sub Ian. 4.	*Tridentum ad cardinalem Hosium „Operum" eius editionem parisiensem et Firmici Materni adversus gentiles librum mittit* (4).
1563	Ian. 4.	Molonem medicum Hosio commendat (5).
1563	Ian. 6.	Epiphania Domini in eccl. cathedr. contionem (ut videtur) habet (818).
1563	Ian. 10.	Dom. infra Octav. Ep. in cathedr. eccl. evangelium diei exponit simulque primam habet contionem de IV. praecepto decalogi (818).
1563	sub 15. Ian.	*Prooemium libri adversus Chemnitium a Payva vulgandi Coloniam mittit* (22).
1563	Ian. 17.	Dom. I. post Oct. Epiph. in eccl. cathedr. de IV. Decalogi praecepto contionatur (818).
1563	Ian. 24.	Dom. II. post Oct. Epiph. in eccl. cathedr. de evang. diei et de IV. praecepto contionatur (819).

1563	Ian. 31.	Dom. III. post Oct. Epiph. contionem (ut videtur) ibidem habet (819).
1563	Febr. 2.	Die Purificationis B. M. V. ibidem contionem (ut videtur) habet (819).
1563	Febr. 3.	Ferdinandus I. Canisium Oenipontem arcessit, cum eo ibidem de rebus concilii tridentini acturus (45).
1563	Febr. 7.	Dom. Septuagesimae Canisius (ut videtur) Augustae in eccl. cathedrali contionatur (819).
1563	Febr. 8.	Canisius Augusta discedit (49).
1563	Febr. (10., ut videtur)	**Oenipontem** advenit (955).
1563	Febr. 11. et 12.	Cum Ferdinando I. caesare, Delphino nuntio apostolico, Commendono episcopo de rebus concilii agit (49 952 955).
1563	sub Febr. 15.	Canisio per Drascovitium episcopum 17 „articuli" ad concilium spectantes traduntur, de quibus imperatori sententiam dicat (56).
1563	Febr. 16.	Canisius cum Seldio vicecancellario et cum Gratiano, Commendoni secretario, de rebus concilii etc. agit (956).
1563	Febr. inter 16. et 19.	Cardinalis Lotharingiae et episcopi theologique aliqui galli Canisium invisunt (957).
1563	sub Febr. 22.	Canisius commentarium absolvit, quo imperatorem, ne pontificis auctoritatem convellat, vehementer hortatur simulque, quae qua ratione debeat reformanda curare, docet (75).
1563	ante 7. Mart.	**Augustam** advenit (111).
1563	Mart. 7.	Dom. II. Quadr. in cathedr. ecclesia iterum contionari incipiens, promissionem praecepto IV. additam et evangelium diei exponit (819).
1563	Mart. 8.	F. II. ad S. Ioannis contionatur; hac et proximis contionibus quadragesimalibus caput I. prophetiae Ionae et „quattuor novissima", maxime poenas inferni, exponit (819).
1563	Mart. 9.	F. III. exponit (ut videtur) catechismum suum populo in templo S. Ioannis (841).
1563	Mart. 10.	F. IV. in templo S. Ioannis contionatur (819).
1563	Mart. 11.	F. V. exponit (ut videtur) catechismum ibidem (841).
1563	Mart. 12.	F. VI. ibidem contionatur (819).
1563	Mart. 14.	Dom. III. Quadr. in eccl. cathedr. contionem habet (819).
1563	Mart. 15.	F. II. in templo S. Ioannis contionatur (819).
1563	Mart. 16.	F. III. catechismum (ut videtur) exponit ibidem (841).
1563	Mart. 17.	F. IV. ibidem contionatur (819).
1563	Mart. 18.	F. V. catechismum (ut videtur) exponit ibidem (841).
1563	Mart. 19.	F. VI. ibidem contionatur (819).
1563	Mart. 21.	Dom. IV. Quadr. in eccl. cathedr. contionatur (819).
1563	Mart. 22.	F. II. ad S. Ioannis contionatur (819).
1563	Mart. 23.	F. III. catechismum (ut videtur) exponit ibidem (841).
1563	Mart. 24.	F. IV. contionem ibidem habet (819).

1563	Mart. 25.	Die Annuntiationis B. M. V. in eccl. cathedrali contionatur (819).
1563	Mart. 26.	F. VI. contionem in templo S. Ioannis habet (819).
1563	Mart. 28.	Dom. Passionis in eccl. cathedrali de sacri diei temporisque ratione dicit (819).
1563	Mart. 29.	F. II. ad S. Ioannis paenitentiam et peccatorum confessionem ex Ionae historia commendat simulque externas damnatorum poenas proponere pergit. De iisdem fere argumentis in proximis contionibus agit (819).
1563	Mart. 30.	F. III. catechismum (ut videtur) exponit ibidem (841).
1563	Mart. 31.	F. IV. in templo S. Ioannis contionatur (819).
1563	Mart. et Apr.	*Aliqua a PP. Dionysio et Costero adversus Chemnitium scripta et Villalpandi pro concilio tridentino Apologiam recognoscit* (132 138 165).
1563	Apr. 1.	F. V. catechismum (ut videtur) exponit in templo S. Ioannis (841).
1563	Apr. 2.	F. VI. ibidem contionatur (819).
1563	m. Apr. ineunte	Ferdinandus I. imperator Canisium Oenipontem accersit, ut sibi de concilio tridentino cum cardinale Morono acturo etc. adsit (129 147).
1563	Apr. 4.	Dom. Palmarum Canisius Augustae in ecclesia cathedrali contionatur (820).
1563	Apr. 5.	F. II. in templo S. Ioannis contionatur (820).
1563	Apr. 6.	F. III. catechismum exponit (?) vel contionatur (?) ibidem (820 841).
1563	Apr. 7.	F. IV. contionatur ibidem (820).
1563	Apr. 8.	F. V. in Coena Domini contionatur (ut videtur) in eccl. cathedrali (820).
1563	Apr. 9.	F. VI. in Parasceve contionatur (ut videtur) ibid. (820).
1563	Apr. 11.	Dom. Paschatis in ecclesia cathedr. contionatur (820).
1563	Apr. 12.	Feria II. Paschatis ibidem contionatur (820).
1563	Apr. 13.	Feria III. Paschatis ibidem contionatur (820).
1563	Apr. 17. vel paulo ante	Canisius **Oenipontem** advectus ab imperatore benigne excipitur (157).
1563	inter 16. et 21. Apr.	Ferdinandum I. secreto monet, ne communionem sub utraque specie petat (152).
1563	Apr. 17.	Secretae cuiusdam epistulae ad res concilii spectantis apographum Tridentum ad Lainium mittit, ut is, quid de epistula sentiendum sit, se edoceat (157).
1563	Apr. (21., ut videtur)	*Tridentum ad cardinalem Hosium catalogum novum librorum mercatus francofurtensis mittit* (153).
1563	sub 24. Apr.	Imperatoris iussu per Seldium vicecancellarium 24 „articuli" concilium tridentinum spectantes Canisio aliisque theologis etc. proponuntur, ut ipsi, quomodo caesar de iis cum Morono legato pontificio agere debeat, communiter constituant (160).
1563	sub 24. Apr.	Canisius „articulos" quosdam concilium spectantes et a Bruno, theologorum secretario, sibi traditos Tri-

		dentum ad Lainium praepos. generalem S. J. mittit, ut is sententiam de iisdem dicat (163).
1563	inter 24. Apr. et 7. Maii	De caesaris „articulis" saepe cum collegis consilia confert et disputat (160 174).
1563	Apr. 27.	Tridentum ad Lainium mittit „articulos" concilium spectantes, ut ad eos sibi respondeatur (169).
1563	Apr. exeunte	*Commentarium a P. Costero de calice laicorum adversus Hamelmannum scriptum recognoscit* (144).
1563	Apr. 30.	*Tridentum ad Lainium quaedam a PP. Dionysio et Costero adversus Chemnitium scripta mittit, ut recognoscantur* (172).
1563	sub m. Maium	*Canisio operam praestante Dilingae ex officina Sebaldi Mayer „Hortulus animae" germanice (et latine?) in lucem prodit* (991).
1563	Maii 1.	Canisii rogatu Lainius Albertum V. Bavariae ducem per litteras monet, ne in Bavaria theologos catholicis rebus haereticas miscentes docere patiatur (167).
1563	sub 6. Maii	Canisius caesarem coram monet, reliquos theologos de rebus concilii haud recte respondisse, eidemque exponit, quomodo res concilii et reformationem ecclesiae iuvare debeat (174).
1563	Maii 7.	Theologorum responsum ab imperatore cardinali Morono traditur valde resecatum et mitigatum (182).
1563	Maii 8.	Canisius ceterique theologi de „superioritate concilii supra papam" et de novis canonibus ad usum sacramenti ordinis reformandum Tridenti propositis inter se conferunt (183).
1563	Maii 10.	Canisius a Lainio, ut animi recreandi gratia Tridentum veniat, invitatur (189).
1563	sub 12. Maii	A cardinale Morono 100 scutata accipit (971).
1563	Maii 12.	*Librum „Protestatio . . adversus conventum Tridentinum" per Moronum Hosio mittit* (210).
1563	Maii 13.	Canisii opera interposita Moronus Tridentum rediens plurima tandem ab imperatore impetrat (202 975).
1563	sub 14. Maii	Canisius ceterique theologi ex variis scriptis colligere iubentur, quae caesaris nomine concilio proponantur (197 200).
1563	Maii 17.	Cardinalis Lotharingi commentarium quendam imperatori missum Canisius a se transcriptum Tridentum ad cardinalem Moronum mittit (199).

1563	Maii 22.	Cum Ferdinando I. coram de rebus concilii, de collegio oenipontano, de haereticis coercendis agit (213).
1563	Maii 22.	Ferd. I. Capitulum augustanum per litteras rogat, ut Canisium diutius secum manere patiatur (974).
1563	sub 24. Maii	Canisius P. Hermetem Halbpaur S. J. quinque imperatoris filiarum Oeniponte degentium confessarium constituit (219 234).
1563	Maii 24.	*Scriptum quoddam P. Costeri recognoscit eundemque, quae in eo emendanda sint, per litteras docet* (217).
1563	Maii 25.	Cardinalis Hosius Canisium per litteras hortatur, ut Tridentum veniat (219).
1563	sub finem Maii	Can. imperatori persuadet, ut collegium oenipontanum amplificare statuat (228).
1563	sub 29. Maii	Magdalenae et Margaritae (et Barbarae?), filiarum caesaris, confessiones excipit (228).
1563	29. vel 30. Maii	Vigilia vel Dominica Pentecostes contionatur et virginem valacham sollemniter, astantibus caesaris filiabus, baptizat (228 944).
1563	Maio et Iunio	*Aliqua in Societatis defensionem germanice conscribit adversus Chemnitii „Theolog. Iesuitarum“* (245 298).
1563	Iun. 2.	*Sociis coloniensibus aliqua ecclesiae defendendae causa ab ipsis scripta remittit* (231).
1563	Iun. 4. vel 5.	Ab Ormanetto legatorum concilii mandatu de calicis negotio Bavariae ducem adeunte invisitur eique consilia litterasque dat (238).
1563	Iun. 12.	*Sociis coloniensibus denuo aliqua ab ipsis pro ecclesia scripta et a Lainio recognita remittit* (248).
1563	Iun. 15.	Friderici Staphyli testamento faciendo interest (946).
1563	inter 24. Iun. et 4. Iulii (24. vel 25. Iun., ut videtur)	Oeniponte, conventu theologorum soluto, discedit (272 274).
1563	Iulio ineunte	Monachii et Ingolstadii in Societatis collegia (ut videtur) devertitur (300).
1563	ante 11. Iul.	**Augustam** redit (288 820).
1563	Iul. 11.	Dom. VI. post Pent. in eccl. cathedrali, prima post reditum contione, IV. praeceptum exponere pergens, de institutione magistratuum dicit et (ex evangelio diei), quae officia et ipsis et ab ipsis praestari oporteat, exponit (820).
1563	Iul. 18.	Dom. VII. post Pent. ibidem de potestate magistratibus a Deo data et (ex evangelio diei) de temporis miseria et remediis contionatur (821).
1563	inter 18. et 22. Iul. (18. Iul.?)	Quo die sollemnis supplicatio „contra pestem“ habetur, ex sacro suggestu eum ritum „in Verbo Dei fundatum“ esse demonstrat, et, „qui usus“ eius sit, exponit (821).
1563	Iul. 22.	Die S. Mariae Magdalenae in eccl. cathedr. de ratione diei sacri (Magdalenae paenitentiam ad imitandum proponens) dicit (821).

1563	ante 25. Iul.	Auctore Ilsungo Suebiae praefecto multa Suebiae **monasteria** perlustrare in iisque contionari incipit (1036).
1563	inter 25. Iul. et 14. Aug.	In **civitate lutherana** quadam contionatur (1036).
1563	Iul. 31.	**Augustae** versatur (301).
1563	Aug. 1.	Dom. IX. post Pent. contionatur (?) in ecclesia cathedrali (821).
1563	ab 1. ad 14. (fere) Aug.	In **Suebiae monasteriis** contionari etc. pergit (1036).
1563	paulo ante 14. Aug. (vel ante 13. Iul.?)	In **arce** quadam matronam divitem ex lutheranismo ad ecclesiam reducit et ipsi eiusque domesticis sacramenta administrat (1038).
1563	Aug. 14.	**Augustae** degit (307).
1563	Aug. 15.	Dom. XI. post Pent. et die Assumptionis B. M. V. in eccl. cathedr. de Sanctorum festis et maxime de hoc die B. M. V. sollemniter agendo dicit et veram reformationem commendat (821).
1563	Aug. 22.	Dom. XII. post Pent. ibidem de necessitate magistratuum dicit et ex evangelio diei protestantium de „sola fide iustificante“ doctrinam refellit (822).
1563	Aug. 24.	Die S. Bartholomaei Ap. ibidem de necessitate magistratuum ecclesiasticorum et de evangelio diei dicit (822).
1563	Aug. 29.	Dom. XIII. post. Pent. ibidem potestatem ecclesiasticam civili maiorem esse demonstrat et evangelium diei copiose exponit (822).
1563	Sept. 5.	Dom. XIV. post Pent. ibidem de honoribus et privilegiis a Deo in sacerdotes collatis dicit et ex evangelio diei, quantopere homines caritate indigeant et qua ratione eam sibi comparare debeant, exponit (822).
1563	Sept. 8.	Die Nativitatis B. Mariae V. ibidem de sacri diei ratione et usu, de Mariae dignitate et virtutibus, de eadem invocanda contionatur (822).
1563	Sept. 12.	Dom. XV. post Pent. ibidem magistratus ecclesiasticos magni faciendos esse exemplis et ex Scriptura et aliunde prolatis comprobat atque evangelium diei explicat (822).
1563	sub med. m. Sept.	*Ab Ioanne Alberto Wimpinensi professore ingolstadiensi editur liber „Von der Gesellschafft Jesu“, quo Canisius Chemnitii adversus Societatem librum a Zangero germanice versum refutat* (1001).
1563	inter 12. et 18. Sept.	Can. **Dilingae** universitatem etc. inspicit, ut, quae Sociis eo venturis paranda sint, intellegat (334).
1563	Sept. 18.	**Augustae** moratur (336).
1563	Sept. 18.	*Tridentum ad cardinalem Hosium scriptum a protestantibus contra concilium editum mittit* (336).
1563	Sept. 19.	Dom. XVI. post Pent. in eccl. cathedr. adversus nimiam corporis bonorumque curam ex evangelio diei (et de magistratibus ecclesiasticis?) contionatur (822).

1563	Sept. 21.	Die S. Matthaei Ap. ibidem ex evangelio diei de Christi benignitate et de „conversione peccatoris Matthaei" dicit (823).
1563	inter 22. et 28. Sept.	**Monachii** „visitationi" collegii, quam P. Natalis habet, interest et de collegiis bavaricis cum Alberto V. duce agit (938).
Prantl, Carl, Geschichte der Ludwig-Maximilians-Universität in Ingolstadt, Landshut, München. 2 Bde. München 1872.

Preger, Wilhelm, Matthias Flacius Illyricus und seine Zeit. 2 Teile. Erlangen 1859 1861.

[Psalmaeus, Nicolaus] Nicolai Psalmaei, Episcopi Virdunensis, diarium [concilii tridentini], apud Döllinger, Ungedruckte Berichte etc. (v. supra sub v. „Döllinger") II 172—277.

[Python, Petrus] Vita R. P. Petri Canisii S. J. Gallico Idiomate scripta a R. P. Ioanne Dorigny, nunc Latinitate donata, et multarum rerum accessione aucta, opera P. Petri Python ex eadem Societate. Monachii 1710.

Quetif, Iacobus, et Echard, Iacobus, Ord. Praed., Scriptores Ordinis Praedicatorum recensiti, notisque historicis et criticis illustrati. Tomi II. Lutetiae Parisiorum 1719 1721.

Raderus, Matthaeus, S. J., De vita Petri Canisii de Societate Iesu, Sociorum e Germania primi, religiosissimi et doctissimi viri, bono rei Catholicae nati, libri tres. Monachii 1614.

Raynaldus, Odoricus, Congreg. Orator., Annales ecclesiastici ab Anno quo desinit Card. Caes. Baronius M.C.XCVIII. usque ad Annum M.D.LXV. continuati. Tom. XXI. Partes 2. Coloniae Agrippinae 1727.

Reusch, Fr. Heinrich, Der Index der verbotenen Bücher. Ein Beitrag zur Kirchen- und Literaturgeschichte. 2 Bde. Bonn 1883 1885.

Riess, Florian, S. J., Der selige Petrus Canisius aus der Gesellschaft Jesu. Aus den Quellen dargestellt. Freiburg i. Br. 1865.

Riezler, Sigmund, Geschichte Baierns. Vierter Band. Gotha 1899.

Sacchinus, Franciscus, S. J., De Vita et Rebus gestis P. Petri Canisii, de Societate Iesu, Commentarii. Ingolstadii 1616.

Sacchinus, Franciscus, S. J., Historiae Societatis Iesu pars secunda, sive Lainius. Antverpiae 1620.

Sacchinus, Franciscus, S. J., Historiae Societatis Iesu Pars tertia siue Borgia. Romae 1649.

Salig, Christian August, Vollständige Historie des Tridentinischen Conciliums als der vierte Theil seiner Historie der Augspurgischen Confession. Halle 1741.

[Sarpi, Paolo] Petri Suavis Polani Historiae Concilii Tridentini Libri Octo. Ex Italicis summa fide ac cura Latini facti. Editio quinta et ultima. Gorinchemi. Anno 1658.

Schelhorn, Johann Georg, Sammlung für die Geschichte, vornehmlich zur Kirchen- und Gelehrtengeschichte. Erster Band. Nördlingen 1779.

Schelhornius, Io. Georg., Amoenitates historiae ecclesiasticae et literariae. Voll. 2. Francofurti et Lipsiae 1737 1738.

Schellhass, Karl, Nuntiaturberichte aus Deutschland 1572—1585 nebst ergänzenden Aktenstücken. Vierter Band. Die süddeutsche Nuntiatur des Grafen Bartholomäus von Portia (Zweites Jahr 1574/75). Berlin 1903.

Sickel, Th., Zur Geschichte des Concils von Trient. Actenstücke aus österreichischen Archiven. Wien 1870.

Sommervogel, Carlos, S. J., Bibliothèque de la Compagnie de Jésus. Nouvelle édition. Bibliographie. Tom. I.—IX. Bruxelles-Paris 1890 1891 1892 1893 1894 1895 1896 1898 1900.

Sommervogel, Carlos, S. J., Les Jésuites de Rome et de Vienne en M.D.LXI d'après un Catalogue rarissime de l'époque. Bruxelles 1892.
Specht, Thomas, Geschichte der ehemaligen Universität Dillingen (1549—1804) und der mit ihr verbundenen Lehr- und Erziehungsanstalten. Freiburg i. Br. 1902.
Steinherz, S., Nuntiaturberichte aus Deutschland 1560—1572 nebst ergänzenden Actenstücken. Erster Band. Die Nuntien Hosius und Delfino 1560—1561. Wien 1897. — Dritter Band. Nuntius Delfino 1562—1563. Wien 1903.
Steinhuber, Andreas, Cardinal, S. J., Geschichte des Collegium Germanicum Hungaricum in Rom. 2 Bde. Freiburg i. Br. 1895.
Stengelius, Carolus, O. S. B., Rerum Augustan. Vindel. Commentarius. Ingolstadii 1647.
Stevenson, Enrico, Giuniore, Inventario dei libri stampati palatino-vaticani, edito per ordine di S. S. Leone XIII. P. M. Volumi 2. Roma 1886—1891.
Sylvain, Ch., Histoire de Saint Charles Borromée, Cardinal, Archevêque de Milan, d'après sa correspondance et des documents inédits. Tomes III. Société de Saint-Augustin. 1884.

[Theiner, Aug.] Acta genuina SS. oecumenici Concilii Tridentini ab Angelo Massarello Episcopo Thelesino eiusdem Concilii Secretario conscripta. Nunc primum integra edita ab Augustino Theiner. Tomi II. Zagrabiae [1875].
Torellus, v. „Phola".
Turba, Gustav, Venetianische Depeschen vom Kaiserhofe (Dispacci di Germania), herausgegeben von der historischen Commission der kaiserlichen Akademie der Wissenschaften. III. Bd. Wien 1895.

Zeitschrift für katholische Theologie. 27 Jahrgänge. Innsbruck 1877—1903.

V.

DESCRIPTIO CODICUM MANU SCRIPTORUM IN HOC VOLUMINE ADHIBITORUM.

Ad huius voluminis epistulas et acta colligenda et illustranda adhibui minimum 130 codices fasciculosque manu scriptos; qui in plus quam 40 variarum terrarum archivis et bibliothecis asservantur:

Augustae Vindelicorum in archivis episcopali (3), fuggerico (1), urbano (1);

Coloniae Agrippinae in archivis ecclesiae parochialis B. M. V. in caelum assumptae (1) et studiorum fundatorum (3);

Cracoviae in bibliotheca universitatis iagellonicae (3) et in museo principis Czartoryski (3);

Dilingae in bibliotheca regia (4);

Eystadii in archivo curiae episcopalis (1);

Francofurti ad Moenum in bibliotheca urbis (1);

Frauenburgi in archivo episcopali (4);

Friburgi Brisgoviae in bibliotheca universitatis (1);

Friburgi Helvetiorum in bibliotheca reipublicae (2);

Gothae in bibliotheca ducali (4);

Gottingae in bibliotheca universitatis (1);

Guelpherbyti (Wolfenbüttel) in bibliotheca ducali (1);

Halae Tirolensium in archivo urbis (2);

Londini in museo britannico (1);

Mediolani in bibliothecis nationali (1) et trivultiana (1);

Monachii in archivis provinciae Bavariae superioris (1) et regni bavarici (16) atque in bibliothecis regia (3) et universitatis (1);

Oeniponte in archivo praefecturae caesareae (2) et in museo ferdinandeo (1);

Ottingae Veteris (Altoetting) in monasterio superiore RR. PP. Capucinorum (1);

Parisiis in bibliotheca nationali (1);

Pragae in archivo regni bohemici (1) et in museo bohemico (1);

Ratisbonae in archivo urbis (1);

Romae in archivis collegii germanici (1), sacrae congregationis Indicis (1), regni italici (1), vaticano (6), atque in bibliothecis corsiniana (1) et vaticana (2).

Tridenti in bibliotheca urbis (1);

Vindobonae in archivis aulico (4) et ministerii cultus (1) atque in bibliotheca palatina (2);

denique in variis Societatis Iesu archivis et bibliothecis (42).

Omnes hos codices describere longum est; quare eos fere hoc loco recensebo, qui saepius in hoc volumine adhibiti sunt, vel qui ad proxima quoque huius operis volumina spectant; reliqui, ubi adhibebuntur, nominabuntur vel describentur[1].

---

[1] Vide etiam „Indicem alphabeticum nominum et rerum" in extremo libro positum; ibi enim nominibus urbium, ubi codices illi exstant, postremo loco additur e. g. „archivum urbis", „bibliotheca universitatis" etc.

Codices omnes chartacei sunt et, exceptis codicibus Societatis Iesu, ab urbibus denominantur, in quibus nunc asservantur. In descriptione singulorum codicum verba prima, signis „ “ inclusa, nomen sive notam significant illam, quae in hoc ipso volumine, post nomen urbanum, codici designando adhibetur. Ubi autem nomini sive notae nullum praeponitur nomen urbanum, eo ipso significatur, codicem in archivo aliquo vel bibliotheca Societatis Iesu exstare.

Moneo etiam, codicem, quem in voluminibus I. et II. verbis „Epistt. B. Petri Canisii I“ designaveram, in volumine III., brevitatis gratia, signari coeptum esse: „E. C. I“.

1. Codices colonienses.

a) Coloniae in archivo ecclesiae parochialis Beatae Mariae Virginis in caelum assumptae (quae ecclesia usque ad a. 1773 collegii Societatis Iesu coloniensis fuit).

„**L. Qu.**“ Codex in corio albo ligatus; titulus in dorso, manu P. Iacobi Kritzradt († 1672) S. J. scriptus: „LITTERÆ | Quadrimestres | Prouinciae | German.[ae] inferior.[is] | ex A.[o] 1561 | in | A. 1566“; incipit f. 1[a]: „Annales et aliae 1561 . vsque ad annum 1566. inclus.“; terminatur f. 186[a]: „Oeniponti 1 Julij Anno 1566. R[dae] paternitatis vestrae filius indignus Robertus geralius Leodiensis“; 2°; ff. sig. 189: ex quibus complura prorsus vacua sunt; f. 3[b] imago comparet P. Leonardi Kessel S. J. cupro incisa (sine loco et anno; saeculo XVII. facta esse videtur).

Continet apographa, eaque fere ex archetypis et iisdem paene temporibus, quibus archetypa scripta sunt, in collegio Societatis coloniensi manibus variorum Sociorum transcripta litterarum ab a. 1561 ad 1567 datarum; ex quibus aliae singularium sunt hominum, ut Pii IV. papae, Sancti Francisci Borgiae, Beati Petri Canisii, Ferdinandi I. imperatoris, Gerardi a Groisbeeck episcopi et principis leodiensis, Ioannis ab Hoya episcopi et principis osnaburgensis, Alberti V. Bavariae ducis, Thomae et Gerardi Busaeorum, Mathiae Cythardi O. Pr., Lamberti Auer S. J., Francisci Costeri S. J., Henrici Dionysii S. J., Edmundi Haii S. J.; aliae autem litterae sunt „quadrimestres“, „semestres“, „annuae“ domorum et collegiorum S. J. in Germania, Austria, Belgio etc. institutorum, ut augustani, braunsbergensis, cameracensis, coloniensis, dilingani, ingolstadiensis, lovaniensis, moguntini, monacensis, oenipontani, pragensis, romani, tornacensis, treverensis, tyrnaviensis, vindobonensis; neque tamen omnes collegiorum illorum litterae quadrimestres etc. in codicem transcriptae sunt: desunt plurimae. Aliqui etiam „catalogi“ et similia monumenta in codice exstant. Variis codicis locis comparent manus P. Leonardi Kessel primi rectoris collegii coloniensis (ut f. 83[a] 90 etc.), P. Ioannis Rethii regentis gymnasii coloniensis „trium coronarum“ (ut f. 6[a]), P. Gerardi Peschii S. J. (ut f. 6[a]—12[a] etc.).

Dubium non est, quin hic codex ab initio usque ad a. 1773 collegii Societatis Iesu coloniensis fuerit.

Ios. Hansen in „Rheinische Akten zur Geschichte des Jesuitenordens 1542 bis 1582“ (Bonn 1896) codicem breviter descripsit (p. XXVII—XXVIII) et multa ex eo vulgavit.

b) Coloniae in archivo studiorum fundatorum („Archiv des Verwaltungsraths der Studienstiftungen“, „Archiv des Gymnasial- und Studienstiftungsfonds“): codex cum aliis huius generis codicibus nunc in archivo historico urbis asservatur.

„**Kess.**“ Codicem descripsi in huius operis vol. II LIII—LIV. Addere tamen debeo, codicem modo charta densa conglutinatum, eius folia numeris 1—181 signata, in eius dorso scriptum esse: „Rectorats-Journal | der Briefe | von und an | Leonh. Kessel, | ersten Rector | des Kölner | Iesuiten-Kollegs. | 1560—1563.“

2. Codices cracovienses.

a) Cracoviae in bibliotheca universitatis iagellonicae.

„**60**“. Inscriptio recens in dorso: „Hosii Epistolae | 60 .“; titulus recens: „Stan. Hosii | Epistolae . | ad Martinum Cromerum . a. 1537—1579 . | Autographon . | N° 60 |

Msc . in fol . | N. Inv. 60. str. 1282" ; incipit p. 1 : „Accepi quaternas [tuas] literas simul" ; terminatur p. 1282: „Fratri et amico charissimo et honorando Viennnae . 1. Sept." ; 2°; pp. 1282, praeter fol. tit.

Continet multas epistulas inter a. 1537 et 1579 a Stanislao Hosio ad Martinum Cromerum datas; quas fere omnes Hosius sua manu scripsit; aliquas Valentinus Kuczborski eius secretarius scripsit. Accedunt aliquot aliae epistulae. In epistulis collocandis ordo temporis servatus non est.

Codicem accuratius descripsit Dr. *Ladislaus Wislocki*, Katalog Rękopisów Biblijoteki Uniwersytetu Jagiellońskiego I (Kraków 1877—1881) 60.

Multa ex hoc codice typis exscripta sunt in librum „Stanislai Hosii Epistolae", edd. *Franc. Hipler* et *Vinc. Zakrzewski;* Tom. I. 1525—1550 (Cracoviae 1879); Tom. II. 1551—1558 (Cracoviae 1886 1888); ita e. g. l. c. I 51—52 93—94 234—235 237 238—239 etc.

b) Cracoviae in museo principis Czartoryski.

„Czar. 1608". Inscriptio satis recens in dorso: „Vol. 25 [15? 115?] | ad Stan. Hosium | Epistolae | Cardinalium, Nunciorum | Episcoporum etc. | ab A. 1551 ad 1569 . | N. 1608" ; incipit in pagina numero 1 signata: „1551. 1 Iunii | Reuerendissime In Chro pater, Colendissime Praesul . | S. P. et Deuota obsequia mea semper. Quod rarius" etc.; terminatur in p. „462" : „Redd: 3 Decemb: 1568 | Responsum 29 Iava 1569" ; 2°; corio albo conglutinatus; pp. sign. 462; praeterea in initio et in fine 1 f. non sign.; accedit (in extremo codice) index epistularum codicis, saeculo, ut videtur, XVIII. copiose et diligenter conscriptus.

Continet epistulas archetypas 107, easque ab a. 1551 ad a. 1569 ad Stanislaum Hosium episcopum varmiensem et cardinalem datas a Sancto Carolo Borromaeo, Beato Petro Canisio, aliis viris praeclaris; inter quos comparent Antonius Amulius, Ioannes Franciscus Commendonus, Ioannes Moronus, Iacobus Puteus, Ludovicus Simoneta, Otto Truchsess de Waldburg cardinales, Melchior Bilia nuntius apostolicus, Iacobus Uchanski gnesnensis et Olaus Magni upsalensis archiepiscopi, Adam Konarski episcopus posnaniensis, Valentinus Herburth (Herborth) episcopus premisliensis, Thomas Goldvellus episcopus assavensis; quibus accedunt multi viri docti eorumque similes, ut Vitus Amerpach, Ioannes Cochlaeus, Simon Thaddaeus Eck, Antonius Demochares Monchiacenus, Christophorus Plantinus, Ioannes de Polanco S. J., Georgius Sabinus, Nicolaus Sanderus, Fridericus Staphylus etc.

Codicem a. 1804 Stanislai C. O. Zamoyski fuisse, ex signo paginae alteri involucri adversi impresso intellegitur.

Complura ex hoc codice typis vulgata sunt in „Stanislai Hosii Epistolis", edd. *Hipler-Zakrzewski*, Tom. II (cf. supra p. LXV); v. g. p. 39—40 604—605 694 ad 695 830 etc.

3. Codex dilinganus.

Dilingae in bibliotheca regia („Kreis- und Studienbibliothek").

„Acta ac. Dil." Inscriptio recens in dorso: „Academiae Diarium V. I" ; inscriptio antiqua in pagina priore folii secundi: „† | Volumen primum Actorum | in | Academia Dilingana | Ab | Anno D. N. 1551 . vsque ad 1632 . qui | fuit 1us belli suecici, & quo se- | cundum exilium huius Acade- | miæ contigit" ; incipit: „Initiatio Baccalaureorum . Finitis explicationibus Dialectices" etc.; terminatur: „sic me DEVS adiuuet et omnes Sancti, eius" ; 4°; corio albo conglutinatus; pp. 434.

Continet diarium quoddam rerum maioris momenti in universitate dilingana ab a. 1551 ad initium a. 1632 gestarum, idque fere ab ipsis universitatis rectoribus vel cancellariis conscriptum (ad cancellariorum officium haec scriptio potissimum pertinebat); additi sunt varii ordines ritusque graduum academicorum conferendorum, „statuta", verba iurisiurandi, formulae officialium instituendorum, mandata senatus academici ad studiorum morumque disciplinam spectantia etc.

Codex compluries adhibitus est ab illis, qui de rebus dilinganis scripserunt; ut a *Ios. Haut* in libello „Geschichte der k. Studien-Anstalt Dilingen". Erste Lieferung (Dilingen 1854) p. 4* 81 95; maxime autem a Dr. *Thoma Specht*, Geschichte der ehemaligen Universität Dillingen (1549—1804) und der mit ihr verbundenen Lehr- und Erziehungsanstalten (Freiburg i. Br. 1902), p. XVII 9 10 11 13 14 17 saepe.

4. Codices friburgenses.

Friburgi Helvetiorum in bibliotheca reipublicae et universitatis.

1. **„Hist. coll. Aug."** Descriptus in vol. II, p. LI—LII.

2. **„Hist. coll. Dil."** Inscriptio antiqua in dorso: „Historia | Collegij | ab anno 1549 | usque | 1692": titulus antiquus in f. 1ª: „IHS | Historia Collegij Dilingani So | cietatis JESV": signatura recens: „L. 89"; 2°: conglutinatus corio albo, figuris impresso; ff. sign. 269; praeterea in initio et in fine aliqua non signata.

Continet historiam collegii Societatis Iesu dilingani (Dillingen) in eodem collegio a variis Sociis conscriptam; quae a primis collegii seminibus sive initiis (collegium a. 1563 institutum est) incipit et anno 1691 terminatur. Liber anno 1574, si non aliquanto ante, conscribi coeptus est; deinceps autem singulis annis, quae anno superiore acciderant, addita sunt (cf. f. 2ª 7ᵇ). Historia annorum 1549—1572 ab eodem scripta est. In extremo codice indiculus rectorum collegii (1564—1773) comparet.

Dubium esse vix potest, quin hic codex usque ad a. 1773 collegii Societatis Iesu dilingani fuerit.

Codice usus est *Specht*, Universität Dillingen p. XX 48 55 59 60 63 saepe.

5. Codices gothani.

Gothae in bibliotheca ducum saxo-gothanorum.

1. **„E. H. 2."** Descriptus in vol. III p. LIX—LX.

2. **„E. H. 3."** Inscriptio haud valde antiqua in dorso: „Commercium epistolicum . | Stan. Hosii | Card. | III."; signatura recens: „Nr. 383"; incipit f. 1: „Volum. III . | Epistolarum a Card. Stanislao Hosio, aut | ad Hosium scriptarum ."; 2°; ff. sign. 379; aliqui autem foliorum numeri, ut 351 et 359, binis foliis ascripti sunt; atque ita fit, ut ultimum folium non numerum 379, sed 372 habeat; accedunt folia aliquot vacua, numeris non signata. Continet epistulas ad Stanislaum cardinalem Hosium, episcopum principem varmiensem (Ermland), et ad Martinum Cromer et Simonem Rudnicki, qui Hosio in eo episcopatu successerunt, atque etiam ad Ioannem Franciscum Commendonum nuntium apostolicum (deinde cardinalem) datas annis 1564—1610 a Sancto Carolo Borromaeo cardinale Pii IV. nepote, Beato Petro Canisio, a cardinalibus Francisco Alciato, Ioanne Francisco Commendono, Christophoro Madrutio, Gabriele Paleotto, Ludovico Simoneta, Guilielmo Sirleto, Ottone Truchsess, ab Hieronymo Osorio episcopo sylvensi, ab Alano Copo, Martino Cromer, Petro Fabricio S. J., Iacobo Lainio S. J., Francisco Lombardo, Ioanne Maldonato S. J., Ioanne Polanco S. J., Stanislao Rescio, Nicolao Sandero, aliis. Accedunt aliquot epistulae ipsius Hosii. Litterae in codice secundum temporis rationem sunt dispositae; earum pleraeque archetypae, multae etiam autographae sunt; f. 2ª—4ª earum index exstat.

Magnam codicis partem typis exscribendam curavit *Ernestus Salomon Cyprianus*, „Theologiae [protestantium] Doctor, et protosynedrii Gothani praeses vicarius", in libro „Tabularium Ecclesiae Romanae seculi decimi sexti" (Francofurti et Lipsiae 1743).

Huic codici eadem acciderunt, quae codici „E. H. 2" accidisse dixi in *Can.* III LX.

6. Codex guelpherbytanus.

Guelpherbyti (Wolfenbüttel) in bibliotheca ducum brunsvicensium.

„36. 24. Aug.“ Codex descriptus in *Can.* III LX—LXII.

7. Codices monacenses.

a) Monachii in archivo regni bavarici („Reichsarchiv“).

1. **„Augsb. Domk.“** Codex descriptus in *Can.* II LII—LIII.

2. **„Ies. Ing. 1359/I.“** Descriptus in *Can.* I LV.

3. **„Resp.“** Descriptus in *Can.* II LIII—LIV.

b) Monachii in bibliotheca regia („Hof- und Staats-Bibliothek“).

„Lat. 1606.“ Descriptus in *Can.* I LVII.

8. Codex ottinganus.

Ottingae Veteris (Altötting) in Bavaria superiore, in bibliotheca monasterii superioris („Oberes Kloster“) ordinis Capucinorum.

„L. C.“ Codex in 4°, in fusco corio, figuris impresso. ligatus; inscriptio antiqua in pagina priore involucri adversi: „LIBER | PROPRIA MANV | V. P. PETRI CANISII | CONSCRIPTus.“; incipit in pagina altera involucri adversi, manu Canisii: . . [verbum obscurius scriptum] „Francorum | S. Lodouicus Galliae Rex“ etc.; terminatur in pagina priore involucri aversi, manu Canisii: „der glaub macht allain selig“; folia olim signata erant numeris; quorum tamen multi ita exalbuerunt, ut iam vix vel ne vix quidem legi possint; ultimum ex iis, quae adhuc exstant, foliis signatum est „180“; in initio primus comparet numerus 9; praecedunt folia 6; praeterea folia fere 3 vel excidisse vel exscissa esse videntur; similiter in extremo codice, post f. 180, aliquot folia deesse videntur.

Continet commentaria, eaque maximam partem latina, contionum a Canisio Augustae Vindelicorum, ubi is ecclesiae cathedralis agebat contionatorem, vel in eadem ecclesia, vel in templo parochiali S. Ioannis Baptistae (cum ecclesia cathedrali coniuncto) habitarum a Dominica prima Adventus sive 3. Decembris 1564 usque ad Dominicam Palmarum sive 15. Aprilis 1565 (f. 84^b: „De Xenio nouj annj . 1565.“ Cui tempori etiam reliqua conveniunt; ut cum Canisius in contione Dominicae IV. Adventus dicit [f. 62^a], hunc esse ultimum Adventus diem, et in contione Dominicae „Oculi“ [f. 143^a]: „Hodie id est 25. Martij“). Contiones a scriptore ignoto, Canisio dictante, scriptae sunt; complura tamen Canisius ipse scripsit (ut f. 11^a 18^b 39^b 44^b—45^a 52^a): atque omnia ipse recognovit et delendo, addendo, immutando emendavit; breves etiam adnotationes in margine ascripsit, ut f. 53^a: „Transitio“, „propositio“, et f. 175^a: „doctrina de passione ex parte Adae 2 Iudeorum 3 populorum 4 Dei 5 ad mouenda corda.“ Contionum praecipua argumenta Canisius ipse — aliquanto post, puto — in pagina altera involucri adversi sic recensuit:

„Habes hic discursum principaliter
De praecepto, Non moechaberis ac
De sacramento Eucharistiae et communione. In fine.
De oratione et eius usu et abusu. Circa 2 dominicam Quadrages.
De ieiunio et contra eius hostes . circa initium Quadrag.
Circa Euang. feriae 2 . 4 et 6 in Quadragesima.
Reliqua ad postillam hyemalem pertinent, quae ab Aduentu usque ad pascha inclusiue extenditur.“

Codex usque ad annum 1773 ad bibliothecam domus, quam provincia „Germaniae superioris“ Societatis Iesu sub a. 1593 Ottingae veteris instituerat, pertinuisse videtur. Nunc clarissimi illius templi Beatae Mariae Virginis ottingani est.

P. Florianus Riess S. J., cum Canisii vitam scriberet, codicem, ut videtur, vidit, nec tamen multum eo usus est; v. *Flor. Riess*, Der selige Petrus Canisius aus der Gesellschaft Jesu. Aus den Quellen dargestellt (Freiburg i. Br. 1865) v. Idem codex et contiones in eodem positae notatae sunt in „*Zeitschrift* für katholische Theologie" VI (Innsbruck 1882), 583—584; ubi tamen, cum contiones dicuntur esse scriptae ipsius Canisii manu, id ita vel interpreteris vel corrigas oportet, ut supra exposui.

9. Codex romanus.

Romae in archivo collegii germanici hungarici.

„**All. coll. Germ.**" Descriptus in *Can.* I LVII—LVIII.

10. Codices Societatis Iesu.

Notandum est codices infra describendos et ceteros, quorum per hunc librum mentio fiet, Societatis Iesu codices, fasciculos, folia singularia etc. nequaquam uno loco collecta esse, sed in diversis variarum terrarum bibliothecis etc. asservari.

1. „**Antiqu. Ingolst.**" Codex descriptus in *Can.* I LVIII.

2. „**Austr. Fund. III.**" Descriptus in *Can.* II LV.

3. „**Can. X. S.**" Codex in 4°, in fusco corio, figuris impresso, ligatus; signatura recens in dorso: „Scripta . | B. P. Canisii | X. S ."; signatura (postea ex parte, lineis transmissis, deleta) in summa pagina priore folii primi posita: „Scripta V. P. Canisii 15. Gorheim 22. Sept. 1860"; incipit in pagina altera involucri adversi: „Jn Ionam . | A dominica 1 aduentus vsque ad 4^{m}"; terminatur in pagina priore involucri aversi: „diuersa festa, nouos martyres, nouas legendas"; continet ff. numeris signata 199.

Annus quidem in toto codice comparet nullus; sed ex Dominicae Sexagesimae contione in eo scripta patet, Canisium eandem Augustae, cum iam per aliquot annos ibidem contionatoris munus administrasset, habuisse (f. 101^{a}). Similiter ex ipso codice intellegitur, contiones dierum Circumcisionis Domini et Nativitatis Ioannis Baptistae, quae in eo exhibentur uno eodemque anno habitae, habitas esse anno illo, quo sacri hi dies erant sabbata (f. 73^{a} 161^{b}); inter annos autem, quibus Canisius Augustae contionatorem egit, nullus est, in quem haec conveniant, nisi a. 1564; cui anno etiam tum contionum argumenta, tum dierum dominicorum et festorum ordo congruunt; atque illi ipsi dies sacri, quibus Canisium anno 1564 Augusta abfuisse certo constat aliunde, in hoc codice contionibus vacant.

Continet igitur codex contiones a Canisio Augustae in cathedrali ecclesia augustana et templo S. Ioannis eidem contiguo habitas a Dominica I. Adventus sive 28. Novembris a. 1563 usque ad diem festum S. Laurentii sive 10. Augusti a. 1564; desunt tamen multae contiones, ut quadragesimales et paschales ac quae sacris diebus Pentecostes sunt habitae; quarum aliae in Cod. „Can X. Y", aliae in „Can. X. Z" comparent. Contiones a Canisio dictatae et postea multis modis emendatae, amplificatae, adnotationibus illustratae sunt; comparent autem librariorum manus minimum quattuor (f. 2^{a}—89^{a}; 89^{b}—106^{b} et iterum 166^{a}—173^{b}; 107^{a}—132^{a} et iterum 136^{b}—156^{a} et denuo 158^{a}—164^{b}, quae manus eadem fortasse est ac prima [f. 2^{a} sqq]; 132^{b}—136^{a}; 157 et 174^{a}—199^{b}); atque unam ex illis (primam?) fuisse conicio Christophori Neyner iuvenis litterarum studiosi: qui a. 1564 usque ad exeuntem m. Septembrem Augustae cum Sociis degisse videtur (v. infra p. 410^{3} 810); alias contiones scriptas esse conicio a Ioanne Ulmensi adulescente litterarum studioso, qui, cum aliquamdiu Canisio in scribendo operam praestitisset, m. Octobri a. 1564 ab eodem Romam in collegium germanicum missus est; v. infra p. 690; praeterea ipse Canisius in variis codicis partibus paginas dimidias vel etiam integras scripsit. Antecedunt has contiones duo earum indiculi, alter brevis isque Canisii manu scriptus, alter copiosior et a librario scriptus.

Codex olim collegii S. J., quod erat Friburgi Helvetiorum, fuit ibique (ut videtur) a Canisio ad librum „Notae“ etc. adhibitus est; cf. *Can.* II LVI.

4. **„Can. X. Sa.“** Codex in vol. II signatus „Scripta B. P. Can. X. Sa.“ Descriptus ibidem LVII—LVIII.

5. **„Can. X. U.“** Descriptus in *Can.* III LXIV.

6. **„Can. X. Y.“** Codex in 4°, in fusco corio, figuris impresso, ligatus; signatura recens in dorso: „Scripta | B. P. Canisii | X. Y.“; signatura in suprema fere parte paginae prioris folii primi, non signati, posita (postea, lineis transmissis, deleta): „Scripta V. P. Canisii 26. Gorheim den 22. Sept. 1860“; incipit in eadem pagina: „Dominica 1 Aduentus 108. 126“; terminatur in pagina priore involucri aversi: „Aduersorum perpessionem siue arduorum aggressionem“; continet folia numeris (qui in singulorum foliorum paginis posterioribus positi sunt) signata 200, et praeterea in initio 1, in fine 2 non signata.

In pagina priore primi folii non signati exstat indiculus Canisii manu (Friburgi Helvetiorum inter a. 1580 et 1591, nisi fallor) scriptus tum dierum sacrorum, ad quos contiones in codice scriptae spectant, tum praecipuorum argumentorum, quae in iis tractantur. Sequuntur commentaria contionum, quas Canisius Augustae Vindelicorum, ubi tunc cathedralis ecclesiae agebat contionatorem, in eadem ecclesia habuit anno 1563 a Dominica VI. post Pentecosten sive d. 11. Iulii usque ad diem festum S. Andreae Apostoli sive 30. Novembris; neque tamen in commentariis codici inscribendis ordo temporum sive dierum sacrorum omnino servatus est; ut contionis d. 5. Septembris sive Dominica XIV. post Pentecosten habitae pars quidem prior, quae de magistratibus ecclesiasticis est, suo loco posita, altera vero, quae de evangelio diei est, in codicis partem alteram reiecta est (f. 44^a 47^b—49^a 146^b—151^a); in eadem parte comparent contiones diebus Nativitatis B. M. V. (8. Septembris) et S. Matthaei Apostoli (21. Septembris) habitae; complures vero contiones post festos hos dies habitae, ut quae Dominicis XVIII.—XXIV. post Pentecosten, die SS. Simonis et Iudae Apostolorum (28. Octobris) etc. habitae sunt, in parte priore scriptae sunt. Cum autem inter hanc partem et posteriorem atque etiam in extremo codice complura folia a. 1563 vacua mansissent, Canisius postea iisdem usus est ad alias quasdam contiones ibidem scribendas, quarum aliae, ut quae de Dominica, Feria 2., Feria 3. Pentecostes sunt, a. 1564 (21.—23. Maii) habitae sunt, aliae, ut de festo Corporis Christi et de Dominica infra eius octavam, de Dominicis III. VI. VII. post Pentecosten, fortasse ad a. 1566 pertinent (f. 127^b—137^b 176^b—195^b); certe manus, qua hae contiones scriptae sunt, in contionibus annorum 1563 et 1564, quas equidem vidi, non cernitur, in codice „Can. X. Ca.“, in quo multae contiones anni 1566 continentur, comparet (f. 151^b—158^b); quamquam contiones manu illa scriptas ad a. 1566 et ipsas spectare nondum plane compertum est [1].

Canisius commentaria codicis „Can. X. Y.“ pleraque aliis dictavit, ita tamen, ut ea postea ipse recognosceret et plurimis locis vel emendaret vel amplificaret; aliqua etiam commentaria ipse sua manu scripsit; alia scripsit P. Guilielmus Elderen S. J., unus ex sociis eius augustanis (ut f. 66^a—78^a 196^b—199^b); alia manibus ignotis scripta sunt; e quibus unam fuisse censeo Ambrosii Sanctini (Sauchini) sive „Poloni“, scholastici Societatis Iesu, de quo infra p. 364^2 392 456.

Codex olim collegii S. J., quod erat Friburgi Helvetiorum, fuit ibique (ut videtur) a Canisio ad librum „Notae“ etc. conscribendum adhibitus est; cf. *Can.* II LVI. Eodem usus est et pauca ex eo ad verbum protulit *Riess* l. c. 336 337 455—456.

---

[1] Eadem manu scriptae sunt complures „exhortationes domesticae“ de Societatis fine, de paupertate, castitate, oboedientia in eadem servandis a Canisio ad homines Societatis habitae, quae exstant in Cod. „Can. X. Sa.“, in fine (in foliis solutis, non signatis).

7. „**Can. X. Z.**" Codex in 4°, in fusco corio, figuris impresso, ligatus; signatura recens in dorso: „Scripta | B. P. Canisii | X. Z.": signatura in suprema parte paginae prioris folii 1., non signati (postea, lineis transmissis, oblitterata): „Scripta V. P. Canisii 28. Gorheim d. 22. Sept. 1860"; incipit in pagina altera involucri adversi (manu Canisii): „Augustinus ser. in Capite Jeiunij . Jdeo fratres chariss." etc.; terminatur in pagina priore involucri aversi (manu Canisii): „wie man mit besessenen Menschen handlen soll"; habet folia numeris signata 2—144, et praeterea folium primum non signatum.

Continet (f. 3ᵃ — 121ᵇ) commentaria contionum, quarum Canisius Augustae Vindelicorum, ubi contionatorem ecclesiae cathedralis agebat, alias in eadem ecclesia, alias in templo S. Ioannis, quod prope eam exstabat, habuit anno 1564 a feria IV. Cinerum (16. Februarii) usque ad Dominicam in Albis (9. Aprilis); quae commentaria maximam partem manu unius cuiusdam librarii, eiusque mihi quidem ignoti[1], scripta, a Canisio recognita et multis locis emendata, immutata, amplificata, adnotationibus illustrata sunt: aliquas contionum partes Canisius ipse, opera librarii nulla ratione adhibita, scripsit. Accedunt: 1.) Commentaria quattuor contionum, quas Canisius Augustae habuit in ecclesia cathedrali, atque in templo S. Ioannis Baptistae Dominica Rogationum ac feriis II., III., IV. eiusdem hebdomadae; quae commentaria similiter atque superiora scripta sunt, alterius tamen cuiusdam librarii manu: qui ex Germania inferiore ortus fuisse videtur (f. 122ᵃ—141ᵃ). 2. Sententiae complures ex scriptis sanctorum Patrum etc. excerptae (in initio, usque ad f. 2ᵇ incl.). 3. „Meditatio Quadragesime adhibenda de 40 Virtutibus Christi ut ex his quotidie unam quisque contempletur et imitandam sibi proponat"; quae meditationes eadem, qua contiones quadragesimales etc. anni 1564, manu scriptae, sed tantum usque ad diem XI. Quadragesimae perductae sunt (f. 142ᵇ — 144ᵇ). 4. Quaedam de „pace" etc. notata et indiculi „concionum" et „Locorum communium"; qui tamen cum ipse codice non conveniunt.

Codex perinde atque „Can. X. Y." et collegii friburgensis fuit, et libro „Notae" adhibitus esse videtur.

8. „**Def.**" Codex in 2° dimidiato, corio albo conglutinatus: signatura recens in dorso: „Defuncti. | 1557.—1601. | — | 1619.—1623."; incipit f. 2ᵇ (non sign.): „1557 | Defuncti in Societate | Gio . Luca da Monte Santo"; terminatur f. 284ᵃ (non sign.): „tandem in uinculis uita functus est"; ff. non sign. 290, e quibus multa omnino vacua sunt.

Continet varios catalogos sive indiculos, qui res Societatis Iesu ad a. 1557—1623 pertinentes spectant; multi tamen anni, et maxime 1602—1619, omissi sunt. Catalogorum primus primum per Societatis provincias, deinde per annos, reliqui autem per annos tantum distincti sunt. Quibus catalogis notatur: 1. In Societate qui, quando, ubi mortui sint (1557—1623). 2. Quae missarum sacrificia quasque preces sacras Societatis homines Deo offerre a praepositis iussi sint a) pro benefactoribus, principibus, regnis (1557—1594) b) pro Societate (1557—1592) c) pro fundatoribus collegiorum et domuum Societatis (1557—1594). 3. Quae summorum pontificum et praepositorum generalium Societatis litterae, privilegia, praecepta etc. Roma ad totam Societatem vel aliquam eius partem missae sint (1557—1591). Codex Romae in domo professa Societatis post a. 1562 incohatus atque eadem manu fere ad a. 1573 perductus est; reliqua variis manibus addita sunt.

9. „**Epp. Cardd. I.**" Inscriptio in dorso: „Epistolae Cardinalium | Ab an. 1552—99."; incipit f. 1ᵃ sign.: „Muy Reuerendo Señor Algunos dias ha que recebi" etc.; terminatur in f. extremi (sign. 533) pagina altera: „Giugno. C. XXIV. 22".; additus est indiculus epistularum (cum brevibus earum summis) chronologicus, isque recens (2°; 6 pp.); 2°; folia numeris quidem signata sunt, sed nullo prorsus servato ordine.

[1] Idem librarius scripsit in Cod. „Can. X. Sa" f. 171ᵃ—191ᵃ varias institutiones etc., ad Societatis res (pietatem, privilegia, litteras etc.) pertinentes.

Continet plurimas epistulas easque maximam partem archetypas vel etiam autographas, quas a. 1562—1596 scripserunt cardinales Marcus Sitticus ab Altaemps, Georgius Armaniacus, Andreas Bathorius, Claudius de la Baume, Albertus Bolognettus, Michael Bonellus (Alexandrinus), Fridericus Borromaeus, Henricus Caietanus, Antonius Caraffa, Ioannes Franciscus Commendonus, Alexander Farnesius, Ptolomaeus Gallus (Comensis), Alphonsus Gesualdus, Antonius Perrenot de Granvella, Stanislaus Hosius, Franciscus de Joyeuse, Carolus Lotharingus, Ludovicus Madrutius, Ioannes Moronus, Franciscus Pacecho, Gabriel Paleottus, Henricus Infans Portugalliae, Georgius Radzivillius, Caspar Servantes (Cervantes) Tarraconensis, Philippus Spinola, Otto Truchsess de Waldburg, alii. Quarum epistularum pars quidem longe maxima Iacobo Lainio, Sancto Francisco de Borgia, Everardo Mercuriano, Claudio Aquavivae, Societatis Iesu praepositis generalibus, reliquae autem variis Societatis hominibus, ut Petro Canisio, Alphonso Salmeroni, Ioanni de Polanco, inscriptae sunt.

10. „**G. C. 67.**“ Descriptus in *Can.* III LXV.

11. „**G. Ep. IV.**“ Signatura recens in dorso: „G. | Ep IV | 1563“; 2°; non conglutinatus; ff. sign.: 1—274 395—401; praeterea in initio 5 ff. non sign., ex quibus 2 prima indiculum epistularum recentem exhibent; incipit f. 1ª (sign.): „† | Pax Christi | Reuerende Pater in Christo . Breues R. V. litteras nuper Oeneponto datas“; terminatur f. 401ᵇ: „Reuerendae Paternitatis tuae in Christo seruus . Theodorus Lindanus.“

Continet collegiorum et domuum Societatis Iesu augustanae, cameracensis, coloniensis, dilinganae, ingolstadiensis, lovaniensis, moguntinae, monacensis, oenipontanae, pragensis, tornacensis, treverensis, tyrnaviensis, vindobonensis litteras aliquot „quadrimestres“ vel similes, easque ad supremos Societatis moderatores missas; quibus accedunt litterae a Ioanne abbate Aquiscinctensi (Anchin), Ioanne Bendvillio academiae duacensis professore, Theodoro Lindano, Sigismundo Viehauser Bavariae ducis consiliario, multis Sociis in Germania, Austria, Belgio, Hibernia, Polonia degentibus, ut Theodorico Canisio, Nicolao Goudano, Balthasare Hostovino, Ioanne Labrai, Nicolao Lanoio, Laurentio Magio, Oliverio Manareo, Everardo Mercuriano, Iacobo Paez, Dionysio Vasquez, Davide Wolfio etc., ad Sanctum Franciscum de Borgia et P. Hieronymum Natalem Societatis Iesu „commissarios“, P. Ioannem de Polanco Societatis secretarium, P. Christophorum Madrid collegii romani S. J. „superintendentem“, maxime vero ad Iacobum Lainium (Laynez) eiusdem Societatis praepositum generalem datae; adiecta sunt aliquot monumenta similia. Quae litterae fere omnes a. 1563 datae et maximam partem archetypae, reliquae eodem fere tempore ex archetypis exscriptae sunt.

Codex adhibitus est ad editionem operis „Epistolae P. *Hieronymi Nadal* Societatis Jesu ab anno 1546 ad 1577 nunc primum editae et illustratae a Patribus ejusdem Societatis“ tom. I. II. III. IV., Matriti 1898 1899 1902 1905. Cf. ib. I, LXII, c. Eodem usus est *Al. Kröss* S. J., Der selige Petrus Canisius in Österreich (Wien 1898) 169 170.

12. „**G. Ep. V.**“ Signatura recens in dorso: „G | Ep. V | 1564“; 2°; non conglutinatus; ff. sign. 1—319 298; praeterea in initio 6 ff. non sign., ex quibus 2 prima epistularum codicis indiculum recentem exhibent; incipit f. 3ª: „Jhesus | Molto Reuerendo Padre nostro in christo. | Pax christi Due lettere di .V. R. hò riceuuto“ etc.; terminatur f. 298ª (sive ultimo): „D. V. P. | seruo in Christo inutil | Euerardo Mercuriano.“

Continet domuum et collegiorum Societatis Iesu augustani, cameracensis, coloniensis, dilingani, ingolstadiensis, lovaniensis, moguntini, monacensis, oenipontani, pragensis, treverensis, tyrnaviensis, vindobonensis litteras aliquot „quadrimestres“ et similes, easque ad supremos Societatis moderatores missas; quibus accedunt epistulae a Pio IV., Richardo Creagh archiepiscopo armachano, Nicolao Psalmaeo O. Praem. episcopo virodunensi, Ioanne Latomo capituli S. Bartholomaei franco-

furtensis decano, Martino Eisengrein parocho ingolstadiensi, Theodoro Lindano, Sigismundo Viehauser consiliario ducis Bavariae, Societatis hominibus in Austria. Belgio, Germania, Polonia degentibus, ut Adriano Adriani, Lamberto Auer, Henrico Blyssemio, Andrea Boccatio, Theodorico Canisio, Roberto Clayssonio, Francisco Costero, Ioanne Cuvillonio, Emerico Forslero, Nicolao Goudano, Edmundo Haio, Paulo Hoffaeo, Balthasare Hostovino, Nicolao Lanoio, Laurentio Magio, Everardo Mercuriano, Ioanne Rethio, Iacobo Scipman, Francisco Sunyer, Ioanne de Victoria, Antonio Vinck ad varios, maxime autem ad Iacobum Lainium Societatis praepositum generalem datae; addita sunt pauca quaedam monumenta eiusdem generis. Quae fere omnia a. 1564 data et maximam partem archetypa, reliqua eodem fere tempore ex archetypis exscripta sunt.

Codex adhibitus est ad editionem „Epistularum P. *Hieronymi Nadal*" (vide supra p. LXVI); cf. I, LXII, d. Eodem usus est *Bern. Duhr* S. J., Die Jesuiten an den deutschen Fürstenhöfen des 16. Jahrhunderts, Freiburg i. Br. 1901, 72 101.

13. „**G. Ep. VI.**" Signatura recens in dorso: „G. | Ep. VI | 1565."; 2°; non conglutinatus; ff. sign. 1—181; praeterea in fine 3 ff. antiqua, et in initio 2 nova, quae indiculum epistularum codicis recentem exhibent; incipit f. 1[a] (sign.): „IHESVS. | Pax Christi etc. | Admodum Reuerende in Christo pater. | Res hoc quadrimestri gestae, licet compendio (cum Deo laus uberrimae sint)" etc.; terminatur f. ult. non sign.: „di bologna ali .3. di octobre 1565 . | V. Reuerentiae | seruo in iesuchristo | Francisco Sunyer."

Continet domuum et collegiorum Societatis Iesu augustani, coloniensis, dilingani, lovaniensis, monacensis, pragensis, treverensis, tyrnaviensis, vindobonensis litteras aliquot „quadrimestres" et provinciarum Societatis „austriacae", „rhenanae", „Germaniae inferioris" litteras aliquot „semestres" ac praeterea epistulas a Richardo Creagh archiepiscopo armachano, Michaele Baio professore universitatis lovaniensis, Theodoro Lindano canonico vratislaviensi et a Societatis hominibus in Austria, Belgio, Bohemia, Germania, Hungaria, Polonia etc. versantibus, ut Beato Petro Canisio, Andrea Avantiano, Henrico Blyssemio, Theodorico Canisio, Arnoldo Conchio, Henrico Dionysio, Ioanne Dyrsio, Nicolao Goudano, Paulo Hoffaeo, Balthasare Hostovino, Leonardo Kessel, Nicolao Lanoio, Martino Leubenstein, Paulo Urbano Pruteno, Ioanne Rethio, Georgio Schorichio, Hieronymo Torrensi, Dionysio Vasquez, Antonio Vinck, aliis ad PP. Petrum et Theodoricum Canisios, Iacobum Lainium, Ioannem Polancum, maxime autem ad Sanctum Franciscum de Borgia, Societatis Iesu primum vicarium, deinde praepositum generalem, datas, quarum pleraeque autographae vel saltem archetypae, reliquae ex archetypis eodem fere tempore exscriptae sunt; omnes fere ad a. 1565 pertinent.

Codex adhibitus est ad editionem „Epistolarum P. *Hieronymi Nadal*" (vide supra p. LXVI); cf. I LXII. Eodem usus est *Duhr* l. c. 72—73 102.

14. „**Germ. 1561.**" Codex descriptus est *Can.* III LVI—LVII. Addi tamen oportet, codicem postea charta densa conglutinatum, et in eius dorso scriptum esse: „Germania. | Gallia. | Polonia. | 24. Maii 1561. | 30. Augusti 1565."

15. „**GSC 66.**" Ita, brevitatis gratia, in posterum designabitur codex ille, qui in superioribus voluminibus designatus erat „**Germ. Sup. Cat. 1566. 1599.**" et descriptus est *Can.* I LIX.

16. „**Hist. coll. Oen.**" Titulus antiquus (f. 2): „:Jhs: | Jnitium et progressus | Collegij Societatis Jesv | Oenipontanj. | Nota: Nihil huic libro in- | scribi debet, nisi tempore | visitationis, praesente et | iudicante Prouintialj."; 2°; corio fusco conglutinatus; pp. sign. 269, non signatae fere totidem.

Continet historiam collegii Societatis Iesu oenipontani, eamque in ipso collegio a Societatis hominibus conscriptam. Historia annos 1560—1685 complectitur. Liber autem incohatus esse videtur inter a. 1570 et 1580; atque primus scriptor, ut videtur, collegii historiam ab eius initiis a. 1560 factis repetiit et usque ad annum, quo scribebat, una scriptione perduxit; deinceps autem a variis Sociis sin-

gulorum annorum historia paulo post eorum exitum addita est. Adiecta sunt etiam exempla monumentorum ad collegium spectantium, relationes de sacris missionibus per Socios habitis, „Catalogi“ personarum et officiorum collegii.

Distinguendus est hic codex a codice in 4°, initio saeculi XIX. scripto, qui inscribitur „Initium et Progressus Collegii Soc. Iesu Oenipontani, seu Litterae Annuae Ejusdem Collegii“ et asservatur Oeniponte in museo Ferdinandeo („Bibliotheca Tirolensis. Tom. CCXXXII, n. 596“).

17. „V. P. 62.“ Codex descriptus est *Can.* III LXVII. Postea tamen haec in eo mutata sunt: Charta densa denuo conglutinatus et in dorso sic inscriptus est: „Variarum | Provinciarum. | I | 10 Augusti .1562. | 30 Augusti .1563.“ Incipit p. 6. non sign.: „Jhesus . Tridenti 1562“; habet ff. sign. 2—308 et praeterea in initio 3, in fine 2 non sign.

18. „V. P. 63.“ Inscriptio recens in dorso: „Variarum | Provinciarum | II | 6 Maii .1563 | 7 Decembr. 156.3.“; in p. 4. non sign. manu antiqua: „Variarum Provinciarum 1563. 1564“; incipit: „Jhesus. Pax christi etc. Vna lettera del padre Francesco Adorno“ etc.; terminatur f. 396^b: „ad vniuersalis ecclesiae vtilitatem conseruare . Romae 4 Martii 1564.“; 2° min.; ff. sign. 396; praeterea in initio et in fine aliqua non signata et fere vacua.

Continet registrum, idque ex ipsis epistulis Tridenti exscriptum, litterarum, quas a die 6. Maii 1563 ad 7. Decembris 1563 Iacobus Lainius praepositus generalis Societatis Iesu Tridento, ubi concilio oecumenico intererat, per P. Ioannem de Polanco eiusdem Societatis secretarium mittendas curavit in diversas orbis tum antiqui tum novi partes; ex quibus litteris datae sunt aliae ad Societatis praepositos aliosque Societatis homines, aliae ad externos, ut ad cardinales Augustanum, Granvellanum, Ferrariensem, Mantuanum, Tridentinum, archiepiscopos Cameracensem et Moguntinum, ducem Mantuanum, Simonem Eckium cancellarium ducis Bavariae etc.; accedit exemplum litterarum Tridento 4. Martii 1564 a Lainio ad cardinalem Hosium datarum. Aliquot epistulae ab ipso Polanco, reliquae variis manibus transcriptae sunt.

Codex adhibitus est in „Epistolis P. *Hieronymi Nadal*“, de quibus supra p. LXVI; cf. I LXIV, d. Eodem usi sunt *Kröss*, Canisius (165 166 171 etc.) et *B. Duhr* S. J., Die Stellung der Jesuiten in den deutschen Hexenprozessen, Köln 1900, 23—24, et Die Jesuiten an den deutschen Fürstenhöfen etc. 71—72, et *A. Astrain* S. J., Historia de la Compañía de Jesús en la Asistencia de España. Tomo II. Laínez. — Borja 1556—1572. Madrid 1905; cf. ibidem p. XII.

VI.

EXPLICATIO

signorum et notarum („abbreviationum") saepius occurrentium.

Sicubi signum * in adnotationibus et explicationibus comparebit, indicabit, editorem fonte uti (quod ipse quidem norit) nondum edito. Si quae autem ex ipsis litteris monumentisque canisianis nunc primum in lucem erunt emissa, id ex hoc ipso intellegi poterit, quod post exempla manu scripta, ex quibus sunt typis transcripta, liber non erit indicatus, quo iam vel integra vel ex parte vulgata sint.

Notabitur: Signo — —, aliquid in ipso fonte deesse; punctis appositis (...), aliquid ab editore omitti; uncis quadratis [ ], aliquid ab editore suppletum vel additum esse, typis l a t i u s d i s p o s i t i s, Canisium aliosve non suis, sed ipsius Sacrae Scripturae verbis loqui.

„Autographum" = quod auctor sua manu scripsit.
„Archetypum" = quod auctore dictante vel mandante scriptum est.
Commentarium = scriptum, quo epistula vel contio etc. primum est praeparata vel adumbrata (Koncept, brouillon, minuta).
Librarius = qui epistulam etc. vel auctoris mandatu eodemve dictante scripsit, vel ex autographo, archetypo etc. transcripsit (secretarius, scriptor, scriba, copista).

Notae quaedam ad complura et satis diversa vocabula significanda adhibentur; attamen quid singulis locis significent, ex ipsa oratione et maxime ex iis, quae notas illas proxime tum antecedent tum sequentur, dignosci poterit. Similiter intellegetur, utrum v. g. „P." significet „Pater" an „Patris" etc. Hic verba fere casu tantum recto, quem vocamus, ponuntur.

a. = annus.
adn. = adnotatio.
ap. = apographum, apud.
apogr. = apographum.
b. = beata, beatus.
B. = Beata, Beatus.
B. M. V. = Beata Maria Virgo.
c. = caput.
C. = Caesareus, Canisius, Cesareo, Compagnia.
Can. = Canisius.
Cel. = Celsitudo.
cf. = confer.
Cod. = Codex.
comm. = commentarium.
corr. = correctum.
d. = dies, divus, doctor, dominus, dottore.
D. = Divus, Doctor, Dominatio, Dominus, Dottore.
D. D. = Dominus Doctor.
D. T. = Dominatio Tua.
D. V. = Dominatio Vestra.
Dec. = Decas, December.
Dr. = Doctor.
E. = Ehrwürdig, Euer, Ewer.
E. F. G. = Ewer Furstlich Gnaden.
e. g. = exempli gratia.
E. L. = Ewer Lieb (Euere Liebden).
eiusd. = eiusdem.

eod. = eodem.
ep. = epistula.
Epp. = Epistulae.
Ex. = Examen.
f. = folium, furstlich.
F. = Furstlich (Fürstlich).
F. G. = Furstliche gnaden.
ff. = folia.
fl. = florenus, florin.
fgn. = furstliche gnaden.
G. = Generale.
gn. = gnaden.
Gn. = Gnaden.
H. = Heilig.
I. = Iesus.
J. = Jesus.
i. e. = id est.
inscr. = inscriptio.
Io. = Ioannes.
Kay. = Kayserlich.
l. = liber.
l. c. = loco citato.
L. g. = Lieber getrewer.
libr. = librarius.
m. = maestro, magister, mensis, messer.
M. = Maestro, Magestad, Magister, Magnificus, Maiestà, Maiestas.
Mg. = Magister, Magnificus.
mai. = maior.
marg. = margine.
min. = minor.
ms. = manu scriptus.
Mt. = Maiestet.
n. = noster, nostro, nuestro, numerus.
N. = Noster, Nostro, Nuestro.
N. P. = Nostro Padre, Nuestro Padre.
N. S. = Nostro Signore.
O. = Ordo.
O. Min. = Ordinis Minorum.
O. Pr. = Ordinis Praedicatorum.
O. Praem. = Ordinis Praemonstratensis.
O. S. B. = Ordinis Sancti Benedicti.
oblitt. = oblitteratus.
om. = omittit, omittunt.
p. = padre, pagina, pars, pater.
P. = Padre, Pars, Pater, Paternidad, Paternità, Paternitas, Petrus.
p. m. = piae memoriae.
P. M. = Pontifex Maximus.
P. T. = Paternitas Tua.
P. V. = Paternità Vostra, Paternitas Vestra.
pp. = paginae.
PP. = Padres, Padri, Patres.
PP. GG. = Patres Graeci.
PP. LL. = Patres Latini.
r. = reverencia, reverendo, reverendus reverentia, reverenza.
R. = Reverencia. Reverendo, Reverendus, Reverentia, Reverenza, Romanus.
R. D. = Reverenda Dominatio, Reverendissimus Dominus, Reverendus Dominus.
R. M. = Regia Maiestas.
R. P. = Reverendo Padre, Reverendus Pater.
R. P. T. = Reverenda Paternitas Tua.
R. P. V. = Reverenda Paternità Vostra Reverenda Paternitas Vestra.
R. T. = Reverentia Tua.
Resp. = Respublica.
Rev. = Reverencia, Reverendo. Reverendus, Reverentia, Reverenza.
Rö. = Römisch.
Röm. Kays. Maj. = Römisch Kayserlich Majestet.
Rom. = Romanus.
RR. = Reverendi, Reverendos, Reverentiae, Reverenze.
RR. PP. = Reverendi Padri, Reverendi Patres, Reverendos Padres.
RR. VV. = Reverentiae Vestrae, Reverenze Vostre.
RV. Reverencia Vuestra, Reverentia Vestra, Reverenza Vostra.
S. = Sacer, Sacratissimus, Sancta, Sanctus, Señor, Signore, Signoria, Societas, Suus.
S. C. M. = Sacra Caesarea Maiestas, Sacratissima Caesarea Maiestas.
S. D. = Servus Dei.
S. D. N. = Sanctissimus Dominus Noster.
S. J. = Societas Iesu.
S. P. = Salutem Plurimam, Sanctus Pater.
S. P. N. = Sanctus Pater Noster.
S. R. C. = Sacra Rituum Congregatio.
S. R. E. = Sancta Romana Ecclesia.
S. S. = Sancta Sedes, Sanctitas Sua, Sua Santità.

sig. = sigillum.
sign. = signatus.
Soc. = Societas.
sq. = sequens.
sqq. = sequentes.
t. = tomus, tuus.
T. = Tomus, Tuus.
temp. = tempus.
tom. = tomus.
v. = verbum, vester, vide, vostro, vuestro.
V. = Verbum, Vester, Vide, Vostro, Vuestro.
v. g. = verbi gratia.
V. I. = Vtriusque Iuris.
V. M. = Vestra Maiestas, Vuestra Magestad.
V. P. = Vestra Paternitas, Vostra Paternità, Vuestra Paternidad.
V. R. = Vestra Reverentia, Vostra Reverenza, Vuestra Reverencia.
V. R. P. = Vestra Reverenda Paternitas, Vostra Reverenda Paternità, Vuestra Reverenda Paternidad.
Ven. = Venerabilis.
Vol. = Volumen.
vv. = verba.
VV. = Vestrae, Vostre, Vuestras.
vers. = versus.

VII.

EPISTULAE A CANISIO ET AD CANISIUM DATAE

ab ineunte m. Ian. 1563 ad exeuntem m. Ian. 1565.

---

747. CANISIUS **P. LAURENTIO SURIO,** Cartusiano coloniensi.

Augusta Vindelicorum exeunte anno 1562 vel initio anni 1563.

Ex apographo litterarum a Canisio 5. Ianuarii 1563 ad Kesselium datarum, quod Kessel ipse scripsit in cod. colon. „Kess." f. 153.

De nova conciliorum editione.

Canisius Augusta Vindelicorum 5. Ianuarii 1563 Coloniam ad P. Leonardum Kessel S. J., collegii rectorem, haec, praeter alia, scripsit: „Scripsi ad p. laurentium de concilijs edendis: plus a nobis expectat Calenius, quam praestare possimus."

Colonienses iam anno 1561 novam coeperant parare conciliorum editionem. Ad quam ut viri docti Tridenti et Romae versantes operam conferrent, Canisius compluribus litteris eodem anno Tridentum ad cardinalem Hosium et Romam ad Alphonsum Salmeronem, Societatis Iesu vicarium generalem, datis, vehementer institerat (*Can.* Epp. III 239—241 242 261 292—293 296 320). Ac 26. Octobris 1561 Salmeroni scripserat: „Ago gratias R. P. t., quae suam operam pollicetur in promouenda aeditione noua Conciliorum, et rogo ut gratificari dignetur Typographo coloniensi aequa postulantj" (ib. 273). Et 8. Novembris 1561 idem eidem: „Scribam ego diligenter, ut iuditio R. T. sese conforment Colonienses, utque sumptibus in scriptores necessarijs minime parcant (ib. 293). Ineunte autem anno 1567 Laurentius Surius, Cartusianus coloniensis et Canisio a multis annis amore iunctus, novam illam et amplificatam „Conciliorum omnium" editionem Coloniae „apud Gervvinum Calenium, et Haeredes Iohannis Quentelij" 4 tomis in folio, ut dicimus, in lucem emisit. Qui in litteris dedicatoriis affirmavit, in conciliorum „manuscriptis exemplaribus . . . undecunque conquirendis, diligentem admodum fuisse typographum D. Gervinum Calenium, Iuris licentiatum integerrimum" (*H. Quentin* O. S. B., Jean-Dominique Mansi et les grandes collections conciliaires, Paris 1900, 17—18). Haec Surii verba si cum Canisii verbis supra positis conferentur, facile patebit, Calenium etiam a Canisio et a Societatis hominibus romanis conciliorum exempla petisse. Ac cum ex una parte Socii romani 27. Decembris 1561 Canisio scripserint, se octavam synodum universalem, „quae numquam excusa est", atque etiam synodum Martini I. transcribendas curare et fortasse per Canisium ad Colonienses missuros esse, ex altera autem parte Surius in litteris illis dedicatoriis asserat, se iam Martini I. „concilium insigne" „antehac nunquam typis excusum" et „VIII. Synodum vniuersalem" proponere (*Can.* III 342 344): satis verisimile est, eum Canisii et Salmeronis opera haec duo concilia nactum esse.

Canisius has ad Surium litteras, si non primis anni 1563 diebus, certe m. Decembri a. 1562 dedit; si enim prius eas dedisset, in epistula inter 5. et 19. Decembris 1562 in collegium S. J. coloniense missa earundem mentionem fecisset;

cf. *Can.* III 551—554. Nescio num haec epistula ex numero illarum fuerit, de quibus *Nathanael Sotvellus* S. J.: Canisius, inquit, „epistolas complures ad Laurentium Surium scripsit, quae in Carthusia Coloniensi asservantur“: Bibliotheca Scriptorum Societatis Iesu, Romae 1676, 663. Nunc iam non videtur exstare.

748. P. IOANNES DYRSIUS S. J., rector collegii oenipontani, CANISIO. Oeniponte ineunte m. Ianuario 1563.

Ex apographo litterarum Polanci, eodem tempore scripto. Cod. „V. P. 62“ f. 161b.

Collegium oenipontanum viaticis gravari.

P. Ioannes de Polanco, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, Oeniponte 19. Ianuarii 1563 Canisio ad litteras Augusta 9. Ianuarii 1563 datas rescribens: „Si è uista“, inquit, „la lettera del Rettor di Hispruch sopra li uiatici, et gia si ua trattando del modo de euitar per l auenire tanta grauezza delli Collegij.“ Ex quibus verbis conicere licet, Canisium 9. Ianuarii 1563 Lainio cum suis litteris misisse epistulam a P. Ioanne Dyrsio, collegii oenipontani rectore, ad se datam et inter 2. et 9. Ianuarii (sub 2. Ianuarii Canisius Lainio scripserat, v. infra p. 5) sibi traditam, qua Dyrsius querebatur: Societatis homines ex Germania in Italiam vel ex Italia in Germaniam per Oenipontem transeuntes tam saepe a Sociis oenipontanis viatica petere, ut collegium illud nimium gravaretur.

749. CANISIUS CARDINALI **STANISLAO HOSIO,** uni ex concilii tridentini praesidibus, episcopo varmiensi.

Augusta Vindelicorum 2. Ianuarii 1563.

Ex apographo recenti eoque collato cum ipso archetypo (2°; $1^1/_2$ pp.; in p. 4 inscr. et sig.), quod Canisii manu subscriptum exstat in cod. goth. „E. H. 2“ f. 92—93.

Epistulam ex archetypo primus evulgavit *Ern. Sal. Cyprianus*, Tabularium Ecclesiae Romanae seculi decimi sexti, Francofurti et Lipsiae 1743, 299—300. Particulam (ex Cypriano) posuit *Hier. Lagomarsinius* S. J., Julii Pogiani Sunensis Epistolae et Orationes III, Romae 1757, 156 et 350f; qui tamen altero hoc loco perperam asserit, epistulam 2. Iunii 1563 datam esse. Epistula usus est *Ant. Eichhorn*, Der ermländische Bischof und Cardinal Stanislaus Hosius II, Mainz 1855, 138 145.

Hosii opera Parisiis edita mittit. Eadem ut in Germania edantur, suadet. Fontidonii adversus Fabricium liber. Gallos victoria de Calvinianis relata bene uti cupit. Augustana „pax religionis“ perniciosa est. Comes de Luna. Ipse, num Maximilianus II. sibi adeundus sit, dubitat. Huius aula parum catholica. Bavariae dux „calicem laicorum“ petit. Canisius Firmici Materni librum mittit. Maximilianus II. contiones protestantium audire noluit. Eius contionator.

— — [a] Mitto Gallicam aeditionem operum, quae postulauit a me celsitudo tua, quam etiam atque etiam rogo, ut sicut confessionem recognouit, ita reliquas eiusdem operis partes relectas, et si uidebitur, locupletatas in Germania edi iubeat. Magno enim constat haec aeditio Parisiensis [1]. Nec desunt epistolae eiusdem autoris, quas apud

a) *Nescio utrum verba* Pax Christi *etc., quibus C. epistulas ad H. exordiri solet (cf. Can. III 515 526 532, et infra p. 5 etc.), in ipsa hac epistula desint, an tantum in ap. meo (ut apud Cypr.) omissa sint.*

[1] De editione hac, a. 1562 facta, et de „Confessionis“ hosianae recognitione vide, quae sub ipsam hanc epistulam notabuntur infra p. 4—5.

secretarium [1] latere noui, quae nouam aeditionem pulchre illustrarent. Accederet liber de oppresso Dei uerbo, et si quae sunt id genus alia, ut esse non dubito, lectu digna hoc tempore. Ignoscat mihi benignitas tua, quod non rogatus libere dicam quae sentio, ut moneam sapientem, et commodo publico inseruiam [2]. Illud mihi pergratum fuit audire, quod ab Hispano quodam Oratio Fabritij confutetur [3], quodque nunc scribitur de prostratis in Gallia Caluinianis [4]. Faxit Dominus ut Catholici hac praeclara uictoria foelicius utantur, quam Caesar fuit usus in Germania. Nam quae consequuta est in Religione pax, quouis bello ea uiderj potest nocentior ac perniciosior [5]. Comes a Luna nondum respondit, quid responsi acceperit a Rege postquam literas tuae dignitatis coram reddidit [6]. Sunt qui illi dissuadent, quo minus ad Regem ipse ueniam, eumque coram salutem [7]. Deliberabo cum amicis, quid fieri conueniat magis. Aula certe paucos fouet Catholicos. Dominus paternam pietatem in filijs augeat conseruetque. Antuerpiam literae acceptae cito mittentur. Audio Principem Bauariae [8] magis quam Caesarem pro calice concedendo certare. Dominus Principes nostros super petram magis magisque fundatos [9] esse concedat, ut separationis consilia nulla ex parte sequantur. Adieci librum nouum Iulij Firmicij, quem praefatione sua defoedauit Illyricus [10]. Illud

---

[1] Valentinum Kuczborski (Cutzborski), dioecesis plocensis clericum, tunc eo munere functum esse ex codicibus hosianis, qui Cracoviae et Frauenburgi exstant, intellegitur.

[2] Canisium, quae optabat, postea consecutum esse ex iis intellegetur, quae sub hanc epistulam dicentur infra p. 5.

[3] Petrus Fontidonius Ioannis Fabricii Montani adversus concilium tridentinum „Orationem" refutabat; quae non solum germanice (id quod *Can.* III 491 [3] affirmavi), sed etiam latine edita est: „Ioannis Fabricii Montani Oratio, qua docetur, concilium Tridentinum sine scelere a Christianis hominibus frequentari non posse. Basileae, per Ioannem Oporinum." Sine anno. In extremo libello: „Dixi. Anno 1562. Calendis Iunii." Libellus exstat Monachii in archivo regni bavarici, et Romae in bibliotheca vaticana (*Enr. Stevenson* giun., Inventario dei libri stampati palatino-vaticani I, Roma 1886, 105, n. 458[e]). De Fontidonii libro plura infra dicentur.

[4] Hugonotti 19. Decembris 1562 apud Drocum (Dreux), haud procul Parisiis, fusi fugatique sunt, Ludovico Borbonio principe Condaeo capto. Cf. *Can.* III 583.

[5] Victorias dicit a Carolo V. annis 1546 et 1547 in bello „smalcaldico" de principibus quibusdam lutheranis relatas, qui religionis defendendae specie contra eum arma moverant. Quas victorias a. 1555 Augustae Vindelicorum „pax religionis" illa est secuta.

[6] Claudius Quignonus (Quiñones) comes a Luna, qui Philippi II. Hispaniae regis „oratorem" apud Ferdinandum I. imperatorem egerat, ab eodem rege paulo ante ad concilium tridentinum legatus, litteras quasdam exspectabat Augustae; quo exeunte a. 1562 etiam Maximilianus II. Romanorum rex venerat; cf. ib. 532 ad 534 573 574.

[7] Canisius a Lainio praeposito generali monitus erat, ut Maximilianum II. adiret et erga Societatem benevolum redderet (ib. 562 584).

[8] Albertum V. ducem; cf. infra p. 31 [2].

[9] Mt 7, 25; 16, 18. Lc 6, 48.

[10] Vide, quae sub ipsam hanc epistulam dicentur.

de Rege nostro libenter intelleximus, inuitatum illum serio a Principibus Lutheranis, ad ipsorum, non Dei, uerbum audiendum, cum in itinere esset, nihil illis loci tribuisse. Habiturus hoc loco dicitur concionatorem Gurzensem Episcopum [1]. Dominus nouum annum Synodo et praestantiae tuae prosperet ad communem Ecclesiae utilitatem. Augustae postridie Calend[as Ianuarias][a] 1563[b].

Seruus in Christo Canisius.

Reuerendissimo in Christo Patri ac Illustrissimo Domino D. Stanislao Hosio, Cardinali et Episcopo Warmiensi, sacri Concilij [Praesidi,] patrono amplissimo. Tridenti.

Litterarum inscriptioni manu eiusdem temporis (Hosii?) adnotatum est: „redd. 7 Ianuarij 1563."

Canisius fere simul cum hac epistula, ut ex ipsa cognoscitur, duos Tridentum ad Hosium mittere cogitabat libros (quamquam eos, vel saltem maiorem illum, mutato consilio, 4. Ianuarii vel paulo post per medicum sibi amicum eodem misit; v. infra p. 6):

1. Primam „Operum omnium" Hosii editionem. Quae a. 1562 Parisiis ab Aegidio Gorbino, Guilielmo Desbois, Sebastiano Nivellio, Guilielmo Cavellat in folio, ut dicere solemus, facta erat ita, ut editio ipsa una esset, singuli autem ex 4 typographis vel bibliopolis illis aliud ei praeponerent folium titulare. In qua editione Hosii „Confessio" (cf. *Can.* I 510 [3]; II 76 203 888 etc.) excusa est ex editione illa, quae a Ioanne Stelsio a. 1561 Antverpiae, compluribus rebus praeter Hosii voluntatem additis, excusa est (*Stanislai Hosii*, et quae ad eum scriptae sunt Epistolae, edd. *Franc. Hipler* et *Vinc. Zakrzewski* II, Cracoviae 1886 1888, 1006—1008). Accedunt: a) „Propugnatio verae . . . doctrinae, adversus Ioannem Brentium" (cf. *Can.* II 895); b) De expresso Dei verbo; c) Dialogus (ib. 898). Ex Nivellii officina liber prodiit ita inscriptus: „*OPERA* | D · STANISLAI HOSII | *CARDINALIS EPISCOPI VARMIENSIS IN CONCILIO* | TRIDENTINO PRÆSIDIS, QUÆ HACTENVS PVBLI- | CVM RECEPERVNT OMNIA INPRIMIS PIA AC ERVDITA, | *nunc postremò ab ipso auctore vigilanter multis in locis supra omnes* | *priores aeditiones aucta et recognita, atque in vnum cor-* | *pus iam primùm collecta et excusa: quorum* | *catalogum sequens pagella* | *indicabit.* | SALVO PER OMNIA IVDICIO S. | sedis Apostolicæ. | [Sequitur Nivellii signum typographicum] | PARISIIS. | Apud Sebastianum Niuellium sub Ciconiis, | via Iacobæa. | 1562." Fol. min., ff. sign. 264; praeterea in initio 16 (addito titulari) ff. non sign., in quibus exstat Hosii praefatio, primum „Confessionis" editioni stelsianae, quam dixi, praeposita, eiusdem „Confessionis" litterae dedicatoriae, ab Hosio ad Sigismundum Augustum Poloniae regem datae, indiculi varii ad „Confessionem" spectantes, index rerum alphabeticus isque copiosus et omnes Hosii libros comprehendens. Editionis exemplum vidi Luxemburgi, in bibliotheca domus Scriptorum S. J.

2. Praeterea Canisius Hosio misit libellum, qui inscribitur: „Julij Firmici Materni v. c. de errore profanarum religionum ad Constantium et Constantem Augustos liber: Nunquam antehac in lucem editus" (8°, ff. A 1—J 7). Quem librum sub a. 347 compositum Mathias Flacius Illyricus, cum „praefatione" Ienae 1. Iulii 1561 a se conscripta, omnium primus a. 1562 ex codice quondam mindensi, qui

a) *Hunc mensem supplendum esse, et ex ipsa epistula et etiam clarius ex iis intellegitur, quae eius inscriptioni ascripta sunt. Cypr.:* postridie Calendarum 1563. b) *Cypr. omisit vv. sqq.*

---

[1] Urbanum Austriacum sive Pfaffstetter (Sagstetter); de quo vide *Can.* II 327 [3], et *A. Starzer*, „Wien II", in Wetzer und Weltes Kirchenlexikon XII [2], Freiburg i. B. 1901, 1528.

nunc in bibliotheca vaticana inter „palatinos“ est, in lucem emiserat, Argentorati apud Paulum Machaeropoeum sumptibus Ioannis Oporini excusum (*Wilh. Preger*, Matthias Flacius Illyricus und seine Zeit II, Erlangen 1861, 561—562. *Car. Halm*, M. Minucii Felicis Octavius. Iulii Firmici Materni Liber de errore etc., in „Corpore Scriptorum Ecclesiasticorum Latinorum“ II, Vindobonae 1867, XXVIII). De libri auctore et editionibus v. *O. Bardenhewer*, Patrologie [2], Freiburg i. Br. 1901, 353—354.

Quae Canisius his litteris de Hosii libris in lucem edendis commendavit, postea effecta sunt. Nam et liber „De oppresso verbo Dei“ excusus est, isque primum Coloniae apud Maternum Cholinum, et Hosii „Opera“ Antverpiae a. 1566 ipsius Hosii cura et iterum ibidem, novis eius libris additis, a. 1571 et 1572 vulgata sunt; quas editiones secutae sunt eae, quas Coloniae Maternus Cholinus annis 1573 et 1584 curavit; ac postremae huic Stanislaus Rescius, qui diu Hosii secretarius fuerat, fere 250 epistulas ab Hosio datas inseruit (*Hosii* Epistolae I XIII*; II 1006—1008. *Can.* III 408).

750. CANISIUS **IACOBO LAINIO,** praeposito generali Societatis Iesu.
Augusta Vindelicorum 2. [?] Ianuarii 1563.

Ex apographis epistularum Polanci, eodem tempore scriptis. Cod. „V. P. 62“ f. 141[a] 142.

Gaudet, quod ipse collegiorum aliquot cura liberatus et P. Victoria de collegio Salisburgi condendo agere iussus est.

P. Ioannes de Polanco, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis (qui m. Decembri a. 1562 Canisium cura collegiorum vindobonensis, pragensis, tyrnaviensis liberarat et P. Victoriam de collegio Societatis Salisburgi condendo cum archiepiscopo coram agere iusserat; cf. Can. III 467—469 578 820), Tridento, ubi cum Lainio concilio intererat, 8. Ianuarii 1563 Vindobonam ad P. Ioannem de Victoria, trium illorum collegiorum „superintendentem“, scripsit: „Hauemo lettere del Padre D. Canisio il quale assai s'è rallegrato dell' ordine dato de scarricarlo del peso delli · 3 · collegij, et della instruttione data alla RV.“ Quae litterae eaedem esse videntur atque illae, de quibus Polancus Tridento 8. Ianuarii 1563 Canisio scripsit: „Riceuette N. Padre quelle di V. Reuerentia di · 2 · del presente.“ Perisse autem videntur hae litterae. De quibus plura in Polanci responso modo memorato dicuntur.

751. CANISIUS CARDINALI **STANISLAO HOSIO**, uni ex concilii tridentini praesidibus, episcopo varmiensi.
Augusta Vindelicorum 4. Ianuarii 1563.

Ex archetypo, quod Canisius ipse subscripsit (2°; ½ p.; in p. 4. inscr. et sig.). Cod. goth. „E. H. 2“ f. 92 97.

Epistulam ex archetypo primus evulgavit *Cyprianus* l. c. 300. Eadem usus est *Eichhorn* l. c. II 138.

Medicum hispanum ex servitute turcica liberatum commendat. De Hosii „Operibus“ et de Christianis in Turcarum servitutem redactis.

Pax[a] Christi nobiscum Illustrissime Domine Patrone.

Cum huc uenisset Doctor Molon Hispanus Medicus ex captiuitate Turcica liberatus, egi cum illo familiariter. Nec potui discedenti amico negare operam, cum postularet literas ad amplitudinem tuam

a) *Hoc v. et 5 sqq. a Cypr. omissa sunt.*

commendatitias. Optabat isthuc quoque perferre sarcinam, quam heri ueredario tradidi, ut hoc uolumen semel et iterum expetitum maturius isthuc perueniret [1]. Nunc nihil quod addam habeo, nisi quod cupiam bonum et insignem hunc medicum de meliore nota commendatum haberj. Ex illo multa et scitu digna de Christianis apud Turcos [*sic*] misere uinctis et seruitutem miserandam seruientibus intelligentur. Dominus consoletur electos [2] et colligat oues errantes [3]. Augustae 4. Ianuarij M.D.LXIII [a]. Seruus in Christo Canisius.

Reuerendissimo in Christo Patri ac Illustrissimo Domino D. Stanislao Hosio Cardinali et [Episc]opo Warmiensi, sacri Concilij [Prae]sidi, Patrono amplissimo. Tridenti.

Litterarum inscriptioni manu eiusdem temporis (Hosii?) adnotatum est: „Redd. 25 Januarij 1563."

752. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO.

Tridento 5. Ianuarii 1563.

Ex apographo (A) eiusdem temporis; in margine eadem manu: „Padre Canisio." Cod. „V. P. 62" f. 136^b—137^a.

Verba (B) huius epistulae: „Haueremo charo di ueder" usque ad „à Portogallo" eodem fere tempore in collegio S. J. ingolstadiensi manu *P. Alphonsi Pisani* S. J. transcripta sunt in Cod. „Antiqu. Ingolst." f. 86^b; quibus *P. Nicolaus Lanoius*, collegii rector, ascripsit: „Ex Concilio Tridentino 1563."

Gaudet, pestilentiam Vindobonae et Monachii minui. De P. Natalis itinere vindobonensi et de contionibus Straubingae, Monachii, Tyrnaviae habendis. Scire cupit, quid Canisius egerit cum Maximiliano II. rege. Hunc magna obtulisse. De catholica quadam Apologia, et de libro contra Chemnitium ab Andrada vulgando. Lainii de calice laicorum scriptum imperatori non esse mittendum. Quomodo Canisius de collegiis austriacis cum imperatore tractare debeat. De collegio Salisburgi condendo cum archiepiscopo actum esse. Collegio romano, quod iam de aere alieno vivere cogatur, stipem caesaream providendam esse. De Petro Hernath et Ioanne Gros; huic veniam abeundi ad annum dandam esse. De litteris „quadrimestribus" in Indias mittendis. Societatis homines non ad Natalem, quamdiu is Tridenti sit, sed ad ipsum Lainium scribere debere. In concilio de residentia episcoporum agi, sessionem prorogari.

[Jhesus. Molto Reuerendo in christo Padre.] [b]

Pax christi etc.

Riceuemmo quelle di V. Reuerentia di .26. del passato [4], et non so come non haueua riceuuto altre che quelle di 14. [5] scriuendosi ogni

a) *Cypr. omisit vv. sqq.* b) *Haec suppleri ex archetypis litteris a Pol. ad Can. 7. Novembris 1564 datis, quae exstant in cod. guelpherb. „36. 24. Aug." f. 149. Cf. etiam Can. Ep. III 535 541 560. In posterum tamen his verbis supplendis supersedebo.*

---

[1] Volumen „Operum" Hosii dicere videtur, de quo supra p. 4.

[2] Tob 13, 10. Ps 88, 4. Mt 20, 16; 22, 14; 24, 24. Mc 13, 22. Col 3, 12. 2 Tim 2, 10 etc. [3] Ps 118, 176. Is 53, 6. 1 Petr 2, 25.

[4] Hae litterae perisse videntur.

[5] Epistulam Tridento 14. Decembris 1562 Lainii nomine a Polanco ad Canisium datam vide *Can.* III 560—565.

settimana senza mancare[1]. Ci rallegramo d'intendere[a], calassi la peste in Vienna alli 13. di decembre · non so, se questo si sapeua come dette quel medico tanto risoluto conseglio al Padre Natal de non ui andar[2]. Pur a questa hora sara forsa arriuato il Padre Vittoria[3], et passata la forza del freddo potra anche andare il Padre Natale. Intendiamo anche che in Monico la peste ua sminuendosi assai, et cosi desideramo intendere di Praga . et di Tirnauia doue pure non è cosi feruente questo male come soleua.

Per straubinga non uediamo modo de mandar predicatore de Jtalia[4], mà consideri la RV. se potrà il Padre Martino[5] quando ritorni il Rettore andare in Straubinga predicando detto Rettore in Monachio[6] che gia sara più essercitato: et se questo non se potessi fare ueda la RV. se il Dottor Zeidel quando sera spedito dell' Archiduca Carolo[7], potrà seruire de predicatore in Monachio accio possa andare maestro Martino in Straubinga poiche maestro Adamo[8] sodisfa in Tirnauia come scriue il Padre Hurtado[9] et scriua di questo[b] la RV. quel che sente.

Ci siamo consolati in Domino della buona dimostratione che ha fatto il Re di Romani nella entrata sua in Augusta[10], et aspettamo intendere quel che hauera la RV. passato con lui[11]. Di Roma anche ci scriuono, che ha fatto grande offerte etc.[12] Dio N. S. sia con lui.

Quella Apologia contra li Caluiniste si è riceuuta[13] et in cambio di quella mando alla RV. quel prohemio del Dottor Paiua il qual mi

a) *Sequuntur vv.* che lasci, *a librario oblitterata.* b) *Sequitur* alla, *a libr. oblitt.*

---

[1] Epistulas Tridento 18., 22., 29. Decembris a PP. Ioanne de Polanco et Hieronymo Natale ad Canisium datas vide *Can.* III 567—573 576—585.

[2] Cf. ib. 568. Natalis Lainii auctoritate collegia Societatis in Germania instituta „visitaturus" erat. [3] Cf. ib. 568.

[4] Albertus V. Bavariae dux in civitate Straubing, quae ad protestantismum vehementer inclinabat, vel collegium Societatis vel, si id fieri nondum posset, saltem aliquos Societatis sacerdotes esse volebat (ib. 364 400 468 684. Epistolae *P. Hieronymi Nadal* Societatis Iesu II, Matriti 1899, 142—143).

[5] Gewarts sive Stevordianus; cf. *Can.* III 539.

[6] P. Theodoricus Canisius, Petri Canisii ex patre frater et collegii monacensis rector, ob pestilentiam cum maiore eiusdem collegii parte Biburgum migraverat (ib. 538 539).

[7] Huius contionatorem agere iussus erat P. Ioannes Seidel (Zeydel); vide ib. 522—523 547.

[8] Hoeller (Höler, Holler, Haller; de quo ib. II 596[2] etc.).

[9] Hurtadus Perez, collegii rector; cf. ib. II 411[1]; III 522[3] 523 566.

[10] Maximilianus II., qui 24. Novembris 1562 Francofurti ad Moenum Romanorum rex electus erat, tunc quidem catholicum se praebuerat; vide ib. III 574—575.

[11] Vide supra p. 3.

[12] Per Ioannem de Manrique cubicularium suum (Romam missum, ut de electione illa Pium IV. certiorem faceret)? Ceterum Maximilianus etiam litteras ad pontificem dederat, quibus „prometteva di esser sempre obediente alla sedia apostolica" (*Th. Sickel,* Zur Geschichte des Concils von Trient, Wien 1870, 408—409 414—416).

[13] Significari videtur „libellus cuiusdam viri Catholici", ut cardinalis *Hosius* inquit, „qui nomen tamen suum non expressit, qui inscribitur: Religionis et Regis

smenticai l' altra uolta che lo promese di mandar[1]. Si è letto al detto D. un capitulo della lettera di V. Reuerentia doue significa, che li pareria ben far un trattato minore et promettere altro piu exatto. Tuttauia siben lui ringratia del ricordo non mostra hauer animo di far due opere distinte, mà piupresto di abreuiar questa, et se non potrà esser stampata cosi presto si fara quel che si potra.

Gia fu scritto, che non accadeua mandar allo Jmperator[2] quel scritto di N. Padre de communione sub utraque specie[3].

Del negociare col Imperatore sopra le cose del collegio de Hispruch, ò altre[4] la . RV. in genere potrà trattar di quello che li parera, pur in particolare trattara conla Maesta sua il padre maestro Natal, ò uero il padre Vittoria quando sara uenuto à Hispruch.

All' Arciuescouo Salisburgense[5] scrisse N. Padre per mano del D. Vittoria, il quale lo doueua uisitare per sua parte, et trattar del collegio. Aspettaremo intender per le prime quel che si sera negociato et non si mancara de far quel che si potra per sodisfattione del detto Arciuescouo.

Quando la Reuerentia V. hauera qualche risposta sopra li denari che si hanno à mandar a Roma[6] si contenti di auisarci et se si facessi la prouisione di dar ordine si mandi a Roma perche intendiamo che stauano sanza alcuni denari uiuendo de imprestjto[a].

Sta ben quel che V. Reuerentia risolse di Pietro Hungaro[7] et quando andara il padre Natal in quelle bande fara sopra di lui la risolutione che bisognara secondo che lo trouara disposto.

a) *A libr. correctum ex* imprestato.

Christianissimi defensio contra Calvinum" (*Stan. Rescius*, Vita D. Stanislai Hosii l. 2, c. 9 [*Hosii* Epistolae I XLVII]; cf. etiam *Can.* III 563).

[1] Doctissimus ille Didacus Payva de Andrada, Lusitaniae regis in concilio theologus, adversus Martini Chemnitii, theologi lutherani, „Theologiae Iesuitarum praecipua capita" librum parabat „Orthodoxarum Explicationum", iuvantibus Lainio, Canisio, Natale etc. (ib. 557 563 579. Epistolae *P. Nadal* II 145—146 165). De qua re plura infra dicentur.

[2] *Polancus* nomine Lainii Tridento 24. Novembris 1562 Natali ad epistulas 18. et 20. Novembris 1562 datas rescribens: „La orden", inquit, „que se dió al P. Canisio de cómo auía de tratar con el emperador, embiando la patente etc., al P. Lamberto, está bien" (Epp. *Nadal* II 146).

[3] Polancus iam bis id scripserat; vide *Can.* III 568 583.

[4] Res collegiorum vindobonensis, pragensis, tyrnaviensis significantur; 23. Ianuarii 1563 Lainius, mutato consilio, Canisium monuit, ut easdem, quantum sibi videretur, ipse Oeniponte apud caesarem iuvaret.

[5] Ioanni Iacobo Khuen de Belasy; cf. supra p. 5.

[6] Canisius Lainii iussu m. Decembri a. 1562 Ferdinandum I. per litteras rogaverat, ut 400 ducatos, quos sub singulorum annorum initium collegio Societatis romano tribuere statuerat, eidem rursus solvendos curaret; vide *Can.* III 549.

[7] *Petrus Hungarus* ipse a. 1566 vel 1567 * scripto quodam, quod nunc exstat in Cod. „G. C. 67" f. 160, asserit, esse se annorum 27, ortum ex „dioecesi quinqueeclesiensi", „admissum in Societatem Viennae a P. Canisio 1558, 25 Septembris, profectum statim Romam et ibidem examinatum". Atque 1. Ianuarii 1565 in * *Cata-*

Circa Gio: groso gia fu scrito a praga che li diano licencia per un anno et che dopo uedera lui, et anche la compagnia quel che conuiene[1].

Ci da molta consolacion in domino l intendere che si riducano alcuni al gremio della chiesa in Augusta et haueremo charo di ueder le Quadrimestre[a] [2], et se ci fossi[b] copia delle altre mandate l' anno di[c] 62. le mandariamo adesso perl' india[d]; oueramente una che contenessi la substantia delle[e] altre per consolatione[f] di quelli nostri fratelli, sodisfacendo anche alla formula[g] del scriuere[h] gia publicata[3] et il medesimo doueriano far di[i] tutti li collegij della superior Germania et quanto prima saria[k] meglio accio si mandino a tempo à Portogallo. Si drizano al padre Natal lettere de diuerse bande della superior Germania, il che non accade fare intanto che lui sta in Trento, mà si scriua al N. Padre preposito. Non mi estendero in altro senon in raccomandarci tutti molto nelle orationi et sacrificij della RV. et cosi delli Padri Guilliermo et Valentino con gl' altri Augustani[4]. Quì ua una lettera per il Padre D. Theodorico[5]. Di Trento .5. di Genaio 1563. [Per commissione di nostro · P. Preposito][l] [?] [de V. Reuerentia seruo in christo Joane de Polanco][m].

Non scriuo altro del Concilio perche tuttauia si tratta di questa benedetta residentia[6], et l' ultimo de decembre si pressero 15. altri

a) quadrimestri *B.* b) et ci fusse *B.* c) del *B.* d) all' Jndia *B.* e) dell' *B.* f) per la consolation *B.* g) forma *B.* h) scriuer *B.* i) fare de *B.* k) seria *B.* l) *Haec supplevi ex Can. Epp. III 69; quamquam mihi prorsus certum non est, Polancum haec semper posuisse; in posterum ea non iam ponam.* m) *Haec supplevi ex archetypis Polanci litteris, de quibus supra p. 6, adn. b. Cf. etiam Can. Epp. III 69. In posterum hac subscriptione supplenda supersedebo.*

---

logo collegii S. J. dilingani, ubi Petrus tunc degebat, idem „Petrus Hernath“ vocatur, et haec, praeter alia, de eodem referuntur: eum Romae 26. Octobris 1558 vota nuncupasse atque ibidem et magistrum artium creatum esse, et „ethicam“ tradidisse (Cod. „GSC 66“ f. 375ᵃ). Ineunte autem a. 1563 Romae in collegio Societatis morabatur atque, ut videtur, theologiae studebat (Epp. *Nadal* II 268 280 459).

[1] De P. Ioanne Gros sive Magno S. J. (de quo vide *Can.* II 574 651; III 190, et *Io. A. de Polanco* S. J., Chronicon Societatis Iesu VI, Matriti 1898, 345) *Polancus* Lainii nomine P. Henrico Blissemio S. J., collegii pragensis rectori, Tridento 26. Ianuarii 1563* scripsit: „De patre Joanne Magno scriptum est dimitti posse illum ad integrum annum, quo tempore periculum ipse faciet sui et eo exacto reddere sui rationem debebit, aut Rectori suo aut Prouinciali, et considerabitur num expediat, prorsus hominem dimittere liberum an recipere in fratrum nostrorum numerum“ (Ex apogr. eiusd. temp. Cod. „V. P. 62“ f. 167ᵇ).

[2] Exstant domus S. J. augustanae litterae non quidem „quadrimestres“, sed „semestres“, eaeque Augusta 2. Ianuarii 1563 a P. Guilielmo Elderen S. J. datae; quarum partes vide in *Can.* III 612—613 614 652 677.

[3] Vide, quae sub ipsam hanc epistulam dicentur.

[4] Augustae cum Canisio tunc degebant PP. Guilielmus Elderen et Valentinus Voyt ac duo fratres, quorum alter (Ioannes Flander, ut videtur) Canisii scriptor erat, alter coquum egisse videtur (ib. 674 677). [5] Canisio.

[6] „Disputatur de residentia et iurisdictione Episcoporum, sit ne iuris diuini immediate an mediate“ [per summum pontificem]: *Canisius* Henrico Dionysio, Augusta m. Decembri 1562 (ib. 551). Atque ipse *Lainius* Hippolyto cardinali Estensi

giorni di termino per poter dire determinatamente quando sarebbe la sessione 7ma non si potendo per all' hora dir cosa certa.

Canisius harum litterarum caput illud, quod de „litteris quadrimestribus" in Indias mittendis est, ad singula collegia, quorum curam habebat, misisse videtur. „*Formula* scribendi" autem illa, cuius in eo capite fit mentio, fortasse illa est, quae incipit, „Qua ratione scribendi" etc. (*Can.* II 582[4]; III 74 100[1] 102[3][5] etc.). In qua hoc * praecipitur: „Prouincialis Portugalliae fratrum vnum vel si non sit [satis][a] duos designabit cuius sit cura rescribere literas quadrimestres, toties quot loca deputabuntur transmarina ad eas transmittendas, hoc vero tempore erunt Jndia, Brasilia et Etiopia, in quibus distribuentur per varia loca illarum nationum quemadmodum illi censebunt ad quos distribuendae mittentur". (Ex apographo saeculo XVI. scripto, quod est in cod. „Can. X Sa" f. 186a; alterum apographum saec. XVI. exstat in cod. „Antiqu. Ingolst." f. 67b.)

Quae autem Polancus de concilio ad Canisium nova scripsit, is, puto, cum P. Antonio Vinck S. J., collegii treverensis rectore, communicavit. *Polancus* certe Tridento 12. Ianuarii 1563 nomine Lainii Vinckio * scripsit: „Delle cose del Concilio quando ce sara cosa alcuna degna di scriuere el Padre Canisio ha preso la cura de communicar conla RV. le noue che hauera." (Ex apogr. totius ep. eod. temp. scripto. Cod. „V. P. 62" f. 147b.) Ceterum cf. *Can.* III 483.

Canisius Lainio ad hanc epistulam rescripsisse videtur 9. Ianuarii 1563; v. infra p. 17.

753. CANISIUS **P. LEONARDO KESSEL S. J.**, collegii coloniensis rectori. Augusta Vindelicorum 5. Ianuarii 1563.

Ex apographo eiusdem fere temporis, quod ipse *Kessel* scripsit in cod. colon. „Kess." f. 153 (in a. 1563 f. 6).

Epistulae brevem summam posuit *Jos. Hansen*, Rheinische Akten zur Geschichte des Jesuitenordens 1542—1582, Bonn 1896, 469[1].

Societatis homines iter agentes. Collegia vel condita vel condenda Cameraci, Tornaci, Antverpiae, Salisburgi. Universitas dilingana tradetur Societati. Huius sedes augustana. Desunt contionatores. Archiepiscopus. Canisii Martyrologium germanicum recognoscendum et latine vertendum. Nova editio conciliorum. Canisii catechismus recognoscitur. Concilium. Viatica. Preces pro Canisio eiusque sociis faciendae. Litterae semestres. Societatis fautores in aula ducis iuliacensis. P. Natalis.

— — Credo iam istuc allatas esse, quas ad D. Henricum dedi[1]. Nunc venere fratres e portugallia missi, quos Christus in vrbem saluos perducat[2]. Agimus gratias Domino preclare Collegijs augeri vestram prouinciam[3], vt Cameraci et Tornaci. Antwerpiae nostri bene audiunt

a) *Ita „Antiqu. Ing." In „Can. X. Sa" hic lacuna cernitur.*

(Ferrariensi) Tridento 7. Ianuarii 1563 * scripsit: „Habbiamo espesso un gran tempo in trattare se li Vescoui erano superiori agl'altri preti quanto alla iurisdittione iure diuino, et non manco si ua espendendo in tratare se anche sono obligati li Vescoui a far residencia iure diuino, questioni poco necessarie, et proposte et trattate sanza ordine delli legati" (Ex apogr. totius epistulae eod. temp. scripto. Cod. „V. P. 62" f. 141a).

[1] Ad P. Henricum Dionysium; quas vide in *Can.* III 551—554.

[2] Hi in * *Litteris* commendatitiis Tridento 18. Ianuarii 1563 ad Societatis collegia italica (a Polanco?) datis „Roggiero Modenese" et „Gio: Pioneo Francese" vocantur (Ex apogr. cod. temp. scripto. Cod. „V. P. 62" f. 151b).

[3] Societatis Provinciam „Germaniae inferioris".

et non sine fructu concionari ceperunt, vt ad me scripsit Canonicus antwerpiensis[1]. Conclusit tandem Cardinalis augustanus de gymnasio suo Dilingense[2] vertendo in nostrum Collegium, idque Maiores nostri comprobant. Auguste noua domus, nouo Collegio apta donatur[3]. Agit nunc D. Victoria Salsburgae vt nouum et illic collegium instituatur. Desunt nobis maxime germanici concionatores. faxit deus vt ex Collegio vestro Germanos messores in messem germanicam Christo multos proferatis. Nihil erit nobis gratius, quam Archiepis. nouum[4] vobis fauentem et opitulantem intelligere. Ceterum nollemus editionem Martirologij[5] praecipitari, vt plus spacij habeamus ad hoc opus illustrandum quibusdam in locis, vt ex historijs probatis fieri facile potest. Nisi tam procul abessem, relegerem et ipse versionem latinam: Interpres mihi notus non est . quem si doctum putatis, non velim nimis illum astringi verbis germanicis, sed aliquam sententiam commode illustrare.

Scripsi ad p. laurentium de concilijs edendis: plus a nobis expectat Calenius, quam praestare possimus[6]. Catecismus Tridenti relegitur, relectus mittetur ad me, ac fortassis etiam locupletatus. Itaque Materno satisfacere non possum hoc tempore[7]. Maiorem Synodi successum speremus licet, post hanc insignem Catholicorum in gallijs victoriam[8]. Agimus gratias, quod pecuniam fratribus mutuo datam Augustae reddendam curare velitis[9]. Nos enim fide cupimus liberari. Petimus a R. T. a D. Francisco D. Henrico M. Rethio[10] alijsque patribus et fratribus omnibus petimus inquam xenium spiritale, vt sacrificijs et precibus vestris Christo specialiter commendati cum hoc nouo anno nouum induamus spiritum[11] et in anteriora nos totos extendamus[12], eoque fructuosius in vinea Domini[13] laboremus. Breui de statu

---

[1] Iam non exstare videtur haec epistula (Henrici Siberti Dunghen, ut equidem conicio; vide *Can.* III 147 471—472 490).

[2] Universitatem dilinganam Canisius significat; cf. ib. 144 281 282, et Epp. *Nadal* II 174.

[3] Promissa quidem paulo ante haec erat (*Can.* III 675 677), sed data non est; vide infra, monum. 487. [4] Fridericum a Weda (Wied).

[5] Martyrologium germanicum initio a. 1562 Dilingae, Canisio auctore, ab Adamo Walasser editum „per Pastorem Hustensem" latine vertebatur (ib. 525 560 791—797).

[6] Canisius Laurentium Surium O. Carth. et Gervinum Calenium typographum significat; vide supra p. 1.

[7] Canisii catechismus latinus („Summa doctrinae christianae", ut videtur, non catechismi minores) a P. Alphonso Salmerone S. J. Tridenti tunc recognoscebatur (ib. 579 800). Ad quem typis evulgandum Materno Cholino, typographo coloniensi, a Ferdinando I. caesare „privilegium" in decennium concessum erat (ib. I 752 ad 754; III 384). [8] Vide supra p. 3[4].

[9] Canisius aliquot Societatis hominibus in Germaniam inferiorem proficiscentibus viaticum dederat, pecunia ab amicis mutua sumpta; vida infra, ep. n. 769.

[10] Patres Franciscum Costerum, Henricum Dionysium, Ioannem Rethium significat.

[11] Cf. Eph 4, 23 24.

[12] Cf. Phil 3, 13. [13] Is 5, 7. Ir 2. 21. Mt 20, 1 etc.

messis Augustanae quadrimestres nostre[1] legentur. confirmet in vobis Dominus quod praeclare cepit, vt multos Christo et Societati eius milites producatis. Gaudemus in aula principis Juliacensis non infimos vobis fauere[2]. paulatim inuidiam nouitatis virtute duce et comite patientia superabitis. Excitet Dominus Cyrum aliquem[3] qui vobis defendendis ac prouehendis det operam, vt Collegium libertate et integritate sua potiatur. Dominus Jesus nobiscum per omnia. Tridenti versatur p. Natalis sed breui venturus viennam vt plane arbitramur. Augustae 5° Januarij 1563. Seruus in Christo p. Canisius.

Inscripsit quidem Kessel huius epistulae apographum: „pet. Canisius ad Colonienses" ; sed Canisium ad ipsum Leonardum Kesselium litteras dedisse, haec earum verba ostendunt: „Petimus a R. T. a D. Francisco [Costero] D. Henrico [Dionysio] M. [Ioanne] Rethio alijsque patribus et fratribus omnibus . . . xenium spiritale." Si enim ad alium Societatis sacerdotem („R. T.") epistulam hanc dedisset, certe vel hoc vel saltem alio eiusdem loco Kesselium nominasset.

Kessel Canisio rescripsit 27. Ianuarii 1563.

754. CARDINALIS **STANISLAUS HOSIUS**, unus ex concilii tridentini praesidibus, episcopus varmiensis, CANISIO.

Tridento 6. Ianuarii 1563.

Ex *Can.* Epp. III 575.

Inscriptioni litterarum Augusta 26. Decembris 1562 a Canisio Tridentum ad Hosium missarum manu eiusdem temporis adnotatum est: „Resp. [= Responsum est Canisio] 6 Januarij." Quae Hosii epistula perisse videtur.

755. FERDINANDUS I. imperator CANISIO.

Friburgo Brisgoviae (?) sub 8. Ianuarii 1563.

Ex autographa Lanoii epistula, quae est in cod. „G. Ep. IV" f. 127^a—128^b, atque ex apographis epistularum Polanci eodem fere tempore scriptis, quae exstant in cod. „V. P. 62" f. 172^a 174^a.

Se magistratibus mandaturum esse, ut collegio romano stipem usitatam solvant.

P. Nicolaus Lanoius S. J. mandatu Canisii Augusta Vindelicorum 14. Ianuarii 1563 Romam ad P. Christophorum Matritium S. J. de stipe illa collegio romano mittenda (v. supra p. 8) scripsit: „Quanto alli 400 ducadi del Jmperatore si va negotiando per riscoterli dalle mani di questi vfficiali, et hauendo scritto Jl P. Prouinciale al Jmperatore, riceuete auanthieri le lettere di sua Maiesta, laquale promette di commandar che si diano." Haec confirmantur et explicantur litteris a Po-

[1] Canisius rectius scripsisset: Semestres nostrae; vide supra p. 9[2].

[2] *Kessel* in litteris Colonia 9. Novembris 1562 datis: „Vir quidam primarius", inquit, „apud principem Clivensem [Guilielmum, Iuliaci, Cliviae etc. ducem et principem], archiprefectus videlicet ducatus Julie [Wernerus a Binsfeld?], tres filios in disciplinam et convictum nobis tradidit" (*Hansen*, Rheinische Akten zur Geschichte des Jesuitenordens 1542—1582, Bonn 1896, 443). Etiam Doctor Guilielmus Wissel, „ducatuum Montis et Iuliae vicecancellarius", Societatem multum amabat (ib. 479[1] 531 531[4]).

[3] Cyrus, Persarum rex, Deo auctore Iudaeos captivos libertate donaverat, ad templum restituendum adiuverat etc. Cf. 2 Par 36, 22 23. 1 Esdr 1, 1—7; 4, 3; 5, 13—15.

lanco Tridento 30. Ianuarii 1563 ad P. Ioannem de Victoria S. J. datis; in quibus Polancus: „Si è uisto“, inquit, „quello che scriue la RV. sopra li 400 scudi di Roma et se il Padre Dottor Canisio andara in Hispruch, come ill Jmperator li scrisse, potra trattar questo negocio fra le altre, benche per lettere comincio à trattarlo et sua Maestà fece risposta, che darebbe ordine si pagassino penso alli conseglieri della camara, ò non so à chi. Li daremo a lui, ò al Rettor di Hispruch il ricordo che da VR. di quelli amici.“ Atque idem Polancus P. Ioanni Dyrsio S. J., rectori collegii oenipontani, Tridento 1. Februarii 1563: „Cesarea Maiestas singulis annis promisit in eleemosinam pro Bohemis et alijs subditis suis qui in collegio nostro romano aluntur 400 aureos. Hoc anno nondum missi fuerunt, eo quod mercator, qui mittere solebat [Wolfgangus Paller, senator sive consul augustanus; v. Can. III 144[3] 583], hanc curam reliquit: scripsit pater Prouincialis Canisius ea de re Maiestati Caesareae et responsum accepit, quod sui cubiculi uel camerae consiliarijs id iniuncturus esset[a], ut pecunia ea solueretur.“

Societatis homines de Pallero apud Ferdinandum I. conquestos esse, ex *Polanci* litteris Tridento 8. Ianuarii 1563 ad Victoriam datis intellegitur (ex apogr. eiusd. temp. Cod. „V. P. 62“ f. 141[a]). Ac Matritio idem *Polancus* Tridento 4. Ianuarii 1563 de numis illis scripserat: „Un mercader de Augusta, que auía tomado cargo del emperador de embiarlos, se desgustó de que se quexassen dél de no dar tan presto los dineros, ó no tan cumplida la paga como se deseaua; y así escriuió á Su Magestad que no le diesse este cargo de pagar, y aora se ha sabido esto quando le apretaua el P. Canisio para que pagasse. Assí que ha sido menester procurar de nueuo con el emperador esta assignación, como lo ha començado el P. Canisio, y también fué de aquí encargado al P. Victoria para procurar nueua comissión de Su Magestad“ (Epp. *Nadal* II 220). Et iterum *Polancus* Matritio Tridento 14. Ianuarii 1563: „El P. Canisio y el P. Vittoria, cada uno por su parte procuran se renueue aquella orden, y así creo se renouará, si la comunión sub utraque specie no lo estorua“ (ib. II 220).

Quod Lanoius in epistula modo memorata refert: Canisium ab imperatore per litteras iussum esse ita se disponere, ut vocatus Oenipontem ad se venire posset (v. infra p. 20): non his litteris caesareis Canisius ita iussus esse videtur, sed superioribus illis, de quibus *Can.* III 586. Litteras enim de stipe illa datas Canisius ante 12. Ianuarii non accepit; de iussione autem illa Lainium iam 9. Ianuarii 1563 a Canisio certiorem factum esse ex Polanci litteris 19. Ianuarii 1563 ad Canisium datis (v. infra n. 767) conieceris. Quare corrigenda sunt, quae *Can.* III 586 de Lanoii epistula scripsi.

Ferdinandus I. 22. vel 23. Decembris Friburgum Brisgoviae venit indeque inter 7. et 11. Ianuarii 1563 Waldishutum (Waldshut) profectus est (*Chr. Fried. Stälin*, Aufenthaltsorte K. Ferdinands I. 1521—1564, in „Forschungen zur deutschen Geschichte“ I, Göttingen 1862, 395). Verisimile igitur est, eum Friburgo ad Canisium scripsisse.

756. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO.

Tridento 8. Ianuarii 1563.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine eadem manu: „Padre Canisio.“ Cod. „V. P. 62“ f. 142.

Salisburgi cum archiepiscopo de collegio instituendo actum est. P. Natalis. Cardinalis Alexandrinus inquisitor facultatem absolvendi ab haeresi ampliorem concedit. Curandum, ut imperator collegio romano stipem usitatam tribuat. Ingolstadii professores modestius agere, Staphylum prudenter tractari oportet. Cui cavendum, ne episcopos parochosque ita defendat, ut pontifici noceat. Societatis iuvenes nimium

a) esse *ap.*

peregrinati; aliquis eorum infirmus. Canisius adire debet Maximilianum II. Lancelottus a concilii praesidibus ad eundem missus. In „articulis reformationis" per Gallos vulgatis, qui etiam Romam allati sunt, multa recte postulantur. Cardinalis Lotharingiae. Victoria de Hugonottis relata est maxima et quae optimam catholicis spem faciat. Cardinalis Augustani iter hispanicum.

Pax christi etc.

Riceuette N. Padre quelle[a] [?] di V. Reuerentia di .2. del presente[1], alle quali rispondero per quest' huomo proprio de casa del' Jnbasciator del Duca di Bauiera, che ua in Augustà[2]. Hauemo lettere di salisburgo del Padre Vittoria, che haueua cominciato a trattar coll' Arciuescouo[3], del collegio oltra de uisitarlo; non ha potuto ancora mandare la resolutione perche non l' haueua fatta l' Arciuescouo. Credo presto ci auisara quà et forsa anche la RV. di la andara dritto a Vienna il detto Dottor Vittoria, et intendendosi stia bene quella citta lo seguitara presto come spero il Padre Natal. De Roma habbiamo auiso che il Cardinale Alessandrino inquisitore[4] si contenta che la abiuratione legitima non si habbia a ricercar in Germania[5] dalli penitenti nostri, et al primo consistorio haueua da dire una parola al Papa sopra cio, auisaremo subito, che ci sara scritto et in questo mezzo gia s' è detto che possiamo usar la facultà di Julio IIJ, quale non ha restrittione simili[6].

Di quelli 400 scudi[7] aspetamo intender la risposta che dara sua Maesta, et se rispondera con gli effetti, la RV. usara la solita charità in farli mandar a Roma [quanto] prima perche hanno bisogno del presente aiuto.

Con questa andara una lettera pel Padre Lanoi, quale V. Reuerentia potra ueder prima di mandargliela. A tutti pare bene che siano moderati li nostri professori di Theologia[8].

a) *Sic ap., quod habet* quella, *corrigendum esse videtur propter vv.* alle quali, *quae sequuntur; nisi haec mutanda sint in* alla quale.

[1] De his litteris vide supra p. 5.

[2] Hic homo a *Polanco* in *litteris Tridento eodem die S. Ianuarii 1563 ad P. Ioannem Dyrsium S. J., rectorem oenipontanum, datis „domesticus Patris Couillioni nuntius in Bauariam missus" vocatur (ex apogr. eod. temp. scripto. Cod. „V. P. 62" f. 141[b]). Atque ex Polanci epistula 12. Ianuarii 1563 ad Canisium data intellegitur, eum Augusta missum esse a P. Ioanne Cuvillonio (Couvillon) S. J., Bavariae ducis in concilio theologo, qui in domo habitasse videtur, quam Augustinus Paumgartner, eiusdem ducis in concilio orator, sibi locaverat; cf. *Can.* III 562—563.

[3] Ioanne Iacobo Khuen de Belasy.

[4] Michael Gislerius O. Pr. (postea Sanctus Pius V. papa).

[5] In hominibus per Societatis sacerdotes ex facultate a Pio IV. concessa ab haeresi absolvendis; vide *Can.* III 548 569—570 578.

[6] Ib. I 315 342 346.

[7] Stipem dicit, quam Ferdinandus I. collegio Societatis romano quotannis dare solebat; vide supra p. 8[5] 12—13.

[8] PP. Alphonsus Pisanus et Theodorus Peltanus S. J., theologiae professores in universitate ingolstadiensi. Ceterum vide, quae sub ipsam hanc epistulam dicentur.

Que'l Staphilo[1] sia tanto grande defensore[a] della authorità delli Vescoui et parrochi[2], che si marauille senza consenso loro esseguir li nostri li suoi ministerij, Non uorrei che fossi per infirmar la auctorità del Papa[3]. Del Resto la R. V. potra dar auiso alli nostri del arte conla quale reputa debbia trattarsi quell' huomo.

Riceuemo quelle lettere della Jnferior germania, et se non potro rescriuere con questa sara con altra opportunità. Hauemo inteso di quelli tre giouani, che uengono di Portogallo[4], et loro si hanno pressa piu longa la peregrinatione di quello che bisognaua.

Quanto à Matheo Herbipolense, quando si intendera di certo se si ferma nel paese, ò uero, ua ad Jngolstadio[b], si potra dar piu risoluta risposta. Ben credo che l'area natiua[c] li giouarebbe, et come è giouane potria essere che sanassi bene.

Aspettamo intendere, che habbia la RV. salutato la Maestà dil Re di Romani[5]. Parmi che li legati del Concilio[6] mandano domane a uisitarlo uno delli ufficiali dil detto Concilio, non so se anche gli habbiano comesso altro negocio[7]. Hanno proposto li Ambasciatori dil Re di Francia[8] 34. Articuli apertenenti alla riforma, et fra loro è la communione sub utraque specie[9], sono ben molti punti fra questi

a) defensori *ap.* b) ad in Golstadio *ap.* c) natiuo *ap.*

---

[1] Fridericus Staphylus, theologiae doctor et universitatis ingolstadiensis „superintendens". [2] Cf. *Can.* III 555—556.

[3] Vide, quae de hac re sub ipsas has litteras dicentur.

[4] Societatis fratres scholasticos Rogerium Mutinensem et Ioannem Pioneum vel Pionneum (v. supra p. 10[2]) ac Matthaeum „Schapium" („Schepium") sive „Herbipolensem"; de quo plura infra.

[5] Cf. supra p. 3[7] 7.

[6] „Legatorum" pontificiorum sive praesidum munere in concilio tunc fungebantur cardinales Hercules Gonzaga sive Mantuanus, Hieronymus Seripandus O. Er. S. Aug., Stanislaus Hosius, Ludovicus Simonetta. Marcus enim cardinalis Sitticus Tridento abierat et postea legati officio levatus est. Cf. *Can.* III 455[1] 531 725[1], et *Sf. Pallavicino* S. J., Istoria del Concilio di Trento l. 18, c. 16, n. 1 (ed. *Franc. Ant. Zaccaria,* tom. III, Roma 1833, 783).

[7] Dubitari non potest, quin significetur Scipio Lancellottus, advocatus consistorialis, qui ex iurisconsultis concilii erat; nam ex compluribus illius temporis monumentis constat, eum iis diebus a concilii praesidibus Augustam missum esse, ut comitem Lunensem urgeret, ut ad concilium adiret (*Phil. Musotti,* Sommario del Concilio Tridentino, apud *J. v. Döllinger*, Ungedruckte Berichte und Tagebücher zur Geschichte des Concils von Trient II, Nördlingen 1876, 32. *S. Caroli Borromaei* litterae Roma 27. Ianuarii 1563 ad legatos concilii datae, apud *H. Grisar* S. J., Iacobi Lainez Disputationes Tridentinae I, Oeniponte 1886, 500. Cf. etiam *Pallavicino* l. c. l. 19, c. 12, n. 7).

[8] Hac Caroli IX. regis legatione fungebantur Ludovicus de Lanssac, Arnoldus du Ferrier, Guido du Faur; cf. *Can.* III 456[4].

[9] Hi „articuli" 3. Ianuarii 1563 ab oratoribus gallis traditi sunt praesidibus concilii (*Musotti* l. c. 32); postea compluries typis sunt exscripti, ut ab *Edm. Martène* et *Urs. Durand*, O. S. B., Veterum Scriptorum et Monumentorum collectio VIII, Parisiis 1733, 1307—1311, *Od. Raynaldo* Congr. Or., Annales ecclesiastici, in a. 1562 n. 88 (Annal. t. XXI, p. 2, Coloniae Agrippinae 1727, 365—369).

assai boni, Vn Prelato[1] intendiamo li habbia portati a Roma et[a] uederemo se parera à sua santità che siano proposti li detti capi al concilio. Insino a mo son ben publicati, ma non proposti in Congregatione.

La uittoria delli catholici in Francia[2] fù molto notabile et come apare della mano de Jddio, ci ha riferito il Cardinal di Lorena[3], che erano estati amazzati 20 000. heretici o più[4], nella Bataglia, et cinque legue all' intorno, et che delli catholici non erano morti molti, benche alcuni gentill' huomini di conto morseno, et il Condestabile[5] fù menato prigione; ma con essere preso il Principe di Conde si spera si rihauera presto tutto il Regno, et gia c' è rumore, che li catholici siano intrati in Lione, sia ringratiato Jddio, che ha fatto più per uia delle arme, che con le dispute dell' Concilio con quella gente.

gentiae ulla ratione vigerent. Certe iam 10. Ianuarii 1597 Clementis VIII. auctoritate Romae constitutum est: „Coronae, Rosaria, Grana, seu Calculi, Cruces, et Sacrae Imagines cum Indulgentiis antea benedictae, quae quidem in hunc usque diem distributae sunt: sive illae a Sanctissimo Domino Nostro, sive a Superioribus Pontificibus sint concessae; non transeant personas illorum, qui eas in praesenti obtinent.“ Ac similia Romae 6. Februarii 1657 ab Alexandro VII. sancita sunt, „quacunque concessione in contrarium non obstante, etiamsi de ea specialis, et expressa mentio facienda esset: cui per praesentes Sanctitas Sua derogavit, et derogatum esse voluit“. Quas pontificum litteras integras posuit *Theodorus a Spiritu Sancto* O. Carm. Exc., Tractatus dogmatico-moralis de Indulgentiis II, Romae 1743, 223—224 227.

Polancus Roma 15. Martii 1561 nomine Lainii Augustam ad Canisium scripsit: „Circa quello che scriue .V. R. [al primo del presente] delli agnus Dei et prima anche haueua scritto dell' aue marie guardisi V. R. di Germanizzare, benche si sà che parla condescendendo all' imperfetti: pur' di quà per il suo tempo seruira l' auiso.“ Haec, cum *Can.* III, 82 typis vulgarem, opinabar, verbis illis „aue marie“ salutationem angelicam sive precationem, quae incipit „Ave Maria“, significari. Iam autem dubitare non possum, quin eo loco verbis illis grana sive globuli eiusmodi sacrati significentur. Corrigenda sunt igitur et quae l. c. in adnotatione 4. dixi, et versio latina sententiae illius; restituenda etiam lectio apographi antiqui „aue marie“, ex qua „aue maria“ correxi (l. c. adnot. b).

Canisius Lainio ad hanc epistulam respondit 23. vel 30. Ianuarii 1563.

768. OTTO TRUCHSESS DE WALDBURG, cardinalis, episcopus albanensis et augustanus, imperii princeps, CANISIO.

Roma 23. Ianuarii 1563.

Ex autographo (2⁰ min.; 6 pp., in p. 1. inscriptio, eaque alterius manu facta). Cod. „Epp. Cardd. I“ f. 311—313.

Calix laicorum. Iter hispanicum Ottonis. Hic Canisii monita boni consulit. Collegii dilingani in Societatem translatio; universitatis rector eius rei gratia Romam evocatus; vacationes dilinganae. Ampliores aedes reditusque Sociis augustanis tribuendi; collegium ibi condendum. Facultates sacrae pro Canisio et aliis Romae impetrandae. Pontificis valetudo. Reformatio friget. Timendum, ne novi cardinales creentur. Gallorum episcoporum in petendo insolentia. Schisma ob calicem in Germania oriturum. Albertus V.

Reuerendo in Christo fratello mio honorando.

La soa de .9. di Jan: ho receuuto giouedi passato[1], Et quanto alla Concessione Calicis non credo che S. Santita concedera qualche cosa senza il consensu del Concilio[2].

Quanto alla andata mia in Spagna[3] gia la Maiesta Caes. et Regia me n' hano scritto et io non saperei bonamente negare vna simil cosa per piu et piu rispetti qual vno giorno a bocca diro a V. S. qual stia sicuro che non andaro se non con vtile della mia Diocesi, sera

---

[1] Die 21. Ianuarii.

[2] Albertus V. Bavariae dux initio m. Decembris 1562 Ottonem Henricum a Schwarzenberg et Sigismundum Viehauser ad Pium IV. miserat, ut „communionem sub utraque“ peterent. Qui 31. Decembris Romam advecti, certum a pontifice responsum nondum acceperant (*Al. Knöpfler*, Die Kelchbewegung in Bayern unter Herzog Albrecht V., München 1891, 106—110).

[3] Cf. supra p. 16[6].

viagio de .6. mesi alla piu longa l' andata et la tornata con la gratia de Dio, Jo non mi lassaro imbarcare senza biscotto et sono sicuro di non perder oleum et operam, Ringratio soi fraterni et charitatiui ricordi et tutti gli piglio in bona parte[1].

Del Collegio[2] sono gia resolutissimo de sottometterlo alla Santa Compagnia de Jesu, applicando loro li frutti et la casa. Et per far le cose con ordine et stabilita come conuiene ho chiamato in qua il Rettor[3] qual sera a Roma auanti mezo del mese de Marzo, et con lui mandero tutto l' ordine et la piena commissione. Ma in questo mezo V. S. non li dira ne ad altri cosa alcuna, fin tanto che io habbi hauuto li Inuentarii d' ogni cosa et li conti qual lui ha di portare, Poi a tempo serano licentiati li Professori, delli quali in parte penso de seruirme io nella Diocesi.

Mandaro poi anchora miei Commissarii al Capitulo[4] per loro consenso et insieme con loro faremo qua la Confirmatione Apostolica secondo la conuentione che faremo con il Padre Laynes, in nome del quale il Duca Padre Francesco[5] mi ha detto ch' al settembre io potro hauere li Doctori, Maistri et scolari del Collegio. Laus Deo.

La ordinaria vacanza de Dilinga era nel mese d' Augusto sin alla Vigilia di Santo Hieronimo[6], Ma adesso anticiparo la vacanza come a dire a Santo Joanne[7], acioche li vostri habbino tempo di conzar le soe stanze a modo loro, acioche venendo poi li Doctori, Magistri et scolari della Compagnia che trouino ogni cosa in ordine, et che poi al solito con il Vespero la Missa, l' oratione del Principio del Studio, il Secundo Vespero si commienza le lettione il giorno sequente, qual sera il primo d' Ottobre, con la benedictione de Dio.

Harei charo che V. S. hauesse la casa del Capitulo presto[8]. Jo gia ho ordinato, al Rentmaistro[9] in Augusta che aggionga a V. S. oltra il solito Doi et [*sic*] Trecento fiorini, et non mancaro ne in Dilinga ne in Augusta[a], — spero[b] — con la gratia de Dio, et l' acciuto delli Signori Fuccari et altri faro vno altro Collegio in Augusta all' improuiso ma di questo non bisogna parlare.

a) *Sequitur v. obscurius scriptum.* b) *Sequitur iterum v. obscurius scriptum, quod legere non potui.*

---

[1] Haec ostendunt, Ottonem a Canisio monitum esse, ut potius episcopatum suum augustanum curaret, quam itinere illo et conscientiam et aerarium gravaret.

[2] De collegio S. Hieronymi dilingano; cf. supra p. 11.

[3] Litterae ipso hoc die 23. Ianuarii 1563 Roma datae, quibus Otto Cornelium Herlenum a Rosenthal, universitatis dilinganae rectorem, permagnae rei — quae non nominatur — tractandae gratia quamprimum Romam venire iubet, exstant in *Pogiani* Epistolis III 209—211.

[4] Ad capitulum cathedralis ecclesiae augustanae.

[5] Sanctus Franciscus de Borgia. [6] 29. Septembris.

[7] 24. Iunii sive die festo nativitatis S. Ioannis Baptistae.

[8] Cathedrale capitulum augustanum Canisio sub exitum a. 1562 spem fecerat ampliorum quarundam aedium, quae capituli erant; vide *Can.* III 675 677.

[9] Quaestori episcopali; vide adnotationem sequentem.

Primo stabiliamo con il consensu del Capitulo quello de Dilinga, poi Dio ci dara modo dell' altro [1].

Quanto alla faculta di Sebastiano Fabro et il Parrochiano in Kunigsaum [2], e necessario che V. P. in simili casi sempre mandi seperati memoriali con il nome et cognome del supplicante et expressione della causa, altramente si sollicitano qua non posso far cosa alcuna.

La Santita di N. S. non è molto sano et patisce de podagra, Pur negotia et fa facende et spero che dio l' adiutera.

La Reforma va piu in parole che facti [3],

Si raggiona molto de noui Cardinali sin in .X. ouero XII. Dio ci adiuta tutti gente per suo interesse, io in verita non lo credo, ne ci daro mio voto [4].

L' anno passato io ho mandato a V. S. doi scritti latini, vno mio, et vno del Padre Laynes douue erano scritte le volonta dell' vna et l' altra parte [5]. Harei charo che V. S. li cercasse et me ne mandasse copia.

---

[1] In *„*Historia* de initio et progressu Domus Augustanae" S. J. sub a. 1570 a Socio aliquo augustano scripta et Romam ad praepositum generalem missa refertur: Canisium primum quidem 200 florenos rhenenses ab Ottone episcopo, 200 a capitulo accepisse; postea autem Ottonem Romae versantem mandasse, ut praeter eam pecuniam „trecenti floreni ex mensa (ut uocant) Episcopali numerarentur".

[2] Significari opinor pagum illum Suebiae bavaricae et parochiam episcopatus augustani, quae hodie „Könghausen" vocatur atque etiamnunc ad „patronatum" ecclesiasticum nobilis familiae fuggeranae (Comitum de Fugger — Glött — Kirchheim) pertinet. Pagus olim sub ditione kirchhemiensi erat; Antonius Fugger a. 1551 eum emisse traditur (*Plac. Braun*, Historisch-topographische Beschreibung der Diöcese Augsburg I, Augsburg 1823, 212 213; II [ib. 1823] 219).

[3] De curiae romanae reformatione inde ab a. 1561 et saepe „congregationes" cardinalium habebantur et complures iam constitutiones (Reformationes Rotae, Paenitentiariae, Tribunalis Camerae, Conclavis etc.) a Pio IV. in lucem emissae erant (*Can.* III 330 516. *S. Steinherz,* Nuntiaturberichte aus Deutschland 1560—1572 III, Wien 1903, 175 177).

[4] Exstat vel exstabat exemplum litterarum Romae tempore concilii ab *Ottone* cardinale, „cum per valetudinem hunc concistorii diem obire non possim" — ita ipse scribit — ad Pium IV. de novorum cardinalium creatione datarum. Cui exemplo cum tempus ascriptum non esset, *Hier. Lagomarsinius* S. J., qui litteras in *Pogiani* Epistolis III 198—199 posuit, eas datas esse existimavit 6. Ianuarii 1563; pontifex enim eo die, qui etiam coronationis anniversarius ei erat, Fridericum Gonzagam, ducis mantuani fratrem, et Ferdinandum a Medicis, ducis florentini filium, 13 annos natum, cardinales creavit. Sed fortasse Ottonis ad Pium litterae aliquanto post datae sunt; multum certe hae cum iis, quae Otto se et sentire et pontifici significaturum esse ad Canisium 23. Ianuarii scripsit, congruunt. „Calent aures nostrae querelis provinciarum, specie reformari omnia, re pauca; quaeri modum in levibus actionibus, cardinalium numerum, rem omnium gravissimam, progredi in infinitum, et, cum sit ordo frequentissimus, non curari, ut [ne] majori multitudine sordescat; tantum id agi, ut muniatur via ad spem posteritatis" etc. (*Pogiani* Epistolae III 199).

[5] De collegio S. Hieronymi dilingano in Societatem transferendo agebatur. Cf. *Can.* II 673 707 754; III 582.

Jo mandaro a V. S. copia delle mie facolta ch'io ho[1], et pregaro nostro Signore il Papa che dia a V. S. et vno suo collega potesta di quelle cose che V. S. desidera.

Ma prego V. S. quando per lei ouero a lei vole niente qua da Roma, che oltra la lettera auist[oria][a] [?]mandi jnformatione appartata qual poi si dano alli sollicitatori et cosi le cose se spediscono piu presto, et con piu facilita, che quando bisogna cauar le cose dalle lettere, qual non monstrano sempre a tutti, e meglio li memoriali.

De Franza si spetta ogni giorno noui auisi et si spera di ben in meglio, ma li Vescoui Franzesi dimandono al Concilio jnfinite impertinentie[2].

Quanto a quello che li Principi in Augusta, parlono et moliuntur[3], timeo etiam ego certum scisma. Il Duca di Bauiera dice alla libera che lui e sforzato di concedere alli soi la communione sub vtraque etc. O quanto dolore ne sento io et gia li ho scritto sopra questo piu volte, ma faccio poco frutto, manco sarebbe con la presentia, Dio ci metta soa misericordiosa mano, et dia a V. S. ogni contento. Scritto a Roma a di di Santa Emerentiana lo 23 de Jan: 1563.

De V. S. Amoreuole Fratello

Il Cardinal d'Augusta.

Reuerendo in Christo Patri nobis sincere dilecto Domino Petro Canisio Sacrae Theologiae Doctori ac Societatis Jhesu per Germaniam Praeposito et Prouinciali. Augustae.

Hae litterae, ut ex Polanci epistula 24. Martii 1563 ad Canisium data patet, a Canisio Tridentum ad Lainium praepositum generalem missae sunt, atque ita eliciter contigit, ut usque in praesens tempus conservarentur.

a) auistante? *Particula epistulae hic avulsa vel resecta est.*

---

[1] Pius IV. Ottonem 5. Iulii 1560 suum constituerat „legatum a latere“ in episcopatu augustano et in regionibus familiae Truchsessiorum a Waldburg subiectis; cum qua dignitate variae facultates coniunctae erant, ut monasteria omnia visitandi et reformandi, homines a casibus in „Bulla Coenae“ reservatis etc. absolvendi, in impedimentis quibusdam matrimonii dispensandi, ieiunii et abstinentiae leges relaxandi etc. (*Matthaeus von Pappenheim,* Chronik der Truchsessem von Waldburg I, Memmingen 1777, 114; II, Kempten 1785, 87).

[2] De Gallorum „articulis“ vide supra p. 15—16. Ferdinando I. *Prosper ab Arcu,* eius apud Pium IV. orator, Roma 13. Ianuarii 1563 scripsit: „Qui dispiaciono sopra tutto quelli capi dove dicono che si levino tutte le pensioni che sono sopra i benefici et che non si possa dare piu ch' uno beneficio per ciascuno et che li vescovi siano quelli ch' in le loro diocesi disponghino de benefici“ (*Sickel,* Trient 425).

[3] Maximilianus II. et Albertus V.; hunc usque ad 8. Ianuarii 1563, si non diutius, Augustae fuisse constat (*W. Goetz,* Beiträge zur Geschichte Herzog Albrechts V. und des Landsberger Bundes 1556—1598, München 1898, 255).

769. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu.
Augusta Vindelicorum 23. Ianuarii 1563.

Ex apographo litterarum Polanci, eodem tempore scripto. Cod. „V. P. 62" f. 175[b].

De P. Guilielmo Elderen S. J. etc.

Polancus nomine Lainii Tridento 1. Februarii 1563 Augustam ad Canisium scripsit: „Riceuette nostro padre quelle de V. R. de 23. del passato." Atque ex Polanci epistula cognoscitur, Canisium in his litteris de P. Guilielmo Elderen S. J., uno ex sociis suis augustanis, haec scripsisse: quia Augustae quidem libenter, ac nimium forte libenter, sed utiliter tamen in hac frequenti messe uersatur. *Plura vide in eodem Polanci responso; nam Canisii litterae perisse videntur.*

770. **P. IOANNES DE POLANCO**, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO.
Tridento 23. et 26. Ianuarii 1563.

Ex apographo (A) eiusdem temporis; in margine ipsius epistulae, eadem manu: „Padre Canisio"; in margine „Postscripti" eadem manu: „Padre Canisio Postcripta". Cod. „V. P. 62" f. 162[b]—163[b] 167[a]. Particula (B) epistulae („Sciant nostri teneri" — „Si è riceuuto" excl.) saeculo XVII., ut videtur, scripta exstat in cod. monac. „Resp." f. 81[b].

Epistulae particula ex codice „V. P. 62" transcripta est in Epp. *Nadal* II, 615.

Andradae scriptum Canisio probatur. Ad Natalem scribere etiam nunc licet. Pestilentia. Confessiones. Contiones straubingenses. Curandum, ut P. Seidel contionum apud Carolum archiducem habendarum officio levetur. Litterae „quadrimestres". Collegium Augustae incohandum. Austriae collegia caesari commendanda. Romae plurimi, qui caesaris provinciis operam praestent, educantur. Pecunia ab Ursula Fuggera collegio romano donata. Hispani cuiusdam filius tecto non receptus. Candidatus Societatis. Socii varii. Pauperum studiosorum contubernium ingolstadiense. Iacobus Sekler. Motus in concilio. Dux Saxoniae. Collegia vindobonense et salisburgense. „Ministri" augustani animus offensus. Ingolstadii theologiae professores in disputationibus et senatus congregationibus pacatiores modestioresque esse debent. Socii voto oboedientiae magis tenentur quam iureiurando universitati dato. Litterae quadrimestres. Principes.

Pax christi etc.

Riceuette N. Padre quelle di V. Reuerentia de 16. del presente, et se le nostre tardano non saprei de qual causa proceda, che non sia commune agl' altri, per che il maestro di poste di quà et di là pare siano amici[1]. Al Dottor Paiua si mostrara quel capitulo della lettera di V. Reuerentia che a lui toca per darli tanto piu animo, et cura di espedirsi uedendo che piaceno le sue fatiche.

---

[1] Tridenti Ioannem Baptistam de Bordogna sive de Taxis „magistrum postarum" fuisse tradunt (*Theod. v. Sickel*, Römische Berichte I 30, in „Sitzungsberichte der philosophisch-historischen Classe der kaiserlichen Akademie der Wissenschaften" CXXXIII, Wien 1896); Augustae Georgius de Taxis, Bartholomaei filius, id officium tenuisse videtur (*J. Rübsam*, Johann Baptista von Taxis, Freiburg i. Br. 1889, 199—201).

Per leuar alla .RV. la occupatione de scriuer lettere dopie si era scritto, che stando qùi il Padre maestro Natal non accadeua scriuerli lettere particulari, poiche ad ogni modo uede quelle che si mandano a N. Padre mà se la RV. uorra scriuerli como a persona piu informata, faccialo in buon hora et cosi anche lo potriano far gl' altri di sua prouincia se uolessino.

Pestilentiae vim minui cognovimus. Aulicorum confessiones hispanicas P. Michael Spes excipere poterit.

Quanto al predicatore de Straubinga poi che non pare alla RV. sia sufficiente il padre martino[1] non uada. El Dottor Zeydel non sapiamo per quanto tempo sia stato demandato dall' Jmperatore, ma pare ricordarme[a] che per alcuni mesi, V. Reuerentia ueda se li parera hauer la occasione buona di procurarli licencia dall' Jmperatore, ò dal istesso suo figliolo Carolo, si potra anche scriuere una parola al dottor Vittoria, et in caso che si ottenessi licencia de mandarlo pare sarebbe anche necessario a costui un buon compagno, se si hauessi à dar principio a quel collegio . et quando non si trouassi sufficiente pare saria manco male diferire insino a tanto che hauessimo gente.

Le Quadrimestri Augustane ci hanno data consolatione et edificatione in Domino. Hauemo mandate a Roma et a due altre Prouincie de Jtalia tre copie, ritenendo la 4ª per l' india. Alcune Quadrimestri de Spagna si sono mandate questi di al Rettor de Hispruch[2] accio le uedano et mandino alla .RV. ò uero le guardino per insino alla sua uenuta, quale facciamo conto potria essere al principio di Febraio, tanto che dubito se la presente trouara la RV. in Augusta. Dell' acrescere il numero delli nostri in Augusta, quando haueremo la casa pare molto bene, ma essendo collegio et non casa di professi, de altra gente bisognera far conto oltra li sacerdoti, pur di questo si trattara al suo tempo[3]. Venendo la RV. in Hispruch non[b] si scusi di far per se stesso quello che li parera poter fare con la Maesta Cesarea in fauor delli collegij de suoi stati[4]; et anche si ricordi non essendo dato ordine di pagar quelli 400. scudi de farlo dare, che pare uerisimile intendendo sua maestà, quanta gente per

a) *In A a libr. correctum ex* ricordarmeno. b) *In A sequitur* lasci, *a libr. oblitteratum.*

[1] Stevordianus. [2] P. Ioanni Dyrsio S. J.

[3] Sedes augustana non pro „domo professa" habebatur, in qua ex Societatis instituto Socii contionantes, sacramenta administrantes, alia sacra ministeria obeuntes sola stipe se sustentarent (*Constitutiones* S. J. P. 6, c. 2, n. 2 3), sed pro principio quodam collegii litteris tradendis destinati, quod etiam reditus habere posset (*Can.* III 674—676); semper autem Lainius insistebat, ut singula collegia praeter magistros (sive sacerdotes ii essent, sive non essent) et rei domesticae adiutores etiam aliquos de Societate iuvenes haberent, qui litteris studendo ad docendum et contionandum se pararent, quo collegia per se ipsa se conservare et perpetua esse possent (ib. II 613—614 634 675; III 46).

[4] Cf. supra p. 8.

seruir alli suoi stati si alleua in quel collegio di Roma che non li uorra leuare in tempo di tanto bisogno il subsidio che li ha promeso.

Della charità, che ha usato la signora Vrsula in procurar quell'aiuto delli 300. fiorini pel collegio nostro di Roma[1] la remuneri copiosamente Jddio N. signore et anche lla[a] R. V. che del suo canto hauera disposto detta Signora accio si uoltassi a quella opera pia piu prestò che ad altra, et de parte di nostro Padre li renda le gratie V. Reuerentia et li dica che si hauera la cura che lei ricerca de raccomandarla a Jddio N. S. nelle orationi et sacrificij nostri et che anche sara raccomandato il collegio Augustano particularmente. ben fece la .RV. scusarsi col signor Don Aluaro de pigliar quel suo figliolo in casa, gia di qua me pare le ha mandato un prete spagnolo, il quale hauera cura di lui, il qual prete un tempo stete per intrar nella compagnia nostra, et dopoi con conseglio de un certo Theologo se risolse prima d'andar a studiar Theologia, et cosi si rafreddò usque in hodiernum diem, ben potria essere che si tornassi a riscaldar, et par buona persona.

Michaeli Mario novo sacerdoti[2] *scribitur, ut Ingolstadii „ministri" officium administrare pergat. De Georgio Schorichio et de Rabensteinio praeclara speramus*[3]. *Curabitur, ne collegia viaticis graventur*[4].

per le lettere che si scriuono al Dottor lanoy (quali potra V. Reuerentia uedere et tutti gl'altri che si mandano a sua prouincia quando uorra) intendera, che non pare a N. Padre si accetti l'assumto di quel collegio di poueri in sino a tanto che sia certa la prouisione, ò intrata, et ne anche all'hora dentro delle porte del nostro collegio, potra pur aiutar senza obligo nostro li poueri, che potranno sustentarsi dalli denari hauuti dalli Consiliarij[5].

Circa Jacobo[6] OEnipontano N. Padre si rimete alla RV. et parendoli debbia uenire in Augusta mandi al Rettor di Praga[7] la inclusa littera per il Padre Vitoria et per lui sopra questo caso.

Delle cose del Concilio ce poco da dire per consolatione della RV. pare uadino le cose alquanto turbulente, et forsa più per non

a) *In A a libr. corr. ex* alla.

---

[1] Ursula Fuggera id praestitit; cf. supra p. 19; 200 ducati sive scutata aurea Vindobonae sub id tempus fere 300 florenos aequabant, ac, si metallorum pretium spectatur, idem fere fuisse traduntur ac 3540 marcae germanicae aetatis nostrae (*S. Steinherz*, Nuntiaturberichte aus Deutschland 1560—1572 I, Wien 1897, 6—7).

[2] Cf. *Can.* II 525[3]; III 63.

[3] De Georgio Schorichio ac Ioanne Rabenstein S. J. vide ib. III 518—519, et Epp. *Nadal* II 553. [4] Vide supra p. 2 11 24.

[5] Haec ostendunt, Alberti V. consiliarios tunc Ingolstadii contubernium quoddam pauperum studiosorum instituere voluisse, quod sub Societatis disciplina esset; cf. *Can.* III 683.

[6] Sekler; vide quae sub ipsas has litteras dicentur.

[7] P. Henrico Blissemio S. J.

esser stato tropo sano il papa questi di, dicono etiam che il Duca di Saxonia[1] manda alcuni di sua parte al Concilio, non sapiamo ancora la cosa che uoglia dire, ben pregamo la diuina bonta sene serua di questa congregatione tanto numerosa de Prelati et Theologi per il ben della chiesa et gloria sua. *Sacris precibus R. V. nos commendamus* di Trento 23. di Gennaio 1563.

Vindobonae tempestas illa cessasse videtur[2]. *P. Victoria Salisburgi cum archiepiscopo, ut collegium Societatis conderetur, constituit.*

Scriua la Reuerentia V. come si diporta il Padre Valentino[3] nel espendere, et come si diporta la RV. con lui perche pare in sue lettere, che stia alquanto resentito sopra cio.

Nelle cose de Jngolstadio apertenenti alli professori di Theologia, il Padre maestro Natal toccaua li punti sequenti che douessero li nostri[a] obseruare. Primo non facile dicatur quod propositio aliqua sit heretica.

Nullus omnino appelletur hereticus in disputatione.

Moderandus est zelus in disputationibus et alijs congresibus[4], et tamen constantissime defendantur dogmata Ecclesiae.

Fugiant[b] nostri quantum poterunt uerborum contentiones, et modestissime dicant suam[c] sententiam in congregacionibus.

Sciant nostri teneri se magis uoto nostro obedientiae in societate, quam iuramento quod prestant[d] in uniuersitate[5] presertim[e] cum simus protestati dum admitterentur[f] iuramenta huiusmodi ita nos illa admittere, modo nihil[g] derogent instituto et constitutionibus nostris[h] [6].

a) li nostri *in A a libr. corr. est ex* loro. b) Fugian *A.* c) suan *A.* d) praestant *B.* e) praesertim *B.* f) admiterentur *A.* g) nichil *A.* h) *Hoc v. deest in B.*

---

[1] Augustus, princeps elector? Cf. *Can.* III 361 376.

[2] *Polancus* Lainii nomine P. Paulo Hoffaeo S. J., rectori collegii vindobonensis, Tridento 30. Ianuarii 1563 * scripsit: „A tutti ci ha consolato Jddio .N. S. con quella lettera di V. Reuerentia di . 16. del presente intendendo quanto in essa ci scriue della pace del spirito et lume che 'l Signore Jddio ha dato dopo le perturbationi passate, quali ci persuademo nel medesimo signore siano per cooperare in bene per ogni conto. Dico tanto dell' anima propria quanto etiam di quella del prossimo" (ex apogr. eiusd. temp. Cod. „V. P. 62" f. 172b).

[3] Voyt S. J., domus S. J. augustanae „minister" (ib. 674 677). Plura vide sub ipsam hanc epistulam.

[4] Congressibus sive congregationibus senatus vel consilii universitatis, penes quod suprema auctoritas erat, etiam theologiae „professores ordinarii" interesse debebant (Statuta universitatis a. 1522 renovata, apud *I. N. Mederer,* Annales Ingolstadiensis Academiae IV, Ingolstadii 1782, 185. Statuta a. 1556 reformata, apud *C. Prantl,* Geschichte der Ludwig-Maximilians-Universität in Ingolstadt, Landshut, München II, München 1872, 214).

[5] Et professores, cum primum in consilium assumebantur, et litterarum studiosi, cum in universitatis album referebantur, suum dare debebant iusiurandum, quo, praeter alia, rectori universitatis oboedientiam spondebant; iuramentorum formas a. 1556 constitutas posuit *Prantl* l. c. II 214 221—222.

[6] Iam a. 1555 inter Albertum V. et Canisium convenerat, ut Ingolstadii Societatis homines universitatis rectori, senatui etc. parerent, „saluis tamen alias ipsi

Licet autem simpliciter quis teneatur, et fidem profiteri, et propugnare, et iuramenta seruare, illi tamen qui sunt sub regulari obedientia, debent sui superioris iudicio regulari, et secundum eorum[a] [?] sententiam, circa tempus modum et causam .etc.

Si è riceuuto il plico di V. Reuerentia de .19. con diuerse lettere Quadrimestre et in luogo di quelle si son mandate tre di sono altre à Hispruch et hoggi si mandano di nuouo altre accio che di la le mandino alla RV. Quella summa delle cose d'un anno perl' India poi che non si puo mandare si lasci stare. Agl' altri punti apertenenti alli principi, non accade risposta senon pregar la diuina bonta muoua li cuori lorò (poi che le tiene in sua mano)[1] a quello che sara meglio et per suo seruitio et ben comune. Di Trento 26. di Gennaio . 1563.

Una cum his litteris Augustam missa est brevis * epistula ab eodem *Polanco* Lainii nomine Tridento 26. Ianuarii 1563 ad P. Valentinum Voyt S. J., domus augustanae ministrum (v. supra p. 38), data, in qua *Polancus:* „Stia", inquit, „V. Reuerentia di buon animo andando innanzi nelle cose che per l'obedientia santa li saranno raccomandate et procuri de subleuare le fatiche, et cure del padre Prouincial in quello che potra." (Ex apogr. eiusd. temp. Cod. „V. P. 62" f. 167a). Missa est etiam eodem, ut Polancus ipsi Canisio scribit (supra p. 37), eiusdem *Polanci* * epistula P. Henrico Blissemio S. J., collegii pragensis rectori, destinata; in cuius brevi quadam summa, eodem fere tempore scripta, haec sunt: „Rettor de Praga. Seli scrisse alli . 24 di Gennaio 1563. che mandassi Jacobo OEnipontano ad Augusta per hauer cura delle cose della chiesa etc." (Cod. „V. P. 62" f. 163b). Significatur autem Jacobus Sekler, qui, cum Vindobonae 6 annos sacristanum egisset, Pragae „procuratoris" munus et per sex menses etiam magistri officium tenuit (*Can.* II, 843; Epp. *Nadal* II, 558). Quoniam vero Lainius Canisii arbitrio permittebat, ut hanc epistulam Pragam aut mitteret aut non mitteret (supra p. 37), *Polancus* in * litteris Tridento 23. Ianuarii 1563 ad P. Nicolaum Lanoium S. J., collegii ingolstadiensis rectorem, datis, quae et ipsae ad Canisium (v. supra p. 37) missae sunt: „De Jacobo", inquit, „OEnipontano N. Padre si rimette al parer del Padre Prouincial, alqual etiam si è scritto di Matheo schepio, che è quel medesimo che V. Reuerentia pensa." (Ex apogr. eiusd. temp.; Cod. „V. P. 62" f. 161a). „Mattheus schapius Germanus, francouiensis sub Episcopo herbipolensi" Societatem a. 1554 ingressus, ineunte m. Decembri 1557, 18 1/2 annos natus, Romae rhetoricae studebat (* *Catalogus* hoc tempore Romae scriptus; Cod. „G. C. 67" p. 385—388). Quem Matthaeum Schapium equidem censeo eundem esse atque infirmum illum „Matthaeum Germanum", „Herbipolensem", Societatis scholasticum, qui in Societatis collegio eborensi (Evora) fuerat et sub initium a. 1563 ex Lusitania in Germaniam redierat (Epp. *Nadal* I, 695; II, 251); eum medici admonitu in Germania manere *Polancus* Tridento 10. Februarii 1563 P. Gundisalvo Vaz S. J., praeposito provinciali Lusitaniae, * scripsit (ex apogr. eiusd. temp. Cod. „V. P. 62" f. 192a). Alteram quoque * epistulam rectori pragensi destinatam *Polancus* cum his litteris ad Canisium misit, eamque Tridento 26. Ianuarii 1563 Lainii nomine a se datam, in qua Blissemium monuit: In collegii pragensis utilitatem „si quid poterit Pater Prouincialis Canisius prestare, qui ab Jmperatore Oenipontum est euocatus, libenter

a) *Sic A B; sed legendum esse videtur* eius; *de „superiore" enim scribit.*

Societati priuilegijs concessis quibuscunque" (*Mederer* l. c. II 284. *G. M. Pachtler* S. J., Ratio Studiorum et Institutiones Scholasticae Societatis Iesu per Germaniam olim vigentes I, Berlin 1887, 347).

[1] Cf. Prv 21, 1.

pro sua charitate prestabit" (ex apogr. totius ep., eod. temp. scripto. Cod. „V. P. 62" f. 167). *Antonius Brus*, archiepiscopus pragensis, Tridento 23. Februarii 1562 Ferdinando I. de collegio pragensi *scripserat: „Man siecht das es bey den Vettern de societate nominis Jesu nit wil von Stadt geen, darumb das sie kaine gratiam beym gemeinen Mann, gott erbarms, haben" (ex litterarum apographo, eodem fere tempore scripto, quod exstat Vindobonae in bibliotheca aulica, Cod. 5636 f. 111—115).

Canisius Lainio ad hanc epistulam rescripsisse videtur 30. Ianuarii 1563.

771. P. LEONARDUS KESSEL S. J., rector collegii coloniensis, CANISIO. Colonia 27. Ianuarii 1563.

Ex apographo eiusdem fere temporis, ab ipso Kesselio scripto. Cod. colon. „Kess." in a. 1563 f. 9b.

Litterae quadrimestres. Collegium cameracense. Surius Canisii Martyrologium latine vertit. Archiepiscopus. Cartusiani.

— — Literas R. V. 5 Januarij scriptas recepimus quibus multum gauisi fuimus de felici successu et multiplicatione collegiorum vestre prouinciae. literas quadrimestres mittimus[1].

Pater noster prouincialis[2] iam Cameracum profectus est cum patribus et fratribus eo destinatis.

Laurentius surius habet partem martirilogij iam versam, stilus vertentis est elegans. Inter corrigendum videtur quaedam detracturus et alia quaedam additurus,

de nostro archiepiscopo[3] nihil adhuc certi habemus quid facturus sit nobis: cuperemus Carthusianos nobis magis esse addictos. Vestras quadrimestres nondum accepimus. — —

Kessel huic litterarum (quas ab ipso ad Canisium datas esse res ipsae ostendunt; cf. supra p. 10—12) apographo tempus non ascripsit; cum autem in eius codice et apographo proxime antecedenti, et apographo proxime sequenti dies 27. Ianuarii 1563 ascriptus sit, has quoque litteras eo die datas esse conieceris.

Numquam quidem, quod sciam, Laurentius Surius versionem latinam martyrologii canisiani, cui a. 1563 operam dabat, typis exscripsit; sed certe hic labor utilis fuit ad grande illud opus „De probatis vitis Sanctorum", quod Surio curante a. 1570—1575 sex voluminibus in folio Coloniae evulgatum est; de quo v. *Jos. Hartzheim* S. J., Bibliotheca Coloniensis (Coloniae Agrippinae 1747) 220—222.

772. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu. Augusta Vindelicorum 30. Ianuarii 1563.

Ex apographo epistulae Polanci, eodem tempore scripto. Cod. „V. P. 62" f. 189b.

Polancus nomine Lainii Tridento 9. Februarii 1563 Canisio scripsit: „La risposta delle ultime di V. Reuerentia che sono di 30. del passato si manda in Hispruch" etc. Plura vide in eadem Polanci epistula; Canisii enim litterae iam non videntur exstare.

Iuverit hic causam quandam vel difficultatem explicare, cuius velut semina, ut ex Polanci epistula modo memorata patet, in Canisii epistulis m. Ianuario a.

[1] „Quadrimestrium" coloniensium, 12. Ianuarii 1563 datarum, brevem summam posuit *Hansen*, Akten etc. 453—454.

[2] Everardus Mercurianus.

[3] Friderico de Weda (Wied).

1563 ad Lainium datis iacta sunt, species autem ipsa in sequentibus epistulis et monumentis saepe occurret. In quaestionibus, quas Ferdinandus I. caesar a. 1563 Oeniponte Canisio ad se arcessito proposuit (cf. *Can.* III 586, et infra p. 45), et in negotiis concilium tridentinum spectantibus, quae cum eodem aliisque theologis tunc tractabat, haud pauca erant, quae, ut a Canisio silentio tegerentur, et ipsa rerum natura postulabat, et Ferdinandus I. plane praecepit (v. infra monum. 548).

Attamen ex epistulis, quas ponam, plane cognoscetur, Canisium huius generis multa vel coram (m. Februario) cum P. Hieronymo Natale S. J., ipsius Canisii rogatu Tridento Oenipontem misso, vel per epistulas (a. m. Februario ad Iulium) cum Lainio praeposito suo generali Tridenti in concilio degente communicasse. Neque tamen dicere licet Canisium ea in re exploratorem vel proditorem fuisse. Hoc enim et ipsa ratio docet et sapientissimi legum officiorumque interpretes tradiderunt: Cui arcana commissa sunt, is recte atque honeste eadem cum aliis communicat, vel etiam communicare omnino debet, cum et quantum id ad gravia detrimenta a republica avertenda necessarium est. Ita, ut paucos tantum proferam, Sanctus *Thomas Aquinas* (Summa theologica 2, 2, q. 70, a. 1 ad 2.), Sanctus *Alphonsus de Ligorio* (Theologia moralis lib. 3, tract. 6, c. 1, dub. 2 [n. 971]), *Patritius Sporer* O. Fr. Min. (Theologia moralis super Decalogum II, Salisburgi 1702, tract. 5, cap. 4, n. 46, p. 239), *Benjamin Elbel* O. Fr. Min. (Theologia moralis decalogalis P. IV, Augustae Vindelicorum 1740, confer. 13, n. 389 390, p. 430).

In eiusmodi autem necessitate Canisius tunc erat constitutus. Pravis enim hominum quorundam vel nimis „politicorum“, parum catholicorum vel rigidorum et imprudentium studiis Ferdinandi I. caesaris animus et a concilio et a summo pontifice alienabatur et in ea inclinabatur, quae primum quidem toti ecclesiae catholicae, deinde ipsi imperio romano ceterisque regnis catholicis maximo detrimento futura erant; in eo erat, ut concilii sessiones publicae, quae ob dissidia aliasque difficultates inde a m. Septembri a. 1562 haberi non potuerant, iam prorsus omitti atque ita concilium summo cum haereticorum risu, catholicorum dolore abrumpi necesse esset; timendum erat, ne, si caesar quorundam consilia sequeretur, concilii libertas auferretur, romani autem pontificis auctoritas similiter, ac Constantiae et Basileae factum erat, convelleretur; timendum, ne concordia pontificis et caesaris disiuncta et synodis nationalibus in variis terris indictis schismata orirentur, ne denique pravorum morum „reformatio“ aut nulla constitueretur aut ea, qua morbi amplificarentur potius quam sanarentur. Prorsus igitur reipublicae atque ipsius etiam caesaris salus hoc exigebat, ut funesta haec consilia studiaque irrita efficerentur; neque id assequendi aliam Canisius rationem cernebat, quam ut sapientissima simul et efficacissima consilia invenirentur et imperatori suppeditarentur; ad quae cum se solum sufficere non existimaret, res cum iis conferebat, quos tum prudentissimos tum in ipsum caesarem ob plurima beneficia in Societatem Iesu collata benevolentissimos tum in rebus ecclesiasticis optime versatos esse noverat.

Consilii igitur capiendi, non rerum, quae reticeri oportebat, evulgandarum causa Canisius cum Natale et Lainio agebat. Quare *Lainius* litteris Tridento 23. Februarii 1563 Oenipontem ad Natalem missis se fidem secreti servaturum esse promisit: „Acá se tendrá el secreto che conuiene, y siruirán los auisos para si algo acá se podrá hazer que sea en seruicio diuino y bien común“ (Epp. *Nadal* II, 213—214). Atque ita, cum Canisius litteras quasdam ad se datas Tridentum ad Lainium misisset, quaerens, quid ad eas responderi oporteret, *Lainius* responsum in ipso litterarum margine scriptum 23. Aprilis 1563 Canisio misit simulque per Polancum eidem scripsit: „Jl segreto in quelle lettere senza che V. Reuerentia lo raccomandassj da se stesso le cose lo raccomandano e senza mostrar quella lettera ne copiarla si rimanda.“ Atque 1. Maii 1563 *Polancus* Lainii nomine Canisio promisit, in posterum eiusmodi responsa non per tabellarios ordinarios, sed securiore aliqua via Oenipontem missum iri. Cum autem interea cardinalis Moronus, unus ex concilii „legatis“, Oenipontem ad res religionis nomine concilii et pontificis cum caesare tractandas venisset atque et ipse Canisio arcana consilia credere et se

totum committere coepisset, *Lainius* 20. Aprilis 1563 Canisium per Polancum monuit: „Si guardi fedelta alla Maiesta Ces. specialmente nelle cose che dira in segreto, e similmente si faccia con l' Jllustrissimo Legato . e nelle cose appertenentj al seruitio del Papa, e sede Apostolica, et anco dell' Jmperatore faccia V. Reuerentia i migliori ufficij che potrà come da sua charita si deue sperare." Iterum *Lainius* litteris Tridento 2. Maii 1563 per Polancum datis Canisio commendavit „d' usar fidelta nelli secretti d' una parte et de l' altra". Canisium haec praecepta observasse, epistulae ostendent, quas eo tempore Oeniponte Tridentum ad cardinalem Hosium, unum ex concilii praesidibus et virum sibi amicissimum, dedit; in quibus certe imperatoris arcana religiosissime continuit. Ac cum Zacharia quidem Delphino, apostolico apud caesarem nuntio, et cum Antonio Maria Gratiano, Commendoni episcopi secretario, initio quidem familiarius et apertius egisse videtur (v. infra monum. 545 548); sed cum Ferdinandi I. iussu Seldius vicecancellarius sub 15. Februarii 1563 theologis caesareis gravissimas quasdam quaestiones proposuisset, et aliquis ex theologis illis exemplum scripti, quo Seldio responderat, Delphino tradidisset, Canisius suum responsum eidem tradere prorsus recusavit (v. infra monum. 553). Ac 23. Maii 1563 *Canisius* Oeniponte ad Lainium scripsit: „Reuerendissimus D. Delphinus est importunus mihi nonnihil in peruestigandis ijs, quae in consultatione nostra tractantur. Dixi, quamdiu necessaria quaedam non incidunt, de quibus illum admonere referat, consultum non uideri euulgare arcana contra fidem Caesari datam ... Itaque meam illi operam negare pergam, vt maxime vrgeat per me explorare secreta ista praeter necessitatem."

773. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO.

Tridento 1. Februarii 1563.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „Al Padre Canisio". Cod. „V. P. 62" f. 175^b—176^a.

Epistulae particula ex eodem apographo transcripta est in Epp. *Nadal* II 615.

Archiepiscopus salisburgensis haud nimium urgendus est ad collegium incohandum; nam prius straubingense, herbipolense, dilinganum incohari convenit. Decumae bavaricae. Cardinalis Augustani studium. Domus Societatis augustana. Canisio epistulas a praeposito generali ad alios datas legere licet, cum ei mittuntur apertae. Sacer calix Maximiliano II. permissus. Ad quem fidelibus concedendum Roma non multum inclinat. Per Commendonum nuntium curabitur, ne Canisius caesari ita adesse iubeatur, ut Quadragesimae tempore contionari nequeat Augustae. Natalis, Tridenti valde utilis, suo tempore Vindobonam ibit. Velsero filius Roma saepius scribet. Octavianus Fuggerus Bononia in collegium germanicum, si convictorum disciplinam sequi volet, mitti poterit. P. Seidel. Socii augustani; numquid timendum Eldereno? Spes est, disputationibus in concilio finem futurum. Pontifex ipse ecclesiam reformabit; utinam ne verbis tantum!

Molto Reuerendo etc.

Riceuette nostro padre quelle de V. R. de 23. del passato. *De absolvendi facultate illa Roma nondum novi quicquam accepimus.*

De Salisburgo et de Vienna c' auiso el Padre Vittoria del disegno del Arciuescouo[1] il quale pare uorebbe li fosse parlato dalla[a] [?] Maesta Cesarea in comendatione di tal opera et anche dal[b] [?] Duca

a) *Sic ap.; sed fortasse legendum* alla. b) *Sic ap.; sed fortasse legendum* anche al.

[1] Ioannis Iacobi Khuen de Belasy.

de Bauiera relaxassate[a] [?] alcune decime etc.[1] a nostro padre pare si lasci a lui questo pensiero et che noi non debbiamo troppo sollicitarlo accio si possa prima pigliar l' assunto d' altri collegij gia promessi come quello de Straubinga et Herbipoli et Dilinga nella quale ci scriuono di Roma sta molto caldo il Cardinale[2] et dice gia tenere il consenso del Capitulo per darci detto collegio de Dilinga et anche 500 fiorinj per il collegio di Augusta[3]. Di questa cosa però come non habbiamo auiso di V. R. l' aspettaremo per crederla piu saldamente. Questo ho detto accio la R. V. ueda che non c' è occasione de sollicitar troppo l' Arciuescouo Salisburgense ne de nostra parte ne di quella di V. R.

Qui ua una lettera per il padre Lanoi et altra per il padre Theodorico Canisio quali potrà ueder la RV. et poi mandargliele. et cosi potrà far perl' auenire de tutte le lettere che uanno per sua prouincia quando stanno aperte . quelle che uanno serrate non accaderà pigliar la fatica d' aprirle: perche il serrarle serà segno che nostro padre le manda solamente per quelli a chi uanno: et cosi intenda la RV. quello che li fu scritto l' altra settimana.

Di quella persona a chi fu concesso l' uso del calice pare a nostro padre sarà meglio che per adesso non scriua altro la R. V. per buoni respetti[4]. Non sappiamo che in Roma siano li animi disposti per la concessione del detto uso et tanto manco lo saranno (come credo) quanto piu prouincie lo ricercano.

a) *Sic ap.; quod corrigendum esse videtur vel* relaxate, *vel* relassate, *vel* relaxassele.

---

[1] Archidioecesis salisburgensis pars aliqua ad Bavariae ducatum pertinebat; atque Alberto V. duci Pius IV. a. 1562 concesserat, ut a Bavariae clero decumas in utilitatem collegiorum Societatis impendendas exigere posset; vide *Can.* III 380.

[2] Otto Truchsess.

[3] Cur cardinali Ottoni tantopere cordi fuerit, ut Augustae collegium Societatis institueretur, ex iis facile intellegitur, quae *Polancus* 29. Iunii 1563 Lainii nomine P. Natali scripsit: „Jl padre Lanoy dize che in Augusta li figlioli di Catholici uanno alle schole delli heretici per non esser buona la schuola del Domo, senon per il canto, et per mendici etc., et però lui da ricordo di cominciar una schola in Augusta“ (ex apogr. totius ep., eodem tempore scripto. Cod. „V. P. 63“ f. 93a. Etiam in Epp. *Nadal* II 318). Protestantium gymnasio augustano tunc praeerat Hieronymus Wolf, vir et docendi arte et litterarum graecarum scientia insignis (*Joh. Janssen,* Geschichte des deutschen Volkes seit dem Ausgang des Mittelalters VII, ergänzt u. herausgeg. von *L. Pastor* 13 u. 14, Freiburg i. Br. 1904, 72).

[4] Pius IV., a Ferdinando I. imperatore et per litteras et per legatum rogatus, eidem imperatori litteris secretis Roma 10. Decembris 1561 datis potestatem dederat Maximiliano filio, Bohemiae etc. regi, eucharistiam sub una tantum specie sumere recusanti, certis cum condicionibus permittendi, ut tempore coronationis (in cuius ritu sacro sumptio eucharistiae exigebatur) atque, ut videtur, etiam alias utramque speciem, secretissime tamen, sumeret. Qua potestate Ferdinandus usus esse videtur et Pragae in coronatione bohemica, 20. Septembris 1562 facta, et Francofurti ad Moenum, cum Maximilianus 30. Novembris 1562 regum Romanorum coronam accepit (*Jos. Schlecht,* Das geheime Dispensbreve Pius' IV., in „Historisches Jahrbuch“ XIV, München 1893, 11—38. *Steinherz,* Nuntiaturberichte III 4—5).

Dell' andata de V. R. in Hispruch quando sarà chiamata dalla Maesta Cesarea gia s' e scritto altre uolte che non la potrà scusare · ma accio che possa esser tornato a tempo perle prediche della quaresima [1] scriue nostro padre al Vescouo Commendone che adesso è andato per nuncio alla Maesta Cesarea accio glielo ricordi [2]. perche conuerebbe o che subito uenessi per tornar presto la RV. ouero che non lo chiamassi con interruptione notabile delli sermoni quadragesimali.

Dell' andata del padre maestro Natale s' hauerà curà al suo tempo perche qua per adesso l' opera sua è molto utile per molti conti, et non c' è tropo fretta perle cose de uienna essendo quella tempesta gia passata, come per lettere del Rettore si è uisto dopo la arriuata del Padre Vittoria.

Si scriuira a Roma, che facciano scriuere più speso al figliolo del Consule Augustano [3] per il suo Padre, et che diano auiso di quelli denari suoi riceuuti.

Jl figliolo del Signor Georgio Fucaro, che sta in Bologna [4] se parera spediente alla signora Vrsula insieme con lui che uadi a Roma, et stia nel collegio germanico sotto la institutione delli nostri, et con quella honesta disciplina, che li stanno gl' altri figlioli de gentill' huomini si potrà mandar a suo piacere et hoggi si scriue a Roma che li tengano il luogo preparato per quando tal ordine fossi dato di Augusta.

Si non uiste le lettere del Dottor Zeydel per il qual fece instantia l' Arciduca Carolo, accio glielo lasciassero per due mesi; *cui certa cum condicione permittitur, ut ad tempus in patriam eat* [5]; *postea fortasse Straubingam cum socio mittetur.*

De aliis quibusdam ad PP. Theodoricum Canisium et Lanoium scribitur.

Circa il padre Guilliermo, Patre Valentiano [a] [?] [6], et Joanne Fiandro pare a N. Padre che per adesso non si faccia mutatione, insino a tanto che uada in Vienna il padre maestro Natal, et perche del primo dice la RV. queste parole, quia Augustae quidem libenter, ac nimium forte libenter, sed [b] utiliter tamen in hac frequenti messe uersatur. Dechiari, che uuole dire quel nimium libenter, se ce ne periculo alcuno.

a) *Sic ap.; sed scribendum fuisse videtur* Valentino; *cf. infra adnot. 6.* b) *V. supra versum scriptum.*

---

[1] Anno 1563 Quadragesimae tempus die 17. Februarii incipiebat.

[2] Has Lainii litteras, 2. Februarii 1563 datas, vide infra monum. 541.

[3] Ioannem Georgium, Hieronymi Velseri filium; vide supra p. 20.

[4] Octavianum Fuggerum (cf. *Can.* III 203—204 413 414) significari ex epistulis sequentibus patebit.

[5] Cf. supra p. 7; P. Ioannes Seidel (Seidl) „olomucensis“ (Olmütz, urbs et episcopatus Moraviae) erat; vide ib. II 353 [2], et Epp. *Nadal* II 567—568.

[6] PP. Guilielmus Elderen et Valentinus Voyt cum Fr. Ioanne Flandro Augustae degebant.

La sessione non si potra fare perli 4 di questo mese, come si era intimata, mà potra essere, che presto si faccia, perche spero pigliaran le disputationi alcun termino, el gia pare si uanno le cose disponendo a qualche accordo · et di sua santità intendiamo che tratta lui istesso della riforma, et che un di la mandara al Concilio fatta, quale si spera piacera. Dio N. Signore ci la lasci uedere non solamente nei decreti, mà anche nella essecutione. *Orate pro nobis.* Di Trento il primo di Febraio 1563.

Polancus una cum his litteris, ut ex iisdem conicere licet, Canisio misisse videtur *epistulam Tridento iisdem Kalendis Februariis 1563 Lainii nomine ad P. Theodoricum Canisium S. J., rectorem collegii monacensis, a se datam; in qua de Ioanne Orthner vindobonensi (cf. *Can.* III 582) haec scripsit: „Circa Giouanne Ornth considerate le parti sue et il procedere non tropo conueniente perla Compagnia nostra, à N. Padre è parso che saria bene liberarsene da lui: quello pur pare degno di consideratione, che mandandolo fuora della Compagnia c' è pericolo, che torni alla heresia delli suoi parenti." Hoc tamen periculum vitari posse, si iuvenis ille praelato, qui eius opera uti velit, offeratur, ut Danieli Brendel ab Homburg, archiepiscopo moguntino, „secondo che parera al Padre Prouinciale con chi lo trattara V. Reuerentia" (ex apogr. totius ep., eod. temp. scripto. Cod. „V. P. 62" f. 173[a]). De Brendelio 24. Novembris 1562 *Polancus* Lainii iussu ad P. Hieronymum Natalem scripserat: „Pidió que si algunos nuestros no pareciessen aptos para la Compañía, se les diéssemos" (Epp. *Nadal* II, 147).

Canisius Lainio respondisse videtur 6. Februarii 1563.

774. FERDINANDUS I. imperator CANISIO.

Oeniponte 3. Februarii 1563.

Ex commentario (1 pag.), quod exstat Vindobonae in archivo caesarei „Ministerii Cultus" (k. k. Cultus-Ministerium), „n. 58, Acta Tridentina".

Canisium de rebus ad concilium spectantibus consulere vult ideoque Oenipontem ad se arcessit.

Ferdinand etc.

Nachdem vnss yetzo allerhand Concilisachen fürfallen, darin wir vnss gern mit deinem vnderthenigen Ratt entschlieffen wolten. So ist demnach vnser gantz gnediges begern[a], das du dich zufürderlichisten hieher an vnsern kai. hof verfüegest vnd alſpaltt zu deiner ankonfft bej vnss ertzeigen wollest. Das reicht vns von dir zu gantz gnedigem gefallen, vnd du erstattest auch daran vnsern gnedigen willen entliche vnd gefellige meinung. Insprugg den 3. Februarij 63.

Subscriptum est huic commentario, idque eadem manu: „An Doctorem Staphilum. Item an Doctor Canisium". Quae verba ostendunt, similibus litteris Staphylum a Ferdinando I. evocatum esse; at is tunc quidem Oenipontem non venit (*Sickel,* Trient 432).

Ferdinando I., quae in concilio tunc vel agebantur vel non agebantur, valde displicebant (cf. infra p. 50 55), neque dubium est, quin Oenipontem iverit, quo propius adesset et in concilii actionibus auctoritatem interponeret caesaream.

Tum hae litterae, tum superiores epistulae (cf. supra p. 20 25 44) ostendunt, Canisium oenipontano illi theologorum coetui neque se ipsum insinuasse, neque a curia romana esse insertum, sed ab ipso Ferdinando I. imperatore eidem interesse iussum esse. Haud recte igitur *S. Sugenheim* de Canisio scripsit: „Der schlaue

a) *Sequuntur vv.* an dich, *a libr. oblitterata.*

Jesuit hatte es zu erwirken gewusst, dass er Mitglied der von Ferdinand I. mit der Ausarbeitung seiner Reformanträge beauftragten Kommission geworden und zu den in Innsbruck eifrig fortgesetzten diesfälligen Berathungen zwischen dem Kaiser und seinen Räthen zugezogen wurde" (Geschichte der Jesuiten in Deutschland I, Frankfurt am Main 1847, 27—28). Similiter *Mart. Philippson:* „Der Jesuit Canisius, der sich in des Kaisers Reformkommission einzuschleichen gewusst, um dort der Kurie als Spion zu dienen" etc. (Westeuropa im Zeitalter von Philipp II., Elisabeth und Heinrich IV., Berlin 1883, 159—160). A Pio IV. pontifice Canisium Oenipontem missum esse asseruit *Pasch. Quesnel,* dux ille Iansenistarum, in opere quod sine ipsius nomine editum est: „Histoire des Religieux de la Compagnie de Jesus . . . Pour servir de Suplément à l' Histoire Ecclesiastique des XVI. XVII. et XVIII. Siécles" II, A Utrecht 1741, 375—376.

775. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, iussu Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO et caeteris Societatis praepositis provincialibus. Tridento 3. Februarii 1563.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „Commune". Cod. „V. P. 62" f. 179b.

Preces pro ducis florentini uxore mortua faciendae.

— Per la Duchesa di Fiorenza di buona me: ordinara la RV. in sua prouincia si dicano le messe et se facciano le orationi che per li fundatori sogliono farsi, per che se ricordo di lasciar alcuna intrata cio è 200 scudi perpetui a quel collegio di Fiorenza; et benche no sia fundatrice intieramente quanto a questa parte delli suffragij pare a N. Padre se li debbia usare questa gratitudine dando aiuto all' anima sua. — — Di Trento li 3. di Febraio 1563.

Eleonora de Toledo, Petri Toletani viceregis neapolitani filia et Cosmi ducis florentini uxor, 18. Decembris 1562, P. Francisco Strada S. J. astante, vita decesserat (*A. v. Reumont,* Geschichte Toscanas seit dem Ende des florentinischen Freistaates I, Gotha 1876, 139 235). Quae erga Societatis homines Florentiae versantes inde ab a. 1547 benevolam se praestiterat (*Polancus,* Chronicon I 219) et Societati ibidem templum et domum tradendam curaverat (*Sacchinus,* Historia S. J. II, l. 7, n. 19). Quamquam vero collegium florentinum longe infra necessitatem munierat, Lainius tamen eam vita functam, similiter ac si integre illud stabilivisset, precibus iuvari volebat. In *Constitutionibus* autem Societatis praescribitur, ut pro fundatoribus mortuis singuli sacerdotes tria sacra faciant, reliqui de Societate ter „ad eandem illam intentionem orent" (P. 4, c. 1, n. 4).

776. CANISIUS **IACOBO LAINIO,** praeposito generali Societatis Iesu. Augusta Vindelicorum 6. Februarii 1563.

Ex apographo epistulae Polanci, eodem tempore scripto. Cod. „V. P. 62" f. 194a.

Polancus nomine Lainii Tridento 11. Februarii 1563 Oenipontem (cf. supra p. 36) ad Canisium scripsit: „Respondero molto in Breue ala lettera di V. Reuerentia hieri riceuuta di .6. del presente." Quae litterae cum perisse videantur, ex Polanci epistula illa, quid Canisius scripserit, quaeri oportet.

777. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iac. Lainii, praepositi generalis, CANISIO. Tridento 9. Februarii 1563.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „Padre Canisio". Cod. „V. P. 62" f. 189b—190a.

Pars epistulae ex eodem apographo posita est in Epp. *Nadal* II 210[2].

Imperator Oenipontanos de Canisii adventu certiores reddidit. Eodem Natalis proficiscitur, ut Canisium in rebus Societatis et concilii adiuvet. Liber Andradae. In urbibus, in quibus pestilentia cessarit, scholae ita brevi instaurandae non sunt. Iuvenis ex Societate dimissus. P. Theodorici Canisii infirma valetudo.

Pax christi etc.

La risposta delle ultime di V. Reuerentia che sono di 30. del passato si manda in Hispruch perche secondo le parole, che la Maestà C. ha detto al Rettor nostro del Collegio de Hispruch la RV. a quest' hora douera esser arriuato là. il che sia ad honor et gloria de Jddio, et accio che possa essere aiutato nelle cose apertenenti alla compagnia nostra et altre per lequali è stato chiamato da sua Maesta dal conseglio del padre maestro Nadal (,come mostra desiderarlo in diuerse sue lettere.) se partira domane col aiuto diuino detto Padre accio possa ritrouar in Hispruch la RV. auanti, che se ne tornj per Augusta, et trattar delle cose, che accadera, et in presentia meglio si tratano che in absentia[1]. et di la se estendera à uisitar gl' altri collegij della prouincia de Germania che non ha uisitati l' anno passato. et perche piacendo Jddio il sabato[2] sara di là · non mi estendero, ne in dir del libro[3] contra Kemniscio, ne delle cose del Concilio perche esso dara raguaglio sufficiente.

Del recominciar le schole in Vienna giudica nostro padre non si debbia usare tropo fredda, ma che si debbia lasciar purgar l' aera, et il simile se intenda de Monachio et Praga[4].

Quel Gaspar Meringuer[a] [5] non si accetti di la in modo non conueniente, et se uerra quà, se considerara quel che[b] sara il meglio, et andando il padre maestro Natal uerso di la potra risoluere le cose sue.

a) *A libr. corr. ex* Metinguer. b) *Sequitur* conuiene, *a libr. oblitteratum.*

---

[1] *Polancus* P. Ioanni Dyrsio rectori Tridento 25. Ianuarii 1563 *scripserat: P. Canisium „cito uenturum esse Oenipontum existimamus", „quandoquidem a Cesarea Maiestate per literas est euocatus" (ex apogr. eiusd. temp. Cod. „V. P. 62" f. 166[a]). Ipse *Lainius* Tridento 11. Februarii 1563 Romam ad S. Franciscum de Borgia *scripsit: „El Padre Nadal es partido ayer para Hispruch" (ex apogr. eiusd. temp. Cod. „V. P. 62" f. 193[b]). Et *Polancus* *Tridento 21. Februarii 1563 ad provincias Societatis hispanicas: „Detendrase en Hispruch para ayudar en estos negocios al bien commun como el nuncio de su santitad mucho lo ha deseado, y pedido, ultra del padre Canisio" (ex apogr. eiusd. temp. Cod. „V. P. 62" f. 195[a]).

[2] 13. Februarii. [3] Payvae.

[4] Has civitates pestilentia usserat; vide supra p. 7 25[2].

[5] P. *Paulus Hoffaeus* S. J., collegii vindobonensis rector, in *Relatione de rebus in collegio vindobonensi ab 1. Ianuarii 1562 ad 20. Martii 1563 gestis, quam sua manu scriptam P. Natali visitatori tradidit: „Casparus", inquit, „Meringer Germanus auditor primi anni [cursus artium, huc est] missus Praga quod ibi inconstantius viueret." Et paulo infra: „Caspar Meringer aliquoties dimissus est ac saepe redijt: tandem inuitus ob quaedam scandala foris in habitu nostro exhibita extrusus est ad Patrem Prouincialem a quo rediens receptus non est sed iussus vt expectaret R. P. Natalem vt ab eo vel reciperetur vel a votis absolueretur" (Cod. „Austr. Fund. III" f. 177[b] 178[b]).

Se il Padre Rettor di Monachio [1] perseuerassi nel trouarsi mal disposto in quel luogo [2] potria forsa uenirsene à Jngolstadio, doue l' area è laudato intanto che si fà tempo di tornar a Monachio. si potra etiam ragionar col Padre maestro Natal. Non mi estendo in altro, senon in raccomandarci tutti molto nelle orationi et sacrificij della RV. Di Trento 9. di Febraio .1563.

Una cum his litteris Oenipontem missa est epistula Tridento eodem illo die 9. Februarii 1563 a *Polanco* nomine Lainii ad P. Ioannem Dyrsium S. J., rectorem collegii oenipontani, data, in qua Polancus, „Gratissimum", inquit, „P. N. ac omnibus nobis fuit intellexisse quanta cum benignitate Caesarea Maiestas et inuiserit collegium suum Oenipontanum et uos ad colloquium admisserit domi suae; et uiam etiam preparauerit, ut eumdem possetis [a] libere conuenire cum opus esset. spero quod iam aderit uobis Pater Prouincialis [3] quandoquidem expectabatur a C. M. indies. Non dubito etiam quin RV. ad eundem scripserit unde et literas quas alioquin destinassemus Augustam, iam Oenipontum destinabimus ad eundem patrem Prouincialem. et Pater Natalis die crastina deo fauente OEnipontum est profecturus, ut simul cum eodem patre canisio et uobis agere possit de rebus ad societatem nostram pertinentibus et de alijs etiam si opus fuerit. itaque die sabati ut spero Oenipontum perueniet" (ex totius ep. apographo, eod. temp. scripto. Cod. „V. P. 62" f. 189[b]; exstat etiam in Epp. *Nadal* II, 210[2]). Cf. etiam Epp. *Nadal* II, 493 et infra monum. 532 542 543.

Refert *Paulus Sarpius:* „Canisius Iesuita perscripsit ad Lainezium Generalem ... Postulabat Canisius vt mitteretur ad ipsum quispiam e Societate, quem in illam consultationem introducturus esset. Eo pacto detegi posse, quicquid tractaretur. Vnde negotio cum Cardinale Simoneta communicato, placuit eo mittere Patrem Natalem, per quem res omnis ad plenum emanavit" (Petri Suavis Polani Historiae Concilii Tridentini Libri Octo, Ed. 5, Gorinchemi 1658, l. VII [n. 65], p. 608—609). Quae postea ex Sarpii libro exscripta sunt ab anonymo auctore operis „*Annales* de la Société des soi-disans Jésuites" I, A Paris 1764, XXXII—XXXIII, et a *J. H. de Wessenberg,* Die grossen Kirchenversammlungen des 15. und 16. Jahrhunderts III, neue Ausg., Constanz 1845, 441—442. At neque in Canisii litteris, quae quidem adhuc exstant, neque in epistulis, quae Lainii nomine Tridento ad eum datae sunt, neque in ullis aliis, quae quidem praesto sint, litteris haec comparent. Sarpio autem hac in re credi non posse, ea ostendunt, quae hanc eius assertionem et proxime antecedunt et proxime sequuntur. Antecedunt enim haec: Canisium perscripsisse ad Lainium praepositum generalem: „In ea consultatione principem esse Fredericum Staphylum Confessorem Reginae Bohemiae" (l. c. p. 609); at Staphylus — quem Canisius optime noverat — nunquam sacerdos fuit ideoque ne poterat quidem Mariae reginae confessor esse; praeterea inter omnes constat, consultationi illi theologorum praefuisse Drascovitium, episcopum quinqueecclesiensem, non Staphylum (*Sickel,* Trient 432), neque hic Tridentum advenit nisi cum Natalis ibidem iam moraretur (v. infra p. 51). Porro *Sarpius,* postquam consultationis illius res omnes „per Natalem ad plenum emanasse" affirmavit, sic pergit: „Articuli vero XVII. in consultationem adducti hi fuere I. An Concilium generale" etc. (l. c. p. 609). At hos articulos ementitos esse neque theologis illis propositos, fere omnes fatentur; v. infra p. 62. Quos si Natalis tanquam in ea consultatione tractatos evulgasset, eum consultationi non interfuisse ex hac ipsa re planum efficeretur. Natalis, id

a) posetis *ap.*

[1] Theodoricus Canisius.

[2] Biburgi, ut ex aliis epistulis liquet; cf. etiam supra p. 7[6].

[3] Petrus Canisius.

quod infra exponetur, sub 9. Martii Oeniponte Vindobonam profectus, ante exeuntem m. Septembrem 1563 Oenipontem non rediit. Ceterum vide etiam, quae de Canisii, Lainii etc. in rebus arcanis reticendis fide scripsi supra p. 41—42, et quae dicentur infra p. 62.

Canisius Lainio rescripsit 11. et 13. Februarii 1563.

778. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu. Oeniponte 11. Februarii 1563.

Ex apographo recenti (A), quod ex autographo, in cod. „E. C. I.“ f. 291 et sq. non sign. (n. 113) posito, exscriptum est.

Exstat etiam alterum apographum (B), quod sub a. 1860 curante P. *Ios. Boero* S. J. ex autographo (scriptione, qui Boerii mos erat, ad nostrae aetatis rationem accommodata) transcriptum et postea cum eodem collatum est.

Epistulae pars („Nunc adfui“ — „esse confido“) exstat in Epp. *Nadal* II, 218[1].

Eadem epistula usus est *Al. Kröss* S. J., Der selige Petrus Canisius in Österreich, Wien 1898, 159.

Canisius Oenipontem advectus imperatorem adiit. Reditus incertus. Concilio et ecclesiae timendum est tum ex caesare male affecto, tum ex cardinale Lotharingo, Francisco Cordubensi, Staphylo, quorum adventus exspectatur. Theologi de „Libello reformationis“, libertate concilii, curiae romanae reformatione etc. consulentur. Commendonus et Delphinus nuntii. Hic P. Natalem Oeniponte adesse cupit. Vindobonae pestilentia prorsus cessavit. Deus multum orandus.

† Pax Christi nobiscum admodum Reuerende Pater.

Octauo die mensis huius Augusta discessi, triduo iter absolui[1], hodie conueni Caesarem, cuius literis euocabar. Expectantur alij duo Theologi, confessarius Reginæ Boemiae Franciscanus[2], in argumento Residentiae nimium Hispanizans[3] (ut sic mihi dicere liceat) et in calicis negotio claudicans, vt scriptis editis testatus est, ac praeterea notus ille Staphylus. Jgitur incertum quando mihi sit redeundum Augustam, etsi Quadragesima nunc sit prae foribus, partim quod forte Caesar me hoc loco retineri volet in aduentum aliorum Theologorum,

---

[1] Canisius 10. Februarii Oenipontem advenisse videtur: vide infra monum. 543.

[2] Confessarius Mariae, uxoris Maximiliani II. et sororis Philippi II., tunc erat Franciscus a Corduba (Cordova), ordinis Minorum (regularis Observantiae) vota Salmanticae professus. Qui a comite de *Luna*, oratore hispano, in litteris Vindobona 20. Augusti 1561 Philippo II. missis „muy buen hombre“ vocatur (Colección de documentos inéditos para la Historia de España, por Marqués de la *Fuensanta del Valle* XCVIII, Madrid 1891, 237), ac postea etiam Annae Austriacae, reginae Hispaniae, a sacris confessionibus fuit. Is a. 1562 Pragae librum „De Officio Praelatorum“ edidit: in quo agebat: De Residentia Praelatorum. De legibus abrogandis. Quomodo pro necessitate temporum expediat sacratissimam Eucharistiam administrari: sive de indulgendo Bohemis usu Calicis“ (*Nic. Antonius*, Bibliotheca Hispana nova I, Matriti 1783, 416. *Luc. Waddingus* O. Fr. Min., Scriptores Ordinis Minorum, Romae 1806, 78).

[3] Plerique episcopi hispani (cum aliquot aliarum nationum episcopis) petebant, ut concilium definiret, episcopos „divino“ iure, non „positivo“ tantum sive ecclesiastico, teneri, ut in suo quisque episcopatu „resideret“ (*Petr. Gonzalez de Mendoza*, Lo sucedido en el Concilio de Trento, apud *Döllinger*, Berichte II 73 108. *Nic. Psalmaeus* O. Praem., Diarium concilii tridentini, apud *Döllinger* l. c. II 251—262).

quorum coniunctas audire volet sententias de grauissimis[a] rebus, partim quod Reuerendissimus D. Nuntius Delphinus omnino dissuadet, ne apud Caesarem vrgeam hinc discedendi[b] facultatem mihi concedi. Ex Caesare tantum accepi, vt facile colligam Concilij[c] causam et authoritatem maiorem in modum periclitari, et pessima de illo non iactari solum, sed etiam horum principum animis inseri[1]. Accedet breui Lotaringus Card. quem putant sapientes oleum additurum igni, ut flamma succrescat immodice. Sorbonica consilia ualde metuenda[2]. Franciscanus et Staphylus libere nimium sua sensa sequuntur, et de ijs quæ commune bonum Ecclesiae proprie tangunt, imprudenter secundum spiritum illorum qui discessionem[3] tacite meditantur, pronuntiant uelut Aristarchi[4]. De tribus[d] capitibus a Theologis tractandis cogitat Caesar: primum de proponendis Synodo articulis, quos Legati hactenus supprimendos putarunt[5]. Deinde de asserenda Synodi[e] libertate, quasi sit nefas ad Rom. pont. referri omnia et admitti, prius quam publicentur. Postremum est de Reformatione: cuius impatientes putant prorsus Rom. Curiae patronos et defensores[f]. Itaque non leuiter tantis de rebus agendum est neque per quoslibet . nedum ego suffecero ad recte consulendum Ecclesiae[g], cuius causam grauiter afflictam uideo et merito dolendum[h] [?] puto. Reuerendissimus D. Com-

a) grauissis *autogr.* b) *Ita B;* dicedendi *A.* c) Consilii *B.* d) *Subter haec 2 vv. (a Polanco?) linea ducta est.* e) Eynodi *A.* f) *Subter 4 vv. sqq. (a Polanco?) linea ducta est.* g) consultendum Ecclesae *A.* h) *Ita AB; sed malim legere* dolendam.

[1] Antonius Brus et Georgius Drascovitius, caesarei in concilio oratores, Ferdinando Tridento 22. Decembris 1562 scripserant: Iam ipsi etiam „hispani episcopi" „animadverterunt, rebus ita ut coeptum est progredientibus, parum boni, mali vero multum ex hoc concilio expectandum esse" (*Sickel,* Trient 410).

[2] Haec consilia ad „superioritatem concilii super papam", quae in synodis constantiensi et basileensi pronuntiata erat, stabiliendam et ad „libertates gallicanas", unitati ecclesiae et auctoritati summi pontificis valde damnosas, vindicandas spectabant. In quae tunc quidem etiam Carolus ille Guisius, cardinalis Lotharingus, nonnihil inclinare videbatur (*Vicecomitis* litterae 1. Febr. 1563 Romam missae [*Steph. Baluzii* Miscellanea, ed. *J. D. Mansi* III, Lucae 1762, 437]. *Sickel,* Trient 423. Litterae *legatorum* concilii 18. Ian. et 1. Febr. 1563 ad S. Carolum Borromaeum datae, apud *Grisar,* Lainez I 483—484 503).

[3] Act 21, 21; cf. 1 Tim 4, 1.

[4] I. e. velut iudices nimium critici; vide *Can.* III 280[2].

[5] Significantur maxime „articuli reformationis" in famoso illo „Libello Reformationis" Ferdinandi I. iussu expositi et m. Iunio 1562 concilii praesidibus traditi; de quibus vide infra p. 57. Ceterum, ut cardinalis *Gonzaga* in epistula Tridento 9. Ianuarii 1563 ad episcopum viterbiensem data (apud *Grisar* l. c. I 466) asseruit, imperator per litteras ad cardinales legatos datas ipsorum arbitrio permiserat statuere, quos libelli articulos quo tempore proponerent; ac 24. Ianuarii 1563 legati oratoribus caesareis scripto affirmaverunt, se omnes „Libelli Reformationis" articulos praeter eos, qui de pontifice ac de calice, carnibus, coniugio sacerdotum essent, concilio propositaros esse (*Sickel,* Trient 431); et cardinalis *Carolus Borromaeus* Roma 20. Februarii 1563 cardinali Simonetae scripsit (apud *Pallavicinum,* Istoria del Concilio di Trento l. 20, c. 5, n. 5), pontificem legatis potestatem facere, et totius „Libelli Reformationis" et omnium capitum reformationis a Gallis oblatorum concilio proponendorum.

mendonus tantum expectat Caesaris responsum, vt eo accepto statim isthuc redeat. Schismatis fundamenta metuj possunt. Nunc adfui Reuerendissimo D. Nuntio Delphino[1], qui super hac re pluribus mecum egit, ac S. Sedis Apostolicae fidum se defensorem exhibet. Hic suadet optatque vehementer, adesse nobis Reuerendum P. Natalem multis magnisque de causis, vt praesertim duobus alijs quos dixi Theologis facile inter se consensuris, vti metuendum est, ego me rectius opponere possim et tueri conuenientius iura Ecclesiae. Scribet hac de re idem Nuntius ad Jllust. legatos[a] et ni fallar mentionem faciet expressam[b] P. Natalis[2], quem hac occasione Viennam commodius nauigaturum esse confido. Pestem Viennae non grassari imo prorsus nullam esse certum habeo. Caesar et Rex eo quoque profecturi, sed Rex maturius ex Augusta discedet quam Caesar Oeniponto. De alijs quae ad literas respondenda erant, scribam proxime. Haec libere significanda duxi, vt melius Synodo et vniuersalis Ecclesiae commodo consulatur. Dominus in suam gloriam gubernet patres et principes pro quibus[c] petimus a R. P. T. multorum sacrificia et preces offerri domino, qui in his motibus nauiculam suam tueri[3] dignetur[d]. Oeniponti 11 Februarij 1563

Seruus in Christo P. Canis.

† Al molto Reuerendo Padre mio M. Giacomo Laynez preposito generale della Compagnia di Jesu Jn Trento.

Polancus subter postrema illa verba, quibus Canisius, ut et pro concilio et pro principibus multae missae precesque Deo offerantur, petit („petimus" — „in his"), lineam duxit et in margine iis ascripsit: „fiat y appliquese[e] la intention"[f].

Alterum quoque, quod Canisius his litteris petebat, effectum est: Natalis 14. Februarii, si non prius, Oenipontem advenit. Cui *Polancus* Lainii iussu Tridento 23. Februarii 1563 scripsit: „Resciuió N. P. después que aquí tornamos de Mantua dos letras de V. R. de 14 y 16 del presente . . . Holgamos de entender huuiesse llegado bueno V. R., aunque aya algo tardado por la mucha carga y malos caminos, y que aya hallado bien dispuestos al P. Canisio y todo ese collegio" (Epp. *Nadal* II, 211 213). Et *Vicecomes* Tridento 19. Februarii 1563 Romam ad S. Carolum Borromaeum: „È partito di quà il Padre Natale Theologo Giesuita il quale il Canisio disegna introdurre in quella consulta che si fà d' ordine dell' Jmperatore, sopra li .3. ponti ch' io scrissi à V. S. Jllustrissima" (ex apographo totius ep., saeculo XVI. vel ineunte XVII. scripto, quod exstat in secreti archivi vaticani codice „Conc. di Trento 56." f. 141; epistula excusa est etiam a *Io. Dom. Mansi*, *Stephani Baluzii* Miscellanea III 441—442.

Tria illa capita, quae caesarem theologis propositurum esse Canisius scripsit, Tridenti ex his litteris exscripta et a Carolo Vicecomite episcopo vintimiliensi Romam

a) Illustrissimum Legatum *B.* b) expressum *A.* c) *De vv. sqq. vide, quae sub ipsas has litteras dicentur.* d) *Sequitur* Augustae, *a C. oblitteratum.* e) appliquete *A*; *in B haec 5 vv. desunt.* f) itention *A.*

---

[1] Zacharias Delphinus (Delfino), episcopus pharensis (Liesina), „ordinarium", ut nunc dicunt, pontificis apud caesarem eo tempore nuntium agebat; cf. *Can.* III 575 803—804.

[2] Has litteras vide infra, monum. 542.

[3] Cf. Mt 8, 23—27. Mc 4, 36—40 etc.

ad Sanctum Carolum Borromaeum cardinalem missa sunt una cum Vicecomitis epistula m. Februario (die 18. vel 19.[1]) 1563 ad eundem data; cuius epistulae partem illam, quae de Canisii litteris est, hic pono ex totius epistulae apographo (A) saeculo XVI. vel ineunte XVII. scripto, quod exstat in archivi vaticani codice, quem modo dixi, „Conc. di Trento 56“ p. 140[a]—141[a]; addo autem lectiones variantes tum ex apographo (B) saeculo XVI. vel XVII. scripto, quod est Londini in „Musei Britannici“ cod. „King's Library, 15. 271 d.“ („Lettere di Monsignore Carlo Visconte vescouo di ventimilia al cardinale Carlo Borromeo nel tempo di Papa Pio IV, pertinenti al sacro Concilio di Trento“), tum ex libro „Lettres anecdotes et Memoires historiques du Nonce Visconti, par Mr. *Aymon* I, A Amsterdam 1719, 32—38, in quo Vicecomitis epistula primum typis exscripta est, codice exeuntis saeculi XVII. (de quo plura infra) adhibito, tum ex „Miscellaneis“, quae supra dixi, Baluzii a Mansio amplificatis, in quibus *Mansi* Vicecomitis epistulam posuit ex quodam „codice ms. in manus suas casu incidente“ (l. c. III, 441; cf. ib. 433 437). Scripsit *Vicecomes* Borromaeo: „Per lettere scritte dal[a] Canisio al General Laines[b] s'[c]è inteso che l' Jmperator[d] faceua consultare li tre punti che V. S. Jllustrissima[e] vederà[f] per l' alligata poliza[g] e trà gli altri suoi Teologi[h] faceua[i] consultare[k] dal Confessore della Regina di Boëmia[l] dallo Stafilo[m], e da[n] lui ancora scriuendo[o] nelle sue lettere[p] di hauer trouata[q] Sua Maestà Cesarea male[r] arriuata[s] [?] in[t] [?] le cose di questo Concilio, che mostraua intentione[u] di uoler[v] che si proponessero le petitioni sue[w] hauendo[x] animo[y] inclinato[z] ad vna gran riforma.“

Harum Canisii litterarum etiam *Paulus Sarpius* mentionem facit in „Historia concilii tridentini“ (l. 7, n. 65). Quem „Historiae“ locum hic ponam italice, non (ut supra p. 48) latine, licet latina eius editio vulgatior sit; nam et Sarpii liber primum editus est italice, et Vicecomitis epistula, quacum eum conferam, italice scripta est. Sarpius igitur, ubi Commendonum Oeniponte ex aula Ferdinandi I. Tridentum ad cardinales concilii praesides redisse eosque de rebus oenipontanis certiores fecisse refert: „Raccontó“, inquit, „ancora, che quella Maestá faceva consultar da theologi le sue petitioni e altre cose spettanti al Concilio; che se ben egli e il Noncio Delfino havevano usata molta diligenza, non havevano però potuto penetrar li particolari. Non passò peró molto tempo, che quelle ancora vennero á notitia. Imperoche scrisse il Giesuita Canisio al General Lainez, che l' Imperatore era mal animato verso le cose del Concilio, e che faceva consultar molti ponti, per esser risoluto come procedere, quando il Papa perseveri in non voler che si proponga riforma, ó vero in dar parole sole contrarie à fatti. Fra quali un' era, qual sia l' autoritá Imperiale nel Concilio; che della consulta era principale Federico Staffilo, Confessor della Regina di Bohemia: ricercó Canisio che gli fosse mandato uno della societá, che l' haverrebbe introdotto in quella consulta, e con quel mezo s' haverrebbe scoperto ogni trattatione; onde discorso col Cardinale Simoneta risolverono di mandar il Padre Natale, dal quale furono le cose intieramente scoperte. Et erano gl' articoli posti in consulta 17. e furono questi“ etc. Ita sarpiani libri editio princeps (Historia del Concilio Tridentino, di *Pietro Soave* Polano, Londra 1619, 655). Ac Sarpius quidem, quibus ex fontibus haec hauserit, significare omittit, idque more suo. *Petrus Franciscus Le Courayer* autem, qui Sarpii librum

a) lettere che ha scritto il *B;* Lettere c'hà scritto il *Ay.;* lettere, c'ha scritto il *Ma.* b) Generale Laynes *B Ma.;* Generale Lainez *Ay.* c) si *B.* d) Imperadore *B Ay.;* Imperatore *Ma.* e) Illustriss. *Ma.* f) vedra *B.* g) polliza *B Ma.* h) Theologi *Ay. Ma.* i) gli faceva *B. Ay.;* gli feceva *Ma.* k) consultar *Ma.* l) Bohemia *Ay. Ma.* m) Staffilo *B Ay.;* staffilo *Ma.* n) dà *A.* o) lui: scrivendo anco *B Ay.;* lui, scrivendo anche *Ma.* p) littere *Ma.* q) di avere trovato *B:* d'havere trovato *Ay.;* d'haver trovata *Ma.* r) mal *B Ma.* s) animata *B Ay. Ma.* t) verso *B Ay. Ma.* u) intenzione *B Ay.* v) volere *B Ay. Ma.* w) le sue petizioni *B;* le sue Petizioni *Ay.;* le sue petitioni *Ma.* x) avendo *B.* y) l'animo *B Ay. Ma.* z) inchinato *B.*

[1] Diem 19. codices londinensis et mansianus, quos statim dicam, habent; aymonianus diem 18. habuisse videtur; ex vaticano certum diem me cognovisse non memini.

gallice vertit et adnotationibus illustravit, Vicecomitis epistulas 18. et 19. Februarii datas, quas supra commemoravi, in margine notat (Histoire du Concile de Trente, écrite en Italien par Fra — Paolo Sarpi . . . traduite de nouveau en François, avec des notes etc. II, A Amsterdam 1751, 594); ac res ipsa suadet, sarpianam hanc narrationem fere nihil aliud esse quam epistularum Vicecomitis repetitionem quandam et amplificationem eamque erroneam odiosamque; de quibus erroribus calumniisque vide supra p. 48—49.

Graviora videri possunt, prima quidem specie, quae de epistula quadam sub hoc tempus a Canisio Tridentum missa referuntur in manu scripto quodam *„*Diario* Concilii Tridentini", cuius exempla in compluribus Europae bibliothecis conspiciuntur, ut in duabus parmensibus, in bibliotheca cathedralis capituli toletani, in „nationali" parisiensi (Concilii Tridentini Diariorum Pars prima, ed. *Sebast. Merkle*, Friburgi Brisgoviae 1901, p. XXIV [12 14] XXV [41] XXXI [45 47]); ego duo vidi exempla, unum idque saeculo XVII. (ut mihi quidem videbatur) scriptum in bibliotheca vaticana, cod. Ottob. 2656, alterum, quod saeculo XVIII. scriptum esse dixerim, Tridenti in bibliotheca urbana, Cod. 142. In hoc igitur „Diario" refertur, neque Delphinum neque Commendonum, quaenam Oeniponte in congregatione illa theologorum tractarentur, singillatim cognovisse; Ferdinandum autem aegerrime tulisse, quod concilium nihil fere de „reformatione" constitueret, et vehementer optasse, ut capita reformationis a se Tridentum missa patribus proponerentur; deinde haec dicuntur — romani exempli (f. 209) exempli verba (A) pono; ex tridentino (f. 62[a]) lectiones aliquot variantes (B) addo —: „Jl Gesuita Canisio scrisse al Generale Lainez [a] le medesime cose, et che nella Congregazione era Capo un' Luterano [b] et percio gli mandasse un Compagno che desstramente hauesse scoperto il tutto con indurlo [c] in questa [d] Congregatione, et discorrendo il Lainez [e] con il Cardinale Simonetta risolsero di mandarui il Padre Natale, dal quale si seppe il tutto, et seppe che si erano proposti dieci sette [f] Articoli di disputarsi [g]. Cio è" etc. Sed *Generosus Calenzio*, ex Oratorio romano, vir in monumentis tridentinis admodum versatus, „Diarium" hoc ostendit esse „non altro che il compendio della storia Sarpiana" (Documenti inediti e nuovi lavori letterarii sul Concilio di Trento, Roma 1874, 346); id quod hoc quoque Diarii loco, si eum cum sarpiano illo contuleris, confirmari animadvertes; nisi quod, quam temere interpretandi licentiam Sarpius in Canisii et Vicecomitis epistulas sibi sumpserat, eandem „Diarii" scriptor in Sarpii historiam sibi arrogovit; atqui ita tandem feliciter effectum est, ut Canisius Oeniponte Tridentum scriberet, theologorum coetui praeesse Lutheranum hominem! Praeerat Georgius Drascovitius, episcopus quinqueecclesiensis (*Sickel*, Trient 432), quem ipso hoc m. Februario 1563 ab Hosio concilii praeside ob suam in sedem apostolicam pietatem laudatum esse infra (p. 64) videbis, quique postea cardinalis fuit.

Lainius Canisio per Polancum rescripsit 23. Februarii 1563.

779. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO.

Tridento 11. Februarii 1563.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „Padre Canisio". Cod. „V. P. 62" f. 194.

Lainius Mantuam collegii instituendi gratia profecturus. Collegium Salisburgi condendum. P. Natalis eodem atque Ingolstadium venturus. P. Pisanus. Delphinus nuntius questus neminem ex Sociis, quos caesar Romae sustentaret, redire contionatorem. P. Lanoius. „Rosarium" ex granis sacratis compositum. Collegium dilinganum. Libri contra Chemnicium et Fabricium.

a) Laniez *vel* Saniez *B.* b) era un Capo Lutherano *B.* c) ridurlo *B.* d) quella B. e) Laniez *B.* f) diciasette *B.* g) da disputare *B.*

Pax christi etc.

Hoggi parte .N. Padre per Mantua à instancia del Cardinal Mantuano[1] il quale uorrebbe dar principio li ad un collegio et tornaremo fra .8. o .10. di et pero respondero molto in Breue ala lettera di V. Reuerentia hieri riceuuta di .6. del presente. *Oeniponte autem R. V. cum patre Natale* di quel che conteneua sua lettera quanto al collegio de salizburga, et l' andata del padre Comissario[2] in Jngolstadio et salizburgo prima che in Austria *consilia conferre poterit.* Solamente diro qùi che quando si possa mandar qualche Germano in salizburga, si uedera di farlo . et circa il dottor Pisa[3] si ben si crede li passarà quel fastidio di Jngolstadio quando pur si hauessi à mutare pare saria meglio cambiarlo con altro Dottore di Vienna pur di tutto questo trattara la RV. col padre Natale.

Circa quello che 'l 'Reuerendissimo Nuntio delphino referi di quelli che si sustentano in Roma a spese della Maiestà Cesarea[4], che non si uedono tornar predicatori etc. se li potria rispondere, che mandandosi di Germania sanza lettere et hauendosi a far fundati nella philosofia et Theologia . questo ricerca tempo. *Aliqui autem missi iam sunt, et plures post aliquod tempus mittentur.*

Circa le cose del padre Lanoi conferendosi col padre Natal si fara quel che li parera conuenir.

či siamo rallegrati del Rosario hauuto della signora de Cardona et se potriano mandar insino a 20 Grana per il Padre Gio: Mortagna[5] Superintendente di Tornay accio li dia alli padri cartusiani, òueramente el padre Euerardo[6] fara il medesimo.

Quanto al collegio di Dilinga pare sarebbe[a] conueniente sollicitar di hauersi casa perli nostri · et di la si trouara il padre maestro Nadal quando si hauera a stringere questo negocio.

Como il dottor paiua hauera detto suo parer fra dui ò tre di de sacramento matrimonij seguitara nell' opera contra il[b] Kemnitio, et come si rescriuano[c] [?] si potran mandar quelle che sono scritte contra fabricio[7], accio si ueda se sara spediente stamparle. *Ora pro nobis Deum.* De Trento li 11. di Febraio . 1563.

Canisius Lainio ad hanc epistulam respondisse videtur 13. Februarii 1563.

a) sarebbe sarebbe *ap.* a) contra il *a libr. correctum est ex* del. c) *Sic ap.; sed omnino videtur legendum* resciuano *vel* resciuiranno.

[1] Hercules Gonzaga, primus inter concilii praesides, episcopus erat mantuanus et Guilielmi ducis mantuani patruus. [2] Natalis.

[3] P. Alphonsus Pisanus in universitate ingolstadiensi theologiam tradebat; cf. supra p. 14 17.

[4] Societatis fratres scholasticos bohemos, moravos etc. significat, qui in collegio romano litteris studebant; cf. supra p. 21 36—37.

[5] De P. Ioanne Mortaigne S. J. cf. Epp. *Nadal* II 246 564. De granis illis vide supra p. 27—31. [6] Mercurianus.

[7] Libri Petri Fontidonii et Gasparis Cardilli de Villalpanda; cf. *Can.* III 574; plura infra.

780. CANISIUS CARDINALI **STANISLAO HOSIO**, uni ex concilii tridentini praesidibus, episcopo varmiensi.

Oeniponte inter 12. et 14. Februarii 1563.

Ex apographo (A) litterarum Vicecomitis, saeculo XVI. vel XVII. scripto, quod exstat in codice londinensi „King's Libr. 15. 271 d" f. 216^{b}—217^{a} (cf. supra p. 52), et ex apographo epistulae Hosii, eodem fere tempore scripto, quod exstat Cracoviae in bibliotheca universitatis, Cod. 64 f. 122^{b}—123^{b}. Alterum apographum (B) litterarum Vicecomitis, idque saeculo XVI. vel ineunte XVII. scriptum, exstat in codice romano „Conc. di Trento 56" f. 144^{a}—145^{a}; cf. supra p. 51.

Vicecomitis litterae etiam excusae sunt ab *Aymon* l. c. I 56—60, et a *Mansi* l. c. 443.

Imperatori res concilii valde displicere.

Carolus Vicecomes (Visconti), episcopus vintimiliensis, Tridento exeunte fere m. Februario 1563 Romam ad Sanctum Carolum Borromaeum cardinalem et Pii IV. nepotem scripsit: „Ha scritto il Padre Canisio[a] *al Sig. Cardinale Vormiense*[b] *quel che già scrisse al*[c] *Padre Laynes perseverando*[d], *che l' Imperadore resti poco*[e] *soddisfatto delle cose di questo Concilio, e che sua Maestà ne aveva parlato seco con grand' affetto di animo*[f].

Atque ipse Hosius Tridento 18. (vel 19.) Februarii 1563 Oenipontem ad Canisium scripsit: „Reddidit mihi dominus Comendonus literas tuas, quibus pro tua pietate deploras, Ecclesiae causam." Et 19. (vel 20.) Februarii: „Hesterno die . . . litterarvm tuarvm particulae quas ante paucas horas acceperam respondere . . . uisum fuit."

Epistulae Vicecomitis in codicibus londinensi et eo, quem Mansi adhibuit, dies 25. Februarii 1563 ascriptus est; in aymoniano, ut videtur, 24. Februarii, in romano 1. Martii; neque mea quidem multum interest, quo die Vicecomes scripserit, definire. Hoc enim constat, Commendonum, qui Canisii litteras secum Oeniponte asportavit, inde 14. Februarii abisse, Tridentum 17. Februarii advenisse (*Sickel,* Trient 433. *Turba* l. c. III 220. *Pallavicino* l. c. l. 20, c. 4, n. 2, et vide infra, monum. 544). Canisius autem imperatorem primum adiit 11. Februarii; neque eum statim post hunc congressum Hosio scripsisse censeo; si enim statim scripsisset, litteras, puto, una cum epistula 11. Februarii 1563 ad Lainium data (v. supra p. 51) Tridentum misisset. Ceterum cum Canisii litterae perisse videantur, de iisdem videndae sunt Hosii epistulae, quas supra dixi.

781. CANISIUS **IACOBO LAINIO,** praeposito generali Societatis Iesu.

Oeniponte 13. Februarii 1563.

Ex apographo epistulae Polanci, eodem tempore scripto. Cod. „V. P. 62" f. 202^{a}.

Polancus nomine Lainii Tridento 23. Februarii 1563 Oenipontem ad Canisium scripsit: „Dopo la tornada de nostro padre de Mantua Riceuette due lettere de V. R. de .11. e, 13 del presente." Illam vide supra p. 49—51; de hac — quae iam non videtur exstare — vide plura in Polanci responso, quod dixi.

782. IMPOSTOR ALIQUIS (?) CANISIO.

Novocomo (?) sub medium m. Februarium 1563.

Ex apographo epistulae Polanci, eodem tempore scripto. Cod. „V. P. 62" f. 212^{a}.

Canisii fratrem se fingens, pecuniam (?) ab eo petit.

Polancus nomine Lainii Tridento 1. Martii 1563 Novocomum (Como) ad P. Tarquinium Rainaldum S. J., collegii rectorem, scripsit: „Si é mandata questi

a) *Ita A Ay. Ma.;* Concino *B.* b) *Ita A Ma.;* Varmiense *B;* Warmiense *Ay.* c) *Ita A Ay. Ma.;* quello che ragionò il *B.* d) *Ita A B Ma.;* persuadendo *Ay.* e) *Ita A Ay. Ma.;* poco restò *B.* f) *Ita A Ay. Ma,;* con grandissimo affetto *B.*

giornj una lettera al padre Doctor Canisio la quale dice V. R. essere de un suo fratello. non habbiamo ancora da lui risposta ma ne anche crediamo troppo esser uero che sia fratello suo colui che la scriue. Perche un fratello seculare che tiene si chiama otto et é persona nobile et como credo ricca assai in Nuimagh citta de la Gheldria: si che ben potria essere fossi qualche furfante come accade alle uolte."

Polancum Canisio una cum litteris, quas 23. Februarii 1563 ad eum dedit (v. infra n. 789), epistulam huius „fratris" misisse puto; qui „frater" pecuniam a Canisio petisse videtur; Canisio autem fratres ex eodem patre nati erant praeter Theodoricum (v. supra p. 7 [6]) tres: Gerardus, Otto, Gisbertus; quos Noviomagi (Nijmegen) tunc in numero procerum fuisse et opibus floruisse satis certum est.

783. GEORGIUS SIGISMUNDUS SELD, imperii vicecancellarius [1], CANISIO. Oeniponte sub 15. Februarii 1563.

Prooemium editoris. „Articuli", quos hic pono, exscripti sunt ex commentario autographo (2⁰; 3½ pp.), quod exstat Vindobonae in archivo aulico („k. k. Haus-, Hof- und Staats-Archiv"), Romana, Febr. 111—114. In p. 4 primum quidem manu Seldii scriptum est: „Jn negocio Concilij"; deinde, nescio an altera manu: „Diser schriften sollen vnverzogenlich 4 exemplar geschriben vnd dem Bischof von Fünfkirchen zugestellt werden"; in infima tandem pagina, manu, ut videtur, Marci Singkhmoser, secretarii caesarei „15 Feb 1563". Ex quibus verbis colligere licet, ex Seldii commentario (quod in tabulario caesareo retinebatur) ipso die 15. Februarii a scribis caesareis 4 exscripta esse exempla eaque tradita Georgio Drascovitio, episcopo quinqueecclesiensi, ut is, quoniam theologorum coetui a caesare coacto praefectus erat, unum sibi retineret, reliqua inter reliquos distribueret theologos; aderant autem Canisius, Daniel Barboli, Franciscus a Corduba; vide supra p. 49 et infra p. 61 ac monum. 542 548. Porro numeros I, II etc. me in Seldii commentario conspexisse non memini; is tamen XVII distinxit articulos eo ipso, quod in scripto illo novos versus ea, quae infra apparebit, ratione incepit; ego in numeris ponendis secutus cum *Theodorum Sickel*, qui primus ex vindobonensibus tabulis (praeter commentarium, quo ego utor, alterum — quem ego non vidi — indiculum Seldii manu scriptum in iis exstare dicit) hunc indiculum evulgavit (Trient 431—432); atque in indiculi exemplis, quae theologis data sunt, hos numeros fuisse, ex Drascovitii responso, quod ponit *Sickel* l. c. 442—445, verisimile redditur; scribit enim hic: „ad III dico", „ad V dico", „ad VI dico" etc., eos ipsos articulos significans, quibus hic numerus apud Sickel ascriptus est; fateri tamen nos oportet, in Schelhornii editione, de qua proxime dicam, numeros non esse.

Primus omnium hos articulos excudendos curavit *Ioannes Georgius Schelhorn* „iunior", protestantium memingensium (Memmingen) contionator et urbanae bibliothecae memingensis praefectus, in „Sammlung für die Geschichte, vornehmlich zur Kirchen- und Gelehrtengeschichte" I, Nördlingen 1779, 203—205; atque ipse se ex Staphyli autographo eos exscripsisse affirmat (l. c. 178); quod si ita est, equidem

[1] Georgius Sigismundus Seld (1516[?]—1565), Augusta Vindelicorum ortus, cum in Germania, Italia, Gallia litteris studuisset atque aliquamdiu episcopo frisingensi et duci Bavariae operam praestitisset, a. 1547 a Carolo V. vicecancellarius creatus id munus etiam sub Ferdinando I. et Maximiliano II., paucis annis exceptis, usque ad mortem tenuit. Qui multum quoque apud Albertum V. Bavariae ducem consilio valuit (*Fr. A. Veith*, Bibliotheca Augustana V, Augustae Vindelicae 1789, 205—226; VI [1790] 211. *Paul von Stetten* d. J., Lebensbeschreibungen zur Erweckung und Unterhaltung bürgerlicher Tugend II, Augsburg 1782, 251—288. *A. v. Druffel*, Seld, Georg Sigismund, in „Allgemeine deutsche Biographie" XXXIII, Leipzig 1891, 673—679. *W. Goetz*, Die bayerische Politik im ersten Jahrzehnt der Regierung Herzog Albrechts V. von Baiern, München 1896, 94 101—104).

coniecerim, Staphylum, cum sub 22. Februarii 1563 Oenipontem advenisset, aliquod ex exemplis modo memoratis nactum esse et in usum suum transcripsisse; certe schelhornianum exemplum articulos eodem ordine dispositos exhibet atque vindobonense, et, si verba spectamus, paucis tantum locis, ut infra patebit, cum eodem discrepat. Articuli (ex Sickel) germanice versi exstant apud *Kröss*, Canisius 157 ad 158 et in eiusdem commentario „Kaiser Ferdinand I. und seine Reformationsvorschläge" etc., in „Zeitschrift für katholische Theologie" XXVII, Innsbruck 1903, 487—488, et, in compendium redacti, apud *Paul. Drews*, Petrus Canisius, der erste deutsche Jesuit, Halle 1892, 110—111. De scriptis et libris quibusdam, in quibus hic indiculus vel etiam ipsi articuli aliquantum mutati vel in alios formati cernuntur, sub ipsos articulos dicetur.

Horum „articulorum" fundamenta quaedam sunt atque a Seldio compluries in iis commemorantur: „Articulj Reformationis" per imperatorem concilio „propositj, vna cum Apostillis desuper confectis." Hi autem continentur in „Libello Reformationis" sive „Consultatione Imperatoris Ferdinandi I. iussu instituta de Articulis Reformationis in Concilio Tridentino propositis et proponendis", in qua m. Maio 1562 „Deputati" illi (vide *Can.* III 732) multa ad articulos reformationis 11. Martii 1562 concilio per cardinales praesides propositos (*Le Plat* l. c. V 104) adnotarunt et adiecerunt, eaque ita, ut amplificati hi articuli cum suis illustrationibus ac cum exordio et epilogo satis copiosis grandem quandam epistulam constituerent, qua primum quidem ac recta Ferdinandus caesar, deinde antem ac vel maxime patres concilii appellabantur („Apostilli" = Apostoli = litterae appellationis ab episcopo ad pontificem, a pontifice ad concilium factae; „Apostillae" = Epilogi et adnotationes in margine positae). Consultatio haec evulgata est a *Io. Georg. Schelhornio* (seniore), Amoenitates historiae ecclesiasticae et literariae I, Francofurti et Lipsiae 1737, 490—575, et (ex Schelhornio) a *Le Plat* l. c. V 232—259. Libelli summa brevis exstat apud *Le Plat* l. c. V 266—268, brevior apud *Raynaldum* l. c. in a. 1562 n. 59. Atque fortasse illo „Apostillorum" nomine a Seldio etiam Ferdinandi I. litterae Praga 30. Iunii et 12. Augusti 1562 ad cardinales legatos datae, quibus articuli Reformationis explicabantur et denuo commendabantur (apud *Raynaldum* l. c. n. 61 64) et similia scripta significantur. Legati integrum quidem „Libellum" (7. Iunii 1562 sibi traditum [*Sickel* l. c. 331]) concilio proponere recusaverant, eius tamen partes quasdam, ubi occasio se obtulisset, se propositoros promiserant (*Raynaldus* l. c. n. 63 64. *Sickel* l. c. 431). Ceterum tum ipso hoc Seldii scripto aliqua ratione significatur, tum aliunde certo constat, caesaris oratores etiam, ut gallicani illi „reformationis articuli" (v. supra p. 15) concilio proponerentur, institisse (*Sickel* l. c. 431). Ad rem praesentem inprimis haec „Libelli Reformationis" capita pertinent: In articulo I petebatur, ut pontifex per concilium admoneretur atque rogaretur, „personam, statum et curiam suam" reformaret; in secundo, ut pontifex rogaretur, ut cardinalium ordinem, „si non ad duodenarium Apostolorum, saltem ad duplicatum, nempe viginti quatuor, cum duobus supernumerariis . . . numerum . . . limitare et contrahere dignaretur, prout in Concilio Basiliensi solenniter constitutum esse perhibetur" (*Schelhorn*, Amoenitates I 518—520. *Le Plat* l. c. 238 239). In art. III papa et concilii patres monebantur, ut providerent, ne „in posterum aliquid tale dispensaretur, quod aut ipsos sacros Canones sua penitus auctoritate orbare, aut offendiculosam aliquam abusionem, ea ipsa dispensandi potestate indignam, prae se ferre videri posset" (*Schelhorn* l. c. 521. *Le Plat* l. c. 239). In aliis articulis agebatur de sacerdotio concedendo „doctis piisque maritis" (*Schelhorn* l. c. 549. *Le Plat* l. c. 249), de antiquorum canonum observatione restituenda vel urgenda in iis, quae spectant ad monasteria et collegia potestati episcoporum subicienda, ad singula tantum beneficia ecclesiastica in singulos conferenda, ad scholas condendas, ad sacramentorum administrationem ac mortuorum exequias etc. gratis faciendas, ad simoniam omnem fugiendam, adexcommunicationis poenam temere non irrogandam, ad res ineptas in divina officia non inserendas etc. (*Schelhorn* l. c. 521—534. *Le Plat* l. c. 239—242).

De XVI. Seldii articulo haec notanda sunt: Fere ab ipso concilii tridentini initio (ab a. 1546) usque ad eius finem secretarii in eo munus administravit Angelus Massarellus, a. 1557 a Paulo IV. episcopus thelesinus creatus, vir, ut Dr *Sebastianus Merkle* ait, non magni quidem ingenii neque eximiae doctrinae, sed „bene eruditus, diligens, in negotiis agendis sollertissimus", „verus ac sincerus" (Concilii Tridentini Diaria I LXXII LXXIII LXXIX—LXXXI). At 3. Februarii 1563 Tridenti cum Massarellus longe maiori patrum parti placuisse affirmasset, ut non definiretur residentiam divini iuris esse (*Sickel*, Trient 437 438), cardinalis Lotharingus eum accusaverat, quod patrum vota haud recte notasset: „E passò a riprender", inquit *Pallavicino*, „che vi fosse un sol segretario; dovendo avervene più, e di più nazioni" (l. c. l. 19, c. 14, n. 1). Quae a Lotharingo Oeniponte quoque caesari proposita esse certum est (*Sickel* l. c. 434). Atque huic Tridento 5. Februarii 1563 *Antonius Brus* et *Sigismundus de Thun*, ipsius oratores, scripserunt: „Non semel bonos et prudentes viros neque leviter conquerentes audivimus, quod unius secretarii arbitrio, qui totus a D. legatorum imperio pendeat, omnium sententiae et omnia quae hic decernuntur permittuntur, cuius quidem secretarii fides in annotandis tot patrum sententiis non omnibus probata est . et fuerunt etiam qui animadverterent eum non satis diligentem aliquando fuisse, ne quid deterius dicatur" (*Sickel* l. c. 438). Cf. etiam ipsius *Massarelli* Acta Tridentina, apud *Aug. Theiner,* Acta genuina SS. oecumenici Concilii Tridentini II, Zagrabiae 1875, 165—166.

Seldius Canisio capita ad res concilii tridentini spectantia mittit, de quibus imperatori sententiam dicat: Concilii prosecutio ac libertas. Ius „proponendi". „Comminationes". Reformatio curiae romanae. Libellus Reformationis. Cardinales. Dispensationes. Calix. Coniugium sacerdotum. Carnes. Dogmata. Caesaris profectio tridentina. Episcopi germani. Secretarius concilii. Residentia.

Articulj qui super rebus Concilij in consultationem trahi posse videntur.

I Vtrum Caes. Maiestati laborandum sit, vt Concilij prosecutio[a] fiat, an vero aequo animo ferendum, vt id abrumpatur[1].

II Vel saltem vt suspendatur[2].

III Qua via annitendum, vt Concilio libertas sua relinquatur, ne pro singulis quodammodo minutijs Romam recurrere opus sit.

a) prosequutio *Sch.*

---

[1] Carolo IX., Galliae regi, *orator* eius romanus scripsit Roma 8. Martii 1563: „Est jà quasi divulgué en cette ville, que sa sainctetè adresse son intention, et son plus grand desir, à ce que le concile soit bien tost dissolu, sans pourvoir à beaucoup de choses qui y sont proposées, et reputées necessaires" (*Le Plat* l. c. V 712).

[2] Ferdinando I. Roma 3. Februarii 1563 *Prosper ab Arcu,* ipsius apud Pium IV. orator, de cardinale legato, quem tunc ad Ferdinandum mittere pontifex cogitabat, scripserat: „Si ragiona che detto legato tra'l altre cose trattera con la Maesta V. della suspensione del concilio" (*Sickel,* Trient 433). At concilii praesides in litteris Tridento 15. Februarii 1563 Romam ad Sanctum Carolum Borromaeum datis testati sunt, se ex iis, quae Antonius Scarampi, episcopus nolanus, 12. Februarii Tridentum advectus Pii IV. et Borromaei nomine sibi dixisset, magnopere delectatos esse, „havendo di nuovo inteso quel, che sempre havemo tenuto per certissimo de la buona et santa mente di sua Beatitudine verso questo concilio et de la disposta et pronta volontà sua a la riforma, essendo questa la più necessaria cosa, che si possa hoggi pensare nel mondo, et la più desiderata e domandata da tutti. . . Del non haver N. S. pensamento alcuno a translatione o dissolutione del concilio, non potemo se non sommamente lodarne Sua Santità" (*Grisar,* Lainez I 508—509).

IV Jtem vt non solum Legatis verum etiam Regum Oratorib. integrum sit, ea quae necessaria sunt, in Concilio proponere.

V An et quib. comminationib. vtendum ne intempestiua abruptio Concilij fiat[a].

VI An adhuc acriter sit vrgendum reformationis negocium, et in quib. potissimum Articulis.

VII An omittendj illj Articulj qui personam Summj Pontificis, ac Romanam Curiam respiciunt[b]. Et[c] casu quo omnino viderentur vrgendj: an et quomodo tunc praecauendum, ne ita[d] offendantur animj Sanctitatis S. et Curiae Romanae, vt inde arripiant occasionem abrumpendj Concilij. Hoc autem loco diligenter excutiantur Articulj Reformationis per S. Maiestatem propositj, vna cum Apostillis desuper confectis, maxime quoad[e] restringendum numerum Cardinalium, et coarctandam licentiam dispensationum.

VIII An etiam illj, qui de relaxatione iuris positiuj, vtputa de concedendo calice, coniugio sacerdotum, et usu[f] [?] carnium tractant[g].

IX An in reliquis permittendum adhuc, vt Legatj eos proponant ordine quo ipsis videbitur.

X Quid in ijs[h] Articulis qui diuersimode vnj vel alterj regno, aut prouinciae, minus vel magis congruunt.

XI Quid in ijs, qui iam ab antiquis Canonib. suam certam habent determinationem.

XII Vtrum adhuc expediat adeo subtiliter de Dogmatibus disputarj, an vero praestet Reformationis negocium eisdem[i] anteponj.

XIII An adhuc elaborandum, vt patres in duas classes distribuantur, quarum vna de dogmatibus altera de reformatione tractet.

XIV An ipsamet Caes. Maiestas ad Concilium se conferre debeat.

XV An et qua via Germanj Episcopi permouerj debeant, vt veniant.

XVI Quando aliquid ineptum, seu inconueniens in Concilio occurrit, quemadmodum nuper relatum est, quod vnicus duntaxat Secretarius Actis Concilii adhibeatur[k], quo remedio vtendum.

XVII Quid agendum super negocio residentiae Episcopalis[l].

Huic „articulorum“ indiculo componendo proximam sive causam sive argumentum praebuerunt tum ea, quae et Lotharingus cardinalis et Drascovitius episcopus oratorque (Tridento exeunte m. Ianuario Oenipontem profectus [*Sickel* l. c. 423]) de rebus concilii Ferdinando coram dixerunt, et „Capita quaedam ad fructuosam concilii celebrationem pertinentia“, caesari ab eodem *Drascovitio* Oeniponte 2. Februarii 1563 scripto exhibita, quae exstant apud *Sickel* l. c. 427—430. In quo

a) *Hic in Seldii autographo hi duo sequuntur „articuli“, ab ipso Seldio oblitterati:* An opera adhibenda vt controuersia praecedentiae inter Gallos et Hispanos sopiatur. Et an modus eam sopiendj sit, vt Rex Hispaniarum Ecclesiasticum Oratorem constituat. b) *Quae sequuntur, usque ad* dispensationum *incl., a Seldio postea addita sunt.* c) at *Sch.* d) *Ita et autogr. et Sch.; Sickel:* ira. e) *Sch. perperam:* quod. f) *Sic S Sch.; sed fortasse scribendum fuerat* esu; *quod habet Can. in responso suo (v. infra n. 788) et Libellus Ref. (Schelh., Am. 552).* g) *Sch. (vel ipse Staphylus?) hoc v. perperam mutavit in* tractandi, *non advertens, potius addendum fuisse post* An *vel post* illi *verbum* omittendj. *Res enim ipsa ostendit, Seldium, quae initio superioris articuli dicere coeperat (*An omittendj *etc.), prosequi, vel potius eum, verbis* Et casu *etc. interpositis (cf. adnot. b huius pag.), iam ad prius propositum reverti.* h) illis *Sch.* i) eis *Sch.* k) *Sch. perperam:* habeatur. l) Episcoporum *Sch,*

scripto Drascovitius Ferdinandum I. monet: „Cum universus orbis et totum S. concilium in Maiestatis V. S. pio auxilio atque singulari pietate secundum deum spem suam collocaverit neque se subtractis adiutricibus illius manibus multum efficere posse credat, dignetur Maiestas V. S. pro gloria filii dei et salvatoris nostri Jesu Christi, utilitate reipublicae Christianae animaeque suae aeterna salute nutantibus iam concilii rebus, hac praesertim tum loci tum temporis oportunitate nacta, clementem opem ferre." Dandam esse imperatori operam, „ut sua libertas concilio relinquatur · iam enim non solum pro formulis decretorum et canonum, sed etiam clausularum, imo vero pro unius aut etiam alterius dictionis proh dolor in Urbem curritur. . . . Existimo . . . huic libertati admodum praeiudicatum fuisse" in ipsa prima concilii denuo aperti sessione (quae, 18. Ianuarii 1562 habita, totius concilii XVII. fuit), cum a patribus concilii decerneretur, ut ea „tractarentur, quae proponentibus Legatis ac praesidentibus . . . idonea ipsi S. Synodo" — verba sunt ipsius decreti — „videbuntur". „Censerem igitur", ita Drascovitius pergit, „dandam operam ut, adhibita aliqua declaratione illorum verborum proponentibus legatis, deinceps et Maiestati V. et aliis principibus in concilio necessarios articulos proponere vel potius de emergentibus difficultatibus patres concilii consulere liceat . desiderarem autem ut hoc non solum Maiestatis V. S., sed omnium Christianorum principum coniunctis sententiis et auxiliis fieret, verum cum pertimescam ne mota hac difficultate concilii ruptio statim sequatur, comminationibus quibusdam summi pontificis consiliarii eo casu in officio continendi viderentur · comminatio autem prima et potissima videretur, si aperte significaretur sequuturum necessario, si hoc concilium praeter orbis expectationem et Maiestatis V. S. aliorumque regum et principum consensum dissolvatur, ut singulae nationes nationalia concilia cogant abusibusque tollendis atque ecclesiasticae disciplinae conservandae prospiciant." Deinde, „reformationis seriae et realis cum basis ac fundamentum sit residentiae et institutionis episcopalis declaratio", caesari curandum esse, ut ea „declarentur, quo tandem veritas elucescat, sive divini sive humani iuris sit ipsa residentia". Postea „statim ex libro Maiestatis V. et Gallorum scripto non D. legatorum sed Maiestatis V. arbitrio magis necessarios et praecipuos articulos patribus proponendos censerem". Ferdinandum denique Drascovitius monet, ut Tridentum ipse veniat, et Antonii Brus archiepiscopi pragensis nomine rogat, ut apud pontificem „de obtinendo Bohemis calicis usu ac iam promissa dispensatione super ordinatione Calixtinorum sacerdotum" diligenter agat. Haec quidem et complura alia Drascovitius; qui autem Tridenti remanserant imperatoris oratores, *Antonius Brus* et *Sigismundus de Thun*, inde die 10. Februarii 1563 Ferdinando scripserunt, „iam occasionem se offerre ut concilio ipsi articuli Maiestatis V. S. proponantur nec diutius D. legatorum arbitrio opprimantur . . . quod si illis prioribus [reformationis articulis] Maiestas V. S. aliquid additum voluerit, rogamus nos citius faciat certiores" (*Sickel* l. c. 439). Atque caesareis hisce articulis novum quasi robur addiderant „Articuli reformationis", quos m. Ianuario a. 1563 *Galli* cum concilii patribus communicaverant; nam in his quoque petebatur, ut „unum tantum beneficium uni conferretur" (art. XIV.), ne „ullo praetextu pro rebus divinis quidquam exigeretur" (art. XVI.), ut antiquus eucharistiae sub utraque specie sumendae mos restitueretur (art. XVIII.), ut excommunicatio „pro gravissimo tantum peccato . . . post unam et alteram, et nonnumquam tertiam admonitionem" decerneretur (*Le Plat* l. c. V 637—641). Haec copiosius adnotare volui, quod non solum ad „articulos" Seldii, sed etiam ad ea, quae Canisius Seldio rescripsit (infra n. 788), melius intellegenda utilia, ne dicam necessaria esse visa erant.

Ceterum eo, quod Drascovitius articulorum argumenta subministravit et eorum exempla theologis tradidit ac fortasse etiam Seldio articulos colligenti verbisque concipienti adfuit, factum esse videtur, ut ipse solus eorum auctor haberetur; cum qua opinione litterae parum congruunt, quibus *Drascovitius* Oeniponte 22. Februarii 1563 de articulis hisce ad caesaris consiliarios rescripsit, et quae sic incipiunt: „Tametsi nuper S. Maiestatis C. iussu certa quaedam capita ad concilii utilem progressum et finem quoque pertinentia conscripta eidem exhibuerim, quia tamen denuo

Maiestas S. S. mandat ut ad certos articulos eandem rem concernentes respondeam, volens mandato S. Maiestatis humilime ut debeo obtemperare ad singulos hoc modo ex tempore respondeo" (*Sickel* l. c. 442).

Ita igitur sive corrigas sive interpreteris oportet, quae *Delphinus* nuntius apostolicus Oeniponte 20. Februarii 1563 Tridentum ad cardinales concilii praesides *scripsit: „Il Reuerendo vescovo Quinqueclesiense ha formati XVII articoli, et datili a questi theologi deputati, acciochè discorran sopra, et diano in iscritto l'opinion loro a S. Cesarea Maiestà et sopra li medesimi per quanto intendo, darà egli ancora, non altramente che se fosse theologo, il parer suo in scrittura" (ex apographo recenti totius epistulae archetypae, quae exstat in archivo vaticano, „Concilio di Trento n. 30" f. 38. Etiam apud *Steinherz* l. c. III 209). Aderant autem tunc ex theologis a caesare arcessitis praeter Drascovitium Canisius et Franciscus de Corduba; quibus ipse Ferdinandus I. sub 11. Februarii Danielem Barboli (Barbò), ordinis Praedicatorum, Delphini nuntii theologum et his ipsis diebus episcopum petinensem [1] a se electum, adiunxit (v. infra, monum. 542).

Canisius in litteris sive iudicio, quod sub 22. Februarii 1563 de his articulis scripsit, ipsos quidem articulos paene ad verbum expressit, eorum tamen, ut in „praefatione" ait, „ordinem mutavit"; vide infra p. 76.

Antonius Maria Gratianus, Commendoni secretarius, cum in hoc iudicio conscribendo Canisium iuvaret, maiorem articulorum partem, ut ipse ait, vidit; quam, cum domum redisset, in litteris Oeniponte 19. Februarii 1563 Tridentum ad Commendonum datis ex memoria proposuit, sperans se reliquos articulos brevi cogniturum. Atque hic indiculus, in quo 10 articuli numerantur iique aliter dispositi quam in Seldii et Canisii scriptis, sermone etiam ab iisdem multum discrepantes, typis exscripti sunt una cum aliis quibusdam epistulae illius partibus a *Lagomarsinio* in *Pogiani* Epistolis III 233—234 (cf. etiam p. 221) et una cum tota epistula reliqua apud *J. v. Döllinger*, Beiträge zur politischen, kirchlichen und Cultur-Geschichte der sechs letzten Jahrhunderte III, Wien 1882, 324—328. Die autem 21. Februarii 1563 Gratianus reliqua „duo capitula", ut ipse ait, ad Commendonum rettulit; quae litterae integrae exstant apud *Döllinger* l. c. 328—329, eaeque una cum superioribus ex Musei Britannici cod. „Egerton 1077" f. 247 sqq. exscriptae; Lagomarsinius vero epistulae tantum particulam posuit (l. c. 221), duos illos articulos omisit. Ante Lagomarsinium et Döllingerum autem *Pallavicinus* binis illis Gratiani litteris usus est ad articulorum indiculum componendum, qui duodecim capita, eaque italice versa, complectitur (l. c. l. 20, c. 4, n. 6) et postea ex Pallavicini libro in complures alios transiit; ut germanice positus est a *F. B. v. Bucholtz*, Geschichte der Regierung Ferdinand des Ersten VIII, Wien 1838, 519—520. Ceterum seldiani articuli omnes, exceptis III., X., XII., a Gratiano satis plane proferuntur.

Praeter hos vero articulos caesareos Tridenti circumferebantur alii XII, ab illis non verbis tantum, sed ipsis rebus valde diversi: ut quaerebatur, num consultum esset, in concilio res tractari „absque directione papae et Romanae curiae": num, si pontifex concilii tempore moreretur, novus pontifex per patres concilii eligendus esset; num in rebus ad pacem et tranquillitatem reipublicae christianae spectantibus oratores principum „votum decisivum" habere deberent etc. Quorum articulorum exemplum Ferdinando I. caesari Tridento 28. Februarii 1563 ab eius oratoribus missum est; qui 3. Martii 1563 eidem scripserunt: Barbolum, unum ex illius coetus theologis, eos transscripsisse Delphinoque tradidisse; ita quidem famam habere, ex legatorum verbis quibusdam profectam (*Sickel*, Trient 432). Qui articuli iidem esse videntur, atque illi de quibus Roma 10. Martii 1563 cardinalis Amulius Tridentum ad cardinalem Seripandum scripsit, „12 articulos" Romam missos esse, de quibus imperator consilia petisse ferretur (*Le Plat* l. c. V 717).

---

[1] Pedena (italice) sive Petinum vel Petina (latine) oppidum Istriae (nunc imperii austriaci); episcopatus ille exeunte saeculo XVIII. suppressus est.

Vindobonae certe in archivo aulae caesareae inter concilii tridentini monumenta exemplum horum articulorum exstat, quod manu Galeatii Cusani, qui Romae Maximiliani II. procuratorem agebat, scriptum et sic inscriptum est: „Articuli discussi coram C. Maiestate per confessorem reginae Boemiae, per Stafilum ac per Canitium theologos caesaris" (*Sickel* l. c. 432). Atque eosdem et in Petri Gonzalez de Mendoza episcopi salmanticensis monumentis tridentinis, et in Mutii Calinii archiepiscopi iadrensis litteris quibusdam et in aliis monumentis cerni *Pallavicinus* (l. c. l. 20, c. 4, n. 8) affirmat; qui non solum eosdem italice versos evulgavit (latine propositi sunt a *Le Plat* l. c. V 689, germanice in „*Christian August Saligs* Vollständige Historie des Tridentinischen Conciliums" II, Halle 1742, 578—579, et apud *Wessenberg* l. c. [cf. supra p. 48] III 443), sed etiam asseruit, priores illos in hanc esse formam mutatos, atque hos esse „i veri articoli proposti da Ferdinando" (l. c.). Ipse autem *Ferdinandus* litteris Tridentum ad oratores suos datis illos „acu rem tetigisse" negavit (*Sickel* l. c. 432); id quod etiam ex Ferdinandi litteris Oeniponte 21. Martii 1563 ad oratores tridentinos datis, quibus articulos apud se „in consultationem" adductos recenset, intellegitur (ib. 456—463). Ac *Mendoza* in monumentis suis tridentinis iis sic praefatus est: „Andaban por aqui en manos de muchos unos capitulos o dudas en nombre de la Magestad Ces., con los quales se avian escandalizado muchos; porque parece, que podian ser ocasion de cisma y disension en las cosas del Concilio; y despues se ha entendido que han sido inventados de alguno y atribuidos falsamente al Emperador, porque él lo ha escrito a sus Legados" (*Döllinger*, Berichte II 111). Veri autem articuli quomodo Tridentum ad concilii praesides missi sint, vide infra, monum. 548. Ementitis hisce 12 articulis *Sarpius* (l. c. l. 7, n. 65) alios 5 eosque in summum pontificem contumeliosos adiecit, atque hos omnes Canisii et P. Hieronymi Natalis S. J. perfidia ad concilii praesides delatos esse significavit; quae quam non sint vera, neque vacat pluribus rationibus ostendere, neque operae pretium est.

Canisius, ut iam dixi, rescripsit sub 22. Februarii 1563.

784. P. HIERONYMUS NATALIS, visitator Societatis Iesu.

Oeniponte [?] inter 14. Februarii et 9. Martii 1563.

Ex Epp. *Nadal* II 240.

De rebus concilii apud imperatorem tractandis.

Polancus mandatu Lainii Tridento 24. Martii 1563 Natali scripsit: „Rescivió N. P. las de V. R. de 9 de Março. . . . Hanse rescivido las respuestas que V. R. dió al P. Canisio de su mano, y esperarse han los escritos que se dieron al nuncio, que aun no son uenidos."

Si Natalis ad litteras respondit, quas Canisius, cum Oeniponte Augustam redisset, ad ipsum dedit, ante initium m. Martii respondisse non videtur; ac videri quidem potest Polancus huiusmodi Canisii litteras significasse, cum, nomine Lainii Tridento 9. Martii 1563 Natali ad epistulas Oeniponte 27. Februarii et 3. Martii 1563 datas respondens, scriberet: „Se ha entendido lo que se escriue de la condición de Andrea (Stör; cf. *Can.* III 560[3]) para caminos, y lo que tocó el P. Canisio sobre el cargo de comissario, y del prouincialato del otro amigo" (Epp. *Nadal* II 230). Malim tamen Polanci verba aliter interpretari idque maxime ob ea, quae Polancus de Natalis scriptis (ad auctoritatem romani pontificis spectantibus; vide Epp. *Nadal* II 223—224) Delphino nuntio traditis addit. Constat, Canisium a Natale sub 14. Februarii 1563 Tridento Oenipontem advecto adiutum esse in commentariis componendis, quibus imperatori ad varias quaestiones de rebus concilii propositas responderetur (v. infra, monum. 542 548 549). Facile autem fieri poterat, ut Canisius scripto consuleret Natalem atque hic, quo secretior res esset, sua manu rescriberet.

785. CARDINALIS **STANISLAUS HOSIUS**, unus ex concilii tridentini praesidibus, episcopus varmiensis, CANISIO.

Tridento 18. vel 19. Februarii 1563.

Ex apographo, quod, manu librarii ignoti scriptum, emendatum est manu Stanislai Rescii (Reszka, † 1600), qui concilii tridentini tempore cum „secretarii et camerarii" nomine in Hosii familia versabatur et postea quoque cum Hosio usque ad ipsius mortem (1579) mansit (*Hosii* Epistolae I XXVII*—XXVIII*). Cracoviae, in bibliotheca universitatis iagellonicae, Cod. „64" f. 122b—123b.

In concilio catholici quidam ecclesiam „reformationis" specie „deformant". Romanum pontificem protestantium more in ordinem redigere volunt. De episcoporum „iure divino" cum iuris divini violatione disputatum est. Aliqui episcopos a pontifice in partem sollicitudinis vocatos esse, ecclesiam universalem ab eodem regi, „pontificem supra concilium esse" negant et concilii libertatem violari clamant. Drascovitius episcopus de episcoporum institutione praeclare dixit. Iure praesides concilii difficiliora ad pontificem referunt; similiter enim et principum oratores agunt, et Flacius, Melanchthon, Beza egerunt. Deus multum orandus. Nicolai Galli adversus concilium et Hosium liber. Pflugius.

— — Reddidit mihi dominus Comendonus literas tuas, quibus pro tua pietate deploras, Ecclesiae causam, Cuius hic status certe deplorandus, a bonis omnibus esse uidetur, cum periculum sit, ne sub spetioso refformationis nomine magna fiat aliqua defformatio[a], Neque enim deesse uidentur, etiam ex domesticis, qui cupiant eum in ordinem redactum, per quem hactenus, ordo, per quem Vnitas in magna orbis parte, per quem principum quoque fuit maiestas conseruata[1]. Potest merito nunc uocem, illam usurpare, Ecclesia, Filij matris meae pugnauerunt contra me[2], Si inimicus meus maledixisset, mihi, sustinuissem utique, Et si is, qui oderat me, super me maligna locutus fuisset, abscondissem me fortassis ab eo, Tu uero homo unanimis[b][3] etc. Quod expectabamus a protestantibus, id ab his, fierj nunc uidemus, qui se filios matris Ecclesiae profitentur. Ceptum est de iure diuino disputarj[4] · sed ut mihi uidetur. quouis alio potius iure, quam diuino, cum ius diuinum, prohibeat seruum domini litigare[5], Tantis autem contentionibus res acta est, ut quod est indubitatum ius diuinum, charitas extingui uideretur: Jnicium factum fuit, a residentia[6], Ventum est eo postea, quo

a) *Ab Rescio corr. ex* refformatio. b) unaninus *libr.*

[1] Summum Pontificem. [2] Ct 1, 5. [3] Ps 54, 13 14.

[4] „Nihil", inquit *Gabriel Paleottus* (qui concilio „auditoris rotae" nomine interfuit; cf. *Can.* III 402[3] 456[3]), „toto hoc tempore tractatum est quod vehementius omnium patrum animos exercuerit, majusque perturbandae christianae reipublicae periculum fere conflarit": Acta concilii apud *Theiner* II 550. Controversiae huius historiam scripsit *H. Grisar* S. J., Die Frage des päpstlichen Primates und des Ursprunges der bischöflichen Gewalt auf dem Tridentinum, in „Zeitschrift für katholische Theologie" VIII 453—507 727—784. [5] 2 Tim 2, 24.

[6] De hac (cf. supra p. 9 25) iam m. Aprili 1562 disputare coeperant (*Ast. Servantio,* Diario del Concilio di Trento, apud *Döllinger,* Berichte II 53. *Musotti,* Sommario II 12 etc.; cf. etiam *Can.* III 443[5]).

iure essent instituti Episcopi, Deinde quo iure essent [presbyteris][a] superiores[1], Omnia nonnulli diuini iuris esse uolebant, atque ita diuini iuris, ut asseuerantes quosdam audiremus, a christo se institutos esse, non autem a Petro[2], Non a pontifice, sed a domino se uocatos esse in partem solicitudinis[3]. Quo quidem tempore testimonium hoc dem necesse est, Reuerendissimo domino Quinqueclesiensi Episcopo, quod praeclare sententiam suam dixit, Negabat enim se, sicut Apostolos Christj, uocem audiuisse[4], aut sicut audiuit Paulus uocem illam, SAule SAule, quid me persequeris[5]? sed se uocem audiuisse, christi uicarij dicentis, ut pasceret gregem suum in diocesi Quinqueclesiensj, Jtaque sic se, quod sit a Christo, institutus, agnoscere, ut non aliunde suam hanc institutionem probare possit, praeterquam quod ab ipsius VICARio sit uocatus[6], Magno cum offendiculo, fuerunt haec agitata, multaque sunt a nobis pacienter audita, quae tamen aequis auribus, audiri[b] non potuerunt, Quod si patres monebantur, ut ad rem dicerent potius, ea uero missa facerent, de quibus nulla nobis esset cum his qui discesserunt a nobis, uel illis nobiscum, controuersia: clamabatur statim violari libertatem Concilij[7]. Quasi uero Libertas Concilij in eo consisteret, si quis quidlibet[c] audacter diceret, etiam quod ad per-

a) *Hoc v. supplendum esse et res ipsa et tota huius controversiae historia ostendit.* b) audire *libr.* c) *A Rescio corr. ex* quelibet.

---

[1] Controversia haec, per aliquod tempus sopita, m. Septembri 1562 revixit (*Grisar,* Lainez I 397).

[2] Ita Petrus Guerrero, archiepiscopus granatensis, in congregatione generali 13. Octobris 1562 habita (*Grisar,* Primat 473) et fere etiam Martinus Perez Ayala episcopus segobiensis in congregatione generali 6. Novembris 1562 habita (*Massarellus,* Acta concilii II 163); ita maxime Iacobus Gilbertus de Nogueras episcopus aliphanus (Alife) (*Paleottus* l. c. II 607).

[3] Ita Guerrerius in congregatione generali 3. Novembris 1562 habita (*Paleottus* l. c. II 600); similiter 1. Decembris 1562 Melchior Alvarez de Vozmediano episcopus guadiciensis (Guadix) (*Paleottus* l. c. II 606. *Massarellus* l. c. II 185). Inter 7 „Canones de sacramento ordinis" ineunte m. Novembri 1562 per cardinales legatos patribus propositos septimus habebat episcopos „in partem sollicitudinis a pontifice romano, eius [i. e. Christi] in terris vicario assumi" (*Massarellus* l. c. II 156). [4] Cf. Mt 18, 18. Mc 16, 15. Io 20, 23.

[5] Act 9, 4; 22, 7; 26, 14.

[6] His Hosii verbis et confirmantur et aliqua ratione amplificantur atque illustrantur huius orationis 20. Novembris 1562 in congregatione generali a Drascovitio habitae breves summae, quae exstant in Actis concilii a *Massarello* et a *Paleotto* conscriptis (II 174 603).

[7] Haec legati Guerrerio petenti, ut concilium episcopos iure divino institutos esse statueret, dixerant; ac nominatim ipse Hosius in congregatione 13. Octobris 1562 habita eidem responderat, „che la confessione augustana, per la quale principalmente era stato convocato il concilio, diceva espressamente, che i vescovi erano instituiti de jure divino" (Litterae legatorum Tridento 15. Octobris 1562 ad S. Carolum Borromaeum datae, apud *Grisar,* Lainez I 410). Atque post Noguerae sermonem, quem supra memoravi (adnot. 2 huius pag.), Hosius iterum patres monuerat, ne, „quae ad rem propositam non pertinent", dicerent; „nam haereticos non negare, quin episcopi sint instituti a Christo, sed negare, eos quos hodie ad episcopatum promovet papa esse a Christo" (*Paleottus* l. c. II 607).

turbandum ordinem, Ecclesiae pertineret[a]. QVIS autem est uel ex Lutheranis[b], uel ex Zuinglianis, uel ex Anabaptistis, uel ex prophetis illis, celestibus[c] [1], qui se non glorietur a Deo[d] uocatum[2] esse, Sed quoniam idem illi[e] sic esse uolunt, diuino iure institutj, ut a Pontifice Romano, se uocatos esse negent . ideo sunt hereticj. Ventum est ab institutione, ad iurisdictionem[f] in qua et ipsa, uel nihil, uel minimum aliquid pontificj tribuebatur, Et sicut apud aduersarios nostros, Dej uerbum, et Euangelium, sic apud nonnullos, nihil aliud fuit in ore. quam Christus, et ius diuinum. SI quis dissentiret, is iam diuini iuris, et modo non ipsius Christi hostis esse dicebatur. Stupebam crede mihi, et maiorem, quam dicj queat animo dolorem capiebam. cum haec ita gerj uiderem, Nam a Saxonibus haec citius expectassem, quam a matris nostrae filijs, Quid autem est, dum illi, nihil aliud, quam Christum, et ius diuinum, clamarent, erant qui putarent, ad CHRISTj[g] quoque pertinere gloriam, ut uicarius eius agnosceretur, ut ei sua dignitas tribueretur: quandoquidem etiam in seruo dominus honoratur . et serui contemptus ad ipsum redundare uidetur. Dum itaque contentiosis quibusdam hominibus, satisfacere conamur, uisum est . sic illis obsecundare[h] [?], ut salua nihilominus Christj uicario, sua maneret authoritas · Jta factum est quo discrimen tamen aliquod haberetur inter minores pontifices, et inter eum, qui summus agnoscitur in Ecclesia, ut is regere diceretur, vniuersalem Ecclesiam[3], Hic vero noui sunt clamores excitatj, non esse ferenda uerba haec, quibus adstruj uideretur, Pontificem esse supra[i] Concilium, Jta factum est, ut ulterius nobis progredj non liceret, dum ingentes tempestates, exoriri cerneremus, Videntur mihi quidem hic Babilonem edificare[k] uelle[4], Omnes Legatos agere, omnes proponendi sibi partes, sumere uolunt, ac nisi statim legati[l] fecerint, imperata, se facturos denunciant, ut ipsi legatorum officio fungantur, Vides quorsum res redacta sit. Quo

a) pertinerent *libr.* b) Lutheramus *libr.* c) relestibus *libr.* d) *Ab R. corr. ex* glorietur adeo. e) *2 vv. sqq. a libr. supra versum scripta sunt.* f) iurisditionem *libr.* g) *Seq.* filiu, *a libr. oblitteratum.* h) *Ita equidem puto corrigendum esse, quod posuit libr.:* obsequidare; obsequiare *enim haud valde usitatum est; de quo C. Du Cange, Glossarium mediae ac infimae latinitatis (ed. Léop. Favre VI [Niort 1886] 19).* i) *Seq.* Ecclesiam *a libr. oblitt.* k) *Ab R. corr. ex* edificarj. l) *Ab R. corr. ex* legentj.

---

[1] Ut v. g. Paulus ille Scalichius et Ioannes Tausendschön, de quibus *J. Janssen,* Geschichte des deutschen Volkes IV[15 u. 16], Freiburg i. Br. 1896, 193 242.

[2] Hebr 5, 4.

[3] Legati monitu S. Caroli Borromaei (*Grisar* l. c. I 468 471) haec verba, ex definitione oecumenici concilii florentini (in decreto unionis Graecorum) transcripta, in „canone VIII.", qui de romano pontifice esset, ponere volebant; at galli oratores id „se nunquam laturos aiunt . . . cum se nominatim mandatum non solum a rege, sed etiam a 120 praelatis gallicis habere dicant, ne verbis hujusmodi, quae receptae in galliis opinioni et scholae Sorbonicae de authoritate concilii supra papam refragantur, ullatenus assentiantur" (*Paleottus* l. c. II 614—615. Cf. etiam *Grisar* l. c. I 488—489). Pius IV. eos hac in re a multis episcopis hispanis et caesareis adiuvari putabat (*Steinherz,* Nuntiaturberichte aus Deutschland III 193).

[4] Cf. Gn 11, 1—9.

tempore maxime laboratum oportuit, ab omnibus, ut eius sedis dignitas, et Authoritas[a], per quam vnitas in Ecclesia retineretvr, non modo non minueretur. Verum augeretur potius, eo omnes contra eam, et domesticj conspirasse uidentur. Deinde uero: nihil[b] minus ferre possunt, quam ut siqua causa difficilior existat, de ea ad Pontificem refferatur, cum tamen ex ipsius Christi institutione semper hoc ita fuerit in Ecclesia Dej obseruatum, Nullus est principis ORator, qui non refferat ad suum principem, si qua de re grauior dubitatio incidat. SI faciant hoc Legati pontificis, grande facinus aliquod commisisse arguuntur, quasi mittant Romam pro Spiritu sancto. Quae sunt autem istorum hominum iudicia, qui nolunt hunc honorem haberj CHRisti uicario, a suis legatis, quem habent suis antesignanis, etiam ipsi Haereticj . Qui missi erant a Flacco, cum de concordia inter eum, et Philippum Melanthonem ageretur, nihil statuebant, nisi de Flaccj sententia, Cum scriberetur in Augustanis comiciis Confessio, de rebus omnibus ad Lutherum Philippus refferebat, sicut et ad CAluinum Beza, in Comiciis proximis superioribus GAllicanis, Quemadmodum e scheda, quam tibi mitto[1], cognosces uberius, Si faciant hoc Legati Pontificij grande nefas designare nonnulli conqveruntur[c], Vides quo loco simus. Quo maiore studio, DEVS nobis praecandus est quandoquidem peccatis nostris iuste irascitur, vt c o n u e r t a t n o s, e t a u e r t a t i r a m s u a m a n o b i s[2], et tempestates, uentosque hos t a c e r e, e t o b m u t e s c e r e[3], faciat, Nihil minus denegamus[d] [?] quam refformacionem, sed interea magnam aliquam defformationem, uehementer metuimus, Plura scriberem, sed otium non suppetit, Habemus iam Galli censuras[4] in ea decreta, quae lata fuerunt in hac sacra synodo, in quibus ego. sum, non *α*. et *ω*.[5] sed [*α*, et][e] *μ*. et *ω*. Nam et in ipsa prima pagina, et in medio libri, et in fine Cacismum[f] eundem repetit[g] [?] . de Hosio CARdinali praesidente, Sed interea deo gratias ago quod eos[h] [?] nihil reperire uideo, quod in scriptis[i] meis reprehendere [?] queant[k] [?], praeter ea quae reprehenduntur a me; Numburgensis Episcopi Epistolam ad me uidisse, te puto. Responsum a CRomero petes[6], Has autem literas meas poteris, tu quidem communicare, quibuscum uisum tibi

a) *Sex vv. sqq. a R. in marg. addita sunt.* b) *Sequitur* quidem, *a R. oblitt.* c) *Ab R. corr. ex* conferitur. d) *Sic legendum videtur v. hoc a libr. obscurius scriptum; legendumne* detrectamus? e) *Haec supplenda esse ostendunt vv. sqq.* f) *Sic (=* Κακισμόν *sive convicium, accusationem) corrigendum puto ap., quod habet* Coecismum. g) *V. in ap. obscurius scriptum.* h) *Sic libr.; cf. adnot. 4 huius pag.; legendumne* eum? i) quod inscriptis *libr.* k) *Vel:* reprehendi queat; reprehendere queat *libr.; id quod retineri non potest, nisi paulo supra legatur* eum; *cf. adnot. h huius pag.*

---

[1] Quae de Flacio Illyrico, Philippo Melanchthone, Theodoro Beza modo dicta sunt, copiosius exponentur in iis, quae de hac „scheda" sub ipsas has litteras dicentur. [2] Ps 84, 5.

[3] Mc 4, 39; cf. Mt 8, 23—27. Lc 8, 22—25.

[4] Vide quae de hoc Nicolai Galli libello sub ipsas has litteras extremo loco dicentur. [5] Cf. Apc 1, 8; 21, 6; 22, 13.

[6] De hac Iulii Pflugii epistula et de Martino Cromero plura sub ipsas has litteras paenultimo loco dicentur.

fuerit, sed ita, ut nulli mortalium, describendi facias potestatem, nec eas ex manibus tuis dimittas. — —

In margine quidem apographi cracoviensis manu librarii scriptum est: „CAnisio 18 Februarij 1563 Tridentj." In exordio autem epistulae proximae, cuius apographo antiquo manu librarii in margine ascriptum est: „Canisio 20 Febr: 1563 Tridenti", Hosius Canisio scripsit: „Hesterno die cum fessus ex congregatione domvm venissem · quamuis aliquid erat quieti dandvm · vt refocillaretvr nonnihil animus · tamen litterarvm tuarvm particulae quas ante paucas horas acceperam respondere prius uisum fvit. . . . Scripsi tibi hesterno die · quibus hic in difficultatibus versamur." Quibus verbis epistulam, quam modo posui, significari facile patet. Quae si 18. Februarii est data, proxima non 20., ut librarius antiquus notavit, sed 19. Februarii est scripta, nisi eam 19. incohatam, 20. absolutam esse dicas; id quod, qui epistulam ipsam legerit, vix admiserit. Ego dubius haereo; ut priores illas litteras 18. Februarii datas dicam, movet me hoc, quod Hosius se eas paucis horis, postquam Canisii litterae a Commendono sibi redditae essent, scripsisse affirmavit (supra p. 63 et infra p. 69), quodque valde probabile est, Commendonum, 17. Februarii Tridentum advectum (v. supra p. 55), Canisii litteras ultra diem 18. Februarii secum non retinuisse; ut Hosium 19. Februarii scripsisse censeam, suadet mihi hoc, quod is se ubi „ex congregatione" domum redisset scripsisse asseruit; die autem 18. Februarii neque congregatio generalis patrum neque congregatio habita est theologorum minorum; quorum congregationes duae 19. Februarii habitae sunt (*Massarelli* Acta concilii Tridentini II 244—247. *Io. Bapt. Ficleri* Diarium Actorum Concilii Tridentini, apud *Le Plat* l. c. VII^b 356). Attamen praeter usitatas illas congregationes nonnumquam singularium negotiorum causa a patribus theologisque delectis aliae quaedam habebantur; quae in „Diariis" et „Actis" haud ita diligenter notatae sunt.

Hosius una cum his litteris, ut ex ipsis intellegitur, Oenipontem ad Canisium misit „schedam", qua ad eos, qui pontificem de difficilioribus concilii negotiis a cardinalibus praesidibus consuli aegre ferebant, refutandos ea „uberius" enarrabat, quae de Flacio, Luthero, Calvino in ipsis litteris breviter significaverat. Dolendum certe, eam schedam perisse. Aliunde tamen, quid Hosius scripserit vel scribendum curaverit, satis certo conici potest. Quod ad Mathiam Flacium Illyricum attinet, huius rogatu a. 1557 quattuor „superintendentes" aliique ministri lutherani Vitembergae cum Philippo Melanchthone de ipso cum Flacio conciliando agebant; in qua tractatione eos per litteras saepe consilia contulisse constat cum ipso Flacio; qui eius rei gratia Magdeburgo Cosvicum (Coswig, haud procul Vitemberga) iverat (*G. Kawerau*, Flacius, in „Realencyklopädie für protestantische Theologie und Kirche" VI^3, Leipzig 1899, 85—86); ex Hosii vita a Rescio scripta (l. 2, c. 9) intellegitur, Hosium „Acta" illa „cosvicensia" cognovisse ex libro quodam „scholasticorum Vitembergensium„ (*Hosii* Epistolae I XLVII). Similiter „Confessio Augustana" a. 1530, ubi primum a Melanchthone conscripta vel potius adumbrata est, Coburgum ad Lutherum est missa, ut ipse de ea sententiam ferret (*Jul. Köstlin*, Luthers Leben, Leipzig 1882, 436); atque Hosius alio quodam loco significavit, se ex libro quodam Tilemanni Heshusii intellexisse, Melanchthonem tunc „crebris" ad Lutherum „datis litteris . . . se petiisse erudiri de gravissimis controversiis" (*St. Rescius*, Hosii vita l. c.). Atque litterae copiosae a. 1561 de „religionis colloquio possiacensi" (Poissy) a Theodoro Beza, qui in eodem Calvinistarum dux erat, ipso colloquii tempore ad Calvinum datae exstant in *Ioannis Calvini* Operibus, edd. G. Baum, Ed. Cunitz, Ed. Reuss XVIII, Brunsvigae 1878, 630—641 652—654 685 ad 687 720—722 739—748; XIX (1879) 11—13 15 63—67; ipse autem Hosius, quae de Beza rettulit, ex libro „Religionis . . . defensio", de quo supra p. 7 [13], cognovisse videtur (*Rescius* l. c.).

Paulo iam ante Hosius cum Canisio aliud scriptum idque, nisi fallor, per Martinum Cromer, qui Sigismundi Augusti Poloniae regis apud Ferdinandum I. im-

peratorem legatum agens cum hoc Oeniponte versabatur, communicandum curaverat; exemplum dico epistulae a Iulio Pflugio (v. *Can.* I 384 [2]) episcopo naumburgensi ad Hosium datae; de qua epistula *Otto* cardinalis Augustanus Roma 27. Februarii 1563 Hosio scripsit: „Prudentia literarum Julii, naumburgensium episcopi, ad te, vel in re tristi, me valde delectavit, qua praesens reip. status mire describitur: etsi, quod ille timet, ne, et victoribus et victis gallicanis haereticis, cum caeteris provinciis male agatur, non omnino ei assentior. . . . De moribus emendandis, et corrigenda episcoporum disciplina, vere et sapienter disputat naumburgensis" (*Pogiani* Epistolae III 229—231). *Hosius* Tridento 21. Februarii 1563 Pflugio respondit: Ipsi Tridentum veniendum neque ab aliis, ut eodem et ipsi venirent, admonendis cessandum esse; remedia adhibitum iri non acria, sed moderata; clericorum moribus emendandis seriam dari operam. Litterae exstant in „*D. Stanislai Hosii,* S. R. E. Cardinalis. . . . Opera omnia II, Coloniae Agrippinae 1639, 197—198; atque hoc est „responsum", quod Hosius Canisium iubet a Cromero petere.

Ex altera autem parte satis verisimile est, Canisii opera interposita paulo ante effectum esse, ut Hosio „censurae" illae decretorum tridentinorum afferrentur, quarum in hac epistula mentionem facit. Quae epistula si cum Canisii litteris 8. Maii 1563 ad Hosium datis conferetur, facile intellegetur, ab Hosio significari libellum, quem Nicolaus Gallus (Hahn, Han), Lutheranorum ratisbonensium „superintendens", una cum Mathia Flacio Illyrico ediderat: „Norma simul et praxis constituendae religionis ac ecclesiae, dirimendarumque controversiarum, jam pontifici et synodo recepta ac usitata. Unde liquido animadverti potest, quid boni inde sperari ac expectari debeat. Nic. Gallus" (in extremo libro: „M. Flac. Ill." 4°, 1563, Ratisbonae, ff. A 1—M 1). Liber Flacio curante etiam germanice versus est: „Von dem Concilio zu Trient. Canon, Regel vnd Process, Wie der Bapst mit seinen Geistlichen, in demselben vnd andern seinen Concilien, Kirchen vnd Religionsachen pflegt zu handeln, die Kirch zu reformiren vnd Religionstreite zu vrtheilen. Aus dem ansehnlichsten jren eigenen Scribenten vnd Büchern Von Wort zu Wort geschriben, Daraus zuvernemen, was Religion vnd besserung der Kirchen von jhnen zugewarten seye. M. Fl. Jll. Nic. Gallus" (4°; 1563, Regensburg bei H. Geissler. ff. A 1—O 4 [*Preger* l. c. II 276 562—563]).

Ceterum vide, quae et de hac Hosii epistula et de proxima notabuntur infra p. 73.

Canisius Hosio rescripsit 11. Martii 1563.

786. CARDINALIS **STANISLAUS HOSIUS,** unus ex concilii tridentini praesidibus, episcopus varmiensis, CANISIO.

Tridento 19. vel 20. Februarii 1563.

Ex apographo (A), quod, a librario ignoto scriptum, a *Stanislao Rescio* (vide supra p. 63) emendatum, exstat Cracoviae in bibliotheca universitatis iagellonicae, Cod. „64" f. 125ᵇ—126ᵇ.

Partem (R) epistulae („Vere Magnus Imperator ille" — „precantium unanimitati tribuat") idem *Rescius* in „D. Stanislai Hosii S. R. E. Cardinalis Vita", Romae 1587, 131—134, vulgavit, sic praefatus: „Quoniam in singulis S. Concilij sessionibus, quae nonnunquam ab hora duodecima, ad vigesimam secundam vsque producebantur, de reformatione quoque tractabatur. Visum erat nonnullis, reformationis initium a Curia Romana esse introducendum, qui etiam ab Hosio postulabant vt operam dare vellet, quo Curiae reformatio institueretur. Verum ille tale responsum, se plerique [a] [?] dedisse, ad Canisium scribens, meminit."

Hosius occupatissimus est. Haud recte principes quidam postulant, ut romana curia per concilium reformetur. Constantinus Magnus et patres synodi sinuessanae prorsus aliter senserunt. „Prima sedes a nemine iudicatur." Nunc, protestantium

a) *Sic; corrigendum videtur* plerisque.

salutem nihil curantes, in papam invehuntur. Hosius non minus, quam olim S. Bernardus, curiae mores emendari cupit, sed per pontificem, non per subditos; hoc enim paene peius esset, quam ipsa illa morum pravitas. Omnium magistratuum causa hic agitur. Deus precibus placandus est. „Articuli reformationis." Cromer. Commendoni virtus. Phauserus. Maximilianus II.

— — Hesterno die cum fessus ex congregatione domvm venissem . quamuis aliquid erat quieti dandvm . vt refocillaretvr nonnihil animus . tamen litterarvm tuarvm particulae quas ante paucas horas acceperam respondere prius uisum fvit . Sepe miror ipse . quomodo vires meae sufficiant tot laboribus . cvm tanta praesertim cvra et omni sollicitudine conivnctis . verum hoc piorvm precibus tribuo . quas mihi non deesse persuasvm habeo . Scripsi tibi hesterno die . quibus hic in difficultatibus versamur . Reuera succensus est iam ignis[1] . cuius flammam vtinam hi non augerent . per quos eam restinctam oportvit . Etiam qui sacris infulis ornati svnt . etiam qui religione coeteris praestare uidentvr sic rem agvnt . vt impetus eorvm nimis uehementes probari non possint . vere magnus Imperator ille Constantinus cum oblati sibi fuissent libelli . quibus crimina quaedam sacerdotvm et Episcoporum continebantur . non satis habuit quod eos exuri fecit. cum se ab illis non illos a se iudicari oportere diceret[2] . verum et hoc insuper addidit . si forte suis oculis turpe facinus aliquod Episcopum designantem conspexisset . obtectvrum se id paludamento . ne cuius oculi ea re offenderentur[3] . Nunc quidam pijs . orthodoxis . et Catholicis principibus authores svnt . non vt ipsi quidem iudicent . sed ut iudicari uelint . non quemuis Episcopum aut sacerdotem . sed evm qui princeps est Episcoporum . ab his qui veniunt[a] ab illo iudicandi . vt membra de capite . oues de pastore . subditi iudicent de eo . cui diuino iure sunt subiecti . Quid autem hoc aliud est . quam ordinem

a) veneunt *A*; veniunt *R*.

[1] Dt 32, 22. Ir. 15, 14.

[2] In libris quidem Eusebii, qui vitae Constantini praecipui sunt fontes, haec, et quae proxime sequuntur, Constantini facta et dicta frustra quaeruntur. Sed Constantinum et libros illos comburi iussisse et se de episcopis iudicare posse negasse referunt *Rufinus Aquileiensis*, Historia Ecclesiastica l. 1, c. 2 (alias X 2); *Sozomenus*, Historia Ecclesiastica l. 1, c. 17; *Gelasius Cyzicenus*, Historia Concilii Nicaeni l. 2, c. 8 (*Migne*, P. lat. XXI 468; P. gr. LXVII 913; LXXXV 1243); eadem affirmantur a *S. Gregorio Magno* in litteris (Epistolarum l. 5, ep. 40 [alias 31 vel 36]) ad Mauricium imperatorem datis (*Migne*, P. lat. LXXVII 766. *Monumenta Germaniae Historica*, Epistolae I, Berolini 1891, 318). Librorum combustorum etiam *Socrates*, Historia Ecclesiastica l. 1, c. 8, et *Theodoretus Cyrensis*, Ecclesiastica Historia l. 1, c. 10 (alias c. 11) mentionem fecerunt (*Migne*, P. gr. LXVII 63; LXXXII 937).

[3] *„Φασὶ δὲ αὐτὸν καὶ τόδε προσθεῖναι, ὡς εἰ αὐτόπτης ἐπισκόπου γάμον ἀλλότριον διορύττοντος γίνοιτο, συγκαλύψαι ἂν τῇ πορφυρίδι τὸ παρανόμως γινόμενον, ὡς ἂν μὴ βλάψῃ τοὺς θεωμένους τῶν δρωμένων ἡ ὄψις"*: *Theodoretus Cyrensis* l. c. Similiter prorsus *Gelasius Cyzicenus* l. c. (*Migne*, P. gr. LXXXII 937—940; LXXXV 1243 ad 1245). Latine Constantini verba a *S. Nicolao I.* papa in epistula ad Michaelem imperatorem data (Epistolae et Decreta n. 86) proferuntur (*Migne*, P. lat. CXIX 944).

prorsus omnem pervertere . et evm in ordinem coactvm[a] uelle . cuius dignitate salua . saluus est ordo omnis in Ecclesia . Si quid autem ea [?][b] sit labefactata [?][c] . iam nullum in ea ordinem sed horrorem quendam[d] quod absit sempiternvm[1] . uidere licebit . Sacrificauerat idolis Marcellinus Pontifex[2] . Concilivm indixerat . condemnari se petiuerat . tanquam ingentis flagitij revm : sed qui patres in eo congregati fvervnt . non multo minus facinus existimabant[e] de eo iudicare . quam fuerat illud ipsvm crimen . quod Pontificem designasse constabat . vervm vt ipse causam suam iudicaret hortabantvr . quod prima sedes a nemine iudicetur[3] . Nihil tale commissvm nvnc audi-

a) *A libr. correctum ex* collocatvm. b) *Ita A;* in ea *R.; legendumne* in eo? c) *Ita A;* labefactatum *R.* d) *In R. hoc non est.* e) iudicabant *R.*

[1] Ib 10, 22.

[2] Sanctum Marcellinum papam (296—304) in persecutione Diocletiani paganis sacros libros tradidisse et idolis sacrificasse Petilianus Donatistarum constantinensium (Constantina in Africa septentrionali) episcopus scriptis sub a. 400—410 evulgatis affirmaverat. Atque etiam in *„Libro pontificali"* (sub a. 530?) notatum est: „Marcellinus ad sacrificium ductus est ut turificaret, quod et fecit. Et post paucos dies, paenitentiam ductus . . . martyrio" coronatur. Qui Marcellini „lapsus" etiam in Breviaria illatus est. At sicut iam olim Augustinus et Theodoretus, ita nunc fere omnes vel Marcellinum lapsum non esse, vel saltem id non constare censent (*Bern. Jungmann,* Dissertationes selectae in Historiam Ecclesiasticam I, Ratisbonae 1880, 388—389. *C. J. v. Hefele,* Conciliengeschichte I², Freiburg i. Br. 1873, 145. *L. Duchesne,* Le Liber Pontificalis I, Paris 1886, LXXIV XCIX 162).

[3] Exstant et, si non in primo illo Corpore conciliorum a Iacobo Merlino (1523 1530 1536) vulgato, certe in conciliorum actis a Petro Crabbe O. Min. (Coloniae 1538 1551) collectis comparent acta synodi, quam a. 303 *Sinuessae,* in oppido inter Romam et Capuam sito, a 300 episcopis ob Marcellini papae „thurificationem" illam habitam esse ferebant; in quibus actis refertur, Marcellinum crimen primum quidem infitiatum, deinde vero confessum esse. Episcopi vero, quamquam plurimi praesto erant testes, „non judicabant pontificem", sed dixerunt: „Loquere, pontifex, et judica causam tuam . . . Collige in sinu tuo causam. . . . Nemo enim unquam judicavit pontificem, nec praesul sacerdotem suum: quoniam prima sedes non judicabitur a quoquam" (*Io. Harduinus* S. J., Acta Conciliorum I, Parisiis 1715, 217—220). Postea narratio ita conformata est, ut Marcellinus synodo sponte crimen confessus esse videretur; ita Beatus *Iacobus a Voragine* O. Pr. in usitatissima illa „Legenda aurea" sive „Historia Lombardica": „In concilio episcoporum se supposuit iudicandum. Ad quem illi. Absit vt summus pontifex ab aliquo iudicetur" (in editione a. 1483 [sine loco] facta n. LVIII). Et clarius in *Breviario Romano,* festo SS. Cleti et Marcellini (26. Aprilis), 2ⁱ. Nocturni lectione 2. (anno 1883 expuncta): „Peccati mox illum tantopere poenituit, ut Sinuessam ad concilium plurimorum Episcoporum venerit cilicio indutus, ubi lacrymis profusis scelus suum palam confessus est. Quem tamen damnare ausus est nemo" etc. Sed iam cardinalis Baronius in Annalium Ecclesiasticorum prima editione a. 1588 Romae evulgari coepta huius synodi acta in dubium vocavit; nunc inter omnes convenit, supposita illa esse neque unquam eiusmodi concilium habitum esse; acta sub initium saeculi VI. videntur esse conficta (*Dan. Papebrochius* S. J., Acta Sanctorum, Propylaeum ad Acta Sanctorum Maii, Antverpiae 1685, 42*—45*. *Ant. Pagi* O. Min. Conv., Critica historico-chronologica in Annales Baronii, in a. 302, n. XVIII—XXII [T. I. Antverpiae 1727, 326—327]. *J. v. Döllinger,* Die Papst-Fabeln des Mittelalters², München 1863, 48—52. *H. Grisar* S. J., „Marcellinus" in Kirchenlexikon VIII 650—654).

mus[a]. Nulla svnt Idolis thvra admota . nihilominus hoc a nonnvllis[b] agi cernimus . vt prima sedes ab his[c] iudicetur . qui ueniunt ab ipsa[d] potius[e] iudicandi et verenda patris[1] eorvm orbe toto[f] Christiano detegantur . quodque maxime deplorandum est . vt corrigantur hi qui suarum opinionvm Idolis . magnam orbis Christiani partem . in maximas calamitates abduxerunt[g] non fere cviquam cvrae esse uidemus . sed contra illum omni impetv ferri homines conspicimus . de cuius authoritate quanto magis detractum fverit . tanto plus uirivm accesserit his . qui veterem et orthodoxam religionem evertere . et sua a nobis idola adorari cupivnt . quorvm sanandorvm causa potissimvm sacrum[c] Concilivm hoc est congregatvm . Non sum is qui Romanae cvriae peccatis patrocinari uelim . quibus non minus infoestum esse me[h] profiteor . quam fuit S. Abbas ille Bernardus . qui sic ea detestatus[i] . sic in ea oratione sua invectus est: vt perdita quidem illa sed saluam nihilominus vellet primae sedis authoritatem[k] dignitatemque[2]. Corrigenda svnt . quae perperam fivnt in illa Curia . quis negat? aut quis pius non ea maxime corrigi cupit . verum a quo corrigenda . Cvr et nos non dicemus[l]. Causam tuam uel Curiae tuae ipse iudica . quandoquidem prima sedes a nemine iudicatur . Cur ab eo non petimus vt ipse potius ea stirpitus[m] eradicet omnia . quaecumque oculos hominvm iuste offendvnt . Sic enim extirpatis uitijs salua nihilominus remanebit [?][n] primae sedis dignitas . et authoritas[o] . Sed uelle pastorem ouium[p] . uelle caput membrorvm . velle principem sibi subiectorvm iudicio[q] permittere . hoc mihi quidem non minvs esse peccatum[r] uidetvr . quam sint[s] illa ipsa omnia . quorum causa id fieri postulatur . Etiam ipsi sectarij quervntur[t] ad Anarchiam spectare nvnc[u] omnia . quid autem hoc fverit

a) audiuimus *R.* b) a nonnullis hoc *R.* c) *In R. sequitur* potius. d) ea *R.* e) *Non est in R.* f) *A libr. corr. ex* toto orbe*; quae sunt in R.* g) adduxerunt *R.* h) me infestum esse *R.* i) *In R. sequitur* est. k) auctoritatem *R.* l) dicimus *R.* m) stirpitus ea *R.* n) permanebit *R.* o) auctoritas *R.* p) omnivm *A.* q) *Seq.* sibi, *a libr. oblitteratum.* r) peccatum esse *R.* s) *In R. non est* sint. t) quaervntur *A.* u) nunc ad Anarchiam *R.*

---

[1] Facinus a Cham in Noë patrem commissum Hosius significat; cf. Gn 9, 20—25.

[2] *S. Bernardus* utrumque praestitit in aureis illis „Libris V de Consideratione" ad Eugenium III. papam, discipulum amicumque suum, datis; cui: „Quis es?" inquit (De Consideratione l. 2, c. 8), „Sacerdos magnus, summus Pontifex. Tu princeps Episcoporum, tu heres Apostolorum, . . . potestate Petrus, unctione Christus. Tu es cui claves traditae, cui oves creditae sunt. Sunt quidem et alii caeli janitores, et gregum pastores: sed tu tanto gloriosius, quanto et differentius utrumque prae ceteris nomen hereditasti. Habent illi sibi assignatos greges, singuli singulos: tibi universi crediti, uni unus. Nec modo ovium, sed et pastorum tu unus omnium pastor. . . . Ergo, juxta canones tuos, alii in partem sollicitudinis, tu in plenitudinem potestatis vocatus es. Aliorum potestas certis arctatur limitibus: tua extenditur et in ipsos, qui potestatem super alios acceperunt. Nonne, si causa exstiterit, tu Episcopo caelum claudere, tu ipsum ab episcopatu deponere, etiam et tradere satanae potes? Stat ergo inconcussum privilegium tuum tibi" etc. (Sancti *Bernardi* Volumen primum, curis *D. Iohannis Mabillon* O. S. B. [Nova ed., Parisiis 1719], col. 428. *Migne,* P. lat. CLXXXII 751—752).

aliud . quam anarchiam quandam constitvere . si qui caput est orbis tocius Christiani . evm a suis membris iudicari . eius ministrorvm uerenda . coram orbe toto detegi[1] uelimus . Mihi non uidetur tanti esse ista reformatio . quae tantis clamoribus exigitur . quantam[a] ex hac reformandi ratione deformationem secuturam esse iudico . Fortassis autem non temere affirmauerim . plus esse periculi in hac reformandi ratione . quam sit in dissimulandis malis . quae in hunc usque diem Ecclesia tolleravit[b] . Vide autem . quo uerser in discrimine . Si quid ex me tale auditvr . gratiae magis quam ueritati tribuere[c] . et ab illo mvtatus iudicor qui fui . priusquam essem purpura indutus . Sed ego si secus dicam aut sentiam . contra fidem et officivm mevm factvrvs mihi uideor . Dignus est enim reprehensione quisquis reformationem recvsat . sed ut noua reformandi via queratvr . non uideo quemadmodvm id sine magna rervm omnivm confusione . et ordinis tocius pertvrbatione fieri possit . Mihi quidem hac in re non solius Pontificis . verum omnivm qui cvm potestate versantvr . dignitas et authoritas[d] agi uidetur . in quos fortassis[e] idem aliquando sibi licere subditi uolent . quod ipsi licere uolunt in pontificem his . qui svnt illius potestati subiecti . Est igitvr ita ut scribis[f] . si antehac[g] vnquam . nvnc certe . nos Deo facere vim oportet[h] . sed eam uim quae grata illi esse solet quando coit coetus omnis et aggregatvr ad Devm et quasi manv facta precationibus evm ambivnt[2] . orantes vt quod singulis petentibus negaturus forte fverat id multorvm precantivm vnanimitati tribvat . Hanc uim cum ab alijs plurimis . tvm a vestra praesertim Societate fieri Deo cuperem . vt non prius evm dimittatis quam exaudiat[3] . qvandoquidem vestras praeces illi prae coeteris gratas esse non ambigo . Ille nobis placandus . ille supplicibus votis est exorandus . vt convertat nos et avertat iram suam a nobis[4] . atque impendentia Ecclesiae suae mala propulset . Quod curae uobis isthic esse[i] . simul a te certior fieri cuperem . quid a uobis tandem deliberatvm sit . de capitibus libelli Caesarei proponendis[5] . Haec ad te scripsi cvm essem animo multis alijs scribendis distracto . et grauioribus etiam alijs cvris impedito . Has autem litteras nollem in alienas manus incidere . Nec enim est alius quisquam ad quem fidentivs his de rebus quam ad te scribam . quod et pietati tuae et amori in me plvrimvm tribuo . Cvm Cromero tamen nostro quin commvnices non impedio . Comendonvm sua uirtus satis commendat . sed mihi tamen tanto charior est fvtvrus . quo tibi quoque magis evm probari intelligo . nec illi svm ulla in re defvtvrus . De Favsero quid agatur . vbi locorvm sit .

a) quantum *R.* b) *In A sequitur* iudicor, *a libr. oblitt.* c) *Quae sequuntur, usque ad* pertvrbatione fieri possit *incl., in R. omissa sunt.* d) auctoritas *R.* e) fortasse *R.* f) Est igitur quamobrem *R.* g) antea *R.* h) oporteat *R.* i) *Supplendumne* spero *vel* debet *vel* ac?

[1] Cf. supra p. 71 [1]. [2] Cf. *Tertulliani* Apologeticum c. 39 (*Migne*, P. lat. I 468). [3] Cf. Gn 32, 26. Eccli 35, 21. [4] Ps 84, 5. [5] Vide supra p. 57—59.

nosse cupio[1]. Rex[2] meis litteris non respondit. Natalem nostrum salutabis verbis meis. qui non esse diuini ivris putatvr[3]. Sed ego quoque me hominem esse profiteor. nec hvmani quidquam alienvm a me puto[4]. — —

In margine quidem apographi cracoviensis manu librarii scriptum est: „Canisio 20 Febr: 1563 Tridenti"; sed fortasse pro „20" scribi debuerat „19"; vide supra p. 67. Has litteras atque proxime antecedentes *Hosius* significavit, cum Tridento 27. Februarii 1563 Oenipontem ad Martinum Cromer, Poloniae regis apud Ferdinandum I. oratorem, *scriberet: „Admoneri per te Canisium cuperem, ut meis literis responderet, si vacat" (ex „Postscripto", manu Valentini Kuczborski secretarii, ut videtur, addito. Cod. cracov. „60" p. 810). Atque idem *Hosius* eidem Cromero Tridento 6. Martii 1563 * scripsit: „Canisius vellem non prius discessisset quam essent illi redditae literae meae. Quas ille nihilo minus ad te mittere poterit, dummodo ne perueniant in alterius cuiusquam manus. Quanquam ego missas ad Natalem esse puto. Quem appelles licebit. Scripseram autem Canisio tecum vt communicaret. Quod si miserit eas literas ad te, nihil impedio, quo minus eas a Staphylo quoque legi patiaris" (ex autographo. Cod. cracov. „60" p. 197). Ac Tridento 13. Martii 1563 *idem** eidem de Canisio: „Admonuit eum pater Laines vt meas literas ad te mitteret". Et *Tridento 7. Aprilis 1563: „Canisius an meas tibi miserit scire cuperem (ex autographis. Cod. cracov. „60" p. 389 1001). Canisius sub exitum m. Februarii Oeniponte Augustam ad contiones quadragesimales, quas vocant, habendas discesserat (v. supra p. 44, et infra monum. 441 554). Anno 1562 in epistulis aliquibus Canisii Oeniponte Tridentum perferendis 4 vel 5 dies insumpti sunt; vide *Can.* III 427 474.

Quanti Hosius has litteras fecerit, ex eo etiam cognoscitur, quod Tridento 14. Martii 1563 Polancus Canisio scripsit Hosium apud se et Lainium (ac Salmeronem?) eas ex apographo aliquo recitasse; vide infra n. 799. Romam quoque Hosius harum litterarum exempla misit ad *Ottonem cardinalem Augustanum;* qui Roma 6. Martii 1563 Hosio (per Iulium Pogianum) scripsit: „Perculsus binis tuis ad Canisium literis, quibus tanquam in tabula depictam vidi calamitatem reip. invectam ab iis, a quibus potissimum propulsanda esset vel corporum oppositu, et communis quies ac tranquillitas sanguine et morte redimenda, non possum facere, quin exclamem: *Salvum me fac, domine: quoniam defecit sanctus, quoniam diminutae sunt veritates a filiis hominum,* et quae sequuntur: quae mihi omnia in hoc reip. tempus et in istos seditiosos ac turbulentos homines cadere videntur" (*Pogiani* Epistolae III 246—247); „exclamatio" autem haec assumpta est ex Psalmo 11, v. 2; ubi haec „sequuntur": „Vana locuti sunt unusquisque ad proximum suum: labia dolosa, in corde et corde locuti sunt. Disperdat Dominus universa labia dolosa, et linguam magniloquam. Qui dixerunt: Linguam nostram magnificabimus, labia nostra a nobis sunt: quis noster Dominus est" (v. 4 5).

---

[1] Sebastianus Phauser (Pfauser), sacerdos „uxoratus" et ad Lutheri castra transgressus, cuius doctrinam in Maximiliani regis aula contionando disseminaverat, in oppido Lauingen, prope Neoburgum sito et duci neoburgensi subiecto, Lutheranorum decanum agebat (cf. *Can.* II 567 758). Exeunte a. 1562 Augustae Maximilianum II. adierat (*Steinherz* l. c. III 174).

[2] Exstant litterae ab *Hosio* ad Maximilianum II. Tridento 23. Decembris 1562 datae, quibus ei Hosius, quod Romanorum rex electus est, gratulatur eumque rogat, ut ecclesiae pacandae studeat, adversariorum ecclesiae „conatus refutet", eiusdem ecclesiae „advocatum" se praestet. Litteras vide in „*Hosii* Operibus omnibus" (cf. supra p. 68) II 196—197). [3] Cf. supra p. 51 64—65.

[4] „Homo sum; humani nil a me alienum puto": *Terentius*, Heautontimorumenos v. 77.

Quod Hosius his litteris a Canisio petiit: Curaret, ut in tanta ecclesiae calamitate Societatis homines singulari quadam ratione „Deo vim facerent", a Canisio curatum esse tum aliunde tum ex collegii ingolstadiensis *Litteris quadrimestribus ab *Ioanne Wyero* S. J., Ingolstadio 25. Augusti 1563 datis et a P. Paulo Hoffaeo, collegii rectore, emendatis colligere licet; in quibus haec sunt: „Pro sacra synodo Tridentina quotidie Litanias recitamus, vtque meritas poenas irae diuinae precando auertamus: Nec defuerunt publicae flagellationes in eundem vsum ab omnibus pie accommodatae" (ex archetypo. Cod. „G. Ep. IV" f. 152).

Canisius Hosio respondit 11. Martii 1563.

787. CANISIUS **IACOBO LAINIO,** praeposito generali Societatis Iesu. Oeniponte 22. Februarii 1563.

Ex Polanci ad Borgiam epistula, quae (partim) vulgata est in „Epp. *Nadal*" II, 212—213, et ex apographis epistularum Polanci, eodem tempore scriptis, quae sunt in cod. „V. P. 62" f. 215^b—216^a 217^b, et apographo epistulae Vicecomitis, saec. XVI. vel XVII. scripto, quod est in cod. „King's Libr. 15. 271^d" f. 222^a (cf. supra p. 52). Excusae sunt Polanci ad Natalem litterae in „Epp. *Nadal*" II, 224—227, litterae Vicecomitis apud *Baluze-Mansi* l. c. III, 445 et apud *Aymon* l. c. I, 72—78.

De collegio Societatis Dilingae instituendo, theologorum congregatione etc.

Polancus nomine Lainii Tridento 2. Martii 1563 Augustam Vindelicorum ad Canisium scripsit: „Hieri riceuemmo le lettere de V. R. de 22 del passato scritte in Hispruch". In quibus litteris, praeter alia, negotium collegii, quod Otto Truchsess cardinalis et episcopus augustanus Dilingae Societati Iesu tradere volebat, tractatum esse, vel ex eo intellegitur, quod Polancus 2. Martii Canisio scripsit: „Sopra il negocio di Dilinga s' e uisto quel che scrisse la RV." etc. Et 1. Martii 1563 idem nomine Lainii Romam ad S. Franciscum Borgiam scripserat: „El P. Canisio holgaría de entender lo que V. R. ha prometido al cardenal de Augusta, quanto al collegio de Tilinga, y parece se suena por allá que aya de yr á España el cardenal con los hijos del rey Massimiliano: y haze ciertas dificultades el dicho Padre en el acceptar aquel collegio sin uenir á aclarar los particulares". Atque 2. Martii 1563 idem Polancus Oenipontem ad P. Hieronymum Natalem S. J. de eodem collegio et de cathedrali capitulo augustano: „Parece segun las letras del padre Canisio que quedassen las cosas aclaradas[a] quanto al consenso del Capitulo y tanbien quanto ala prouision pues no basteria que por su uida la diesse el Cardenal si no proueiesse para que despues della se continuasse, assimesmo ay falta de casa para la habitation de tanta gente como alli auia de estar."

De imperatore quoque et de theologis ab eo consultis Canisium aliqua scripsisse, et ex Polanci ad eum responso, quod dixi, et ex litteris colligere licet, quas Tridento 1. Martii 1563 Carolus Vicecomes Romam ad Carolum cardinalem Borromaeum dedit; in quibus ille: „Mando", inquit „a V. S. Illustrissima copia di due Capitoli estratti di una lettera del Padre Canisio al Generale Laynes."

Tum haec capita, tum ipsae Canisii litterae perisse videntur; de quibus vide, quae Polancus Canisio rescripsit 2. Martii 1563.

788. CANISIUS **GEORGIO SIGISMUNDO SELD,** imperii vicecancellario. Oeniponte sub 22. Februarii 1563.

Ex archetypo, quod ex 14 foliis in 2° compositum est; e quibus tamen foliis 3 fere vacua sunt, atque tum primum tum extremum folium iam a reliquis sunt separata. Scriptum esse omnino videtur manu P. *Ioannis Dyrsii* S. J.; de qua re plura infra dicentur; in ultimae paginae parte infima *Marcus Singkhmoser*, secretarius caesareus, ascripsit: „22 febr. 1563". Exstat Vindobonae in archivo aulae caesareae, fascic. „Romana 1563 Febr." 172—185.

a) aclarados *ap,*

Litteris usus est et earum summam quandam posuit *Kroess*, Can. 160--161, et „Ferdinand I." etc. (cf. supra p. 57) 622--623. Duas litterarum partes (quaest. 6. et 14.; apud Seldium 16. et 8.) ex archetypo evulgavit *Steinherz* l. c. III, 219—220.

Cur quaestionum sibi propositarum ordinem mutaverit. Respondet: (1.) Caesar, ecclesiae advocatus, curare debet, ne concilium abrumpatur vel suspendatur. (2.) Comminationes tamen vix, immo ne vix quidem adhibendae. (3.—5.) Legatorum pontificiorum, non episcoporum vel principum est, res patribus „proponere" et ad pontificem referre; qui si in referendo nimii sint, vel ostium, quod omnibus apertum esse debet, vel ipsi caesari occludant — id quod eos facere haud facile credi potest —, ipsos primum, deinde pontificem moneri oportet. (6.) Similiter agendum, si forte legati concilio libertatem adimant; cui defendendae aliqui patres deligi poterunt. Secretario alii adiungantur. (7.) Germaniae episcopi per pontificem et caesarem adigendi, ut concilio vel ipsi, vel per procuratores intersint, foederibus initis etc. (8.) Caesar Tridentum ne eat, sed pontificem conveniat et, ut tum se tum curiam reformet, coram roget. (9.) Pugnis verborum semotis, episcopi ad „residentiam" adigendi, nisi gravi causa excusentur. (10.) Patres omnes et de fide et de reformatione agant. (11.) Disputantium subtilitas non arguenda; dogmata et reformatio simul tractanda. (12.) Reformatio cleri omnium maxime est necessaria; cuius plurima capita a concilio iam sunt tractata; de reliquis per viros bonos ad caesarem referendum; principes quoque reliquique laici reformandi. (13.) A reformatione curiae patres se contineant oportet, ne concilium maius esse videatur ipso pontifice; de quo nemo iudicat. Instandum tamen, ut pontifex curiam et nominatim conclave rebus pessimi exempli corrigat. De numero cardinalium statuat pontifex. Dispensationum licentia tollenda, non potestas. Antiqui canones, qui vigent, urgendi; qui abrogati sunt, haud facile instaurandi. Exemptiones saecularium plane, regularium, donec hi se reforment, tollendae. Scholae ex bonis monasteriorum et episcopatuum condendae. Bona ecclesiastica aequius distribuenda. Episcopatus instituendi. Excommunicatio haud ita facile adhibenda. Summa doctrinae, Postillae etc. vulgandae. Catecheses habendae. „Index" mitigandus; salutarium librorum indiculus componendus. Bona, quae ecclesiae erepta sunt, condonanda. De „pluralitate beneficiorum" pontifex iam providit. Synodi et visitationes dioecesanae commendandae. Episcopis curandum, ut sacra rite fiant. (14.) De calice laicorum, coniugio sacerdotum, esu carnium nunc apud concilium ne instetur; aliqua postea impetrabuntur alia ratione. (15.) Reliquorum principum petitiones a caesare concilio commendentur, nisi quae ad curiam romanam spectent. Legatis, cum de capitibus per principes propositis ad synodum referendis deliberabunt, patres aliquot adesse expedit.

PRAEFATIO.

Vt summatim dicamus, quae in tractandis mox quaestionibus contineantur, possunt ea quidem ad classes duas referrj.

Nam aut uersantur circa conseruationem et promotionem Concilij Tridentini, aut ad reformationem Ecclesiasticorum pertinent.

Jam ut conseruetur ac promoueatur Concilium, prioris classis quaestiones agunt partim de impedimentis amouendis, partim de subsidijs comparandis Concilio. Ac summum quidem impedimentum esset abrumpi uel suspendi Concilium. Proximum, libertatem Concilio tolli. Nec leue illud, Secretarium Concilij vnicum esse.

Subsidia uero, quae Concilio opportuna comparanda videntur, consyderari possunt tum ex parte materiae in Synodo tractandae, tum ex parte modi, quem in disputando, agendo et procedendo in Concilio decet obseruari. De quib: omnib: quaestiones, quas expli-

cabimus, uaria nobis consyderanda proponunt. Atque haec praefarj idcirco visum est, ut sequentes quaestiones maiorem accipiant lucem, utque rationem aliquam reddamus de quaestionum ordine mutato, cum paulo aliter eas, quam annotatas accepimus, hoc loco digeramus.

1ª QVAESTIO [a].

Vtrum Caesareae Maiestati laborandum sit, ut Concilij prosecutio fiat: An vero aequo animo ferendum, ut id abrumpatur, uel saltem ut suspendatur? [1]

Respondeo, Nihil videri consultius, quam ut Caes: Maiestas omni cura, studio, diligentia et authoritate sua nitatur, Concilij suspensionem, ac multo magis eius abruptionem uel dissolutionem impedire. Nihilque tanto principe dignius fuerit, quam ut Concilio continuando et ad foelicem exitum perducendo seriam operam nauet. Etenim eo ipso se uerum Ecclesiae, qui dicitur et esse debet, Aduocatum praestabit [2], et publico Ecclesiae commodo, quod ex continuatione Synodi potissimum pendet, in primis consulet: Demum et summa incommoda, quae Synodi abruptio uel suspensio haud dubie traheret secum, poterit euitare.

Quis enim dubitet, quin abrupto aut etiam suspenso concilio, Catholicj passim grauissime perturbarentur, uelut spe optima maximaque frustrati? Haberent et Principes plerique duriorem causam in conseruandis Catholicis, et excludendis haereticis: Ecclesiastici quoque Magistratus multum amitterent authoritatis, ac male audirent passim, si re infecta patres domum ex Concilio reuerterentur . Praeterea sectarij suas vires inde mirifice confirmarent, et speciosam causam reperirent nunquam non Papistis obijciendj turpissimam notam dissensionis in fide ac religione.

a) *In archetypo et „quaestio", quae proxime sequitur, et reliquae litteris paulo maioribus scriptae sunt; id quod hic semel notasse satis fuerit.*

---

[1] In indiculo articulorum a Seldio scripto hi sunt articuli I. et II.

[2] Qui Carolo Magno in „Sacro Romano Imperio" succedebant, singulari quadam ratione „advocati ecclesiae" et vocabantur et esse debebant. Ita *Alexander IV.* papa, cum de romano imperatore eligendo ageretur, Anagnia 18. Iulii 1256 Gerardo archiepiscopo moguntino scripsit: „Vehementer vigilandum est, . . . ubi de advocato Ecclesiae agitur, de ipsius defensore tractatur." Et *Albertus I.* Austriacus Romanorum rex in litteris Norimberga 17. Iulii 1303 ad Bonifacium VIII. papam datis fassus est, „quod Romanorum reges, in imperatores postmodum promovendi, . . . ad hoc potissime ac specialiter assumuntur, ut sint sancte Romane ecclesie advocati, catholice fidei ac eiusdem ecclesie precipui defensores" (*Bullarium Romanum* III, Augustae Taurinorum 1858, 640. *G. H. Pertz*, Monumenta Germaniae Historica, Legum t. II, Hannoverae 1837, 484). Eadem ratione Maximilianus II. 30. Novembris 1562 Francofurti ad Moenum, cum Romanorum rex electus esset, in „capitulatione" se ecclesiae romanae „advocatum" professus erat; vide *Can.* III 545.

SECVNDA QVAESTIO [1].

An et quibus comminationibus utendum, ne intempestiue [a] Concilij abruptio fiat?

Respondeo, ad comminationes huiusmodi ueniendum non esse, nisj tentatis primum leniorib: vijs ac medijs, non solum apud Concilij legatos, uerum etiam apud Pontif: Max: Extremum enim hoc remedium et cum summa quidem consyderatione adhibendum videtur, si tamen hac ratione dissolutio Concilij probabiliter impediri posse speretur . Timendum alioquin fuerit, ne alij Principes tali Caes: Maiestatis exemplo abutentes, magis magisque segregent sese ab vnitate, et obedientia Catholicae Ecclesiae: neue mox rationem Schismaticam ineant, et inuito et excluso Pontifice, nationales Synodos instituendj ac celebrandj. Neque putamus, probatorum Principum exempla proferri posse, qui comminationibus egerint in tali casu, quod fortasse cum illorum etiam officio non congruit satis . Admonere possunt, rogare et corripere possunt, salua semper lege charitatis, quae ut ordinata sit, uix sane permittit, summos Ecclesiae pastores atque Rectores interpositis comminationibus tractarj durius a principibus Mundj. Possent interim necessitates explicarj, quibus adacta Caes: Maiestas ob eiusmodj dissolutionem non possit subditos in officio continere et Ecclesiae iura tueri, atque ita simul se excusare et protestari illa posset, quod ad ipsam pertinet, se nullam dedisse operam aut consensum praebuisse huiusmodj dissolutioni, ex qua tot scandala, pericula et damna Ecclesijs Catholicis certo certius imminere videret. Jnsuper comminationis loco possent commemorarj incommoda quaedam in specie, uti desperatio de conseruandis Catholicis, deque reducendis ad Ecclesiam lapsis atque errantibus: Contemptus item ac vilipensio Summj Pontificis ac totius ordinis Ecclesiasticj: Ad haec praeiudicium, quod non solum huic praesenti, sed etiam futuris Synodis creabitur: Tum aperiri fenestram ad Concilia Nationalia, et ad miserandam animorum distractionem: Caesari perdifficile fore, ut hac in causa praestet Ecclesiae Aduocatum; Non enim excusari ac defendi satis posse talem dissolutionem, quam boni etiam vix aliter interpretabuntur, quam quod studio quodam procurata sit, ut necessaria Clerj deformati reformatio praepediatur.

QVAESTIO TERTIA, QVARTA ET QVINTA [2].

Qua via annitendum, ut Concilio libertas sua relinquatur, ne pro singulis quodammodo minutijs Romam recurrere sit opus? [b]
Jtem ut non solum Legatis, verum etiam Regum Oratorib: integrum sit, ea quae necessaria sunt in Concilio proponere.

a) intempestiua *Seld. Schelh.; v. supra p. 56—59.* b) opus sit *S. Sch.*

[1] In indiculo Seldii art. V. [2] Ib. art. III, IV, IX.

Jtem, An permittendum, ut Legati pergant, quae ipsis videbuntur, proponere?[a]

Has enim quaestiones idcirco coniungendas duximus, quod eiusdem sint argumenti, et ex eadem ueluti radice nascantur: Pendent enim omnes ex hac vna quaestione principali,

Quae et quanta sit facultas et authoritas Legatorum Sedis Apostolicae, ac rursus aliorum Oratorum, qui ad Concilium a Regib: magnisque Principibus destinantur?

Vnde respondeo, talem et tantam Legatorum potestatem et authoritatem esse, qualem et quantam illam esse vult, qui illos mittit Pontifex Max: Js ex veteri more in alijs Concilijs obseruato, et hactenus perpetua traditione confirmato, nullo contradicente hac vsus est potestate, ut ius proponendi, quae in Concilio tractanda sunt, et ea ipsa tractata ad se referendi, suis Legatis daret[1]. Verum de Jure proponendj quod apud Legatos residet ac manere debet, dubitandj locus non est, cum res in hoc ipso Concilio luculenter definita sit, nimirum ut sententiae Patrum dicantur de ijs, quae Legati proposuerint[2]. Quod si rationem hanc Principes mutari uelint, noui sane et graues motus praeter alios priores absque fructu et cum praeiudicio Synodi excitabuntur. Et certe ut in alijs, sic etiam in Concilio decentem obseruari ordinem necesse est, qui tum ualde perturbaretur, si penes Episcopos omnes in Concilio praesentes, multoque magis, si apud Principum Oratores tantum authoritatis esset, ut quae ipsi omnes uellent, in Concilio proponerentur atque tractarentur. Praeclare dixit in Ephesino Concilio Theodosius Jmperator, Jllicitum esse eum qui non est in ordine Sanctissimorum Episcoporum, Ecclesiasticis se immiscere tractatibus[3]. Neque aliter sensit Basilius Jmp:, qui in 8ª Synodo publice dixit: Nobis nullo modo licet de Ecclesiasticis causis sermonem mouere, neque resistere integritati Ecclesiasticae et vniuersali Synodo[4]. Quod si Principum etiam maximorum hoc munus

a) IX An in reliquis [articulis] permittendum adhuc, vt Legatj eos proponant ordine quo ipsis videbitur *S. Sch.*

---

[1] Vide *Hefele,* Conciliengeschichte I[2] 29—44. [2] Vide supra p. 60.

[3] „*Ἀθέμιτον γὰρ, τὸν μὴ τοῦ καταλόγου τῶν ἁγιωτάτων ἐπισκόπων τυγχάνοντα τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς σκέμμασιν ἐπιμίγνυσθαι*“: *Theodosius II.* imperator in litteris a. 431 ad oecumenicam synodum ephesinam datis (*Harduinus* l. c. I 1345. *Io. Dom. Mansi,* Sacrorum Conciliorum nova Collectio IV, Florentiae 1760, 1120). Canisius haec Theodosii verba etiam protulit 29. Augusti 1563 Augustae in ecclesia cathedrali, cum de ecclesiasticis magistratibus diceret (Cod. „Can. X. Y“ f. 40b 45b).

[4] „*Λαϊκῷ δὲ οἱῳδήποτε κατ᾽ οὐδένα τρόπον ἐξεῖναι λέγω περὶ ἐκκλησιαστικῶν ὑποθέσεων λόγον ἀνακινεῖν, ἢ ἀνθίστασθαι ὁλοκλήρῳ ἐκκλησίᾳ, ἢ οἰκουμενικῇ συνόδῳ*“: *Basilius Macedo* imperator in oratione, quae ipsius iussu et nomine recitata est in oecumenici concilii VIII. sessione X. simulque ultima, 28. Februarii 870 Constantinopoli habita (*Mansi* l. c. XVI 408. *J. Hergenröther,* Photius II, Regensburg 1867, 119—125). Canisius latina huius sermonis versione, ab Anastasio bibliothecario facta, usus est (*Harduinus* l. c. V 920—921). Idem Basilii verba etiam in ser-

non est, Episcoporum, nedum Legatorum partes sibi sumere, multo minus ad Oratores eorundem pertinebit, aduersus constantem morem et exemplum omne superiorum Synodorum in eo uersarj, ut ordinariam facultatem in proponendo aut petant aut exerceant. Verum ut propius ad quaestiones praesentes descendamus, quo maior est Legatorum potestas, et est ea certe, fuitque semper maxima, eo diligentius interposita Caes: Maiestatis authoritate videtur elaborandum, ut proponant ea Legati, quae ad salutem Germaniae procurandam magnum adferre momentum possunt. Hoc si a Legatis obtineri non queat, ad summum Pontificem referenda res est, ut iubeantur ea ipsa proponi. Adde quod incommoda et grauamina coniunctim possent explicari nomine Caes: Maiestatis, quae inde proueniant, quod minimi momenti res Romanum responsum expectant, et moram toti Synodo ingratam ac dispendiosam adferunt. Jllud interim constat, in antiquis etiam Concilijs receptum et vsitatum fuisse, ut Legati ad Pontificem causas, quaestiones, difficultates in Concilio emergentes referrent, eiusque sententiam requirerent, ut a quo solo Concilia Oecumenica indici, congregari, gubernari et confirmari possunt ac debent. Qua de re Canones extant non solum peruetusti, sed etiam Ecclesiastica consuetudine confirmati, neque minus illustrium patrum et synodorum exemplis plurimis commendati[1]. Aperta sunt uerba Cirilli Sanctiss: et doctiss: viri, quib: docet Romanis Pontificib: in b. Petro datum esse locum CHRISTI Domini in eius Ecclesia, in omni Capitulo, in omni electione et confirmatione, quodque eidem omnes obediant, caput inclinent, et primati Mundi tanquam CHRisto Domino obediant. Jta Cirillus in lib: thesaurorum[2].

---

mone, quem supra, adnot. praecedenti, dixi, ex cathedralis ecclesiae augustanae suggestu *protulit (Cod. „Can. X. Y“ f. 41[a] 45[b]).

[1] *Lud. Thomassinus,* Dissertationum in Concilia generalia et particularia Tomus singularis, Dissert. III, n. 11—27; Dissert. VI, n. 6—18 (Lucae 1728, 39—46 89 ad 99). *Io. Cabassutius,* Notitia Ecclesiastica, saec. XVI, c. 28 (ed. III. Lugduni 1690, 630—631). *D. Bouix,* Tractatus de Papa III, Parisiis 1870, 365—374 398 ad 406 414—426. *Canisius* etiam paucis ante mortem annis asseveravit, „inter Episcopos ipsos vnum praestare caeteris, cui suprema debeatur autoritas, et sine quo Concilium Oecumenicum nec indici, nec confirmari possit“: Notae in Evangelicas Lectiones, quae festis Sanctorum diebus recitantur, Friburgi Helvetiorum 1593, 38.

[2] „Ostenditur etiam, quod Petrus sit Christi Vicarius, et Romanus Pontifex Petri successor in eadem potestate ei a Christo collata. . . . Cyrillus in libro Thesaurorum dicit, quod ‚Apostoli in Evangeliis et epistolis affirmaverunt in omni doctrina Petrum esse loco Dei, et ejus Ecclesiam, eidem dantes locum in omni capitulo et synagoga, in omni electione et affirmatione‘. Et infra: Cui, scilicet Petro, omnes jure divino caput inclinant, et primates mundi tamquam ipsi Domino Jesu obediunt“: Ita Sanctus *Thomas Aquinas* in „Opusculo contra errores Graecorum ad Urbanum IV. Pontificem Maximum“ (1261—1264) scripto (Opera omnia XV, Parmae 1864, 256). Atque alteram hanc sententiam, quae incipit „Cui omnes jure divino“, idem *Thomas* iam aliquanto ante (1252—1257) protulerat tum in Commentario in libros Sententiarum, in l. 4, dist. 24, quaest. 3, art. 2, tum (1256—1257) in „Opusculo contra impugnantes Dei cultum et religionem“ c. 3; atque in hoc opusculo asseruerat, in

Verumtamen dubitari hoc loco potest, an Legati sine omnj causa uel non admiserint, uel ad Concilium ipsum non retulerint, quae ipsis Caes: Maiestatis nomine proposita forte fuerunt. Nimium enim imprudentes ac reprehensibiles illi viderj possent, si tanto Principi negarent gratiam, quae vilioribus etiam personis debetur, ut apertum scilicet in Concilio maneat ostium omnib: qui res de fide et religione aliasque magni momenti proponere cupiunt, easdem[a] [?] Synodj cognitioni permittunt. Nonnunquam ea forte proponuntur, quae ad Concilium illico relata, uti Oratores postulant, turbas magis excitarent, quam fructum ullum afferrent, ac praesentes etiam augerent dissensiones. Qua ratione in huiusmodi est locus deliberandj ob temporum difficultatem.

SEXTA QVAESTIO[1].

Quando aliquid ineptum seu inconueniens occurrit in Concilio, quemadmodum relatum est nuper[b], quod vnicus duntaxat Secretarius actis Concilij adhibeatur[2], quo remedio vtendum?

Respondeo, et hanc quaestionem ad libertatem Concilio[c] debitam pertinere, ac de his quidem et alijs id genus grauaminibus et incommodis idem esse iudicium, quod iam ante commonstrauimus: Nimirum ut primum illa Legatis Concilij cum quibusdam rationibus honestis additis explicentur. Qui si forte [non][d] obaudient, seque in

a) *Fortasse legendum* easque. b) in Concilio occurrit, quemadmodum nuper relatum est *S.* c) concilii *Steinherz.* d) *Hoc v. supplendum esse ex ipsis rebus elucet.*

---

libro 2. Thesaurorum ea verba comparere (Opera omnia VII, Parmae 1857, 901; XV [1864] 12). At certe neque haec enque ea verba, quae Thomas in libro contra errores Graecorum scripto illis praeposuit, vel in S. Cyrilli Alexandrini „Libro Thesaurorum de sancta et consubstantiali Trinitate“ (*Migne*, P. gr. LXXV 9—656) vel in alio quopiam ex Cyrilli libris, qui quidem adhuc exstant, cernuntur. Thomas autem, cum contra errores Graecorum scriberet, has sententias exscripisse videtur ex „Libello“ quodam sibi, ut in „prooemio“ dicit, ab Urbano IV. „exhibito“ et „auctoritates sanctorum Patrum“ ad catholicae „fidei assertionem utiles“ continente. Et sunt qui huius libelli auctorem — nomen ignoratur — haec verba confinxisse et Cyrillo supposuisse censeant (cf. *O. Bardenhewer* l. c. [v. supra p. 5] 323); ceterum, si non paulo ante Thomam, certe sub idem fere tempus etiam *Odo de Castro Radulfi*, ordinis cisterciensis, cardinalis et episcopus tusculanus (1244—1273), in sermone quodam de S. Petro habito alteram illam sententiam „Cui omnes jure divino“ etc. proposuit, sic praefatus: „Unde sanctissimus Cyrillus alexandrinae ecclesiae patriarcha, in libro II Thesaurorum, de passione Domini dixit: ‚Sed, ut membra, maneamus in capite nostro, apostolico throno Romanorum Pontificum‘“ etc. (*Mar. card. Rampolla*, De Authentico Romani Pontificis Magisterio, in „La Papauté et les Peuples“ III, Paris 1901, 48—49). Neque Canisio vitio verti potest, quod non novit, quae saeculo XVII. *Io. Launoius* (Epistolae l. 1, ep. 1 [Opera omnia, ed. nova, T. V, P. 1, Coloniae Allobrogum 1731, 1—13]) et saeculo XIX. *F. H. Reusch* (Die Fälschungen in dem Tractat des Thomas von Aquin gegen die Griechen, in „Abhandlungen der historischen Classe der königlich bayerischen Akademie der Wissenschaften“ XVIII, München 1889, 719—726) in hos S. Thomae locos disputaturi erant. [1] In indiculo Seldii art. XVI.

[2] Angelus Massarellus; de qua re vide supra p. 58.

causa suspectos facient, detrectantes[a] remedium morbis ostensis adhibere, tum summi Pontificis imploranda foret authoritas, uel vnius uel multorum simul Principum nomine. Juuabit et illud fortasse, si ad Principum postulationem deputentur quidam ex tota Synodo, quib: incumbat prouincia, notandi, admonendi libereque proponendi ea Legatis, quae Concilij Sacri et Oecumenici libertatem imminuere aut labefactare viderentur, Vt exempli gratia, Si non cuique Patrum liceret quam uellet sequi ac proferre sententiam: Si praeterea nonnulli male subornatj, suffragia sua uenderent, aut ea insidiose emendicata, aut vi quadam extorta producerent. Haec enim et id genus alia, quae non nisi turpiter fierent, et a Concilij libertate aliena essent, modis omnibus praescindenda et seuere prohibenda essent.

Demum quod ad Secretarium attinet, haud difficulter impetrabitur, ut quod vnus perficere non potest, duo aut tres adiuncti Synodo praestent, vrgente nimirum Caes: Maiestate, ut maior fides Concilij gestis accedat, quoniam vnus aegre tam multis satisfacere solet.

SEPTIMA QVAESTIO [1].

An et qua via Germani Episcopi permoueri debeant, ut ad Synodum ueniant?[b] Respondeo, quod etsi difficile sit inuitos ac renitentes huc permouere, multos tamen e Praelatis Germanicis minus grauatim Tridentum esse venturos, si Archiepiscopi Electores[2] ad Synodum proficiscerentur. Quod ut fiat, Caesarea Maiestas utiliter apud Pontificem Maximum ageret, ut Nuncius aliquis Apostolicus una cum Oratore Maiestatis eius Caes: cum serijs mandatis ad Episcopos et Archiepiscopos dictos destinaretur. Sic enim fecit foel: memor: Carolus inuictissimus Jmperator, tantumque profecit, et praeter Episcopos nonnullos tres Archiepiscopi Electores Synodum egregie cohonestarent[3]. Vbi tamen negligenda non essent media, si quae reperiri et adhiberi possent, pro securitate Ecclesijs Germanicis vindicanda, quandiu Praesules illarum abessent ob communem Germanicae nationis ac totius

a) detractantes *St.* b) debeant, vt veniant *S. Sch.*

---

[1] In indiculo Seldii art. XV.

[2] Ii tunc erant Daniel Brendel ab Homburg (moguntinus), Ioannes a Petra sive von der Leyen (treverensis), Fridericus a Weda (coloniensis).

[3] Iulius III. a. 1550 Sebastianum Pighinum, archiepiscopum sipontinum, ad Carolum V. caesarem legavit et per eum tum alios Germaniae principes, tum archiepiscopos et electores moguntinum, treverensem, coloniensem, qui tunc erant Sebastianus a Heusenstamm, Ioannes ab Isenburg, Adolphus a Schauenburg, ad concilium, quod Tridenti instaurare statuerat, evocavit. Quos etiam imperator anno 1551 per litteras iussit Tridentum venire; ac venerunt eiusdem anni mense Augusto moguntinus et treverensis, Octobri coloniensis (*Raynaldus* l. c. i. a. 1550, n. 12 13; 1551, n. 1 38. *Pallavicino* l. c. l. 11, c. 15, n. 5 6; l. 12, c. 9, n. 1. *G. Kupke*, Nuntiaturberichte aus Deutschland 1533—1559 XII, Berlin 1901, 3. *A. v. Druffel*, Beiträge zur Reichsgeschichte 1546—1551, München 1873, 426—427 532 555 622 624 etc.).

Ecclesiae utilitatem. Fortasse cum vicinis Principibus Catholicis inire possent foedera, ut huiusmodj Ecclesiarum immunitati rectius consuleretur [1]. Attamen si uenire non poterunt aut nolunt [a] Germani Antistites, quos tandiu Synodus expectat, illud curandum superest, ut legittimos illi mittant procuratores, quib: in Concilio sit suffragandj facultas: Nec dubium, quin huiusmodi praelatorum praesentia maiorem in modum ea promouere et impetrare posset, quae Caesarea Maiestas desyderat, quaeque ad sanandos Germaniae morbos in primis pertinent. Nam Synodi medium et remedium, ut prudentes iudicant, est vnicum fere, quo miserandus Jmperij status erigi ac restituj potest.

QVAESTIO OCTAVA [2].

An [b] Caesar: Maiestas ad Concilium se conferre debeat?

Respondeo difficilem hanc quaestionem videri, ob circumstantias, quae hoc loco se consyderandas offerunt, non solum ex parte Caes: Maiestatis, sed etiam summi Pontificis et praesentis Concilij. Nam si in genere loquamur, haud dubie boni et publicae vtilitatis amantes omnes non poterunt non probare Caesareae Maiestatis animum et zelum Christianissimum, cum viderint, audierint et legerint alterum ueluti Constantinum [3] et fidum Ecclesiae Aduocatum sedulumque protectorem cum illis coram uersarj Patribus, qui totum Christianum Orbem repraesentant. Quis inde non speraret lucem, serenitatem, consolationem et vtilitatem Ecclesiae singularem propitio CHRisto consecuturam esse? Ex altera uero parte, si praesentem rerum statum exactius intueamur, non leuia esse argumenta videntur, quae suadeant, ad Concilium Trident: Caesareae Maiestati non esse facile proficiscendum. Si enim aget cum Legatis, facile fiet, ut illi nihil concludant, nisi Pontificem prius consuluerint, praesertim si quid grauius proponetur. Si uero Caesarea Maiestas cum Patribus aget seorsim, aut praeter uoluntatem Legatorum, statim suborietur suspicio latere insidias, suspecta inirj consilia, quae magis ad diuisionem quam vnitatem spectent, ut hinc etiam Pontifex possit offendi. Praeterea periculum illud metuendum est, ne multi suspicentur ac dicant hoc agi, ut praesente Jmperiali authoritate Patrum animi permoueantur ad aliqua nescio quae concedenda, uelut hac etiam arte libertas Concilij obscuretur, et astute quaedam extorqueantur. Ad haec grauior esset repulsa et indigna fortassis Jmperatore, si negarent Legati uel Patres, quae Caesar ab

a) *Sic arch.; sed vel* possunt aut nolunt *vel* poterunt aut nolent *legendum esse videtur.* b) An ipsamet *S. Sch.*

---

[1] Episcopi germani timebant, ne, dum ipsi concilio interessent, in terris suis sedicio fieret vel protestantes eas invaderent: cf. *Can.* III 234 [2] 383 [1].

[2] In indiculo Seldii art. XIV.

[3] Constantinus Magnus anno 325 Nicaeae primo concilio oecumenico ipse interfuit (*Eusebius,* De vita Constantini l. 3, c. 10—21 [*Migne,* P. gr. XX 1063—1084]).

illis postularet. Jtem non deessent fortasse, quj cogitarent ac timerent, hoc in animo esse Caesari, ut quam authoritatem antiqui Caesares nonnulli de facto, non de Jure arrogarunt sibi, eam Caesar Ferdinandus etiam sibi sumeret aduersus Pontificem et Rom: Ecclesiam. Vnde ansa dissolutionum praeberj maior posset ijs, qui Concilium uellent abruptum iri: quod si fieret, in Caesarem quoque causam illi referrent. Accedit, quod complures, qui nunc Pontificis partibus fauere videntur, aut alioquin factiones amant, a Caesare segregarent sese, maioreque cura studerent suam partem constabilire, nouisque et seditiosis instruere consilijs, uti sane timendum videtur. Praeter haec omnia fieri facile posset, ut Caesarea Maiestas durius aut dicere aut agere quaedam cogeretur, si fortassis ex animi sententia non succederent conatus, quantumuis pie et sancte instituti: Vnde grauiora deinde incommoda et certamina consequi posse viderentur.

Verum ut paucis dicam quod sentio, summa quidem cum laude, nec minore vtilitate Caesarea Maiestas in hoc posset incumbere, ut primo quoque tempore locus constitueretur, quo Maiestas eius Caesarea summum Pontificem alloqueretur, siue id Bononiae, siue id Mantuae, uel alio vicino in oppido fiet[1]. In quo quidem conuentu multo foelicius quam in Synodo transigi posse viderentur, quae ad ipsam Synodum et vniuersum Reformationis negocium spectant. Tum demum locus et tempus essent de his etiam, quae ad Pontificem eiusque Curiam reformandam desyderantur, proponere et urgere: Neque ulla quidem excogitari fere potest ratio commodior et efficacior, ut quae nunc vulnera sentimus, curentur, et quae maiora etiam metuimus pericula, depellantur ac effugiantur tum a Synodo, tum a toto Christianismo. Qua in re nihil fecerit praeclarius potentissimus Jmperator, quam ut propter commodum Orbis Christianj publicum, et ad restituendam Ecclesiae pacem, nullis parcat laboribus, nullaque defugiat pericula, modo seipsum propter Christum et eius Ecclesiam deuoueat, suaque impendat omnia, Deo Opt: Max: auxiliante.

QVAESTIO NONA[2].

Quid agendum super negocio Residentiae Episcopalis?

Respondeo, hic duo esse praecipue consyderanda: Alterum quidem, ut caueantur pugnae verborum[3], quae diuisionem potius quam vnitatem et aedificationem Ecclesiae[4] adferunt. Vnde nunc etiam post longas et odiosas disputationes hac de re habitas in Concilio id effectum tandem videmus, ut longe maxima suffragiorum pars in eam

---

[1] *Prosper ab Arcu,* Ferdinandi I. apud Pium IV. orator, Roma 30. Decembris 1562 Ferdinando: „S. Santita“ m' ha detto, „che, se sara sana, venira a primavera a Bologna“ (*Sickel,* Trient 415. Cf. *Raynaldum* l. c. in a. 1563, n. 30 31. *Pallavicino* l. c. l. 19, c. 12, n. 3).

[2] In indiculo Seldii art. XVII. [3] 1 Tim. 6, 4. [4] 1 Cor 14, 5 12.

concesserit sententiam, definiendum non esse, quod huiusmodi Residentia Juris diuini sit, etsi necessariam esse omnes fateantur[1]. Alterum uero, ut non solum Ecclesiasticj, sed etiam saeculares Principes dent operam, ne quis Praelatorum posthac a sua absit uel abstrahatur Ecclesia citra iustas grauesque causas, quas etiam illi suis comprobare Superiorib: debeant.

QVAESTIO DECIMA[2].

An adhuc elaborandum, ut patres in duas classes distribuantur, quarum vna de dogmatibus, altera de Reformatione tractet?

Respondeo, aliter hoc loco Theologos, qui ius in Concilio suffragandi non habent, aliter Episcopos, qui tale ius habent, consyderandos esse. Ac de Theologis quidem visum fuit nonnullis, quod ex vsu et authoritate Concilij non[a] [?] futurum esset, si in classes illi distribuerentur. Verum de Episcopis constat, ex quorum suffragijs Synodi consensus constat, quod eorum suffragia legitima dici non possint, nisi omnes Episcopi in rerum omnium tractatione intersint. Vnde fit, ut classes duae constitui ac separari nequeant, nimirum ut vna pars Episcoporum de dogmatis, altera uero de Reformatione agat. Sic enim fieret, ut utraque pars ad suffragia ferenda esset imbecillior, utque minorem authoritatem obtinerent quae decernuntur. Nec enim sat esse potest ad dicendam recte sententiam, quod pars vna referat ad alteram, cum sententiam ex actionibus et tractationibus omnibus tum concipi, tum efformari oporteat. Proinde si constare Concilio authoritas debet, ut certe debet, non est haec in classes duas separatio facienda, sed urgendum potius acerrime, ut Episcopi omnes de fide et morum reformatione tractationibus curent omnibus interesse.

QVAESTIO VNDECIMA[3].

Vtrum adhuc expediat, adeo subtiliter de dogmatibus disputari: An uero praestet Reformationis negocium eisdem[b] anteponi?

Respondeo quod ad dogmatum disputationem attinet, subtilitatem, si qua est inter Theologos, Germanis quidem grauem et molestam non posse videri, ut qui ne audire quidem illam sustinent, quamuis a Synodo rogati et hactenus expectati sint. Selecti haud dubie et ualde laudati adsunt illic Theologi, quos docte apud doctissimos et aliquando subtiliter apud acutissimos agere nihil prohibet sane, imo in rem praesentem haud raro est necessarium. Verum si quid in illis dispu-

a) *Sic; sed si totum Canisii sermonem spectaveris, hoc* non *deleveris potius quam retinueris.*
b) *Ita correxi ex S.;* eidem *ap.*

[1] De hac re vide supra p. 58 63. [2] In indiculo Seldii art. XIII.
[3] Ib. art. XII.

tationibus, ut fit, adhuc desyderatur, disputantes admoneantur a Legatis, ut officio faciant satis: Et si quid opus videbitur, diligentius etiam admoneri poterunt, ut quae sunt hac aetate magis necessaria et solida, breuiter ac perspicue tractent. Caeterum quod ad Reformationis negocium attinet, non est hoc tractationi dogmatum postponendum, sed (uti modo fieri solet) simul cum excussione doctrinae promouendum, ut errores eliminentur et abusus corrigantur, quae duae sunt pestes in Ecclesia maximae pestilentissimaeque.

QVAESTIO DVODECIMA [1].

An acriter adhuc vrgendum sit negocium Reformationis, et in quibus articulis? [a]

Respondeo nequaquam esse cessandum, sed modis urgendum omnibus, ut Reformationis Jnstitutum procedat. Hoc enim patres ipsos proxime tangit, et ad conseruandos Catholicos passim ab Ecclesia deficientes plurimum adfert momenti, et quasi praecipuum robur est Reformatio, quo Sectariorum artes, fraudes et vires superare posse videmur. Arduum quidem hoc opus et odiosum his, qui morbos inueteratos adferunt; Sed tanto magis impellendi sunt improbi et impuri Sacerdotes cuiuscunque ordinis, ut priusquam ab Aduersarijs omnino deformentur, seipsos iudicent [2] ac reformentur. Sic demum Ecclesia non solum impijs erroribus, sed etiam improbis Cleri moribus liberata respirabit, suoque pristino vigori restituetur. Cum autem quaeritur:

Jn quib: articulis haec Reformatio constituenda sit?

Respondeo, plurimos articulos huc pertinere, quos sigillatim [*sic*] prosequi longum foret. Synodus autem Tridentina ex illis articulis plurimos tractauit, ac in superioribus Sessionibus praeclare promulgauit: Reliqui porro qui desyderantur, sic adiungi posse viderentur, si viris peritis et sapientibus haec daretur prouincia, ut eosdem diligenter annotatos atque in ordinem redactos ad Caes: Maiestatem referrent, illos uero potissimum, qui ad Germaniam iuuandam conferre plurimum censerentur. Vbi fortasse locus etiam esset commodus, nonnulla de secularium Principum et Ordinum abusibus adijciendi: Per illos enim fieri cernimus, ut Ecclesiastici hodie magis laborent, et minus reformarj queant.

QVAESTIO DECIMA TERTIA [3].

An omittendi illi articuli qui personam summi Pontificis ac Romanam Curiam respiciunt. Et casu quo omnino viderentur urgendj, An et quomodo tum [b] praecauendum, ne ita offen-

a) An adhuc acriter sit vrgendum reformationis negocium, et in quib. potissimum Articulis *S. Sch.*
b) tunc *S. Sch.*

[1] In indiculo Seldii art. VI. [2] Cf. 1 Cor 11, 31. [3] In ind. S. art. VII.

dantur animi Sanctitatis suae et Curiae Romanae, ut inde arripiant occasionem Concilij abrumpendi[a]. Hoc autem loco diligenter excutiantur articuli reformationis per Sac: Caes: Maiestatem[b] propositi vna cum Apostillis desuper confectis, maxime quo ad restringendum numerum Cardinalium et coarctandam licentiam dispensationum.

Respondeo quod ad primum attinet (multa enim et uaria hoc loco petuntur) non omittendos quidem, sed tamen apud Patres Concilij non urgendos esse articulos, qui personam summi Pontificis et Romanam Curiam tangunt, Jdque primum propterea, ne Caes: Maiestas quae summo Pastorj atque Pontificj uelut ouis diuino iure subijcitur[1], videri possit leges illi per Concilium dare et praescribere uelle. Secundo, sj ita fieret, occasio daretur confirmandi opinionem, quam auide nunc quidam arripiunt, ut statuant maiorem Concilij quam Pontificis authoritatem[2], cuius opinionis homines tunc minus Pontificj parerent, et ab eius authoritate magis magisque subducerent sese. Tertio nonnulli (uti uerendum est) per hanc occasionem a Praesenti Pontificis gubernatione ad Concilij sententiam appellarent, ac fortasse aduersus Rom: Ecclesiam, cum ipsis liberet, facilius excipere possent. Quarto eiusmodi tractatio, quae hoc quidem tempore turbulento et seditioso multis modis periculosa est, Summi Pontificis authoritatem nimium alioquin oppugnatam et passim contemptam, in maiorem inuidiam adduceret. Postremo extant antiqui et probati Canones, extant complures etiam Synodi sub Pontificibus, a quib: similis et longe maior reformatio exigi poterat, celebratae: Verum in quibus nihil tale propositum aut factum legimus; Sed illud legimus iam olim constitutum esse quod Canon testatur: Aliorum hominum causas inquit, Deus uoluit per homines terminari, sed sedis istius (Romanae scilicet) praesulem suo sine quaestione reseruauit arbitrio[c][3]. Qua de re Canones plures videre

a) abrumpendj Concilij *S.* b) per S. Maiestatem *S.* c) *Verba* Aliorum — causas, Deus *ad* istius, praesulem — arbitrio *in archetypo maioribus litteris scripta sunt.*

---

[1] Cf. Io 21, 15—17. [2] Cf. supra p. 50[2] 65 69—72.

[3] „Aliorum forte hominum causas deus voluerit per homines terminare: sedis istius praesulem [*al.:* praesulum] suo sine quaestione reseruauit arbitrio": *S. Magnus Felix Ennodius*, episcopus ticinensis (Pavia), in „Libello adversus eos qui contra synodum" palmarem Romae sub S. Symmacho papa a. 501 habitam „scribere praesumpserunt", n. 93 (Opera omnia, rec. *Guil. Hartel,* in „Corpore Scriptorum Ecclesiasticorum" VI, Vindobonae 1882, 316; Opera, ed. *Frid. Vogel*, in „Monumentis Germaniae historicis", Auct. antiquiss. VII, Berolini 1885, 61. *Mansi* l. c. VIII 284; *Migne*, P. lat. LXIII 200); quem libellum Romae (a. 502) in synodo V. sub Symmacho habita publice recitatum, a patribus, Symmacho assentiente, approbatum et in publicas tabulas inter synodorum IV. et V. acta inseri iussum esse affirmat *Pseudoisidorus* (Decretales Pseudo-Isidorianae, ed. *Paul. Hinschius*, Lipsiae 1863, CV 675; *Vogel* l. c. xi). Atque haec, quae modo posui, Ennodii verba cum sententiis proxime ab eodem subiunctis postea ut canon Symmachi papae in Decretum *Gratiani* recepta hac fere forma: „Aliorum hominum causas Deus voluit homines

licet dist: 9. Quaest: IIJ. cap: aliorum . cap. Jpsi et cap. Cuncta[1]. Neque solum ita constitutum sed etiam obseruatum antiquitus esse docet magnus ille Constantinus, qui ad Synodum Nicaenam ueniens, cum Episcoporum vulnera conspexisset, tegere maluit illa quam iudicare[2]. Et in Romana Synodo, quae sub Symmacho celebrata fuit, clara uoce Patres pronunciarunt[a], Papae causam totam Dei iudicio reseruamus[3]. Et viuo adhuc Syluestro Papa cum Synodus coacta esset Romae ante annos mille ducentos, haec uox Patrum omnium audita est[b], Nemo diiudicet primam sedem. Jtem, neque ab Augusto, neque ab omni Clero, neque a Regibus, neque a populo iudex iudicabitur. Quae uerba repetita legimus ab Jnnocentio et in Canonem traducta .IX. Quaest: IIJ.

a) *Sex vv. sqq. in archetypo maioribus litteris scripta sunt.* b) *Quattuor vv. sqq. in arch. maioribus litteris scripta sunt.*

---

terminare; sed sedis istius presulis suo sine quaestione reseruauit arbitrio", in Corpore Iuris Canonici (c. 14, C. IX, q. 3) comparent. Ita quidem „Decretum Gratiani emendatum . . . vna cum glossis, *Gregorii XIII.* Pont. Max. iussu editum", Lugduni 1584, col. 877. *Aemilius Friedberg* autem lectionibus „homines" et „presulis" lectiones „per homines" et „presulem", quas Canisius quoque habet, praefert; ex eodem intellegitur, lectionem „terminari", quam Canisius habet, in antiquis aliquot codicibus exstare (Corpus Iuris Canonici I, Lipsiae 1879, xcv 610).

[1] Sequitur in eodem *Gratiani* Decreto (interiecto c. XV „Facta subditorum"): „*Item Gelasius Papa ad Faustum legatum.* De eodem [i. e. quod „Prima sedes nullius iudicio subiaceat"] C. XVI. Ipsi sunt canones, qui appellationes totius ecclesiae ad huius sedis examen voluere deferri. Ab ipsa vero nusquam prorsus appellari debere sanxerunt; ac per hoc illam de tota ecclesia iudicare; ipsam ad nullius commeare iudicium: nec de eius vmquam praeceperunt iudicio iudicari, sententiamque illius constituerunt non oportere dissolui, cuius potius decreta sequenda mandarunt. *Idem omnibus episcopis.* De eodem. C. XVII: Cuncta per mundum nouit ecclesia, quod sacrosancta Romana ecclesia fas de omnibus habeat iudicandi: neque cuiquam de eius liceat iudicare iudicio. Siquidem ad illam de qualibet mundi parte appellandum est; ab illa autem nemo est appellare permissus. Sed nec illa praeterimus, quod Apostolica sedes sine vlla synodo praecedente, et soluendi, quos synodus inique damnauerat, et damnandi, nulla existente synodo, quos oportuit, habuit facultatem: et hoc nimirum pro suo principatu, quem beatus Petrus Apostolus Domini voce et tenuit semper, et tenebit": Decretum *Gratiani, Gregorii XIII.* iussu editum (v. supra p. 86[3]) col. 878 (apud *Friedberg* cum lectionibus aliquot variantibus I 611). Ac caput quidem XVI. (in quo canones IV. et V. concilii sardicensis, sub a. 344 habiti, memorantur) fere ad verbum exscriptum est ex *S. Gelasii I.* papae epistula a. 493 ad Faustum magistrum, legationis officio Constantinopoli fungentem, data (*Andr. Thiel,* Epistolae Romanorum Pontificum genuinae I, Brunsbergae 1868, 344. *Migne*, P. lat. LIX 28); caput autem XVII. ex litterarum ab eodem *S. Gelasio I.* 1. Februarii 495 ad universos Dardaniae episcopos datarum variis partibus excerptum est ita, ut aliqua verba vel omitterentur vel mutarentur vel aliter disponerentur, salvis tamen ipsis rebus (*Thiel* l. c. I 395 399 400 415 417. *O. Guenther,* Epistulae Imperatorum Pontificum I, Vindobonae 1895 [Corpus Scriptt. Eccles. Latt. XXXV], 372 378 379. *Migne* l. c. LIX 63 66—67).

[2] Vide supra p. 69[2 3]. Canisius hoc et similia Constantini facta etiam in * sermone Augustae in ecclesia cathedrali habito, de quo supra p. 78[3], protulit.

[3] Ita pronuntiarunt in synodo „palmari" sive quarta a. 501 Romae habita (*Mansi* l. c. VIII, 251. *H. Grisar* S. J., Geschichte Roms und der Päpste im Mittelalter I, Freiburg i. Br. 1901, 473—474).

Can. Nemo[1]. Volens praetereo quod Canonistae docent, Pontificem summum ne sponte quidem Concilij aut alterius Jurisdictionj se submittere posse, ut ab illis iudicetur, quoniam causam Superiorj reseruatam nemo posset alterj committere[2]. Verum de hoc Apostolicae Sedis priuilegio nunc plura dicendi locus non est.

Verumtamen quoniam plurimum refert, reformationem, si ulla quidem futura est, ab ipso Capite et Ecclesia primaria inchoarj, operaeprecium erit, quam fierj potest diligentissime, illud procurarj, ut Pastor pastorum[3] serio animum applicet ad hoc sanctum et necessarium Reformationis Jnstitutum, utque Rom: Ecclesiam his liberet abusibus, qui totum Orbem offendunt, et publicum hodie scandalum praebent, causamque Sectariorum apud vulgus confirmant maxime. Quocirca Caes:

---

[1] „Nemo enim dijudicet primam sedem . . ., neque ab Augusto, neque ab omni clero, neque regibus, neque a populo judex judicabitur": Ita caput XX. „Constitutionis *Silvestri* Papae", sive constitutionis (constituti), quam 30. Maii 324 in synodo (II.), Romae in „thermis Traianis" habita, a S. Silvestro I. papa „fixam" et a 284 episcopis atque a Constantino Magno Helenaque eius matre etc. subscriptam ferebant (*Harduinus* l. c. I 293. *Mansi* l. c. II 631), quamque etiam Crabbe in suo corpore conciliorum posuit (cf. supra p. 70[3]). Atque eadem fere verba in *Gratiani* Decretum (c. 13, C. IX, q. 3) recepta sunt, ita tamen, ut S. Innocentii (I.) papae (401?—417) esse dicerentur. At iam inter omnes convenit, et synodum et eius constitutum spuria esse (*Hefele* l. c. I[2] 438—441. *Phil. Jaffé,* Regesta Romanorum Pontificum I [ed. 2[a], Lipsiae 1885], 29); quae Romae tempore S. Symmachi (498—514) conficta esse videntur (*Grisar* l. c. I 721—722).

[2] Dubitari non potest, quin Canisius iurisdictionem et iudicium significet plenum sive illud, quod sit non solum discretivum, ut vocant, discutiendo causam et discernendo ac iudicando, quid agendum sit, sed etiam coactivum, cogendo eum, qui causa cecidit, ad obtemperandum sententiae contra se latae. Iudicio enim „discretionis" pontificem se subicere posse, vel ex ipso *Gratiani* Decreto, cap. Mandastis et cap. Auditum est (c. 10 et c. 18, C. II. q. 5) patebat. Plena vero illa subiectione pontificem ei, qui divino iure esset inferior ipso, sponte se subicere posse, ex antiquis illis canonum peritis, quorum libri Canisii tempore iam excusi erant, negasse videntur Guido de Baysio („Archidiaconus", † 1313), Ioannes Andreae († 1348), Aegidius Bellamera († sub 1406), Antonius de Butrio († 1408—1409), Ioannes de Imola († 1436), Ioannes de Turrecremata O. Pr. († 1468), Felinus Maria Sandeus († 1503), Hieronymus Albanus (1504—1591). Ita quidem praeclarus ille *Prosper Fagnanus,* Ius canonicum sive Commentaria in secundam partem primi libri Decretalium, De elect. c. Significasti, n. 71 80 (in editione Coloniae Agrippinae a. 1676 facta p. 18 19). Atque etiam *Nicolaus Tudeschius* O. S. B. (vulgo „Abbas", „Panormitanus") ille, qui in concilio basileensi pro oraculo quodam habebatur († 1445), in cap. „Ecclesia Sanctae Mariae" de constit. I. 2. 10 (n. 7) et in c. „Suspicionis" de officio iud. del. I. 29. 39 planis verbis negavit, pontificem posse „se submittere iudicio imperatoris" (Prima pars *Abb. Panor.* super primo decre., Lugduni 1521, f. 30[b]. Secunda pars *Abba.* super primo, Lugd. 1521, f. 100[b]). Cf. etiam *Lainii* votum (cardinalibus legatis, ut videtur, traditum) „An pontifex reformandus sit per concilium?" apud *Grisar,* Lainez II 45* 83, et *Rob. Bellarmini* S. J. Disputationes de Controversiis christianae fidei, tom. I, pars 2, l. 2, c. 18 19 (Ingolstadii 1596, col. 1391—1398) et *August. Barbosa,* Collectanea Doctorum in Ius Pontificium, tom. V., in P. II. Decreti, C. XXIV, q. 1, c. 6, Lugduni 1656, p. 335.

[3] „Pastorum tu unus omnium pastor": *S. Bernardus,* De Consideratione ad Eugenium III l. 2, c. 8, n. 15 (*Mabillon* l. c. I 428. *Migne,* P. lat. CLXXXII 751).

Maiestas de Ecclesia Dej optime merebitur, si super hoc negocio coram agat cum amicissimo sibj Pontifice, quod utinam breuj contingere posset: Juuaret enim plurimum non solum ad reformandos abusus Ecclesiasticorum, uerumetiam ad sedandos praesentes motus, ad imminentia pericula depellenda atque ad meliorem Ecclesiae formam restituendam orbi. Si uero Caes: Maiestas negocijs alijs impedita, cum ipso Pontifice colloqui et breuj conuenire non possit, proximum fuerit, sapientes Deumque timentes viros ad Pontificem destinare, qui hoc tanti momenti negocium apud Pontificem expediendum suscipiant, ob communem scilicet Ecclesiae cum vtilitatem tum necessitatem, praesertim in his regionib: in quibus mox abolendam et funditus euertendam religionem nobis interminarj videntur omnia, nisj ruenti Ecclesiae mature succurratur. Jnter alia uero quae Pontifici proponentur, nominatim fiat mentio de tollendis abusibus, qui circa Pontificis electionem in conclauj (ut uocant) Romae accidere solent, nimirum ut seuerissima constitutione seu Bulla prohibeantur illorum delicta, qui electionis huius tempore se inhonestius gerunt, ac saepe alijs offendiculum praebent.

Superest, ut de numero Cardinalium respondeamus, An ille sit restringendus? Verum haec restringendi cura non tam ad Concilium pertinet, quam ad Sedem Apostolicam et Rom: Ecclesiam, cui olim plurimos fuisse Cardinales et Romani Pontificis Electores rerum antiquarum scriptores ostendunt [1]. Consultum ergo videretur, ut sicut de alijs plaerisque reb: ita de numero etiam Cardinalium cum Pontifice ipso tractaretur, cuius quidem authoritatem nec licet, nec decet sic astringere, ut non possit iam plures, iam pauciores deligere Cardinales, prout commoditates ferunt Ecclesiae, et personarum merita, temporaque ipsa postulare videntur. Jam si uelit Pontifex uel rogatu et impulsu aliorum, praesertim Caes: Maiestatis, uel sua sponte aliquid

---

[1] Erant, qui assererent, tempore Sancti Pontiani papae († sub. a. 235) exstitisse cardinales 236 (*Hier. Plati* S. J. de Cardinalis dignitate et officio tractatus, a Io. Andrea et Nic. Tria additionibus auctus [ed. VI, cura *Alex.* cardinalis *Spada*, Romae 1836, 39[aa]]). Certe diplomati electionis Bonifacii I., quam illius temporis more clerus romanus fecerat, 70 sacerdotes subscripserunt; et synodo a Bonifacio II. a. 531 Romae habitae praeter aliquot episcopos, e quibus duo Romanis vicinissimi erant, 39 vel 41 presbyteri romani et 4 „diaconi sedis apostolicae“ intererant; qui, etsi singulari quadam ratione „cardinales“ tunc non vocabantur, re tamen erant (*Grisar*, Geschichte Roms I 303 521—523). Cardinales 53 vixisse traditum est et a. 1118, cum Gelasius II., et a. 1124, cum Honorius II. eligeretur (*G. Philipps*, Kirchenrecht VI, Regensburg 1864, 221). Quamquam autem Clemente VI. mortuo († 1352) cautum est, ne cardinalium numerus vicesimum excederet, a. 1524 conclave Clementis VII. 39 cardinalium fuit (*Lud. Thomassinus*, Vetus et nova Ecclesiae disciplina circa beneficia et beneficiarios, pars 1, l. 2, c. 114, n. 13, Magontiaci 1787, 805—806). Cardinales apud papam LXX „seniorum“, qui Mosem adiuvabant, locum tenere, iam Ioannes VIII. et Sanctus Bernardus significaverant (*J. B. Sägmüller*, Die Thätigkeit und Stellung der Cardinäle bis Papst Bonifaz VIII., Freiburg i. Br. 1896, 8 183).

hac in re constituere, potest id quidem, et ad ius pertinebit humanum, in quod dispensatio cadit; quia solum ius diuinum perpetuam et indispensabilem obligationem adfert.

Quaeritur[a] praeterea de coarctanda licentia dispensationum. Respondeo, magnas, proh dolor, in dispensationibus corruptelas inualuisse, quibus ut bonj grauiter offenduntur, sic mali perniciose abutuntur. Vnde prudenter et pie fecerit Caes: Maiestas authoritatem suam et operam omnem interponendo, ne tam crebro, tam licenter et facile absque causis legitimis, et propter aliquorum quaestum dispensationes Romae concedantur, quibus deinde leges Ecclesiasticas indigne violari ac passim relaxari contingat, ut illae non solum in neglectum ueniant, sed etiam aperte contemnantur, grassante interim uulgi licentia, quae nullis legum vinculis satis coerceri potest. Verumtamen ob tales abusus tolli non potest Pontifici dispensandj facultas, quae non solum vtilis, sed etiam necessaria est in Ecclesia Dej; Adeo ne humana quidem Politia sine dispensationibus et moderationibus legum recte constaret. Vnde sapienter dixit Leo Pontifex, se in patrum sententias conuenire, nisi rigor disciplinae quandoque relaxetur ex dispensatione misericordiae[1]. Nihilque uerius, quam quod Augustinus docet lib: 1.

a) *Hoc v. et 5 sqq. in arch. maioribus litteris scripta sunt.*

[1] Satis certum mihi quidem est, Canisium haec excerpsisse ex „Decreti“ loco illo, quem hic subicio, eumque usum esse vel Decreti editione parisiensi, quam mox dicam, vel editione prorsus simili, in quam romana illa „Corporis Iuris Canonici“ correctio (1566—1582) redundare nondum potuerat. „Decretum Gratiani“ igitur, iuvante „*Antonio Demochare* Sorbonicae Academiae collega“ „Lutetiae Parisiorum“ anno 1561 editum *Gratianum* in Parte II., causa I, quaestione 7., post canonem 4. sic exhibet docentem: „Hinc etiam Leo quartus episcopis Britanniae. Requiritis de iis qui turpissimo lucro columbas in templo domini vendere non pertimescunt, et sua acta improba temeritate Simonis haeresi coniungunt: vtrum possint in ordine poenitentiam agere, an tantummodo extra ordinem et sacerdotalem fieri gradum. Quibus nos quidem conuictis, et iis qui tam detestabile nefas (quod iam multis est damnatum conciliis) peregisse noscuntur: nulla possumus poenitentia subuenire, et tot spiritualibus patribus obuiare: sed in illorum patrum me sententia conuenire omnibus certum sit: Nisi rigor disciplinae quandoque relaxetur ex dispensatione misericordiae. Multorum enim crimina sunt damnabilia, quae tamen ecclesia tolerat pro tempore, pro persona, intuitu pietatis vel necessitatis, siue vtilitatis, et pro euentu rei“ etc. (l. c. col. 628). Ac reapse quidem Sanctus *Leo IV.* papa ad episcopos Britanniae litteras misit (*Migne,* P. lat. CXV 667—669. *P. Ewald,* Die Papstbriefe der Brittischen Sammlung, in „Neues Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde V, Hannover 1879, 384), easque, ut videntur, Roma a. 849 datas (*Jaffé-Ewald,* Regesta II 330), in quibus exstant verba illa „Requiritis de his“ etc. usque ad „sententia conuenire omnibus certum sit (*Friedberg* l. c. coll. 430). Deinde autem Leo pergit: „Ita tamen ut omnia in conciliis sint episcoporum“ etc., neque verba illa, quae apud Gratianum sequuntur: „Nisi rigor disciplinae“ etc., ulla ratione adiungit; quae etiam Sancto *Ivoni Carnutensi* ignota fuisse videntur; is enim, cum Leonem IV. „De Simoniacis cunctis ab ordine et dignitate removendis“ „episcopis Britanniae“ scribentem inducit, tantum verba „Requiritis“ usque ad „certum sit“ ponit (Decretum P. V., c. 115. *Migne* l. c. CLXI 363). Atque idcirco in posterioribus Gratiani editionibus, ut in „Decreto *Gratiani* emendato et Gregorii XIII.

de libero arbitrio, quod lex temporalis quamuis iusta sit, mutari tamen eam ex causis per tempora iuste posse[a] [1].

Ex quo intelligi rectius potest, quid ad sequentem quaestionem sit respondendum, cum ita petitur, Quid in his articulis[b], qui iam ab antiquis canonibus suam certam habent determinationem? [2] Nam ubi nulla causa subest, cur ab antiquis Canonib: discedatur, et quatenus nihil in illis mutauit aut relaxauit Ecclesia, nimirum obtinent illi solidam authoritatem, sicut et alia quae Juris communis dispositioni sunt consentanea. Qui Canones recepti et probati hactenus, quo maiorem adferunt usum et fructum praesenti Ecclesiae, eo sane diligentius ad obseruationem reuocandi, ac noua etiam Synodi authoritate confirmandi essent; Vbi laudandi sunt cumprimis Principes, qui uel apud Pontificem, uel apud Synodum praesentem instant, ut huiusmodi Canones, quorum nunc salutaris esset obseruatio, nouo quodam studio siue sacerdotibus siue laicis commendentur. Sunt autem et Canones antiquj quidem, sed legittime abrogati, ad quos haec aetas reuocanda non est, nisj grauissimis causis urgentib: de quib: ad Synodum esset Judicium referendum . haec plurib: persequj modo tempus non permittit.

Postremo ad appendicem ueniemus, quae praesentj quaestioni huiusmodi uerbis adiecta est[3]: Hoc loco diligenter excutiantur Articulj Reformationis per Sacram Caes. Maiestatem propositi vna cum Apostillis desuper confectis. Quare ut huic etiam admonitioni satisfaciamus, excutiendi sunt breuiter dictae Reformationis articulj et conferendae cum his aliorum quoque sententiae, quj hos ipsos articulos scriptis quibusdam iudicarunt, ut ostendamus quid in illis potissimum aut petendum, aut non petendum existimemus. Atque ut ab Exemptionib: saecularium incipiamus, recte et utiliter peti potest, ut e medio prorsus illae tollantur, quae iustam causam non habent adiunctam, quinetiam in detrimentum Ecclesiasticae Politiae tendunt. Quib: etiam vitae licentia et morum deprauatio augetur atque conseruatur, ut exempti impune peccent[4]. Neque aliter iudicamus de

a) *Sic archet.; sed, nisi fallor, aut scribendum fuerat* mutari tamen ex causis per tempora iuste possit, *aut* quod *ante* lex *non ponendum.* b) Quid in ijs *S. Sch.*

---

iussu edito", Lugduni 1584, col. 599, vel planis verbis vel alia ratione, ut mutata typorum forma, lectores moniti sunt, Leonis sermonem verbis „certum sit" terminari, et, quae sequuntur, verba esse Gratiani; quibus is aliqua ratione moderatur dictum Leonis simulque quasi praefatur sententiis SS. Gelasii I. et Innocentii I. pontificum et concilii Nicaeni I., quibus in can. VI., VII., VIII. prolatis ostendit, in ecclesiae legibus nonnunquam dispensari posse.

[1] „Appellemus ergo istam legem, si placet, temporalem, quae quanquam justa sit, commutari tamen per tempora juste potest": *S. Augustinus,* De libero arbitrio l. 1, c. 6, n. 14 (*Migne* l. c. XXXII 1229).

[2] In indiculo Seldii hic est art. XI.

[3] Seldius ea, quae sequuntur, non articulo XI., sed VII. (apud Canisium quaest. XIII.) addiderat.

[4] Canisius potissimum „exemptiones", quas capitula ecclesiarum cathedralium vel habebant vel sibi arrogabant, significare videtur; quibus, ut Germaniae episcopi

Regularium exemptionibus, quam quod et illae hactenus abolendae sint, quatenus regulam Monasticam uel Jnstitutum religiosum profitentes, harum exemptionum occasione deteriores fiunt, et peccandi impunitatem inde maiorem adferunt. Cessent igitur istorum exemptiones tantisper, dum ipsi ad ordinis et regularis vitae propriam redeant disciplinam. Qui quandiu noluerint reformarj, liceat Episcopis ex Pontificis Maximi concessione, tales exemptionib: et immunitatib: seu priuilegijs solitis priuare, praesertim si eorundem ordinum Generales admoniti personas tales utriusque sexus ad ordinis regulaeque suae obseruationem ac reformationem non reduxerint.

Petatur etiam a Summo Pontifice, quod impetrari commode poterit, ut passim erigantur Catholicae Scholae, translatis in eum vsum Monasterijs adeo labefactatis, ut ea vix restitui posse putentur. Applicentur etiam ac uniantur huiusmodi Scholis erigendis perpetuae Pensiones, ex opulentis Episcopatibus colligendae. Petatur etiam ad subleuandos illos quj tenuioris fortunae sunt Scholastici, ut hi praediuitum Ecclesiarum quibusdam fructib: gaudeant. Nam quae bona possidet Ecclesia, sunt pauperum patrimonium[1], licet primum Clericorum Ecclesiae deseruientium. Huc pertinebit, ut tenuiores Ecclesiae indigentiam quoque suam Pontificj summo notam faciant: Js deinde curabit ac prouidebit, ut cum primum eius dioeceseos opulentiores prouentus forte uacauerint, inde pensiones accipiantur, ac tenuiorib: Ecclesijs legitime vniantur.

Neque solum facile sed etiam vtile ac necessarium erit petere, ut ubi locorum ratio ita postulat, nouj erigantur Episcopatus.

Jam quod ad Excommunicationem pertinet, recte curabitur hoc statuj, ne pro leuiorib: debitis Excommunicationis feratur sententia, nisj primum sciatur creditores esse soluendo.

Petatur, ut summa doctrinae CHRISTIAnae, et Postilla, ut uocant[2], et explicatio ceremoniarum, quarum vsus est praecipuus[a] in Ecclesia.

a) *In arch. sequitur alterum* est.

---

complures affirmabant, hoc efficiebatur, ut pessimi multorum canonicorum mores corrigi vix possent (*Janssen-Pastor* l. c. IV 101 110—111 117; VIII 392 393).

[1] Bona ecclesiae „vota sunt fidelium, et pretia peccatorum, ac patrimonia pauperum“: Ita spurium illud decretum Sancti Urbani I. papae „omnibus Christianis“ missum, quod posuit *Pseudoisidorus* (*Migne*, P. lat. CXXX 137). Atque haec verba cum nomine Urbani proferuntur etiam ab *Hincmaro* archiepiscopo Rhemensi in litteris a synodo tusiacensi a. 860 „ad rerum ecclesiasticarum pervasores“ missis (*Migne* l. c. CXXVI 127). *Paul. Hinschius* verba „ac patrimonia pauperum“ postea adiecta esse censet (Decretales Pseudo-Isidorianae, Lipsiae 1863, 144).

[2] *Ferdinandus* in „Reformationis Libello“ petierat, ut auctoritate concilii et principum catholicorum vulgaretur tum „concinna quaedam Catholicae doctrinae summa“, „populari stylo contexta“, quae „congrueret captui indoctorum Parochorum“, tum „Postilla“ sive „explicatio“ „Dominicalium Evangeliorum“, sacramentorum, „rituum et Caeremoniarum Ecclesiae“, tum nova „Agenda“, quos libros omnes parochi in contionando adhibere deberent (*Schelhornius*, Amoenitates I 558—560. *Le Plat* l. c. V 252—253).

conficiatur. Jtem ut populus dieb: festis doceatur Catechismum: Praeterea ut Catalogus librorum, qui propter suspectos aut impuros authores prohiberj ceperunt, moderationem accipiat, Germanicae nationi accommodatam[1]. Demum ut nominentur probenturque libri quorum lectio prae coeteris ad salutarem populi institutionem conferre videatur. Quae omnia ut recte pieque petuntur, ita non difficulter a Patrib: Concilij obtinebuntur. Quanquam necesse non est, de illis in publico Patrum conuentu agere: Sat erit haec ipsa referri ad quosdam deputatos, a quibus deinde, quae huius sunt generis ad Synodum referantur, ut ab eadem postea confirmentur ac plenam accipiant authoritatem.

Caeterum de bonis Ecclesiasticis, quae Sectarij his annis diripuerunt, et inique occuparunt, necessarium non putamus referri ad Synodum. Nam ubi spes maior affulserit de restituenda aut restituta Germanis Catholica Religione, nihil dubium, quin PIVS Pontifex Max: ad Ecclesiam redeuntib: illam praestabit gratiam, quam IVLIVS tertius illius praedecessor Anglis in prima illa ad vnitatem Ecclesiae conuersione haud grauatim praestitit[2].

Quod ad vniones beneficiorum pertinet, minus laborandum est, cum huic malo remedium adhibuerit PAVLVS III. ac praesens quoque Pontifex in hac ipsa Synodo Tridentina[3]. Tolli uero et prohiberi curentur Commendae, Regressus et Coadiutoratus, qui solum ad successionem dantur[4].

---

[1] „Indicis“ a Paulo IV. inter a. 1558 et 1559 in lucem emissi mitigationem Canisius inde ab a. 1559 saepe commendabat (*Can.* II 425 444 446 467 500 533; III 490 516 527).

[2] Anglia post mortem Eduardi VI. ad ecclesiam catholicam per Marian reginam reducta, Reginaldus cardinalis Polus, Iulii III. legatus, ipsius auctoritate id praestitit constitutione Londino (Lambeth) 24. Decembris 1554 data, quam edidit *Car. Dodd* in „The Church History of England, from the Year 1500, to the Year 1688“ I, Brussels 1737, 554—556. Cf. etiam *J. Lingard*, A History of England VII, New ed., London 1844, 180.

[3] In *Sessione VII.*, 3. Martii 1547, sub Paulo III., habita, decretum erat (cap. 4 de ref.): „Quicunque de cetero plura curata, aut alias incompatibilia beneficia ecclesiastica, sive per viam unionis ad vitam, seu commendae perpetuae, aut alio quocunque nomine et titulo contra formam sacrorum Canonum, et praesertim constitutionis Innocentii tertii, quae incipit: De multa, recipere, ac simul retinere praesumpserit: beneficiis ipsis iuxta ipsius constitutionis dispositionem, ipso iure, etiam praesentis Canonis vigore, privatus existat.“ Atque cum ineunte a. 1563 *Galli* in concilio (cf. supra p. 60) petissent, ut „distinctione“ illa beneficiorum „compatibilium et incompatibilium“ sublata singuli singula tantum beneficia, regulares regularia, saeculares saecularia, habere iuberentur (art. 14), Pii IV. legati iis responderant, se canone quodam a se „formato“ ei rei ex parte iam providisse; reliqua autem, quae necessaria essent, additum iri (*Raynaldus* l. c. in a. 1562 n. 88. *Le Plat* l. c. V 637. Cf. etiam *Pallavicino* l. c. l. 18, c. 17, n. 9, et *Grisar*, Lainez I 461 512); significasse autem videntur canonem, qui XVII. est inter XX canones de reformatione 2. Novembris 1563 patribus propositos et exstat in Actis *Massarelli* l. c. II 435.

[4] Prioratus, parochiae etc. haud ita raro clericis, maxime pauperibus, conferebantur in „commendam“ sive „custodiam“ ita, ut ipsi eorum quidem reditus, bona etc.

Neque potest non probari, ut[a] [?] Synodos Dioecoesanas et annuas[b] visitationes Ecclesiarum per ipsos Ordinarios peragi postuletur. Jtem ut diuinum officium, et quaecunque ad cultum exteriorem in templis pertinent, reuerenter ac deuote celebrentur. Hinc renouentur Canones eo pertinentes, ut sacra Liturgia et omnis Sacramentorum administratio pie ac legitime fiat, aduigilantib: praesertim Ordinarijs, qui huc sedulo permouendi sunt, ut in domo Dej honeste et ordine[1] cuncta peragantur.

Proderit etiam renouari Canones de vita et honestate Clericorum, adiectis interim nonnullis, quae ad tollendos huius aetatis abusus proprie faciunt.

Postremo peti recte potest et illud, ut Parochus vnus duab: praeficj Parochijs queat, quoad alius Ecclesiae minister idoneus reperiatur. Atque haec satis ad superiorem quaestionem, in qua necesse fuit nos esse prolixiores.

QVAESTIO DECIMA QVARTA[2].

An illi articuli[c], qui de relaxatione Juris positiui, utputa de concedendo calice, coniugio Sacerdotum, et esu[d] carnium tractant, omittendi sint?

Respondeo, praedictos articulos hoc rerum Concilij turbulentissimo statu rectius praetermitti quam urgeri posse. Primum enim hinc maiores dabuntur, uel certe quidem sumentur occasiones abrumpendi Concilij[e], sicut multi fortassis optant. Secundo non pauci offendentur et acerbe ferent a Catholico Jmpera: viam aperiri ad mutandas, abolendas et prophanandas leges tot saeculis receptas, et a sanctis magno consensu comprobatas. Quae legum abrogatio non potest non detrimentum aliquod adferre Ecclesiae, ubi causae necessariae uel non inueniri, uel minus persuaderj possunt, quod de Calicis quidem vsu comprobatum est. Tertio priusquam ad concessionem calicis, coniugijque Sacerdotalis et relaxati Jeiunij ueniatur, praestaret sanandis Ecclesiae abusib: operam dare, neque duo miscerj[f] certamina, cum plus satis negocij exhibuerit sola disceptatio de residentia Episcoporum. Cum uero sanatj fuerint praecipuj morbi Ecclesiasticorum, uel status Con-

a) *Sic arch.;* quod, ut? b) Synodi Dioecoesanae et annuae *arch.* c) An etiam illi *S. Sch.* d) usu *S. Sch.* e) concilium *St.* f) *Sic;* miscere? dari, neque duo miscerj?

perciperent atque interdum etiam iurisdictionis aliquid administrarent, ipsum autem munus sacrum non obirent. Aliqui etiam beneficio ecclesiastico, quod habebant, se abdicabant „cum regressu", sive ea cum condicione, ut, cum beneficium vel eius, qui modo illud accepturus esset, morte vel alia ratione iterum „vacaret", sibi ad idem „regredi" liceret; atque cum ex antiqua ecclesiae consuetudine „coadiutoris" munus eo maxime spectaret, ut episcopi etc. senio confecti vel graviter et perpetuo aegrotantes haberent, a quo in officio administrando adiuvarentur, nonnunquam tamen praelato alicui „coadiutor" eo tantum consilio adiungebatur, ut hic post illius mortem statim in eius locum succederet.

[1] 1 Cor 14, 40. [2] In indiculo Seldii art. VIII.

cilij fuerit tranquillior, tum demum facilior ad praedicta petenda et impetranda erit ingressus. Quarto, ut maxime usus calicis modo Laicis petatur, quid a Synodo expectemus aliud, quaeso, quam quod sumus experti? Nimirum ut ad Pontificem res tota iterum referatur[1], Nec dubium, quin sit facilius ab eo vno hanc impetrare gratiam quam a tota Synodo, in qua tot liberae sententiae, quot capita[2]. Accedit quod etiamsj forte Synodus concederet petitum ritum communicandi, non tamen concedet vni Principi, sed multis rem eandem postulantib: aut mox quidem postulaturis, uti norunt vniuersj. Deinde Synodus tales praescribet conditiones communicaturis sub utraque specie, quas in Germania nulli uel paucissimi uolent amplecti, ut magnum sit periculum, ne talis concessio aut frustra petatur, aut plus detrimentj Catholicis, quam commodi Nouatorib: adferat. Verum hac de re alibi commodius.

Caeterum quod ad Coniugium Sacerdotum attinet, nunc Tridenti disputare coeperunt, An expediat antiquissimam et perpetuam fere in Occidentali Ecclesia legem Coelibatus relaxare Sacerdotibus?[3] Cum igitur nunc excutiatur materia de lege Coelibatus, breuj fore sperandum est, ut licet non urgeantur patres, tamen certi aliquid constituant.

Superest ciborum delectus, quem si tolli[a] aut potius relaxari uelimus, non tam Synodi authoritate, quam priuatis dispensationib: Ordinariorum id consequemur, modo hi facultatem hanc a Synodo, aut certe quidem a Pontifice impetrauerint in eorum gratiam, qui aut circa delectum ciborum aut legem ieiuniorum causas honestas et legitimas adferent.

Proinde non tempestiuum satis videtur super praedictis articulis nunc vrgere patres, quib: non deest occasio de posterioribus duob: articulis grauiter aeque disputandj, quemadmodum de priore illo licet plausibiliore, acerrime disceptarunt.

QVAESTIO DECIMA QVINTA[4].

Quid in ijs articulis, qui diuersimode uni uel alteri Regno aut prouinciae minus uel magis congruunt?

Respondeo, Caes: Maiestatem recte et praeclare facturam, cum Rex ipse Regum erga Reges et Principes eorumque Oratores, qui ad Concilium ueniunt, humanitatem et benignitatem suam omnem de-

a) *Tria vv. sqq. in margine addita sunt.*

---

[1] Id 17. Septembris 1562 factum est; cf. *Can.* III 499—514.

[2] „Quot homines, tot sententiae“: *Terentius*, Phormio II, 4, 14. *Cicero*, De finibus bonorum et malorum l. 1, c. 5, n. 15.

[3] Caesaris oratores eidem Tridento 5. Februarii 1563 scripserant, theologos 8. Februarii de matrimonio disputare incepturos esse (*Sickel*, Trient 437). De coelibatu sacerdotum iidem disserere coeperunt 4. Martii 1563 (*Massarellus* l. c. II 250. *Raynaldus* in a. 1563 n. 45).

[4] In indiculo Seldii art. X.

clarauerit: Cum eorum itidem articulos, mandata et conatus fideliter promouerit; cum demum illosipsos per omnem occasionem confirmauerit in officio reuerentiae et obseruantiae[a] Pontifici Maximo et Sacro Concilio deferendae. Quod sj fortasse tales illi proferrent ac Synodo proponere uellent articulos, qui ad Pontificem et Rom: Ecclesiam proprie spectarent, tum fidelis Ecclesiae aduocatus[1] suadeat simulque procuret, ut primum ea de re cum Legatis amice tractetur, neque ad Synodum illa perueniant hoc praesertim tempore turbulento, quae Romae potius transigenda essent non minus reuerenter quam serio ac diligenter. Cauenda enim et amputanda sunt haec studia, quae diuisionem potius pariunt quam ad vnitatem et pacem Catholicam conferunt. Caeterum apud Concilij legatos illud etiam effici posset, deligendos ut ipsi curent quosdam ex Patribus, quib: in ipsa Legatorum congregatione tunc sit locus, cum de articulis Oratorum, quae ad vniuersam Synodum referenda essent, a Legatis ipsis deliberabitur.

Deo laus et pax Ecclesiae.

Litteris hisce, quibus ad quaestiones a Seldio sub 15. Februarii 1563 propositas (v. supra p. 58) respondetur, Canisii nomen subscriptum non est, neque ullo eorum loco Canisii manus comparet; attamen certum est, eas a Canisio datas esse. Nam

1. Constat, ad quaestiones respondisse Drascovitium, Barbolum, Cordubensem, Canisium (supra p. 61; infra p. 100 et monum. 548 553. *Turba* l. c. III, 221[2]; *Sickel*, Trient 442); atque *Sickel* (l. c. 442—445) responsum Drascovitii integrum posuit, responsa Barboli et Cordubensis in compendia redegit; restat igitur, ut litteras, quas modo posui, a Canisio datas esse dicas; nam vocatus quidem Oenipontem etiam erat Staphylus (v. supra p. 45 49); sed quo tempore capita illa theologis tradita et litterae, quibus ad eadem responderetur, ab iisdem paratae sunt, nondum advenerat; Gratianus, cum 21. Februarii Tridentum ad concilii praesides scriberet, eius adventum nondum cognoverat (v. infra p. 97); primam Staphyli Tridentum advecti mentionem equidem in litteris 11. Martii 1563 datis repperi (v. infra p. 114[8] et monum. 551); ne certum quidem est eum de his capitibus tunc scripsisse; sin autem scripsit, certe ita non scripsit, ut in litteris modo positis scriptum est.

2. Hae litterae eadem manu scriptae esse omnino videntur, qua scripta est epistula Oeniponte 8. Maii 1563 ad cardinalem Hosium data, quam Canisius alterius manu scribendam curavit, sua subscripsit (v. infra epist. 849); hanc autem in scribendo operam Canisio praestitisse P. *Ioannem Dyrsium* S. J., collegii oenipontani rectorem, ex huius litteris autographis Oeniponte 10. Februarii 1566 ad S. Franciscum Borgiam datis (Cod. „GSC 66“ f. 394 395) cognoscitur. Dyrsius autem, si quod ad Seldii quaestiones responsum scripsit, quodnam aliud, nisi Canisii responsum? Accedit, quod *Polancus* nomine Lainii praepositi generalis S. J. Tridento 24. Martii 1563 Oenipontem ad Dyrsium *scripsit: „Responsiones illae *[sic]* a patre Canisio datae licet male scriptas mittere poterit R. V. cum commodum fuerit“ (ex apographo totius ep., eodem tempore scripto. Cod. „V. P. 62“ f. 253[b]). Canisius igitur responsionum illarum exemplum quoddam cursim scriptum et multis modis, qui eius mos erat, emendatum Dyrsio tradiderat mandans, ut is commentarium illud diligenter nitideque transcriberet. Ita mihi quidem videtur, atque in hac sententia

a) *Tria vv. sqq. in marg. addita sunt.*

[1] Cf. supra p. 76[2].

confirmor Polanci litteris 23. Aprilis 1563 ad Canisium datis, ex quibus intellegitur, Canisium m. Aprili 1563 Oeniponte ad gravissimam quandam epistulam, cuius apographum Lainio mittere volebat, transcribendam Dyrsii opera usum esse.

3. Cum a. 1889 Vindobonae has Canisii litteras in archivi caesarei fasciculo, quem supra p. 74 dixi, invenirem, in eodem singulare quoddam folium conspexi, quod primum obiterque inspicienti videbatur esse vacuum, quodque initio quidem involucri instar cum scripto aliquo coniunctum fuisse, postea vero nescio cuius vitio ab eodem disiunctum et, quo fasciculi loco poni non debuerat, positum esse facile intellegebam; atque diligentius mihi folium oculis perlustranti in suprema pagina eius altera haec verba apparuerunt manu (nisi fallor) Marci Singkhmoser secretarii caesarei scripta atque temporum iniuria adeo attenuata sive pallida effecta, ut iam legi vix possent: „Votum D. Canisij". Neque vero ullum vel in hoc vel in reliquis, quos vidi, fasciculis scriptum nactus sum, cui folium illud separatum coniungendum et quasi restituendum iudicarem, nisi has litteras.

4. Idem denique ex epistulis colligitur, Oeniponte 19. et 21. Februarii 1563 ab *Antonio Maria Gratiano*, Commendoni secretario, Tridentum ad eundem Commendonum missis, quas, a *Pallavicino* (l. c. l. 20, c. 4, n. 5—7) copiose adhibitas, ex Musei Britannici cod. Egerton 1077 (f. 247 sqq) evulgavit *Döllinger* in „Beiträge" etc. III 324—329 [1]. Ex quo libro transcribam utriusque epistulae partem aliquam (priorem partem ante Döllingerum etiam excuderat *Lagomarsinius* in Pogiani Epistolis III 233—234); quae non solum ad responsi auctorem inveniendum multum conferunt, sed etiam, qua ratione Canisii responsum in hanc demum formam redactum sit, ostendunt; brevitatis tamen gratia, ubi apud Döllinger novus versus incohatur, ego lineolam tantum pono.

Die igitur 19. Februarii 1563 *Gratianus* Oeniponte sic scribit ad Commendonum, exordiens a Daniele Barboli, ordinis Praedicatorum, episcopo petinensi, et a Zacharia Delphino, pontificis apud imperatorem nuntio: „Essendo Monsignor Petenense [a] fra questi theologi deputati da sua Maestà a trattare sopra il concilio, io non dubito, che gli articoli dati loro dalla sua Maestà [b] saranno capitati in mano del nuntio, et che sua Signoria Reverendissima n' haverà già mandato la copia a Trento, onde facilmente gli haverà veduti anche V. S. Io non ne ho già havuto [c] copia, nè gl' [d] ho letti tutti, ma, essendomi occorso ajutare il Canisio a scrivere quanto egli ha da proporre sopra detti articoli a l' imperatore, ne ho veduto la maggior parte, anzi credo, che due soli io non habbia [e] veduto i quali vederò dimani [f]. Et ne ho notato quello ch' io ho potuto ricordarmi, tornando a casa, il che io notarò qui di sotto, se bene, come ho detto, credo, che V. S. gl' [g] haverà già veduti. ‚Utrum Caesar debeat laborare, ut prosecutio concilii fiat, an permittere, ut abrumpatur vel suspendatur.' Il Canisio risponde, che nessuna cosa più li [h] conviene che procurare la continuatione et progresso del concilio, acciò che se ne cavi il desiderato frutto. — ‚An et quibus comminationibus agendum sit, ne abrumpatur concilium'. Che non si deve procedere con minaccie, se non tentate prima tutte l' altre piacevoli et honeste vie, et quando a questo rimedio ultimo s' havesse da venire, considerar prima molto bene, se fosse per arrecare utile o danno, et che con questo essempio di sua Maestà si darà [i] occasione a molti principi ineundi schismatica consilia nationalium conciliorum inconsulto et excluso pontifice maximo. — ‚De potestate proponendi legatorum, episcoporum, oratorum.' Che il proponere appartiene alli [k] legati et non ad altri, et che essi habbino [l] tanta autorità nel concilio quanta piace al papa di darli [m], cujus est oecumenica concilia indicere, con-

a) Petinense *Lag.* b) dalla maestà sua *L.* c) ho havuto già *L.* d) gli *L.* e) *Apud L. sequitur* anchora. f) dimane *L.* g) gli *L.* h) più e le *L.* i) daria *L.* k) a li *L.* l) habbiano *L.* m) dargli *L.*

[1] Priorum litterarum apographum, saeculo XVII. vel XVIII. scriptum, exstat Tridenti in bibliothecae urbanae Cod. 125 (p. 599—607), qui olim Benedictinorum cassinensium monasterii S. Iacobi „de Ponvida" (apud Bergomum siti) fuit.

gregare, gubernare et confirmare. Nel fine dubita, an imprudentes et reprehensibiles essent legati, si, quod omnibus apertum esse debet, ostium concilii, caesari occluderent [1]. — ,Cum secretarius concilii unus duntaxat sit atque is parum commodus et fidelis, quo remedio utendum?' Che si debba di ciò trattare con li legati, qui si ostensis morbis remedium adhibere recusant, tum implorandum esse pontificem. — ,An adhuc laborandum sit, ut patres distribuantur in duas classes, quarum altera de dogmatibus, altera de reformatione agat?' — ,An acriter agendum sit, ut de reformatione summi pontificis et romanae curiae tractetur, ne animi ipsius pontificis et romanae curiae ita offendantur, ut inde occasionem arripiant abrumpendi concilii?' — ,An et in quibus articulis ecclesiasticus ordo sit reformandus?' Che bisogna ad ogni modo riformarlo; et nomina il papa, i cardinali, i patriarchi [a], gl' arcivescovi, i vescovi, i capituli [b], i monasterii, i conventi, gli hospedali [c] et lochi pii; ma che non meno è necessario di riformare i principi [d] laici, a quibus ecclesiastica libertas opprimitur, profanatur etc. — ,Utrum instandum sit iterum pro communione sub utraque, conjugio sacerdotum, esu carnium impetrandis?' Sente di nò. — ,An et qua via agendum sit, ut episcopi Germaniae ad concilium veniant?' Che l' imperatore dovrà [e] trattare col papa, che seriis quibusdam mandatis, adjunctis poenis privationis, eos ad concilium evocaret; et che l' imperatore mandasse insieme col nuntio del papa un suo oratore, qui imperiali etiam mandato et auctoritate eos ad concilium compelleret; turpe enim esse ob haereticorum metum publico christianae reipublicae commodo in tanta necessitate et opportunitate deesse. Et fà mentione anco [f] di lega. — ,An se caes. majestas ipsa [g] ad concilium conferre debeat?' Che questa sarebbe la via compendiosa d' accommodare le presenti differentie de' padri et fuggire le future pericolose contese. Et che l' abbocarsi [h] con sua Santità o in Mantova o in Bologna sarebbe [i] senza dubio salutare al concilio et alla [k] christianità, et trattarebbe [l] con sua Beatitudine della [m] riforma in capite et in membris. Et che da questa sua andata sua Maestà s' acquistarà [n] merito appresso Dio et gloria immortale appresso gl' uomini [o] quasi un altro Constantino etc. — Tutti questi articoli sono trattati dal Canisio con molte parole, secondo il costume delle [p] scritture tedesche, et a mio parere li tratta con molta pietà et prudentia. Jo scrivo quello che me ne può venire in mente che è poco, perchè ho poca memoria." Atque 21. Februarii 1563 *idem* eidem: „Il Canisio non m' ha detto cosa alcuna da scrivere a V. S., a la quale ho già scritto degl' articoli et del voto suo quello che ho potuto ricordarmi. — Negl' articoli dati da [q] maestà cesarea a questi theologi v' è di più questi due capitoli che io non ho scritto a V. S.: — ,Quid agendum super negocio residentiae episcopalis?' ,Quid in iis, qui ab antiquis [canonibus] [r] suam habent certam determinationem?' ,An permittendum, ut legati proponant ordine, quo ipsis videbitur?' Sopra questo non ho ancora veduto l' opinione del Canisio che [sopra] [s] l' articulo della riforma di Roma è, che si ristringa il numero de' cardinali et si raffreni la licentia delle dispense. Era nel voto del Canisio: Rogandum pontificem, ut patiatur reformari, ma dicendo io, che quel patiatur reformari offende et pare

a) *Ita L.;* i cardinali, patriarchi *Doe.* b) capitoli *L.* c) hospitali *L.* d) *Ita L.;* riformari principi *D.* e) doveria *L.* f) ancho *L.* g) ipse *L.* h) abboccarsi *L.* i) saria *L.* k) a la *L.* l) trattaria *L.* m) de la *L.* n) acquistaria *L.* o) gli huomini *L.* p) de le *L.* q) *Supplendum esse videtur* sua. r) *Supplevi ex scripto Seldii; v. supra p. 59;* ab antiquis . . . *D.* s) *Ita D.*

[1] Canisius etiam plane negavit legatos, si ita agerent, imprudentiae notam effugere posse; vide supra p. 80. *Pallavicino* autem Gratianum haud recte interpretatus est, cum sic scriberet: „Nel fine di quest' articolo si cercava, se i legati meritassero riprensione, mentre la porta del concilio, che doveva star a tutti aperta, fosse a Cesare da lor serrata. Sopra ciò non leggo risposta" (l. c. l. 20, c. 4, n. 6). *Salig* porro, postrema haec Pallavicini verba ita transfigurans: [Es] „überging Canisius das mit Stillschweigen", veram Canisii sententiam paene in contrariam vertit (Trid. Conc. l. c. II 579).

ingiusto, lo mutò et disse, ut reformet sese et Rom. curiam [1]; ha mutato anche molte altre cose sopra le quali m' ha dimandato parere. Il che scrivo, acciò che V. S. faccia giuditio de' voti degl' altri, poichè anche il Canisio che si può dire un santo vorria delle cose che offendono a Roma. Et al mio parere tutto il suo voto è molto pio et pieno di dottrina et non potrà se non piacere al imperatore."

Hanc relationem cum responso modo proposito conferenti iam dubium esse non potest, quin Canisius responsi sit auctor; neque tamen ulla ratione cum *Sickel* (Trient 445) dicere ausim, Gratiani relationem eiusmodi esse, ut Canisii responsum, quantum satis sit, ex ea cognosci queat; nam complura capita, ut quae in indiculo Seldii locis X., XI., XII., XIII. sunt, Gratianus vel non ponit, vel, quomodo a Canisio tractentur, non significat; nihil apud eum de procuratoribus episcoporum germanorum cum „facultate suffragandi" admittendis, de numero cardinalium pontificis arbitrio permittendo etc. Ex altera parte, quae Gratianus asserit a Canisio responderi: Reformandos esse nominatim patriarchas, archiepiscopos, episcopos, capitula, valetudinaria etc.; a principibus libertatem ecclesiasticam „opprimi" et „profanari", etc., in ipso Canisii responso non leguntur; ac quod Gratianus ait, iter tridentinum caesari a Canisio commendari, hic reapse id, quae rerum animorumque in concilio sit condicio, vehementer dissuadet, licet „in genere loquendo" eiusmodi iter laudari debere fateatur. Atque ipse Gratianus affirmat, se ex memoria scribere et memoriam sibi esse malam [2].

Neque tamen vitium illud memoriae ad diversitatem illam explicandam sufficit. Gratianus enim ipse testatur, Canisium sententia sua audita multa in responso mutasse. Atque ita fortasse etiam de secretario concilii sententiam mutavit; nam Delphinus nuntius, cum Oeniponte 24. Februarii 1563 Tridentum ad concilii praesides Barboli ad quaestiones illas responsa mitteret, simul scripsit: Canisium paene ad omnes quaestiones idem respondisse ac Barbolum, idque gravissime et doctissime; de secretario autem concilii diligenter monuisse — id quod etiam sibi omnino visum esset — ut retineretur neve quisquam alius ei adiungeretur (v. infra monum. 553). Plurimum tamen, puto, in hac Canisii scriptione temperanda auctoritas P. Hieronymi Natalis valuit; qui eius rei causa et Canisii et Delphini rogatu a Lainio Oenipontem missus erat (v. supra p. 47 51, et infra monum. 542 548) atque, ut Polancus paulo post testatus est, theologos illos in responsionibus conscribendis magnopere adiuvit (v. infra monum. 555).

Canisius 19. Februarii responsionis magnam partem, Gratiano iuvante (v. supra p. 97), iam conscripserat; 22. Februarii totus commentarius in manibus Singkhmoseri secretarii (v. supra p. 74) et Seldii vicecancellarii (v. infra monum. 551) erat.

Promiserat quidem Delphinus nuntius apostolicus 20. Februarii 1563 concilii praesidibus, se exemplum responsi canisiani Tridentum missurum esse; verum 24. Februarii eosdem certiores reddidit, se eiusmodi exemplum a Canisio nullo modo impetrare potuisse; neque facere potuit, quin Canisii in ea re prudentiam probaret (v. infra monum. 548 553); probavit eandem etiam Lainius praepositus generalis Tridento 26. Februarii 1563 Natali per *Polancum* de Canisio scribens: „Bien fue que no mostrasse sus escritos al nuncio por que no dexe de tener autoritad para otras uezes con su Magestad" (ex apogr. eiusd. temp., Cod. „V. P. 62" f. 211^{b}—212^{a}. Etiam in Epp. *Nadal* II 218—219). Ne ipsi quidem Lainio scriptum illud missum

---

[1] *Salig* pro suo in romanum pontificem odio hic adnotavit: „Das ist, man müsse den Pabst bitten, dass er sich doch selbst ein Loch in dem Arm bisse, dass es blutete" (l. c. 580).

[2] Manca hac Gratiani relatione *Paulus Drews* (l. c. 112) inductus est, ut de Canisio scriberet: „Fast mit denselben Worten wie der Bischof Drascovics beantwortete er die Frage, ob sich seine Majestät zum Konzile begeben solle. Dies sei der kürzeste Weg, um die gegenwärtigen Schwierigkeiten auszugleichen und weiteren gefährlichen Streitigkeiten vorzubeugen." . . . Canisius hat diesen „Gedanken mit Eifer vertreten". Canisius contra scripsit!

erat; *Polancus* enim in eadem epistula Natali scribit: „Resciuio nuestro padre las de V. R. de 19. y 23. del presente y por ellas hemos entendido la respuesta buena che se auia dado a los Articulos propuestos de parte de su Magestad[a]. todauia holgaria nuestro padre de resciuir auiso en Particular de las dichas respuestas si ay quedo copia. De que el Reuerendisimo Nuncio Delphino aya hecho tan buenos officios por la auctoridad de la sede apostolica y con tanto calor quanto V. R. escriue no se tiene por cosa nueua en el porque no le tenemos en concepto de nada tibio especialmente en cosas desta qualidad y donde será menester se podra dar testimonio de lo que sabemos" (ex apogr. modo memorato). Et idem *Polancus* nomine Lainii Natali scripsit Tridento 9. Martii 1563: „Ha entendido . N. Padre el modo en que passo la respuesta del padre Canisio, y aunque se entiende la substantia todauia holgara . N. Padre de hauer la copia della, y sino huuiese quedado en Hispruch, se ha scrito al mesmo en Augusta que de alla la embie" (ex apogr. totius ep., eod. temp. scripto. Cod. „V. P. 62" f. 226[a]. Etiam in Epp. *Nadal* II 228). Scriptum erat Canisio ea de re 2. Martii 1563 (v. infra p. 105); sed ne die quidem 24. Martii eius commentarium Tridenti praesto fuisse, Polanci ad Dyrsium litterae, quas supra p. 96 memoravi, ostendunt.

Si porro hoc Canisii scriptum cum reliquorum, quibus eaedem quaestiones propositae sunt, theologorum responsis conferemus, Barbolum eadem fere rescripsisse dicemus (*Sickel*, Trient 445; *Steinherz* l. c. III 218—219; cf. etiam infra monum. 553). Franciscus de Corduba, quod pontifex „proponendi" facultatem solorum velit esse legatorum, vehementer improbat, „Libelli Reformationis" omnia capita concilio proponi vult, iter tridentinum caesari valde commendat (*Sickel* l. c.; *Steinherz* l. c. III 220—221). Drascovitius, coetus illius praeses, de multis rebus idem sentit ac Canisius; ut de dogmatum tractatione non impedienda, compluribus concilii secretariis constituendis, dispensationum licentia refrenanda, reformatione omni maxime urgenda, ita tamen, ut de curia conclavique reformandis „privatim" tantum cum pontifice agatur; in aliis autem rebus a Canisio prorsus dissentit, ut cum dicit, episcopis quoque ac principum oratoribus facultatem esse debere, concilio, quae necessaria esse censeant, proponendi (cum moderatione tamen quadam), ideoque primo illi decreto de „proponentibus legatis" interpretationem addendam esse: „proponentibus legatis ea quae oratores vel patres proponenda ipsis legatis exhiberent"; „de aetate et qualitate" „ad cardinalatus promovendorum" per ipsum concilium legem ferendam esse; apud concilium instandum esse, ut laicis calicem concedat et de „maritis" sacerdotio initiandis „pronuntiet"; imperatorem „nihil praeclarius nihilque aeterna memoria dignius" agere posse, quam ut ad concilium ipse veniat; ex una illa re „totius concilii felicem progressum et . . . salutarem finem dependere" (*Sickel* l. c. 428 442—445; *Steinherz* l. c. III 218). Cardinalis quoque Lotharingus in commentario quodam de rebus concilii Oeniponte paulo ante composito Ferdinando I. commendaverat, ut Tridentum iret et ut „proponendi" facultatem etiam episcopis et oratoribus tribuendam curaret (*Sickel* l. c. 434—435).

Facile patet, Canisium hoc scripto multas ex petitionibus illis, quae Ferdinandi I. caesaris nomine in „Libello Reformationis" et Caroli IX. Galliae regis nomine in „Postulatis Gallorum" Tridenti praesidibus concilii propositae erant, vel plane vel ex parte approbasse et quodammodo suas fecisse; ita quae petebantur de dispensationum frequentia et licentia corrigenda (cap. 3 Lib. Ref.), de exemptionibus auferendis (c. 4 Lib. Ref. et art. 26 Gall.), de clericorum et regularium vitiis serio emendandis (c. 13 et 14 Lib. Ref.), commendis et regressibus interdicendis (art. 21 Gall.), excommunicatione temere non usurpanda (c. 9 Lib. Ref. et art. 31 Gall.), principibus et reliquis laicis reformandis (c. 14 Lib. Ref.), bonis, quae ecclesiae erepta essent, condonandis (c. 14 Lib. Ref.), episcopis ad „residendum" adigendis (c. 6 Lib. Ref.), „visitationibus" (ib.) et synodis dioecesanis (ib. et art. 34 Gall.) habendis, divinis officiis decenter pieque agendis (c. 10 Lib. Ref.), novis episcopatibus et plurimis scholis condendis (c. 5 et 14 Lib. Ref.), ecclesiis pauperibus ex

a) *Sequitur* In genere, *a libr. oblitteratum.*

bonis ecclesiarum opulentiorum „sublevandis“ (c. 6 Lib. Ref.), catechesibus habendis et summa doctrinae, indiculo librorum salutarium, „postilla“ evulgandis (c. 14 Lib. Ref. et art. 13 Gall.).

Quae Canisius hoc scripto de auctoritate summi pontificis observanda monuit, ab imperatore eiusque ministris neglecta non sunt. *Zacharias Delphinus* nuntius apostolicus iam die 24. Februarii 1563 Oeniponte Tridentum ad cardinales concilii praesides de Drascovitio referre potuit: „Vedendo il vescovo de Cinque chiese che l' imperatore inclina sempre più in nostro fauore è uscito meco a tante cose che sarebbon troppo longhe da scriuer, la conclusione è che desidera esser conosciuto per osseruantissimo di S. Santità et fautor de la sede apostolica, et che uuole che io creda sel' imperatore inclinarà in mitiorem partem, la persona sua esser per fare più di quanto io stesso possa desiderare“ (ex exemplo recenti, exscripto ex archetypo, quod exstat in archivo vaticano, „Concilio di Trento n. 30“ f. 41. Etiam apud *Steinherz* l. c. III 217). Et *Polancus*, nomine Lainii Tridento 11. Martii 1563 Romam ad P. Christophorum Madrid S. J. scribens, postquam de coetu illo theologorum ac de opera Oeniponte a P. Natale theologis iisdem ac nuntio apostolico etc. praestita scripsit, sic pergit: „A lo que se puede colligir de lo que acá ha dicho el obispo quinque-ecclesiense su embaxador y de otros indicios parece que el emperador quiere tener el respecto conueniente á la auctoridad del summo pontífice y sus demandas en el concilio se crey serán moderadas como él lo dixo al P. Nadal“ (Epp. *Nadal* II 224). Id quod *„Memoriali“* confirmatur, quod Oeniponte sub d. 3. Martii 1563 Drascovitio Tridentum reversuro imperatoris nomine traditum est; in hoc enim, praeter alia, edicitur: Caesareis oratoribus „maximae curae esse“ debere, „ut odiosissima illa quaestio de superioritate concilii supra papam vel papae supra concilium evitetur“ (*Sickel*, Trient 447). Atque in „Declaratione et resolutione“ Oeniponte 21. Martii 1563 oratoribus tridentinis missa *Ferdinandus I.*, quae in „Libello“ de cardinalium numero exegerat, ad tempus saltem missa facit, in hoc tantum insistens, ut in cardinalatu conferendo „praecipue habeatur ratio . . . aetatis et qualitatis“; similiter iis, quae „Libellus“ de „persona summi pontificis“ reformanda habeat, proponendis „tantisper saltem supersedendum esse“ pronuntiat; „pluralitatem“ beneficiorum interdici vult, quae „incompatibilia“ sint; exemptiones non iam prorsus atque omnino tolli vult, ut in Libello, sed „quatenus expedit“; „articulum de permittendo esu carnium“ ex eodem Libello aufert; irrita esse iubet, quae oratoribus mandaverat: Ut dogmatum tractationem impedirent vel saltem patres in duos ordines distribuendos curarent, quorum alter de dogmatis, alter de reformatione ageret (*Sickel*, Trient 458—460).

Nonnulla certe ex iis, quae Canisius fieri cupiebat, facta non sunt: Germaniae episcopi plerique domi remanserunt; Angelus Massarellus usque ad concilii finem unicus fuit secretarius; Ferdinandus I. imperator pontificem non convenit; nec postilla nec librorum salutarium indiculus a concilio vel a pontifice vulgatus. Pleraque tamen, superatis multis difficultatibus (cf. infra monum. 559) tandem effecta sunt; nam praeter ea, quae iam supra (p. 100) dixi, imperator profectione tridentina supersedit ac reformationem pontificis, calicem laicorum, coniugium sacerdotum apud concilium urgere desiit; in postremis concilii sessionibus non solum de principibus, sed vel maxime de clericis reformandis multa constituta sunt; „regressus“ quoque interdicti; episcopi, qui non „residerent“, maximis poenis affecti; „coadiutoriae cum futura successione“ gravissimis tantum de causis admissae; multae exemptiones sublatae; excommunicationis usus temperatus; via aperta ad pauperes ecclesias per divites adiuvandas; synodi dioecesanae, visitationes episcopatuum et monasteriorum, catecheses haberi iussae; episcopis mandatum, ut sacras caerimonias pie servandas, scholas et seminaria instituenda curarent etc. (Sessio XXIII, de ref. c. 1 18; Sessio XXIV, de ref. c. 2 3 4 9 11 12 13 17 19; Sessio XXV, de regular. c. 8 9; de ref. c. 1 3 7 14 17 20). Per Pium IV., reformato conclavi, a. 1564 Index Pauli IV. mitigatus; per Pium V. a. 1566 Catechismus pro parochis evulgatus; atque per hos eorumque successores curia romana non tantum legibus, sed magis etiam vitae

Jl Cardinale Warmiense staua con molto dessiderio d' hauer lettere della RV. in risposta delle sue cuy copia ci ha letta[2]. Et cosi pare si monstri alquanto resentito che non li sia fatta risposta. Qua habbiamo fatto la scusa con dir che era stato in uiaggio la R. V. de Ispruch in Augusta et che era arriuato in tempo de prediche et che pur li farebbe risposta come hauesse un poco de otio et cosi pare a nostro padre che non lasci la R. V. di farla[3]. Et perche nelle ultime sue scriueua il Cardinale alcune cose accio si mostrassino al signor Cromero[a] et a non so chi altri gia che la R. V. e partito della corte de Hispruch pareli doueria mandar le dette lettere al Cromero il quale le uederia et mostraria a chi conuenessi[4].

a) Cromedo *ap.*

[1] Cf. Mt 9, 38. Lc 10, 2. [2] Vide supra p. 63—73 104.

[3] Canisii responsum, 11. Martii 1563 datum, 18. Martii Hosio traditum est: vide supra p. 113—115.

[4] Maxime Friderico Staphylo (v. supra p. 73).

Al Dottor Ludouico Scradino[1] se degni Jddio N. Signore dar pace eterna, et qua hauemo raccomandato a Iddio N. Signore l' anima sua et anche la raccomandaremo.

Pater Natalis fortasse Vindobonam profectus est[2].

Ci siamo rallegrati in Domino jntendendo che gia per mano delli Belsari fosse mandata a Roma quella summa de danari della Maiestà Cesarea[3], sarà un opportuno subsidio et molto grato per quel collegio.

Si è raccomandato a quelli di Roma et le altre quattro prouincie de Italia et Sicilia faccino oratione speciale perla Bauaria et austria in questo tempo che si teme habbia de resultar qualche inconueniente delle diete che si fanno[4], degnisi Iddio N. S. hauer la protectione delli principi et prouincie loro, et humiliar li sectarij accio non facciano danno alli altri ma loro piu presto si riconoscano.

Del collegio de Friburgo si e inteso quel che si é cominciato a trattare, et per esser luogo di uniuersitá et in quella uicinanza che è pare[a] cosa de farne conto[5]: si che pare a nostro padre si consideri lo aiuto che potrà dar Roma dela lista che qui ua et quel anche che si potrá cauar dell' istessa prouincia di Germania et fatto conto di quello che si potrá abracciare s' abbracci al nome de Iddio: perche forsa o, non si pigliará l' assumto del collegio de Dilinga quest' anno o seben si pigliasse ci sara gente per quello et per qualch' altro. Et dell' andata del padre maestro Nadal a Tilinga[6] per dar ordine alli principij del collegio scriua la RV. al detto padre perche non essendo altre cose de piu importantia che lo impediscano non pare senon bene a nostro padre che lui uada maxime se nelle altre cose fossino d' accordo in Roma col Cardinale. Del quale ci scriuono che uoglia dare mille et ducento scudi d' intrata et quando si uenga al ristretto si potrà anche trattare delli mille florinj per li uiatici, uestiti, letti etc.

a) *A libr. correctum ex* tale.

---

[1] Ludovicus Schradin, iuris utriusque doctor, a. 1555 ex iis fuerat, qui Ferdinandi I. iussu Pragae Societati Iesu domicilium quaerebant et Canisium in collegio parando adiuvabant (*Can.* I 548[3] 549[1] 763).

[2] Natalis ante 9. Martii 1563 Oeniponte abisse non videtur (Epp. *Nadal* II 231 240). Eum 18. Martii 1563 Vindobonam advenisse refertur in antiqua * „*Historia* Collegij Viennensis“ (de qua *Can.* II LVIII—LIX) f. 10[a]. Oenipontem ante exeuntem m. Septembrem 1563 non rediit (Epp. *Nadal* II 376 495—506).

[3] Ducati quadringenti; vide supra p. 105. Velseri (Welser) Augustae magnam tabernam argentariam habebant; cf. *Can.* III 21 336 389 etc.

[4] Comitia Bavariae Ingolstadii a 16. Martii usque ad 6. Aprilis 1563 habita sunt (*Sigm. Riezler,* Geschichte Baierns IV, Gotha 1899, 522). Austriae inferioris ordines Vindobonam et Graecium convocati erant; vindobonensium comitiorum initium 23. Martii per Maximilianum II. factum est (*Turba* l. c. III 220. *Sickel,* Trient 520).

[5] Cf. supra p. 111. Friburgum Brisgoviae vicinum est Basileae neque longe abest ab Argentorato; quae duae urbes tunc propugnacula quaedam protestantismi erant. [6] Vide supra p. 111.

S' è inteso quell' officio che fece il Cardinale di Lorena col Rè de Romani secondo che si dice: et potria esser uero[1]. Di Roma pur ci scriuono che l' imperatore ha scritto la: che la uia meglior per aiutar[a] la reformation de Germania era far molti collegij della compagnia nostra in quella[2]: C' è anche molto buono odore in quella corte delli buoni officij del padre Natale et della RV. in aiuto della Religione et della auctorita della sedia apostolica[3].

Che decline la saxonia et altre bande de Lutherani nel caluinismo etiam qua c' è fama fra le persone intelligenti, non è cosa nuoua quod proficiant[b] in peius[4] quelli che si leuano una uolta della obedientia della Santa chiesa. Ben è da desiderare che del concilio uenga maior aiuto et edificatione et alla germania et alle altri parti della christianita che insino adesso e uenuta. Dio N. Signore si degni farlo. Con l' infermità graue del Cardinal seripando legato: et con la nuoua che é uenuta della morte del Duca de Guisa[5] (cui animo tenga in suo regno Christo N. S.). Et con certo tumulto che qui e stato questi giorni fra molti seruitori de prelati specialmente dela nation italiana et

a) *Duo vv. sqq. a libr. postea addita sunt.* b) quodpro ficiant *ap.*

---

[1] Ferebant, cardinalem Oeniponte cum Ferdinando I. et Maximiliano II. de filia aliqua imperatoris Alphonso II. Estensi, duci ferrariensi, in matrimonium danda egisse (*Turba* l. c. III 222); atque si non m. Februario vel Martio, certe Aprili idem cardinalis de Carolo IX. et Margarita Valesia, Henrici II. filia, cum liberis Maximiliani II. matrimonio iungendis agere coepit (*Bucholtz* l. c. VIII 712; IX 734 ad 735). Consideranti tamen mihi ea, quae Polancus 5. Aprilis 1563 Matritio scripsit, magis probatur, Polancum de Sociis per Lotharingum apud Maximilianum II. reprehensis scribere; v. supra p. 111.

[2] Roma, ut Polancus Tridento 22. Martii 1563 P. Ludovico Coudreto S. J. scripsit (v. infra monum. 556), Lainio rettulerant, Ferdinandum I. ad Pium IV. haec scripsisse (cf. etiam Epp. *Nadal* II 263). Quae in binis quidem litteris, quas de rebus concilii melius constituendis ac de Germania iuvanda Oeniponte 3. Martii 1563 caesar ad pontificem misit (apud *Raynaldum* l. c. in a. 1563 n. 34 37 et *Le Plat* l. c. V 690—703; epistula altera eaque secretior plenius et emendatius apud *Steinherz* l. c. III 224—234 excusa est), non comparent; facile tamen credi potest, Ferdinandum in aliis litteris ea commendasse; nam Commendonus in commentario Tridenti 19. Februarii 1563 scripto, quo de oenipontana sua ad imperatorem legatione ad legatos concilii rettulit, hoc affirmavit: Seldium imperii vicecancellarium et alios asserere, „che li Giesuiti hanno hormai dimostrato in Germania quello, che se ne possa sperare in effetto, poiche solamente con la buona uita, e con le prediche, e con le scuole loro vi hanno ritenuta, e vi sostentano tuttavia la Religione cattolica, e che però non è dubbio quando si facessero molti Collegii, e molte scuole, onde si potessero havere molti operarii, se ne cavarebbe frutto incredibile. Ma bisogna cominciare una volta" (ex apographo saeculo XVII. vel XVIII. scripto, quod exstat in archivo vaticano, „Instruttioni alli Nuntii", Tom. II f. 284b—285a. Etiam in *Pogiani* Epistolis III 245—246 et in Monumentis *Beccadelli* l. c. III 269).

[3] De his officiis Oeniponte praestitis cf. supra p. 49—102 114[8], et infra monum. 543—556. [4] 2 Tim 3, 13.

[5] Franciscus dux, Caroli cardinalis Lotharingi frater, dum Aureliam (Orléans) a Calvinistis occupatam in obsidione tenet, 18. Februarii 1563 a Calvinista quodam nobili ex insidiis interfectus est.

spagnuola[1] saranno quasi otto di che non si è fatta congregatione de theologi et tuttauia anche si sta in espettatione de legato nuouo in luogo del Cardinal di Mantua et di questo seripando il quale seben campasse conla uita[2] non pare restarà disposto perle fatiche del concilio et così non si puo dire che cia sia grande speranza al presente (che sia probabile) di molto buon successo delle cose del concilio: piu presto alcunj pensano che un di si debbia finire . uoglia Iddio N. S. dar de sua mano qualche buon taglio nelle cose di quello accio il remedio che si e preso perle grandi infermità della chiesa si uolti no[a] [?] in augmento della stessa infermità.

Nelle orationi et sacrificij della R. V. N. Padre Preposito con tutti li altri che qui ci trouiamo molto ci raccomandiamo salutando anche il padre Guiglielmo[3] conli altri fratelli augustanj. Di Trento 14 di Marzo 1563.

Una cum his litteris, ut ex ipsis apparet, ad Canisium missus est indiculus nomina complectens novem Societatis hominum, qui sub exitum aestatis Roma in Germaniam mitti possent: P. Ioannes „Ascreman" [Ascherman] moravus, P. Georgius [Bogatez] „Tergestinus", P. Conradus [Swägerl, Schwager] „Germanus", alii, de quibus vide Epp. *Nadal* II 248—250. Alterum indiculi exemplum a Polanco eodem die P. Natali missum est (ib. II 232). Apographum indiculi eodem tempore scriptum exstat in Cod. „V. P. 62" f. 236[b]—237[a].

Canisius Lainio rescripsisse videtur sub 20. Martii 1563.

800. HENRICUS ZIBERTUS DUNGHEN, theologiae doctor, canonicus et poenitentiarius antverpiensis, CANISIO.

⌊Antverpia m. Martio (post medium?) 1563.

Ex epistulae 3. Aprilis 1563 a Canisio ad Hosium datae apographo A, de quo infra p. 135 dicetur.

Librum mittit. Belgae ad concilium venturi.

Canisius Augusta Vindelicorum 3. Aprilis 1563 Tridentum ad Hosium scripsit: „Misit hunc librum D. Henricus Antuerpia, simulque nuntiat quod mihi pergratum fuit audire, Louanienses Theologos cum quibusdam Belgice doctis Episcopis ad Synodum properare."

Fortasse Dunghen (de quo v. supra p. 114[7]) novam „Confessionis" hosianae editionem Antverpiae a se curatam misit; v. supra p. 114. Ex Belgio mense Iunio Tridentum advenerunt tres episcopi, Franciscus Richardot atrebatensis (Arras), Antonius Havet O. Pr. namurcensis (Namur), Martinus Rithovius iprensis (Ypern), ac tres theologi a Philippo II. missi, Michael Baius (de Bay), Ioannes Hesselius (Hessels), Cornelius Iansenius (Jansens, Janszoon) „senior" (*Polanci* litterae ad Natalem Tridento 13. Aprilis 1563 datae, in Epp. *Nadal* II 262. *Vicecomitis* litterae Tridento 22. Iuni 1563 ad Borromaeum datae, apud *Baluze-Mansi* III 473. „*Catalogus*" positus in fine libri „Concilium Tridentinum", Lovanii 1567, f. R II[a], R III[a], R III[b]).

a) *Vel* non si uolti; si uoltino *ap.*

---

[1] De hac re scripserunt: *Pallavicino* l. c. l. 20, c. 8, n. 1. *Nadal* Epp. II 237. *Paleottus* l. c. II 644. *Servantio,* Diario II 58.

[2] Hieronymus cardinalis Seripandus, ordinis Eremitarum Sancti Augustini, unus ex concilii praesidibus, 17. Martii 1563 vita cessit.

[3] Elderen.

801. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, mandatu Iacobi Lainii, praepositi generalis Societatis Iesu, CANISIO et aliis Societatis superioribus. Tridento 16. [?] Martii 1563.

Ex cod. „Def.“, cap. „Messe . . . per lj Benefattori“, in a. 1563, et ex apographis epistularum, quae infra memorabuntur, eodem fere tempore scriptis, quae exstant in cod. „V. P. 62“ f. 230.

De precationibus pro Gallia faciendis.

In indiculo quodam praeceptorum precationes a Societatis hominibus faciendas spectantium, qui saeculo XVI. Romae in domo professa Societatis Iesu a variis Sociis scriptus est, haec sunt: „1563 . . . A 16. di Febraio si mandò la poliza sopra il dir tre messe per la Francia“ etc. Haec verba ostendunt, Lainium a. 1563, similiter atque a. 1561 fecerat (Can. III 154 159 297), Sociis mandasse, ut Galliam, quam Hugonotti valde affligebant, precationibus iuvarent. De eadem re Polancus nomine Lainii Tridento 11. Martii 1563 in Galliam ad P. „Magistrum Edmundum“ Augerium S. J. scripsit: „Le messe et orationi speciali per Francia benche si sonno fatte sin qui pur adesso per il ricordo della RV. s' ordinará ch' ogni sacerdote dica tre messe peril buon successo delle cose della Religione in quel regno facendo li altri fratelli anche oratione tre uolte alla medesima intentione.“ Atque eodem die idem Polancus in Galliam ad P. Ioannem Pelletarium S. J.: „Le orationi che V. R. ricerca perla Francia si fanno continuamente et adesso ordina nostro padre che in tutta la compagnia estraordinariamente dicano tre messe“ etc.

Mense igitur Martio hoc praeceptum missum est, non Februario, qui mensis in indiculo illo comparet; neque enim dici potest, et Februario et Martio trina sacra praescripta esse; nam prioris illius praescriptionis certe Polancus in epistulis ad Augerium et ad Pelletarium datis mentionem fecisset. Quare mihi quidem verisimile est, in indiculo vitio aliquo vel calami vel memoriae „A 16. di Febraio“ positum esse pro „A 16. di Marzo“.

802. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu. Augusta Vindelicorum sub 20. Martii 1563.

Ex fontibus infra memorandis.

Petit, ut P. Georgius Faber Roma Monachium ad contionandum mittatur.

Ex litterarum Tridento 29. Martii 1563 Augustam ad Canisium datarum „regesto“ satis copioso, quod infra p. 128 ponetur, clare cognoscitur, Polancum his litteris ad epistulam quandam Canisii, quae nunc iam non exstat, respondisse. Atque haec epistula 24. Martii, quo die Polancus Canisio scripsit (v. infra p. 123), Tridentum nondum erat perlata. Eandem Polancus significare videtur, cum Tridento 30. Martii 1563 Natali scribit: „Ayer se scriuió de embiar al P. Georgio Fabro, si se pudiese sacar del studio de las artes, que este año començó, suauemente, porque tiene talento de predicar, y pídele con instantia el P. Canisio y el rettor de Monachio para predicar en lugar del P. Martino“ (Epp. Nadal II 250).

„P. Georgius Faber“ idem esse omnino videtur atque ille „Georgius Faber dioecesis Viennensis clericus“, qui a. 1554 Romae in collegium germanicum admissus erat (Card. *Andr. Steinhuber* S. J., Geschichte des Collegium Germanicum Hungaricum in Rom I, Freiburg i. Br. 1895, 41. *Frid. Schroeder* S. J., Monumenta, quae spectant primordia Collegii Germanici et Hungarici, Romae 1896, 99[3] 189[1]). Canisius iam m. Novembri 1562 frustra petierat, ut Georgius Faber, quippe qui ad contionandum satis idoneus esset, Roma Straubingam mitteretur (Epp. *Nadal* II 142—143). Modo autem et ipse et Theodoricus Canisius eum Monachium ad contionandum mitti cupiebant, eo quod, ut *Polancus* 29. Martii 1563 Romam ad Matritium scripsit, se P. Martini Stevordiani contionibus „por sus indispusitiones y afflictiones“ carere debere censebant (ib. II 142[5]). Atque fortasse Canisius quoque de

Stevordiano et Fabro ad Matritium scripsit; Stevordianum certe *Polancus* significat, cum Tridento 22. Aprilis 1563 Matritio scribit: „También vbo algunas tentationes ó melancholías de aquel de quien se scriue la letra del P. Canisio que V. R. ynbió" (l. c. II 264).

803. PIUS IV. Pontifex Maximus CANISIO. Roma 20. Martii 1563.

Ex apographo, quod a. 1904 exscriptum est ex apographo antiquo (eiusdem temporis, ut videtur), quod exstat Romae in archivo vaticano, cod. „Conc. Trid. XXXI" n. 91.

Litterarum mentionem fecit *Steinherz* l. c. III 277.

Cardinalem Moronum, concilii praesidem constitutum et ad caesarem missum, quaedam Canisio expositurum esse.

Pius Papa IIII[s]

Dilecto filio [Petro][a] Canisio Societatis Jesu Professori[1].

Dilecte fili, salutem [et Apostolicam benedictionem][b]. Venerabilis frater Joannes Episcopus Praenestinus, Cardinalis Moronus appellatus: quoniam audisse te credimus, constitutum fuisse a nobis nostrum, et Sedis Apostolicae de latere legatum in Concilio Tridentino post obitum bo: me: Cardinalis de Mantua: cum sit ad Charissimum in Christo filium nostrum Romanorum Imperatorem electum peruenturus, quaedam tibi nostro nomine exponet, quae in mandatis habuit. Eius orationi fidem habebis.

Datum Romae[c] [apud Sanctum Petrum, die XX martii 1563 Anno quarto]. [Ant. Florebellus Lauellinus][d] [?][2].

Hercule Gonzaga cardinale Mantuano et primo concilii tridentini „legato" vel praeside vita functo Pius IV. pro eo Ioannem cardinalem Moronum concilii legatum constituit. Quem etiam Oenipontem ad Ferdinandum I. imperatorem proficisci voluit, ut difficultates, quas Ferdinandus concilii tridentini progressui afferebat, auferret et ad litteras a caesare 3. Martii 1563 ad pontificem datas huius nomine et verbis responderet (*Sickel*, Trient 454—455). Quod autem ad Canisium attinet, in curia romana aut ignorabant, eum Oeniponte Augustam redisse, aut sperabant, eum iterum Oenipontem venturum esse (uti factum est). Neque dubium esse potest, quin pontifex Canisio per Moronum hoc mandaverit, ut eidem Morono adiumento esset et apud imperatorem diligenter res ecclesiae adiuvaret et sedis apostolicae iura tueretur; nam ita Canisius — quem erga pontificem oboedientissimum semper fuisse compertum est — postea se gessit; cf. infra monum. 558—569.

Morono Romae data sunt complura brevia „credentialia", quae vocabant, sive litterae commendaticiae; scripsit pontifex eius rei gratia ad imperatorem, ad Maximilianum II. Romanorum regem, ad Mariam eius coniugem, ad Ferdinandi I. impera-

a) filio . . . *ap. ant.* b) *Haec vv. in „Brevibus" apostolicis usitatissima fuisse notum est;* salutem etc. *ap. ant.* c) Datum Romae etc. ut supra *ap. ant.; „supra" autem scripta erant verba, quae uncis inclusi.* d) *Hic eo tempore huiusmodi litteras subscribere solebat; cf. Can. III 65 804.*

---

[1] „Professores" vocabantur non solum magistri litterarum, sed etiam, ut ait *Du Cange* (Glossarium l. c. VI 525), „qui regulam Ordinis alicujus profitebantur", et maxime, qui in eodem „professionem" sollemnem emiserant sive vota religiosa eaque „sollemnia" nuncupaverant.

[2] De hoc Pii IV. secretario vide *Can.* III 65.

toris filias Oeniponte habitantes, ad Ferdinandum et Carolum earum fratres, ad Carolum cardinalem Lotharingiae, ad Ludovicum cardinalem Madrutium, ad Fridericum Staphylum, ad praelatos et nobiles, quorum nomina nota non sunt (*Steinherz* l. c. III 277—278). Atque vaticano illi litterarum Canisio destinatarum apographo manu antiqua adnotatum est, „Staphylo eodem exemplo“ sive iisdem fere verbis atque Canisio scriptum esse.

804. CARDINALIS **STANISLAUS HOSIUS**, unus ex concilii tridentini praesidibus, episcopus varmiensis, CANISIO.

Tridento 22. Martii 1563.

Litteris Augusta 11. Martii 1563 a Canisio ad Hosium datis manu eiusdem temporis Tridenti adnotatum est, Canisio „responsum“ esse „22 Martij“; vide supra p. 115; ipsa autem Hosii epistula perisse videtur.

Canisius Hosio rescripsit 3. Aprilis 1563.

805. **P. ALPHONSUS SALMERON S. J.**, pontificius in concilio tridentino theologus, CANISIO. Tridento sub 24. Martii 1563.

Ex apographo litterarum Polanci, eodem tempore scripto. Cod. „V. P. 62“ f. 253b—254a.

Polancus nomine Lainii Tridento 24. Martii 1563 Augustam ad Canisium scripsit: „Jl padre Salmeron responde alla R. V. sopra il catechismo et scriue di certo libro che qui ua.“

Salmeron m. Novembri a. 1562 Canisii catechismum (maiorem, ut omnino videtur, sive „Summam doctrinae Christianae“) recognoscendum et, si ita fieri conveniret, „locupletandum“ susceperat (*Can.* III 579 799—780). Quem librum cum Maternus Cholinus typographus coloniensis denuo excudere vehementer cuperet (vide supra p. 11), fortasse Canisius initio a. 1563 Salmeronem ad laborem maturandum urserat.

„Liber“ autem, qui una cum his litteris ad Canisium missus est, Gasparis Cardilli de Villalpando Apologia pro concilio tridentino fuisse videtur, eaque manu scripta, non excusa; de qua vide Salmeronis litteras sub 12. Aprilis et sub 1. Maii 1563 ad Canisium datas. Hoc loco haec tantum adnoto: Salmeron, puto, vel his vel proximis litteris Canisium rogavit, ut „Apologiam“ recognosceret et ad eam in Germania excudendam suam praestaret operam.

806. **P. IOANNES DE POLANCO**, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO.

Tridento 24. Martii 1563.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „Canisio.“ Cod. „V. P. 62“ f. 253b—254a.

Epistulae mentionem fecit *Polancus* in litteris eodem die Lainii mandatu ad P. Natalem datis (Epp. *Nadal* II 247).

Lainio mittenda sunt exempla scriptorum a Canisio imperatori traditorum. Pecunia a caesare collegio romano concessa. Mutationes rectorum ingolstadiensis et vindobonensis. Natalis. Magius. Cardinalis Borromaeus, dux Suessanus, alii collegium Societatis Mediolani institui cupiunt. Collegio dilingano ampliores et aedes et reditus constituendi. Quidam ex Societate dimissus. Scholae monacenses. Protestantium libri collegio romano emendi. Canisii catechismus. Liber Andradae. Imperator litteris ad pontificem datis res concilii et negotium reformationis optime adiuvit. Proceres auctoritatem Canisii apud principes imminuere conati.

Molto Reuerendo in christo padre. Pax christi.

Riceuette nostro padre quelle de V. R. de 14 del presente et circa quelli scritti dati all' imperatore[1] bastara che si mandino de Hispruch quelli che si trouaranno come gia s' e scritto al rettore[2]. *De 400 illis ducatis in posterum solvendis*[3] *suo tempore agetur; qua in re R. V., si opus erit, ea, qua uti solet, caritate nos prosequetur.* Per adesso gia fu scritto che l padre Lanoy restarebbe in Jngolstadio . se debbia poi chiamarsi di lá mandando in suo luogo il Dottor Paulo[4] o altrimente lo uederà il padre Natale quando sia piu pratico delle cose de Vienna. Et quantunche per italia sia assai necessario il padre Laurentio[5] se si iudicarà essere piu necessario per Germania nostro padre si risoluerá di mandarlo ma si starà un poco a ueder il bisogno che ho detto perche in milano oltra il Cardinale il Duca de Sessa Gubernatore ricerca gente et anche il popolo è disposto per aumentar l' opera et alcuni particolari specialmente[6]. Et pare sarà piu che mediocre seruitio de Jddio cominciar presto quest' opera, oltra quella di Mantua.

Sopra il collegio de Dilinga s' e scritto a Roma del bisogno che ce ne' è d' aumentar la fabrica et dotatione. Vederemo qual risolutione pigliarà il Cardinale cui lettera di sua mano perla R. V. s' e uista qui auanti che si scriuessi sopra il detto collegio suo considerati etiam li articoli che li furon proposti quando stauamo in Roma[7] · a Joanne Hornero dia sua [gratia] christo nostro signore de seruirlo nel stato de Moguntia[8].

Cum Monachii pestilentia cessaverit, de scholis nostris ibidem iterum aperiendis iam agi posse videtur.

Circa li libri che l padre Natale disse si comprassino in Francfordia peril collegio di Roma[9] pare a nostro padre si comprino solamente li principali et non qualsiuoglia libri delli heretici et cosi si scriuerá al detto padre Natal.

Jl padre Salmeron responde alla R. V. sopra il catechismo et scriue di certo libro che qui ua[10].

Doctor Paiva in libro contra Chemnitium scribendo progreditur, quantum per negotia licet[11].

Concilii quoque res lente progrediuntur.

---

[1] Ferdinando I. [2] Vide supra p. 96. [3] Vide supra p. 105[2].

[4] De P. Paulo Hoffaeo S. J. scribit; cf. supra p. 115.

[5] Magius S. J.; vide supra p. 105.

[6] Sanctus Carolus cardinalis Borromaeus archiepiscopatum mediolanensem tenebat; Gundisalvus Fernandez de Cordoba, dux Suessanus, nomine Philippi II., Hispaniae regis, Mediolanum administrabat. De collegii initiis vide Epp. *Nadal* II 234 242 296 341 389 641 et *Sacchinum*, Hist. S. J. II l. 7, n. 35—40.

[7] Cf. supra p. 105. Epistulam illam Ottonis cardinalis Augustani v. supra p. 31.

[8] De Ioanne Orthner (Horner) ex Societate dimisso vide supra p. 45.

[9] Cf. supra p. 115—116. [10] Vide supra p. 122.

[11] Cf. supra p. 54.

Jl buon Jmperator con sue lettere che ha scritto al papa mandando le copie al concilio fa quello che può per aiutar le cose di quello accio uadi inanzi et attenda alla reformatione quale etiam il papa dice uoler fare salua la auctoritá della sede apostolica [1].

S' è uista la lettera che scrisse la R. V. sopra gli officij che alcunj hanno fatto contra di lei etiam persone grande [2] ma pare tutto assai chiaro segno del buon procedere della R. V. mundus enim quod suum esset diligeret [3]: speramo pur che la diuina bonta darà tanta gratia et auctorità alla R. V. conli principi quanta conuenga perla edificatione de Molti et seruitio suo sancto. *Ora pro nobis Deum.* De Trento 24 de Marzo 1563.

Nescio, quando Canisius ad hanc epistulam rescripserit (sub 27. Martii 1563? 3. Aprilis 1563?).

807. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu. Augusta Vindelicorum sub 27. Martii 1563.

Ex fontibus infra memorandis.

Convenit, ut Friburgi Brisgoviae collegium condatur. Ea universitas satis catholica est.

Canisium sub 27. Martii 1563 Lainio scripsisse, et ex eo, quod singulis hebdomadis ei scribere solebat, conici potest, et ex litteris a Polanco nomine Lainii Tridento 6. Aprilis 1563 ad Canisium datis merito colligitur; quas vide infra p. 137. Atque illas Canisii litteras fortasse Polancus significavit, cum Tridento 13. Aprilis 1563 Vindobonam ad P. Natalem de Societatis collegio Friburgi Brisgoviae instituendo scripsit: „Del collegio de Friburgo el P. Canisio ha tomado la mano de tratarlo, porque á él fué propuesto, creo por un segretario del emperador [4], y tiene aquel puesto por muy conueniente, así por ser la uniuersidad más sana de heregías que haia en esas partes, como por estar uecina á los squízzeros" (Epp. Nadal II 259).

Lainius Canisio per Polancum rescripsisse videtur 6. Aprilis 1563.

808. P. NICOLAUS LANOIUS S. J., rector collegii ingolstadiensis, mandatu PP. HIERONYMI NATALIS et PETRI CANISII, **SIMONI THADDAEO ECKIO**, ducis Bavariae cancellario, et CONSILIARIIS aliis ducis. Ingolstadio inter 27. Martii et 4. Aprilis 1563.

Ex apographo eiusdem fere temporis (2°, 1½ pp.), quod fortasse manu P. Theodorici Canisii S. J. scriptum est; in p. 4 altera manu eiusdem fere temporis: „Jhesus.

---

[1] Ferdinandus I. Oeniponte 3. Martii 1563 binas litteras Romam ad Pium IV. miserat (v. supra p. 118 [2]), alteras breviores et suaviores, alteras valde copiosas et secretas atque ita conceptas, ut dicendi pietas et reverentia cum conquerendi acrimonia et monendi vehementia misceretur; et hoc quidem notum olim erat, Drascovitium suaviorum illarum exemplum Oeniponte secum attulisse Tridentum et cum cardinalibus concilii praesidibus ac cum cardinale Lotharingo communicasse (*Sickel*, Trient 446—450. *Le Plat* l. c. V 690). Nunc autem constat, severiorum quoque harum litterarum apographum 24. Martii 1563 iam praesto fuisse; eo enim die *Polancus* Lainii mandatu Natali scripsit: „Han llegado aquí dos letras del emperador, copias de las que escriue á Su Santidad sobre el no deshazer ni suspender el concilio, y tratar de la reformacion, etc." (Epp. *Nadal* II 245).

[2] Cardinalis Lotharingus? Vide supra p. 111. [3] Io 15, 19.

[4] Per Marcum Singkhmoser?

Supplex libellus pro Societate Iesu Dominis Consiliarijs Illustrissimi Principis Bauariae in hebdomade passionis[1] Ingolstadij exhibitus"; sequitur, manu posteriore (saeculi XVII. vel XVIII.): „nomine P. Hier. Natalis Commissarij, et P. Canisij Provincialis de fundatione Collegiorum Bavaricorum". Cod. monac. „Scriptt. coll. Ingolst." (cf. *Can.* I LV) f. 39 et sq non sign.

Quae de collegiis ingolstadiensi et monacensi a Natali et Canisio Landsbergae proposita, a consiliariis promissa sunt, iisdem consiliariis in memoriam revocat. In Societatis collegiis praeter eos, qui operam necessariam praestant, aliquos esse oportet, qui in illorum vel aegrotantium vel mortuorum locum substituantur. Aliqua etiam collegia debent quasi „seminaria" esse „studiosorum", qui suo tempore in varias terras mittantur; cui rei maxime aptae sunt publicae academiae, ut Societatis collegia romanum et conimbricense. Collegia minima saltem 20, maxima saltem 70 hominum esse debent; romanum et conimbricense fere 200 habent. Bavarica collegia amplioribus reditibus indigent; 50 floreni annui singulis non sufficiunt. Ferdinandus I. imperator liberaliorem se praebet. Collegii ingolstadiensis aedes et maxime sacellum amplificari oportet.

† Magnifici Nobiles atque spectabiles Domini.

Cum ea quae nuper Landtspergae[a] Magnificentijs uestris, a Reuerendis Patribus nostris D. Hieronimo Natale nostrae Societatis Commissario . et a D. Petro Canisio eiusdem Societatis in Germania Prouinciali de Collegijs nostris in hac prouincia Bauarica dotandis fuere proposita[2], promissionem tantum[b] acceperint, reiecta scilicet in aliud commodum tempus eius rei executione. Visum est eadem Mag.V. obiter ad memoriam reuocare, ac succincte rursus proponere, ut si commode fieri potest, occasione[c] — praesentiae Illustris: Principis nostri et istius solemnis statuum Bauaricorum conuentus[3] hoc negotium semel absoluatur.

Vt igitur a genere incipientes ad speciem descendamus fundatio Collegiorum Societatis nostrae atque institutio (ut tunc commemoratum fuit) exigit ut praeter eos qui quotidianas illic operas in suis offitijs praestant, addantur et alij nimirum ut possit ex his se Collegium conseruare, habeatque nonnullos qui aegrotis, aut mortuis operarijs continenter substitui possint. Sic autem concipienda est istorum operariorum alijs uel infirmis, uel mortuis substituendorum additio, ut interea temporis minime otiosi, sed uel studijs literarijs, uel quibuslibet alijs utilibus Collegio, ubi necesse fuerit, possint publicae utilitati utiliorem nauare operam.

a) Landtsperga *apogr.* b) *Hoc v. supra versum scriptum est.* c) *Sequitur v. tam obscure scriptum, ut legi non possit.*

[1] Anno 1563 „hebdomas Passionis" Domini erat a 28. Martii ad 3. Aprilis.

[2] Natalis, Canisius, Lanoius 9. et 10. Novembris 1562 Landsbergae de variis rebus et maxime de collegiis ingolstadiensi et monacensi amplificandis dotandisque (*Can.* III 686—688) egerant cum Simone Thaddaeo Eckio, Alberti V. Bavariae ducis cancellario et praecipuo consiliario (Epp. *Nadal* II 492—493), et Ottone Henrico libero barone de Schwartzenberg, qui in aula Alberti praecipuum quoddam officium tenebat („Landhofmeister"), atque aliis ducis ministris et consiliariis (*Can.* III 686 ad 688. Epp. *Nadal* II 138—139 141—142); res religionis tunc curasse potissimum videntur praeter Eckium Onufrius Perbinger, Ioannes Schwabbach, Christophorus Elsenheimer, Burchardus (?) de Schellenberg consiliarii.

[3] Comitia haec Ingolstadii a 16. Martii ad 6. Aprilis 1563 habita sunt.

Et haec dicta in genere de conseruatione Collegiorum nostrorum quantum ad offitia, et ministeria in ipsis exercenda et continuanda spectat. etiam non habito respectu boni uniuersalioris quod praeter haec requirit, ut in quibusdam Collegijs sint uelut quaedam seminaria studiosorum, qui suo tempore in uineam Domini quoquo uersus mitti possunt[a] [?][1]. Nusquam autem huiusmodi operarij[2] futuri uidentur commodius posse praeparari quam in publicis Academijs quae sunt omnium disciplinarum ceu quaedam emporia foecundissima. Tale sane est inprimis Collegium nostrum Romanum, ex quo singulis annis plurimi completis studijs prodeuntes, per uarias orbis Christiani Regiones, ad excolendam Christi Domini nostri vineam disperguntur. Huic et simile et numero Collegarum fere aequale est in Lusitania Collegium Regium Conimbricense[3], quod et ipsum non paucos e suo graemio, in uastissimas indiarum Prouincias subinde extrudit.

Porro sicut infimum seu minimum Collegiorum nostrae Societatis viginti Collegas saltem complectitur[4], ita maximum uel[b] completum ad 70 usque solet assurgere[5]. Quanquam nulla ratio suadet ut hic numerus transcendi non possit, uel debeat. Nam et vtrumque Collegiorum praedictorum Romanum inquam, et Conimbricense plus minus Ducentos quotidie alit. Quantum autem debeat crescere numerus nostrorum, tum in hoc Ingolstadiensi, tum in alijs Collegijs Bauaricis[6]. Illustr: Principis nostri, et Vestrarum[c] Mag: iuditio solerti poterit definiri.

Coeterum quod ad dotationem perennem dictorum Collegiorum attinet, recta experientia edocti arbitramur census, seu prouentus vnicuique Collegio assignandos, Coeteris paribus, opimiores esse oportere, ea pensione usitata, quae in annua totius Collegij huius sustentatione hactenus est persoluta, quandoquidem admodum est difficile (ut non dicam impossibile) ut hoc Collegium (uerbi causa) 20 Collegas mille florenis renensibus id est vnum quemlibet quinquaginta per totum annum sustentet. Nam praeter uictum et amictum, libri subinde comparandi, et alij sumptus extraordinarij quotidie incidentes marsupium[d] citius exhauriunt. De qua re sapientes ac expertos admonere, superuacaneum ducimus, satis habentes exemplum Inuictiss: ac Prestantiss:[e] [?] Caesaris nostri Ferdinandi ob oculos ponere, qui Collegio

a) *Sic apogr.; sed scribendum fuerat, nisi fallor:* possint. b) *Hoc v. supra vers. scriptum est.* c) Vestrarum *(Magnificentiarum) correxi ex* Vestrorum, *quod est in ap.* d) marsupinum *ap.* e) *V. obscurius scriptum.* Religiosiss: ?

[1] *Constitutiones* Societatis Iesu, P. 10, n. 4. [2] Cf. Mt 9, 38; 20, 1 etc.

[3] Ioannes III. rex hoc Societatis collegium (Coimbra) a. 1542 coeperat condere.

[4] Vide *Can.* II 662[5]; III 19.

[5] Ut in collegiis in quibus praeter litteras et philosophiam etiam theologia tradatur, saltem 70 hominibus victus provideatur, exigitur in „Formula acceptandorum Collegiorum“ a Lainio praeposito generali data et a. 1565 a II. congregatione generali Societatis approbata (*Pachtler* l. c. I 334—336).

[6] In monacensi et in iis, quae dux Straubingae et Landishuti instituere volebat (cf. *Can.* II 185 192 564; III 364 380 684 etc.).

nostro Oenipontano pro 20 personis mille quingentos renenses praeter ligna et salem[a] in annos singulos tribuit[1]. Pragensibus uero bis mille Daleros et amplius quotannis percipiendos confectis perpetuae donationis literis assignauit[2]. Sed et Viennense Collegium maiori largitate dotauit[b] [3].

Ad haec de commodioribus aedificijs et praesertim huius Collegij Ingolstadiensis meminerunt[c] [?] etiam praedicti Patres nostri[4], quamquam reuera magis monet quod eo in loco ubi nunc degimus, templum haberi non possit, obeundis sacris offitijs, ac spiritualibus exercitijs accommodatum . ubi etiam publicus transitus medietatem sacelli nostri, alioquin satis angusti intercipit[5]. Quo integro si nobis libere uti liceret, et professoribus aliunde in scholas publicas ingressus pateret[d], vtcumque hac uia occurreretur damnis et incommodis, quae ex tanta sacri loci angustia certum est euenire. Haec sunt quae existimamus iuxta mentem superiorum nostrorum Illust: Principi Vestrisque Magnificentijs in praesentiarum repraesentanda.

Dominum Deum obnixe precamur ut cuncta nostra consilia cum in hac tum in alijs rebus maioris praesertim momenti dirigat, et ad gloriam sui nominis animarumque salutem, et Reip: utilitatem[e] conuertat, post hanc uitam autem uobis et nobis requiem sempiternam tribuat. V. Mag:

Humiles in Domino serui Rector et Collegium Societatis Jesu Ingolstadij.

„*Petrus Hauptius Coloniensis*" S. J. in * litteris quadrimestribus collegii ingolstadiensis Ingolstadio 4. Maii 1563 datis (in quibus 19 Socios — 8 sacerdotes, 11 alios — in collegio modo degere refert) de Alberto V. Bavariae duce scribit: „Persistit Princeps in solita erga nos beneuolentia, quj paulo ante finem Comitiorum, quae hic sunt celebrata, promisit sibj curae fore, vt Collegijs Bauaricis sua cito dotatio firma, et incrementum accedat" (ex litteris archetypis, a P. Nicolao Lanoio S. J., collegii rectore, Romam missis. Cod. „G. Ep. IV" f. 155[b]). Vide tamen, quae de

a) saltem *ap.* b) donauit *ap.* c) *Sic ap.; sed ut corrigatur* monuerunt, *et leges grammaticae et quod proxime sequitur* monet *suadere videntur.* d) *In ap. sequitur* vnumquodque, *a libr. oblitteratum.* e) *Sequitur* conferat, *a libr. oblitt.*

---

[1] Cf. *Can.* II 702 709 716; ubi tamen de sale nihil dicitur.

[2] Has litteras vulgavit *Bucholtz* l. c. IX 668—672.

[3] P. *Paulus Hoffaeus,* collegii vindobonensis rector, ipsis hisce diebus scripsit: „Quando Collegium a Caesare non nisi 1200 fl. quot annis acciperet nec tam exigua summa se sustentare posset, adiunctj sunt a S. Maiestate in annos singulos vsque ad futuram Collegij fundationem 800 floreni, quos pendit Praepositus Herzenburgensis" (Herzogenburg, praepositura Canonicorum regularium S. Augustini, in Austria inferiore). Ita quidem in *Relatione autographa, supra p. 47[5] memorata (Cod. „Austr. Fund. III" f. 179[b]). Praeterea, ut P. *Ioannes de Victoria* S. J. sub a. 1564 *notavit, „ex Archiducali Gymnasio" dabantur „quotannis floreni [rhenenses] 280", qui pro salario essent duorum Societatis hominum, qui in universitate theologiam tradebant (ex autographo. Cod. „Austria Fund. Coll. II" f. 142[a]). Vindobonae a. 1563 plus quam 60 Socii degebant (Epp. *Nadal* II 496).

[4] Natalis et Canisius.

[5] Sacellum dicit S. Catharinae Alexandrinae, facultatis artium proprium, quod in „collegio veteri" sive domo universitatis prope portam erat; cf. *Can.* III 245.

dotatione ingolstadiensi ad Lainium rettulit Canisius in epistula (ut videtur) 30. Aprilis 1563 data. Memoriae proditum est, Albertum ducem a. 1563 collegio 500 florenos donasse (*Cod. „*Fundatores* ac Benefactores Collegii S. J. Ingolstadij ab Anno 1549“ f. 1b. Eystadii, in archivo curiae episcopalis).

De transitu quoque illo ingolstadiensi aliquid promissum est; nam in institutione quadam, quae inscribitur „Quae dixit P. *Natalis* Prouinciali [Petro Canisio] pro collegio ingolstadiensi“, haec sunt: „Agat diligenter apud Principem, ut non sit ad vniuersitatem transitus per templum, quod abhinc trienium polliciti sunt P. Natali consiliarii“: Monumenta paedagogica Societatis Jesu, quae primam rationem studiorum anno 1586 editam praecessere. Edd. *Caecilius Gomez Rodeles, Marianus Lecina* etc., S. J., Matriti 1901, 774.

809. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO.

Tridento 29. Martii 1563.

Ex cod. „V. P. 62“ f. 260b.

Epistulae compluries mentionem fecit *Polancus* in litteris Tridento 30. Martii 1563 Lainii iussu ad P. Natalem datis (Epp. *Nadal* II 251—253).

Canisio scriptoris, qui de Societate non sit, opera uti licere, exceptis rebus secretioribus. De Socio quodam dimittendo et archiepiscopo moguntino commendando. De contionatore Herbipolim mittendo et collegio ibidem parando. Apud consiliarios bavaros efficiendum esse, ut Socii, qui in universitate ingolstadiensi theologiam tractant, provinciali, non Staphylo, theses ostendere debeant. Hos haud satis in disputando sibi moderari. De PP. Stevordiano et Fabro contionatoribus.

Exstat epistulae Tridento 29. Martii 1563 a Polanco ad Canisium datae copiosum quoddam summarium sive „regestum“ italicum, idque Tridenti a Socio aliquo ex archetypa epistula haustum; ego brevitatis gratia aliquas eius partes in latina redegi compendia; est autem hoc:

„Augusta Padre Canisio. Pax christi etc. Seli scrisse alli 29. di Marzo 1563. che fece bene in mandar Gio: Fiamengo[1] *col Rettore di Monachio*[2] *et che non si trouando scrittore della Compagnia che N. Padre si contenta lo pigli di fuora, ma che quando occorressi trattar di tentationi, ò cose che non stiano bene a scrittor forastiero le scriua per mano propria, ò del padre Guilliermo*[3].

Et che rimandasse al suo paese a Mateo Herbipolense libero delli uoti.“ Atque hunc, si posset, pecuniam, quam variis locis mutuam sumpsisset, reddere debere[4]*; videri etiam posse, num quod officium archiepiscopus moguntinus ei dare vellet*[5].

„Che poteua scriuere al Reuerendissimo Herbipolense[6]*, che non li fu offerto per N. Padre absolutamente il predicatore, mà si possimo hauerlo, mostrando speranza de hauer qualcuno uerso il settembre et pur se intendeua che se disponessi a dar ordine al collegio come anche mostra nella sua lettera desiderar lo, et uederemo, in sul fin della state quel che potremo fare.“ Canisio, num P. Ioannes Seidel vel P. Martinus Stevordianus Herbipolim mitti possent, Tridentum scribendum esse. Roma in Germaniam praeter eos, de quibus iam esset scriptum, etiam Christophorum „Stro-*

---

[1] Ioannes Flander hollandus, ex urbe Kampen ortus, Romae in Societatem admissus (Epp. *Nadal* II 561—562), Florentiae et Monachii ad litteras et humanitatem institutus, Augustae m. Novembri 1562 Canisii scriptorem agere coeperat (ib. II 139—140 562. *Can.* II 730; III 674—675). Quem distingui oportet ab illo „Ioanne Flandro“, qui m. Octobri a. 1562 ex Italia in collegium oenipontanum missus, ibidem „studiosum“ agebat (ib. III 494 495). [2] P. Theodorico Canisio.

[3] Elderen. [4] De Matthaeo Schapio vide supra p. 103.

[5] Daniel Brendel archiepiscopus huiusmodi homines petierat; vide supra p. 45.

[6] Friderico a Wirsberg; cf. supra p. 104.

berio" germanum et Ioannem Anglum autumno mitti posse[1]. *„Che non si proponessero le conclusioni del dottor Peltano*[2] *de ieiunio etc. ma che se procurassi con li Conciliarij dil duca di babiera che se contentino di leuar òuero mutar quel suo decreto de mostrar le conclusioni delli nostri al Staphilo*[3], *et che in loco di quello pare saria piu decente ordinare le reuedessi il prouinciale . etc. et che auisasi se li pare che si debbia mutar uno delli duoi Theologi de Jngolstadio quando non si accomodassino piu che tanto al conseglio che seli da quanto al disputare."*[4] *„che se scriuerebbe a Roma sopra maestro Georgio Fabro*[5] *accio uedano se senza perturbatione si potessi leuare del suo studio etc."* *Patrem Stevordianum fortasse Coloniam mitti posse „et che forsa sesi facessi superiore di qualche collegio se aquietarebbe".*

Canisius Lainio rescripsisse videtur 3. Aprilis 1563.

810. FERDINANDUS I. imperator CANISIO.

Oeniponte ineunte vel medio m. Aprili 1563.

Ex apographis epistularum Lainii et Polanci, eodem tempore scriptis. Cod. „V. P. 62" f. 284b—286b.

Canisium iubet Oenipontem venire, ut sibi de rebus concilii sententiam dicat.

Lainius Tridento 19. Aprilis 1563 Romam ad Sanctum Franciscum Borgiam scripsit: „Su Magestad ha llamado por una su letra al Doct. Canisio de Augusta cuya copia aqui ua. Desde à qui se le daran los recuerdos que en absentia se pueden dar. Siempre mirando al seruitio diuino, y de la Sede Apostolica." Ac Polancus Lainii nomine Tridento 20. Aprilis 1563 Augustam ad Canisium scripsit: „Si è inteso come la Maiesta Cesarea ha chiamato V. Reuerentia per Jspruch acciò si aiutj dell' opera sua nelle cose chè si hanno a trattare con l'Jllustrissimo Legato morone come della copia di sue lettere hauemo uisto; non si manchera di pregar Dio N. S. si degni dare suo spirito tanto alli consultori per dire il suo parere, quanto alla Maiesta sua et al legato per accettare, e risoluersj secondo che per il bene della Chiesa, e seruitio diuino conuiene."

Canisius 17. Aprilis 1563 iam morabatur Oeniponte (v. infra p. 145). Si igitur litterarum caesarearum apographum Lainio Augusta per Canisium missum est (cf. infra p. 138 143), Ferdinandus I. iam initio m. Aprilis vel paulo post Canisio scripsit; sed fortasse exemplum illud Oeniponte ex aula vel ex collegio recta Tridentum missum est.

Etiam postquam coetus ille theologorum Oenipontem arcessitorum dimissus est, viri aliqui docti de rebus concilii a caesare consulti sunt; ut Staphylus, Georgius Gienger iuris doctor et consiliarius caesareus, Conradus Brunus (Braun) iuris doctor et cathedralis ecclesiae augustanae canonicus (de quo v. *Can.* III 38 [1]); quorum responsa neque inter se neque cum iis, quae antea Canisius et alii scripserant, multum conveniebant. Ex altera autem parte Pius IV. Ferdinandum I. certiorem red-

---

[1] De Fr. Christophoro Strobelio et P. Ioanne Coxo anglo vide Epp. *Nadal* II 249—250 545—546 561.

[2] P. Theodori Peltani S. J., theologiae professoris in universitate ingolstadiensi.

[3] Fridericus Staphylus „superintendens" universitatis erat. *Polancus* Tridento 30. Martii 1563 ad Natalem epistolam a Lanoio rectore ingolstadiensi (ad Canisium?) datam, in qua harum „conclusionum" sive thesium mentio fiebat, transmisit et de „decreto" illo notavit: „Es nueua introdución, y procede de tener por demasiado rigurosos los nuestros". (Epp. *Nadal* II 253).

[4] Vide *Can.* III 555, et supra p. 17 38. *Polancus* Natali, Tridento 30. Martii 1563: „De Ingolstadio se entiende que los doctores Pisa y Theodoro son demasiadamente acres con Estáphilo. Creo será auisado V. R." (Epp. *Nadal* II 253).

[5] De hoc vide supra p. 120.

diderat, brevi cardinalem Moronum, novum illum concilii praesidem, Oenipontem venturum esse, ut pontificis nomine ad caesaris litteras responderet. Tractari ergo necesse erat cum Morono. At „non habemus homines", inquit Seldius vicecancellarius, „qui cum eo tractent". Quare iterum theologorum coetus Oeniponte congregatus est; praeerat Franciscus Forgách episcopus varadinensis (Nagy-Warad, Gross-Wardein); secretarium agebat Brunus; conventibus intererant praeter Canisium Staphylus et Franciscus Cordubensis atque, ut videtur, Mathias Cythardus O. Pr. Ferdinandi caesaris contionator et confessarius (de quo v. *Can.* III 142 [6]) ac fortasse etiam Antonius Brus a Muglitz archiepiscopus pragensis, qui exeunte m. Martio 1563 Oenipontem venerat (*Sickel*, Trient 454 471 492—494. *Bucholtz* l. c. VIII 543); postea alios quoque, ut Ludovicum cardinalem Madrutium et Claudium comitem Lunensem Philippi II. oratorem ad deliberationes illas adhibitos esse ferunt (*A. Knöpfler*, Trient, in „Kirchenlexikon" XI 2103).

Ferdinandum I. ad Canisium theologis suis adiungendum praeter alia propensa illa voluntas movebat, qua in Societatis collegia germanica ferebatur, et nominatim in oenipontanum, quod ipse Canisius instituerat. *Polancus* Tridento 5. Aprilis 1563 P. Matritio scripsit: „Por letras del P. Nadal y otros de Alemaña entendemos que el emperador en palabras y obras se muestra afficionadíssimo" (Epp. *Nadal* II 263). Et *Michael Cameracensis* S. J. in collegii oenipontani * Litteris quadrimestribus Oeniponte 1. Maii 1563 datis: „Quod uero", inquit, „ad Caesarem attinet, . . . haud multo post quam Oenipontum uenit scholas nostras inuisit, magnam animj laetitiam prae se ferens, Collegium nostrum accessit, cubicula omnia superiora et inferiora perlustrauit, nos amanter salutauit porrecta etiam dextera, tum uerbis perbenignis vsus est, quae clementissimum et deditissimum nobis ipsius animum abunde comprobarunt. Erat hortus quidam instar longj et magnj pratj, floridus, fertilis, amoenus, Collegio nostro adiunctus, quj nondum in nostrorum usum et potestatem uenerat; Caesar, cum illuc intrasset, viuae uocis oraculo nobis hortum illum donauit, et coram astantibus multis edixit, locum eum, ut qui fratrum recreationj aptus esset, penes nostros manere debere. Cum nonnulla nobis et Societatj totj pernecessaria peteremus, lubenter idem Caesar annuit, nec solum suis iniunxit, ut quae uellemus, darent: verum etiam, ut libere ad ipsum accederemus, iussit, se nostros uelutj filios usque complecti, quib: fouendis ac defendendis nunquam defuturus esset: Pergite tantum, utj coepistis, inquit, in vinea Dominj strenue laborare. Adhaec in Comitijs, quae hic celebrata fuerunt [1], nos amplis uerbis laudauit, atque hoc vitae Jnstitutum publice defendit, quo nostros, quantum posset, commendatissimos redderet" (ex archetypo. Cod. „G. Ep. IV." f. 100^b). In * *Relatione* autem „De ortu et progressu Collegij Oenipontani" inter a. 1567 et 1570 ex eodem collegio Romam ad praepositum generalem missa asseritur, imperatorem amplum illum hortum collegio, cui ad id tempus „angustus" tantum hortus fuerit, emisse „a Domino de Liechtenstein", atque eundem Sociorum rogatu annuo collegii reditui, qui ad id tempus 1000 florenorum rhenensium fuerit, 500 florenos addidisse. „His adiecit tantum lignorum in pensionem annuam, quantum consumere est in usum culinae et hypocaustorum" (ex archetypo. Cod. „Ass. Germ. Fund. I." f. 5^b—6^a); addidit autem Ferdinandus I., si non ligna illa, certe pecuniam ipsis primis mensibus a. 1563; vide *Can.* III 716. Plura vide in Epp. *Nadal* II 494—495. Cf. etiam supra p. 127.

Propensum hoc Ferdinandi I. in collegium oenipontanum studium causa fuisse videtur falsi cuiusdam rumoris Argentoratum perlati; hinc enim *Christophorus Mundt*, legum doctor et anglicorum negotiorum in Germania curator, 20. Aprilis 1563 ad Guilielmum Cecil, consilii publici Elisabethae reginae scribam, scripsit: Imperatorem in Iesuitarum monasterium Oeniponte a se exstructum se abdere velle (Calendar of State Papers, Foreign Series, of the reign of Elizabeth, 1563, ed. by *Ios. Stevenson*, London 1869, 298).

[1] Comitia dicit ordinum tirolensium, quae a Ferdinando I. in m. Martium indicta erant (*Jos. Hirn*, Erzherzog Ferdinand II. von Tirol I, Innsbruck 1885, 54—56).

811. P. FRANCISCUS COSTERUS S. J., magister noviciorum in collegio coloniensi, CANISIO. Colonia 2. Aprilis 1563.

Ex apographo eiusdem temporis, quod P. *Leonardus Kessel* S. J., collegii coloniensis rector, sua manu festinantius et obscurius scripsit in Cod. colon. „Kess.“ f. 171 (in a. 1563 f. 24) et sic inscripsit: „Costerus p. pet. Canisio“.

Maximam epistulae partem ex eodem apographo vulgavit *Hansen* l. c. 462—463.

Prooemium editoris. Franciscum Costerum (1532—1619), mechliniensem, Coloniae a. 1552 in Societatem admissum, Romae Sanctus Ignatius, ut tria potissimum servaret: animi demissionem, oboedientiam, hilaritatem, exhortatus erat. Sub a. 1563 Costerus Coloniae theologiam in universitate, astronomiam in gymnasio trium coronarum tradebat, magistrum noviciorum domi agebat; postea religiosissimus hic vir Societatis provinciam belgicam bis, rhenanam semel, praeter complura collegia, administravit. Qui etiam sodalitates marianas condidit, legibus instruxit, ad pietatem instituit, edito „Libello Sodalitatis“ qui variis cum nominibus inde ab 1576 saepe evulgatus est; saepe quoque excusum et complures in linguas versum est „Enchiridion Controversiarum“, quod Costerus Coloniae a. 1585 primum in lucem emiserat; praeterea alii libri polemici, contiones, catechismus, meditationes de laudibus Beatae Virginis, de passione Christi, de „quatuor novissimis“, libelli precationum partim latine, partim vlamice ab eo sunt conscripti. (*Jul. Cordara* S. J., Historiae Societatis Jesu Pars sexta T. I, Romae 1750, l. 4, n. 86—89. *A. Niederegger* S. J., Der Studentenbund der Marianischen Sodalitäten, Regensburg 1884, 20—22. *Hansen* l. c. 779 780. *Hartzheim,* Bibliotheca 81—83. *C. Sommervogel* S. J., Bibliothèque de la Compagnie de Jésus. Nouv. éd. Bibliogr. II, Bruxelles-Paris 1891, 1510—1534; IX, Paris-Bruxelles 1900, 128—137. Epp. *Nadal* II, 547—549; *Alfr. Hamy* S. J., Galerie illustrée de la Compagnie de Jésus III, Paris 1893, 43).

Haereses amplificantur. Socii colonienses a protestantibus impugnantur, etiam editis libellis. Qui Hamelmanno Tremonienses ad sacrum calicem sibi arrogandum sollicitanti nomine archidiaconi tremoniensis scripto responderunt. Dux iuliacensis parochos ad calicem laicis dandum cogit. Andradae adversus Chemnitium liber. Socii colonienses, quae contra Artopoeum scripserunt, parvis libellis, protestantium exemplo, vulgare volunt. Principum petitiones tridentinae typis exscriptae. Suspiciones de concilio . Timores de calicis concessione.

— Vehementer hic ab Hereticis infestamur, qui et Collegij felicem progressum impedire et Societatem opprimere conantur, eduntur noui frequenter libelli in quibus non parum perstringimur Antechristi, atque eius mancipia vocamur[1], lacius serpunt hereses[a], nec est qui se obiiciat pro domo domini[b] [2].

Emisit in lucem Hermannus quidam Hamelmannus[3] obscurus hactenus, libellos quosdam vnum quo Senatum Tremoniensem[4] ad com-

a) *Hans. legit:* serpit haeresis. b) dei *H.*

[1] Cf. *Can.* III 799 813. [2] Cf. Ez 13, 5.

[3] Hermannus Hamelmann (1525—1595), osnaburgensis, Monasterii Westphalorum sacerdotio initiatus, a. 1552 ad Lutheri castra transgressus, sub a. 1555 Lutheranorum minister Lemgoviae (Lemgo) in comitatu lippiensi (Lippe) nominatus est; inde ab a. 1568 „superintendens generalis“ primum apud Brunsvicenses, deinde apud Oldenburgenses fuit; libros libellosque plus 100 in lucem emisit (*Döring* in „Allgemeine Deutsche Biographie“ X, Leipzig 1879, 474—476. *G. Uhlhorn*, „Hamelmann“, apud *Alb. Hauck*, Realencyklopädie für protestantische Theologie und Kirche VII, Leipzig 1899, 385).

[4] Tremonia sive Dortmund (nunc dioecesis paderbornensis et provinciae westphalicae regni borussici) tunc urbs libera imperii erat et ad archidioecesim coloniensem

munionem sub vtraque specie sollicitat cui duplici scripto[1] a decano ad gradus marie rogati eius nomine respondimus, nihil quidem tipis excusum est, sed si excudi quid debeat prius per R. V. ad patres tridentum mittetur.

Edidit et alium de iustificatione[2] quorum omnium nacti sumus vnicum exemplar, et id commodato accepimus vt commode transmittere non liceat. Dicatus est Duci Juliae, in cuius ditionibus satis male agitur, nam cogit pastores omnes ne cuiquam petenti vtramque speciem negent, sub poena depositionis.

Intelleximus ex concilio aduersus Kemnitij calumnias aliquid proditurum, nihil tamen certi habemus[3], desiderant pij omnes vt et Arthopeo[a] respondeatur, aduersus quem nostra scripta ad R. p. V. et ad R. p. generalem missa nescimus an acceperitis[4].

Cogitarunt patres si per nos liber componendus esset vt per partes liber ederetur in varias controuersias distributus, tum vt citius aliquid emittatur in lucem tum vt minora ista opuscula a plurimis et emantur et legantur. Hanc enim rationem aduersarios seruare nobis[b] [?] videmus, qui non ita magnis voluminibus sed paruis scriptis heresim suam in animos hominum instillant.

De Concilij aut felici aut[c] infelici progressu nihil quoque[d] auditur, nisi quod a Birchmanno edite sunt[e] nuper petitiones imperiales, regis

a) Arthopaeo *H. Ego* Orthopeo *legeram.* b) nobiscum? nostros? c) *Ita H.; equidem* et felici et *legeram.* d) *H. om.* quoque. e) sint *H.*

pertinebat; ac qui Coloniae in ecclesia collegiali „Sanctae Mariae ad gradus" decani officium tenebant, simul „archidiaconi tremonienses" erant; a. 1563 Godefridus Gropper „iunior", Ioannis et Gaspari Gropperorum frater, duplici hoc munere fungebatur (*J. Mooren,* Das Dortmunder Archidiakonat, Köln und Neuss 1853, 72—110 189).

[1] Scriptum germanicum et latinum dicere videtur; vide infra Costeri epistulam m. Aprili 1563 ad Canisium datam.

[2] „Unanimis omnium patrum . . . consensus, de vera Justificatione hominis coram Deo . . . Autore Lic.: Hermanno Hamelmanno . . . Vrsellis, Excudebat Nicolaus Henricus, Anno 1562." Cum litteris dedicatoriis ab Ioanne Wigando ad Guilielmum, Juliaci, Cliviae, Montium ducem et principem datis, quibus „theologastri Colonienses" impugnantur (*Hansen* l. c. 462[5]. *Stevenson*, Inv. I[2] 138). Hamelmannus in hoc libro, ut P. *Leonardus Kessel* S. J., collegii coloniensis rector, 2. Aprilis 1563 notavit, Societatis homines „Antichristos facit" (*Hansen* l. c. 464). Idem *Kessel* Colonia 29. Aprilis 1563 Lainio scripsit: „Rogati sumus, ut respondeamus libello Hermanni Hamelmanni heretici de Justificatione . . . D. Franciscus [Costerus] aliquid contra eum cepit conscribere. Ubi absolutum fuerit, ad rev. Paternitatem V. mittemus" (ib. 467).

[3] De libro, quem Payva de Andrada Tridenti adversus Chemnitium parabat, vide supra p. 7—8 etc., et infra monum. 587.

[4] PP. Henricus Dionysius et Franciscus Costerus, „Censurae Coloniensis" (Coloniae 1560) auctores, m. Novembri 1562 a P. Natale visitatore iussi erant „Censurae" alteram editionem parare, in qua et Chemnitii „Theologiae Iesuitarum praecipua capita" et liber „Ad Theologastrorum Coloniensium Censuram Henrici Artopoei Responsio" breviter refutarentur; quae scripta, antequam vulgarentur, ut quamprimum Augustam ad Canisium, inde una cum eiusdem „iudicio" Tridentum ad Lainium mitterentur recognoscenda, idem Natalis statuerat (*Can.* III 526 538 553 798).

franciae, et Ducis Bauariae quae quod de vtriusque speciei communione[a] agebant, non parum concedebant hac in parte Hereticis[1]. Suspicantur ex hoc silentio Catholici dissensiones[b] patrum, et non ita felicem atque prosperum successum. Verentur etiam ne si totum concilium decernat[c] [?] vtriusque speciei administrandae potestatem[d] pontifex aduersetur vel si solius pontificis iudicio concilium istiusmodi concessionem relinquat atque illud factum esse tipis mandetur non parum turbationis varijs in locis excitetur . hac de causa non ausi fuimus 6. sessionem typis committere[2]. 2. aprilis.

Costerum a. 1563 haec scripsisse, tum ex loco, quo Kesselius epistulae apographum in suo codice posuit, tum ex epistula ipsa et maxime ex iis patet, quae de concilio in ea dicuntur.

Ex his litteris aliqua ratione probabile efficitur, Coloniae „in pingui gallina" apud heredes Arnoldi Birckmann (cf. *Can.* II, 678; III, 773) excusos esse hos duos libellos, quibus nec locus, nec typographi nomen est ascriptum: 1. „ORATIO HABITA AB | ORATORE ILLVSTRISSI- | MI D. ALBERTI DVCIS BAVA- | RIAE IN GENERALI CONGREGATIO- | ne Sacri Concilij Tridentini, sub | S. D. N. PIO PP. III. [*sic*] die XXVII. | Iunij. M. D. LXII. | VNA CVM RESPONSIONE SAN- | ctae Synodi. | His accesservnt petitiones | Oratorum Caes. Maiest. ad idem Con- | cilium Tridentinum. | ANNO | 1563." (4°; ff. 16 [addito titul.] non sign.; f. C 4[b] — D 3[a] petitiones caesareae 25). Libelli exemplum vidi Monachii in archivo regni bavarici, Cod. „Acta Conc. Trident. Tom. III." 2. „Articuli, si- | ve postulata episcopo- | rum ac legatorum gal- | liae, et regis christianissimi, pa- | tribus Concilij Tridentini Ecclesijs re- | formandis exhibita, die III. Ia- | nuarij. M. D. LXIII. | Anno | 1563." (4°). Libelli exemplum exstat Romae in bibliotheca vaticana, inter libros „palatinos" sive Heidelberga allatos (*Stevenson* l. c. I², 36 n. 1794[d]).

812. CANISIUS **P. CHRISTOPHORO DE MADRID S. J.,** uni ex Lainii praepositi generalis „assistentibus", collegii romani superintendenti. Augusta Vindelicorum 3. Aprilis 1563.

Ex apographo recenti (A), quod ex autographo, in cod. „E. C. I.", f. 310 et sq. non sign. (in p. 4. inscr.), posito, exscriptum est.

Exstat etiam alterum apographum (B), quod sub a. 1860 curante Boero ex autographo transcriptum et postea cum eodem collatum est.

Qua ratione Velserus senator pecuniam Romam mittat ad filium, collegii germanici convictorem, sustentandum etc. Hunc petere, ut artis musicae tractatio sibi permittatur. Multos Germanos pauperes in collegium germanicum admitti velle. Dilingam, ubi egregii magistri doceant, idoneos Socios mitti oportere. De schola lauingana, concilio, Calvinismo, Moscovitis . Deesse contionatores . Austriam Bavariamque nutare.

† Pax Christi Reuerende Pater.

Scribendi occasionem Consul[3] porrigit. Js filium suum in studijs recte progredi gaudet, offertque solutionem sumptuum omnium. Cupit

a) *Ita hoc v. obscurius scriptum legendum esse omnino censeo;* ratione *H.* b) *Vel* dissentiones, *quod habet H.* c) *Ita quidem legendum esse videtur;* dicat *H.* d) utramque speciem administrandam solusque *H.*

[1] Vide, quae sub ipsas has litteras dicuntur.

[2] Concilium 17. Septembris 1562 in sessione XXII., quae erat VI. sub Pio IV., sacri calicis sive utriusque speciei eucharisticae laicis concedendae negotium ad pontificem remiserat.

[3] Hieronymus Velserus (Welser), senator augustanus, cuius filius (Ioannes Georgius) Romae in collegio germanico inter convictores morabatur; v. supra p. 44.

autem ad uictum dumtaxat referri, quam nuper pecuniam misit. Nam quae praeterea in vestes, libros et alios uitae vsus puer insumet, haec proprie annotari, et alia redimere pecunia statuit. Itaque tantum exigi vellet atque huc mitti summam debitorum. Qua in re nihil ego difficultatis fore puto. Mittit filio 5 aut 6 coronatos, ni fallar, inclusos litteris. faxit Christus, vt adolescens bonorum parentum expectationi, officioque suo faciat satis. Aliquando ad me ille scripsit petens indulgeri sibi usum musices, ne quod Augustae didicit, isthic[a] prorsus dediscat, si musicis instrumentis nullis vtatur. Verum hoc iuuenile votum rectius iudicabit R. T. quae non solum vnius, sed etiam multorum rationem habendam[b] nouit in collegio. Multi sunt praeterea Germani, qui isthic admitti postulant uehementer . nos pauperes quidem eos videmus, sed non malae spei. Expectamus, quot recipi possint in collegium hoc tempore[c], aut ad autumnum, vt sciamus quid illis promitti possit. Si Dillingense Collegium procedet (uti confidimus) idoneos professores expectabimus: tum quod egregij hoc loco[d] [?] illic profiteantur[1], tum quod vicina sit prorsus schola haereticorum[2].

Oramus Germanos omnes, vt se diligenter instruant ad munus operariorum, quos hic locus et hoc tempus requirit maxime. Ad Synodum tandem se parant Theologi Louanienses et Episcopi quidam Flandrici[3]. Commendamus nos plurimum sacrificijs et precibus R. T. P. Emanuelis[4], P. Rectoris[5], et inprimis R. P. Francisci[6], omniumque patrum et fratrum. Caluinismus late grassatur proh dolor, ex Gallijs in Germaniam irrupit. Moscouitae Poloniam misere vexant[7]. Sectarum mira dissensio, sed ad Catholicismum inclinatio maior esset, si principes non totis obsisterent viribus sanae doctrinae, cuius quidem seminatores

a) *B perperam* isthuc. b) habendum *B.* c) *Sequitur* sed, *a C. oblitteratum.* d) *Ita quidem AB; sed nescio an C. scribere voluerit* tempore*; sicut paulo infra:* hic locus et hoc tempus.

[1] De Cornelio Herleno, Matthaeo Galeno, reliquis universitatis dilinganae professoribus vide *Can.* III 282—283 290.

[2] Wolfgangus Palatinus, dux neoburgensis ac bipontinus ac Lutheranorum praecipuus quidam patronus, sub a. 1561 Lauingae (Lauingen), quod oppidum Dilingae valde vicinum est, academicum quoddam gymnasium instituerat, in quo, praeter litteras humanitatemque, philosophia, theologia, ius traderentur; docendi discendique leges gymnasio tulit Ioannes Sturmius, gymnasii argentoratensis praeses magna apud protestantes sapientiae laude florens (*B. G. Struve,* Ausführlicher Bericht von der Pfältzischen Kirchen-Historie, Franckfurt 1721, 59—60. *Bavaria.* Landes- und Volkskunde des Königreichs Bayern, bearbeitet von einem Kreise bayerischer Gelehrter II[b], München 1863, 956).

[3] Vide supra p. 119. [4] Sa (Saa); de quo v. *Can.* II 97[2].

[5] Sebastiani Romaei (Romei), rectoris collegii romani.

[6] Sancti Francisci de Borgia.

[7] Ivanus IV. „terribilis" bello Polonis illato m. Februario 1563 Polocium (Polotzk) expugnavit diripuitque, urbis ecclesias destruxit, plurimos incolas interfecit (*Theodor Schiemann*, Russland, Polen und Livland bis ins 17. Jahrhundert II, Berlin 1887, 310). Atque rem fama exasperavit; ut cum Philippo II. nuntiatum est, Ivanum in Polocii expugnatione plus 100 000 hominum vel occidisse vel vinctos abduxisse (*Fuensanta,* Colección XCVIII 427).

ubique desiderantur. Dominus Austriam et Bauariam tueatur, cum et ipsae admodum nutent. Vbique ad discessionem parauit uiam Sathan. Deus Europae misereatur. Augustae 3 April. 1563.

Seruus in Christo Pet. Canisius.

† Admodum Reuerendo Patri, Doct. Christophoro Madrid[a], Theologo Societatis Jesu. Romae.

813. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu.
Augusta Vindelicorum 3. Aprilis 1563.

Ex apographo epistulae Polanci, eodem tempore scripto. Cod. „V. P. 62" f. 275[b].

Polancus nomine Lainii Tridento 12. Aprilis 1563 Augustam ad Canisium scripsit: „Quelle di V. Reuerentia di .3. del presente si riceuettero". Quae Canisii litterae iam non exstant. Vide de iisdem memoratam Polanci epistulam, qua Canisio rescriptum est, atque etiam supra p. 124; fortasse enim Canisius his litteris, non superioribus, de Friburgo Brisgoviae scripsit.

814. CANISIUS CARDINALI **STANISLAO HOSIO**, uni ex concilii tridentini praesidibus, episcopo varmiensi.
Augusta Vindelicorum 3. Aprilis 1563.

Ex apographo (A), sub a. 1860 a cl. D. *Saage*, episcopalis curiae varmiensis secretario et archivista, exscripto ex autographo (2°; 1 p.; in p. 4. inscriptio, alterius manu posita, et sig.), quod exstat Frauenburgi in archivo episcopali, cod. „D. 9." n. 62. Omnia, praeter inscriptionem, manu Canisii scripta sunt; in epistula etiam nunc sigillum antiquum apparet.

Praesto mihi erat etiam alterum apographum (B), quod a. 1897 reverendus dominus Dr *Frid. Liedtke*, secretarius episcopalis et archivi episcopalis praefectus, ex eodem archetypo transcripsit et humanissime mihi misit.

Epistula ex archetypo primum excusa est in „Pastoralblatt für die Diöcese Ermland", herausgeg. von Dr. *F. Hipler*, XIV. Jahrg., Braunsberg 1882, 46. Eadem usus est *Eichhorn* l. c. II, 126—127. Particulam epistulae germanice versam iam posuerat *Flor. Riess* S. J., Der selige Petrus Canisius aus der Gesellschaft Jesu, Freiburg i. Br. 1865, 329; particulam gallice posuit *L. Michel* S. J., Vie du Bienheureux Pierre Canisius, Société de Saint-Augustin 1897, 271[1].

Librum mittit. Ad concilium episcopi theologique belgae veniunt. Utinam veniant etiam Germani! Calvinismus progreditur. In Gallia pax impia cum Hugonottis composita est. In comitiis bavaricis „tria cappa" postulata sunt; sed dux abnuit. Timenda saevitia Moscovitarum; magis etiam formidanda „pestis" haeresium.

† Pax Christi Reuerendissime et Jllustriss. Domine.

Misit hunc librum D. Henricus[1] Antuerpia, simulque nuntiat quod mihi pergratum fuit audire, Louanienses Theologos cum quibusdam Belgice[b] doctis Episcopis ad Synodum properare. Vtinam horum exemplo incitati Germani tandem suos quoque mittant, vt nouam et pacatam Concilij faciem sub nouis[c] Legatis[2] resurgere videamus. Foeli-

a) Madril *A.* b) Belgicae *B et Pastoralbl.* c) *Ita AB; Past. haud recte:* suis.

[1] Dunghen; vide supra p. 114[7] 119.

[2] Pius IV., ubi de morte cardinalis Mantuani certior factus est, cardinales Ioannem Moronum (Morone) et Bernardum Navagerum (Navagero) concilii praesides constituit idque in consistorio 9. Martii 1563 habito pronuntiavit.

cius quidem pascha [1] nobis non posset obtingere: sed hoc iterum deterret, quod paucos legamus, ad quos fructus laetae[a] Christi resurrectionis initio redierit [2]. Ne Thomas quidem se illius participem reddidit [3].

Caluinismus magis magisque grassatur in Germania. Hinc Lutherani discruciantur. Si pax impia constituta est cum impiis [4] in Gallia, quod quidam nuntiant[b], magnum accepit vulnus Resp. [5] Dominus pro sua misericordia spiritum largiatur, qui tum Ecclesiasticis ad foedam hanc tempestatem superandam est necessarius, tum Principes nostros debet in offitio continere. Jngolstadij nondum absolutus est conuentus ordinum Bauariae: multi nobiles et e ciuitatibus nonnulli conditiones quasdam postulauerunt, tres scilicet articulos nouatorum more iterum vrgentes, vt tria cappa [6] conficiant, velut viuere non possint absque calice, carne et coniuge. Sed constanter abnuit Princeps hactenus [7]. Vtinam Austria non plus adferat negotij [8]. Sed potest deus rebus etiam desperatis opem adferre. Mirum nisi Moscouitas metuant, qui Deum et Ecclesiae iura non metuunt. Magni mali aliquid Moscus adferet, si ita pergat saeuire [9]. Sed quod bellum non tollerabilius videatur pestilente peste, quae Deo cultum et Ecclesiae integritatem

a) *Ita B Past.;* loetae *A.* b) *Ita AB;* nunciant *Past.*

---

[1] Pascha eo anno 11. Aprilis futurum erat.

[2] Vide Mt 28, 1—10. Mc 16, 1—13. Lc 24, 1—49. Io 20, 1—23.

[3] De Thoma apostolo vide Io 20, 24 25.

[4] „Non est pax impiis, dicit Dominus": Is 48, 22; 57, 21.

[5] Vicerant quidem catholici; at Catharina de Medicis regina, quae regnum pro Carolo IX. nondum maturo administrabat, Hugonottis, qui seditionem fecerant, multos sacerdotes crudeliter trucidaverant, pulcherrima templa destruxerant, corpora sanctorum Irenaei, Hilarii, aliorum combusserant, impunitatem largita est et pace Ambasiae (Amboise) m. Martio 1563 constituta magnam colendi Calvinismi libertatem concessit.

[6] „*Τρία κάππα κάκιστα*", „Tria pessima cappa" velut aenigma olim iactabantur, quo trium gentium mores notabantur, Cappadocum, Cretensium, Cilicum (Adagia, *Pauli Mannuccii* studio . . . vindicata, Venetiis 1585, col. 1311). Quae in alios quoque transferebantur; ut in illo „*De Grammatica* libro" (c. 4), qui augustiniani illius libri epitome est: „Est illud *τρία κάππα κάκιστα*, id est tria cappa pessima: de Cornelio Sulla, de Cornelio Cinna, de Cornelio Lentulo: hi enim per tres litteras designati sunt in libris Sibyllinis" (*Migne,* P. lat. XXXII 1390).

[7] Affirmavit quidem Albertus V., se in catholica religione permansurum neque, ut aliae doctrinae per Bavariam disseminarentur, permissurum; sed simul, ordinum importunitate minisque perterritus, „Declarationem" a. 1556 factam instauravit, qua certis cum condicionibus iis, qui calicem daturi vel sumpturi et diebus abstinentiae carnem manducaturi essent, impunitas promittebatur; immo etiam pollicitus est: Se, si proximis 3 vel 4 mensibus calix a concilio vel a pontifice non concederetur, provisurum, ne quisquam queri posset, se calice fraudari (*C. M. v. Aretin,* Geschichte des Kurfürsten Maximilian des Ersten, Passau 1842, 91—99. *Knöpfler,* Kelchbewegung 113—116).

[8] Cf. supra p. 117.

[9] Cf. supra p. 134[7].

obedientiamque omnem debitam adimat?[a] Sanctum pascha Christus nobis concedat. Augustae 3 Aprilis 1563.

Seruus in Christo P. Canisius.

Reuerendissimo et Jllustrissimo Domino D. Stanislao Hosio, Cardinali et Episcopo Warmiensi S. Concilij OEcumenici Legato Apostolico, patrono amplissimo Tridenti.

Inscriptioni Valentinus Kuczborski, Hosii secretarius, ascripsit: „redditae 7 aprilis 1563, resp. 14."

815. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iac. Lainii, praepositi generalis, CANISIO. Tridento 6. Aprilis 1563.

Ex Cod. „V. P. 62" f. 268[a].

Epistulae mentionem fecit *Polancus* in litteris eodem die Lainii mandatu ad P. Natalem datis (Epp. *Nadal* II 257).

Comitia bavarica et austriaca. Concilium. Collegium Friburgi Brisgoviae condendum. Bavariae dux per Canisium monendus est, Ingolstadii Societatis homines ad doctoratum theologicum Clenckio parum catholice sentienti conferendum operam conferre non posse; neque tamen, si alii Clenckium promovere velint, Socios id impedituros esse. In Sociorum, qui ibidem theologiam tradunt, locum alios substitui convenit. Itinera. Theses. Romae, qui in Germaniam mittendi erunt, melius ad docendum instituentur.

Inter epistularum a Polanco et Lainio Tridento 6. Aprilis 1563 ad varios datarum „regesta" sive summas breves in registro praepositorum generalium Societatis scriptas haec apparet, ex archetypo manu eiusdem temporis exscripta:

„Padre Canisio. Pax christi etc. Se li scrisse detto giorno. che se aspetta intendere il sucesso della dieta Bauarica, et di quella di Austria[1] etc. Se li scrissero nuoue del Concilio etc. che si aspetta il sucesso di quel che si è cominciato a trattar del negocio di Friburgo[2]. etc.

Che la promotione del Clengio non si può far con buona conscientia perli nostri senon dechiara auanti alcune persone de qualità che sente catholicamente di quelle propositioni nellequale publicamente si mostro dubitare. etc.[3] et che la scusatione in scripto pare à N. Padre la debbia far lui et mandarla al Cancellario Ecchio[4] accio la mostri al principe[5], et che se potria dire che se altri della Vniuersità uolessino promouere il Clengio, che li nostri non le[b] [?] impediranno, ben che li nostri non potranno cooperare ne consentire alla tal promotione[6]. che à nostro

a) *Ita B Past.;* adimat et *A.* b) *Sic ap.;* li? lo?

---

[1] Vide supra p. 117[4]. [2] Friburgi Brisgoviae; vide supra p. 124.

[3] Rudolphus Clenck (v. supra p. 17), qui in universitate ingolstadiensi theologiae doctor creari volebat, iam a. 1562 ibidem privilegia Societati Iesu a sede apostolica concessa vehementer impugnaverat, ac si iurisdictio episcopalis iisdem „evacuaretur" etc. (*Can.* III 555[4]). Atque inde ad sententias proferendas progressus est, quibus auctoritas pontificia imminui videbatur; de qua re plura infra.

[4] Simoni Thaddaeo Eck. [5] Alberto V.

[6] In *Actis* theologicae facultatis ingolstadiensis haec, praeter alia, referuntur de sessione facultatis 26. Octobris 1563 habita: „Eodem concessu propositae sunt literae Illustr. principis, quibus jubebat ne impediretur promotio Dni Rodolphi Klenkii, si per alios doctores fieret, qui non essent de societate Iesu, et omnes consenserunt in eam, ita tamen, ut doctores societatis non cooperarentur, nec interessent examinibus vel aliis actibus ad eam promotionem destinatis" (*Pfleger* l. c. [v. supra p. 17] 53[1]).

Padre Pare bene si mutino li dottori Theologi de Jngolstadio[1] *cambiandoli col dottor Jaen et Dottor Torres. etc.*[2]

che circa la andata del dottor Theodoro[3] *si rimette N. Padre al suo giudizio etc.*

che non si tengano li conclusioni[4].

che l' andata del Padre Natale per far le mutationi dette non pare a N. Padre necessaria etc.

che se scriuirebbe a Roma d' essercitar nel modo di enseñar quelle[a] *[?] che si hanno a mandar in Alemagna etc.*

Eodem die 6. Aprilis 1563 *Polancus* nomine Lainii ad P. Nicolaum Lanoium S. J., collegii ingolstadiensis rectorem, haec, praeter alia, *scripsit: „Che la scusa circa la promotione del Clengio pare a N. Padre si debbia fare modestissimamente sanza colera, sopra laquale si scriue al Prouinciale etc. che la andata del Padre Theodoro al paese si rimitte al Padre Prouinciale di nuouo quantunque fusse stata rimessa al Padre Natale" (ex totius epistulae summa brevi eaque eodem fere tempore scripta. Cod. „V. P. 62" f. 268[a]). Atque idem *Polancus* eodem die P. Natali scripsit „sopra il promouer alli gradi il Clengio. et che se era scripto al padre Canisio facessi lui la scusa etc." (ex totius ep. summa eodem tempore scripta l. c. Etiam in Epp. *Nadal* II 257).

Canisius Lainio rescripsisse videtur 14. Aprilis 1563.

816. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu. Augusta Vindelicorum 10. Aprilis 1563.

Ex apographo litterarum Polanci, eodem tempore scripto. Cod. „V. P. 62" f. 285[b].

Polancus Canisio, Tridento 20. Aprilis 1563: „Riceuette N. P. quelle di V. Reuerentia del sabato santo". Quod sabbatum eo anno 10. Aprilis fuit. Epistula perisse videtur; de qua vide memoratam Polanci epistulam, qua Canisio responsum est. Fortasse Canisius his litteris commendavit ea, de quibus Polancus 19. Aprilis 1563 Matritio scripsit; v. infra p. 143—144.

817. P. ALPHONSUS SALMERON S. J., pontificius in concilio tridentino theologus, CANISIO. Tridento sub 12. Aprilis 1563.

Ex apographo litterarum Polanci, eodem tempore scripto. Cod. „V. P. 62" f. 275[b].

De Villalpandi „Apologia".

Polancus mandatu Lainii Tridento 12. Aprilis Augustam ad Canisium scripsit: „Quelle di V. Reuerentia di .3. del presente si receuettero, et circa il libro di quel Theologo Segouiense scriuera il padre maestro Salmerone, et pero io non diro altro". Significatur autem a Polanco, ut omnino videtur, „Apologia" Villalpandi; de qua v. supra p. 122 et Salmeronis litteras sub 1. Maii 1563 ad Canisium datas.

818. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO. Tridento 12. Aprilis 1563.

Ex apographis epistulae (A) et „Postscripti" (B), quae Tridenti ex commentariis vel ex archetypis in registrum praepositorum generalium manibus ignotis (una A,

a) *Sic ap.; sed legendum videtur* quelli.

[1] Ex Societatis hominibus theologiam in universitate tradebant P. Alphonsus Pisanus et P. Theodorus Peltanus. Eorum collegae erant Fridericus Staphylus, Georgius Theander, Martinus Eisengrein.

[2] P. Ferdinandus Jaen (de quo *Can.* III 227[4] 267) in collegio vindobonensi, P. Hieronymus Torrensis sive Torres (de quo ib. 519—520) in oenipontano morabantur.

[3] Agebatur de profectione belgica Peltani; qui ex Belgio ortus erat.

[4] Vide supra p. 129.

altera B) transcripta sunt; in margine A eadem manu: „Padre Canisio"; in margine B, altera illa manu: „Padre Canisio postscritta". Cod. „V. P. 62" f. 275 b 278 a.

Exstat etiam „Postscripti" apographum (C), quod paulo post in Societatis collegio ingolstadiensi manu P. Alphonsi Pisani S. J. (ex exemplo a Canisio eodem misso?) transcriptum est, tempore non ascripto, in Cod. „Antiqu. Ingolst." f. 23 a.

Salmeron et liber quidam. Cardinalis Augustanus pro collegio dilingano, quae Lainius exigit, praestare vult; aedes Sociis 34 sufficere dicuntur. Facultates sacrae a Pio IV. Canisio datae. Epistulae. Quae Canisius de rebus Germaniae Morono cardinali scripserit, Lainio mittenda sunt, ut ab ipso prius legantur. Moronus Tridenti Sociorum opera, consiliis etc. uti statuit. Comitis de Luna adventus. Spes iam est, res magnae utilitatis in concilio tractatum iri. Avilae legatio romana. Ubique reformationem desiderant. Pontifex caesarem Bononiae, concilio eodem translato, coronare volebat. Sessio proxima. Litterarum quadrimestrium Germaniae superioris exempla, quae singulis Societatis pvovinciis mitti debent, quibus sint inscribenda.

Pax christi .etc.

Quelle di V. Reuerentia di .3. del presente si riceuettero, et circa il libro di quel Theologo Segouiense[1] scriuera il padre maestro Salmerone, et pero io non diro altro.

Del collegio di Dilinga ci hanno scritto che 'l Cardinale uuole accomodarsi al parer di nostro padre in ogni cosa et fa disegno intanto che fabrica casa nuoua per noi (il che uol far come se conuiene) che si pigliara una casa affitto per quelli che ui sono adesso, accio tutte le stantie che hanno seruano perli nostri . non so se con tutto questo saranno capaci quelle stantie di .34. persone della compagnia che tante dice lui si possono mandare[2]. V. Reuerentia ci auisi di quello che sa della capacità di dette stanzie.

Le faculta ottenute da Sua Santità per mezzo del Cardinal Augustano si adoprino in buon hora[3].

Epistulas illas consulis augustani et P. Peltani accepimus[4] *etc.*

Del scriuere al Cardinal Moron legato informandolo delle cose di Germania la R. V. lo potra fare de cose pero che habbiano fundamento buono de uerita, o probabilità, il che senza questo auiso farebbe la Reuerentia V. et sara ben uengano le lettere aperte a N. Padre accio le possa ueder prima et dopoi darle. Detto Cardinal intro il Sabbato[5] con la solemnità che sogliono i legati et hieri et anche hoggi l' ha uisitato nostro Padre Preposito accompagnandolo il Padre Salmerone et io, et offertoli le orationi et opera nostra, et lui ha mostrato hauerlo charo, et che ha intentione de aiutarsene delli ricordi che li saranno dati. Mercoridi[6] se intende partira per la corte del Jmperatore[7]. Hoggi fa etiam sua intratta il conte di Luna[8] cui uenuta et

[1] Villalpandi. Vide supra p. 138.

[2] Vide cardinalis Ottonis litteras Roma 24. Martii 1563 ad Lainium datas, in Epp. *Nadal* II 618—619. [3] Cf. supra p. 34. [4] Cf. supra p. 133[3] 138.

[5] 10. Aprilis. [6] 14. Aprilis.

[7] Profectus est 16. Aprilis (*Vicecomes* apud *Baluze-Mansi* l. c. III 458. *Mendoza* l. c. II 116. *Beccadelli* l. c. 68).

[8] Is Philippi II., Hispaniae regis, oratorem apud concilium acturus erat; cf. *Can.* III 532[1].

et anche delli Vescoui et Theologi della inferior Germania, delli quali ci auisa la Reuerentia V. et anche il Padre Euerardo [1], ci da speranza, che si trattara da seno de qualche cosa importante al seruicio diuino nel Concilio, et tanto piu uenendo 2. legati di nuouo Moron et Nauager che non uerranno sanza causa et anche de Roma entendiamo, che Don Luis de Auila [2] per parte del Ré philippo tratta con sua santità del medesimo, et per tutto se desidera la reformacione, et si ragiona di quella, et tuttauia il Papa dice uolerla fare da seno. Si è rafredata pero un poco la speranza che c' era de trouarsi il Papa istesso nel concilio transferendolo a Bologna perche siben il Papa lo desiderasi, et offeressi molti caualli all' imperator per uenire delli Venetiani et delli suoi, et se offeressi anche di coronarlo [3] non se intende che sua Maestà l' habbia accettato benche per Trento si era offerto, Dopo la andata del Cardinal Morone a sua corte si hauera di questo maggior noticia. La dilatione della sessione [4] è necessaria et anche ragioneuole, gia chè piacque Jddio tor le [a] [?] due primi legati per il che non si è potuto trattare fra li prelati, quello che si era proposto et disputato fra li Theologi. *Reverentiae Vestrae et Patris Guilielmi* [5] *precibus nos commendamus.* Di Trento .12. [d' Aprile 1563] [b].

Del modo del mandar le Quadrimestri della superior Germania [6].

Quando saranno scritte le littere [c] quadrimestri della [d] Prouincia della Superior Germania si potranno mandare le copie che uanno per Portugallo e le Jndie in Anuersa, tutte indrizzate [e] in Lisbona al Prouinciale di Portogallo [f] [7].

Quelle che [g] si mandano [h] per le altre quattro prouincie di Spagna [8] si potranno drizzare anco [i] in Anuersa accio [k] si mandino al Com-

a) *Sic A; sed legendum esse videtur* li. b) *Haec supplenda esse, et res ipsae, quae a Pol. scribuntur, et ea ostendunt, quae apographum hoc in codice, in quo exstat, vel antecedunt vel sequuntur.* c) *Hoc v., quod in B deest, supplevi ex C.* d) *Duo vv. sqq. supplevi ex C.* e) drizate *C.* f) Portugallo *C.* g) *In C sequitur* uanno, *a Pis. oblitteratum.* h) se mandaranno *C.* i) anche *C.* k) accioche *C.*

[1] Mercurianus. [2] „Comendador Mayor de Alcantara"; cuius epistulae Roma a. 1563 ad Philippum II. datae exstant apud *Döllinger*, Beiträge I 495—501 514—516 531—535 538—539.

[3] Pius IV. iam m. Decembri 1562 caesari, si is Bononiam veniret, equites suos obtulerat (*Sickel,* Trient 415).

[4] Proxima sessio in diem 22. Aprilis indicta erat. [5] Elderen.

[6] In antiqua illa * „*Formula* scribendi", de qua *Can.* II 582 [4]; III 102 [3] dictum est, singulis „praepositis localibus", rectoribus, „praefectis probationum" seorsum constitutarum de litteris quadrimestribus, quas quisque scribere debebat, mandatum erat: „Mittent autem ad Generalem praepositum suas literas praedictas, vel per Prouincialem vel per aliam viam, si alia fuerit commodior. Item ad Generalem mittent eas aliarum nationum nisi quas commodius possunt ac breuius juxta Prouincialium iudicium vel ipsi mittere immediate vel per suos prouinciales ad quos illas mittere debebunt" (ex huius formulae [„Qua ratione scribendi" etc.] exemplo saeculo XVI. scripto, quod exstat in Cod. „Can. XSa" f. 185[a]—190[a] [f. 185[b]]).

[7] P. Gundisalvo Vaz.

[8] Societatis in Hispania hae exstabant provinciae: Aragoniae, Baeticae, Veteris Castellae, Toletana.

missario della Compagnia in Spagna che è il Padre D. Araoz[1], ouero al Rettor del[a] Collegio nostro de Medina del Campo[2], o della corte del Re Catholico[3] e[b] se non hanno altra uia piu commoda potrebbono indrizarsi[c] in Anuersa al Padre D. Paez[4] alli Carmeliti[d] [?], accio lui le indrizi in Portogallo, e[e] Spagna, e se ci fusse modo di mandar queste di Spagna à Genoua piu facile che in Anuersa possono drizarsi al Rettor nostro di Genoua[5] accio[f] lui[g] le mandj à[h] detto Commissario o Rettori di Medina etc[i] [?] ò di Barzelona[k] [6].

Quelle che uanno per Francia, si possono drizare[l] à Parigi[m] insino[n] à tanto che habbiamo gente[o] in Leone[7].

Quelle che saranno per la inferior[p] Germania, e per l'[q] Austria, e[r] per la istessa[s] Superior Germania meglio saprà la Reuerentia V.[t] come si han da[u] mandare.

Quelle per Lombardia si possono[v] drizar al Rettor di Venetia[8], o[w] di Bologna[9], per l' altre prouincie d' Jtalia[10], e[x] Sicilia si indrizino[y] à Roma.

Polancus hanc epistulam significat, cum Tridento 13. Aprilis 1563 Vindobonam ad P. Natalem scribit: „De lo del concilio, aquí ua un capítulo de una letra que ua al P. Canisio, porque otra cosa no se offreze que dizir de él" (Epp. *Nadal* II, 260).

Ceterum haec Polanci epistula notatu digna est propterea, quod ex ea intellegitur Canisium hoc tempore deliberasse, num relationem de rebus Germaniae a se conscribi et cardinali Morono, primo concilii tridentini praesidi, mitti conveniret. Quod ut faceret, eum, puto, Otto cardinalis Augustanus, cum facultates illas romanas ei mitteret, hortatus est. Certe *cardinalis Otto* Roma 1. Aprilis 1563 Tridentum ad Moronum, qui eum rogaverat, ut de rationibus religionis iuvandae conscriberet „alcuni articuli per memoriale", hoc, praeter alia, scripsit: „Crederei ancora, che V. S. Illustrissima farebbe bene à dire al padre Laynes, che desse ordine à tutti suoi che ha in diverse parti di Germania, che spesso et di continuo avvisassero V. S. Illustrissima di molti particulari, quali giornalmente occorrono di qua et di la per Germania, acciocche V. S. Illustrissima per tempo bene avvisata possi pensare alli remedii" (*W. E. Schwarz*, Vier ungedruckte Gutachten des Kardinals Otto Truchsess etc., in „Römische Quartalschrift für christliche Alterthumskunde" IV, Rom 1890, 34).

a) de *C.* b) et *C.* c) drizarsi *C* d) al monasterio delli Carmelite *C; atque ita a Pol. scriptum esse putarim.* e) portugallo et *C.* f) *Ita C;* acio *B.* g) *Ita C; deest in B.* h) *Ita B;* al *C.* i) *C om.* etc., *idque fortasse recte.* k) Barcelona *C.* l) dirzare *C.* m) Pariggi *C.* n) *B om. 2 vv. sqq.* o) genti *C.* p) per l' Jnferior *C.* q) et l' *C.* r) et *C.* s) l'istessa *C.* t) la V. Reuerentia *C.* u) como s' hanno à *C.* v) possano *C.* w) et *C.* x) et *C.* y) se drizano *C.*

[1] Antonius Araoz.

[2] Hieronymo Ruizio Portillo. Cf. *Sacchinus*, Hist. S. J. II l. 8, n. 120—121.

[3] Philippus II. iam Matriti sedem fixerat (*Fuensanta*, Colección etc. XCVIII 385—432); ubi a. 1560 initium quoddam collegii Societatis factum est, cui primus praefuit Edoardus Pereira (*Sacchinus*, Hist. S. J. II l. 4, n. 176).

[4] P. Didaco (Iacobo) Paëz S. J. (Epp. *Nadal* II 189 238 439).

[5] P. Iacobo Gusmano (de Guzman).

[6] P. Iosepho de Ayala (*Sacchinus* l. c. l. 7, n. 95).

[7] Lugduni. [8] P. Caesari Helmi (Epp. *Nadal* II 283).

[9] P. Francisco Palmio; de quo plura infra.

[10] Societatis provinciis neapolitanae et tuscae.

Quod autem ad praecepta illa de litteris quadrimestribus tradita attinet, in antiqua *„*Formula* scribendi“ (v. supra p. 140[6]) praescriptum erat: „Prouinciales curent literas, quae ad se mittuntur ijs transmittere ad quos destinandae sunt. [ac] quisque[a] eorum quadrimestrem addat suo nomine qua quae sibi occurrerunt quae praepositi et rectores ac praefecti omiserint scribat[b] [?] et eam toties exscribi curet ac similiter et ad eosdem mittat, vt de alijs dictum est, tam autem suam quam eas quas acceperint ex alijs prouincijs epistolas, quiuis prouincialis suae prouinciae domibus, et Collegijs, ac etiam ijs qui in missionibus versantur ita distribuet, et cum ad vnum miserit praepositum vel Rectorem vel praefectum ille rursum ad alium mittat donec peragrata tota prouincia remittantur litere ad Prouincialem. Generalis autem Praepositus praeter prouinciarum litteras alijs transmittendas, quae ad se destinabuntur, curabit etiam vt literae quadrimestres de domo et de Collegio jtem Romano scribantur. Quibus addentur literae Quadrimestres[c] Amerinae Tiburtinae et Tusculanae et tot exempla et eadem ratione mittantur ac de alijs superius dictum est“ (Cod. „Can. X. Sa.“ f. 186[a]).

In institutione porro quadam *„*De literis*“, quae certe ante a. 1566 composita est, quamque equidem ante a. 1564 a P. Natale conscriptam esse censeo, Socii monentur: „Sit certa ratio constituta, unde ad quod Collegium sint transmittende literae quadrimestres, et magna cura adhibeatur, ne diucius hereant in uno Collegio, siue illae sunt transcribende, quod de literis indicis fieri necessum est, siue tantum praelegende[d]. „Literae Jndicae, quae recens adferuntur, legentur in congregatione omnium patrum ac fratrum: quae uero aliunde adferuntur, legantur in prima et secunda Mensa, a quibus si qui absunt, dari eis possunt literae, ut legant.“ „Literae, quae ad animi spiritualem recreationem faciunt, quae aliunde mittuntur, non prius sunt publice nostris praelegendae, quam uel a Rectore iudicatum fuerit, uel abs quouis alio, qui iudicio polleat, et cui hoc ipsum negotium a superiore esset datum num legi debeant.“ „Jllae[e] vero tantum legantur, quae auditoribus esse poterunt aedificationi uel ita emendentur, ut regio[f], et Collegij praesentis[g] [?] status requirere uidebitur, ad aedificationem“ (ex apographo saeculo XVI. scripto et a P. *Theodorico Canisio* S. J. emendato. Cod. „XV. A.“ f. 128[b]—130[a]).

Canisius Lainio vel 17. vel sub 24. Aprilis rescripsisse videtur.

819. CARDINALIS **STANISLAUS HOSIUS**, unus ex concilii tridentini praesidibus, episcopus varmiensis, CANISIO.

Tridento 14. Aprilis 1563.

Ex fontibus infra memorandis.

De alicis negotio Canisii sententiam exquirit. De Galliae miseriis. „Confessionem“ suam depravari.

Epistulae Augusta 3. Aprilis 1563 a Canisio ad Hosium datae Valentinus Kuczborski, Hosii secretarius, adnotavit, Canisio 14. Aprilis rescriptum esse. Hae litterae perisse videntur. De quibus Canisius ad Hosium Oeniponte 21. Aprilis 1563: „Postulauit a me Amplitudo Tua, ut sententiam meam de Calicis negocio scriberem: Hoc enim iterum isthic vrgeri, ueluti non minor inde fructus sit sperandus, si Calix sacer populo permittatur, quam metuendum periculum, si negetur. . . . De libellis ad me missis gratias ago singulares: dolemus vicem Galliae in qua Sectarij rerum potirj modo videntur. Miramur tam impudentes esse quosdam, ut studio quodam Confessionem deprauent, et vim authorj superstiti palam inferant: Adeo nihil modo tutum est in libris Theologicis, qui recens eduntur: Misi uero Antuerpiam literas.“ Vide infra p. 153.

Ad haec intelligenda notare iuverit, *Ferdinandum I.* in „Declaratione et resolutione“ Oeniponte 21. Martii 1563 Tridentum ad oratores suos missa concessionem

a) *Vel:* Vnusquisque. *In ap. antiquo lacuna cernitur.* b) *Sic legendum esse res ipsa suadet; in ap. vetere hic signum obscurum comparet.* c) (Quibus addent literae) Quadrimestres *ap.* d) perlegende *ap.* e) *Hoc v. et 2 sqq. manu P. Theodorici Canisii scripta sunt.* f) *A Theod. Can. correctum ex* regionis. g) *Sic ap.; corrigendumne* praesens?

calicis inter eos „articulos" commemorasse, qui „assistentibus et adiuvantibus aliorum regum ac principum legatis" „ipsi concilio" proponendi essent (*Sickel*, Trient 458—459). Atque etiam regis Galliae oratores in „articulis reformationis" haud multo ante praesidibus concilii propositis sacri calicis concessionem vel potius praescriptionem petierant (art. 18; *Le Plat* l. c. V 638). Atque ipso hoc tempore et Ingolstadii in comitiis bavaricis (v. supra p. 136), et Vindobonae in comitiis Austriae inferioris (*Bucholtz* l. c. VIII, 214—215) eadem calicis concessio vehementer postulata est.

„Libelli" autem illi, quos Hosius Canisio misit, libri fuisse videntur ab ipso Hosio aliquanto ante scripti et modo iterum excusi, ut „Dialogus" et „De expresso verbo Dei" (Parisiis in 16°? Cf. *Hosii* Epistolas II 1006). Quod autem Canisius miratur, Hosii „Confessionem" a quibusdam „depravari", ipse *Hosius* in „praefatione", primum a. 1566 Confessioni praeposita, haec de secunda libri editione antverpiensi, quae a. 1561 apud Ioannem Stelsium opera Henrici Dunghen canonici excusa est, affirmat: „In posteriore Stelsij editione, plaeraque sed non ita multa praeter voluntatem nostram addita fuisse comperimus, ex quibus tamen, quod magnopere nos offenderet, non erat fere, praeter id, quod vbi tractamus de impedimentis matrimonij, sunt addita non solum praeter, verum et contra voluntatem nostram, quaedam verba post Cypriani sententiam a nobis excusam, de virginibus Deo dicatis continere nolentibus. Hucusque enim verba nostra sunt. Nil itaque suffragatur istis Cypriani testimonium. Qui vero postea fuerunt interiecti septem fere versus, eos pro nostris non agnoscimus, quemadmodum, nec illa quae in margine sunt annotata". Atque a. 1562 Parisiis „Aegidius Gorbinus, Guilielmus Desbois, Sebastianus Niuellius" in „Confessione" excudenda „secundae editionis Antuerpiensis errorem sunt secuti": D. *Stanislai Hosii* Opera omnia, cura D. Doctoris Henrici Dunghaei Canonici Antuerpiensis edita, I, Antverpiae 1571, f. *2[b].

Canisius Hosio respondit 21. Aprilis 1563.

820. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 14. Aprilis 1563.

Ex apographis epistularum Polanci, eodem tempore scriptis. Cod. „V. P. 62" f. 284[b]—285[b].

Cum Germani litteris et humanitate valde delectentur, Romae Socii, qui in Germaniam mittendi sunt, melius ad ea instituantur oportet, et nominatim ad bene utendum lingua latina. Ingolstadium mittendus magister, per quem Societas amplum nomen consequatur.

Polancus nomine Lainii Canisio Tridento 20. Aprilis 1563 scripsit: „Riceuette N. P. quelle di V. Reuerentia del sabato santo, e de 14 del presente". Litterae iam non videntur exstare. De quibus tamen ex Polanci epistula modo memorata tum alia cognoscuntur, tum hoc conici potest: Canisium 14. Aprilis 1563 Lainio ea commendasse, de quibus Polancus nomine eiusdem Lainii Tridento 19. Aprilis 1563 Romam ad P. Christophorum Matritium S. J. collegii romani superintendentem scripsit: [La Alemaña] „esta tam pobre de hombres aptos para letras de humanidad, que dize el Padre Canisio ser necesario que los Rectores hagan las letras Quadrimestres por no bastar los lectores. Con esto la Alemaña tiene mas gusto de semejantes letras, que de las scholasticas, y notase que los theologos embiados alla no saben latin a sufficientia, aunque sean doctos en philosophia, y theologia. Esto ha procedido de que en Roma no han estudiado la Retorica los embiados de un tiempo aca, si no artes, y theologia, y assi scriue el Padre Canisio que no menos diligentia le pareze se douria poner en hazer los doctos en la lengua latin . . . Y porque el Padre Canisio muestra desseo de que se embiase à Jngolstadio alguna persona que diese nombre no solo al Collegio, mas aun ala Compañia, leiendo con apparencia hauia ocurido que el Padre Perpignano[1] despues que acaue este año, pues ha de dexar la lection de

[1] De praeclaro viro Petro Ioanne Perpiñan S. J. vide *Can.* III 580[2].

Retorica se embiase a Jngolstadio donde con lo que el ha estudiado otro tiempo de theologia y con lo que studiarà al tempo que leiese no se duda que tendria caudal sufficiente para leer alli la Theologia, y con su eloquentia luego creo pareceria el primer theologo de Alemaña."

Poterat quidem Canisius etiam 10. Aprilis 1563 haec scribere Lainio (v. supra p. 138); sed cum hic 12. Aprilis 1563 de litteris quadrimestribus quaedam scripsisset (v. supra p. 140), Canisius, puto, ad haec rescribendo monuit, in Germania paucos esse, qui litteras illas quadrimestres recte conscribere possent; Lainii autem litterae Augustam 10. Aprilis nondum erant perlatae.

Lainius Canisio per Polancum rescripsit 20. Aprilis 1563.

821. P. NICOLAUS LANOIUS S. J., rector collegii ingolstadiensis, CANISIO. Ingolstadio m. Aprili (post medium) 1563.

Ex apographo epistulae Polanci, eodem tempore scripto. Cod. „V. P. 62" f. 294[a].

Polancus mandatu Lainii Tridento 1. Maii 1563 Canisio ad litteras Oeniponte 27. Aprilis 1563 datas rescribens: „Rimando le lettere delli dottori Lanoy et Pisa". Qui quid de Clenckio ad Canisium scripserint, ex Polanci epistula, quam dixi, colligi potest.

822. P. ALPHONSUS PISANUS S. J., theologiae professor in universitate ingolstadiensi, CANISIO.

Ingolstadio m. Aprili (post medium) 1563.

Vide epistulam proxime antecedentem.

823. P. FRANCISCUS COSTERUS S. J., magister noviciorum in collegio coloniensi, CANISIO.

Colonia m. Aprili (post medium?) 1563.

Ex apographo recenti (A) epistulae Canisii, de quo plura infra ante ipsam illam epistulam dicentur.

Librum a se scriptum recognosci cupit. Libri vel contra Societatem vel pro ea scripti.

Canisius in priore epistula Oeniponte 8. Maii 1563 Tridentum ad Lainium data (duas eo die dedit) haec scribit de libro a P. Costero rogatu et nomine Godefridi Gropperi, archidiaconi tremoniensis, adversus librum quendam Hermanni Hamelmanni, sacerdotis apostatae, composito (cf. supra p. 132): „Mitto scriptum Doctoris Franciscj Costerj, quod in gratiam cuiusdam praelatj de usu Calicis agit aduersus quendam haereticum, quodque a multis desyderatur ut Germanice et latine typis excusum multis inseruiat. Ederetur autem Praelatj dicti nomine, ut minus inuidiae nostris conflaretur. Rogat igitur, ut scriptum idem istuc cito mittatur et responsum accipiatur[a] *[?]; quia* circumdant nos *inquit* undique Haereticj, qui et scriptis suis lacerant Societatem, et ab ea multorum animos auertunt, neque est quisquam qui hanc scribendj operam uelit suscipere. Posset autem quod nos scribimus, facultatis etiam nomine in lucem edj [1]. Jntellexeramus Tridento ali-

a) *Vel:* accipiat.

[1] Etiam „Censura Coloniensis", quam PP. Franciscus Costerus et Henricus Dionysius, S. J., conscripserant, nomine facultatis theologicae universitatis coloniensis a. 1560 Coloniae vulgata erat; vide *Can.* II 721—722.

quid proditurum, nihil tamen hactenus vidimus. *Sic ille, ubi nos admonet de scripto Theologi [Andradae] aduersus Cemnitium edendo" etc.*

Arnoldus Havensius S. J. in collegii coloniensis litteris quadrimestribus, Colonia 1. Septembris 1563 datis, refert: „D. Franciscus Costerus utilem universitati in praelectione theologica idque in publico theologiae[a] [?] facultatis auditorio praebet operam . . . Eiusdem d. Francisci libellum in his partibus perquam necessarium de communione catholica contra Hamelmannum sub amici nomine edidimus, quem intelligimus a quamplurimis avidissime et magna utilitate legi" (*Hansen* l. c. 479). Cum quo autem nomine Costeri libellus editus sit, ex *litteris intellegitur, quas *Polancus* mandatu Lainii Tridento 7. Septembris 1563 Coloniam ad P. Leonardum Kessel, collegii rectorem, dedit; ubi Polancus: „Quod attinet", inquit, „ad libellum D. Franciscj sub nomine D. Jacobi Horstij imprimendum ut et cogitauit cetera scripta edere fiat quod ad Dei gloriam et commune bonum magis expedire iudicabitur" (ex apographo eiusd. temp. Cod. „V. P. 63" f. 211^{a}). Ignorasse tunc quidem videtur Polancus, Costeri de communione catholica libellum iam editum esse; sed Tridento 28. Septembris 1563 idem *Polancus* Kesselio *scripsit: Gaudemus, „quod libellus D. Franciscj Costerj de communione cattoljca libenter et cum fructu legatur (ex apographo eiusd. temp. Cod. „V. P. 63" f. 244^{b}).

Jacobus Coemans (Conianus) Horstius (quem ex Horst, oppido provinciae limburgensis regni neerlandici, ortum esse conicio) coloniensis ecclesiae collegialis S. Gereonis canonicus et gandavensis (Gent) ecclesiae (cathedralis?) „scholaster" fuit: mentionem eius facit *Petrus Ximenius* in duabus epistulis Colonia (sine anno) ad Georgium Cassandrum datis (Sylloges Epistolarum a viris illustribus scriptarum Tomus II, Leidae 1725, ed. *Petr. Burmannus,* 273—274 277—279); idem 26. Martii 1578 Coloniae ad sodalitatem sive congregationem marianam in Societatis collegio institutam ascitus est; a. 1588 Colonia Gandavum transmigrasse videtur (*Franc. Sweertius,* Athenae Belgicae, Antverpiae 1628, 360. *Fr. J. v. Bianco,* Die alte Universität Köln I, Köln 1855, 660—661. *Hansen* l. c. 636 [2] 722 [1]).

Hic Costeri liber, neque ab Iosepho Hartzheim in „Bibliothecam Coloniensem", neque a Carolo Sommervogel in „Bibliothèque de la Compagnie de Jésus" relatus, in occulto iacebat, donec eum *Nicolaus Paulus* Monachii in bibliotheca regia repertum a. 1893 ab oblivione vindicavit. Inscriptus est: „Catholicae Communionis defensio, ad S. P. Q. Tremoniensem, adversus Epistolam Hamelmanni. Per Jacobum Horstium, S. Theologiae Licentiatum. Coloniae, apud Maternum Cholinum. MDLXIII". Liber, ut notat Paulus, Colonia Kalendis Augustis 1563 datus, de lutheranismo in urbem tremoniensem (Dortmund) inducto aliqua habet, quae cognitione valde digna sunt (Katholische Schriftsteller aus der Reformationszeit, in „Der Katholik", 73. Jahrg., II, Mainz 1893, 216).

Guilielmus, Cliviae, Iuliaci, Montium dux et princeps, Hamelmannum paulo post „propter doctrinam suam pravam" exire iussit „ex suis ditionibus" (*Hansen* l. c. 479 [1]).

824. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu.

Oeniponte 17. Aprilis 1563.

Ex apographo litterarum Polanci, eodem tempore scripto. Cod. „V. P. 62" f. 289^{b}.

Se a Ferdinando I. imperatore clementer exceptum esse etc.

Polancus nomine Lainii Tridento 23. Aprilis 1563 Oenipontem ad Canisium scripsit: „Hoggi si è riceuuta la lettera di V. Reuerentia de 17 del presente, e si è inteso quanto benignamente sia stata riceuuta dalla Maiesta Cesarea. etc." Canisii epistula perisse videtur; de qua plura notat Polancus in epistula modo memorata, qua Canisio respondit.

a) *Sic; corrigendumne* theologicae?

825. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO.

Tridento 20. Aprilis 1563.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „Padre Canisio". Cod. „V. P. 62" f. 285b—286b.

Epistulae mentionem fecit *Polancus* in litteris eodem die Lainii mandatu ad P. Natalem datis (Epp. *Nadal* II, 266).

Particula ex apographo, quod dixi, transcripta est in Epp. *Nadal* II, 620. Epistula usus est *Kröss* l. c. 164.

Fructus ex contionibus collecti. Schapius. Contionator Herbipolim mittendus. Fratres scholastici Romae melius exercitabuntur in litteris et humanitate. In Clengio ad doctoratum theologiae promovendo Sociis maior habenda ratio conscientiae suae quam cancellarii ducisque. Lanoius. Convictores collegii germanici. Octaviano Fuggero non permittitur, ut in eo collegio suos habeat famulos. Catechismi recognitio. Deo commendabitur tractatio de concilio inter caesarem et cardinalem Moronum habenda. Canisius utrique fidem et taciturnitatem servare debet, ac scripto iis respondere. Moronus, ut fertur, tria curabit: 1. Ut „proponendi" potestas apud solos cardinales praesides maneat; in qua re Canisium ei operam praestare oportet. 2. Ut, concilio Bononiam translato, caesar ibi coronetur; at Lainius praestare censet, ut Tridenti absolvatur concilium, deinde Bononiae caesar coronetur; quae coronatio valde commendanda est. 3. Ut, dogmatum et reformationis tractatione accelerata, concilium brevi finiatur; id quod Lainio valde probatur. Si pontifex concilium alio transferre omnino velit, caesar ei obsistere non debet. Moronus, de Societate optime meritus, Canisio valde observandus est. Theologiae professores ingolstadienses; praestat in aliquam academicorum offensionem incurrere, quam saepe cum iis potare.

Riceuette N. P. quelle di V. Reuerentia del sabato santo, e de 14 del presente, e ringratiamo Dio N. S. del buon frutto che si è fatto con la sua parola in Augusta, e Monachio. Jl particolare intenderemo uolentierj almeno nelle quadrimestre uicine di Maggio [1].

Matteo [2] uada al nome di Dio al suo paese;

R. V. cum P. Natale deliberabit, num episcopo herbipolensi [3] *contionatorem mittere possit. Romam scripsimus, ut praeter eos, de quibus scriptum iam esset, etiam alios in Germaniam mitterent; ac fortasse etiam P. Georgius Faber mittetur.* Sarà raccomandato etiam procurino che li Tedeschi siano esercitatj nelle lettere humane, non solamente nella filosofia, e teologia [4], uero è che gli danno tanta fretta al cauarli di Roma che à mala pena possono finir li corsj, e cosi e difficile che possano rinfrescarsi troppo nelle lettere d' humanità. Per l' auenire forse ci sará maggior commodita.

Sopra la promotione del Clengio non occorre dir altro se non che doueranno li nostri tener piu conto con le sue conscientie, che con la uolunta del Cancellario, ne anco del Duca [5]. Facciano loro se uogliono, ma non sforzino li nostri a proceder oltra quello che sentono, esser il douere. Jl Padre Lanoyo resti in buen hora in Jngolstadio poi che li e tanto necessaria sua presentia.

---

[1] Vide infra monum. 426. [2] Matthaeus Schapius; vide supra p. 128.
[3] Friderico a Wirsberg. [4] Cf. supra p. 143.
[5] Simonis Thaddaei Eckii et Alberti V.; cf. supra p. 137.

Quel giouane raccomandato del Signor Jacomo Fucaro[1] si potra mandar à Roma, doue hieri fu scritto li dessino luogo presuposto che lui paghera sue spese secondo l' uso.

Circa Ottauiano[2] figliolo del Signor Giorgio in uero non pare conueniente che dentro del Collegio se li permettessj hauer seruitorj per non introdur tal usanza, essendo quel luogo solamente deputato per li[a] studiosi, e se si accettassino seruitori delli nobili che ui sono impiriano parte del Collegio e forse guasteriano la buona disciplina, et essendo otiosi, e poco forse costumatj; se pure se li dessj come per compagno alcun giouene quale anco fossi scolare, et lo seruissi dentro del Collegio in alcune cose restando l' uno e l' altro sotto la disciplina commune si potria permettere benche in effetto non nuoce niente alli giouanj humiliarsj, ne e contra l' honore loro gia che tuttj etiam nobilj fanno cosj li dentro.

Circa la ricognitione del catechismo si puo far di la cio che conuiene senza mandarlo qua a N. P. massime tenendo nella prouincia il Padre maestro Natale, col quale si potrebbe conferire et[b] espedir la cosa[3].

Si è inteso come la Maiesta Cesarea ha chiamato V. Reuerentia per Jspruch acciò si aiutj dell' opera sua nelle cose chè si hanno a trattare con l' Jllustrissimo Legato morone come della copia di sue lettere hauemo uisto; non si manchera di pregar Dio N. S. si degni dare suo spirito tanto alli consultori per dire il suo parere, quanto alla Maiesta sua et al legato per accettare[c], e risoluersj secondo che per il bene della Chiesa, e seruitio diuino conuiene: se qui si tenessi notitia in particolare delle cose che si hanno a trattare si potrebbe dar qualche buon ricordo alla Reuerentia V. Jn generale pare a N. P. si guardi fedelta alla Maiesta Ces. specialmente nelle cose che dira in segreto, e similmente si faccia con l' Jllustrissimo legato . e nelle cose appertenentj al seruitio del Papa, e sede Apostolica, faccia V. Reuerentia i migliori ufficij che potrà come da sua charita si deue sperare, e li pareri suoj pare anco a N. P. li dia in scritto (se ben di parola potra etiam dir cio che giudicara suo[d] [?] bene) per maggior circonspettione etc. descendendo ad alcuni particolarj di 3 cose s' intende qua che habbia à trattare l' Jllustrissimo legato[4] . la prima e principale

a) *Sequitur* fratelli, *a libr. oblitteratum.* b) *A libr. correctum ex* per. c) *Sequuntur vv.* quel tanto che conuiene, *a libr. oblitt.* d) *Sic ap.;* sia? stia?

[1] Vel Iacobus III. Fugger, Antonii I. filius (1542—1598, nisi fallor), significatur, vel — id quod mihi magis probatur — doctus ille Ioannes Iacobus Fugger, Raymundi I. filius (1516—1575, quantum novi).

[2] De Octaviano Fuggero Romae inter „convictores" collegii germanici admittendo agèbatur; v. supra p. 44 103.

[3] „Summam doctrinae christianae" recognoscendam iam susceperat P. Salmeron (vide supra p. 11 26); quare hic latinum illum catechismum Canisii significari puto, qui „Parvus Catechismus Catholicorum" vocari solet.

[4] Quae mandata Moronus habuerit, copiosius ex litteris 23. Aprilis ac 6. et

sopra quelle parole del decreto qui facto i. e. proponentibus Legatis[1]; perche il Re Catholico pare ha fatto instantia accio altri che li legati douessino alle uolte proponere[2], come di la etiam pare si senta . sopra questo punto principale, gia l' altra uolta che 'l Padre maestro Natal, e la Reuerentia V. furono in Jspruck, si trattò, e si dettero molto buone ragioni, cui copia si e uista qua[3], e non si dubita sarà ben istrutta V. Reuerentia per mostrare stia ben quel decreto proponentibus Legatis. La 2ª cosa per la quale e andato intendiamo sia per procurare che S. Maiesta uenga a[a] Bologna doue si habbia[b] transferire il Concilio e lei coronarsj[4], e circa questo potria essere fossi anco ricercato il parere di V. Reuerentia. N. P. giudica piu presto esser ispediente che qui in Trento si finisca, doue tante uolte si è cominciato, e pare hauera maggior credito, ciò che si risoluera per il concetto che haueranno gl' hominj di che sia piu libero, qui che in Bologna oltra l' altre cause, che possono addursi[c], ben pare a N. P. molto conueniente che la Maiesta Sua finito il Concilio uenessi a coronarsi a Bologna, per unir piu le cose dell' Jmperio con la sedia Apostolica, et in questo tempo che in esso si troua tanta dissessione, et disunione con detta sedia tanto piu pare che un Jmperator tanto Catholico come S. Maiesta si deua mostrare unito e dare esempio al suo figliolo e successore[5]; nisi uenerit discessio prius[6]. La 3ª causa che intendiamo, è persuader a S. M. si contentj o uenga à Bologna o no che 'l Concilio si finisca presto trattandosj pur prima cio che conuiene delli dogmi, e della riformatione, e se in questo fossi ricercato il parere di V. Reuerentia lei sappia che a N. P. pare cosa molto ragioneuole, e conueniente al ben della Chiesa perche patiscono molto li popoli priuati, della presentia de suoi pastori, e la dilatione, e suspensione delli animi della Christianità, non pare possa causare se non scandalo, e mala sodisfattione, e murmurationi infinite, insino à tanto che si ueda resoluta questa sinodo in qualche buona conclusione.

Se non uenendo la Maiesta Cesarea facessi anco instantia l' Jllustrissimo Legato sopra la translatione del Concilio a Bologna (del che però non sappiamo) per uolerlo cosi S. Santita ad ogni modo[d], puo pregare la Maiesta Sua che non si faccia, ma non impedirlo final-

a) *Ita libr. correxit vv., quae prius scripserat:* uenga al Concilio in. b) *Supplendum videtur* a. c) *Sequuntur vv.* la 3a cosa *a libr. oblitt.* d) *Sequitur* non; *quod tamen perperam a libr. positum esse ea ostendunt, quae proxime sequuntur.*

17. Mai 1563 ab eo ad cardinalem Borromaeum datis (*Steinherz* l. c. III 266—276 285—288 303—313) intellegitur; quibus hae Polanci litterae confirmantur et illustrantur. [1] Vide supra p. 60.

[2] Philippus II. id denuo a Pio IV. petierat per Avilam (cf. supra p. 140) Romam legatum (*Pallavicino* l. c. l. 20, c. 10, n. 8. *Sickel,* Trient 411).

[3] Cf. supra p. 78. [4] Vide supra p. 140.

[5] Maximiliano II., electo Romanorum regi; a quo propensum in pontifices romanos studium satis longe abesse constabat.

[6] 2 Thess 2, 3.

mente non[a] [?] resistere perche hà potesta il Papa di transferire li Concilij, e di giudicar se questo conuiene, e la Maiesta dell' Jmperatore e obligata a difendere il Papa secondo l' ufficio suo. Questo e quanto si puo scriuere di qua non hauendo piu notitia che tanto, ben dirò a V. Reuerentia che il legato Moron ci si e mostrato quí (come sempre per l' adietro in Roma) molto beneuolo e con uolontà di seruirsi delli ricordi della Compagnia nostra. V. Reuerentia uisitandolo li mostri ogni obseruantia, si per il luogo che tiene come Legato di S. Santita si etiam per sua persona, di noi optime merita etc. *De theologiae professoribus ingolstadiensibus alio mittendis R. V. cum P. Natale constituat*[1]. ben dirò che se fosse necessario per hauer la beneuolenza dell' Vniuersita beuere spesso con loro che si reputarebbe manco inconueniente perdere parte di lor beneuolenza[2]. Si è ben scritto a Roma che si ueda se potessi mandarsi alcuno qual V. Reuerentia lo ricerca[3] facendosi quel che si potra . non saremo à piu obligatj, e conuerra speriamo che Dio supplira cio che non potremo noi. Non dirò altro in questa si non che N. P. e stato questi di mal trattato della gota, e tutta uia sta in letto. *Orate pro nobis.* Di Trento li 20 di Aprile 1563.

Huius epistulae mentionem fecit *Polancus* Tridento 20. Aprilis 1563 Vindobonam ad P. Natalem scribens; cum enim, quae capita Moronus Tridenti cum imperatore tractaturus esset, exposuisset, haec addidit: „Hase dado auiso al P. Canisio llamado por el emperador de lo que N. P. siente" (Epp. *Nadal* II, 266).

Canisius Lainio rescripsisse videtur sub 24. Aprilis 1563.

826. CANISIUS CARDINALI **STANISLAO HOSIO**, uni ex concilii tridentini praesidibus, episcopo varmiensi. Oeniponte 21. Aprilis 1563.

Ex archetypo (2°; 4 pp.), cui Canisius sua manu subscripsit; inscriptio deest. Exstat Gothae in bibliotheca ducum saxo-gothanorum, cod. 384 (,Volumen .IIII. Epistolarum ad Card. Stanislaum Hosium scriptarum, siue earund. appendix I.') f. 37—38.

Epistulam ex archetypo primus evulgavit *Cyprianus* l. c. 306—310. Epistulae partes maiores minoresve posuerunt: *Lagomarsinius,* Pogiani Epistolae III, 164—165, *Riess* l. c. 317 318 321—323 (germanice); *Gius. Boero* S. J., Vita del Beato Pietro Canisio, Roma 1864, 259—263 (italice); *Michel* l. c. 273—277 (gallice). Eadem usus est *Eichhorn* l. c. II, 127—128.

De calice laicorum rogatus sententiam dicit: In dies magis in ea concessione dissuadenda confirmatur. Idem cum plurimi alii, tum episcopi Germaniae sentiunt. Fieri vix potest, ut homines ad calicem rite sumendum parentur atque permoveantur. Consequentur dissensiones, profanationes, novae haereses. Ex 1000 calicem petentibus vix unus vere catholicus est. Principes falluntur, cum ex calice pacem et tranquilli-

a) *Libr. correxit* non *ex* nel, *quod scripserat; sed potius, nisi fallor, corrigere debuerat* nè.

[1] Cf. supra p. 54 129 138.

[2] Ingolstadii vinum professoribus dabatur in promotionibus etc. (*Prantl* l. c. I 170—171 303). Multi ex academicis ingolstadiensibus eo tempore ebriositatis vitio infecti erant, ac vel in ipsa theologica facultate potatores erant (*Janssen-Pastor* l. c. VII 13-14 163 164 170 171).

[3] Praeclarus vir Petrus Ioannes Perpiñan S. J.; vide supra p. 143.

tatem sibi sperant. Austriaci iam fere desierunt catholici esse. In bavaricis comitiis, qui calicem sibi arrogabant, aegre placati sunt a duce, suam ceteroquin in fide constantiam professo. Iuliacensibus et Brunsvicensibus calix permissus. Canisius Ferdinandum, quocum familiariter agit, secreto monuit, ne calicem iis impetrare studeret, qui rebus sacris prorsus essent arcendi. Calice impetrato, nullum petendi finem facient. Libelli missi. Hosii „Confessio" depravata. Moronus legatus sollenniter exceptus. Theologi.

† Pax[a] CHRISTi IESV Jllustrissime Domine Patrone.

Postulauit a me Amplitudo Tua, ut sententiam meam de Calicis negocio scriberem: Hoc enim iterum isthic vrgeri, ueluti non minor inde fructus sit sperandus, si Calix sacer populo permittatur, quam metuendum periculum, si negetur[1]. Ego uero quo diutius in Germania uersor, quo plura etiam lego, audio et obseruo quae ad rem tantam nimiumque decantatam pertinent, eo magis confirmor in hac sententia, quam mihi cum cordatissimis et Christianiss: in Germania viris communem esse scio, plus nimirum incommodi et periculi accersirj concessione Calicis quam recusatione. Quid ante annos 20 permitti nonnullis et indulgerj potuerit, iam non disputo[2]: Quid uero Germanis nostris hoc rerum statu expediat, id solum a me rogarj arbitror. Video autem inprimis Episcopos Germanos, si rogati dicent quod sentiunt, ut saepe dixerunt, ab vsu calicis recipiendo ut plurimum abhorrere.

Animaduerto Pastores et Doctores passim imperitiores esse, quam ut populum de nouo illo ritu communicandi, quemadmodum par esset, instruant. Jntelligo radices errorum in animis popularibus altius haerere et firmius, quam ut Concilij uel Pontificis sarculo amputarj et extirpari possint. Judico irritum fore conatum, et bonam hominum partem prorsus repudiaturam id, si quod offeretur, beneficij, cum pro-

a) *Hoc v. et 5 sqq. apud Cypr. non sunt.*

---

[1] Vide supra p. 142—143.

[2] „Paulus Tertius Romanus Pontifex . . . omnibus per Germaniam Episcopis concessit facultatem sub utraque specie communicandi hos, qui devotionis suae causa sub utraque mallent, quam sub una communicari": Ita Libellus Reformationis a *Ferdinando I.* Tridentum missus (*Schelhornius* l. c. I 550—551. *Le Plat* l. c. V 250). Ac reapse Paulus III. tres nuntios (Sebastianum Pighinum episcopum ferentinum, Aloysium Lipomanum episcopum veronensem, Petrum Bertanum episcopum fanensem) in Germanorum gratiam per litteras apostolicas 31. Augusti 1548 datas amplissimis facultatibus instruxit ita, ut maximam earum partem etiam cum Germaniae episcopis et cum aliis quibusdam communicare possent; ex quarum facultatum numero etiam ea erat, qua communionis sub utraque specie, certis tamen temporibus certisque locis, sumendae potestatem facere possent iis, qui devotionis causa et animis ad oboediendum paratis eam petissent et condicionibus a concilio constantiensi statutis starent (*Le Plat* l. c. IV 121. *Bucholtz* l. c. VI 304—307. *H. Laemmer*, Monumenta Vaticana, Friburgi Brisgoviae 1861, 395—396 [ubi pro „1542" legendum „1548"]. *Ant. Pieper*, Zur Entstehungsgeschichte der ständigen Nuntiaturen, Freiburg i. Br. 1894, 150 196—201). At haec Pauli III. concessio fere inutilis et irrita fuit; cf. *H. Grisar* S. J., Jakob Lainez und die Frage des Laienkelches, in „Zeitschrift für katholische Theologie" VI 75—76.

ponentur conditiones necessario praescribendae et exigendae, si usus calicis debeat laicis salutaris esse[1]. Certo mihi videre videor ingentem animorum in Catholica parte distractionem et offensionem, neque minorem in aduersaria parte prophanationem, et aduersus Catholicos aut vnius speciei amantes insultationem confidentissimam fore prospicio. Versatur ob oculos citra discrimen ad altare sanctum oues et hoedos[2] admitti, nulloque prorsus symbolo sectarios a Catholicis palam internosci posse.

Praeuideo multiplex periculum, si hac ex parte semel irruptio fiat in limites et aggeres, quos circumdedit Christus Ecclesiae suae.

Horreo cogitans aperirj viam nouationibus, effusionibus, prophanationibus, quae causam non minimam dederunt, ut tot saeculis uoluerint et debuerint Laicj panis tantum specie esse contenti. Non dubito multas et graues haereses, si Calix porrigatur, confirmatum simul et introductum irj.

Quid multis? Jta mihi persuadeo, deteriores Germanos hac noua concessione fierj posse, meliores reddi non posse, siue Catholicos, siue Sectarios, siue ad nouandam Religionem procliues consyderemus. Ex mille, qui Calicem tantopere urgent, vix vnum reperiemus, qui se in reliquis cum Ecclesia Romana sentire et stare uelle profiteatur, quique graues errores a Sectarijs acceptos et ab Ecclesia Catholica Romana damnatos eximi sibi patiatur. Et fortasse nulla natio, nulla prouincia, nulla Ciuitas, nullus Episcopus (ut equidem arbitror) a Synodo hanc facultatem dari petit, ut graues saltem ob causas usitatus ritus communicandi Laicis immutetur. Non moror interim, quid Principes nonnulli faciant; sed haud obscurum est, quid illi spectent, quorum nitantur consilijs, quam sequantur Ducem prudentiam: Temporalia non minus quam spiritualia quaerj cernimus. Speciosus est quidem praetextus pacis et tranquillitatis publicae studium et conseruatio; sed infirma, misera et poenitenda concordia mihi videtur, quae consociat homines nullis certe Religionis foederibus inter se colligatos, et in multis uerae doctrinae partibus uariantes planeque dissentientes. Quae vnquam iniri pax et solide constituj possit quaeso inter eos, qui de sacrosanctis Ecclesiae Sacramentis contrarias tuentur sententias, et iugum obedientiae Magistratib: Ecclesiasticis debitae simul probant et damnant, suscipiunt et excutiunt?

---

[1] Canisius in copioso illo de calice laicorum commentario, quem Augusta 23. Octobris 1562 ad Ferdinandum I. misit, minimum exigi debere censet, ut „primum credat quisque et fateatur, se filium in omnibus obedientem esse uelle Sanctae Catholicae Romanae Ecclesiae: Deinde quod cum eadem Ecclesia consentiat in his quae tum ad sacramentum hoc uenerabile, tum ad reliquam totius Christianae fidei doctrinam spectant“, atque ut populus „specialiter“ admoneatur „ante communionem de fide fideique doctrina communicaturis necessaria“ et diligenter caveatur, „ne quicquam prophanationis ac periculi accidat in bibendo calice“. Ubi Canisius etiam condiciones in concilio basileensi positas atque eas, quae Tridenti propositae erant, recenset (*Can.* III 508—510). [2] Cf. Mt 25, 32—33.

Verum longius quam oporteat, haec ego persequor, et ad Germanos redeo, pro quibus Calix postulatur. Pro quibus autem? Pro Austriacis? Hi iam oues esse maxima ex parte desierunt, et siue concedatur, siue negetur Calix, non sinent eum eripi sibi, quem fidenter usurpant [1], quia luporum magis quam pastorum uocem sequuntur [2]. Sanabiliores hactenus Bauari fuere, sed quorum contentiones in proximis comitijs Jngolstadij celebratis satis ostendunt, quantum et hi ueneni hauserint ex vicina misereque corrupta Austria [3]. Jgitur auditae sunt illic uoces multorum, Calicem a solo Principe concedi sat esse, non expectandum, quid Papa, quem abominationem dixerunt, aut quid Papistarum Concilium hic largiatur, non in Sacrificio Missae, sed domi potius hoc Sacramento se uti uelle. Placauit illos ut potuit Princeps [4], relicta promissione quadam, se tentaturum, si quid forte posset apud Ecclesiasticos obtinerj: Quod autem ad se attineret, ab vnitate et obedientia veteris Ecclesiae se nunquam discessurum, tum neque se Confessionem Augustanam amplexurum aperte professus est: Jnterea uero si qui Calice uellent uti, se non eos puniturum. Non dicam de Juliacensi Duce, qui annis abhinc aliquot Calicem populo porrigi non grauatim sustinet [5]. Dux Brunswicensis senior tantundem suis permittere subditis dicitur [6]. Nouit Dignitas Tua religiosum et praeclarum Caesaris animum, cui nos quidem permultum debemus. Quare committere non potuj, quin optimum Principem et Mecaenatem [*sic*] his diebus rogarem, ut sic tractaret causam Calicis, ne suam grauaret ipse conscientiam pro illis intercedendo, qui ut plurimum non a sacro tantum Calice, sed etiam a Sacris omnib: arceri prorsus merentur, indigni profecto, quibus sanctum porrigamus [7]. Nam experientia teste videmus, istiusmodi nouandae Religionis libidine permotos, ab omni fere Catholica synceritate magis ac magis abduci, diuini timoris expertes esse, Confessionis Sacramentum fastidire, Matri Ecclesiae minus tribuere, quam Sectarijs fere omnib: Papam demum et Concilium tantum non pro ludibrio habere. Respondit uero Caesar, se non urgere modo Calicis negocium, cum non satis videat, qua possit ratione rem tanti

---

[1] Vide *Bucholtz* l. c. VIII 203—216.

[2] Mt 7, 15. Cf. Io 10, 1—16. Act 20, 28—30.

[3] Cf. supra p. 135 143. [4] Albertus V. dux.

[5] Guilielmus Cliviae et Iuliaci dux in litteris Dusseldorpio 12. Ianuarii 1559 ad Ferdinandum I. datis ipse confessus est, se id permisisse. Litterae exstant apud *L. Keller*, Die Gegenreformation in Westfalen und am Niederrhein I, Leipzig 1881, 86—90. Vide etiam supra p. 132.

[6] Henricum „iuniorem“ ducem brunsvico-guelpherbytanum (Braunschweig-Wolfenbüttel) dicit; qui multo ante Ericum „iuniorem“ ducem brunsvico-calenbergensem et natus erat et reipublicae praeesse coeperat. Henricus catholicus quidem erat; at, magnis obrutus difficultatibus, non solum communionem sub utraque specie, sed (a. 1561) aliqua ratione etiam coniugia sacerdotum permisit (*Fr. W. Woker*, Geschichte der Norddeutschen Franziskaner-Missionen, Freiburg i. Br. 1880, 370. *Steinherz* l. c. III 293).

[7] „Nolite dare sanctum canibus“: Mt 7, 6.

momenti promouere: Sat enim negocij praebet illi negocium Reformationis, quod cordi magis habere videtur. Quanquam nolim haec ad alios, praesertim Caesari addictos, peruenire, et fidenter ago cum vno summoque Patrono. Nec possum in aliam uenire sententiam, ut semel absoluam, nisi ut putem planeque mihj persuadeam, a Sacris arcendos, et ab electis Dei Ecclesiaeque filijs plane disiungendos esse, qui sunt hoc tempore Sacrilegi, Apostatae, Sectarij, Schismatici, excommunicati, qui praeterea licet Catholici videantur, opinionem necessitatis huc adferunt, et priuatum sensum communj Ecclesiae iudicio et authoritati anteponunt. Tales enim in Germania comperimus esse, qui non tam petunt Calicem, quam extorquere contendunt, nullum postea modum aut finem in petendo facturj, si ipsorum importunitati semel Episcopi cesserint, sicuti Principes magno suo et publico malo cedere pergunt, ut hinc istorum furoribus sursum deorsum miscerj omnia videantur. Quid enim bonj unquam effecit aut efficere possit in reb: sacris et diuinis apud uulgus indulgentia, et indulgens relaxatio legum Ecclesiasticarum? Verum enimuero satis nota refero et scribendi modum excedo, dum in sinum ueluti paternum effundo, quicquid in mentem uenit: Quare maiorem in modum precor, ut haec mea loquacitas, quae per se fastidiosa est, bonj consulatur. Faxit Christus Opt: Max: ut nihil authoritate Ecclesiae publica concedatur, quod sanctissimj Sacramenti cultum et honorem imminuat, et Catholicam synceritatem labefactet.

De libellis ad me missis gratias ago singulares[1]: dolemus vicem Galliae in qua Sectarij rerum potirj modo videntur. Miramur tam impudentes esse quosdam, ut studio quodam Confessionem deprauent, et vim authorj superstiti palam inferant: Adeo nihil modo tutum est in libris Theologicis, qui recens eduntur: Misi uero Antuerpiam literas[2]. Jllustriss: Card: Moronus paulo ante huc saluus accessit, cuj Caes: Maiestas cum equis obuiam se praebuit honoris ergo. Vtinam Concilij causa melius habeat per Legati huius aduentum. Quid Caesar a nobis Theologis postulet, nondum constat. Conseruet Christus dignitatem tuam in suam gloriam et ad Ecclesiae vtilitatem. Oenipontj 21. April: 1563[a].

Seruus in Christo P. Canisius.

Ex Canisii epistula 8. Maii 1563 ad Hosium data conicere licet (quamquam res, quod ad tempus attinet, omnino certa non est) Canisium Hosio misisse („Nuper misi“, inquit) una cum litteris modo positis „Catalogum nouorum librorum, quos dedit“ quadragesimalis librorum „mercatus Franckfordiensis“. Ipse autem Canisius catalogum illum accepisse videtur a Georgio Willer, cive et bibliopola augustano; qui semper nundinas illas adibat; cf. *Can.* III 238 490.

Hosius Canisio rescripsisse videtur sub exitum m. Aprilis 1563.

a) *VV. sqq. a Cypr. omissa sunt.*

---

[1] Cf. supra p. 143. [2] Vide supra p. 143.

827. GEORGIUS SIGISMUNDUS SELD, imperii vicecancellarius, mandatu Ferdinandi I. imperatoris, CANISIO reliquisque theologis in consilium vocatis. Oeniponte inter 22. et 24. Aprilis 1563.

Ex apographo a. 1904 exscripto ex exemplo, quod, ut videtur, a cardinale Morono Tridento 2. Maii 1563 Romam ad cardinalem Borromaeum missum est, quodque nunc exstat in archivo vaticano, cod. „Conc. Trid. XXXI" n. 83.

Quaestionum mentionem fecit *Steinherz* l. c. III 285.

Theologis quaestiones proponit, quae ad conclave, principes, „deputationes" ex nationibus in concilio componendas spectant.

Ioannes cardinalis Moronus Oeniponte 2. Maii 1563 Romam ad S. Carolum cardinalem Borromaeum haec, praeter alia, de theologis a Ferdinando I. in consilium vocatis scripsit: „Mando a V. Signoria Illustrissima copia delle questioni, che per via secreta si è inteso essere state proposte a questi theologhi . . . . prima furno proposte quattro questioni . . . . dipoi furno proposte a i medesimi theologhi le seconde et le terze et le quarte questioni" (Steinherz l. c. III 281). Primae autem illae „quattuor quaestiones" hae videntur fuisse:

1. Quid sentiendum de bulla, quam Pontifex edidit, ut Concilium ad creationem Pontificis non se intromisceat?

2. Quomodo prouidendum ne uota in Conclaui promulgentur et Principes per practicas non corrumpant?

3. An[a] in Concilio Principes ad iuramentum possent constringi, et an per priuationem collationis beneficiorum una uice tantum possit prouideri?

4. Ob quas rationes inconsultum uideri debeat, si a Patribus deputatio nationum fiat, vt in Concilio Constansiensi factum est?

Moronus 21. Aprilis 1563 Tridentum advectus, 22. Aprilis imperatori Pii IV. nomine respondit ad ea, quae ille litteris 3. Martii 1563 datis pontifici de concilio maturando ac brevi absolvendo, de electione summorum pontificum etc. proposuerat; ac, praeter alia, Ferdinando dixit: „Che per la maggior parte i scandali de conclavi nascano dalli interessi et pratiche de principi, i quali introducono le sette . . . che per rimediare quanto si può all' elettione del papa, S. Santità oltra le bolle passate ha fatto una nuova bolla, restringendo e riformando il conclave . . . che S. Santità si contentaria che la sua ultima bolla fosse letta et accettata in concilio, ma teme che havrebbe difficultà e longhezza più che hanno le altre materie ancora, per li desegni di qualch' uno et curiosità de molti . che il vero rimedio de conclavi sarebbe, che principi non vi s' intromessero nè con lettere nè con ambasciate, et che anco contro di loro fossero imposte pene et scommuniche" (*Steinherz* l. c. III 274). Quibus rebus per Moronum Ferdinando I. expositis, „la Maestà dell' imperatore", ut ipse *Moronus* Oeniponte 2. Maii 1563 Borromaeo scripsit, „è stata continuamente in consulta con i suoi theologhi sopra la risolutione, che dovesse dare alle repliche fatte alle proposte contenute nelle lettere di S. Maestà" (ib. 280). Ad has „consultationes" quaestiones modo propositas pertinere satis perspicuum est. Cum autem aliunde compertum sit, 24. Aprilis 1563 theologis caesaris nomine 14 alias quaestiones propositas esse (*Sickel,* Trient 491—492), 4 illas 22. vel 23. Aprilis propositas esse conicio. Ad quarum primam hoc tantum adnoto, Pium IV. bullam illam de conclavi 9. Octobris 1562 edidisse; quae exstat in *Bullario* Romano VII 230—236. Quaestionem tertiam ne a Morono quidem plane intellectam esse paulo infra patebit.

a) A *apogr.*

Putabatne imperator, a concilio principes ad id adigi posse, ut se in conclavi „practicas“ facturos non esse iurarent? Censebatne necesse non fore, ut iis excommunicationis poena (ut Moronus convenire censuerat), si in conclavi electores „corrumpere“ conarentur, proponeretur; satis enim fore, eos facultate praesentandi, nominandi etc. ecclesiasticos ad episcopatus, canonicatus, alia beneficia privari, neque in perpetuum tamen, sed ita, ut, cum singula beneficia post conclave vacarent primum, eam facultatem non haberent? Porro per „deputationem“ ex nationibus faciendam aliqui negotia concilii tractari et confici volebant „per abbreviare“ — ita Moronus in litteris 2. Maii 1563 datis, quas dixi — „il trattare lungo del concilio“ (ib. 282).

Ceterum vide Moroni litteras sive commentarium, qui proxime sequitur.

828. CARDINALIS **IOANNES MORONUS**, primus concilii tridentini praeses, episcopus praenestinus, CANISIO aliisque quibusdam imperatoris theologis. Oeniponte sub 23. Aprilis 1563.

Ex apographo, a. 1904 exscripto ex exemplo, quod, ut videtur, Oeniponte ab ipso Morono Romam ad cardinalem Borromaeum missum est, quodque nunc ibidem exstat in archivo vaticano, cod. „Conc. Trid. XXXI“ n. 83, in alio tamen folio et alia manu scriptum atque exemplum superius (ep. 827).

Litterarum sive commentarii mentionem fecit *Steinherz* l. c. III 285.

In electionem pontificis concilium se immiscere non debere. Quomodo principes ab ea arceri possint. In concilio suffragia non esse ferenda „per nationes“.

Moronus in litteris Oeniponte 2. Maii 1563 Romam ad S. Carolum Borromaeum cardinalem et Pii IV. nepotem datis de quaestionibus illis caesaris nomine theologis ipsius propositis (v. supra nr. 827) scripsit: „Mando a V. Signoria Illustrissima copia delle questioni, che . . . si è inteso essere state proposte a questi theologhi, et gli avertimenti che si sono fatto dare ad alcuni di essi intorno a dette questioni; et per più sua chiarezza le dirò, che prima furno proposte quattro questioni, alle quali era stata fatta una risposta, della quale se le manda copia, et prima che detta risposta fosse eshibita in consiglio, furono dati gl' avertimenti che con essa si mandano . dipoi furno proposte a i medesimi theologhi le seconde et le terze et le quarte questioni, et sopra tutte furno fatte le notationi che con esse si mandano“ (Steinherz l. c. III 281). Ad „primas“ porro quaestiones illas, quas posui (supra nr. 827), spectant adnotationes hae:

Ad primum. Nullo pacto hac de re disputandum est. Quia in electione Pôntificis simpliciter parendum est decretis pontificiis et uetustissimis Ecclesie consuetudinibus. Neque Concilium ea in re se intromittere[a] debet, sicut ad haec usque tempora nunquam se intromisit, nisi stante scismate et ipsis Cardinalibus consentientibus, ut in Concilio Constantiensi[1]. Alioquin si Concilium uellet in electione

a) intromitere *apogr.*

[1] Ea sane, quae de papae electione a. 1139, 1179, 1274, 1311 in conciliis oecumenicis lateranensi II. et. III. et lugdunensi II. et viennensi constituta sunt, non invitis summis pontificibus, sed ipsis probantibus statuta sunt. Quae autem a. 1432 et 1436 a synodo basileensi ea de re decreta sunt, ab Eugenio IV. approbata non

Pontificis auctoritate[m] habere, manifeste ad scisma deueniretur, et ad totius ecclesie subuersionem; et ideo Bulla omnino seruanda est.

Ad secundum. Per bullam Sanctissimi D. N. satis prouisum est, si uero aliquod aliud remedium efficacius alicui uideatur, de eo posset Summus Pontifex admoneri. Quod uero ad coercendos Principes pertinet, posset S. Sanctitas etiam illis excommunicationem[1] imperare nisi forsan eorum offensionem uereretur.

Ad tertium. Huius quaestionis sensus non percipitur.

Ad quartum. Potissima ratio est, prout alias dictum fuit, quia nullus Episcopus potest priuari auctoritate ferendi suffragia in Concilio nisi de eius consensu, nec unquam contrarium seruatum fuit in ecclesia Dei. Et quantum ad Concilium Constantiense pertinet, in suffragiis ferendis non est processum per Nationes, sed tantummodo in eligendo Pontifice consentientibus Cardinalibus pro illa uice tantum adiuncti fuere aliqui ex nationibus. Prout etiam processum est per nationes ex decreto Concilii in aliquibus causis particularibus ueluti in diiudicandis causis absentium et abesse uolentium et in causa heresis contra Hieronimum de Praga et similibus[2].

Moronus Borromaeo scribit, has adnotationes aliquibus ex caesaris theologis suo nomine traditas esse; existimo autem eas illis traditas esse, qui Morono singulariter obsequebantur et auctoritati sedis apostolicae conservandae maxime studebant; ex quorum numero Canisium fuisse prorsus liquet; cum Canisio sentiebat Conradus Brunus et aliqua ratione etiam Fridericus Staphylus. Cf. infra monum. 559.

Moronus in litteris, quas modo dixi, de his adnotationibus et de reliquis, quarum exempla Romam mittebat, Borromaeum monuit: „So che sopra ciascuna di dette questioni potrebbe dirsi molto più, che non s' è detto da noi . ma deve V. Signoria Illustrissima considerare, che dette risposte dovevano esser fatte da ministri dell' imperatore et non da noi, et però era necessario accomodarle alla persona loro et non alla nostra“ (*Steinherz* l. c. III 281).

829. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO.

Tridento 23. Aprilis 1563.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „P. Canisio Jspruck“. Cod. „V. P. 62“ f. 289b.

Epistula usus est *Kröss*, Can. 163 164.

Canisius ab imperatore humaniter exceptus. Lainius, licet aegrotet, in margine litterarum, quarum apographum Canisius misit, suam de capitibus aliquibus sententiam scribit easdemque, religiose de re silendo, statim remittit. Qui „concilium supra papam esse“ dicunt, sententiam sequuntur novam, parum firmam, paci ecclesiae adversantem. Novi legati. Cum Cartusiani monasteria deserta Societati ad tempus

---

sunt; quare oecumenica auctoritate non pollebant (*Hefele*, Conciliengeschichte VII 480 495—496 629—631 836).

[1] I. e. sub poena excommunicationis.

[2] At, nisi fallor, „processum est per nationes“ etiam in septem illis generalibus decretis reformationis excutiendis et approbandis, quae Constantiae in sessione XLIII. 20. Martii 1418 promulgata sunt; cf. *Hefele* l. c. VII 341 349—351.

cedere nolint, horum similiumque monasteriorum reditus, ne pereant, pontificis auctoritate in Societatis collegia Friburgi Brisgoriae et alibi condenda vel sustentanda impendi convenit. Comitia ingolstadiensia; ducis Barariae in fide constantia.

Hoggi si è riceuuta la lettera di V. Reuerentia de 17 del presente, e si è inteso quanto benignamente sia stata riceuuta dalla Maiesta Cesarea .etc. e quantunque N. P. si troui in lecto della podagra si ha pur facto leggere 2 uolte quella lettera che la Reuerentia V. fece copiare al Padre Dirsio[1] e gia che non ci e tempo di poter mandar persona alcuna di qui poi che gia saria passata l' occasione di poter aiutar nel negocio che V. Reuerentia scriue almeno per scritto dira N. P. quel che li è parso sopra alcuni punti di quella lettera mettendolo al margine di quella, e subito si dara lo spaccio alla posta accio quanto prima si possa le lettere arriuino di la, Martedi passato[2] si è pur scritto qualche cosa secondo la notitia che allora si poteua hauere.

Quella opinione di che il Concilio sia sopra il Papa essendo nuoua cio è dal tempo del Concilio Constantiense e di pochi al parangone degl' altri Teologi non pare conuenga a persone graui far gran fundamenti sopra quella ne manco presupponerla come certa, et in effetto pare assaj serua per li spiriti seditiosi[a], e tanto manco conuiene inclinarsi à quella le persone che amano la quiete, et unione della Chiesa et a quali dispiace lo spirito scismatico che troppo[b] nei tempi nostri regna nelli huomini, dando qualche occasione [alcuni abusi][c] [?] quali però non doueriano bastare per sentir altrimenti di che si conuiene dell' autorità[3].

Delle cose del Concilio come penso hauer scritto ci è miglior speranza con la uenuta di questi legati[4].

a) *Sequitur* si didia, *a libr. oblitteratum.* b) *Sequitur* regna, *a libr. oblitt.* c) *Hoc vel aliquid simile* (certi scandali? certi difetti?) *supplendum esse res ipsa facile ostendit.*

---

[1] P. Ioannes Dyrsius S. J. rector erat collegii oenipontani. Nescio utrum Polancus epistulam 14. Apr. 1563 de calicis negotio ab Hosio ad Canisium datam significet (cf. supra p. 142), an — id quod fortasse verisimilius est — secretam aliquam Ferdinandi I. ea de re epistulam, an alias litteras. Ego neque ipsas litteras neque earum apographum vel inveni vel adhuc exstare comperi.

[2] Die 20. Aprilis; vide supra p. 146—149.

[3] Gallorum oratores iam m. Maio a. 1562 patribus proponere voluerant, ut, quae in conciliis constantiensi et basileensi de „superioritate concilii supra papam" pronunciata erant, rata haberent (*Sickel*, Trient 322—323); atque ineunte a. 1563 eandem sententiam Tridenti plane professi sunt (*Grisar*, Lainez I 489. *Baluze-Mansi* l. c. III 438): quam etiam cardinalis Lotharingus litteris Romam missis probavit (*Le Plat* l. c. V 658). Ipse etiam *Ferdinandus I.* Oeniponte 21. Martii 1563 oratoribus suis tridentinis scripserat: Si „eiuscemodi quaestio nullo modo posset evitari, nos equidem arbitramur difficile futurum, quod tunc Germanica natio sese in hac parte a decretis conciliorum tam Constantiensis quam Basiliensis pateretur dimoveri" (*Sickel* l. c. 462). Eidem caesari aliqui persuadere voluisse videntur, efficeret, ut concilium etiam invito papa ecclesiam atque ipsam etiam curiam romanam reformaret.

[4] Moroni et Navagerii; hic 28. Aprilis Tridentum advenit (*Pogiani* Epistolae III 263. Diarium tridentinum *Pholae Torelli*, apud *Martène-Durand* l. c. VIII 1327).

Jl segreto in quelle lettere senza che V. Reuerentia lo raccomandassj da se stesso le cose lo raccomandano e senza mostrar quella lettera ne copiarla si rimanda.

Quanto alli Monasterij dei Cartusianj quasi deserti[1], al tempo che trattaua di questo il Padre Vittoria, e si hauea da negotiare con l' istessi fratj, si proponeua loro questa condicione che tornando loro a rifiorire et hauendo tanta gente che potessino empire li suoi Monasterij antichj (il che peró non è uerisimile che deua accadere) la Compagnia nostra gli rendessi li suoi luoghi, Ma gia che detti frati non uolsero, e questa cosa[a] s' ha da negotiar col Papa, et ad instantia dell Jmperatore a N. P. pare bene, e cosa che sarà grata a Dio N. S. che con l' autorita della Sede Apostolica si uolti l' intrata di detti Monasterij alla fundatione dei nostri Collegi, e la medesima ragione sarebbe d' alcuni altri di Monaci quasi estinti poi che ci è pericolo non uenessero nelle manj di secolarj e forse anco d' hereticj e uenendo alli Collegi nostri si salua il fine per ilquale furono instituiti detti Monasterij che è il seruitio diuino[b], e ben commune. Si che par ben fatto con tal disegno trattar della fundatione del Collegio di Friburgo[2], e d' altri uecchi, e nuouj[3].

Si è inteso quello che è passato nelli Comitij di Bauiera, e come è da ringratiare Dio che 'l Principe[4] sia tanto Cattolico cosi è da desiderarli fortezza di spirito per poter tirar li suoi alla medesima religione che lui seguita. Non mi stenderò piu se non che tutti ci raccomandiamo etc. Di Trento li 23 di Aprile 1563.

In hac Polanci epistula notatu digna sunt, quae de cartusiis aliisque monasteriis paene desertis in Societatis usum convertendis dicuntur. Anno 1561 complures ordinis cartusiani praefecti P. Ioannem de Victoria S. J., rectorem collegii vindobonensis et (postea) superintendentem sive procuratorem collegiorum vindobonensis, pragensis, tyrnaviensis, certiorem fecerant, se ad complura monasteria sua, in Austria, Saxonia, Borussia etc. sita, cum eorum bonis, ne in manus protestantium etc. venirent, Societati certis sub condicionibus cedenda paratos esse, dummodo priori generali et capitulo totius ordinis m. Martio 1562 in maiore Cartusia („La grande Chartreuse") habendo id probaretur; quare Lainius ea de re ad capitulum illud litteras dederat; v. *Can.* III 386—388. *Otto* autem *cardinalis Augustanus* Roma 10. Martii 1563 priori generali scripsit, in episcopatu suo multas

a) cosa cosa *ap.* b) diuino diuino *ap.*

[1] Vide quae de his aliisque monasteriis sub ipsas has litteras dicentur.

[2] Friburgum Brisgoviae dicit; vide supra p. 137.

[3] *Polancus* nomine Lainii Tridento 6. Aprilis 1563 ad aliquem de Societate * scripsit: „El Cardenal de Altahemps que fue legado del Concilio y es obispo de Constantia queria (como nos escriuen de Roma donde el esta) que en aquella ciudad se acceptasse otro collegio, y pienso se aceptara por ser puesto importante contra los . . . hereges . . . tambien en Neistach cerca de Vienna nos escriuen de otro collegio que querrian" (ex apogr. totius ep., eodem tempore scripto. Cod. „V. P. 62" f. 267^{b}). Oppidum „Konstanz" tunc in potestate Austriacorum erat, nunc ad magnum ducatum badensem et ad archiepiscopatum friburgensem pertinet; urbs austriaca Wiener-Neustadt tunc suum habebat episcopum (Gasparum a Logau); nunc in rebus sacris archiepiscopo vindobonensi paret. [4] Albertus V.

esse cartusiani ordinis familias, quarum disciplina iam esset „collapsa“, progrediente „quotidie . . . licentia et intemperantia sodalium“ illorum (*Pogiani* Epistolae III 248—252). Aliquae cartusiae austriacae haud multo post auctoritate tum ecclesiastica tum civili in Societatem Iesu collatae sunt, ut monasterium Seiz in Styria situm, cuius prior a. 1527 ad protestantes transierat (*Leop. Schuster*, Fürstbischof Martin Brenner, Graz u. Leipzig 1898, 212 225).

Praeter cartusias Socii alia aliqua monasteria impetrare studebant: ex quorum numero fuisse conicio monasterium gotvicense (Göttweig), ordinis Sancti Benedicti, in Austria inferiore situm; quod nunc quidem monachorum numero et virtute floret; die vero 7. Septembris 1560 de eo *Hosius*, qui tunc Vindobonae nuntium pontificium agebat, Morono scripsit: „Vacuum est ab omnibus monachis“ (*Steinherz* l. c. I 114). In **Relatione* enim 3. Maii 1567 ex collegio S. J. vindobonensi Romam ad S. Franciscum Borgiam missa haec sunt: „Anno .1561. assignauerat etiam sua Maiest. [Ferdinandus I. vindobonensi] Collegio .800. florenos annuos super Abbatia Quetwizensi ... sed cum nostri redditus illos per annum et fere medium exegissent, non potuerunt ulterius quicquam extorquere (ex archetypo. Cod. „Austr. Fund. III.“ f. 187[a]). Pecunia illa, ut P. *Victoria* in *commentario supra p. 127[3] memorato ait, sub a. 1564 collegio „in perpetuum soluenda translata est super bona Praepositurae Kosteneiburgensis quae duobus a Vienna miliaribus distat“ (Klosterneuburg, Canonicorum regularium O. S. Aug.). Cf. etiam Epp. *Nadal* II 486—487.

Quae porro Polancus hic scribit de rogando summo pontifice, ut eiusmodi monasteriorum bona Societatis hominibus in Germania sustentandis adhiberi permittat, nonnihil illustrantur iis, quae de cardinalibus concilii praesidibus — aderant tunc Tridenti Hosius, Simoneta, Moronus — ipse *Lainius* Tridento 15. Aprilis 1563 Romam ad Sanctum Franciscum de Borgia *scripsit: „Hoi nos llamò a comer el Cardenal Varmiense, y despues entendimos de el que hauia subscripto sta magnana una letra tam de buena gana, quanto ninguna otra haia subscripto a S. Santidad donde todos 3 legados aiuntandose[a] esta magnana determinaron de scriuir de suyo a S. Santidad (que de nuestra parte non hauian hauido recordo ningun) que si hai algun remedio para aiudar las cosas dela religion en Alemagna es de la Compagnia de Jesus; y ultra de lo que ellos entendian por otras uias, que assi tambien se lo hauia dicho el Conte de Luna, que uiene agora de aquellas partes“ (ex apogr. totius epistulae, eodem tempore scripto. Cod. „V. P. 62“ f. 280[a]). Similiter *Polancus* scripsit ad Natalem, Tridento 20. Aprilis 1563; v. Epp. *Nadal* II 266. Quae confirmantur litteris communibus *Moroni*, *Hosii*, *Simonetae* Tridento 14. Aprilis 1563 ad Borromaeum datis; in quibus haec sunt: „Hieri fu a ritrovarci quà a casa il conte di Luna . . . Gli domandammo, come per modo di consiglio, che, come prattico delle cose di Germania, essendo stato così lungamente in corte dell' imperatore, gli piacesse dirci quello, che gli parebbe, che fosse da farsi per ridurre gli animi di coloro alla vera religione . et egli parve, che non ci sapesse dir altro, se non che vi bisognarebbono buoni predicatori, et dilatare più che si potesse la compagnia delli giesuiti“ (*Pogiani* Epistolae III 286[c]). Haud mirum igitur, eodem illo die 15. Aprilis 1563 *Polancum* nomine Lainii Tridento Romam ad P. Matritium *scripsisse: „Li Collegii nostri di Germania si portano tutti tanto bene per la Dio gratia, e danno tal' odore di se, che fra li Cattolici si tiene questo concetto ordinariamente (parlo fra l' intelligenti) ch' l rimedio che ci é per riparar la ruina della religione in Germania é la Compagnia nostra“ (ex apogr. totius epistulae, eod. temp. scripto. Cod. „V. P. 62“ f. 281[a]).

Canisius Lainio ad has litteras respondisse videtur 27. Aprilis 1563.

830. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu. Oeniponte sub 24. Aprilis 1563.

Canisium sub 24. Aprilis 1563 Lainio scripsisse colligitur ex epistula, qua Polancus Tridento 27. Aprilis 1563 Canisio rescripsit; vide infra p. 163.

a) aiutandose *apogr.; cf. Epp. Nadal II 266:* juntándose aquella mañana *etc.*

831. GEORGIUS SIGISMUNDUS SELD, imperii vicecancellarius, mandatu Ferdinandi I. imperatoris CANISIO aliisque quibusdam theologis. Oeniponte sub 24. Aprilis 1563.

Ex *Sickel*, Trient 491—492. Qui haec exscripsit ex archetypo, quod exstat Vindobonae in archivo aulae caesareae, in monumentis tridentinis („Concilacten").

Ex eodem, ut videtur, fonte *Bucholtz* (l. c. VIII 544—545) haec proposuit germanice a se versa. Quae partim transcripsit *Riess* l. c. 316. Ex Sickel eadem germanice versa sunt a *Kroess*, Ferdinand I. etc. 633—634.

Theologi sententiam dicere iubentur de capitibus aliquot, quae spectant ad rationem suffragiorum in concilio ferendorum, reformationem romanam, residentiam episcoporum, „ius proponendi" in concilio, creationem episcoporum, exemptiones, „superioritatem papae supra concilium", huius libertatem et auctoritatem, delectum rerum in eo tractandarum, Hispanos Gallosque concilium turbantes, secretarium concilii.

Articuli quos C. Maiestas theologis suis proposuit deliberandos.

I Quod remedium adhibendum, ut resecetur prolixitas in suffragiis ferendis qua utuntur patres et theologi in concilio [1]. — II quomodo curandum ut eadem suffragia sint libera nec ad regum vel principum nutum astricta. — III quod reformatio tam personae pontificis quam curiae Romanae, specialiter quantum ad conclave pontificum [a] et creationem cardinalium attinet, soli Sanctitati S. sit permittenda nec concilium de ea se impedire debeat [2]. — IV quod controversia de residentia episcoporum, utrum iuris divini sit an non, hoc tempore dissimulanda et quod sufficiat statui ut episcopi omnino resideant [3]. — V quod clausula illa primi decreti conciliaris, videlicet proponentibus legatis, inconvulsa maneat, et quod nihilominus ad contentandos in hac re principes saeculares illud medium inveniatur ut, si quid ipsi habent quod velint proponere, id per medium legatorum faciant, eis vero detractantibus ipsi per se facere possint [4]. — VI cogitandum esse quomodo ecclesiis providendum sit, ut electio vel nominatio episcoporum non fiat nisi de personis maxime idoneis. — VII dubium esse utrum expediat capitula ecclesiarum a iurisdictione ordinariorum exempta an potius eidem subiecta esse [5]. — VIII quid tenendum de

a) *Sic Sick.;* pontificium?

---

[1] Cf. verba a Morono 13. Aprilis 1563 Tridenti in congregatione generali patrum prolata, apud *Raynaldum* l. c. in a. 1563 n. 64.

[2] Pius IV. a. 1562 bullam, qua conclave reformabatur, composuerat, cum concilii tamen patribus communicari vetuerat (*Raynaldus* l. c. in a. 1562 n. 188. *Pallavicino* l. c. l. 18, c. 17, n. 1). Quam bullam pontifex 18. Martii 1563 Ferdinando quidem misit, concilio autem, ut in litteris eodem die ad eundem datis ait, approbandam mittere noluit, timens, ne novae ea re excitarentur dissensiones (*Raynaldus* l. c. in a. 1563 n. 38). Bulla (cf. supra p. 154) exstat etiam in „*Magno Bullario Romano*" II, Luxemburgi 1742, 96—100. De cardinalibus vide supra p. 89 101.

[3] Mense Novembri 1562 Brus et Drascovitius, caesaris oratores, episcopis hispanis aliisque se iunxerant, qui petebant, ut residentiam „divini iuris esse" definiretur (*Sickel*, Trient 400).

[4] Cf. *Turba* l. c. III 226, et supra p. 59—61 78—80.

[5] Capitula cathedralia potissimum significari videntur; vide supra p. 91[4].

illo difficili articulo, utrum papa sit supra concilium an concilium supra papam. — IX an existimandum sit patres concilii hactenus sufficientem habuisse libertatem dicendi. — X an aequum sit ut potestas determinandi ea quae in concilio proponuntur, simpliciter apud ipsum concilium remaneat[a]. — XI an permittendum ut legati pontificis pro resolutione omnium eorum quae in concilio tractantur semper ad summum pontificem recurrant. — XII an in negocio religionis hi tantummodo articuli proponendi sint de quibus inter catholicos et adversarios est controversia. — XIII postea quam Hispani et Galli saepius multa iniiciunt quae potius ad rerum turbationem quam promotionem spectare videntur[1], quid Maiestati S. in hac re agendum sit. — XIV de unico concilii secretario[2].

Sickel (l. c. 495) de his „articulis", quibus (l. c. 491) „24 April 1563" ascribit: „Am 21 April", inquit, „war Morone in Innsbruck eingetroffen (Cypr. 310). Seine Aufträge eröffnete er dem Kaiser unter vier Augen und ohne demselben die zu verhandelnden Punkte schriftlich zu geben. So gut also Ferdinand letztre im Gedächtniss festhalten konnte, ließ er sie durch Seld aufzeichnen und den Theologen zur Berathung zustellen. So sind die oben gedruckten Artikel entstanden."

Monachii quoque in archivo regni bavarici („Reichsarchiv") exstat indiculus eodem fere tempore scriptus 16 (non 14) „articulorum", qui incipit: „1 Quod remedium adhibendum, vt resecetur prolixitas" etc., et terminatur: „tam in corpore quam in capite", atque inscribitur: „*Articuli* quos Cardinalis Moronus Caes. Maiestati proposuit, nomine Romani Pontificis. Jn ijs rebus quae ad Concilium Tridentinum spectabant" (Cod. „Acta Consilii Tridentini Tom. V" f. 145—146).

Haec magis singillatim discutere mihi quidem neque vacat neque ad canisianam rem, quae mihi proposita est, multum conferre videtur; id quod ex iis, quae paulo infra exponam, clarius intellegetur. Hoc tantum moneo, quod aliqua quidem ratione etiam Sickel significavit: Censendum non est, Moronum haec capita prorsus ita, ut supra posita sunt, imperatori proposuisse; articulos certe VIII, IX, X, XI, ut de aliis taceam, huiusmodi ab eo verbis conceptos esse nemo crediderit. Accedit, quod *Moronus,* Tridento 17. Maii 1563 de legatione sua ad Borromaeum referens, ubi de capitibus post adventum suum theologis a caesare propositis loquitur, haec adnotat: „Con mio dispiacere . . . già si vsciva dalle prime materie, e s' introducevano nuove questioni in campo; come sarebbe à dire, della superiorità del Concilio, e del Papa, di provedere, che molti Vescoui Italiani in Concilio non avessero più auttorità, ò voce d' ogni altra Nazione, dell' elezione del Pontefice, volendo quasi, che restasse al Concilio, se restando aperto il Concilio, venisse sede vacante etc. Queste, et altre simili questioni, che andavano attorno, . . . confesso, che tal volta mi hanno dato molto fastidio" etc. (*Schelhorn,* Sammlung für die Geschichte I 206—207). Mihi igitur prior indiculi pars Moroni propositiones, altera potius ea, quae imperator ei opposuit vel ex sua parte proposuit, exhibere videtur; nisi malueris dicere, indiculo dubia comprehendi, quae, rebus concilii inter Moronum et Ferdinandum coram tractatis, in huius animo vel remanserint vel orta sint.

a) *Bucholtz minus recte:* 10. ob es recht sey, daß was im Concil proponirt worden, zu entscheiden decernendi einfach beim Concil verbleiben?

---

[1] Huiusmodi erat acerrima illa lis, quae de „praecedentia" inter oratores hispanos et gallos orta vix unquam plane sopiri potuit.

[2] Angelo Massarello; cui alios secretarios adiungi volebant; v. supra p. 80.

832. CARDINALIS **IOANNES MORONUS**, primus concilii tridentini praeses, episcopus praenestinus, CANISIO aliisque quibusdam caesaris theologis. Oeniponte sub 25. Aprilis 1563.

Moronum ad quaestiones modo positas (v. supra p. 160—161) aliqua adnotasse eaque cum Canisio aliisque quibusdam theologis communicanda curasse satis certo ex iis, quae supra p. 155 ex Moroni litteris protuli, constat. Ab his tamen et reliquis, quae ibidem commemorantur, Moroni adnotationibus quaerendis et vulgandis mihi temperavi, ne longior essem neve, quae a Canisio, Hosio, Lainio de his rebus dicta et supra p. 63—96 148 157 posui et paulo infra p. 175 176 addam, fere repeterem.

Hoc tantum addo: *Moronus* in litteris Mottera (Matrei) 13. Maii 1563 ad Borromaeum datis de responso 7. Maii 1563 ab imperatore sibi tradito sic iudicavit: „Da diversi luoghi di detta risposta si vede manifestamente, che le repliche, fatte suggerire da noi alle questioni proposte a theologi, hanno fatto giovamento assai, se ben non sono passate senza molta contraditione" (*Steinherz* l. c. III 296).

833. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu. (Epistula prior.) Oeniponte 27. Aprilis 1563.

Ex apographo epistulae Polanci ad Canisium datae, quod est in cod. „V. P. 62" f. 294ᵃ, et ex Epp. *Nadal* II 273.

P. Torrensem theologiae in universitate ingolstadiensi tradendae non esse aptum etc.

Polancus mandatu Lainii Tridento 1. Maii 1563 Oenipontem ad Canisium scripsit: „Riceuette N. Padre quelle di V. Reuerentia di 27. del passato". Quae cum iam non exstare videantur, ex Polanci litteris modo memoratis, quid Canisius scripserit, colligi necesse est. Licet autem Polancus P. Hieronymi Torrensis S. J. (qui in collegio oenipontano litteras graecas et theologiam tradebat; v. Can. III 520) mentionem non faciat, verisimile est, Canisium vel in his vel in proximis litteris ea de Torrensi notasse, de quibus Polancus Tridento 4. Maii 1563 Vindobonam vel Tyrnaviam ad P. Natalem visitatorem scripsit: „Del Doctor Torres bien le parece á N. P. que haría el officio de lector de Ingolstadio ó de Delinga, aunque el P. Canisio, creo mirando á su presentia, no le tiene por apto para Ingolstadio; mas V. R. que está por allá uerá cómo se deue compartir la gente que tiene en essa prouincia, presupuesto que el dicho doctor Torres no le parece á N. P. se ocupe en leer philosophía, sino theología."

Lainius Canisio per Polancum rescripsit 1. Maii 1563.

834. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu. (Epistula altera.) Oeniponte 27. Aprilis 1563.

Ex apographo epistulae Polanci, eodem tempore scripto. Cod. „V. P. 62" f. 295ᵃ.

Polancus mandatu Lainii Tridento 2. Maii 1563 Oenipontem ad Canisium scripsit: „Hoggi fu riceuuto quel espaccio che la RV. mando per il seruitor del Padre Couillon de 27. del passato, ad altre della medesima data si fece risposta" etc. Plura de hac epistula et de „articulis" cum ea missis — omnia perisse videntur — ex Polanci litteris, quas dixi, colligi possunt.

P. Ioannes Cuvillonius (Couvillon) S. J. una cum Dr. Augustino Paumgartner consiliario m. Aprili 1562 ab Alberto V. Bavariae duce Tridentum missus (*Can.* III 408 433 476 737) etiam post Paumgartneri discessum ut „theologus ad referendum" Oeniponte manere hospitiumque, quod Paumgartner nactus erat, retinere a duce iussus erat (l. c. III 562³).

Monachii in archivo regni bavarici inter monumenta tridentina adhuc exstant *Litterae a Cuvillonio ad „D. Erasmum Vaendium" (Vendt, Fendt) Alberti V. secretarium (nec loco nec tempore ascriptis) datae, quibus *Cuvillonius* variis rationibus

demonstrare studet, duci a concilio neque „communionem sub vtraque", neque, „vt mariti fiant sacerdotes" petendum esse; „sacerdotibus concubinariis" amotis, ex Italia, Germania inferiore, aliis regionibus adducendos esse „sacerdotes castos"; „quod ad munus concionandi attinet, id observetur, quod hodie fit in India, vt praelegatur populo e suggestu liber germanicus explicans evangelium, donec essent sacerdotes germani casti, qui concionari possent" (ex apogr. exscripto sub a. 1860 ex archetypo vel apogr. antiquo, quod est in cod. „Acta C. Trident. Tom. III" f. 88).

Lainius Canisio per Polancum rescripsit 2. Maii 1563.

835. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO.

Tridento 27. Aprilis 1563.

Ex cod. „V. P. 62" f. 271ª 294ª.

Respondetur ad „articulos" Conradi Bruni. De Canisio Augustam, Natale Oenipontem redituris. Caesaris arcana cum Delphino nuntio non esse communicanda.

In registro praepositorum generalium Societatis Iesu exstat litterarum Polanci Tridento 1. Maii 1563 Oenipontem ad Canisium datarum apographum eodem fere tempore scriptum; in quarum litterarum exordio Polancus: „Gia due uolte", inquit, „si è scritto delle cose che mostra la RV. desiderare, perla prima si rimando la copia di quella lettera conle notationi al margine, che a N. Padre occorreuano . perla 2ª si scrisse de quelle parole proponentibus legatis quello che qua occorreua et cosi degl' altri articuli de Conrado Bruno" (cf. infra p. 166). Neque dubitari potest, quin alterae hae litterae fuerint illae, de quibus in eodem registro paulo ante haec notata erant (litterae ipsae perisse videntur): „P. Canisio. Se li manda risposta agl' articoli del bruno etc. e che li remandj . se lo ricerca l' Jmperatore di fermarsi alla lunga lo informi del bisogno d' Augusta, e quando fossi grande l' importanza che anche s' era pensato che tornasse di la fatta la uisita il Padre Natale. Fa ben di non comunicar li segreti di S. M. al delfino." [1]

Ex *epistula germanica *Conradi Bruni,* Augusta Vindelicorum 2. Aprilis 1563 ad Ferdinandum I. data, cognoscitur, 14. Martii 1563 Bruno caesaris mandatu per Staphylum 4 capita tradita esse, quibus quaerebatur: Quaenam concilii oecumenici, imperatoris romani, principum, „Patrum Christianorum" in concilio congregatorum esset auctoritas; ad quae Brunus se per litteras responsurum esse promisit (ex archetypo, quod exstat Vindobonae in archivo aulae caesareae, „Romana 1563 Apr." 182). Atque 12. Aprilis 1563 Brunus Augusta Oenipontem copiosum de rebus concilii misit responsum; de quo *Bucholtz* l. c. VIII, 543* et *Sickel*, Trient 494; cf. etiam *N. Paulus*, Dr. Konrad Braun, in „Historisches Jahrbuch" XIV, 546 [3]. Postea Brunus ipse Oenipontem venire iussus est. Traditae sunt, inquit *Sickel* (Trient 493), per Staphylum Bruno „folgende als besonders wichtige von Seld aufgeworfene Fragen: wem kommt das Recht proponendi in concilio zu? wie kann die Freiheit der Abstimmung ohne Einmischung der Curie gesichert werden? wie kann der Majorisirung des Concils durch die Italiener vorgebeugt werden? wie kann der Superioritätsstreit vermieden werden, und, wenn das nicht möglich ist, welchen Standpunkt hat der Kaiser in dieser Frage einzunehmen und wie sind die betreffenden Baseler und Constanzer Decrete zu beurtheilen?" Cf. supra p. 160—161.

Brunus Canisio amicitia, toti Societati Iesu „communione bonorum spiritualium" iunctus erat (*Can.* III 38 46 82 588). Qui fortasse Lainii responsum per Canisium iam acceperat, cum Oeniponte 30. Aprilis 1563 Romam ad Ottonem cardinalem Augustanum scriberet, sibi superioribus 8—9 diebus in consulendo et scribendo

[1] Videtur ergo Zacharias Delphinus nuntius pontificius, quid inter imperatorem et Canisium actum esset, ex ipso Canisio audire voluisse; cf. supra p. 99, et infra monum. 548 553 559.

multum laborandum fuisse: „die arbait ist noch nit aus; es sollen aber E. F. gnaden nit zweifeln, dan das ich mir die sach S. et apostolicae sedis nach meinem alten gebrauch wol lassen bevolhen sein" (*Bucholtz* l. c. VIII 543*. *Sickel*, Trient 528).

Tempus quidem huic litterarum summae in registro ascriptum non est; sed cum in eodem temporum fere ordo servetur, atque cum epistulae proxime antecedenti 27. Aprilis 1563 ascriptus sit, summae autem, quae tertio loco sequitur — ne duabus quidem proxime sequentibus tempus adnotatum est —, dies 29. Aprilis 1563; cum denique Canisius Oeniponte 8. Maii 1563 Polanco (litteris prioribus) scripserit: „Coniunctim accepi, quae .1.ª 2. et 4ª Maij datae sunt, simulque respondebo his atque priorib: 27 Aprilis ad me datis": Polancum Canisio 27. Aprilis haec scripsisse recte colligitur. Ioannes Fernandez S. J., Polanci librarius, tunc aegrotabat (Epp. *Nadal* II 267); unde factum esse puto, ut complures illius temporis epistulae non integrae, sed in compendia redactae registro inscriberentur.

Canisius Lainio respondit 8. Maii 1563 (litteris prioribus).

836. CARDINALIS **STANISLAUS HOSIUS**, unus ex concilii tridentini praesidibus, episcopus varmiensis, CANISIO.

Tridento sub exitum m. Aprilis 1563.

Ex epistulis, quas infra dicam, archetypis. Cod. cracov. „60" p. 153, et Cod. gothan. „E. H. 2." f. 112.

Hosius Tridento 9. Maii 1563 Oenipontem ad Martinum Cromer scripsit: „Canisius in hunc usque diem nihil meis respondit". Et Canisius Hosio, Oeniponte 8. Maii 1563: „Fateor meam in scribendo tarditatem". Quae ostendunt, Hosium ad Canisii litteras Oeniponte 21. Aprilis 1563 ad se datas haud multo post rescripsisse. Plura vide in Canisii epistula 8. Mai 1563 Hosio missa.

Canisius Hosio rescripsit 8. Maii 1563.

837. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu.

Oeniponte 30. Aprilis 1563.

Ex apographis litterarum Polanci, eodem tempore scriptis. Codd. „V. P. 62" f. 296ª—297ᵇ, et „V. P. 63" f. 7ᵇ.

Polanci ad Natalem litterae integrae ex eodem apographo transcriptae sunt in Epp. *Nadal* II 270—277.

Theologorum quorundam, quibuscum de concilii rebus consilia conferre debeat, animos ad auctoritatem pontificis impugnandam inclinari. Eum coetum brevi dimissum iri. Natalem statuisse, ut cibus meridianus h. 10½, vespertinus 6½ sumeretur; sed in Germania, maxime aestate, haud ita sero esse prandendum. Collegii ingolstadiensis dotationem in aliud tempus differri.

Polancus nomine Lainii Tridento 4. Maii 1563 Tyrnaviam vel Vindobonam ad P. Natalem, qui ea collegia tunc visitabat, haec scripsit de Ferdinando I. imperatore, Oeniponte cum cardinale Morono de rebus concilii tridentini agente: „A .N. Padre occurria que si mucho se ha de alargar la estantia de su Magestad y los negocios que tratta tocantes al Concilio, que seria espediente que auiendo .V. Reuerencia espedido los negocios de Tirnauia y Praga se uiniesse a la corte para aiudar las cosas publicas que alli se trattan con harto trauajo del buen Padre Canisio por la inclinacion que uee en sus collegas[1] *a oppugnar las cosas que tocan a la auctoridad del Papa y sede Apostolica. Bien que desde aca scriuiendo el y dando informacion amenudo y respondiendole con diligencia se le da la ayuda que se puede en absentia,*

[1] Maxime, nisi fallor, in Staphylo et Francisco Cordubensi (*Sickel*, Trient 494 495 499).

y entendemos por las ultimas suyas de 30. del passado, que presto pensaua se acabarian las consultas . . . Se reciuieron las cartas de españa con sus glosas. que aun no se han uisto por lo mucho que estos dias han dado en que entender las cosas de Hispruch . . . En las letras que escriue a ultimo de Abril el Padre Canisio dize que V. Reuerencia ha dado orden que por todo el ano se tuuiese una mesma hora de comer a diez y media y de cenar a seys y media, y que esta cosa se tiene por incommoda y no acostumbrada en Alemaña de comer tan tarde[1] *especialmente en este tiempo en el qual le parece a el abria de auer alguna diuersidad dal tiempo del inuierno, V. Reuerencia mire en esto, porque tambien a N. Padre le parece bien que aya differentia en esto del inuierno al uerano.*"

Eandem Canisii epistulam Polancus significat, cum Tridento 4. Maii 1563 Oenipontem Lainii nomine ad Canisium scribit: „Hiersera riceuette N. P. gl plico di V. Reuerentia dell' ultimo d Aprile insieme con diuersi scrittj delli Coloniensj, et alcune lettere del Padre Lanoyo" etc.; plura vide in Polanci litteris, quas modo dixi.

Fortasse Canisius in eadem epistula ea quoque rettulit de collegii ingolstadiensis dotatione, quae Polancus nomine Lainii Tridento 14. Maii 1563 P. Nicolao Lanoio S. J., rectori collegii ingolstadiensis, ad litteras 25. Aprilis 1563 datas rescribens memorat: „Riceuette N. Padre quelle di V. Reuerentia della Dominica 2ª post pascha, et anchora ha uisto la supplica che fu data alli Conseglieri dell' Jllustrissimo Duca et pare stessi bene, benche intendiamo per lettere del padre Prouinciale, che la dotatione s' è diferita per altro tempo, pare che a lorò più presto toccaria secondo la ragione et obligo che hanno sollicitar questa cosa che a noi, ma come molte coze uanno a la reuersa cosi questa."

Lainius Canisio per Polancum respondit 4. Maii 1563.

838. P. ALPHONSUS SALMERON S. J., pontificis in concilio tridentino theologus, CANISIO. Tridento sub 1. Maii 1563.

Ex epistularum Polanci apographis eodem tempore scriptis. Codd. „V. P. 62" f. 294ª et „V. P. 63" f. 3ᵇ.

Partim etiam in Epp. *Nadal* II 280.

P. Natalis nomen in Villalpandi „Apologia" ponendum non esse etc.

Polancus nomine Lainii Tridento 11. Maii 1563 ad P. Natalem scripsit: „Ya se auia scripto al Padre Canisio que quitassen al nombre de V. Reuerencia en aquel libro del Doctor Villalpando". Quis autem quando scripserit, idem Polancus epistula Tridento 1. Maii 1563 ad Canisium data aperit, cum scribit: „Qùi ua una lettera del Padre Salmeron sopra quel libro de Gasparo Cardillo allaqual mi rimetto."

Gaspar Cardillo de Villalpando (1527—1581) Segobiae (Segovia) in Hispania natus, in universitate complutensi (Alcalá de Henares) ad philosophiam et theologiam institutus, in concilio tridentino hoc quidem tempore Alvari Mendozae, episcopi abulensis (Avila), procuratorem agebat; paulo autem post theologus pontificius in locum Petri de Soto O. Pr. 20. Aprilis 1563 mortui substitutus est. Qui libros ad Aristotelem vel vindicandum vel explicandum Compluti alios iam ediderat, alios postea erat editurus. Idem etiam Canisii catechismum hispanice versum evulgavit et de rebus sacris complures libros polemicos, oratorios, historicos composuit. Quos recenset *Nic. Antonius* l. c. I 521—522. Omittit tamen is librum,

[1] De hora prandii tunc usitata vide *Can.* II 9[4]. Dilingae saeculo XVII. in seminario S. Hieronymi prandebant hora 10., cenabant 6., praeter iuvenes monachos, qui $5^1/_2$ cenabant (*Th. Specht,* Geschichte der ehemaligen Universität Dillingen, Freiburg i. Br. 1902, 408 420). In congregatione quoque helvetica monasteriorum Benedictinorum sub medium saeculum XVII. hora 10. prandium, hora 5. cenam sumebant; solis diebus ieiunii hora 11. cibum meridianum sumebant (*Mart. Kiem* O. S. B., Geschichte der Benedictinerabtei Muri-Gries II, Stans 1891, 64).

de quo Salmeron has ad Canisium litteras dedit, et qui sic inscribitur: „Apologia indictionis Concilij Tridentini, factae a Pio Quarto Ponti: Max. aduersus Ioannem Fabritium Montanum, Authore Gasparo Cardillo Villalpandaeo Hispano Segobiensi, Doctore Theologo. Anno M. D. LXIII". In extremo libro: „Excusum Ingolstadii per Alexandrum et Samuelem Vueyssenhornios fratres Germanos". 4°; 76 ff. In initio libri litterae dedicatoriae Villalpandi comparent, Tridento 2. Aprilis 1563 Claudio Quiñones comiti de Luna, a Philippo II. ad concilium legato, inscriptae; ubi Villalpandus de Fabricio (cf. supra p. 3[3]): „Proximis mensibus", inquit, „orationem composuit, atque habuit ad suos, atque ut a pluribus legi posset, typis mandatam in vulgus dedit: in qua illis hominibus qui a Dei castris ad castra Sathanae transfugerunt, persuadere studet, ne Tridentum contendant, neque in Concilio suam causam tractare, et de concordia agere in animum inducant, quod id sine scelere facere non possint" (f. A 4[b]). Librum Villalpandi Coloniae vidi in bibliotheca urbana; cf. etiam *Stevenson* l. c. I[1], 105, n. 459 f. Canisius m. Novembri 1562 Hosio commendaverat, ut Fabricii libellum per aliquem ex theologis tridentinis refutandum curaret (*Can.* III 527 574). Atque Canisii, Staphyli, Sociorum ingolstadiensium operam in hac refutatione Ingolstadii typis exscribenda intercessisse partim ex iis, quae supra (p. 122 139) posita sunt, partim ex litteris Canisii 14. Maii 1563 ad Lainium datis cognoscitur.

839. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO.

Tridento 1. Maii 1563.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „Padre Canisio". Cod. „V. P. 62" f. 294[a].

Varia responsa Canisio missa. PP. Schorichius et Stevordianus, contionatores monacenses. Lainius scriptum Rudolphi Clenckii legit et Bavariae duci de homine scribit, epistulae mutandae facultatem Canisio tribuens. Liber Villalpandi. Canisius et cum Ferdinando I. et cum Morono de rebus concilii familiariter agit. Lainius Canisium consiliis adiuturus. Reditus Natalis. Lainii valetudo.

Pax Christi etc.

Riceuette N. Padre quelle di V. Reuerentia di 27. del passato, et gia due uolte, si è scritto delle cose che mostra la RV. desiderare, perla prima si rimando la copia di quella lettera conle notationi al margine, che a N. Padre occorreuano . perla 2ª si scrisse de quelle parole proponentibus legatis quello che qua occorreua et cosi degl' altri articuli[a] de Conrado Bruno[1]. Haueriamo charo non fossino perse quelle lettere che andorno per la posta, per l' auenire si potranno mandare per uia del Cardinal Warmiense o altra sicura . maestro Georgio Fabro restara in Roma continuando il suo corso[2]. Vederemo come lo fara il nouo sacerdote maestro Georgio Schorichio[3]. Di quello in cui loco succedera non occorre dir altro, se non che sara ben aiutarlo, et pur trattenerlo se si potra nel stato del Duca di Bauiera[4].

a) alticuli *ap.*

[1] Vide supra p. 163. [2] Vide supra p. 120 129.

[3] Is P. Martino Stevordiano laboribus fesso Monachii in contionatoris officio succedere iussus est (Epp. *Nadal* II 260 275 283; cf. etiam supra p. 120 129).

[4] Alberti V.

Si è uisto lo scritto di Rodolfo Clengio, et secondo che parse alla RV. N. Padre scriue al duca di Bauiera la lettera, che qui ua aperta accio la Reuerentia V. la ueda[1], et se li parera, che stia ben conforme all' umor germanico, la serri, et gliela mandi, se li parera debbia mutarsi qualche cosa agiongersi, o leuarsi, la RV. faccia scriuere una altra lettera secondo che li parera sopra una sottoscrittione di N. Padre che quì andara, il scritto non si rimanda adesso perche se mostrara al Cardinal Warmiense. Se la RV. uorra riauerlo auisi. Rimando le lettere delli dottori Lanoy et Pisa.

Quì ua una lettera del Padre Salmeron sopra quel libro de Gasparo Cardillo allaqual mi rimetto[2].

Della familiarità della RV. con la M. C. et col Legato[3] nelle cose delle quali si tratta, speramo sia per seguirsi buon frutto et ben comune, et quanto più informatione dara la Reuerentia V. a N. Padre tanto meglio li potra dar li ricordi che occorreranno gia che non è presente il Padre Natal, benche si hauesse a durar questa cosa alla longa forsa sarebbe spediente ui uenesse spediti pur li negocij di Praga. Non diro altro in questa, senon che N. Padre hoggi ha cominciato à dir messa, benche debolissimo delle gambe · ci raccomandiamo etc. Di Trento primo di Maggio 1563.

Una cum hac epistula, ut ex ipsa intellegitur, Canisio missae sunt *litterae latinae, Tridento 1. Maii 1563 ad Albertum V. Bavariae ducem a *Lainio* praeposito generali S. J. datae, quibus hic ducem certiorem reddit, in universitate ingolstadiensi aliquos ex theologiae professoribus insistere, „impetratis etiam commendatitiis a vestra celsitudine litteris", ut Rudolphus Clenck (cf. supra p. 146) ad gradus academicos promoveatur. Litterarum praecipuam partem pono ex exemplo (A), quod saeculo XVIII. vel ineunte XIX. „ex Autographo" (= archetypo) exscriptum exstat Monachii in archivo regni bavarici, „Jesuitica, Ingolstadt, fasc. 73, n. 1374" f. 43^{a}—44^{b}; cum quo exemplo contuli commentarium (B) totius epistulae, ab ipso Polanco et scriptum et multis locis diligenter emendatum, quod exstat in Cod. „V. P. 62" f. 292^{b}—293^{a}. „Transmissum est", scribit Lainius, „ad me scriptum huius uiri, quo se ille quidem filium Ecclesiae Romanae profitetur, sed deinde quasdam propositiones subiicit, quae non solum irreuerentiae plurimum in sanctissimam[a] [?] sedem apostolicam, et Summum in terris Christi uicarium continent[b], uerum ad eius auctoritatem eneruandam, imo et[c] [?] euertendam [cum][d] [?] maximo[e] Ecclesiae detrimento comparatae uidentur; quaeque cum alioqui a veritate sint maxime alienae, temerariam et Scismaticam doctrinam, et ad res nouas[f] moliendas, aptissimam, produnt. Nec enim solum haeresim[g] sapere, sed et[h] [?] ad seditionem spectare" ea doctrina omnino videtur, „quod eos latere uiros alioqui optimos, sed in theologia forte[i] [?] minus uersatos, qui fauere Rodolpho[k] ceperunt[l], minime dubito". Atque se quidem, antequam scriptum illud Clengii legisset, Sociorum ingolstadiensium religioni satis consultum iri existimasse, si Clengium ipsi non promoverent, ab aliis promoveri sinerent. Iam autem ducem sibi esse vehementer rogandum, ne ulla ratione eum promoveri patiatur, „nisi retractet, quae male dixit, et expresse

a) sanctam *B.* b) continet *A.* c) etiam *B.* d) *Hoc est in B.* e) maxime *A.* f) *In B sequuntur vv.:* tum in relligionis, tum in gubernationis ciuilis negocio. g) heresim *B.* h) *Deest in A.* i) fortasse *B.* k) Rodolfo *B.* l) *Ita A B.*

[1] Vide, quae de hac Lainii epistula sub ipsas has Polanci litteras dicuntur.
[2] Vide supra p. 165. [3] Morono.

in eisdem propositionibus sanam sententiam profiteatur". Atque in universum Lainius ab Alberto petit, „ut in ditione sua doctrinas huiusmodi, doctoresque catholica haereticis miscentes, et quasi mediam quandam fidem in medium afferentes non tolerandos existimet, aperti enim hostes multo minus quam occulti nocere solent". Canisius de his litteris Oeniponte 8. Maii 1563 Lainio scripsit: „Pauca mutanda video in litteris ad Principem datis, et spero ualde profuturum nostris, quod sic amanter et libere princeps admonetur". Ad quas mutationes Canisius, puto, chartam vacuam, quam Lainius suo nomine subscriptam ei miserat, adhibuit.

Canisius Lainio rescripsit 8. Maii 1563.

840. FERDINANDUS I. imperator CANISIO aliisque theologis a se delectis. Oeniponte inter 1. et 7. Maii 1563.

Ex *Sickel*, Trient 495; qui ea potissimum hausisse videtur ex monumentis caesarei sive aulici archivi vindobonensis („Concilacten". „Romana").

De responsionibus ad caesareos „articulos", res concilii tridentini spectantes.

Viri a Ferdinando I. delecti (v. supra p. 130) ad 14 „articulos" illos (v. supra p. 160) communiter respondere iussi erant. Aber es war, inquit Sickel, „das Gutachten der Commission am 1. Mai noch nicht abgeschlossen. Ferdinand liess sich nun die einzelnen Theile, sobald sie fertig wurden, vorlegen um sie mit den Geheimräthen zu berathen. Bei allem Lob das er den Theologen spendete, fand er doch ihre Arbeit nicht geeignet um sie für eine Antwort an Morone zu verwerthen. Er wies sie also schriftlich an zunächst die Form zu ändern, d. h. eine passende Einleitung zu verfassen, die zusammengehörigen Artikel wie II und IX zusammenzuziehn, die Ergebnisse bestimmter zu formuliren und überall mit Motiven und Folgerungen zu begleiten, den Kaiser als selbstredend einzuführen, aber doch so dass er sich nicht anmasse über so schwierige Dinge ein eigenes Urtheil fällen zu wollen, sondern sich auf der Theologen Rath stütze, ferner die gelehrten Citate am Rande fortzulassen u. s. w. Mit eigener Hand fügte überdies Ferdinand der Commissionsarbeit bei was er geändert wünschte."

Ex actis caesarei consilii sanctioris, quae Vindobonae in archivo aulae caesareae exstant, intellegitur, in eodem consilio 29. Aprilis, 1., 2., 3., 5., 7. Maii de his rebus actum esse (*Turba* l. c. III 226[4]). Ceterum vide, quae sub proximam epistulam sive litterarum summam dicentur.

841. GEORGIUS SIGISMUNDUS SELD, imperii vicecancellarius, mandatu Ferdinandi I. imperatoris CANISIO aliisque theologis a caesare delectis. Oeniponte inter 2. et 7. Maii 1563.

Ex *Sickel* (Trient 495), fontibus, ut videtur, uso, de quibus supra nr. 840 dictum est.

Qua ratione commentarius de rebus concilii ab ipsis scriptus emendandus esse videatur.

Commentario, quo theologi a Ferdinando I. delecti ad 14 articulos illos, res concilii tridentini spectantes, caesari respondebant (v. supra nr. 840), hic, ut Sickel inquit, sua manu ascripsit, „was er geändert wünschte und liess endlich durch Seld den Theologen 58 Amendements vorschlagen".

„Noch liegt", inquit *Sickel* (l. c.), „die neue Commissionsarbeit in gesonderten Heften für die einzelnen Artikel vor mit drei- auch vierfachen Umarbeitungen. Begegnen nun in letztren auch die Hände von Braun und Staphylus, so scheinen die Theologen doch den zuletzt an sie gestellten Anforderungen nicht gewachsen gewesen zu sein. Die Ordnung der Artikel hat Seld vorgenommen: was die Com-

mission berathen, hat er in 9 Artikel zusammengefasst, zu denen ein zehnter von den Politikern allein berathener hinzugekommen ist. Er hat auch die Einleitung concipirt und viele Theile umgearbeitet. Zahlreiche noch vorhandene Noten zeigen dass dann noch über einzelne Punkte eingehende Unterhandlungen zwischen Ferdinand, den Hofräthen und den Theologen gepflogen sind."

Ex proximis epistulis et maxime ex litteris a Canisio 8. Maii 1563 Lainio missis cognoscitur, Canisio cum collegis non convenisse; qui et caesari, et Lainio praeposito generali affirmavit, „scriptum illud" collegarum „non esse necessarium, nec solidum, ex tempore factum a paucis non omnino idoneis ad rem tantam, quos etiam affectus quidam impedirent in iudicando et rerum imperitia". Quare satis fore putabam, si, quae *Sickel* de hac rettulisset responsione, hic repeterem, neque necesse esse mihi videbatur, ex ipsis monumentis manu scriptis copiosius haec proponerem.

842. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO.

Tridento 2. Maii 1563.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „Padre Canisio". Cod. „V. P. 62" f. 295[a].

Litterae per Hosium missae. Lainius ad „articulos" a Canisio missos respondet. Canisius et erga caesarem et erga legatum pontificium in rebus, quas secretas esse oportet, fidum se praestare debet. Coloniensium adversus Chemnitium scripta recognoscentur. Quas Canisius petit precationes, fient. Laetiora ex Gallia nuntiantur. Roma in reformando diligens est. Deus ex malis bona efficiet.

Pax christi etc.

Hoggi fu riceuuto quel espaccio che la RV. mando per il seruitor del Padre Couillon de 27. del passato[1], ad altre della medesima data si fece risposta hieri[2] per uia del Cardinal Varmiense et per la medesima credo andara la presente et insieme con quella ua la risposta fatta a quelli Articuli che la RV. manda[3], et perche credo tiene là la copia non li rimando, mà V. Reuerentia tenga in mano la detta copia perche le risposte uanno per numeri secondo li capi di quella.

Del conferir con l' Jllustrissimo Legato[4] quelle cose non occorre a N. Padre dir altro, senon quello che al principio le raccomandò d' usar fidelta nelli secretti d' una parte et de l' altra.

Si uederanno quelli scritti di Colonia[5], et si dira alla Reuerentia V. quello che pare di essi, et all' hora seli rimandaranno.

Le orationi et sacrificij che V. Reuerentia ricerca si faranno. De Francia s' intendono alcune cose manco male di quello che si pensaua, essendo catholici quelli, che gouernano il Regno[6], et anche si è detto che procedono gagliardamente contra gli heretici.

---

[1] Vide supra p. 162. [2] Vide supra p. 166.

[3] Ad 14 articulos Ferdinandi I. mandatu a Seldio conscriptos? Vide supra p. 160.

[4] Cardinale Morono.

[5] PP. Henrici Dionysii et Francisci Costeri S. J. scripta adversus Chemnitium; vide supra p. 131—133 144.

[6] Carolus IX. et Catharina eius mater legatione litterisque ad pontificem et concilium missis de pace cum Hugonottis constituta se excusabant et catholicos se

Qui habbiamo credo 11. breui, o bolle de riformatione diuersi che ci hanno mandato di Roma[1] et tutta uia se intende procedersi innanzi. È da esperar nella bonta diuina, che di questi trauagli et controuersie sia per cauarne qualche buon frutto. Nelle orationi et sacrificij etc. Di Trento 2.ª di Maggio 1563.

Polancus mandatu Lainii Tridento 4. Maii 1563 Oenipontem ad Canisium scripsit: „Auanti hieri fu scritto a V. Reuerentia in risposta di quelli articoli che mando alli 27 del passato, et intendemo non esser mandato quello spaccio, dato al segretario del Cardinal Warmiense. Credo andera con quello il presente" etc.; cf. infra p. 172. Cum his verbis congruunt, quae Canisius Oeniponte 8. Maii 1563 Tridentum ad Lainium scripsit: „Coniunctim accepi, quae .1ª. 2. et 4ª Maij datae sunt" etc.; v. infra p. 174. Haec si cum epistulae modo positae parte priore conferentur, facile patebit, epistulam die 2. Maii datam esse, non 3., quem librarius apographo illi ascripsit.

Canisius Lainio rescripsit 8. Maii 1563.

843. P. LEONARDUS KESSEL S. J., rector collegii coloniensis, CANISIO. Colonia 3. Maii 1563.

Ex apographo eiusdem temporis, quod ipse *Kessel* transcripsit in Cod. colon. „Kess." f. 177ª (in a. 1563 f. 30ª) et sic inscripsit: „ad p. Canisium".

Epistula usus est *Hansen* l. c. 463[2].

Contionatores. Socii varii. Infirmi, cum in provinciam rhenanam mittendi erunt, ne sero mittantur. PP. Dionysii et Costeri scripta adversus Chemnitium. Huius liber contra Iesuitas editus iam germanice versus est. Protestantismi progressus.

— —[b] *nos non habere concionatorem quem illis demus*[2].

M. Martinum[3] *possunt ad nos mittere.*

Henricus agit Coci officium et strenue laborat[4].

Venit Junior seff qui cras scholas frequentare[5] incipiet. experiemur quomodo iuari [*sic*] poterit.

a) 3. *apogr.; vide quae sub ipsam hanc epistulam dicuntur.* b) *Ipse Kessel in hoc apographo, quod valde festinanter scripsit, ea, quae sequuntur usque ad* Henricus *excl., obliqua oratione posuit.*

---

profitebantur, Philippo II. magis iungi studebant, voluntatem ab Hugonottis alienam prae se ferebant (*J. Card. Hergenröther*, Handbuch der allgemeinen Kirchengeschichte III[3], Freiburg i. Br. 1886, 178. *Raynaldus* l. c. in a. 1563 n. 76—84).

[1] Multas litteras apostolicas, quibus Pius IV. Rotam romanam, Poenitentiariam apostolicam, tribunal Camerae apostolicae, varia alia tribunalia et officia romana, ut „referendarios signaturae iustitiae", ipsum conclave reformabat, dispensandi facultatem angustiorem faciebat, „exemptiones" quasdam irritas esse iubebat, gratias quasdam gratis tribui iubebat, vide in *Bullario* romano VII, Neapoli 1882, 155—158 193—197 203—207 211—214 214—237 239—241.

[2] Canisius et Herbipolim in ecclesiam cathedralem et Straubingam contionatorem mittere volebat ac Monachii in locum P. Martini Stevordiani contionandi labore fessi alterum substituere debuit; vide supra p. 7 120—121 128.

[3] Stevordianum; vide supra p. 129.

[4] *Kessel* in catalogo collegii coloniensis a. 1562 scripto: „Coadiutores . . , Henricus Noviomagensis, adiutor coci"; et in catalogo simili, copiosiore tamen et 20. Decembris 1562 dato: „Coadiutores temporales . . . Henricus Neomagensis novitius, sed nondum satis in proposito suo constans" etc. (*Hansen* l. c. 780 451—452).

[5] Vide, quae sub ipsas has litteras dicentur.

m. Ogerius[1] Maguntiae bene se gerit.

p. Wilhelmus Limborgius[2] in dies conualescit magis, nullo tamen singulari officio illum occupamus. Quando infirmus ad hanc prouinciam ablegandus est, cuperemus non extrema cum eo tum expectari ne vtrique prouinciae inutilis fiat, vtinam locus noster tam amplus esset, vt bene plures caperet.

Destinauimus alias ad Reuerentiam V. scripta nostrorum[3] contra Cemnitium, sed nondum intelleximus an vobis reddita[a] fuerint . optaremus cognoscere num in Societatis defensionem liber alius[b] aduersus eum prodierit.

Chemnitius iam versus est in linguam germanicam cum praefacione blasphemijs plena[4]. Credimus V. Reuerentiam versionem illam vidisse.

bene [R. V.][c] [?] nos monet temporis Martirum. Et nobis vicine prouinciae velut turbine acte in hereses ruunt.

D. Franciscus[5] continuat lectionem[6]. V. Reuerentiae[d] [?]

3 Maij 1563.

Ipsa rerum, quae in hac epistula continentur, natura epistulam a collegii coloniensis rectore datam esse ostendit.

Quoniam Kessel his litteris Canisium de adventu „Junioris seff" certiorem facit, iuverit, hic ponere, quae de hoc eiusque fratre ac de aliis quibusdam idem *Kessel* Colonia 18. Maii 1561 Moguntiam ad P. Ioannem Rethium S. J. *scripsit: „Hos quinque confratres nostros M. Vilhelmum Heptiam, Bartolomeum Bastoniensem, Joannem Verdunensem et Joannem sepf cum suo fratre, Jodoco sepf mittimus Augustam, ad R. p. Canisium, nam multoties nos rogauit vt vellemus illi aliquot bonos fratres mittere, qui in eorum vocatione stabiles essent, quales hos putamus esse, omnes semper bene sese gesserunt . . . vterque sepf sunt nepotes m. Balduini[7], videns minor quod maior, frater eius vellet proficisci, desiderauit illi adiungi vt etiam societatis fieri posset, quod permisimus quia bene etiam de eo speramus" (ex archetypo. Cod. colon. „Epp. ad Reth." f. 109). P. *Hurtadus Perez* S. J. Ingolstadio 13. Iunii 1561 Lainio *scripsit: „Arriuai qui il Sabbato passato con altri cinco fratelli, che venero de Colonia la settimana passata in Augusta, fra li quali solo è vn mastro detto Guilielmo Hepsia, et Joannes Seeff et Jodocus Seeff tutti

a) reddite *K.* b) alijs *K.* c) *Aut haec supplenda esse, aut Kess. hic, sicut in exordio huius epistulae vel potius huius apogr. fecit, ex directa, quam vocant, oratione in obliquam deflexisse dixerim.* d) *Sic; sed corrigendum esse puto* Coloniae*; ita enim K. etiam in aliis eiusmodi epistularum suarum apographis, ut Can. II 739; III 212.*

---

[1] Davantianus S. J.; de quo *Can.* III 222 223 225 226.

[2] Is a. 1562 Ingolstadii in universitate philosophiam tradiderat; de eo vide *Can.* II 137 [10] 521; III 312. *Kessel* de eo Coloniae 20. Decembris 1562 notaverat: „Videtur verus Israelita, in quo dolus non est, audiet brevi confessiones puerorum; experiemur paulatim, quid poterit; curabimus, ne excessum faciat aliqua in re, ut valetudo magis firma fiat" (*Hansen* l. c. 450).

[3] PP. Henrici Dionysii et Francisci Costeri; vide supra p. 131—133 144.

[4] Martini Chemnitii „Theologiae Iesuitarum praecipua capita" iam a. 1562 Lipsiae prodierant germanice a Ioanne Zanger, contionatore brunsvicensi, versa et multis conviciis et sordibus amplificata atque sic inscripta: „Vom newen Orden der Jesuwider" etc.; cf. *Can.* III 481 [6]. [5] Costerus.

[6] Lectionem theologicam in universitate, ut videtur; cf. supra 131.

[7] P. Balduini ab Angelo S. J., qui tunc in collegio treverensi degebat (*Hansen* l. c. 378).

duoi fratelli secundum carnem, et questi tre son Leodiensi . . . di tutti cinco Jodoco solo non fece li uoti, il qual col M. Guilielmo et Bartholomeo mando il Padre Prouincial in Praga et qui se gl' agionse vn nouicio Vdalrico nomine, sueuo accio parlasse tudescho, per essi non hauer lingua" (ex autographo. Cod. „G. Ep. II" f. 110ª). „Arnoldus Seeff Leodiensis" in collegio coloniensi a. 1563 „adiutor coci", a. 1565 „Humanista" fuit (*Hansen* l. c. 781 782).

844. Aliquis de Societate Iesu (P. Ioannes Dyrsius, collegii oenipontani rector?) mandatu CANISII **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu. Oeniponte 3. Maii 1563.

Ex apographo litterarum Polanci, eodem tempore scripto. Cod. „V. P. 63" f. 6ª.

Polancus nomine Lainii Tridento 11. Maii 1563 Oenipontem ad Canisium scripsit: „Hieri riceuette N. Padre quelle di V. Reuerentia di 8. del presente, haueuamo etiam prima riceuuto altre per sua commissione di tre." De quibus vide epistulam modo memoratam, qua Polancus Canisio respondit.

845. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO. Tridento 4. Maii 1563.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „P. Canisio." Cod. „V. P. 62" f. 296ᵇ.

Rationes mittit, quibus ostendatur non expedire, ut residentiam divini iuris esse definiatur. Sociorum coloniensium et Andradae adversus Chemnitium libri. Lainius Canisium, cui cum collegis quibusdam non convenit, bono animo pro pontificis partibus stare iubet. Moroni cardinalis infirmitas. Dissidia in concilio. Tempus cibi sumendi. Lainii valetudo.

Auanti hieri fu scritto a V. Reuerentia in risposta di quelli articoli che mando alli 27 del passato, et intendemo non esser mandato quello spaccio, dato al segretario del Cardinal Warmiense[1]. Credo andera con quello il presente doue si manda a V. Reuerentia quello che se li promesse cioè la copia di alcune ragioni che mostrano non esser ispediente che si faccia definitione che la residenza sia de iure diuino[2].

Hiersera riceuette N. P. gl plico di V. Reuerentia dell' ultimo d Aprile insieme con diuersi scrittj delli Coloniensj[3], et alcune lettere del Padre Lanoyo, e doct. Lamberto[4]. Si uederanno li dettj scrittj Coloniensj, e si fara intendere a V. Reuerentia quello che parera. Jl Dott. Paiua ua molto innanzi nel suo libro[5] e pare habbia dottrina et eloquentia assaj, forse non sarà inconueniente che l' una, et altra opera esca in luce.

Si e inteso il trauaglio in che sta V. Reuerentia con tali compagni della consulta. Se pure Dio e con noi[6], cuiusuis manus pugnet contra nos[7]. V. Reuerentia con parole, e scrittj, o come meglio li parera faccia il suo sforzo per aiutare in questi trauagli

[1] Valentino Kuczborski? [2] Vide, quae sub ipsas has litteras dicentur.

[3] Cf. supra p. 131—133 144.

[4] PP. Nicolai Lanoii et Lamberti Auer, rectorum collegiorum ingolstadiensis et moguntini.

[5] Adversus Chemnitium pro Societate Iesu scribebat; vide supra p. 132[3].

[6] Rom 8, 31. [7] Iob 17, 3.

il negotio della Chiesa, e santa sede Apostolica. Jl resto commettiamolo alla diuina prouidenza con supplicarla continuamente, risguardi con l' occhio di misericordia questa sua heredità, acquistata conl' sangue, e uita del suo figliolo[1].

Le febriciole del Legato[2] non saranno come pare troppo al proposito per tornar presto qua, e pur le cose ricercarebbono bene la direttione, e prudenza di esso, perche quello spirito che V. Reuerentia troua di la de dissessioni [*sic*] pare corre per tutti; ma potens[a] est Deus[3] conterere sathan sub pedibus[4] Catholicae ecclesiae.

Circa l' hora del mangiare si scriuera hoggi al Padre Natale[5], in questo mezzo V. Reuerentia potrà dire al Rettor di la[6] che non e obligato a seruar quell' ordine nuouo. Resta raccomandarci tuttj nelle orationi etc. Di Trento li 4 di Maggio 1563. N. P. sta tuttauia indisposto della podagra benche si e cominciato a leuare per dire, et udir la messa.

Una cum his litteris, ut ex ipsis intellegitur, Canisio Lainii iussu exemplum commentarii missum est, quo demonstrabatur, non expedire, ut residentiam episcoporum divini iuris esse definiretur. Ab hac enim definitione cardinalis quidem Moronus censebat esse abstinendum; at Ferdinandus I., ut eam postularet, a Georgio Drascovitio et Sigismundo de Thun oratoribus tridentinis denuo, litteris Tridento 16. Aprilis 1563 datis, urgebatur (*Sickel,* Trient 487—488). Neque multo ante Lainius, praesidum concilii mandatu, libellum conscripserat, quo primum quidem 15 rationes adversus definitionem illam proponebantur, deinde rationes contrariae, per quattuor classes distinctae, singillatim refellebantur; quod scriptum cum legatorum iussu apud patres circumlatum esset, multi eorum sententiam mutaverunt. Ita quidem *Dan. Bartoli* S. J., Dell' Istoria della Compagnia di Gesù. L' Italia, Libro secondo, c. 8, Torino 1825, 79—80. Scriptum vel periit vel adhuc latet.

Canisius Lainio rescripsit 8. Maii 1563.

846. CANISIUS **IACOBO LAINIO,** praeposito generali Societatis Iesu.

(Epistula prior.) Oeniponte 8. Maii 1563.

Ex apographo recenti (A), quod ex archetypo — Canisius sua manu nomen („Seruus" etc.) subscripsit — in cod. „E. C. I" f. 292a—294b (n. 115) posito exscriptum est.

Exstat etiam alterum apographum (B), quod sub a. 1860 ex archetypo curante Boero exscriptum et ab eodem recognitum, sub a. 1892 cum archetypo iterum collatum est.

Epistula usus est et complura ex eadem ad verbum exscripsit *Sacchinus* (S), Historia S. J. II, l. 7, n. 44—50; de quo vide, quae sub ipsam hanc epistulam dicentur. Epistulae particulae vulgatae sunt in Epp. *Nadal* II 273² 286⁴, et a *Janssen* l. c. IV¹⁵⁻¹⁶ 413. Epistulam etiam diligenter adhibuit *Kröss,* Can. 164—165; idem magnam epistulae partem germanice vertit in „Ferdinand I." etc. (Zeitschrift für katholische Theologie XXVII 637—640).

a) poten *ap.*

---

[1] Cf. Ps 27, 9. Eccli 24, 11. Act 20, 28. 1 Petr 2, 9 etc.

[2] Ioannis cardinalis Moroni. [3] Rom 11, 23; 14, 4. Hebr 11, 19 etc.

[4] Rom 16, 20.

[5] Vide supra p. 165. Litterae ad Natalem datae exstant in Epp. *Nadal* II 270—277. [6] P. Ioanni Dyrsio S. J.

Lainii de rebus concilii responsa Tridentum allata sunt, cum Canisii collegae iam scripto respondissent imperatori. A quibus cum Canisius valde dissentiret, ipse imperatorem adiit eique coram exposuit: Scriptum illud ab hominibus parum idoneis compositum esse; durius tractari pontificem; novas lites excitari; morbos romanos tridentinosque „augeri potius quam sanari“. Caesarem pontifici se iungere, cum Morono non scriptis, sed coram agere debere. Quae in concilio de reformatione iam constituta essent, ad effectum esse deducenda. Germaniae et maxime Austriae cito succurrendum esse, pontifice etiam iuvante. Hunc in reformationis studio confirmari oportere. Canisius licet ea oratione parum a caesare impetraverit, religionem tamen suam in tuto collocarit. Moronus, a Canisio edoctus, Societatem amat, caesari respondebit. Deus orandus. Quidam prava caesari suggerit consilia. Canisius Augustam cupit redire. Lainii ad Albertum V. litterae. Sociorum Ingolstadii theologiam tradentium errata et in alium locum translatio. P. Costeri liber de calice. Inimici Societatis. Andradae liber. Breviter scribere debent, qui scripta a multis legi volunt. Zangeri adversus Societatem liber germanice per amicum refutandus. Collegium germanicum. Pontificis in reformando diligentiam mali male interpretantur.

† Pax CHristi.

Admodum Reuerende pater.

Coniunctim accepi, quae .1ª. 2. et 4ª Maij datae sunt, simulque respondebo his atque priorib: 27 Aprilis ad me datis. Hoc unum prefabor, summas a me gratias agi, quas etiam[a] debeo Reuerentiae Tuae, quod suis literis et consilijs tam diligenter et paterne filium instruat, meque nunc laborantem in communj Ecclesiae causa[b] fulciat confirmetque. Pergrata mihj sane fuerunt scripta illa atque responsa, sed quae paulo tardius allata sunt cum iam scriptae essent sententiae, quas Caesar postulabat a deputatis[1]. Ego uero cum[c] ab his quod legitimum plane videbam, impetrare non[d] possem, mutata sententia et relicto scripto, quod eidem Caesarj offerre statueram, coram explicanda, libereque Caesarj aperienda consilia mea putauj[2]. Accessi igitur, et prefatus[e] [?] ueniam duo tractanda suscepi, Primum quidem de difficultatib: quae mihj se offerrent circa scriptum illud a Collegis confectum[3]: Alterum de modis ac rationibus, quibus hoc tempore Caesar commodius ac faelicius[f] in Synodo et reformatione promouenda uti posse videretur. Difficultates commemorauj, quod scriptum hoc non esset necessarium[g], nec[h] solidum, ex tempore factum a paucis non omnino idoneis ad rem tantam, quos etiam affectus quidam im-

a) et *B.* b) commodum Ecclesiae tam *B.* c) *Sequitur* inhil (nihil?), *oblitteratum.* d) *In archet. supra versum scriptum.* e) *Sic A;* praefatus *B; sed malim legere* precatus. f) *Ita AS;* facilius *B.* g) *Duo vv. sqq. in archetypi marg. addita sunt.* h) et *B.*

[1] Vide supra p. 168—169.

[2] Canisio facilem ad imperatorem accessum fuisse, tum ex iis, quae supra p. 130 posita sunt, intellegitur, tum ex iis, quae *Polancus* Tridento 2. Februarii 1563 ad P. Ioannem Dyrsium S. J., collegii oenipontani rectorem, de Magdalena et quattuor eius sororibus, Ferdinandi I. filiabus Oeniponte degentibus, *scripsit: „Quod serenissimae Reginae aditum ad imperatorem tam promptum pollicentur pergratum nobis est, tum quod earum beneuolentiam id satis significat, tum quia commodius alloqui licebit eius maiestatem de rebus ad societatem nostram pertinentibus quum opus fuerit“ (ex apogr. eiusd. temp. Cod. „V. P. 62“ f. 178[b]).

[3] Vide supra p. 168—169.

pedirent in iudicando et rerum imperitia[1]; non decere Majestatj Caesaris durius agere cum[a] Pontifice sibj addictissimo, cuius animus offendj et studium in reformatione instituta retardarj posset, cuius promissis non diffidendum[b], sed conatibus potius gratulandum et fauendum esset: Venturum hoc scriptum in manus Doctorum, nouasque lites et turbas daturum, et impediturum potius quam promoturum causam Synodj alioquin satis afflictae: Multos iudicaturos commune Caesarj[c] studium[d] esse cum aduersarijs Ecclesiae perpetuo aduersus abusus uociferantibus, et quj leges dare potius quam accipere uelint, suosque magnos abusus nolint cernere, Ecclesiasticis tantum[e] Magistratibus obtrectantes[f]. Jtem periculum esse, ne studium hoc ex immodico zelo profectum non solum sit inutile[g] uerum etiam[h] aegrotorum, qui in Romana Curia sanandj essent, animos magis irritet atque exasperet, cum animaduertent[i] se Curiaeque suae abusus tam odiose et false perstringj[k], Cardinalib: leges darj, Pontificem, Concilio subijcj reformandum, imminuj authoritatem[l] Legatorum, deputationes ex nationibus hoc tempore postularj[2], suspectum reddj Secretarium Concilij[3], et arma praeberj demum turbulentis hominibus ad maiores in Synodo clamores ac motus excitandos. Jtaque ualde metuendum esse, ne[m] morbos tum Romae tum Tridentj dum sanare uolumus, non[n] augeamus potius quam sanemus, praesertim propensis sic ubique animis ad secessionem et defectionem ab obedientia summo Pastorj vicarioque christj debita: Nulla esse consilia foeliciora magisque salutaria, quam quae ex constantj et intima Caesaris cum Pontifice ipso coniunctione[o] proficiscerentur. Habendam praeterea temporis huius rationem, quae uix sinit Concilium[p] hoc diuturnum esse, et sj bene[q] uolumus Ecclesiae, non

a) *In arch. supra vers. scriptum.* b) *Ita BS;* diffirendum *A.* c) Caesaris *B.* d) communem Caesari morbum *S.* e) tamen *B.* f) *In arch. correctum ex* obtrectantibus. g) *Ita B;* mutile *A.* h) et *B.* i) advertent *B;* animaduerterint *S.* k) *In arch. corr. ex* perstringere. l) auctoritatem *B.* m) *Ita AB.* n) *Sic AB.* o) *A perperam:* coniunctionae. p) *Ita AS;* consilium *B.* q) *Ita AS;* bonum *B.*

---

[1] Franciscus Cordubensis hispanus paucos annos in Germania versatus erat, eosque in aula maxime cum Hispanis transegerat; cf. supra p. 49[2]. Staphylus certe eruditione florebat theologica; sed, laicus cum esset, res sacras administrandi usum non habebat.

[2] *Ferdinandus I.* Oeniponte 21. Martii 1563 Tridentum ad oratores suos scripserat: „Offert se articulus prae caeteris difficilis et maximi ponderis, videlicet quod propter multitudinem episcoporum Italicorum, qui hactenus volentes nolentes ad concilium pertracti sunt, magnopere timendum est ne hoc agatur, ut in ferendis suffragiis vincat numerus . nos quidem edocti sumus aliam in antiquis conciliis rationem ferendi suffragia in usu extitisse adeoque negocia omnia per nationes seu earum deputatos tractata fuisse" (*Sickel,* Trient 461). At reapse haec ratio in sola synodo constantiensi, eaque praeter omnium antiquorum conciliorum morem adhibita est; cf. *Hefele* l. c. I[2] 71—72.

[3] Angelum Massarellum. Hac igitur in re Canisius sententiam mutasse videtur; cf. supra p. 75 81. Moronus quoque satis esse censebat, quod unus tantum esset secretarius; id quod apud caesarem oratores ipsius tridentini improbabant (*Sickel* l. c. 489).

tam curandum quid[a] Romae, quam quid[b] domj agatur cum nostris in omnem impietatem magis magisque indies proruentibus.

Explicatis porro difficultatibus longe lateque, rationes adiunxi[c], quae mihi commodissime[d] in altera parte viderentur. Ostendj non amittendam esse occasionem, quam talis tantique Cardinalis aduentus praebuisset, ut cum homine coniunctissimo[e] non scripto sed viua uoce Caesar ipse per se uel per suos ageret[1], Eiusque audiret sententias de incommodis illis euitandis ac profligandis, quae commodo Ecclesiae et Synodj obsistere ipsi[f] viderentur. Securius fore, si minora quaedam prius conficerentur[g], quam Camerina[h] illa moueretur[i] [2], cuius exitum videre difficillimum esset. Multa nunc esse in Synodo praeclare constituta, quae ad reformationem maxime facerent: De his confirmandis et executionj demandandis conuenienter[k] agi posse. Jtem dispiciendos esse modos iuuandae Germaniae, cuius morbj forent peculiares et qui nullam[l] ferre moram viderentur: praesertim uero non posse diutius expectarj remedia in prouincijs Caesarj subiectis, si saluum in religione aliquid superesse uelimus[3]. Confirmandum esse Pontificis animum, ut quemadmodum coepit, ita pergat in[m] susceptae reformationis negocio, et per Pontificem impetrarj quaedam posse facilius quam per Synodum ad Germaniam restituendam, quantum hoc quidem tempore fierj potest. Nos etiam[n] qui modo conuocatj essemus libenter omnem[o] daturos operam[p], ut de statu Religionis praesertim in Caesaris ditionibus erigendo ac promouendo media et remedia quaedam excogitarentur. Quid plura? cum dicendj finem fecissem (et libere quidem dicere visus sum pro mea conscientia) non multa[q] respondit Caesar, sed hoc indicauit se cogitaturum de re tota: Doctos ipsius instituto fauere et suffragarj[r]: se bene uelle tum Pontificj tum Concilio, seque laboraturum, ut in scripto ipso quaedam mollius dicerentur minusque offenderent. Verum haud mihj satisfactum est tum a Caesare, neque postea[s] in posterioribus consultationibus[4], cum scriptum illud a Caesare correctum nobis iterum proponeretur[5]. Dixj haec omnia Domino Cardinalj[6], rogans[t] ne quid culpae mihi[u] ac Societatj nostrae imputaretur, sj quaedam in longo illo scripto displicerent, ut procul dubio displicebunt.

a) *Ita AS;* quod *B.* b) *Ita AS;* quod *B.* c) *Ita B;* aduinxi *A.* d) commodissimae *BS; 3 vv. sqq. in arch. marg. ascripta sunt.* e) conuinctissimo *A.* f) *Hoc v. in marg. arch. ascriptum est.* g) *Ita AS;* perficerentur *B.* h) camarina *S;* gravissima *B.* i) moverentur *B.* k) opportune *B;* recte *S.* l) mullam *A.* m) *In arch. sequitur* religionis, *oblitt.* n) etenim *B.* o) *Ita AS;* omnes *B* p) *Ita BS;* opera *A.* q) non multum *B;* pauca *S.* r) *In arch. sequitur* est, *oblitt.* s) *In arch.* neque postea *corr. est ex* et. t) *In arch. sequitur* me, *oblitt.* u) *Tria vv. sqq. in arch. marg. addita sunt.*

[1] Id ipse etiam Moronus valde optabat (*Steinherz* l. c. III 270 286).

[2] „Mouere Camarinam est sibiipsi malum accrescere“: *Mannuccius*, Adagia col. 79—80.

[3] In universitatis vitembergensis (Wittenberg), quae protestantismi arx quaedam et centrum erat, album vel ex una Hungaria a. 1523—1560 relati erant 442 adulescentes (*Alf. Huber*, Geschichte Österreichs IV, Gotha 1892, 105).

[4] Cf. Moroni litteras 17. Maii 1563 ad Borromaeum datas, infra monum. 559.

[5] Cf. supra p. 168—169. [6] Morono.

Et est ille ab hoc scripto, quod tamen nondum uidit et quotidie expectat, ualde alienus. Qui probauit nostram quoque diligentiam, et se nobis perbenignum et ualde fauentem ostendit. Videtur autem[a] ex scripto, cum illud[b] acceperit statim collecturus errores et incommoda, fortasse reliqua iudicanda[c] uel synodo uel Pontificj reseruaturus, ut exactius illa iudicentur[d]. Verum Caesar nescio quomodo promisit se libenter admissurum utriusque Legati D. Moronj et D. Delphinj iudicium. Jgitur nunc ego magno animj angore liberatus mihj videor, ut quj conscientiam apud Caesarem libere detexj et eam officij mej rationem Cardinalj reddidj, ut quo quo modo cadat euentus, ego extra culpam me uersarj confidam, qui Collegas etiam monuj satis. Quod superest Christum Dominum precor et precarj etiam alios uelim, ut consilia Caesaris in hoc presertim scripto uel supprimat plane, uel bene fortunet ad profectum Ecclesiae. Non dicam quis nam Caesarj quotidie suggerere dicatur haec rigida consilia de reformatione Ecclesiae in capite et membris, de libertate Concilij, de potestate proponendj[e], de Jure residentiae, de abusib: Romanae Curiae, etc.[1] Jncertum uero, quando Caesar hinc nos abire concedat, quia Legatj responsum expectat, quod nobiscum conferat: Vellem ego sane nos quam primum ex aula dimittj, ut mihj liceat messem Augustanam curare potius, quam cum istis Collegis odiose et frustra pene contendere, sicut experientia teste comprobauj. Habet iam Reuerentia Tua summam totius negocij, de quo libenter audiam iudicarj, meque instruj porro de his, quae agenda in Domino uidebuntur, exopto.

Remittam scripta[2] quae gaudeo a me lecta esse, ut lectu sane digna sunt. Pauca mutanda video in litteris ad Principem datis[3], et spero ualde profuturum[f] nostris. Quod[g] sic amanter et libere princeps admonetur[h]. Sed fortasse Consiliarijs[i] non placebit Theologos nostros[4] Jngolstadio transferrj, quoniam[k], ut Staphylus respondet, alij substitui possent contentiosiores. Verum quid tum futurum esset, sj[l] eosdem retinere cuperent, quam primum admonerj uellem. Vix temperabit sibi Doc: Peltanus, adeo concitate[m] agit et loquitur, quin sub inde prodat aliquid amarulentiae presertim aduersus Staphylum[n], ut equidem

a) *In arch. sequitur* statim, *oblitt.* b) illum *A.* c) *Hoc v. in arch. supra vers. scriptum est.* d) iudicent *B.* e) *In arch. corr. ex* proponenda. f) profuturas *B.* g) quia *B.* h) admoneatur *B.* i) *Hoc v. in arch. marg. additum est.* k) *In arch. sequitur* fortasse, *oblitt.* l) *In arch. sequitur* illos, *oblitt.* m) concertate *B.* n) Staphilum *B.*

[1] Franciscus Cordubensis? Quem „rigidiora consilia" quaedam caesari praebuisse negari vix potest (*Sickel*, Trient 495 502. *H. Loewe*, Die Stellung des Kaisers Ferdinand I. zum Trienter Konzil vom October 1561 bis zum Mai 1562, Bonn 1887, 43—71).

[2] Lainii, Salmeronis, Polanci scripta de residentia episcoporum, de iure „proponendi" in concilio etc.; vide supra p. 163 173.

[3] De Lainii litteris 1. Maii 1563 ad Albertum V. Bavariae ducem datis vide supra p. 167—168.

[4] PP. Alphonsus Pisanus et Theodorus Peltanus theologiam in universitate tradebant; vide supra p. 17 129 138.

uereor. Doctor Pisa nunc factus est sedatior[a], qui in tractando primatu Pontificis nescio quot iam menses consumpsit[b]. Posset se magis et ille auditoribus accommodare, et nouit Reuerentia Tua multum illj ob imbecillitatem corporis indulgendum esse. Haec dixerimus[c] [?] ut vtriusque Doctoris ratio habeatur cum[d] ad translationem locj ueniendum erit. Dominus gratia sua suppleat nostros defectus.

Mitto scriptum Doctoris Franciscj Costerj, quod in gratiam cuiusdam praelatj de usu Calicis agit aduersus quendam haereticum[1], quodque a multis desyderatur ut Germanice et latine typis excusum multis inseruiat. Ederetur[e] autem Praelatj dicti nomine, ut minus inuidiae nostris conflaretur[f]. Rogat igitur, ut scriptum idem istuc cito mittatur et responsum accipiatur[g] [?]; quia circumdant nos inquit undique Haereticj, qui et scriptis suis lacerant Societatem, et ab ea multorum animos auertunt, neque est quisquam qui hanc scribendj operam uelit suscipere. Posset autem quod nos scribimus, facultatis etiam nomine in lucem edj. Jntellexeramus Tridento[h] aliquid proditurum[i], nihil tamen hactenus vidimus. Sic ille, ubi nos admonet de scripto Theologj[2] aduersus Cemnitium[k] edendo, quod utinam non adeo prolixe instituatur ut plaerosque emptores pretium librj deterreat, quemadmodum saepe fierj solet. Cemnitius[l] autem non solum latine, sed etiam Germanice nunc recens[m] scripsit aduersus IESVITAS[3], et magnum sane scandalum inde redit ad Germanos utpote plus satis infirmos, quibus si opitularj nolimus, non minima pars fructus, quem nunc Deus per nostros operarj dignatur, impedirj posse videtur. Video prudentem et sanctam[n] cautionem esse, ne cum Hereticis contendamus. Rursum[o] charitas et necessitas quaedam[p] urget ut infirmis opem feramus, rationem aliquam reddentes de ea quae in nobis est fide[4]; non vt remordeamus, sed ut veritatem doctrinae nostrae asseramus, ne (ut fit) multj putent uera esse quae nobis affingunt. Verum quicquid[q] Reuerentiae Tuae placebit mihj displicere non potest. Non esset difficile (ut arbitror) fidum amicum reperire, qui a nobis adiutus, suo responderet nomine pro IESVITIS, si non latine saltem Germanice et breuiter quidem, ut forma Compendij, qua Germanj delectantur, maiorem operj gratiam adferret[5]. Scribat Theologus quantumuis[r] prolixe uelit contra Cemnitium[k], qui doctis et otiosis lectorib: facile satisfaciet[s], sed dubito

a) sedatur *B.* b) presumpsit *B.* c) *Sic A; sed fortasse legendum est* dixerim, *quod habet B.* d) *Hoc v. deest in B.* e) Edicetur *B.* f) conflaret *B.* g) *Ita A; sed fortasse legendum est* accipiat, *quod habet B.* h) Tridentum *B.* i) editurum *B.* k) *Sic A;* Chemnitium *B.* l) *Sic A;* Chemnitius *B.* m) *V. in arch. supra vers. scriptum.* n) securam *B.* o) Verum *B.* p) charitas quidem *B.* q) quidquid *B.* r) quantum *B.* s) satisfaciat *B.*

---

[1] De hoc negotio vide supra p. 131 145.

[2] Didaci Payvae de Andrada; vide supra p. 172.

[3] Librum Zangeri significat, de quo supra p. 171[4].

[4] Cf. Act 19, 33; 22, 1. 1 Petr 3, 15.

[5] Id ipso hoc anno Canisii opera factum est, libello „Von der Gesellschafft Jesu" Ingolstadii per Ioannem Albertum Wimpinensem, universitatis professorem, edito; vide infra monum. 580.

an vulgarib: quorum nos maiorem nunc[a] rationem habendam putamus[b]. Saepe rogauit Doctor Augustanus[1], qui coram Augustae conuenit Reuerentiam Tuam[2] ut nostris Romae commendemus suum filium in schola nostra Bononiensj antea uersatum, et ea spe in vrbem profectum, vt in Collegium Germanicum reciperetur. Verum haec gratia a nostris illj negata est, quod nihil uelit exoluere pro sumptib: Pater excusat rej familiaris tenuitatem et orat, ut sicut alijs Germanis antea contigit, sic huic etiam locus detur in Collegio gratis. Cardinalis Augustanus nescio cur non interponat suam, quam pollicerj visus est, operam et liberalitatem. Monebo et illum, vt ex re puerj statuat, quem doleo tandiu in ocio Romae versarj. Quod Pontifex de Reformatione Bullas edat[3], in malam partem rapiunt isti velut hic conatus sit subterfugium quoddam ad declinandum Concilij Judicium. Sed mirum et miserabile, quod bonj bene faciunt, id a malis in calumniam trahj ac indigne proscindj[c]. Legatus Pontificis nunc melius habere coepit[4], quem confirmet Dominus in vtroque homine. Quod superest, commendamus nos ac totum Collegium hoc nostrum R. P. T. Sacrificijs et precibus in CHRISTo Domino nostro, tum alijs[d] quoque patribus et fratribus[e] in hoc cupimus esse commendatj. OEnipontj 8 Maij 1563.

Literas D. Costerj de Calice huc cupimus remittj.

Seruus in Christo P. Canisius.

† Reuerendo in CHRisto patri meo Magistro Jacobo Laynez praeposito Generali Societatis IESV. Tridenti.

Polancus has litteras significat, cum Tridento 10. Maii 1563 Romam ad Sanctum Franciscum de Borgia S. J. scribit: „Hauemo lettere de Hispruch de 8. del presente, et intendemo che presto partira il Cardinal Morone per Trento, si dice sara Mercoredi prossimo[5] in modo che potira essere qùi il sabbato che uiene. Delle cose che li sono fatte non dubito si hauera noticia in Roma, non ha mancato secondo quello che intendiamo il detto legato de far l'officio suo strenuamente. Ha fatto anche il Padre Canisio quello che ha potuto per seruirlo, et per dar all' Jmperator che lo chiamo tutti li buoni consegli che ha potuto in fauore della Religione catholica, et della santa sede Apostolica et scriuendo qua con diligenza delli Articoli controuersi in quella congregatione di quà s'è usata ogni diligenza de scriuer sopra tutti, dando lj ricordi, et instruttione che si poteua al detto Padre Canisio, et quantunque .N. Padre sia stato in letto con la podagra la maggior parte di questo tempo sempre le principali fatiche sono state le sue, si nelle dette cose de Hispruch, si anche in altre che qùi in Trento si trattano de molta importanza perche li legati si seruono uolontieri dell' opera della Compagnia" (ex apogr. eiusd. temp. Cod. „V. P. 63" f. 3[a]).

Et hae Canisii litterae et eae, quas proxime ponam, Romam missae sunt, ut Pio IV. ostenderentur etc. Vide quae sub proximas litteras notabuntur.

a) *Deest in B.* b) *B falso:* habere debemus. c) *Ita B;* prescindj *A.* d) aliorum *B.* e) quoque precibus et sacrificiis *B.*

---

[1] Conradus Vehlin? Cf. *Can.* III 206 304 419[3].

[2] Lainius m. Iulio a. 1562 per Augustam transierat (*Sacchinus,* Hist. S. J. II, l. 6, n. 73 74). [3] Vide supra p. 170.

[4] Moronus in febriculam inciderat: vide supra p. 173.

[5] Die 12. Maii.

Sacchinus (l. c.) ex his litteris (quae olim Romae in domo professa Societatis servabantur) orationem a Canisio ad imperatorem habitam transcripsit, ita tamen ut pro temporum illorum more eam aliquanto ampliorem efficeret atque etiam sermonem obliquum quem vocant maximam partem in rectum mutaret. Quae tamen omnia magna cum circumspectione praestitit, Canisii verba saepe, sententiam semper secutus.

Ignatius Agricola S. J., provinciae Germaniae Superioris Societatis Iesu historicus, cum neque Canisii litteras haberet neque, ut equidem opinor, orationem illam Sacchini ex iisdem haustam esse sciret, hanc contrahendo, mutando, addendo ita mutavit, ut iam alia quaedam compareret oratio, eaque cum ingenio quidem sententiisque Canisii conveniens, ab eius autem litteris satis discrepans (Historia Provinciae Societatis Jesu Germaniae Superioris I [Augustae Vindelicorum 1727] Dec. 3. n. 80). Praeterea *Agricola* (l. c. n. 75—81) hanc Canisii commorationem oenipontanam cum duabus superioribus (Febr. 1563 et Jun.—Aug. 1562; v. supra p. 113 et *Can.* III 462 474 618) in unam confundit atque ita Canisium a. 1562 haec Oeniponte cum caesare tractantem facit. *Ioannes Dorigny* S. J. orationem Sacchini in compendium redegit (La Vie du Reverend Pere Pierre Canisius, A Paris 1707, 215—217). Quod compendium *Petrus Python* S. J. etiam magis contraxit atque ita mutavit, ut Canisium sic non dixisse iam facile ex ipsis verbis intellegatur (Vita R. P. Petri Canisii, Monachii 1710, 197—198). *Boero* Canisii oratiunculam sacchinianam aliquanto vehementiorem reddidit et ita posuit, ac si iam mense Februario habita esset (Can. 253—255). *Riess* potius Agricolam, dubitanter tamen et obliquum adhibens sermonem, secutus est (l. c. 317—318)[1].

Canisius in his litteris refert, se Ferdinando caesari, praeter alia, haec dixisse: „Jtaque ualde metuendum esse, ne morbos tum Romae tum Tridentj dum sanare uolumus, non augeamus potius quam sanemus, praesertim propensis sic ubique animis ad secessionem et defectionem ab obedientia summo Pastorj vicarioque christj debita.“ Haec verba *Sacchinus* (l. c. n. 47) ex obliquo quem vocant sermone in rectum convertit et ita amplificavit: „Itaque etiam atque etiam formidandum est, ne mala siue Romae, siue Tridenti sanare dum volumus, grauiora efficiamus, praesertim in hoc publico quasi furore ruentium ad impium schisma populorum. Vides in quae inciderimus tempora: quo redacta sit apud complures gentes Sacrosanctae Apostolicae Sedis maiestas: quam vbique ad secessionem ruatur, ad contumaciam, ad defectionem ab obedientia Summo Pastori, Vicarioque Christi debita. Contra funestum hunc tartarei quasi torrentis impetum nisi eant boni, suasque opes opponant ij, quorum potestas et auctoritas summa est, sed potius incumbere eodem si videantur; actum nimirum de religione, de humana etiam fide, de pace, de ipsa Republica est.“ Quae

---

[1] Monet *E. Bernheim,* historiae cognitionem minui et obscurari [durch] „Reden, mit denen antike und spätere Historiker ihre Werke ausschmückten“, „welche oft durch willkürliche, bis zu freier Erfindung gehende Wiedergabe entstellt sind“, et in numero malarum consuetudinum apud historiarum scriptores vigentium ponit „die vom Altertum bis in unsere Zeit beliebten Reden, welche historischen Persönlichkeiten bei gewissen Anlässen in den Mund gelegt werden, als ob sie dieselben wirklich gehalten hätten, während es nur Vorstellungen des Autors sind“ etc. (Lehrbuch der historischen Methode und der Geschichtsphilosophie [3 u. 4], Leipzig 1903, 344 ad 345 436 585—586). Ut Georgius Sabinus, Philippi Melanchthonis gener, sub a. 1544, et Ioannes Sleidanus, historicus apud protestantes laudatissimus, a. 1555 orationes quasdam tamquam reapse a principibus electoribus moguntino et treverensi a. 1519 in Caroli V. imperatoris electione habitas vulgarunt et ita historicos multos atque ipsum etiam Ioannem de Müller († 1809) in errorem induxerunt; nam orationes illas fictas et commenticias esse iam compertum est (*Leopold Ranke*, Zur Kritik neuerer Geschichtschreiber, Leipzig und Berlin 1824, 62—68. *Herm. Grauert*, Georg Waitz, in „Historisches Jahrbuch“ VIII 50). Ceterum historici nonnulli orationes aliquas ita proponunt, ut ne ipsi quidem id consequi velint, ut lectores eas revera ita habitas esse opinentur.

Sacchini verba grandis illius operis „*Annales* de la Société des soi-disans Jésuites“ (cf. supra p. 48) auctor anonymus ita proponit gallice versa (I, xxxii—xxxiii): „Enfin il y a tout lieu de craindre qu'en voulant guérir à Rome ou à Trente des maux peu considérables, on n'en occasionne de plus grands, sur--tout dans la disposition où les esprits sont actuellement pour le schisme. Vous voyez, Seigneur, à quelles extrêmités nous sommes réduits, combien la Majesté du Saint Siége est aujourd'hui obscurcie et limitée dans certains Pays, et combien de Peuples sont sur le point de s'en séparer. C'en est fait de la Foi, de la Religion, de la Probité, de la Paix, et de l'Empire même, si ceux qui ont assez de crédit pour empêcher cet attentat de la part du Concile, sont eux-mêmes les premiers a y donner les mains.“ Ita, ut dixi, in „Annales“ verba versa sunt Sacchini; nam in margine quidem paginae xxxii anonymus ille auctor se praeter locum illum Sacchini etiam relationem ab Agricola positam adhibuisse significat; sed, ut modo dixi, Agricola oratiunculam satis diversam posuit. Facile autem patet, in „Annales“ orationem sacchinianam interpolatam et in peius mutatam esse; nam ubi Sacchinus (et ipse Canisius) de „malis“ sive „morbis“ Romae vel Tridenti sanandis loquitur, illic verbis „des maux“ temere additur „peu considérables“; atque — id quod multo est gravius — ubi Sacchinus, Canisii verba quidem amplificans, sententiam autem plane assequens atque servans, eundem facit ab imperatore petentem, ut eat „contra funestum hunc tartarei quasi torrentis impetum“, quo „populi“ „publico quasi furore ruant ad impium schisma“, „ad contumaciam, ad defectionem ab obedientia Summo Pastori Vicarioque Christi debita“, in „Annales“ Canisius inducitur hanc populorum sedicionem et secessionem appellans „cet attentat de la part du Concile“, atque anonymus ille sancta quadam incensus ira exclamat: „Quelle hardiesse et quelle impiété d'oser qualifier d'attentat l'autorité d'un Concile Œcuménique“; et in adnotatione: „Il faut être aussi aveugle et aussi outré dans ses sentimens que l'est un Jésuite, pour traiter d'attentat le droit que les Conciles Généraux ont toujours eu de réformer les abus, même ceux de l'Eglise de Rome. On peut en dire autant de ce que Canisius ajoute, que c'en étoit fait de la Religion et de la Foi, si l'on voulait réformer les excès de la Cour de Rome.“

Verba illa Canisii germanice posuit anonymus auctor libri „*Versuch* einer Neuen Geschichte des Jesuiter-Ordens von dessen ersten Stiftung an bis auf die gegenwärtige Zeit“ II, Berlin und Halle 1770, 349—350. Licet autem significet, se ex Sacchini et Agricolae libris ea exscripsisse, tamen non hos, sed pravam illam versionem Sacchini gallicam, in „Annales“ (cuius libri mentionem non facit) propositam, sequitur. Refert autem, Canisium Oenipontem venire iussum esse, „weil er bey dem Kaiser in Ansehen stand, und an Schwatzhaftigkeit und Ränken keinem etwas nachgab“; atque ad ipsam orationem adnotat: „Es ist eben kein Merkmal der Scharfsinnigkeit bey den Geschichtschreibern des Ordens, dass sie uns diesen Vortrag Canisii so getreulich aufbehalten und denselben nicht lieber unterdrückt haben. Er verräth die schlechte Sache, die er vertheidigen wollte, zu sehr, und der Kaiser hätte sehr kurzsichtig seyn müssen, wenn er sich durch diese Rede hätte sollen überzeugen lassen. Er blieb daher nicht nur bey seinem Vorsatze, sondern setzte auch von dieser Zeit an ein grosses Misstrauen in die Rechtschaffenheit des Canisii, von welchem er bisher bessere Gedanken gehabt hatte“ (l. c. II 350—351).

Harum fabularum similia sunt, quae in libri „Allgemeine Geschichte der Jesuiten“ volumine primo, Tiguri (Zürich) a. 1789 sine nomine auctoris *(Petri Philippi Wolf)* edito. (p. 79) de rebus concilii Oeniponte inter Ferdinandum I. et Canisium collatis narrantur: „Der Jesuite Canisius, welcher bey dem Kaiser in grossem Ansehn stand, setzte alle Achtung, die er diesem Monarchen schuldig war, beyseite, und machte ihm die frechsten Vorwürfe. Sacchinus, und Agricola welcher die Geschichte der Oberdeutschen Jesuitenprovinz geschrieben hat, führen eine weitläuftige Anrede an, worinn Canisius den Kaiser zu bereden suchte, nichts gegen den Pabst zu unternehmen. Der Kaiser liess sich aber nicht irre machen.“

Lainius Canisio per Polancum rescripsit 11. Maii 1563.

847. CANISIUS **IACOBO LAINIO,** praeposito generali Societatis Iesu.
(Epistula secunda.) Oeniponte 8. Maii 1563.

Ex apographo recenti (A), quod ex archetypo — Canisius sua manu nomen („Seruus“ etc.) subscripsit — in cod. „E. C. I.“ f. 299 et sq. non sign. (n. 114) posito exscriptum est.

Exstat etiam alterum apographum (B), quod sub a. 1860 ex archetypo curante *Boero* exscriptum et ab eodem recognitum, sub a. 1892 cum archetypo iterum collatum est.

Epistula usi sunt *Sacchinus,* Hist. S. J. II. l. 7, n. 51, et *Kröss,* Can. 165, et Ferdinand I. etc. 640.

Gaudet, quod imperator theologorum de rebus concilii responsum, antequam Cardinali Morono traderetur, admodum resecari et mitigari iussit. Cardinalem Lotharingum caesari commentarium misisse, quo gallicanae de primatu sententiae defenderentur. Quid caesaris theologi de „superioritate papae supra concilium“ et de novis canonibus ad usum sacramenti ordinis reformandum propositis sentiant. Brunus. Canisius Augustam redire cupit. Amicus ex ordine Praedicatorum.

† Pax CHRISti.

Admodum Reuerende Pater.

Nunc primum intelligo, id quod a Caesare uolebam, bona ex parte impetratum esse, nimirum ut longum et contentiosum scriptum a Collegis conceptum, et a Caesare approbatum, multis modis resecatum, et in compendium quoddam redactum sit. Quod hesterno quidem die Caesar ipse Cardinalem podagricum inuisens, eidem obtulit et reliquit[1]. Vnde bonam in spem uenio fore, ut minus inuidiae ac odij sit Caesar hoc scripto conflaturus sibj, meliusque consulturus tum Pontificis, tum Synodj authoritatj. Benedictus Deus, qui hanc mutationem et moderationem consiliorum bono Caesarj inspirauit atque persuasit. Hodie sumus iterum ad Consultandum congregatj, ut iudicaremus de Canonibus nouis, quos delecti[a] quidam ad reformationem circa ordinis Sacramentum[b] istic confecerunt, patribusque[c] proposuerunt[2]. Placuit nobis haec reformandj ratio, nisj quod rigidiorem canonem primum[3] putauerimus, sic ut et patres plaerosque Concilij iudicasse scribitur[4]. Vnde non multum hic Caesar, ut arbitror, tergiuersabitur[d],

a) theologi *B.* b) Secramentum *A.* c) principibusque *B.* d) tergiuersabit *B.*

[1] *Sickel* asserit, huius responsi commentarium a Marco Singkhmoser, secretario caesareo, scriptum, a Seldio paucis locis emendatum esse (Trient 495—496). Aliquas eius partes excudit *Raynaldus* l. c. in a. 1563 n. 68 69 88 89 et ex eo *Le Plat* l. c. VI 18—19 20.

[2] Hi canones, numero 17, exstant in Actis *Massarelli* l. c. II 264—270; cf. etiam *Martène-Durand* l. c. VIII 1327—1338 et *Le Plat* l. c. VI 32—42. Ferdinandus I. Oeniponte 17. Maii 1563 de his canonibus, et maxime de primo, theologorum suorum sententia intellecta Tridentum ad oratores scripsit; quae litterae exstant apud *Sickel,* Trient 505—507.

[3] Longus hic canon de iis est, qui episcopatibus sint praeficiendi, et inscribitur: „De examine promovendorum ad Ecclesias Cathedrales“ (*Massarellus* l. c. II 264—265).

[4] Ita *Drascovitius* et *Thun* Tridento 4. Maii 1563 ad Ferdinandum I. scripserant addentes, et sibi et permultis aliis valde displicere, quod „parochorum et aliorum curatorum“ abusus omissi essent (*Sickel* l. c. 497 507).

nisj quod nonnullj plures abusus in hoc argumento addendos et reformandos existimabant. Oblatum praeterea scriptum nobisque a Caesare propositum fuit, Cardinalis Lotharingi et Gallicanorum, quj se opponunt Canonj nondum publicato [1], ut suum retineant dogma aduersus primatum Pontificis, quem Vniuersalis Ecclesiae Pastorem [a] confiterj recusant. Dissoluunt etiam argumenta ipsis obiecta, ut hac in parte tueantur Concilij Constantiensis et Basiliensis [b] sententiam et authoritatem [c] [2]. Vellem nosse quid [d] hactenus de hac controuersia tractatum et conclusum sit, et [e] quid Gallis ita sentientibus cum suis Sorbonistis opponj merito debeat, ut authoritas [f] Pontificis nimium alioquin oppugnata, maneat inconuulsa. Sed audio Gallos plaerosque publicam refugere disputationem ac definitionem, An Papa sit supra Concilium. Qua de re Collegae rogatj, palam et concorditer [g] Caesarj responderunt, Papam Concilio [h] Superiorem esse, non obstare [i] Concilio Constantiensj [3]. Doctor Brunus iamdiu hanc tuetur sententiam [4], quem Caesar hoc loco retinendum putauit, ut illius consilijs et iudicio reliquis etiam abeuntib: praesertim in Concilij causa, utj possit. Vnde licebit mihj (ut spero), hinc maturius Augustam redire sj Dominus uoluerit, quem pro nobis oret Reuerenda P. Tua cum patribus alijs. Haec scripsi per amicum

a) Pastores *B.* b) *Duo vv. sqq in arch. supra versum scripta sunt.* c) auctoritatem *B.* d) *In arch. sequitur* a, *oblitteratum.* e) *In arch. sequitur* si, *oblitt.* f) auctoritas *B.* g) concordim *B.* h) Consilio *A.* i) *Ita A idque certe ex arch.;* obstante *B.*

---

[1] Canonem VIII. „de sacramento ordinis" dicit, eumque Sancti Caroli Borromaei suasu ineunte a. 1563 verbis illis concilii florentini amplificatum, quibus asseritur, romano pontifici „plenam potestatem pascendi, regendi et gubernandi universalem ecclesiam" a Christo traditam esse. Qui canon propositus est a *Grisar*, Lainez I 471 (cf. ib. 75*—79*) et (minus emendate, ut videtur) a *Theiner* l. c. II 613.

[2] Cum m. Martio a. 1563 imperatoris iussu Delphini nuntii apostolici „scriptum" de pontificis „titulo" („pastor universalis ecclesiae"), P. Natalis opera compositum (v. supra p. 114 [3]), episcopis gallis Tridenti per oratores caesareos traditum esset, 29. Aprilis 1563 Oenipontem perlata est admodum copiosa quaedam „Informatio de titulo pontificis", Tridento a cardinale Lotharingo missa; quae manu scripta servatur Vindobonae inter monumenta tridentina archivi caesarei (*Sickel*, Trient 465 ad 467 475; *Baluze-Mansi* l. c. III 463—464; *Steinherz* l. c. III 285).

[3] Saeculo XVI. Thomas Campegius († 1564) et Nicolaus Sanderus († 1581), Ioannem cardinalem Turrecrematam († 1468) secuti, scripserunt: Synodum constantiensem, cum in sessione V., 6. Aprilis 1415 habita, pronuntiaret: „Sibi quemlibet cuiuscunque status vel dignitatis, etiamsi papalis existeret, obedire teneri", tempus tantum schismatis spectasse, quod tunc erat, nullo certo pontifice, tribus dubiis in ecclesia exstantibus. Neque tamen dubitari potest, quin, quod nunc plerique sentiunt, id Canisii quoque tempore multi dixerint: Synodales quidem illos omnes prorsus omnium temporum pontifices spectasse, sed eam sessionem — nullus ei intererat pontifex, nullus assensit cardinalis — oecumenicam non fuisse, ac synodum confirmatam esse a Martino V. a. 1418 ita, ut decretum illud probatum censeri non posset (*Bellarminus*, Controversiae. De conciliis l. 2, c. 19. *Hefele* l. c. I^2 50—56).

[4] Conradus Brunus iam a. 1540 in libello „Etliche Gespräch abermals zwüschen dem Hofrathe und den zweyen Gelehrten . . . gehalten" (sine loco et anno) plane affirmaverat: Conciliorum potestatem ex ecclesia romana hauriri debere; eorum decreta a pontifice confirmanda esse; papam esse infallibilem (*Paulus*, Braun l. c. XIV 526—528).

nostrum veterem Patrem Antoninum[a] in Austria Dominicanorum[1]. Oenipontj 8 Maij 1563. Seruus in Christo P. Canisius.

† Reuerendo in CHRisto Patri meo Magistro Jacobo Laynez Societatis IESV Praeposito generalj Tridentj.

Polancus nomine Lainii Tridento 13. Maii 1563 de hac epistula et de superiore, eodem die data (supra p. 174), Romam ad P. Christophorum Matritium S. J., collegii romani superintendentem, (et ad Sanctum Franciscum de Borgia, Societatis vicarium) *scripsit: „Van . . aqui dos letras del Padre Canisio para que se uea lo que escriue de las cosas de Hispruch, y el Padre Francesco junto con V. Reuerencia uera si es espediente que alla se muestren y a quien, porque al Papa, ò al Cardenal Borromeo y otros ministros principales de su santidad parece se podrian mostrar, mas no a los del Rey Catholico ni del mesmo Emperador" (ex apogr. totius epistulae, eodem tempore scripto. Cod. „V. P. 63" f. 11[b]). Anno 1563 Romae Franciscus de Vargas Philippi II., Prosper ab Arcu (Arco) Ferdinandi I. oratorem, Galeatius Cusanus Maximiliani II. procuratorem agebant.

Hae Canisii litterae, ut ex ipsis cognoscitur, Oeniponte Tridentum perlatae sunt per Dominicanum quendam Patrem „Antoninum", qui in Austria officium vel tenuerat, vel tenebat ac Societatis hominibus vetere amicitia erat iunctus. Quem equidem eundem esse existimo atque illum, quem P. *Felicianus Ninguarda* O. Pr. Vindobona 21. Ianuarii 1575 ad Maximilianum II. imperatorem scribens memoravit, affirmans, anno 1554 „reverendum patrem Antoninum Grosuptum bo. me." et se ab ordinis Praedicatorum magistro generali Vindobonam (ubi Canisius tunc degebat) ad Ferdinandum I. missos esse. Atque, qui has litteras vulgavit, *Carolus Schellhass*, recte, puto, censet, eum ex „Grosotto", Lombardiae pago, ortum esse (Quellen und Forschungen aus italienischen Archiven und Bibliotheken, herausgeg. vom königl. preussischen Historischen Institut in Rom III, Rom 1900, 40). Grosuptum — pro „Antonini" nomine saepe Antonii nomen ei tribuunt, et pro Grosupto „Grossatus", „de Crosupto", „Hrosuptus", „Horsuptus" vocatur — a. 1561 in conventu vindobonensi degisse, 1567 in universitate vindobonensi theologiam docuisse traditum est; atque idem († 1570) in antiquo quodam monumento „Vicarius ordinis Praedicatorum" vocatur (*Seb. Mitterdorffer* S. J., Conspectus Historiae Universitatis Viennensis, Viennae Austriae 1725, 12 15. *Ant. Wappler*, Geschichte der theologischen Facultät der k. k. Universität zu Wien, Wien 1884, 377. *Seb. Brunner*, Der Prediger-Orden in Wien und Oesterreich, Wien 1867, 31 33 35). Grosuptus inter theologos Ord. Praed. comparet, qui concilio tridentino (postremis annis) interfuerunt; agebat autem, ut videtur, theologum Mauritii Petrae episcopi viglevanensis (Vigevano in Lombardia) (*Catalogus* in editione concilii Lovanii a. 1567 facta [cf. supra p. 119]. *Mich. Justinianus*, Sacrosanctum Concilium Tridentinum eiusque patres coadiutores etc., Romae 1673, 452). Exstat adhuc epistula autographa ab eo („F. Antoninus Grosuptus") Vindobona 26. Martii 1565 ad cardinalem Hosium data in Cod. goth. „E. H. 3." f. 86.

Ex his Canisii litteris intellegitur, Canisii diligentia non solum theologorum et politicorum quorundam oenipontanorum conatus factos esse irritos, sed etiam studia oratorum caesareorum, qui Tridenti versabantur. Hi enim et a. 1562 et initio a. 1563 haud raro litteris querulis tetricisque Ferdinandi I. animum perturbaverant et in pontificem eiusque legatos instigaverant; atque cardinalem Moronum Tridento Oenipontem ad imperatorem profecturum *Drascovitius* et *Thun* (Brus Tridento aberat)

a) *Vel hic, vel post* Austria, *vel post* Dominicanorum *supplendum esse puto* prouincialem, *vel, id quod mihi magis probatur,* vicarium *[prouincialem]; nisi pro* patrem *legendum sit* prouincialem; *nam verbum illud in archet. compendio obscuriore scriptum est; vide quae supra de Grosupto dicuntur.*

[1] Per P. Antoninum Grosuptum O. Pr.; vide quae sub ipsas has litteras dicuntur.

epistula Tridento 16. Aprilis 1563 data praevenerunt, qua imperatorem monebant: „In summa hoc Maiestati V. S. reverenter affirmare non dubitamus, quanto se Maiestas V. S. D. Morono faciliorem et benigniorem praebebit, tanto nobis tum ipsum D. Moronum tum eius collegas in reformationis negocio duriores et difficiliores futuros" (*Sickel*, Trient 489).

Ioannes Micheli, Venetorum apud Ferdinandum I. orator, duci suo scripsit — epistulae antiquam illam „rubricam" sive compendium adhibeo — Oeniponte 10. Maii 1563: „L' Imperator haver presentato al legato Morone la sua risposta, la qual, ha detto à sè il legato, esser secondo il desiderio del Papa" (*Turba* l. c. III 227). Ipse autem *Moronus* Mottera (Matrei) 13. Maii 1563 Borromaeo scripsit: „Alli 7 di questo tornò l'imperatore medesimo a visitarmi, et mi portò la risposta, parte formata da i theologi, parte acconcia da S. Maiestà sopra i negotii che corrono . . . [Monsignor nuntio et io] giudicassimo in effetto che la risposta fusse più mansueta di quello che havevamo talvolta dubitato" (*Steinherz* l. c. III 295 296). Cf. etiam infra monum. 558—561 564 569.

Lainius Canisio per Polancum rescripsit 12. Maii 1563.

848. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu. (Epistula tertia.) Tridento 8. Maii 1563.

Ex apographis epistularum Polanci, eodem tempore scriptis. Cod. „V. P. 63" f. 9[b]—10[a].

Polancus mandatu Lainii Tridento 12. Maii 1563 Canisio ad epistulam superiorem (secundam ex epistulis 8. Maii 1563 datis) respondens haec, praeter alia, scribit: „Quanto alla persona dellaquale scriue V. Reuerentia in una sua introclusa pare a N. Padre sia conueniente solleuarla et animarla" etc. Atque hanc personam fuisse P. Ioannem Dyrsium S. J., collegii oenipontani rectorem, eumque „motus humoris melancholici" haud ita raro „passum esse" intellegitur ex eiusdem Polanci litteris Tridento eodem die 12. Maii 1563 ad ipsum Dyrsium datis. Plura vide in epistula modo memorata, qua Polancus Canisio rescripsit.

849. CANISIUS CARDINALI **STANISLAO HOSIO**, uni ex praesidibus concilii tridentini, episcopo varmiensi. Oeniponte 8. Maii 1563.

Ex archetypo, quod Canisius sua manu subscripsit (2°; 2 pp.; in p. 4. inscr. et sig.). Cod. goth. „E. H. 2" f. 112 113.

Epistulam ex archetypo primus evulgavit *Cyprianus* l. c. 310—312. Epistulae partes aliquas (ex Cypriano) posuerunt *Lagomarsinius* l. c. III 155[g] 308[e] et (germanice) *Riess* l. c. 317 atque (germanice, ex Riess) *Kröss*, Ferdinand I. etc. 637. Eadem epistula usus est *Eichhorn* l. c. II 138.

Theologi caesaris de rebus concilii inter se dissentiunt. „Falsi fratres". In uno Deo spes collocanda. Hosius de calice laicorum cum Canisio sentit. In „Protestatione concionatorum" adversus concilium Tridentinum, Flacio et Gallo auctoribus evulgata, Hosius et Perez ignominiose tractantur. Villalpandi liber adversus Fabricium. Scriptores quidam lutherani catholicos contumeliis insectantur. Novorum librorum catalogus. Calvinismus in Palatinatu.

† Pax[a] CHRisti.

Jllustrissime Domine Patrone.

Fateor meam in scribendo tarditatem. Tum si uelim scribere, aut non licet id quidem aut non expedit. Nota causa est occupationum nostrarum, quae mihi pergraues videntur, praesertim ubi non uno

a) *Hoc v. et 4 sqq. apud Cypr. non sunt.*

eodemque spiritu[1] res geritur inter multos[2], et unusquisque abundat in suo sensu[3]. Verum bona mihj spes est fore, ut Illustrissimus Cardinalis[4] non discedat, nisj semotis utcunque impedimentis, quae nonnullj uel iniecerunt uel auxerunt confirmaruntque. Vtinam ea quae bona conscientia[5] suademus, simul persuadere possimus: sed hae sunt temporum difficultates, quas iratus peccatis nostris Deus, etiam aduersus electos ostendit. Videt hoc Sathan, cui satis non est apertos hostium exercitus contra Ecclesiam producere, sed ex insidijs etiam adoritur, et falsos fratres[6] externis hostibus nocentiores subornat, qui domi rem familiarem perturbent ac distrahant animos, nouasque turbas foueant ac propagent. Nunc uere tempus est, ut factas Ecclesiae promissiones[7] nobiscum animo reputemus, et cum humanis praesidijs destituamur, in uno DEo Opt: Max: spem nostram omnem collocemus. Caeterum gratulor mihi sane, quod Amplitudinis Tuae communis est mecum sententia, si de Calice agendum sit. Adiungam his literis nouum librum, si reddet illum mihj Illustriss: Dominus Cardinalis[8], in quo aperto Marte sacrum Concilium oppugnant Stoicj Lutheranj[9]. Gallus et Illyricus operis architecti esse videntur, nam quae illi antea ediderant Ratisponae, hic ea integre cernimus repetita[10]. Ab his duobus ne soli insanire viderentur, pellectos arbitror alios, ut adderent nomina, quae hic legimus esse subscripta. Petulanter illi sane et scurriliter de Synodo Tridentina garriunt, multosque praestantes viros nominatim perstringunt, potissimum uero D. HOSIVM, cuius fulgorem ferre non possunt isti vespertiliones. Miror ego Gallum post Smidlinum tam impudenter mentiri, cum uerba illa de uerbo Dej recitant, probe dissimulantes, de quibus author eadem uerba scribat[11]. Jntroducunt in fabulam quoque Reuerendum P: Dominum Peresium, et ansam, ut spero, illi praebebunt tales nugas atque blasphemias refutandj[12]. Non male respondit Fabricio Doctor Segobiensis, qui liber

---

[1] Phil 1, 27. 2 Cor 12, 18. Eph 4, 4 etc.

[2] De theologorum ad res concilii discutiendas a Ferdinando I. Oenipontem congregatorum dissidiis vide supra p. 172 177. [3] Rom 14, 5. [4] Moronus.

[5] Act 23, 1. 1 Tim 1, 5 etc. [6] Gal 2, 4. 2 Cor 11, 26.

[7] Mt 16, 18; 28, 20 etc. [8] Moronus.

[9] „Protestatio concionatorum aliquot Augustanae Confessionis, adversus conventum Tridentinum" etc. Plura de hoc libro sub ipsas has litteras dicentur.

[10] Galli et Illyrici liber „Norma simul et praxis" etc. (v. supra p. 68) Protestationi adiunctus est.

[11] Vide, quae sub ipsas has litteras dicentur.

[12] Martinus Perez de Ayala (1504—1566) hispanus, ordinis equestris Sancti Iacobi, Lovanii linguis operam dedit, Toleti philosophiam, Granatae theologiam docuit. Religionis colloquio vormatiensi a. 1541, concilio tridentino sub Paulo III., Iulio III., Pio IV. interfuit. Sub a. 1549 episcopus accitanus (Guädix), sub 1560 segobiensis, 1564 archiepiscopus valentinus creatus est. Scripti sunt ab eo latine et hispanice complures libri ad philosophiam, catechesim, pietatem spectantes, maxime vero: „De divinis, apostolicis atque ecclesiasticis traditionibus, deque auctoritate ac vi earum sacrosancta assertiones seu libri decem", Coloniae 1549, Parisiis 1549

breui (ut speramus) in lucem exibit[1]. Nunc iustior scribendj causa est, cum pestilentes homines[2] pessima fide plaeraque narrant, patres omnes contemnunt, Pontificem Maximum abominantur, Decreta et acta Concilij conspuunt, et apud uulgus diuinum hoc institutum in summum odium pertrahunt. Haec ira, hic furor Sathanae mihj extremus videtur. Lutherum adorant insanj homines, seque et sua Jdola tantum non coli uolunt ab omnib: Quod autem arrogant sibi, nulli ne Concilio quidem tribuj a nobis patiuntur. Verum rectius iudicabit Sapientia Tua de horum stultitia dicam an impudentia, per quos purgat modo Deus Ecclesiam et probat electos. Misi nuper Catalogum nouorum librorum, quos dedit nobis mercatus Franckfordien:[3] Optamus et precamur omnes, ut Amplit: Tua cum reliquis Patribus causam religionis rite promoueat, et bonos, quorum suspensi modo passim tenentur animj, certa quadam consolatione recreet atque confirmet. Palatinum Caluinisare nouit Orbis[4], malj enim proficiunt in peius[5]. CHRISTi spiritus et Ecclesiae pax nobiscum. OEnipontj .8. Maij. 1563[a]. Seruus in Christo P. Canisius.

Reuerendissimo patri et Jllustrissimo Domino D. Stanislao Osio, Cardinali et Episcopo Warmiensj, sacrj Concilij Tridentinj Praesidj, Patrono amplissimo. Tridentj.

Inscriptioni huius epistulae manu eiusdem temporis adnotatum est: „Redd. 10 Maj 1563. Resp. XJ Maj."

Eodem illo d. 8. Maii 1563 *Hosius* Tridento Oenipontem ad Martinum Cromerum, Poloniae regis legatum, *litteras misit, in quibus haec sunt: „Canisium salutabis verbis meis. Centuria septima num sit edita . scire vehementer aueo" (ex autographo. Cod. cracov. „60" p. 544). De „Centuriis Magdeburgensibus" v. *Can.* III 29.

Notandum, quam pauca, immo fere nulla de consultationibus theologorum Canisius ad Hosium referat, et quam diligenter silentii fidem imperatori datam servet.

Hosius harum Canisii litterarum ac fortasse etiam superiorum, 21. Aprilis 1563 ad se datarum, apographa Romam ad Ottonem cardinalem Augustanum misit; *Otto* enim Roma 29. Maii 1563 Hosio scripsit: „Canisij literas, et quae praeterea scribis de Germanicis rebus, legi libentissime, de quibus ago gratias eximiae humanitati Illustrissimae D. T." (ex archetypo, ab Ottone ipso subscripto, quod exstat Frauenburgi in Borussia orientali, in archivo episcopali, Cod. „D 24 (31)" n. 57. Epistulam

a) *Quae sequuntur, a Cypriano omissa sunt.*

(*Nic. Antonius* l. c. II 108. *H. Hurter* S. J., Nomenclator literarius recentioris theologiae catholicae I [ed. altera, Oeniponte 1892] 18).

[1] De hoc Villalpandi libro vide supra p. 165—166. [2] Prov 29, 8.

[3] Vide supra p. 153.

[4] Fridericus III., elector palatinus, anno 1559, quo regnare incipiebat, lutheranus erat; qui proximis annis altaria, sacras imagines, sacra vasa abstulit atque evertit, ecclesias catholicas occupavit, sacras virgines saevissime tractavit, in „Catechismo heidelbergensi" initio a. 1563 primum evulgato doctrinas calvinisticas plane proposuit (*Janssen* l. c. IV 45 47 200—203. *Fr. Dom. Häberlin*, Neueste Teutsche Reichs-Geschichte IV, Halle 1777, 369—370; V, Halle 1778, 602—604. Relatio, a *Staphylo* cardinali Morono m. Maio 1563 tradita, apud *Steinherz* l. c. III 293).

[5] 2 Tim 3, 13.

ex apographo aliquo vel commentario primus in lucem emisit *Lagomarsinius*, Pogiani Epistolae III 302—308).

Canisius una cum his litteris, ut ex ipsis patet, Hosio mittere, si posset, volebat librum (quem reapse paulo post per cardinalem Moronum misit; v. infra nr. 863): „Protestatio concionatorum aliquot Augustanae Confessionis, adversus conventum Tridentinum, perniciem verae Religioni et Ecclesiae molientem: et adversus ejus Conventus auctorem Antichristum Romanum: In qua monstratur, quantopere ea turba atque colluvies a vera Christianaque Synodo differat: et quam nefarijs artibus ac maleficijs sincerae Christi Religioni et Ecclesiae insidietur. Horum nomina ad finem Protestationis subscripta reperies. Accessit Norma simul et praxis constituendae religionis ac Ecclesiae, dirimendarumque controversiarum, jam Pontifici et Synodo recepta ac usitata. Unde liquido animadverti potest, quid boni inde sperari expectarive debeat." „1563. Mense Martio." Libro nec locus nec nomen typographi ascripta sunt; est in 4° et pp. habet 176; „Protestationis" auctorem praecipuum Mathiam Flacium Illyricum esse et dicendi genus et alia ostendunt; subscripta sunt nomina 34 (*Preger* l. c. II 274—275), in quibus sunt nomina Simonis Musaei, Tilemanni Heshusii, Georgii Coelestini (*Stevenson* l. c. I[1] 106, n. 462 i).

850. CANISIUS Societatis hominibus in collegiis ingolstadiensi, monacensi, oenipontano et in domo augustana degentibus.

Oeniponte inter 8. et 12. Maii 1563.

Ex epistulae ad Lainium datae apographo recenti (A), de quo plura dicentur infra, ante ipsam illam epistulam.

Deum pro cardinale Morono orandum esse.

Canisius Oeniponte 12. Maii 1563 Tridentum ad Lainium praepositum generalem S. J. de Ioanne cardinale Morono, primo concilii praeside, qui tunc Oeniponte Tridentum rediturus erat, scripsit: „Monuj Sacerdotes et fratres huius prouinciae ut pro primario Legato hoc Deum diligenter orent, sicut ille plurimum optauit, et a Reuerentia Tua desyderaturus quoque videtur."

Dubitari vix potest, quin Canisius pro Societatis more ad domos supra nominatas communem epistulam, quae in refectorio recitaretur, dederit, sacerdotibus missarum sacrificia, reliquis alias precationes iniungendo. Quamquam autem ad Societatis provinciam „Germaniae Superioris", cui Canisius praepositus erat, praeter collegia illa etiam pragense, tyrnaviense, vindobonense pertinebant, Canisium his scripsisse non opinor; horum enim cura ipse exeunte a. 1562 levatus erat (*Can.* III 820 821); accedit, quod eo tempore P. Natalis visitator in Austria versabatur.

851. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu.

Oeniponte 10. Maii 1563.

Ex apographis epistularum Polanci, eodem tempore scriptis. Cod. „V. P. 63" f. 14^b 16^a.

De rebus concilii, quae Oeniponte apud caesarem tractabantur.

Polancus nomine Lainii Oenipontem ad Canisium scripsit Tridento 14. Maii 1563: „Riceuette N. Padre quella di V. Reuerentia di 10. del presente, con la informatione, che si poteua dare insino all' hora delle cose di la" etc., et Tridento 16. Maii 1563: „Riceuette N. Padre quella di V. Reuerentia di 12. del presente, all' altra di 10. gia si fece risposta" etc. Epistula periit; de qua v. Polanci litteras 14. Maii 1563 datas, quibus ad eam rescriptum est.

852. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO.

Tridento 10. (11.) Maii 1563.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „Padre Canisio". Cod. „V. P. 63" f. 6.

Epistula usus est *Kröss* l. c. 166.

Sperandum, cardinalem Moronum brevi Tridentum reversurum esse. Canisius optime egit, quod de rebus concilii imperatorem monuit; rei autem successum divinae providentiae permittere debet. Licet ei corporis recreandi causa vel Tridentum vel Augustam vel Dilingam ire; curandum tamen, ne imperatore invito eat neve Germanis nimis „papista" esse videatur. Costeri de calice scriptum remittitur. Libellos et latinos et germanicos Coloniae evulgari convenit, quibus protestantium in scribendo diligentiae occurratur. Censores. Scriptum de Germania et Gallia per Societatem iuvandis et nominatim de quam plurimis per Socios cito instituendis ad contiones habendas. Quidam in collegium germanicum admittendus. Collegium dilinganum. Lainii valetudo. Fortasse Ingolstadium in locum Peltani et Pisae theologiae professorum mittetur Perpinianus, homo omnium eloquentissimus.

Pax christi etc.

Hieri riceuette N. Padre quelle di V. Reuerentia di 8. del presente[1], haueuamo etiam prima riceuuto altre per sua commissione di tre. Ci siamo consolati in domino d' intendere chell' Jllustrissimo Legato[2] stessi meglio di sanità, in modo che si spera debbia presto tornare in Trento.

Circa le cose di la l' officio, che ha fatto la .RV. con sua Maesta[3] pare sia stato tale, che meritamente si troua lei contenta d' hauer scarricata sua conscientia, resta pregar la diuina bontà lo muoua ad accettar li migliori consegli et più conuenienti perla unione che desideramo nella chiesa sua et il ben comune di essa; et hauendo .V. Reuerentia fatto quel che ha potuto non deue pigliarsi tropo afflittione del sucesso delle cose, siben non fossi qual se desidera, perche facendo l' huomo del suo canto quello che puo conla diuina gratia, il resto deue commetterlo ala prouidentia d' Jddio, che puo supplir tutti li mancamenti delli consegli et forze humane. Et perche intendiamo che se truoua stenuato quanto al corpo V. Reuerentia[4] ueda se li parera per recreatione sua de uenir fin à Trento, ò uero di tornarsene in Augusta dando anche se li paressi una uolta à Dilinga per ueder li edificij, benche quest' ultimo non so se forsa haueria alcuno inconueniente, come anche il primo accio non paressi V. Reuerentia tropo Papista[5] alli Tudeschi in modo, che fossi inpedito il frutto, che con loro si prettende. Al Cardinal Warmiense so che li piacerebbe come hieri ci diceua, faccia adunque la Reuerentia V. quelo che li

---

[1] Priores illas, quae exstant supra p. 174—179.

[2] Ioannes cardinalis Moronus. [3] Ferdinando I.

[4] Hoc aliquis ex Societatis collegio oenipontano (P. Ioannes Dyrsius rector?) ad Lainium rettulisse videtur.

[5] *Polancus* Tridento 5. Aprilis 1563 Romam ad P. Christophorum Matritium S. J. scripsit: „Aunque los de la Compañia son papistas, lo son en lo que

agradara, tenendo anche conto conla Maesta Cesarea, non facendo senza sua buona licenza quel che ha da fare.

Se rimanda quel scritto delli Coloniensi[1] il qual pare bene a .N. Padre infuora di quello che si nota di mia mano al piede di esso . gl' altri scritti si uan uedendo[2], et non pare a N. Padre male che se stampino et in latino et in uulgare simili trattati, accio speditamente si possa occorrere alla mala diligenza et sollicitudine, che usano gli heretici nel mandar innanzi gli errori suoi, et cosi se scriue alli nostri di Colonia, che essendo di acordo li tre Theologi Henrico[3], costero, et Rethio insieme col padre Leonardo[4] potranno stampar quelli scritti, ben sera pero[a] [?] se si trouara di la il prouinciale loro[5] che intendano anche il suo parere[6].

Qùi ua etiam un scritto[7] il quale quando V. Reuerentia lo habbia uisto lo potra mandar con gl' altre lettere, che qùi uanno al padre maestro Euerardo[8], et altro simile si manda al padre maestro Nadal, accio dicano intorno a quello cio che li pare.

Quanto al figliolo di quel Dottor Augustano[9], quello che si puo fare è tornar a scriuere a Roma accio hauendo luogho, l' accettino, et se intende potendo nutrirlo, nel collegio germanico, puo essere, che questo sia uno che intendemo esser stato accettato in Roma ultimamente a instantia del Cardinal Augustano.

Intellegere cupimus, num collegii dilingani cubicula ad scholas habendas et ad 34 hominum habitationem sufficiant.

Aliquot litteras quadrimestres mittimus.

Gia nostro Padre sta meglio et ha cominciato a uscir fuora di casa. *Deum pro nobis orate.* De Trento li 10.[b] [?] di Maggio 1563.

Circa li dottori d' Jngolstadio[10] non pare troppo uerisimile à N. Padre che non sia per contentarsi, il Duca[11] et anche li suoi conseglieri, che siano mutati. Quando pur loro dimostrassino tal desiderio, si potra pensar di sopra . s' era ben pensato di mandar in loco d' uno di lorò

a) *V. obscurius scriptum.* b) 11. *ap.; vide quae sub ipsas has litteras dicentur.*

deuen serlo, y no en lo demás [in vitiis quibusdam excusandis vel defendendis], y sólo con intento á la diuina gloria y bien común" (Epp. *Nadal* II 263).

[1] P. Francisci Costeri S. J. scriptum de calice laicorum adversus Hamelmannum; vide supra p. 131—133 144 172.

[2] Sociorum coloniensium scripta adversus Chemnitium; vide supra p. 132 172.

[3] Dionysius. [4] Kessel. [5] P. Everardus Mercurianus.

[6] *Polancus* Tridento 11. Maii 1563 Coloniam ad P. Kesselium * scripsit: Placere Lainio consilium „illius amici ac docti uiri ut scilicet per partes prius liber ille edatur secundum diuersas controuersias, qui postquam in multorum manus uenerit, tum demum in unum uolumen redactis opusculis in lucem aedi possit" (ex apogr. eiusd. temp. Cod. „V. P. 63" f. 3[a]).

[7] Scriptum de Germania et Gallia per Societatem iuvandis; de quo vide quae sub ipsam hanc epistulam dicentur. [8] Mercuriano.

[9] De Everardo Vehlin (?) vide supra p. 179.

[10] De PP. Alphonso Pisano et Theodoro Peltano, S. J., theologiae in universitate professoribus, scribit; vide supra p. 177. [11] Albertus V.

il Padre Perpiñan[1], ilqual oltra la Theologia, è persona molto eloquente, che non so se hauemo altro tanto como lui nella Compagnia perche è molto raro etiam fra quelli, che fanno professione d'Oratori. *Litteras adiungo in Flandriam destinatas.*

In registro praepositorum generalium (Cod. „V. P. 63“ f. 4ª) aliquanto ante has litteras hoc exstat apographum, eodem fere tempore scriptum, nomine „Canisio“ eadem manu in margine ascripto:

„Pax christi etc. Quantunque .N. Padre non ha riceuuto lettere di V. Reuerentia li hebbe pur de sua Comissione di 3. del presente . haueremo charo de intendere si ha riceuuto tutti li plichi, che li sono stati scritti di quà nominando le date di essi. Siamo etiam in espettatione del sucesso che hauera questa consultatione della Maesta Cesarea, et della speditione che portara il legato dandoli sanita Jddio N. Signore. Le lettere Quadri.“ Ita apographum terminatur, neque tempus ei ascriptum est. In Canisii porro epistulis 10., 12., 14., 17. Maii ad Lainium datis nulla harum litterarum fit mentio, et quae in iis de epistula Canisii mandatu 3. Maii data referuntur, etiam in epistula, quam modo proposui, comparent. Unde equidem sic conicio: Polancus illa quidem scripserat; sed antequam tabellario tradita essent, Tridentum perlata est Canisii epistula (prior) 8. Maii 1563 data; quae Polanco causa fuit, ut novam epistulam scriberet, priore abiecta.

De litteris, quas modo posui, *Canisius* Oeniponte 14. Maii 1563 Lainio scripsit: „Accepi 10 Maij datas.“ Antiquo autem earum apographo, quod in „registro generalium“ exstat, 11. Maii ascriptus est, et *Polancus* Tridento 12. Maii 1563 ad Canisium de iisdem litteris scribit: „Hieri fu scritto alla RV.“ etc. Quare equidem conicio diem quidem 10. Maii ipsis litteris ascriptum esse; sed 11. Maii eas obsignatas vel tabellario alterive cuidam traditas esse.

Si Canisii litterae 14. et 17. Maii 1563 ad Lainium datae conferentur cum epistula modo proposita, intellegetur, una cum eadem Canisio per Polancum missum esse commentarium quendam de rationibus Germaniae et Galliae in rebus, quae ad religionem amplificandam spectarent, aduvandis conscriptum. Ac Natali Tridento 11. Maii 1563 *Polancus* scripsit: „Aquí se embía á V. R. un disegno para dar presto aiuda á las necessidades de la superior y inferior Germania y Francia por medio de la Compañía, y el intento es, quanto al enseñar, que sean instruidos muchos en la theología que basta para predicar al pueblo, y que se despachen presto (Epp. *Nadal* II 281). Quare dubium non est, quin Canisio missum sit italicum illud scriptum, quod primum quidem — anno 1554 et nomine S. Ignatii haud recte ascriptis — vulgatum est in „Cartas de *San Ignacio*“ IV 480—483 354—358, modo autem „ex adversariis autographis P. Polanci“ accurate typis exscriptum est a *Caec. Gomez Rodeles* S. J. etc., Monumenta paedagogica 758—762. Scripti capita praecipua haec sunt: Praeter subtiliorem illam theologiam scholasticam brevis quaedam theologiae summa tradenda, in qua controversi tantum articuli copiosius exponantur, atque ita tempore brevi multi contionatores parandi. Parvulis et rudibus catechismus parvus diligenter explicandus. Brevis illa theologiae summa a Sociis etiam in superioribus collegiorum scholis aliqua diei hora adulescentibus exponenda, admissis ad eam institutionem etiam sacerdotibus et scholasticis externis. Numerus collegiorum Societatis amplificandus, eiusque rei gratia vel collegia minora, quam quae per Constitutiones admitti licet, admittenda, vel aliarum scholarum administratio ad tempus suscipienda. Societatis fratres scholastici atque etiam scholastici externi diebus sacris per pagos vicosque vicinos mittendi ad doctrinam christianam, episcopi permissu impetrato, populo exponendam. Adversus protestantium libellos libelli catholici eleganter scribendi et late spargendi, qui postea in corpus quoddam colligantur.

Canisius Lainio rescripsit 14./17. Maii 1563.

---

[1] Vide supra p. 143—144.

853. CARDINALIS **STANISLAUS HOSIUS**, unus ex concilii tridentini praesidibus, episcopus varmiensis, CANISIO. Tridento 11. Maii 1563.

Inscriptioni litterarum a Canisio Oeniponte 8. Maii 1563 Tridentum ad Hosium datarum Tridenti manu eiusdem temporis adnotatum est, Canisio responsum esse 11. Maii; v. supra p. 187. Quod responsum cum perisse videatur, vide Canisii epistulam 17. Maii 1563 datam, qua, ut videtur, is Hosio rescripsit.

854. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu. Oeniponte 12. Maii 1563.

Ex apographo recenti (A), quod ex archetypo — Canisius sua manu nomen („Seruus" etc.) subscripsit — in Cod. „E. C. I" f. 300 et sq. non sign. (n. 116) posito accurate exscriptum est.

Exstat etiam alterum apographum (B), idque sub a. 1860 ex archetypo transcriptum et postea cum eodem, haud ita tamen diligenter, collatum.

Partes epistulae vulgatae sunt in Epp. *Nadal* II 293[3] 624, et (germanice) a *Kröss*, „Ferdinand I." etc. 642—643; qui eandem adhibuit Can. 166.

Cardinalem Moronum, iam Tridentum redeuntem, suum in Canisium benevolum gratumque animum declarasse. Socios pro eo Deum precari a se iussos esse. In posterum eum, quo loco res sint, per Lainium ex Canisii litteris edocendum fore. Imperatorem iam „deputationes ex nationibus" postulare. Eius theologos non se accommodare tempori. Fortasse diu Oeniponte manendum fore. Num P. Natalem in suum locum substitui conveniat? Precationes petit. Lainii scripta remittit. Moronum, caesari carissimum, multa pro concilio impetrasse et effecisse, ac nominatim, ut „reformatio in capite et membris" ex caesaris scripto expungeretur.

† Pax CHRisti.

Admodum Reuerende Pater.

Discedit hinc Jllustriss: Cardinalis[1] qui se mihi ualde coniunctum[a] [?] et vnitum[b] asseuerauit, datoque munere[2] confirmauit summam erga me beneuolentiam. Monuj Sacerdotes et fratres huius prouinciae ut pro primario Legato hoc Deum diligenter orent, sicut ille plurimum optauit, et a Reuerentia Tua desyderaturus quoque videtur. Voluit saepius a me scribi de statu praesentj rerum missis ad Reuerentiam Tuam literis, et satius[c] fore putarim, ut pro sua prudentia cum illo conferat Reuerentia Tua, quae proprijs ad illum literis missis explicare neque tutum satis neque consultum videtur. Nunc sub discessum Caesar rursus illum inuisit, sed a quo sibi non factum esse[d] satis dixit ipse mihj paulo ante Cardinalis, praesertim quod[e] nouae ex nationib: deputationes in Synodo nunc a Caesare postulentur[3]. Possem

a) conjunctum *B, idque longe magis mihi probatur quam* conuinctum, *quod est in A, quodque valde raro usurpatur. Atque etiam paulo infra v. „coniunctus" a C. adhibetur.* b) *Ita B; A habet:* vinctum. c) satis *B.* d) esset *B.* e) quum *B.*

[1] Moronus, primus concilii tridentini praeses sive „legatus" pontificius.

[2] Canisio 100 scutata, quae Societatis hominibus stipis loco essent, dedit; vide infra monum. 559.

[3] *Ferdinandus* in „Duplica", qua ad Moroni „Replicam" respondit, petebat, ut in concilio distincti nationum coetus sive „deputationes" constituerentur ita, ut ex singularum nationum episcopis aliqui ab ipsis nationibus delegerentur et concilii legatis patribusque „ab iisdem vel probandi vel reprobandi praesentarentur" (*Sickel,* Trient 498. *Raynaldus* in a. 1563 n. 91).

queri sane de Collegis, quj sua rigida consilia non accommodant temporj, neque audiunt bene monentem, ea res uehementer angit animum meum, et anget magis si duobus mensibus in hoc grauj pistrino[a] uersandum sit, ut vicecancellarius fore auguratur[b]. Verum expecto responsum, an expediat rogarj a Caesare facultatem discedendj. Dominus bene uertat haec consilia, et suam causam aduersus Daemones Germanienses[1], ut pater Natalis appellat, tueatur. Hodie Archiepiscopus Pragensis[2] huc uenit, breuj Tridentum uenturus ut arbitror. P. Natalis Viennam redijt, quem huc euocarem si possem, non auderem tamen, ne rationes Collegiorum, quib: ille bonam dat operam interturbem[c], et praesertim cum nesciam quamdiu sit hoc loco mihj manendum. Si uero certo constaret, duob: hic mensib: hærendum esse, tum iudicet Reuerenda P. Tua, quid fierj[d] expediat magis. Confido interim non defutura mihj sacrificia Reuerentiae[e] Tuae et aliorum plurium, ut in hac tantae causae tractatione diuinum mihj lumen et robur adsit necessarium. Putat Cancellarius[3] nos omnes hoc loco retinendos tantisper, donec nouus Legatus[4] aliquod suj specimen in actionibus Concilij[f] dederit. Dominus nobiscum. Oenipontj .12. Maij 1563.

Seruus in Christo P. Canisius.

Adiunxj Scripta R. T. quae ut mihj remitterentur, iniunctum[g] fuit[h].

Praeterire non possum quod Jllustris: Cardinalis etsj multis hic diebus decumbens[i], praeclara tamen non pauca confecerit[k], quae uix alius quisquam ut opinor commodius apud Caesarem confecisset[l], adeo Caesarj charus[m], coniunctus et familiaris est[5]. Jtaque[n] CHRisto gratias agimus, qui[o] nobis illum huc misit medicum, et per quem opiniones malae de Synodo iamdiu conceptae[p] uel profligatae sunt ex quorundam animis, uel admodum mitigatae. Difficile quidem alij fuisset, ut plane arbitror, tam multa circa Synodum impetrare, et praesentes in hac Aula difficultates bona ex parte amouere, nec dubito quin progressus Concilij multo sit futurus suauior, et in quo minus iam ualebit quorundam authoritas, qui non semper synceriora spectant ac meditantur. Admonitus etiam[q] est Caesar de plaerisque magnj momentj rebus, et, ut solet libenter audiuit hunc dilectissimum sibj Cardinalem. Haec addere uoluj, ut veritatj testimonium aliquod perhiberem[6]. Nunc omnes curiose inuestigant, quid tandem inter

a) *Ita B;* pistrnio *A.* b) augurat *B.* c) interturbet *B.* d) frerj *A.* e) P. *B.* f) Consilii *B.* g) *Sic; legendumne* quae ut remitterentur, mihi iniunctum? *Vel* quae ut ipsi *etc.?* h) *In arch. sequuntur vv.* sed deest aliquid, *oblitterata.* i) decubuerit *B.* k) perfecerit *B.* l) perfecisset *B.* m) *In B sequitur* et; *sed in arch.* et *oblitt. est.* n) Ideo *B.* o) quia *B.* p) perceptae *B.* q) enim *B.*

[1] „Contra estos demonillos y heretiquillos de Alemaña": Epp. *Nadal* II 169.
[2] Antonius Brus de Muglitz, primus inter caesareos apud concilium oratores.
[3] Seld imperii vicecancellarius. [4] Moronus.
[5] Ipse Ferdinandus I. in litteris Oeniponte 15. Maii 1563 Tridentum ad oratores suos missis Moronum „amicum charissimum" vocavit (*Sickel* l. c. 503).
[6] Io 5, 33; 18, 37. 3 Io 3.

Caesarem et Cardinalem conclusum fuerit, Alij aliud fingent[a] [?]: Jnter reliqua uero illud[b] obtinuit Cardinalis, ut in[c] scripto Caesaris[d], quod alias forte mittemus[1], expungatur illud saepius repetitum, Reformationem[e] in capite et membris faciendam esse[2]. Deinde probat Caesar quae Pontifex in reformando tentare coepit.

† Admodum Reuerendo[f] in Christo [pa]trj meo Magistro[g] Jacobo Laynez, praeposito generali Societatis IESV. Tridentj.

Inscriptioni, ut ex apographo A intellego, manu antiqua ascriptum est: „Annotationi de s. [f.?] hieronimo nel' scrittorio del Padre [Generale?]."

Hae Canisii litterae Tridento Lainii iussu Romam missae sunt ad Sanctum Franciscum de Borgia; huic enim *Polancus* nomine eiusdem Lainii Tridento 17. Maii 1563 haec *scripsit de Canisio et de P. Martino Stevordiano S. J. proximis diebus festis Ascensionis Domini, Pentecostes, Corporis Christi Canisii loco Augustae contionaturo: „Lo de Hispruch entendera mejor V. Reuerencia por una letra que àqui ua. Hase scritto al Padre Canisio que la scriue que por aora se detenga alli por parecer que en ninguna parte se emplara mejor por aora en el diuino seruicio, aunque dexe la predicacion de estas fiestas en los quales podra ser que supla su lugar el Padre Martin, che ha predicado con mucho fructo en Monachio" (ex apogr. tot. ep., eod. temp. scripto. Cod. „V. P. 63" f. 18 a).

Lainius Canisio per Polancum rescripsit 14. Maii 1563.

855. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO.

Tridento 12. Maii 1563.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „Padre Canisio." Cod. „V. P. 63" f. 9 b—10 a.

Officia a Canisio cardinali Morono praestita. Cardinalis Lotharingus de „abusibus ordinis" disserens primum „reformationis" caput reprobavit. Rectori collegii oenipontani animum addi oportet. Cardinalis Hosius valde optat, ut Canisius imperatoris permissu Tridentum veniat; Lainius Canisii arbitrio permittit, ut vel Tridentum vel Augustam petat. Lainius melius habet.

Pax christi etc.

Hieri riceuette .N. Padre quella di V. Reuerentia di 8. del presente scritta dopò un' altra che ha la medesima data, et ci rallegramo in domino che non sia stato perso l' officio che V. Reuerentia fece accio si racconciasi l' scritto che si haueua a dare al Legato di sua santità[3]. Piaccia a Jddio N. Signore che con unione et charità qual conuiene si proceda nel trattar li negocij della sua chiesa in questo Concilio.

a) *Vel:* fingunt, *quod est in B.* b) *B om.* illud. c) *Hoc v. supplevi ex B; deest in A.* d) scripto illo *B.* e) expungat illam saepius repetitam reformationem *B.* f) *B om. 2 vv. sqq.* g) Mgro *A B.*

[1] Responsum dicit, de quo supra p. 182 185.

[2] In „Duplica", de qua supra p. 192[3], Morono responsum est: Caesarem, cum animadvertisset, „in sententia ipsa et intentione nullam esse discrepantiam", et cum pontificis „honorem" valde cordi haberet et legati monitis „lubenter obtemperaret", ea verba expungi iussisse; pro quibus uno quidem loco positum est: „reformationem hanc ecclesiae universalem de qua in antiquis conciliis frequens fit mentio"; altero: „reformationem huiusmodi universalem" (*Sickel,* Trient 500; *Steinherz* l. c. III 298).

[3] Vide supra p. 174 182 185.

Questa mattina il Cardinal di Lorena ha detto deffusamente nella congregatione de i prelati il parer suo circa quelli abusi de ordine, et ha improbato il primo Articulo [1] perche non fu proposto per giudicar lui fossi buono, mà per sodisfare ad altri del Regno di Francia che lo ricercauano [2].

Quanto alla persona dellaquale scriue V. Reuerentia in una sua introclusa [3] pare a N. Padre sia conueniente solleuarla et animarla, accio uada innanzi col suo peso insino a tanto che torni di là il padre maestro Nadal. Di qua etiam si fara l' officio medesimo, non si mancara anche nel aiutarlo conle orationi.

Hieri fu scritto alla RV. che se li fossi in piacer et per releuarsi delle fatiche di mente il uenirse fin qùi per alcuni giorni, lo potrebbe fare, quando pero dessi grata licentia la Maestà cesarea, li sarebbe assai grato al Cardinal Warmiense, il quale dice, che forsa l' Jmperator darebbe uolontieri la licenza, quando V. Reuerentia mostrassi di uuoler far alcun officio di parola conforme alla uolontà di Sua Maestà conli amici che qùi tiene. N. Padre pero lascia questa cosa liberamente in mano di V. Reuerentia ò del uenir qùi ò del tornarsene in Augusta.

Varias epistulas mittimus.

N. Padre preposito si trouo hoggi in Congregatione che gia ua fuor di casa. Lui insieme congl' altri che qùi stiamo ci raccomandiamo etc. Di Trento .12. di Maggio 1563.

Canisius Lainio rescripsit 17. Maii 1563.

856. P. HIERONYMUS NATALIS, visitator Societatis Iesu, CANISIO. Vindobona (?) ante medium m. Maium 1563.

Ex litterarum Canisii apographo recenti (A), de qua plura infrá p. 215.

De P. Lanoio in Austriam mittendo, litteris indicis etc.

Canisius Oeniponte 23. Maii 1563 Tridentum ad Lainium de P. Nicolao Lanoio S. J., collegii ingolstadiensis rectore, quem Austriae collegiis „provincialem"

---

[1] De hoc vide supra p. 182.

[2] *Sarpium* lapsum esse, cum Lotharingum 14. Maii haec dixisse affirmaret (l. c. l. 7, n. 91 92), et aliunde constat et his Polanci litteris confirmatur. Licet autem ex relationibus *Oratorum caesareorum* (*Sickel,* Trient 507) et *Calinii* (*Baluze-Mansi* l. c. IV 308) atque ex actis *Psalmaei* (*Le Plat* l. c. VII² 124) colligendum esse videatur, Lotharingum 11. Maii dixisse, in actis tamen *Massarelli* (l. c. II 270) atque etiam in diariis *Pholae* (*Martène-Durand* l. c. VIII 1341; *Le Plat* l. c. VII² 218) et *Ficleri* (*Le Plat* l. c. VII² 368) et in *Calinii* ad Beccadellum litteris Tridento 13. Maii 1563 datis (*Beccadelli* l. c. 379) affirmatur, eum dixisse 12. Maii; quem diem etiam *Pallavicinus* posuit (l. c. l. 20, c. 16, n. 9). Lotharingus praeter alia proposuit, ut a principibus ius nominandi et praesentandi episcopos auferretur. Ipsa eius oratio (qua prima quattuor capita tractabantur) litteris consignata est a *Massarello* (l. c. II 270—272) et copiosius a *Nicolao Psalmaeo* (apud *Car. Lud. Hugo* O. Praem., Sacrae Antiquitatis Monumenta I, Stivagii 1725, 381 ad 387, et *Le Plat* l. c. VI 52—59).

[3] P. Ioannem Dyrsium, collegii oenipontani rectorem, significat; vide supra p. 185.

praeficere cogitabant, haec scripsit: „Ex literis P. Natalis colligo, non tempestiuum uideri, vt P. Lanoius auocetur: quod cupiat diligentius ea de re cogitare et conferre cum R. T.“ Et paulo infra de P. Fulvio Cardulo S. J. (cf. Can. III 580[1]): „Misit ad me P. Natalis quaedam ex literis Jndicis versa per P. Fuluium.“ Plura v. infra p. 215.

Si quis haec verba cum epistula a Natale Praga (quo 18. Maii advenerat) 19. Maii 1563 ad Lainium missa (in Epp. *Nadal* II 287—290) contulerit, Natalem Canisio non Praga, sed vel Vindobona, unde profectus erat (l. c. II 297), vel ex itinere scripsisse dixerit.

857. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO.

Tridento 14. Maii 1563.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „Padre Canisio.“ Cod. „V. P. 63“ f. 14[b].

Canisio, quamdiu Oeniponte tantam ecclesiae afferre possit utilitatem, quantam modo attulisse videatur, non esse inde Augustam abeundum. Quaenam imperator de rebus concilii optime constituisse feratur. De animarum fructu Augustae et Oeniponte collecto, duorum Sociorum animis iuvandis, contionatore monacensi.

Pax christi .etc.

Riceuette N. Padre quella di V. Reuerentia di 10. del presente, con la informatione, che si poteua dare insino all' hora delle cose di la, et pare che Jddio .N. Signore habbia aiutato V. Reuerentia apreso sua Maestà, secondo si uede perla sua risolutione, che di quà si suona[1], et in parte si puo intendere per quelle di V. Reuerentia peril che giudica N. Padre che intanto, che se sperara conla sua presentia in Hispruch simil fructo non debbia negare à sua Maestà quello che lui prettende de retenerlo ne far instantia per andar in Augustà, perche importa più per il ben uniuersale al presente quello che si tratta di là, che il predicare in Augusta, massime che non si dubita, che l capitulo sia per contentarsi quando a instantia della Maesta Cesarea V. Reuerentia sta absente. Quando pur non ci fossi da far cosa importante in Hispruch potra V. Reuerentia si uorra tornarsene in Augusta. Et se questo fossi auante la pentecoste non mancara alle prediche di quelle feste ne del Corpus Domini[2], se non si potessi sbrigare haueranno patientia gl' Augustani.

Quà s' è detto, che s' è risoluta sua Maestà, che l Papa sia sopra il Concilio seguitando il comun parere dei suoi Theologi . et che anche non si debbia far alcuna mutatione di quelle parole del cap: primo proponentibus legatis: Si dice anche d' un altra cosa quale non si splica, mà alcuni dicono sia il non trattarsi quo iure teneantur ad Residentiam purche la facciano et si attenda alla riforma il che tutto pare sarebbe molto ben risoluto; la certeza pero la aspettaremo del auiso di V. Reuerentia.

[1] Cf. supra p. 182 185.

[2] Dies festus Pentecostes futurus erat 30. Maii, Corporis Christi 10. Iunii.

Le lettere Quadrimestri d' Augusta[1] et de Hispruch si sono riceuute. et siben V. Reuerentia non è facile di contentare nella quantita del fructo, c' è pero assai occasione de ringratiar a Jddio N. Signore di quello che ha fatto per li suoi deboli instrumenti.

Quando tornarà il Padre Nadal hauera cura di quelle due persone che V. Reuerentia scriue hanno bisogno d' aiuto[2]. Ci rallegramo in questo mezzo, che il nuouo sacerdote Schorichio[3] habbia dato buon principio alle prediche di Monachio.

De collegio dilingano nihil novi accepimus. Et res imperatoris et personam tuam Deo commendabimus. Eidem tu nos commenda. Di Trento li 14. di Maggio 1563.

Canisius Lainio rescripsit 17. Maii 1563.

858. FERDINANDUS I. imperator CANISIO reliquisque theologis Oenipontem a se congregatis. Oeniponte 14. Maii 1563.

Ex *Sickel*, Trient 527.

De „Libello reformationis“ recognoscendo.

„Sobald die Theologencommission die mit der Anwesenheit Morones zusammenhängende Arbeit vollendet hatte, erhielt sie am 14 Mai vom Kaiser die weitere aufgetragen, alle bisherigen Verhandlungen auf dem Concil und auch alle dort gestellten Anträge oder Forderungen zu vergleichen und zu berathen, ob und inwiefern das Libell von 1562 zu verbessern sei“: Ita Sickel; qui harum caesaris litterarum commentarium Vindobonae in archivo aulico inter monumenta concilii tridentini exstare asserit.

Haec illustrantur priore parte epistulae Oeniponte 23. Maii 1563 a Canisio ad Lainium datae, atque litteris Oeniponte 17. Maii 1563 a *Delphino* nuntio apostolico ad cardinales concilii praesides datis; ubi is scribit: „Questi theologi si riducono pure ogni giorno, et per quanto intendo, vengono moderando quel primo volume, che fu già presentato a le Signorie V. Illustrissime da gli ambasciatori di S. Maiestà; et la moderation sarà in questo modo, che levaranno la mentione de la riforma in capite, et non parlarano nè di restringere il numero de cardinali nè di certe altre cose simili“ etc. (*Steinherz* l. c. III 315).

859. CANISIUS **IACOBO LAINIO,** praeposito generali Societatis Iesu. Oeniponte 14. et 17. Maii 1563.

Ex apographo recenti (A) duplicis huius epistulae eoque exscripto ex archetypo — Canisius sua manu in priore epistula aliqua correxit, alteram integram scripsit, excepta inscriptione — in Cod. „E. C. I“ f. 302a—304b (n. 117) posito.

Exstat etiam alterum apographum (B), quod sub a. 1860 curante Boero ex archetypo exscriptum, postea cum eodem collatum est.

Particulae epistulae vulgatae sunt in Epp. *Nadal* II 278[3] 286[4] 291[1] 295[4] et (ex vetere apographo, de quo plura sub ipsas has litteras dicentur) apud *Steinherz* l. c. III 321—322. Epistula usus est et particulas ex ea protulit *Franc. Sacchinus* S. J., De vita et rebus gestis P. Petri Canisii Commentarii, Ingolstadii 1616, 199, et Hist. S. J. II. l. 7, n. 50—53. Epistulae particulam posuit etiam *Michel* l. c. 272—273

[1] De his vide supra p. 146 et infra monum. 426.

[2] PP. Martinus Stevordianus et Ioannes Dyrsius; cf. supra p. 121 170 185 et infra p. 201.

[3] Geo gius Schorich; vide supra p. 37 166.

(gallice). Eiusdem partem germanice vertit *Kröss*, „Ferdinand I." etc. 643—644; qui epistulam etiam adhibuit Can. 166 169.

Scriptum de Germania et Gallia iuvandis. Libri Sociorum coloniensium. Litterarum indicarum versio latina. Collegia dilinganum, monacense, ingolstadiense, oenipontanum. P. Natalis. Theologiae professores. P. Perpinianus Bavariam ornabit. P. Torrensis in theologia tradenda consiliariis oenipontanis gratus. Cardinalis Lotharingi contra primatum scriptum. Hussitae sibi et sacerdotes consecrari et calicem permitti volunt. Caesaris theologi colligere debent, quae concilio proponantur. Canisii itinera tridentinum et augustanum; cui Oeniponte et collegae et negotia displicent. Moronus aegre fert, quae caesar de proponendo, „deputationibus", conclavi postulat.

Collegii oenipontani rector Augustam missus. Hic et P. Stevordianus Societatis disciplinam sequi gravantur. Natalis „ridet". Canisii itinera augustanum et tridentinum. Imperator tandem, rigidis theologorum consiliis spretis, Morono plurima concessit. Censent sapientes: Romam caesaris studia suspicionibus et machinationibus persequi, eius litteras secretas patefacere, decreta concilii factis subvertere, bullas reformationis non exsequi. Papam supra concilium esse caesaris theologi affirmarunt. Calicem multi magistratus catholici suis concedunt, Bavariae dux impetrare studet. Sed tempus est auctoritatis ecclesiasticae vindicandae. Cavendum a caesaris oratoribus tridentinis. Canisii scriptor.

† Pax CHRIsti.

Admodum Reuerende Pater.

Accepi 10 Maij datas cum alijs in Belgicam modo destinatis. Perplacuit mihj scriptum, quod et[a] transscribendum curauj de rationibus iuuandae Germaniae simul et Galliae in his quae ad religionem promouendam spectant[1]. Habebunt et Colonienses cur gaudeant ob concessam sibj facultatem scripto consolandj Catholicos et Haereticos reprimendi[2]. Expectamus reliqua Coloniensium scripta ut cito remittamus, quemadmodum illj postulare videntur. Curabitur etiam ut ad patrem Natalem destinentur, si quae porro iudicanda transmittent Colonia. Adiunxj principium litterarum Jndicarum quas quidam e nostris[3] latine uertere coepit. Patri Natalj non valde placet primus gustus huius uersionis, sed ego malim hoc, quod utcunque coeptum est absoluj, quam nos diutius expectare cum alijs multis hoc opus Jndicum, quod sane puto multis pergratum et vtile fore[4].

Scribo ad p. Lanoyum, ut Dilingensis Collegij habitationes[b] [?] coram spectet[5], et de his nos certiores reddat. Ego parum dubito, quin his primis annis cubicula sint suffectura nostris cum uenerint: Operae precium autem erit p. Natalem, cum res Pragae confecerit[c], recta

a) *In archet. sequitur* mihi, *oblitteratum.* b) *Ita B;* habitationem *A.* c) *B haud recte:* perfecerit.

---

[1] Vide supra p. 190 191. [2] Vide supra p. 190.

[3] P. Michaël Vanegas (Venegas) hispanus (Epp. *Nadal* I 491[2]; II 195[3] 275 276[1]). Alteram ex epistulis indicis, eamque Romae a P. Fulvio Cardulo S. J. (de quo *Can.* III 580[1]) latine versam, Polancus 4. Maii 1563 Vindobonam ad Natalem miserat (l. c. II 275). Cf. etiam supra p. 21.

[4] Hic in margine archetypi haec verba comparent, *Polanci* manu scripta: [a]„Roma que cada [u]no haga su parte delos dos" ; ita igitur sibi Lainii mandatu Romam scribendum esse de Vanegas et Cardulo Polancus notavit.

[5] Cf. supra p. 74 111 139 189 190.

Dilingam petere uel Augustam, ut certo statuatur[a] de his, quae ad nostrorum aduentum et eiusdem Collegij rationes pertinent. Sic enim[b] salua semper obedientia, consultissimum mihj videtur. Jdem deinde cum P. Martino[1] aget facile, et Collegium quoque Monachiense visitabit, simulque transferet Theologos Jngolstadienses, sj ita opus esse videatur. Doctorem Peltanum ut transferamus Dilingam plane suadeo: De Doc: Pisa ipse iudicet[2]. Vt autem Bauariae donetur pater Perpignanus qui[c] et eloquentia doctrinaque sua ornet illud Gymnasium[3], uehementer optarim, et spero hanc R. P. Tuae oblationem Germaniae profuturam esse Christo fauente. Doc: Torres est utique doctus et hoc loco gratus in docendo maximis viris[4], quem nescio an sit consultum hoc primo anno mutare, quo duos Theologos, hunc[d] et Doct: Christianum[5], vix nosse coeperunt[6]. Mitto scriptum disputatorium huc missum (ut ferunt) a Card: Lothoringiae[e], quod uoluit Card: Moronus a me transscribj et isthuc mittj, cum Pontificis authoritatem hic eleuarj putet[7]. Mitterem scriptum aliud quoque Caesaris, quo Cardinalj respondit ad propositos nomine Pontificis articulos[8], sed egre licet illud consequj[9]. Rogo igitur ut scriptum hoc prius cum dicto Cardinale[f] communicetur[g] nec habeo quod illj dicendum putem de nouo statu rerum, cum post illius discessum nihil hic nouj offerat sese, nisj quod Archiepiscopus Pragensis mihj

a) statuat *B et Epp. P. Nad.* b) *B om.* enim. c) *Can. hoc v. sua manu supra versum scripsit.* d) *B perperam:* hinc. e) ad Card. Lotharingium *B.* f) Cardinali *B.* g) *B haud recte:* conferatur.

---

[1] Stevordiano; vide supra p. 197.

[2] *Polancus* in margine notavit: „enel tiempo [?] — [sequitur verbum obscurius scriptum] se concierte con nadal", ita scilicet sibi Lainii nomine de hac re ad Canisium rescribendum esse: cf. pag. 198, adnot. 4.

[3] Universitatem ingolstadiensem; vide supra p. 143—144 190—191.

[4] De P. Hieronymo Torrensi vide supra p. 138 162. Anno 1562 (exeunte, ut videtur) in collegio oenipontano, „púsose", inquit P. *Natalis*, „vn doctor en theología que leyese los domingos en latín cosas del testamento nuebo, á cuya lectión vienen personas principales del consejo de Su Magestad Cesárea" (Epp. *Nadal* II 493). Et *Georgius Crispus* S. J. in * litteris quadrimestribus collegii oenipontani, Oeniponte 1. Septembris 1564 datis: „Continuatur", inquit, „festis diebus, ut prius, lectio Theologica. . . . Praeter Vicedominum [Georgium comitem ab Helfenstein] qui ad audiendum accessit, Cancellarius [Christophorus Klöckler] cum alijs Excelsi Regiminis [Austriae superioris] septem uel octo nobilitate doctrinaque conspicuis uiris, nunquam abest" (ex archetypo. Cod. „G. Ep. V." f. 158^{b}). Cf. *Can.* III 169 ad 170 247.

[5] Rivium (Riccium) sive Halverium; vide *Can.* III 434. *Sommervogel*, Bibl. IV 57; VI 1805; IX 455; *Wilh. Richter*, Geschichte der Paderborner Jesuiten I, Paderborn 1892, 4—5.

[6] *Polancus* in margine, ut supra (adnot. 2): „trattelo con Nadal aunque podria hauer buen substituto, maxime al fin del verano."

[7] Hoc scripto Gallicani eos refutare conabantur, qui pontificem romanum „universalis ecclesiae rectorem" esse affirmabant et „concilium supra papam esse" negabant; vide supra p. 183[2].

[8] De his litteris vide infra p. 205.

[9] *Polancus* in margine (ut supra adnot. 2) haec notavit: „bueno seria si lo pudiese hauer."

fassus est, adferrj a se libellum supplicem Hussitarum, quo[a] petunt a Caesare, facultatem ordinandj[b] suos Sacerdotes ab hoc Archiepiscopo sibj impetrarj, sed simul vsum calicis in populo cupiunt retinerj[1]: Vereor admodum, ne mihj cum Collegis disceptandum[c] sit de hac communione[d] [?]. Proposuit enim Caesar ut colligamus ex longo scripto ante annum[e] isthic Legatis oblato[2], quae sint in Synodo postulanda. De usu carnium nihil statuit sibj petendum a patribus[3][f], neque sacerdotum coniugium vrsurus[g] videtur ut antea. Jtaque uarijs e scriptis et tractationibus corradenda sunt nobis, quae posthac Caesaris nomine per Oratores isthic proponentur, et hactenus tractata non sunt. Nescio quid postea in consultationem[h] sit adducendum. Archiepiscopus mox ut audio dimittetur, quo cum non illubenter hinc[i] discederem, ut Reuerendos mihj patres[k] videre liceret, quemadmodum illj pro summa bonitate et in me beneuolentia permittunt et offerunt hanc singularem mihi[l] consolationem. Verum expectanda est maior temporis occasio, ut recte moneor, ne quid cum[m] Principis indignatione et Germanorum offensione instituatur neue bono publico incommodemus. Fiat in nobis Dominj uoluntas[4] ad suam gloriam. Scripsj nuper et expecto responsum, an expediat hinc me proficiscj. Vellem id sane multis de causis, cum desit[n] mihj iudicium ad res tantas cum huiusmodj[o] Collegis tractandas impar[p], et cum permoleste accidat ea concludj atque[q] scripto tradj, quae tum ad Pontificis tum ad Ecclesiae et Synodj authoritatem obscurandam et eleuandam tendere videntur. Verum absit ut[r] si iuuare possim, Christi et Ecclesiae causam deseram his temporibus uere miserandis. Jtaque sj mihj fas esset, aut isthuc aduolare, aut redire Augustam malim[s], quam his perplexis, grauibus[t] et periculosis negocijs operam dare. Paulo ante discessum suum, Cardinalis mihj conquestus[u] est[v] sibj displicere Caesaris responsa[5], quod[w] [?] mordicus vrgeret nouam declarationem circa illa, (Proponentibus Legatis etc.) futuram in Synodo[6], quod[x] [?] praeterea uellet ex nationibus nouas fierj deputationes, et quod[y] [?] postularet Bullam de reformatione Conclauis ad Synodum

a) *In arch. sequitur* se, *oblitt.* b) *In arch. subter vv.* Archiepiscopus *usque ad* ordinandj *incl. (a Polanco?) linea ducta est.* c) disceptandu *A.* d) concessione *B.* e) *Sic Can. sua manu correxit* prius, *quod eius librarius posuerat.* f) praesidibus *B.* g) ursurum *B.* h) consultatione *B.* i) huic *A.* k) pres *A.* l) *Supra vers. scriptum.* m) *B om.* cum. n) *Ita AB.* o) eiusmodis *B.* p) *Ita AB.* q) *B haud recte:* tractari et. r) *In arch. sequitur* causam, *a libr. oblitt.* s) mallem *B.* t) grauibusque *B.* u) quaestus *B.* v) *In arch. sequuntur* se *et alterum v. (obscurum), a libr. oblitt.* w) *Vel* qui, *ut legit B.* x) *Vel* qui, *ut est in B.* y) *Vel* qui, *ut est in B.*

[1] Brus archiepiscopus Tridento 28. Maii 1563 Oenipontem ad Ferdinandum I. commentarium misit, quo, ut ab ipso iussus erat, ostendebat, quibus rationibus a concilio peti posset, permitteretur, ut Bohemi sacram eucharistiam sub utraque specie sumerent et, qui „Utraquistarum" futuri essent sacerdotes, ab archiepiscopo pragensi ordinibus initiarentur (*Bucholtz* l. c. VII, 658—659. Cf. etiam *Ant. Frind,* Die Geschichte der Bischöfe und Erzbischöfe von Prag, Prag 1873, 184—186).

[2] Ex „Libello Reformationis", de quo v. supra p. 57 101 197 etc.

[3] Cf supra p. 94—95. [4] Act 21, 14. Mt 6, 10.

[5] Haec responsa posuit *Sickel,* Trient 498—500.

[6] Confer, quae de hac re sub ipsas has litteras dicentur.

referrj. Haec tria[a] [?] non sine dolore narrauit[b] mihj Cardinalis nimium urgerj a Caesare, ut uereretur nouas idcirco[c] turbas in Synodo exorituras. Orandus Dominus[d], ut has similesque difficultates e medio submoueat, quo ad eius fierj potest.

Remitto partem scriptj quod proxime isthinc[e] [?] missum fuit. Dominus[f] gratiam nobis suam per sacrificia et preces R. Tuae uberem largiatur. Proxime scribam Reuerendo patrj Salmeronj. Liber ille D. Villalpandj[1] nunc[g] ad praelum[h] mittitur a D. Staphylo et commendatur nostris ac Typographo Jngolstadiensi[2]:

Oenipontj 14 Maij 1563.

Nunc allatae sunt aliae, 12 et 14 Maij scriptae. Adiunctas mittemus Monachium, Jngolstadium, Moguntiam et in Belgicam.

Rector[3] hinc a me Augustam est missus, tum quod saepe ad nostros recreandi animi causa excurrere optauerit, tum quod hac relaxatione non parum indigere uideatur spiritus in eo tristis querulosus et fastidiosus, ut scripsi antea: tum quod eius absentia, dum hic maneo, minus detrimenti adferat collegio: tum ut quaedam ad scholas pertinentia coemat Augustae[4]. Redibit autem cum nostros inuiserit Monachij. Praecipuum fontem tentationum quas annis iam sex pertulit, hunc esse puto, quod sibi persuaserit miser, rectius se corpore animoque habiturum et pluribus profuturum, si extra societatem[i] uersetur[k], huius enim[l] disciplinam perfectiorem esse, quam ut[m] obseruare eam posse confidat[n]. Eundem spiritum in P. Martino[5] deprehendo: uterque igitur apud nos sine spiritu in misera seruitute[6] uersari uidetur, nihilque gustus capiunt spiritualis ex ijs, quae ratione instituti[7] faciunt unde ad externam illam libertatem adspirant[o] sub praetextu quodam pio cum Germanis ubi et quando ipsi uolunt, conuersandi. Hinc illae lachrymae[p] [8] · placet autem mihi quoque, nihil circa hos immutari ante p. Natalis aduentum. Js risu excipere solet Dirsianas querelas et tentationes[q] si quando cum Rectore agit . mihi

a) *Sic A; sed malim legere* omnia, *quod est in B.* b) narrauipo *A.* c) iterum *B.* d) Deus *B.* e) *Sic, puto, legendum est hoc v., in arch. valde obscure scriptum;* isthuc *B.* f) Deus *B.* g) *A Can. ipso (17. Maii? Cf. infra p. 202) corr. ex* ut spero, *quod libr. scripserat.* h) *Quae sequuntur, usque ad* Oenipontj *excl., Can. sua manu scripsit, oblitteratis vv., quae libr. scripserat:* perueniet ut primum hinc Doc. Staphylus discesserit [?], qui [?] se [?] promittit [?] operam [?] suam [?] collaturum [?], ut hic liber Jngolstadij typis aedatur. i) societate *A.* k) uerseetur *A.* l) inim *A.* m) *Sequitur* se *vel simile v., a Can. oblitt.* n) considat *A.* o) *Supra vers. scriptum.* p) lachymae *A.* q) *5 vv. sqq. a Can. in marg. addita sunt.*

[1] Apologia indictionis concilii Tridentini; v. supra p. 166 186—187.

[2] Alexandro et Samueli Weyssenhorniis.

[3] P. Ioannes Dyrsius S. J., collegii oenipontani rector.

[4] *Polancus* in margine (ut supra p. 198[4]): „dexele sborrar e trattengalo insin' alla venuta del P. Nadal."

[5] Stevordiano. [6] Cf. Phil 3, 3. Io 6, 64. Iac 2, 26 etc.

[7] Institutum sive constitutiones, regulas etc. dicit Societatis Iesu.

[8] „Hinc illae lacrimae": Ex *Terentii* Andria, act. 1, sc. 1, v. 99, haec transsumpserunt *Cicero,* Oratio pro M. Caelio c. 25, n. 61, et *Horatius,* Epistolae l. 1, ep. 19, v. 41.

non negligendae illae uiderentur[a] [?] in Rectore collegij, quj non ueretur dicere, Non possum ita viuere amplius. Non iuuant vestra consilia, quae sepe repetitis. Absolui me opus est hoc munere, et tale quid promisit P. Natalis inquit, tantum vt manerem praesente hic Caesare. Dominus igitur tum P. Dirsio, tum huic collegio uelit adesse per orationes et prudentiam superiorum.

Videtur et mihi non rogandum esse Caesarem ut abire me sinat: quia rogatus[b] abnueret, vt Staphylo factum est, et quia nos hic retinere statuit ob causam superius adductam, ac praeterea quod expectari a nobis uelit, quae nouus Legatus isthic instituet, ac Patres agent in primis actionibus, vnde multa pendere putant, Orabo igitur Caesarem, vt literis ad Canonicos datis Augustam, meam excuset absentiam[1]. Vt isthuc veniam postea, non uideo rationes commodiores, quam si Reuerendae p. T. sententiam proferam, ut quae cupiat mecum de rebus aut prouintiae nostrae, aut Societatis coram agere[2]. Posset fortassis admoneri quoque Card. Augustanus, si Mantuam ueniet, ut me literis euocaret, acturus scilicet de collegio Dillingensi et de statu Ecclesiae Augustanae. Qua de re ad Caesarem scriberet. Verum ante festum S. Trinitatis[3] hinc nos dimitti non posse arbitror. Manebo autem eo lubentius, quod non modo mihi et Caesari pollicear multorum orationes et oblationes paratas, inprimis autem patrum meorum, verumetiam quod fructum illarum in tractatione rerum uidear experiri. Rigida collegarum consilia nihil ualuerunt: eorum replicae (ut vocant) contra Legati responsa licet animum Caesaris iterum impedirent, inefficaces tamen sunt redditae, ut Legatus non solum quae optabat[c], impetrauerit, sed plura etiam quam sperabat, fuerit[d] consequutus teste D. Delphino . qui permouit, vt ait, Caesarem tandem, ut uim facere destiterit ille circa declarationem nouam[e] illorum uerborum, proponentibus Legatis: ut praeterea Bullam de Conclaui Pontificis arbitrio permiserit, siue proponat et submittat illam aliasque plures Concilio, siue non: postremo ut supersederit a nouis illis deputationibus, si nouas in synodo turbas excitaturae uiderentur[4]. Itaque Cardinalem, quem ego tristem in lecto dimiseram, cum ad extremum illi ualedicerem, loetum tandem et ingenti consolatione affectum abijsse[5], multaque sibi de rerum successu promisisse ait D. Nuntius, cui hac in parte fidem habendam plane duco. Quae si uera sunt, merito gratias Deo agimus, qui Cardinalis aduentum adeo foelicem dedit,

a) *Vel* videntur, *ut est in B.* b) *In autogr. sequitur* nihil, *oblitt.* c) *A Can. corr. ex* uoluerit. d) *A Can. corr. ex* sit. e) *Sequitur* circa, *oblitt.*

[1] Imperator id praestitit; v. infra monum. 563.

[2] *Polancus* in margine (ut supra p. 198[4]): „non est necesse fiet quod opus erit."

[3] 6. Iunii.

[4] Vide, quae de hac re sub ipsas has litteras dicentur.

[5] Mottera (Mottarra, Matrei), ubi caesaris responsum per Delphinum nuntium (*Steinherz* l. c. III 299—300) accepit.

daturus etiam, uti speramus, per eundem, faeliciorem successum synodo, cum tanta nunc sit inter pont. et Caesarem consensio[a].

Pauca subiungam, quae ad res cum Caesare conuenientius tractandas haud parum[b] ut puto conferent. Judicant sapientes, Romae conceptam fuisse sinistram de Caesare opinionem, postquam admisit Cardinalem Lotaringum[1], ueluti nimium fideret huius consilijs, et nescio quid cum eo transegisset. Jnde factum putant, ut nimium oppugnarent Caesarem quibusdam practicis, adferentes diffidentiam, suspiciones et nescio quae indicia[c]. Caesariani pro sua simplicitate tractatum hic dicunt a se Cardinalem, neque commissum esse quicquam, quod pontificem laederet[d]. Vellent igitur ex parte pontificis, maiora signa uerae confidentiae in Caesarem extare, neque tantum loci dari[e] suspicionibus et practicis, nimium (ut aiunt) apud Jtalos usitatis . praeterea reprehenditur, nihil fere in Vrbem mitti posse, nisi quod statim euulgetur: ut secretorum et literarum non habeatur iusta ratio, sed statim omnibus fere constet de scripto et voluntate Caesaris[2]. Adhaec[f] ualde perturbat animos, Romae statim facto declarari contrarium eius, quod in Synodo decernitur, sicut de quaestoribus in Regnum Neapolitanum missis post factam in synodo prohibitionem ferunt[3]. Demum cum Bullae nunc recentes edantur in Vrbe, putant illarum exequutioni non adiungi studium debitum, et forte uix exiguum, quasi propterea non serio meditentur Rom. Curiae reformationem. Verum haec insipiens ego ut audio, sic refero, partim ut sciam quid in his cum objciuntur, respondere congruat, partim vt scandala quae inde[g] prouenire possunt et incommoda monitis illis qui consilio et auxilio hic Ecclesiae[h] succurrere possunt, per Dei gratiam submoueantur[i].

Verus ille rumor est, Theologos Caesaris in eo conuenisse, ut responderint et scripserint, Papam supra Concilium esse . sed ijdem suaserunt, declarationem adiungendam illis uerbis decreti, proponentibus Legatis. Prudentior Caesar mutauit, ut audimus, sententiam. In reliqua consultatione nihil metuo magis, quam a disputatione de usu calicis. E multis locis nuntiatur, ciuitates quae hactenus[k] in Germania uisae sunt Catholicae, ad usum calicis non sine ui quadam pro-

a) *Subter vv. sqq., usque ad* Romae *excl., linea (a Pol.?) ducta est.* b) *2 vv. sqq. a Can. supra vers. addita sunt.* c) *Sic A;* iudicia? *Ita, ut videtur, B.* d) loederet *A.* e) dare *St.* f) Adhuc *B.* g) hinc *B.* h) *Sequitur* consul, *a Can. oblitt.* i) *A Can. corr. ex* subueniantur. k) adhuc *B.*

[1] Oeniponte; cf. supra p. 50 100 et infra monum. 547.

[2] *S. Carolus Borromaeus* Roma 8. Iunii 1563 Delphino nuntio: „Ci siamo meravigliati d'haver inteso da qualch' uno, che S. Maiestà si doglia che qui non sappiamo tener secrete le cose sue, havendo noi tenuto secretissimo et questo et tutto quel che S. Maiestà ha scritto di secreto in ogni tempo“ (*Steinherz* l. c. III 332).

[3] Concilium 16. Iulii 1562 in sessione XXI. (de ref. c. 9) statuerat, ut prorsus aboleretur officium „quaestorum“ sive eorum, qui pontificis maximi auctoritate indulgentias aliasque gratias spirituales per varias terras promulgabant simulque pecunias colligebant ecclesiarum aedificationi aliisque piis usibus impendendam (*Pallavicino* l. c. l. 17, c. 10, n. 12 13). At ea lex, quia summus pontifex concilii decreta nondum confirmaverat, tunc nondum vigebat.

rumpere. Qui Catholici principes hactenus[a] sunt existimati Juliacensis[1], Brunsuicensis[2] et Bauarus[3] concedunt hanc communicandi formam in Ecclesijs, quod putent, plus periculi fore in obsistendo, quam nunc sit in concessione[4]. promisit Bauariae Dux, ad festum D. Joannis se habiturum ius concedendi ab ecclesiasticis, et idcirco hic ualde postulauit a Cardinale[5], ut Synodus uel Pontifex annueret. Staphylus negotium urget. Rex[6] apud se habet et fouet communionis huius non minimos patronos. Caesar tolerat passim ita communicantes, metuunt seditionem et motus graues, si opponant se nouatoribus. quorum tanta sit[b] uis, vt nisi illis indulgeatur, Catholici cum illis uiuere et manere non possint. Itaque fracti esse et desperati uidentur horum principum animi, quos erigere et ad zelum Religionis tuendae permouere difficillimum erit, praesertim cum alij, etiam docti, hic de rigore aliquid remittendum putent, vt ne extrema sectarj uelle uideamur[c] in hac temporum peruersitate. Sed non satis facit mihi humana isthaec prudentia. Tempus est confitendi nunc ea quae ad Ecclesiae authoritatem uindicandam spectant, et si ueritas odium parit[7]: sed uirtus circa difficilia uersatur[8]. Tantum admoneri cupio, qua sit uia in his mihi progrediendum, et iuuabunt patrum meorum preces, vt intelligam, uelim et possim meo respondere muneri, quod Christo et Ecclesiae nunc debeo. Dominus nobiscum. Belgicas adiunximus. Recte fratres habent. Oeniponti 17 Maij 1563. Hodie discessit Archiepiscopus pragensis[d]. Cauendum nobis ab istis Oratoribus Caesaris, qui dolet sibi non suppetere quos mittat alios[9]. Seruus in Christo P. Canisius.

Est hoc loco Joannes Flander, valetudinarius, qui loci mutatione nonnihil forte adiuuaretur[10]. Vnde posset Augustam transferri, ubi scriptorem aliquando sine offensione valetudinis mihi praestaret, ac commodior esset fortasse, quam Slauus[e][11] e Vienna mittendus, uti P. Natalis pollicetur, ad quem ea de re quoque scribam[f].

a) adhuc *B.* b) est *St.* c) videamus *B.* d) *VV. sqq., usque ad* Seruus *excl., a Can. addita sunt, cum nomen ab eo iam esset subscriptum.* e) Glauus *B.* f) *Quae sequuntur, in B desunt.*

[1] Guilielmus. [2] Henricus. [3] Albertus V.

[4] De tribus hisce principibus vide supra p. 132 136 152.

[5] Morono. [6] Maximilianus II. [7] Sententia, quae ex *Terentii* Andria act. 1, sc. 1, v. 41 in *Ciceronis* Laelium c. 24, n. 89, inde in proverbium venit.

[8] „Virtus est circa difficile": *S. Thomas Aquinas* (Summa theologica II, II, q. 123, a. 6, n. 1) ex *Aristotele*, Ethica Nicomachea l. 2, c. 3 (alias 2), n. 10: „*Περὶ τὸ χαλεπώτερον ἀεὶ καὶ τέχνη γίνεται καὶ ἀρετή*" (in versione antiqua, quae olim usitatissima erat: „Circa id, quod difficilius est, semper et ars et virtus versatur." *Sylv. Maurus* S. J., Aristotelis Opera illustrata II, Romae 1668, 40).

[9] Brusium, Drascovitium, Thunium, Ferdinandi I. apud concilium oratores, eius animum perturbasse et in pontificem eiusque legatos instigasse notatum est supra p. 184. Vide etiam, quantum de Drascovitio iam a. 1562 questus sit S. Carolus Borromaeus, apud *Ch. Sylvain*, Histoire de Saint Charles Borromée I, Lille 1884, 176—178.

[10] De oenipontano hoc „Ioanne Flandro" v. supra p. 128[1]. *Polancus* in margine (ut supra p. 198[4]): „[Escri]ba al Padre Nadal que se pensaua de" —.

[11] Petrus Slavus (de Chiasira)? Cf. *Can.* III 186[1]. Anno 1566 Oeniponte „Thomas Negalicz" S. J. slavus „humanitati" studebat (ex collegii *Catalogo, exeunte

† Admodum Reuerendo in Christo patri meo [Magistro] Jacobo Lainez preposito generali [S]Ocietatis JESV Tridenti.

Quae Canisius in gravissimis his litteris refert de Ferdinando I. caesare ad moderatiora consilia in controversiis hisce tridentinis capienda tandem adducto, aliis monumentis tridentinis confirmantur et illustrantur. Ita cardinali Morono ad „replicam“, qua ad caesaris responsum 7. Maii 1563 sibi traditum rescripserat, eiusdem caesaris nomine haec, praeter alia, dicta erant: „Maiestas S. C. satis scit hanc facultatem de libertate proponendi non solum a Maiestate S., verum etiam ab aliis Christiani orbis regibus ac principibus, idque multo ardentius ac vehementius, postulari . quapropter desiderat Maiestas S. ut ad satisfaciendum piis illorum in hac parte desideriis diserte hoc in ipso sacro concilio declaretur, ut non solum proponendi facultas illis integra sit qui eam de iure et antiquorum conciliorum consuetudine habent, sed ut et Reverendissimi D. legati nomine Maiestatis S. aliorumque catholicorum regum et principum ea quae hisce ad conservandam catholicam religionem in regnis et dominiis suis necessaria videntur et de quibus ipsi Reverendissimi D. legati voce vel scripto informabuntur, proponant, ita ut si id non fecerint, facultas proponendi ipsimet Maiestati S. dictisque regibus ac principibus reservata censeatur.“ (*Sickel*, Trient 498--499). Paulo tamen post caesarem consilium mutasse et tum ea, quae Canisius in altera harum litterarum parte recenset, tum alia concessisse patet et ex eius epistula Oeniponte 13. Maii 1563 data, quae eodem die Morono Oenipontem iam egresso „Motterae“ tradita est (exstat apud *Sickel*, Trient 500—502), et ex „Summario“ illo sive „Responso conclusivo“, quo „reverendissimus D. legatus a majestate sua dimissus est“, quodque typis exscriptum est a *Martène-Durand* l. c. VIII 1351—1354, *Bucholtz* l. c. IX 686—689, aliis. *Ferdinandus* enim de deputationibus: „Nemini“, inquit „legem impositam volumus, sed quicquid in ea re optimum factu visum fuerit, ei nos ex parte nostra lubenter accommodabimus“. De verbis „Proponentibus legatis“, „quamvis antehac instetisset ut verbalis super iisdem declaratio aliqua fieret“, iam se contentum fore, si re ipsa et sibi et reliquis principibus proponendi facultas daretur. Intellexisse se etiam, de „reformatione universali“ plurima Tridenti iam esse decreta, atque rogare, ut si quae superessent reformanda, cardinales legati id curarent. Reformationem conclavis a Pio IV. factam sibi „mirifice placere“; hoc tantum se desiderare, ut ea bulla ad effectum deduceretur atque ut, sicut cardinalibus et „conclavistis“ eam neglecturis graves poenae iam essent propositae, ita similes poenae oratoribus principum et aliis quibusdam proponerentur. Praeterea *Delphinus* nuntius 13. Maii Motterae Morono rettulit, „haver inteso dal dottor Sceldio, che S. Maiestà si risolvè di non far far instantie in concilio per alcuno delli tre capi“ (deputationum ex nationibus faciendarum, iuris proponendi, reformationis „in capite“): *Steinherz* l. c. III 296 300.

Quae confirmantur litteris Tridento 17. Maii 1563 a *Morono* Romam ad Borromaeum missis; ubì ille etiam de Ferdinando I. scribit: „Mostra nell' ultima lettera, che mi scrisse, di avere intentione . . . solo, che si dia sodisfazione alle nazioni esterne, con mostrare di tenerne conto, et ammettere esse ancora alle consulte private; Lasciando però libero alla Congregazione generale di determinare le materie proposte, secondo la pluralità de voti.“ Ac quod ad cardinalium numerum attineret, hunc a caesare pontificis arbitrio omnino permitti; de eorum autem „qualitate“ „S. Maiestà restarebbe sodisfatta se S. Beatitudine provedesse lei consue bolle à parte . . . e se ne facesse qualche menzione in Concilio; non perche il Concilio dovesse censurarla, ò autorizarla, ma quasi perche fosse provisione più publica al mondo, e perche li successori di S. Beatitudine avessero più rispetto à contravenirli“ (*Schelhorn* l. c. [cf. supra p. 161] 215 218—219. *Steinherz* l. c. III 303—312).

---

a. 1566 scripto. Cod. „GSC 66“ f. 413—414). *Polancus* Tridento 27. Iulii 1563 P. Dyrsio eiusdem collegii rectori *scripsit: „Puto non missum esse Joannem Viennensem otiosum Oenipontum sed forte scriptor mittebatur Patri canisio“ (ex apogr. eiusd. temp. Cod. „V. P. 63“ f. 137ᵃ).

Sicut superiores Canisii epistulae (v. supra p. 184 194). ita, puto, haec quoque a Lainio Romam ad Sanctum Franciscum de Borgia vel ad P. Matritium missa est; nam quae Tridenti apud Lainium tunc relictae sunt epistulae, postea perierunt; eadem certe hanc atque illas mittendi exstabat causa.

Praeterea, id quod ex Polanci litteris 25. Maii 1563 Canisio missis constat, cum alia epistulae capita, tum illud, quod de imperatore a curia romana melius tractando et de „reformatione" ecclesiae serio instituenda est, Tridenti Cardinalis Moroni rogatu a Societatis hominibus ex epistula archetypa breviter et ita, ut Canisium ea scripsisse Romae intellegi non posset, exscripta et eidem Morono tradita sunt; quae ab eo Romam ad cardinalem Borromaeum missa eidem gratissima fuerunt. Vide, quae ea de re Polancus Tridento 24. Maii 1563 Romam ad Matritium et 3. Iunii 1563 Oenipontem ad Canisium scripsit, infra p. 216 235. Cf. etiam infra monum. 562. Apographum illud adhuc exstat Romae in archivo vaticano, Cod. „Conc. di Trento 32" f. 388 (*Steinherz* l. c. III 320 321).

Concilii praesides 10. Iulii 1563 a Pio IV. iussi sunt in rebus ad Germaniae et similium terrarum tranquillitatem spectantibus ex imperatoris sententia se gerere (*Steinherz* l. c. III 363). Tum hae Canisii litterae, tum quae de capitibus quibusdam earum cardinali Morono traditis ac per hunc ad pontificem misis modo dixi, clare ostendunt, quam non recte *H. Ph. K. Henke,* abbas et theologiae professor lutheranus, de Lainio, Canisio, Salmerone scripserit: „Ohne" ihren „Einfluss . . . würde auch die Tridenter Synode einen andern Ausgang und Erfolg gehabt haben. Sie vornehmlich waren es, welche die Hoheit der Päpste so nachdrücklich unterstützten; sie, welche alle bischöfliche Gewalt als Ausfluss der Gnade des Römischen Stuhls vorstellten; sie, welche jeder Verbesserung der Begriffe, jeder Abstellung alter Missbräuche, so tapfer entgegenarbeiteten" (Allgemeine Geschichte der Christlichen Kirche nach der Zeitfolge (3. Th., 4. Aufl. [Braunschweig 1806] 220—221).

Ad quae certe responderi possunt, quae Lainius olim per *Polancum* Tridento 13. Aprilis 1563 Vindobonam ad P. Ioannem de Victoria S. J. *scripserat: „Del rumore che di la si è sparso che li nostri siano molto fautori delle parti del Sommo Pontefice se s'intende dell' auctorità di quella sedia data da Christo à gloria sua e bene della Chiesa è bene il douere della Compagnia con ogni sforzo difenderla seconde le sue deboli forze; se s'intende che si dia fauore agl' abusi che ci sono, sono molto male informati quelli che lo dicono, perche tutto l'opposito è uero, come la istessa Corte di Roma lo sa, in cui mezzo li nostri nelli pergoli parlano, et hanno parlato con tanta libertà, quanta conueneua contra li detti abusj e cosi lo fanno nelli particolari ragionamente" (ex apographo totius epistulae, eodem tempore scripto. Cod. „V. P. 62" f. 277 b). Atque Neapoli 2. Iulii 1564 P. *Alphonsus Salmeron* S. J., qui et ipse ex tridentinis Societatis theologis fuerat, Stanislao cardinali Hosio *scripsit: „Haesi romae ad paucos dies et semel apud sanctum petrum coram magno cardinalium et episcoporum et aliorum virorum numero predicare coactus sum. non defui (dei gratia) officio meo, nonnulla mihi acerbiora contra auariciam et sordes urbis et contra pastores non residentes (vtinam tam fructuose quam opportune[a] et vere) exciderunt" (ex autographo, quod exstat Frauenburgi in archivo episcopali, Cod. „D. 10" f. 157). Et *Polancus* Roma 6. Iulii 1564 in *Epistula „Communi" Sociis hispanis missa ad ea, quae episcopi quidam hispani de rebus a Lainio aliisque Societatis hominibus in concilio tridentino gestis narrasse ferebantur, haec, praeter alia, notavit: „Con pretestos de reformar la curia (alo qual dio harta ayuda Nuestro Padre hablando muy seueramente de la reformation della) tratauan algunos de quitar al Papa l'auctoridad que dios le dio, y attribuirsela a si, diziendo solo este medio tenian por bueno para la reformation . y en esta parte hallaron contradiction [de] los nuestros como era razon, en la residentia ellos por sus diseños pretennian que se declarasse ser de Jure diuino propriamente tomado id est indispensable etc. y en esta parte tampoco allaron los nuestros de su parecer, aun que si en declarar la obligation de residir sub poena de peccado mortal, y tambien de ser de Jure djuino largo modo."

a) opportunae *Salm.*

Et postquam de matrimoniis clandestinis irritis esse iussis aliqua disseruit, sic pergit: „Quanto a las otras cosas que dizen se dexaron de diffinjr por contradjction de los nuestros no se quales, ni creo que cosa ninguna buena por su contradiction se dexasse de diffinir [a], mas bien es uerdad que algunos dessos Sennores por uentura con buen zelo querian cosas poco proportionadas à estos tiempos, y que no tubieran execution antes por uentura la impidieran en otras, y no es de marauillar que quien no tiene pratica deste mundo que corre fuera de essas regiones de España no tubiesse tanto tiento en conocer las cosas que podrian tener execution" (ex apographo totius epistulae, eodem tempore scripto. Cod. „Epistol. Hispan. 1559 1564" f. 405).

Lainius Canisio per Polancum rescripsit 25. Maii 1563.

860. P. THEODORICUS CANISIUS S. J., collegii monacensis rector, CANISIO. Monachio medio fere m. Maio 1563.

Ex epistulae Petri Canisii apographo recenti (A), de quo plura infra p. 212.

De conventu quodam procerum Bavariae.

Canisius Oeniponte 23. Maii 1563 Tridentum ad Lainium ex litteris quibusdam P. Theodorici Canisii, sui ex patre fratris, haec refert de conventu quodam procerum Bavariae (ubi multi communionem sub utraque specie et maxime protestantismi propagandi libertatem sibi extorquere conabantur) pecuniae colligendae gratia ab Alberto V. duce indicto: „Frater Monachio scribit, Catholicos in magno metu esse, ne detrimentum accipiant in hoc indicto rursus conuentu." Plura v. infra p. 214—215.

861. CANISIUS **P. NICOLAO LANOIO S. J.,** collegii ingolstadiensis rectori. Oeniponte sub 15. Maii 1563.

Ex epistulae ad Lainium apographo A, de quo supra p. 197.
Etiam in Epp. *Nadal* II 291 [1].

Canisius Lainio, Oeniponte 14. Maii 1563: „Scribo ad p. Lanoyum, ut Dilingensis Collegij habitationes coram spectet, et de his nos certiores reddat." Cf. supra p. 198.

862. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO. Tridento 16. Maii 1563.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine epistulae, eadem manu: „Padre Canisio"; in margine „Postscripti", eadem manu: „Padre Canisio postcripta". Cod. „V. P. 63" f. 16.

Epistulae mentionem fecit *Polancus* in litteris Tridento 18. Maii 1563 Lainii mandatu ad P. Natalem datis (Epp. *Nadal* II 283).

Cardinalis Moroni benevolentia. Precationes pro eo fiunt. Litterae, quibus Canisius diligentiae eius testimonium reddit, aliis monstrantur. Rumores fausti de Morono. Canisius Oeniponte maneat oportet; cui licet P. Stevordianum Augustam ad contionandum mittere. P. Natalem collegia visitare praestat quam Oenipontem ire. Deus oratur pro Canisio etc. Cardinalis Lotharingi altera oratio de abusibus ordinis. P. Lanoius. Zoanettus. A cancellario Bavariae petendum, ut P. Cuvillonio Tridento abire liceat.

Pax christi etc.

Riceuette N. Padre quella di V. Reuerentia di 12. del presente, all' altra di 10. gia si fece risposta . ci siamo rallegrati in Domino della beneuolentia tanto stretta, che ha dimostratto lo Jllustrissimo

a) contradiction dexasse de contradir *apogr.; quae lapsu quodam calami ita scripta esse res ipsa ostendit.*

Legato[1] per ilquale s' è fatta et fara oratione assiduamente accio Dio benedetto si serua dell' opera sua in aiuto della chiesa como desideramo, si aspetta per domani, Et il testimonio di V. Reuerentia delli buoni ufficij che ha fatto detto Legato si mostrara doue parera conueniente, come s' è cominciato a fare.

S' è sparso qua buon rumore de che torni contento hauendo negotiato bene conla Maestà Cesarea, pero non sono tropo ben informati quelli delli quali è proceduto il tal rumore. Presto si sapra il certo, si per il detto del Cardinale, come per li effetti istessi.

Del star di V. Reuerentia in Hispruch per l' ultima fù scritto et adesso tanto piu nostro [Padre] s 'inclina (intendendo quello che scriue per l' ultima) a che resti V. Reuerentia uedendo che l' opera sua sia cossi importante per il ben comune, oltra il sodisfare alla uolontà di sua Maestà, et per predicar queste feste della pentecoste, et del corpus christi in Augusta, Veda V. Reuerentia se li parera mandar in suo loco al padre Martino[2] perche N. Padre se rimete al suo parer in questa parte, et giudicando che sia spediente V. Reuerentia le[a] scriua a lui, ò al Padre Lanoy, ò come meglio li parera.

Poi che il Padre maestro Natale si ocupa fruttuosamente nelli collegij della prouincia, N. Padre non se inclina insino a mo a chiamarlo per Hispruch non mostrando V. Reuerentia tal bisogno che reputi spediente lasciar quel negocio per attendere a quello che si tratta in Hispruch. Lo aiuto delle mese et orationi non mancara ricercandolo cosi la qualità et merito delle cose.

ogni di si fa congregatione sopra gli abusi, et ha tornato a dire il Cardinale di Lorena di quelli Articoli che li mancauano in tutta una Congregatione[3], et gl' altri uanno continuando. Nelle orationi et sacrificij di V. Reuerentia et di tutto il collegio de Hispruch .N. Padre et tutti molto ci raccomandiamo · di Trento 16. di Maggio 1563.

Pax christi etc.

Jl padre Lanoy (per il quale ua qùi una lettera et altra pel Dottor Zoanetto[4]) dice che essendo chiamato dal Padre Comissario[5] potria menar seco un certo sebastiano nouitio, .N. Padre rimette questo a V. Reuerentia, ò uero al Padre Comissario tanto l' andar del detto Padre, quanto del Compagno.

a) *Vel* lo.

---

[1] Cardinalis Moronus. [2] Stevordianus Ingolstadii contionabatur et theologiae studebat (Epp. *Nadal* II 283).

[3] Cardinalis Lotharingus id praestitit in congregatione generali 14. Maii 1563 „hora 11—14" (nostro loquendi modo fere h. 7—10 matutina) habita; orationis brevem summam posuerunt *Massarellus* l. c. II 273—274 et *Psalmaeus* (*Hugo* l. c. 387—388).

[4] Pro Francisco Zoanetto, nobili bononiensi et iuris professore in universitate ingolstadiensi; cf. *Can.* III 557 582.

[5] Hieronymo Natale. Is 18. Maii 1563 Pragam advenit (Epp. *Nadal* II 287).

Jl Padre Couillon pare a N. Padre stia qùi in Trento con poco frutto, et cosi hauera piacere, che V. Reuerentia scriua al Cancellario Echio che pare saria bene reuocarlo accio facessi qualche cosa in Jngolstadio [1].

Canisius Lainio rescripsit 23. Maii 1563.

863. CANISIUS CARDINALI **STANISLAO HOSIO**, uni ex concilii tridentini praesidibus, episcopo varmiensi. Oeniponte 17. Maii 1563.

Ex autographo (2°; 1 1/2 pp.; in p. 4. inscr. et sig.). Cod. goth. „E. H. 2" f. 116 117.

Epistulam ex autographo primus evulgavit *Cyprianus* l. c. 31—32.

Epistula usi sunt et particulas ex ea (germanice) proposuerunt *Riess* l. c. 319 372—373, *Kröss* l. c. 166, *Steinherz* l. c. III 313.

Hosio gratias agit, quod Canisium Tridentum venire cupiat; modo tamen Oeniponte sibi manendum esse. Cardinalem Moronum multa apud imperatorem effecisse, quae concilio futura sint utilia. Dolet, quod Staphylus concessionem calicis urgeat. Moronum librum quendam a protestantibus adversus concilium editum secum afferre. De Centuriatoribus. Seldium vicecancellariatu, quo cum laude fungatur, se abdicaturum esse.

† Pax Christi Jllustriss. Domine Patrone.

Ingentes ago gratias amplitudini tuae, quae subindicauit gratum sibi fore aduentum meum [2]. Id quod ego sic interpretor, vt certum sit argumentum summae tum beneuolentiae, tum humanitatis, qua me prorsus immerentem his annis prosequitur dignitas tua, cui alioquin anno superiore satis isthic molestus hospes fui [3]. Nunc Dei gloria et Ecclesiae commodum ita postulare uidentur, vt ab hac aula non digrediar, quantumuis priuatae commoditates alio vocent inuitentque. Vbi autem nullus hic vsus erit Canisij, vltro quidem amplectar et uenabor occasionem omnem cum amiciss. Patres inuisendi, tum Jllustriss. Patrono me totum subijciendi. Multa hic foeliciter esse confecta gaudeo, Deoque gratias ago qui Jllustriss. Cardinalis D. Moroni praesentiam Sacrae synodo inprimis utilem reddidit apud Caes. Mai. Sublata sunt non vulgaria impedimenta, vt ille coram exponet procul dubio, quae futuris Synodi actionibus uehementer aduersarentur. De reliquis ad nostros plura. Nuntiabit etiam aliquid D. Staphylus, qui negotio calicis nimium implicatus mihi videtur: vtinam in potioribus operam Ecclesiae iuuandae nauaret. Sed libenter inter se dissentiunt etiam medici: quod vnus pro pharmaco praebet aegroto, alius aut toxicum aut noxium interpretatur. Sentiant ut ut uelint Principes: errare malim cum Episcopis in re huiusmodi sacra, quam cum Principibus istis [4]

[1] Cf. supra p. 142 162. Hoc ipso die 16. Maii 1563 Roma Tridentum venit Dr Sigismundus Viehauser, qui, cum (una cum Ottone Henrico a Schwarzenberg) Alberti V. nomine „calicem laicorum" a Pio IV. petisset, ab hoc ad concilium erat remissus (*Knöpfler* l. c. 112).

[2] Vide supra p. 189 194. [3] Vide *Can.* III 442—462.

[4] Ferdinando I., Carolo IX., Alberto V., Guilielmo Cliviensi etc.

sapere. Librum autem aduersus Synodum nuper editum[1] ostendet dictus Jllustriss. D. Cardinalis, uti promisit: plura in eo maledicta cumulantur, quam in priore illo Ratisbonae prius excuso, qui hic etiam iterum assuitur[2]. Adieci noua quaedam, si tamen D. Staphylus ea non misit antea.

Centuriatores modo distracti sunt, vt communes operas conferre non possint ad Centurias reliquas absoluendas[3]. Dominus IESVS amplitudinem tuam diu nobis incolumem tueatur. Oeniponti. 17 Maij 1563.

D. Seldius intra mensem se abdicabit munere, quod hactenus magna cum laude sustinet in hac aula[4]. neque constat de successore. Dominus largiatur virum Catholicum Caesari pro Vicecancellario, qui pro dignitate graui huic provintiae faciat satis.

Seruus in Christo P. Canisius.

† Jllustriss. Domino et Reuerendissimo Patri, D. Stanislao Hosio Cardinali et Episcopo Warmiensi, S. synodi praesidi Patrono ampliss. Tridenti.

Inscriptioni autographi manu eiusdem temporis adnotatum est: „resp. 25 Maj 1563".

Ernestus Salomon Cyprianus, gothani protestantium protosynedrii praeses vicarius (vir ceteroquin in catholicos haud ita male affectus), his litteris haec, praeter alia, de Canisio adnotat: „Calicis vsum . . enixissime dissuasit. Intelligitur eius de hac re sententia ex literis, quas iam edimus, vt hoc exemplo discant partium semel electarum amore capti, quantopere etiam summa ingenia delirare possint, cum purpurissum pro pulchritudine habere incipiunt, vnique veritati studere desinunt" (l. c. 33). At Canisius nequaquam partes semel electas offirmata voluntate tenuit; sed cum initio aliquid de calice concedendum esse censuisset (*Can.* III 749—752), postea, re melius perspecta, omnem concessionem dissuasit, quod ex ea nullus fructus sperari, multa incommoda timeri deberent; id quod verum fuisse rerum eventus luculenter monstravit; unde iidem illi principes, qui calicis concessionem vehementissime flagitaverant, paucis annis post eandem revocari rescindique vel ipsi optaverunt vel saltem facile passi sunt.

---

[1] Librum „Protestatio concionatorum aliquot" etc., de quo supra p. 188.

[2] Galli et Illyrici „Norma simul et praxis", de qua supra p. 68.

[3] Operis „Ecclesiastica Historia, integram Ecclesiae Christi ideam, . . . secundum singulas Centurias . . complectens . . . Per aliquot studiosos et pios viros in urbe Magdeburgica" primae sex „Centuriae" in lucem iam prodierant (cf. *Can.* III 29). Sed cum Flacius Illyricus, praecipuus operis auctor, a. 1557 Magdeburgo Ienam abisset, Ioannes Wigandus et Matthaeus Iudex, qui ab eo secundi erant, a. 1562 Magdeburgo Vismariam (Wismar) discesserunt (*Preger* l. c II 108 425).

[4] Es „urtheilten die Jesuiten sehr wegwerfend über den Vicekanzler": Ita perperam *A. v. Druffel* l. c. [cf. supra p. 81[3]] 679. Ceterum laudes, quas Canisius Seldio tribuit, confirmantur „Relatione", quam de Germaniae rebus a. 1562 *Iacobus Soranzo,* Venetorum apud imperatorem orator, ad ducem suum misit; ubi ille: „Il Seld", inquit, „è stimato intelligentissimo, principalmente nelle cose appartenenti all' Imperio, onde si può dire ch' egli è quasi solo quello che fa il tutto": *Albèri,* Relazioni [cf. supra p. 102]. Serie I. Vol. VI., Firenze 1862, p. 146. Seldium vere catholicum fuisse et de rebus religionis similiter atque Albertum V. Bavariae ducem sensisse affirmat etiam *Rob. Holtzmann,* Kaiser Maximilian II. bis zu seiner Thronbesteigung, Berlin 1903, 527.

864. CANISIUS **P. HIERONYMO NATALI**, visitatori Societatis Iesu. Oeniponte paulo post 16. Maii 1563.

Canisium paulo post 16. Maii 1563 ad Natalem litteras dedisse, quibus, praeter alia, de Ioanne Flandro Societatis fratre scholastico aliqua cum eo communicabat, ex epistulis a Canisio ad Lainium 17. Maii 1563 et a Polanco ad Canisium 25. Maii 1563 datis (supra p. 204 et infra p. 222) intellegitur.

865. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO.

Tridento 18. Maii 1563.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „Padre Canisio," Cod. „V. P. 63" f. 20 a.

Ex Sociorum coloniensium scriptis aliqua a Lainio recognita mittit; reliqua Tridenti a Sociis recognoscuntur. Collegia friburgense, vratislaviense, dilinganum. In concilio petitum est, ut procuratoribus suffragium daretur; id quod parum expedit.

Pax christi etc.

All' ultime che teneuamo di V. Reuerentia de 12. del presente si fece risposta auanti hieri, dopoi non hauemo riceuuta altra sua, ma questa si scriuera conla posta ordinaria per cominciar a rimandar li scritti di colonia[1], delli quali uanno qùi duoi trattati quali paiono buoni à N. Padre che li ha uisto, solamente giudica si debbiano riuedere auanti che si stampino, accomodando un poco il stilo, come li in Colonia lo sapranno fare . gl' altri scritti, che ha compartiti nostro Padre fra altri che qùi stamo[a] [?] per uederli se andaranno mandando poco a poco hauendo conferito con esso nostro Padre quello che sara notato. V. Reuerentia potra scriuere il parer di .N. Padre a Colonia et anche il suo se uorra.

Jl Padre Natale scriue che se il disegno de Friburgo riesce[2] li pare doueria preferirse a quello de Vratislauia pero V. Reuerentia ueda seli pare douer sollicitare questa cosa, et se maturara per insino al autuno forsa si potra dar principio quest' anno insieme con quello de Dilinga. Nelle cose del Concilio c' è poco de dire, se non chè l Reuerendissimo Quinque Ecclesiense insieme coll' Jmbasciator del Re di Francia hanno cominciato una nuoua questione[3], cio è de che li procuratori delli Vescoui absenti habbiano uoce nella congregatione de i Prelati[4], et pare che il Cardinal di Lorena, benche lui non disse

a) *Vel* stanno.

[1] Cf. supra p. 172. *Polancus* Natali, Tridento 18. Maii 1563: „Los de Colonia han embiado aca ciertos scriptos que han hecho contra algunos hereges, como el Kemnizio, Hartopeio, y Monheo, y a N. Padre han parecido buen" (ex apogr. eiusd. temp. Cod. „V. P 63" f. 19. Etiam in Epp. *Nadal* II 286).

[2] Friburgi Brisgoviae collegium Societatis condere volebant; v. supra p. 158.

[3] Georgius Drascovitius et, oratorum gallorum nomine, Arnoldus Ferrerius (du Ferrier) id fecerunt in congregatione generali 17. Maii 1563 mane habita (*Massarellus* l. c. II 276—277).

[4] In generalibus hisce patrum congregationibus tunc episcopi, abbates, praepositi generales ordinum sententiam, eamque „decisivam" sive „definitivam", fere-

niente nella Congregacion publica come l' Jmbasciatori detti[1] pare [*sic*] ua procurando il medesimo; cio è che habbiano uoce li Theologi mandati perli principi, non definitiua, ma consultiua nelle congregationi dei Prelatj . sono cose atte per prolongar più il Concilio et non credo conuengano, ne che anche saranno concesse per sua santita perche de iure questo non si puo fare[2], ne forsa parera a sua santità espediente che per priuilegio dicano li procuratori detti. Del resto si fanno congregationi, mattina et sera con assai diligenza. Nelle orationi et sacrificij de V. Reuerentia et di tutto il collegio de Hispruch .N. Padre Preposito congl' altri molto ci raccomandiamo. Di Trento li 18. di Maggio . 1563.

Canisius Lainio rescripsit 23. Maii 1563.

866. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu.
Oeniponte 23. Maii 1563.

Ex apographo recenti (A), quod exscriptum est ex autographo, in cod. „E. C. I.“ f. 301 et sq. non sign. (n. 118) posito; epistulae inscriptio ab aliquo altero facta est. Exstat etiam alterum apographum (B), quod sub a. 1860 curante Boero ex autographo transcriptum, postea cum eodem collatum est.

Litterarum particulae exstant in Epp. *Nadal* II 276[1] 282[3] 304[1]. Apographum (C) prioris partis litterarum, quod Tridenti a Sociis scriptum et cardinali Morono traditum, ab hoc Romam ad cardinalem Borromaeum missum est, vulgavit *Steinherz* l. c. III 320—321. Eadem epistula usi sunt *Sacchinus*, Hist. S. J. II. l. 7, n. 50—53, et *Kröss*, Can. 166 167.

Scripta coloniensia. Canisius caesarem adiit; a quo apud Augustanos excusabitur. Cum caesare de haereticis coërcendis, dotatione collegii, reformatione egit. Perperam postulatur, ut curiae reformatio ad concilium referatur. Caesaris theologi novum brevioremque „Libellum Reformationis“ component. Quorum „rigida consilia“ Canisius timens, adiuvari cupit. Italicae nationi invident et pontifici diffidunt, qui procura-

bant; praeter quos aderant etiam oratores principum et paucissimi alii; sed ex his, ut testatur *Paleottus*, „solus auditor rotae, si quando a legatis sententiam rogabatur, consultivum, ut aiunt, votum proferebat (l. c. II 531). Quod autem superioribus annis procuratores quidem cardinalis Augustani et archiepiscopi Treverensis ad „vota consultiva“, procuratores archiepiscopi salisburgensis etc. ad votum decisivum erant admissi: Hoc vitio quodam sive errato Massarelli secretarii, illud singulari privilegio a Paulo III. 5. Decembris 1545 episcopis Germaniae concesso factum erat; ac Pius IV. litteris apostolicis 26. Augusti 1562 datis privilegium Pauli III. irritum esse iusserat. (*Massarellus* l. c. I 6 12. *Sickel*, Trient 510—511. *Merkle* l. c. I, LXXVII. *Pallavicino* l. c. l. 20, c. 17, n. 7—12; l. 21, c. 1, n. 9—14. Concilii Tridentini Actorum Pars prima, ed. *Steph. Ehses*, Friburgi Brisg. 1904, 443—444).

[1] Corrigenda igitur, quae de Lotharingo scribit *Raynaldus* l. c. in a. 1563 n. 92.

[2] In hanc sententiam etiam convenerunt, a legatis interrogati, Gabriel Paleottus, Scipio Lancellotus, Michaël Tommasius canonistae (*Pallavicino* l. c. l. 21, c. 1, n. 9 ad 11). In antiquis quidem synodis nonnunquam accidit, ut procuratoribus episcoporum etiam „votum decisivum“ concederetur (*Hefele* l. c. 1^2 20—21); sed Paulus III. 17. Aprilis 1545 constituit, ut episcoporum absentium procuratores ad excusandam tantum eorum absentiam admitterentur; quam constitutionem Pius IV. 26. Augusti 1562 confirmavit (*Massarellus* l. c. I 12. *Ehses* l. c. 405. *Raynaldus* l. c. in a. 1562 n. 126). Ceterum in congregationibus theologorum, sicut pontificis theologi, ita etiam theologi ab episcopis et a principibus missi sententiam dicebant. Plura infra.

tores cum iure suffragii ad concilium admitti volunt. Delphinus nuntius apostolicus imprudentius et curiosius agit. Periculum est, ne Bavariae dux calicem suis concedat; cui nuntium mitti oportere Delphinus censet, libenter ipse iturus. Collegia friburgense et vratislariense. PP. Lanoius, Stevordianus, Natalis. Curabitur, ut P. Curillonius Tridento avocetur. Valde placet litterarum indicarum versio a Cardulo facta. Canisius catechismum absolvet. Motus in Belgio.

† Pax Christi admodum Reuerende Pater.

Accepi datas 16° et 18° mensis huius. Coloniam reliqua mittam[1] et adscribam iudicium R. P. T. de scriptis. Monebo de corrigendo stilo alicubi, vt non edantur nisi utcumque limata.

Heri apud Caesarem egi, Reuerendae T. P. visum esse, vt maiorem haberem curam ipsi Caesari gratificandi et inseruiendi hoc tempore, quam Augustae contionandi. Quare si me diutius retinere vellet, literas ut daret ad Canonicos meam excusans absentiam easque promisit statim[2]. Deinde monui de quibusdam haereticis in oppido vicino[3] reprimendis. Jtem de collegij huius dotatione firma atque perpetua, de qua cupiebat alias iterum admonerj[a]. Multa insuper adiecit ille ad Reformationem pertinentia, improbans hoc pertinax studium recusandi censuram concilij in ijs rebus, quae ad Curiae Rom. reformationem spectarent. Verum vetus haec est et communis multorum cantio[b], quam auxisse magis quam imminuisse uidentur nostri collegae[c]. Nondum ad eam deliberationis partem ventum est, in qua de hoc erit capite iterum disceptandum. Relegimus et annotamus nunc ea[d], quae sub Paulo 3. et sub Julio 3. tum sub hoc ipso pontifice conclusit Synodus in causa reformationis. Postea conferemus[e] omnia cum libro Caesaris ante annum proposito[4], demum[f] hoc libro praetermisso, succinctim colligemus[g], quae Oratoribus isthic vrgenda Caesar committat[5]. Hic vereor certe, ne uincant[h] me collegae, suggerentes consilia rigida Caesari, et postulari consulentes ea, quae non expediat dare. Quare cupio inprimis hac in parte iuuari consilijs, imo et sacrificijs patrum fratrumque meorum precationibus, vt[i] mali conatus impediantur.

Legatus Venetus[6] eadem exposuit mihi, quae paulo post accepi scripta de turbis excitatis in Synodo. Jnter Germanos quidem et

a) *In C ex primo hoc litterarum capite haec tantum posita sunt*: Heri apud cesarem egi de quibusdam haereticis in oppido vicino comprimendis. b) cautio *Steinh.* c) *In apogr. C, quo usus est Steinh., haec ita mutata sunt:* imminuisse videntur quidam ex theologis, quos in consilium adhibet cesar. d) disceptandum. Perlecta sunt *C.* e) conferentur *C.* f) *In autogr. sequitur* quae, *a C. oblitteratum.* g) colligentur *C.* h) *Duo vv. sqq. in C omissa sunt.* i) quare precationibus instandum est apud dominum, ut *C.*

---

[1] Commentarios a PP. Henrico Dionysio et Francisco Costero, S. J., adversus Chemnitium et Artopeum scriptos; v. supra p. 211.

[2] De his litteris v. infra monum. 563.

[3] Halae (Hall)? Cf. *Hirn* l. c. I 139 152—155.

[4] Cum „Libello Reformationis", de quo supra p. 50[5] 57 etc.

[5] *Delphinus* Oeniponte 26. Maii Borromaeo scripsit, „che l'imperatore solicita quei theologi a preparar tutte le cose, che si haveranno da proponere in concilio" etc. (*Steinherz* l. c. III 318).

[6] Non Ioannem Micheli, reipublicae venetae oratorem, sed Zachariam Delphinum,

Gallos facile conueniet, vt procuratores[a] ab illis missi admittantur: nam haud obscure taxant multitudinem Episcoporum [Jtalicorum] [?][b] in ferendis suffragijs, quam per huiusmodi deputationem tolli oportere collegae suaserunt[c], Caesar comprobauit, Legatus autem frustra negauit et dissuasit[d]. Restinguat hunc ignem dominus, et auertat hanc turbandi Concilij occasionem. Ego certe non moueor istorum consilijs, quae ex humana quadam diffidentia, defectuque charitatis erga nationem Jtalicam proficisci uidentur. Et accedunt amarae suspitiones contra pont. uelut studio quodam Jtalos cumulet, vt numero vincat magis quam causae bonitate. Sed haec sunt tempora, quae ad defectionem propensos declarant plaerosque, vt aduersus Pont. mundus coniurasse videatur[e]. Reuerendissimus D. Delphinus est importunus mihi nonnihil in peruestigandis ijs, quae in consultatione nostra tractantur. Dixi, quamdiu necessaria quaedam non incidunt, de quibus illum admonere referat, consultum non uideri euulgare arcana contra fidem Caesari datam[1]: hinc enim prouenire posse[f] ad maiora et meliora promouenda quae Pont. et Synodum tangunt, ingens obstaculum. Deinde nescio quam tutum sit illi fidere, qui imprudentius quaedam et loqui et agere uidetur multorum iudicio[2]. Itaque meam illi operam negare pergam, vt maxime vrgeat per me explorare secreta ista praeter necessitatem. Voluit autem nunc a me scribi ad R. P. T. de Principe Bauariae, qui conuocauit uiros potiores nonnullos prouintiae suae, vt cum illis agat de colligenda pecunia. Per hanc occasionem illi urgebunt iterum[g] concessionem calicis, et nescio quam aliam in Religione innouationem, vti metuunt sapientes. Deinde promisit Princeps, se curaturum vt ad ferias D. Joannis quaedam remittant Ecclesiastici, praesertim circa vsum calicis[3]. Quare mittit D. Delphinus tum ad Synodi praesides, tum ad Pont. Max. rogatque causam non negligi, sed mitti potius aliquem ad Principem illum, qui honestis rationibus utatur ad institutum principis uel impediendum, uel retardandum[h], vt ne pergat ille[i] quod male promisit, peius effectum reddere. Putat praeterea Reuerentiae T. authoritatem apud Legatos et in vrbe quoque valituram vt serio adiuuetur Princeps Catholicus in re tanti momenti. Demum satis ostendit, sibi gratum fore, vt

a) procuratoris *A.* b) *Hoc v. (quod in A B C deest) supplendum esse ex iis, quae proxime sequuntur, fortasse aliqua ratione conieceris.* c) oportere quidam cesaris theologi senserunt *C.* d) *In aut. sequitur:* , ut arbitror. *At 2 haec vv. oblitt. sunt.* e) *Hic terminatur C, neque plura habet.* f) *In aut. sequitur* , vt, *a C. oblitt.* g) *In aut. sequuntur vv.* uti putant, *oblitt.* h) retartandum *A.* i) *Hoc v. in aut. supra versum scriptum est.*

nuntium apostolicum, qui et ipse venetus erat, significari aliqua ratione verisimile efficitur cum ex iis, quae Canisius de „Legato“ illo proxime scribit, tum ex Delphini litteris, quae exstant apud *Steinherz* l. c. III 322—323.

[1] Cf. supra p. 41.

[2] Haec Canisii verba illustrabuntur per ipsum Delphinum, infra monum. 567. Delphinus postea pontificis gratia excidit (*W. E. Schwarz,* Zehn Gutachten über die Lage der katholischen Kirche in Deutschland [1573/76], Paderborn 1891, XIX).

[3] De hac Alberti V. promissione v. supra p. 136[7] 152.

mittatur ipse ad Bauariae ducem[a]. Haec summa eorum, quae scribi et commendari uoluit literis meis[1]. Frater[2] Monachio scribit, Catholicos in magno metu esse, ne detrimentum accipiant in hoc indicto rursus conuentu. Faciet autem R. T. quod optimum putabit, quae pro Bauaria Dominum rogare cum alijs multis non dedignetur quaeso.

Friburgi[3] hoc anno extrui collegium non poterit. Wratislauiae quid fieri possit, rectius iudicaremus, si P. Natalis e Praga illo se conferret: res ualde perplexa et cum discrimine coniuncta mihi videtur, hoc anno illuc multos mittere[b]: satis esset fortasse, praecursores per hijemem adesse, ne idem contingat quod Tirnauiae accidit[4], ubi alioquin Catholica est Resp. Sed saluum sit aliorum quoque iudicium.

Scribam ad P. Lanoium[c] de M. Martino[5], conferamque cum eo rationes, an expediat e nostris hunc mittere contionatorem[d] Augustam. Ex literis autem P. Natalis colligo, non tempestiuum uideri, vt P. Lanoius[e] auocetur[6]: quod cupiat diligentius ea de re cogitare et conferre cum R. T. Jgitur consultius fore putarim, P. Lanoium[f] tantisper in Bauaria relinquere, dum huc reuertatur e Boemia P. Natalis, qui coram posset Ingolstadij nonnulla, sicut et Monachij, constituere, ad quae P. Lanoij[g] praesentia opus ex parte uideretur.

De P. Couillonio reuocando agam cum fratre, vt is instet porro apud Cancellarium[7]. utilior erit nostris Jngolstadij quam Tridenti: facile credo, sed an lubenter sit rediturus dubito.

Misit ad me P. Natalis quaedam ex literis Jndicis versa per P. Fuluium[8], neque possum non probare hanc vertendi gratiam et dexteritatem. Quare maiorem in modum rogo, vt R. P. T. iubeat illum ita progredi, sicuti praeclare coepit: faciet rem sane salutarem plaerisque, et cumprimis vtilem Germanis.

Dominus JESVS misereatur Ecclesiae gratiamque tribuat Spiritus Sancti nobis omnibus[9], vt intelligamus et faciamus quae uocationem nostram decent. Statui fere ad catechismum[10] absoluendum[h] dum per alias occupationes licebit, hic me conuertere, et iuuari[i] cupio precibus

a) *In aut. sequitur* ad h*[aec]*, *oblitt.* b) *In marg. manu altera (Polanci?)* Verase. *Cf. infra p. 222.* c) Lanoyum *B.* d) contronatorem *A.* e) Lanoyus *B.* f) Lanoyum *B.* g) Lanoyi *B.* h) *In aut. sequitur* me, *a C. oblitt.* i) inuari *A.*

---

[1] Similiter Moronus 10.—13. Maii 1563 Borromaeo scripserat (*Steinherz* l. c. III 288—290). [2] P. Theodorius Canisius, collegii monacensis rector.

[3] Brisgoviae, v. supra p. 158 211.

[4] Collegii tyrnaviensis Socii neque aedes satis commodas, neque, quae ad victum iis sufficerent, habebant (Epp. *Nadal* II 285 624. *Franc. Kazy* S. J., Historia universitatis Tyrnaviensis Societatis Jesu, Tyrnaviae 1737, 5—6. *Franc. Sacchinus* S. J, Historiae Societatis Iesu Pars Tertia, Romae 1649, l. 3. n. 123).

[5] Stevordiano.

[6] Lanoium, collegii ingolstadiensis rectorem, praepositum provincialem Austriae constituere cogitabant; de qua re infra. [7] Simonem Thaddaeum Eckium.

[8] Cardulum, v. *Can.* III 580 et supra p. 21 198[3].

[9] Appropinquabat dies sacer Pentecostes (30 Maii).

[10] „Parvum Catechismum Catholicorum", ut videtur; cf. supra p. 147.

R. P. V. De alijs prolixe scripsi proxime. Hic fratres utcumque valent. Caesar de abitu nondum cogitat. Jn Belgica se produnt nouatores seditiosi[1]. Oeniponti 23 Maij 1563.

Seruus in Christo P. Canisius.

† Admodum Reuerendo in Christo Patri meo M. Iacobo Laynez praeposito [genera]li Societatis IESV. Tridenti.

Polancus, quae Canisius in hac epistula de litteris indicis scripserat („Misit" ad „Germanis"), manu Ioannis Fernandez S. J. transcripta Tridento 24. Maii 1563 Romam misit ad P. Christophorum Matritium S. J. simulque eidem ex his atque ex superioribus (supra p. 198) Canisii litteris haec significavit: „Aqui ua un capitulo de una letra del Padre Canisio sobre la translation de las letras de la Jndia donde alaba tanto como V. Reuerencia uerà el trabajo del Padre Fuluio. Tambien aprueua la uersion del Padre Vanegas, assi que parece a N. P. que el uno y el otro podran yr adelante" (ex apogr. totius ep., eod. temp. scripto. Cod. „V. P. 63" f. 35[a], et ex Epp. *Nadal* II 276[1]).

„Al legado Morón", inquit *Polancus* in iisdem litteris, „se han dado algunos capítulos de las letras del P. Canisio de 17 y 23 del presente, aunque de manera que no se entiende que es él el que scriue; de lo qual auiso, porque si los quisiesen mostrar por allá no creo será la cosa nueua al papa, ni al Borromeo, á quien deue de embiar estos capítulos, los quales uan aquí más á la larga" (Epp. *Nadal* II 298[4]). „Capitula" huius epistulae adhuc exstant Romae in archivo vaticano (Cod. „Conc. di Trento 32" f. 391), sic inscripta: „Iesus. Ex literis Oeniponti datis 23 Maii." (*Steinherz* l. c. III 320). Quae qua ratione scripta sint, ex lectionibus variantibus, quas litteris subiunxi (C), intellegitur. Borromaeo haec gratissima fuerunt; v. infra p. 235. Ceterum cf. supra p. 206, et infra p. 221.

Neque huic apographo vaticano, neque superiori illi (v. supra p. 206), quis cui scripsisset, ascriptum est. Quare *Steinherz* (l. c. III 321) dubitat, utrum epistulae a Cithardo an a Canisio, utrum ad Moronum an ad alium datae sint. Hae dubitationes iam sunt sublatae.

Lainius Canisio per Polancum rescripsit 25. Maii 1563.

867. CANISIUS **P. FRANCISCO COSTERO S. J.,** magistro noviciorum in collegio coloniensi. Oeniponte 24. Maii 1563.

Ex autographo (2°; 1 p.; in p. 2. inscr. et pars sig.), quod exstat in Cod. colon. „Litt. Epistt. var." (cf. *Can.* I LIV) f. 155.

Epistulam paene integram ex autographo primus evulgavit *Hansen* l. c. 469—470.

Coloniense de Sacra Scriptura scriptum, quod Coloniam remittitur, Lainius praepositus generalis typis vulgari posse censet, dummodo scribendi genus emendetur. Canisius, quae in eodem desideret, Lainii iussu proponit: Res melius dividendae et distinguendae, ut in Pighii et Billichii libris fit; ex Staphyli quoque et Hosii et Petri a Soto libris aliqua addenda; locus quidam Scripturae aliter explicandus. Coloniensibus in eo scribendi genere pergendum. Concilium melius progreditur. P. Natalis. Aliquis ex Societate confessarius filiarum imperatoris constitutus.

† Pax Christi Reuerende frater.

Caesar literas mittit Essendiensib. serioque mandat, ut amoto sectario nihil immutent in Religione. P. Sittardus hoc negotium

[1] In silvis prope Tornacum sitis plurimi Anabaptistae congregati. Monasterium Auderghem Bruxellis vicinum ab haereticis expilatum et combustum. Guilielmus „taciturnus", Orangii princeps, Lamoralus comes Egmontanus, alii nobiles in dies

diligenter curauit[1], nec deerit alias, si operam illius desideretis. multum enim apud Caesarem ualet[2].

Remittit Pater[3] haec adiuncta scripta, quae Tridenti relecta, nec indigna quae isthic ederentur uisa sunt. Scribit mihi, ut moneam de recognoscendo eadem priusquam typis edantur, ut stilus paulo sit concinnior. Ad quam rem conferet opinor, si quem habetis domi non inelegantem peritumque Rhetoricae. Mittentur porro et reliqua, cum fuerint a Patre nostro iudicata. Nunc dicam et ego pauca quae inter relegendum hodie obseruaui, omissis alijs, quae marginibus adscripsi, uel in ipso textu correxi. Statim ubi circa exordium diuisio trimembris ponitur de tractanda scripturae materia, nescio an in contextu sequenti eadem diuisionis membra ordine pertractentur[4]. nam unum eorum in materia de traditionibus primum habere locum uidetur. Deinde nihil obesset, si quae ad confutationem pertinent et demum longe tractantur, in diuisione ipsa primum promitterentur. Tertio ubi de scriptura circa initium agitur, adiungi non male posset, Ecclesiam rectius pleniusque sentire de scriptura quam sectarios, si spectemus uersionem Latinam certam, et libros Canonicos, quorum non paucos sectarij tollunt et reijciunt[a] cum suo Luthero. Hic pulchra possent inseri, quae Staphylus obijcit Smidlino, ut nuper ea uertit Surius[5].

a) reiiciant *H.*

---

apertius sedicionem parabant (*Kervyn de Lettenhove*, Les Huguenots et les Gueux I, Bruges 1883, 181—189).

[1] Essendiae (Essen, nunc urbs Borussiae rhenanae). quod oppidum tunc in plerisque rebus „abbatissae" collegii virginum nobilium ibidem constituti subiectum erat, cives sub a. 1561 in protestantismum inclinaverant et a. 1563 ecclesiam parochialem S. Gertrudis Henrico Barrenbroch, protestantium ministro, ad contiones habendas tradiderant (*L. Ennen*, Geschichte der Reformation im Bereiche der alten Erzdiözese Köln, Köln und Neuss 1849, 407—408. *P. Clemen*, Die Kunstdenkmäler der Stadt und des Kreises Essen, Düsseldorf 1893, 57). Sed urgente Guilielmo, Cliviae duce et collegii illius essendiensis patrono, Barrenbroch 17. Maii 1563 urbe cessit (*Heinr. Heppe*, Geschichte der Evangelischen Kirche von Cleve-Mark und der Provinz Westphalen, Iserlohn 1867, 85).

[2] Mathias Sittardus (Cithardus, van Esche), O. Praed., Ferdinandi I. imperatoris contionator et confessarius; v. *Can.* III 142[6], et *N. Paulus,* Die deutschen Dominikaner im Kampfe gegen Luther, Freiburg i. Br. 1903, 162—181.

[3] Lainius, praepositus generalis; v. supra p. 211.

[4] In praeclaro illo *Costeri* libro „Enchiridion Controversiarum praecipuarum nostri temporis de religione" (cf. supra p. 131) caput I. est „De Scriptura Sacra", in quo haec praecipue tractantur: „An omnia, quae credere oportet, sint sacris literis expressa." „Sitne Scriptura facilis intellectu." „An vulgo permittenda sit Scripturae lectio." „De numero librorum sacrorum" (Enchiridion, Coloniae Agrippinae 1599, 41—70).

[5] Staphylus adversus Iacobum Schmidelinum (Andreae), Lutheranum ministrum goeppingensem, ediderat a. 1561 „Christlicher gegenbericht . . . Vom rechten waren verstand des Göttlichen worts, Von verdolmetschung der Teutschen Bibel" etc., et: „Vortrab zur Rettung des Gegenberichts" etc., atque a. 1562: „Nachdruck zu Verfechtung des Buchs" etc. (*Can.* III 772—773). Laurentius autem Surius O. Cart. hos tres libellos latine a se versos edidit Coloniae: Primum a. 1561, reliquos duos

Adhaec plura scripturae loca ualde obscura cumulari possent, cum duo tantum hic adferantur. Item lectori prodesset distingui melius capita quae tractantur, vt noua linea nouam tractationem ostenderet, sicut saepe subducta lineola notaui, et in Pighij libris factum cernimus [1]. Ita fieret, vt certius etiam iudicium accederet, ac sine fastidio tam multa legerentur. Possent quaedam ad meliorem reduci methodum, et ad certa reduci capita, ut in docendo melius consuleretur imperitis. Bonam certe operam nauarunt Colonienses in Judicio illo, quod Buceri libro fuit oppositum a Billichio [2].

Et quoniam argumenta quaedam hic repetuntur Brentij, operae pretium erit aliquando illa dissoluta uidere apud D. Hosium, et P. Sotum breui defunctum [3]. Postremo nescio an expediat ad pharisaeos et sacer-

---

1563 („Prodromus D. Friderici Staphyli, in defensionem Apologiae suae, de vero germanoque scripturae sacrae intellectu etc.", „Absoluta Responsio D. Frederici Staphyli, in Defensionem Apologiae suae de vero germanoque Scripturae sacrae intellectu, et de sacrorum Bibliorum in vulgare idioma Tralatione"). Atque eodem a. 1563 ibidem in lucem prodiit: „Apologia D. Friderici Staphyli, Recens aucta et recognita. De Vero germanoque scripturae sacrae intellectu, De Sacrorum Bibliorum in idioma vulgare translatione, De Luteranorum concionatorum consensione. Latinitate donata, opera F. Laurentij Surij Carthusiani." Cf. ib. 72—251 et „Prodromus" 46—88. De tribus his libris v. *Ioh. Soffner,* Friedrich Staphylus, Breslau 1904, 131—158.

[1] Doctissimus vir Albertus Pighius († 1542 vel 1543) belga, theologus lovaniensis et coloniensis, praepositus ultraiectensis, quamquam de aliquibus doctrinae christianae capitibus haud ita recte scripsit, tamen et legationibus ecclesiasticis obitis et multis libris ad fidei defensionem evulgatis praeclare meruit (*Hurter* l. c. IV 1227—1228. *Fr. X. Linsenmann*, Albertus Pighius und sein theologischer Standpunkt, in „Theologische Quartalschrift" XLVIII, Tübingen 1866, 571—644).

[2] Everardus Billick, Carmelitarum Germaniae inferioris provincialis, scripsit: „Judicium cleri et universitatis Coloniensis de doctrina et vocatione Martini Buceri ad Bonnam. Coloniae excudebat Iaspar Gennepaeus anno 1543" (4°; 29 ff.). Qui liber etiam editus est apud Melchiorem Novesianum cum hoc titulo: „Iudicium deputatorum universitatis et secundarii cleri Coloniensis de doctrina et vocatione Martini Buceri ad Bonnam. Anno 1543" (sine loco; 2°; 26 ff.). Plura vide apud *Al. Postina,* Der Karmelit Eberhard Billick, Freiburg i. Br. 1901, 45—57 143.

[3] Petrus a Soto, Ord. Praed. (de quo *Can.* I 39[6]), adversus Lutheranorum wurttembergensium „Confessionem" ab Ioanne Brenz (de quo *Can.* II 202[5]) a. 1551 conscriptam vulgavit „Assertionem catholicae fidei" (Antverpiae 1552 1557; Coloniae 1555); cui cum Brentius „Prolegomena" Apologiae („Apologia" ipsa postea ab eo edita est) opposuisset, Sotus respondit libro „Defensio catholicae confessionis et scholiorum . . . adversus prolegomena Iohannis Brentii" (Antverpiae 1557 1593). Petrus a Soto 20. Aprilis 1563 in ipso concilio tridentino mortem obiit (*Iac. Quétif* et *Iac. Echard,* O. Praed., Scriptores Ordinis Praedicatorum II, Lutetiae Parisiorum 1721, 183—184; *Jul. Hartmann* u. *Karl Jäger,* Johann Brenz II, Hamburg 1842, 317—329). Quod autem ad Hosium attinet, Canisius hoc loco non eius „Confessionem" vel „Dialogum" vel „De expresso Dei verbo" librum spectare videtur, sed eum, quem Hosius conscripsit adversns libellum Regiomonte (Königsberg) a. 1557 curante Petro Paulo Vergerio excusum: „Ioannis Brentii Libellus Aureus, in quo agitur: De officio Principum Secularium in Ecclesia Filii Dei. De autoritate Sacrae Scripturae. De Traditionibus. De Catholica Ecclesia." Contra hunc igitur libellum in lucem prodiit, curante Canisio: „Verae, Christianae, Catholicaeque Doctrinae solida Propugnatio, vna cum illustri confutatione Prolegomenorum . . . Autore . . .

dotes referri ea verba: Scrutamini scripturas[1]. difficile sit hoc probatu ex ipso textu uel ex Patribus, ut arbitror; aduersarij autem hinc nouam captabunt ansam ridendi et calumniandi. Sed haec prolixius forte quam necesse sit, quia Pater ut scriberem iudicium meum, admonuit, et uos[a] libenter fertis amicum admonitorem[2]. Tantum ut[b] in hoc praeclaro cursu pergatis Ecclesiae opem et pijs consolationem adferre, maiorem in modum rogo.

De meo ad Augustanos reditu nondum scio. Multum negotij adferunt Concilij res, quas tamen meliore loco fore confidimus Christo fauente. Nunc primum post Cardinalis Moroni reditum agunt serio Patres. Oremus dominum, ut Sathanae conatus Concilij progressum non impediant. P. Natalis Pragae uersatur. Hic Patres et fratres recte habent seque commendant vestris precationibus. Delectus nunc est vnus e nostris, qui posthac Confessarium agat filiarum Caesaris[3]. Orate pro Canisio et in Christo salutem multorum promouete. Saluto P. Leonardum[4], P. Henricum[5], P. Rhetzium[6] [*sic*] et coeteros omnes. Oeniponti 24 Maij. 1563. Seruus in Christo P. Canisius.

Reuerendo D. D. Francisco Costero Doctori Theologo de societate Jesu Coloniae.

868. CARDINALIS **STANISLAUS HOSIUS**, unus ex concilii tridentini praesidibus, episcopus varmiensis, CANISIO.

Tridento 25. Maii 1563.

Ex Cod. goth. „E. H. 2“ f. 117 (cf. supra p. 209) et ex epistulae canisianae apographo A, de quo infra p. 225.

Canisium, ut Tridentum veniat, hortatur etc.

Inscriptioni litterarum Oeniponte 17. Maii 1563 a Canisio ad Hosium datarum manu eiusdem temporis adnotatum est: „resp. 25 Maj 1563“. Atque ipse Canisius in litteris Oeniponte 31. Maii 1563 datis, quibus Lainio ad epistulam 25. Maii 1563

a) nos *H.* b) et *H.*

D. Stanislao Hosio“ (Coloniae 1558). Qui liber iterum a. 1559 Antverpiae, deinde vel integer, titulo nonnihil mutato („Confutatio Prolegomenon Brentii“), vel ex parte („De origine haeresium nostri temporis“) Antverpiae, Coloniae, Lovanii, Lugduni, Parisiis saepius excusus est (*Can.* II 894—897. *Hosii* Epistolae II 823—824 1039—1040).

[1] Io 5, 39. Costerus, ut ex eius Enchiridio (l. c. 58—59) patet, atque, ut videtur, etiam Canisius „Scrutamini“ imperativo quem vocant modo dictum esse existimabant; at indicativo modo, ut S. Cyrillus Alexandrinus, Franciscus cardinalis Toletus, interpretes recentes notarunt, dictum est a Christo, Iudaeos reprehendente, quod pro superbia sua scripturas adeo perperam scrutarentur, ut ipsum servatorem in eis non invenirent (*I. Knabenbauer* S. J., Commentarius in quatuor S. Evangelia IV, Parisiis 1898, 208—209).

[2] Ἀγαθὴ δὲ παραίφασίς ἐστιν ἑταίρου: *Homerus*, Ilias XI 793; XV 404; id quod vertebant: „Bonus est affatus amici admonitoris“ (*Mannuccius* l. c. col. 1384).

[3] P. Hermes Halbpaur (*B. Duhr* S. J., Die Jesuiten an den deutschen Fürstenhöfen des 16. Jahrhunderts, Freiburg i. Br. 1901, 71—72).

[4] Kessel. [5] Dionysium. [6] Ioannem Rethium.

ad se datam rescribit: „Dixi me P. Natali adesse posse Monachij, nisi Reuerenda P. T. satius putet me Tridentum accedere primum, cum Jll. Dominus Vuarmiensis suis etiam literis ut veniam adhortetur.“

Hosius has litteras suas significare videtur, cum Tridento 13. Iunii 1563 Oenipontem ad Martinum Cromer * scribit: „Canisius non modo nihil indicat, sed nec respondet meis“ (ex autographo. Cod. cracov. „60“ p. 859). Atque iam aliquanto ante *Hosius* de Canisio questus erat apud eundem Cromerum; Tridento enim 1. Iunii 1563 Oenipontem ad eum sic de Bavaris in protestantismum inclinantibus * scripsit: „Quid monstri alatur in Bauaria scire te cupio. Quod nihil ad me scripseris ea de re miror. Sed neque Staphylus, neque Canisius, de quo magis miror. Sed neque Cubilonius [1], qui theologum hic Ducis agit. Jta ne me relictum voluistis omnes. Nuncius [2] hac in parte functus est officio suo. Diligenter nos admonuit“ (ex autographo. Cod. cracov. „60“ p. 413).

Canisius Hosio rescripsisse videtur sub medium m. Iunium 1563.

869. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iac. Lainii, praepositi generalis, CANISIO. Tridento 25. Maii 1563.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine epistulae, eadem manu: „Padre Canisio“; in margine „Postscripti“, eadem manu: „Padre Canisio postcripta“. Cod. „V. P. 63“ f. 35b—36a 37b.

Ex Canisii epistulis quaedam et cum Sociis romanis et cum cardinale Morono communicata sunt. Pro Germania et nominatim pro Bavaria multae precationes et missarum sacrificia a Societate Deo offeruntur. Moronus Canisium Oeniponte manere gaudet; qui, quae Canisius de imperatore a romana curia melius tractando et de aliis rebus monuit, Romam misit. Dudithio episcopo haud ita fidendum. De Delphino nuntio in Bavariam mittendo tractatum est. Iustam „reformationem“ Romae promulgatum iri dicunt; quae utinam ad effectum deducatur! Scripta Sociorum coloniensium. Litterarum indicarum versio. P. Natalis. Collegia dilinganum, ingolstadiense, oenipontanum. Caesaris ad Moroni legationem responsum. Cardinalis Lotharingi de pontificis auctoritate scriptum. Socius aegri animi recreandi gratia iter facere iussus. Canisio Tridentum venire licet. Eius scriptor. Collegium vratislaviense. P. Cuvillonius libenter Tridento Ingolstadium redibit. Canisii catechismus. Hieronymi Osorii epistula ad Elisabetham Angliae reginam. Adulescens tridentinus.

Pax christi etc.

Riceuette .N. Padre quelle di V. Reuerentia di .17. et 23. del presente, et quello che conueneua s'è comunicato all' Jllustrissimo Cardinal Moron et anche mandato à Roma [3], scriuendo etiam che la et nelle Prouincie uicine si facessi especial oratione perli trauagli della Germania et specialmente [a] della Bauaria [4]. Et anche .N. Padre che puo applicare a tal effetto molti sacrificij et orationi della Compagnia l'ha fatto et fara oltra la memoria, che qui haueremo le persone che stamo in Trento, il Legato [5] desidera che .V. Reuerentia perseueri con buon animo in quello che ha cominciato et li è stato grato intendere si hauessi a fermare in Hispruch, et domando copia di quelli

a) *Vel* ispecialmente; *libr. prius scripserat* especialmente.

[1] P. Ioannes Cuvillonius S. J. [2] Zacharias Delphinus.
[3] Vide supra p. 216. [4] Vide supra p. 213 215.
[5] Ioannes cardinalis Moronus, primus concilii legatus sive praeses.

ricordi, che dauano persone prudenti per trattar le cose con l' Jmperator con piu fructo[1], et cosi d' altre punti di dette lettere et li mando a Roma, et quantunque li fu data la substantia fù pero in modo, che non si possa intendere chi l' a scritto. Et perche si finisca questa materia cominciata l' ultima lettera di .23. uenne a noi per le mani del Tiniense[2], et pareua à N. Padre piu conueniente tener altro mezzo per escriuer de cose simili, come sarebbe del Warmiense[3], ò altro delli Legati.

Si fece l' ufficio con l Jllustrissimo Moron circa la missione del Nuncio Delphino in Bauaria[4], et anche a Roma s' è scritta qualche cosa alli nostri[5], et non pareua che 'l Moron mostrassi diuerso parere.

Si ua innanzi nelle congregationi contrà gl 'Abusi[6]. Et di Roma ci scriuono che per publicare la riformatione pareua non si aspettasi altro che hauer qualche risolutione di quello, che era restato fra sua Maestà et il Legato[7], staremo a uedere . qùi nel Concilio ben mostraua il Moron sentir che si farebbe qualche cosa di buono nella Riforma. Dio .N. Signor ci la lasci ueder non solo in scritto mè anche in effetto.

Qùi ua un scritto delli Coloniensi[8], et il buon padre Couillon ha perso un altro benche breue, credo che fossi de efficacia sacramentorum, gl 'altri per occupationi non sono finiti di riueder, ò uero de conferir quello che s' è notato. Si potra scriuere a quelli di Colonia di questo scritto, como delli passati, et potriano mandar di nuouo una copia di quello de efficacia sacramentorum.

A Roma si è scripto, che andassi innanzi il Padre Fuluio nella sua translation et cosi anche l 'altro Padre[9].

Jl Padre Natal come hauera uisto le cose di Praga, et tornara in Bauaria potra anchora ueder il collegio di Tilinga. Del tempo del mutar li Theologi Jngolstadiensi V. Reuerenza s' accordi con detto Padre Nadal . et tratti anchora con esso del Doctor Torres[10], il quale pero hauendo un substituto buono in Hispruch potrebbe attendere a cose piu graui et di piu fatica che adesso fà in altro loco massime al fin di questa state.

Si potrà .V. Reuerentia hauere la copia delle risposte di Caesar, agl' articuli proposti per il Cardinal al nome del Papa, N. Padre

---

[1] Vide supra p. 203.

[2] Andreas Dudith sive Sbardellatus (1533—1589) episcopus tiniensis (Tinia, Knin, in Dalmatia) haud multo post concilium absolutum uxorem duxit et a fide defecit. [3] Per cardinalem Hosium. [4] Vide supra p. 214—215.

[5] Vide Epp. *Nadal* II 298[4].

[6] „Abusus" dicit, qui ad sacramentum ordinis spectabant; cf. supra p. 182.

[7] Morone; v. supra p. 182 194.

[8] Ex Canisii litteris 31. Maii 1563 ad Lainium missis patet, scriptum hoc „de Sacramentis" fuisse.

[9] PP. Fulvius Cardulus et Michaël Vanegas „litteras indicas" latine reddere coeperant; v. supra p. 198 215 216 et Epp. *Nadal* II 275 298.

[10] De P. Hieronymo Torrensi; cf. supra p. 138 162.

l'haueria a charo di hauerla [1]. Quel altro scritto del Cardinal di Lorena [2] quà si teneua per diuersi et anche noi haueuamo copia. De quel Articulo proponentibus Legatis, ò uero della deputatione di nationi, ò del mandar procuratori li Vescoui absenti per adesso non sene parla che sapiamo. Ha fatto ben V. Reuerentia de mandare il Padre Dirsio in Augusta et Monachio per rallegrarsi, che alli umori suoi malencolici pare sia buona medicina, et stando [a] presente V. Reuerentia la absentia sua si potra ben patir nel collegio alle uolte, et cosi si tratterra la cosa sua insino alla tornata del Padre Natal.

Se parera a V. Reuerentia de uenire in Trento dopo la festa della Trinita [3] dando auiso a N. Padre si pigliara la occasion che parera conueniente.

Del mandar Gio: Fiamengo in Augusta ha fatto ben V. Reuerentia di scriuere al padre Natal, et di acordarsi con lui, uero è che per saper detto Gio: la lingua francesa, s'era fatto qualche disegno di lui per la Francia fra li altri ma si potrebbe questo postponere al bisogno che ha V. Reuerentia di scriptore.

Si uedera quello che sara piu conueniente circa il mandar solamente precursori [b] in Vratislauia òuero Collegio piu compito secondo la dispositione che si uedera in detta Vratislauia et la gente che hauera la Compagnia.

Circa il Padre Couillon lui ha mostratto grande desiderio de ritornar in Jngolstadio in modo, che per mancamento di sua uolontà non si douera lasciare la reuocacione, è uero che con hauerli mandato denari per pagar li debiti, et con la passata del detto Ambasciator del Duca suo [4], che lo ha consolato lui sta adesso di miglior animo.

V. Reuerentia fa bene quando li auanza tempo di attendere ad spedir il Catechismo.

Qùi si manda una lettera mandata alla Regina d'Jngilterra per un Portugalese, che ha un bel stilo, se V. Reuerentia l'ha uista, ò uero non si cura di ueder la la puo mandar al padre maestro Natal [5].

a) *A libr. correctum ex* istando. b) *In apogr. sequitur alterum* solamente.

---

[1] Vide supra p. 205. [2] Cf. supra p. 183 [2]. [3] Post 6. Iunii.

[4] Sigismundi Viehauser; v. supra p. 209 [1].

[5] Hieronymus Osorio (1506—1580), ulissiponensis, „Cicero lusitanus", vir aeque pius ac doctus, qui olim Parisiis Beato Petro Fabro S. J. familiariter usus erat et a. 1564 episcopus silvensis (Silves) creatus est, praeter libros philosophicos, historicos, exegeticos conscripsit „Epistolam ad Elisabetham Angliae Reginam", quae semel atque iterum typis exscripta est (*Nic. Antonius* l. c. I 593—594). *Osorius* Lagis 25. Iulii 1568 ad Hosium scripsit: „Quod homines Societatis Iesu illuc [in Varmiam] peruenerint, et quod tibi operam strenue nauent, mirifice laetor. Sunt enim summis uirtutibus exculti, et acriter in studium pietatis incitati, et multum ad pestiferas opiniones euellendas idonei" (ex archetypo, quod exstat Gothae in bibliotheca ducali, Cod. 384, f. 39—41. Etiam in *St. Hosii* Operibus omnibus II, Coloniae 1584, 217; ubi tamen d. 27. Iulii 1560 epistulae perperam ascriptus est).

Varias quoque epistulas diversis Sociis destinatas cum hac mittimus.

N. Padre Preposito si truoua gia bene Dio laudato, et cosi gl'altri, et ci raccomandiamo tutti molto etc. Di Trento 25. di Maggio .1563.

Adulescentem tridentinum[1], *cuius nomen in scida scriptum cum his litteris mitto, R. V. parentum nomine et rectori collegii nostri oenipontani, et illi ex magistris nostris, cuius scholam frequentat, singulariter commendet.*

Canisius Lainio rescripsit 31. Maii 1563.

870. CANISIUS **IACOBO LAINIO,** praeposito generali Societatis Iesu.

Oeniponte 25. Maii 1563.

Ex apographis epistularum Polanci, eodem tempore scriptis. Cod. „V. P. 63" f. 41[b] 44[b]—46[b] 49[a]. Epistula Natali missa exstat etiam Epp. *Nadal* II 295—299.

Roma magistros in collegia oenipontanum et monacense mittendos esse. Optat, ut P. Natalis brevi Ingolstadium, Monachium, Augustam, Dilingam veniat.

Polancus nomine Lainii Tridento 3. Iunii 1563 Oenipontem ad Canisium scripsit: „Qui trouo una lettera di 25. del passato di V. Reuerentia allaquale non so che sia fatta risposta". Atque hanc Canisii epistulam Polancus significare videtur, cum Tridento 27. Maii 1563 Romam ad P. Matritium de Societatis collegiis oenipontano et monacensi scribit: „Para Jspruc y Monachio a lo menos este autumno parece al Padre Canisio saran menester lectores de las primas classes". Porro partim, ut videntur, ex iisdem Canisii litteris, partim ex iis, quas Canisius Oeniponte 31. Maii 1563 ad Lainium dedit, hausta sunt, quae Polancus nomine Lainii Tridento 4. Iunii 1563 Pragam ad P. Hieronymum Natalem, Societatis visitatorem, scripsit: „Quanto ala tornada a Vienna ocurre representar esto a V. Reuerencia per comission de n. p. (aunque a sugestion del padre Canisio) si seria bueno que antes de tornar a Vienna uiniese u. r. a Jngolstadio, Monachio, Augusta, y Dilinga . porque dizen que el Emperador no tornara a Vienna sino dentro de 2 meses, y auiendo de uenir despues a Bauaria y Augusta parece no seria perder tiempo uenir aora deteniéndose u. r. en estos Collegios especialmente en el de Monachio lo que le pareciese bastaria, y despues por el rio[2] *ó como mejor le pareciese*[a] *podria tornar a Vienna para quando el Emperador tornara por alla, y no tendria necesidad despues de hazer otro uiajo*[b] *[?] sinon*[c] *a Jspruch, y alli, o en Trento espetaria*[d] *la gente que ha de uenir de Roma para Alemanna . pero esto representado .V. Reuerencia haga lo que mejor in Domino le pareciere". Ceterum de hac epistula, quae perisse videtur, videndae sunt litterae Tridento 3. Iunii 1563 datae, quibus Polancus Lainii nomine Canisio ad eam respondit.*

871. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO.

Tridento 26. Maii 1563.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „Padre Canisio". Cod. „V. P. 63" f. 38[b]—39[a].

Cardinales concilii praesides Ormanettum ad Bavariae ducem mittunt, ut eidem persuadeat, ne ulla ratione calicem sacrum suis concedat. Quo in negotio gravissimo

a) parececiese *ap.* b) *Vel* uiaje, *quod est in Epp. Nad.* c) *Vel* sino, *quod est in E. N.* d) esperaría *E. N.*

[1] Hic in litteris, quas pag. 221, adnot. 8, dixi, „Tiberius" vocatur.

[2] Per Danuvium (Donau), qui Dilingam, Ingolstadium, Vindobonam praeterfluit.

Canisius Ormanettum omni, qua poterit, ope iuvare debet. Idem Societatis homines Monachii et Ingolstadii versantes praestare debent. Patres concilii in congregationibus habendis diligentes sunt. Cardinalis Lotharingus. Cardinalis Hosius Canisii silentium aegre tulit.

Pax christi .etc.

Hieri si fece risposta a quelle di V. Reuerentia di 17 et 23. del presente, di poi non ha riceuuto nostro Padre altra sua, mà questa si scriue per una cosa, che uorrebbe detto N. Padre fossi molto raccomandata a V. Reuerentia si per la importancia di essa, come per essere ricercato questo ufficio dall' Jllustrissimo Legato Moron, a chi meritamente desideramo seruir a gloria di Dio. Sopra queste cose de Bauaria note à V. Reuerentia se risolueno li Jllustrissimi Legati mandar huomo proprio [1] accio si sforzi in nome di tutti loro far capace [a] l' Excellentia del Duca [2] che non conuiene in modo alcuno concedere alli suoi popoli quello, che pare gl' habbia promeso [3], et quando questa tal persona arriuara in Hispruch, parlara a V. Reuerentia per pigliar da lei quelli ricordi, et aiuto che potra darli per questo santo effetto, che si pretende. Veda adunque .V. Reuerentia con sua solita charità agionta l' ubbidentia [*sic*] del .N. Padre et dell' Jllustrissimo Legato Moron, (quali strettamente glielo raccomandano) di dare a detta persona tutta quella instruttione che li conuerra hauere . et se anche si giudicassi che V. Reuerentia douessi scriuere al Duca li scriua et raccomandi anche alli nostri di Monachio et Jngolstadio faccino tutti quelli ufficij buoni, che potranno fare per aiutare questo tanto pio negocio et tanto importante non solamente alla Bauiera, ma anche per essempio di quella à molte altre prouincie [b], et perche si conosce il zelo, che da se istesso tiene .V. Reuerentia nelle cose apertenenti al seruicio diuino specialmente nella sua germania non accade spendere [c] in raccomandarli questo piu parole . ne altro occorre dire, da hieri in quà senon che si ua con assai diligentia innanzi nelle congregationi, et presto penso finirrano de dir tutti li Prelati, et forsa auanti la Pentecoste [4] delli abusi circa ordinem, et il Cardinal di Lorena che ando a Ferrara si aspetta qùi per il venerdi [5]. Jl legato Warmiense al solito si mostra desideroso de lettere di V. Reuerentia et se risenteua che non li hauessi scritto di queste cose di Bauiera

a) capaci *ap.* b) *V. supra versum scriptum.* c) *A libr. correctum ex* ispendere.

[1] Missus est Nicolaus Ormanettus († 1577) veronensis, qui olim Reginaldo cardinali Polo in Anglia ad ecclesiam reducenda operam praestiterat et modo Tridenti inter familiares Bernardi cardinalis Navagerii versabatur. Ormanettus postea Sancti Caroli Borromaei in archiepiscopatu mediolanensi vicarius generalis, episcopus patavinus (Padova), Gregorii XIII. in Hispania nuntius fuit (*Sylvain* l. c. I 251—253. *Giamp. Maffei* S. J., Annali di Gregorio XIII. 1, Roma 1742, 25 266—267. *Franc. M. Carini* S. J., Monsignor Niccolò Ormaneto, nunzio apostolico alla corte di Filippo II., Roma 1894, 1—122). Ceterum cf. infra monum. 568. [2] Albertum V.

[3] Calicem sacrum; v. supra p. 136 [7]. [4] Ante 30. Maii.

[5] 28. Maii. Lotharingus 22. Maii Ferrariam iverat cardinalis Estensis, qui ex

benche io ho fatto la escusa con dirli, che reputaua meglio V. Reuerentia per buoni respetti scriuere a N. Padre, che à nessuno delli Legati, poi che si haueuano di comunicar all' Jllustrissimo Moron et a lui le cose, che uorrebbeno saper delle lettere di V. Reuerentia nelle cui orationi et sacrificij .N. Padre et gl' altri tutti molto ci raccomandiamo. Di Trento .26. di Magio. 1563.

Pius IV. 16. Maii 1563 Bavariae ducem, calicem laicorum a se petentem, ad concilium remisit, ac concilii praesides paulo post ducis oratori promiserunt, se „opportuno tempore" concilio eam petitionem propositurus esse (*Knöpfler* l. c. 112—113). „Um ihr Versprechen nicht halten zu müssen", inquit *Sickel* (Trient 511), „sandten die Legaten dann Nicolo Ormanetto an den Herzog von Baiern". Id quod haud ita recte dici, ex litteris, quas posui, collegeris; idem, puto, ostendunt et Pii IV. litterae Roma ineunte m. Iunio 1563 ad Albertum V. missae (apud *Aretin* l. c. 101—103) et „Instructio" Tridento 31. Maii 1563 a legatis concilii Ormanetto data (apud *Pallavicino* l. c. l. 21, c. 2, n. 10) et Acta concilii a Mutio Calinio, archiepiscopo iadrensi, conscripta (apud *Beccadelli* l. c. 82). Similiter *Antonius Milledonne* venetus, qui Tridenti tunc versabatur, Ormanettum a legatis ad Bavariae ducem missum esse narrat, ut eius animum a calice laicis permittendo averteret (*Arm. Baschet*, Journal du Concile de Trente, rédigé par un Secrétaire Vénitien, Paris 1870, 135). Ne *Paulus Sarpius* quidem aliter de hac legatione sensit (l. c. l. 8, n. 10).

Has litteras, ut ex Polanci epistula 3. Iunii 1563 Canisio missa (infra p. 232) intellegitur, Ormanettus ipse Tridento secum abstulit.

872. MAGISTER **ANDREAS**, Octaviani et Philippi Eduardi Fuggerorum magister, CANISIO. Bononia sub 30. Maii 1563.

Ex apographo epistulae Polanci, eodem tempore scripto. Cod. „V. P. 63" f. 49a. *Polancus Tridento 3. Iunii 1563 „Patri magistro Benedicto" [Palmio S. J.] scripsit: „S' è riceuuta quella di V. Reuerentia di 24. del passato con altra del Padre Rettore di Bologna de .30. del medesimo, et altra del Padre Fuluio de 27. a tutte si fara risposta breue per questa . . . Quelle littere del maestro delli Signori Fucari per il padre Canisio si mandaranno".*

Octavianus Fugger, Georgii Fuggeri et Ursulae de Lichtenstein filius, tunc Bononiae degebat (cf. supra p. 44); quocum etiam Philippus Eduardus frater versatus esse videtur.

Atque de Octaviano *Polancus* Tridento Romam ad P. Ursmarum Goissonium S. J. *scripsit 13. Mai 1563: „Verso il settembre un figliolo del Signor Georgio Fucaro che sta in Bologna andara" a Roma „con un compagno come se scriue". Et *sub 9. Septembris 1563: Eum iam in collegium germanicum venturum esse; eiusque „maestro" „starra ancora insino à 15. giorni alpiu col suo discipulo per uedere Roma". Bononia autem 13. Maii 1564 P. *Franciscus Palmius* S. J., collegii bononiensis rector, Romam ad Lainium *scripsit: „Scrissi una lettera al Padre di Ottauiano . . ., laquale lui ha mandato à Bologna à Maestro Andrea, gia Maestro di Ottauiano" (ex apographis eodem tempore scriptis. Codd. „V. P. 63" f. 12b 214; „Epp. It. 1564" f. 313).

873. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu. Oeniponte 31. Maii 1563.

Ex apographo recenti (A), quod exscriptum est ex autographo (inscriptio manu alterius posita est) in cod. „E. C. I." f. 305a—306b (n. 119) posito.

---

legatione gallica redierat, videndi gratia (*Musottus* l. c. II 36. *Pholas* l. c. VIII 1343 1350).

Exstat etiam alterum apographum (B), sub a. 1860 curante *Boero* ex eodem autographo transcriptum et postea cum eodem collatum.

Epistulae particulam posuit *Sacchinus*, Hist. S. J. II l. 7, n. 50. Complures particulae exstant in Epp. *Nadal* II 296[2] 624—625. Particulas posuerunt etiam *Boero*, Can. 244—266 (italice), *Michel* l. c. 277—278 (gallice), *Kröss*, Ferdinand I. etc. 645—646 (germanice). Epistula adhibita est a *Sacchino*, Can. 201 202, *Janssen* l. c. IV[15—16] 413[1], *Kröss*, Can. 167 168.

Qua via Canisius epistulas Tridentum mittere soleat. Scripta coloniensia. Litterae indicae. Precationes pro Germania et pro Canisio. P. Natalis. Collegia et Societatis homines varii; Canisius visitationi monacensi interesse cupit. P. Natalis „exhortationes" optimae. Tridenti rursus agetur de calice; de quo Bavariae ducis consiliarii „sudant"; eius „tacita permissio". Adulescens tridentinus. Canisius Osorii et Villalpandi libros excudendos curat. Andradae pro Societate apologiam exspectat; id agit, ut Chemnitii et Zangeri adversus Societatem calumniae germanice refutentur. Res Sociorum oenipontanorum: Tragoedia; sacramentorum frequentia; collegii amplificatio; confessiones filiarum caesaris exceptae; Sociorum „poenitentiae"; virgo valacha baptizata; puerorum exercitationes litterariae; rector. Canisii iter tridentinum. Theologorum comitia oenipontana. Ad similia comitia mox Vindobonae habenda Canisius non adibit nisi aegerrime, unus „quasi coniuratis" se oppositurus. Suadet, ut caesar, cur concilium non progrediatur, a Morono edoceatur. Suspiciones. Scripta caesaris. Quae caesar concilio proponere debeat, theologi mox plane definient; Cordubensis turbulentus; Brunus et Staphylus moderatiores. Catechismus. Turbae in concilio; eius translatio.

† Pax Christi admodum Reuerende Pater.

Accepi 25 Maij[a] datas, quae liberarunt me non paruo metu. D. Delphinus misit meas per Tinniensem[1], quem ego ne noui quidem. Reuerendissimo D. Vuarmiensi[2] ut hactenus factum est, meae committuntur per D. Cromerum. Mittam de Sacramentis Coloniam, et admonebo de amisso scripto altero, quod remittant, de sacramentorum scilicet efficacia[3].

Magnas ago gratias, quod M. Fuluius[4] ad reliquam Jndicarum versionem absoluendam extimuletur: maiores, quod cum Jllustrissimo Legato[5] communicata sint consilia, quae ad Synodum et Reformationem promouendam faciunt: maximas uero, quod R. P. T. liberaliter agat cum Bauaria, Germania et nobiscum, suas et aliorum multorum preces miseris applicando. Respiciat Dominus vota supplicantium et sacrificantium: neque sinat sathanae conatus et prauorum consilia Religioni et Ecclesiae Catholicae detrimentum adferre in his regionibus.

Vt expediam primum quae minora sunt, ex adiunctis literis[b] cognoscetur P. Natalem nunc Pragam duce Christo peruenisse. Cum autem idem redierit in Bauariam, agam cum eo lubens[c] de Theologis Jngolstadiensibus, quemadmodum et de Doc. Torrez, quatenus eos transferre alio expediat: tum de iuuandis M. Martino[6], P. Dirsio et alijs. praeterea de collegio Dillingensi. Primum autem visitandos puto

a) *A C. supra versum scriptum.* b) lris *A.* c) agam adeo lubens *Epp. Nad. 296*[2].

[1] Andream Dudith; vide supra p. 221[2]. [2] Cardinali Hosio.
[3] Vide supra p. 221. [4] Cardulus S. J. [5] Morono; cf. supra p. 220.
[6] Stevordiano S. J.

nostros Monachij. Ego si illi interessem visitationi, audirem utiliter et viderem ea, quae sapienter ille in visitatione peragere solet. Nam hactenus non licuit coram adesse. Habere solet exhortationes ad nostros ualde probatas, in quibus narrat et explicat historiam ac institutum Societatis.

Si Princeps[1] reuocari sinet P. Couuillonium[a], gratus erit illius aduentus Jngolstadij. Verum quia[b] de calice rursus agetur[2], et ad illum postulandum suos Dux adesse uolet, ut arbitror, aegre patietur, P. Cuuillonium[c] hoc tempore auocari ac remitti[d]. Conuocauit idem Princeps uicinos Episcopos[3]. At[e] qui sapientiores modo uidentur mundo[f] [4], in eam veniunt sententiam, vt putent principem consulte facturum, si dissimulet ac tacite permittat laicos sub vtraque specie communicare, ut et Caesar in suis permittit ditionibus. Sat esse, si expresse non concedat hanc facultatem, quae penes Ecclesiasticos magistratus manet. Sudant Consiliarij, quia se extricare non possunt ex hoc labyrinto: cui se nimium inuoluerunt, cum authores[g] annjs superioribus principi fuere, vt liberam faceret is[h] omnibus communionem, utque in postremo etiam conuentu promitteret[i], se ab Ecclesiasticis impetraturum liberum calicem[5]. Ex ijs principijs talis flamma succreuit, qualem restingui[k] non posse persuasum habent. Accedit respectus etiam temporalis commodi. Nisi hoc dedero, illud non impetrabo, etc.[l] Dominus causam suam tueatur.

Tiberium Tridentinum[m] conueni · uersatur is[6] apud Germanos, a quibus non intelligitur, quia[n] huius linguae imperitus. Febribus laborare caepit, nostris erit ille commendatus spetialiter.

Osorij liber[7] dignus mihi visus est, qui typis recuderetur in Germania . mitto illum igitur[o] Coloniam. Postea uidebit illum P. Natalis, Hanc audaciam condonari mihi uelim.

a) *Sic A;* Covillonium *B.* b) guia *A.* c) Covillonium *B.* d) *Polancus hic in margine notavit:* que no dexe de instar que salga. e) *A C. supra marg. scriptum.* f) *A C. supra marg. scriptum.* g) auctores *B.* h) iis *B.* i) *A C. correctum ex* promiserit. k) restringui *autogr. et A;* extingui *B.* l) *B om.* etc. m) Tridentum *A B; in autogr. hoc v. supra vers. scriptum est.* n) quod *B.* o) igr *A.*

---

[1] Albertus V. Bavariae dux; cuius theologum Cuvillonius Tridenti agebat; cf. supra p. 222. [2] Vide supra p. 200 209[1].

[3] Initio m. Iulii 1563 calicis et reformationis gratia Salisburgi comitia quaedam habita sunt; quibus Ioannes Iacobus Khuen de Belasy archiepiscopus salisburgensis et Mauritius a Sandizell episcopus frisingensis ipsi intererant; Georgius autem a Pappenheim et Urbanus a Trennbach, episcopi ratisbonensis et passaviensis, atque Albertus V. dux legatos miserunt (*Knöpfler* l. c. 131).

[4] Cf. 1 Cor 1, 20; 3, 19 etc.

[5] Cf. supra p. 136[7]. [6] De hoc adulescente v. supra p. 223.

[7] Hieronymi Osorii ad Elisabetham Angliae reginam Epistula Dilingae, si non ante, annis 1569 et 1576, Coloniae a. 1589 excusa est una cum eiusdem „Libris tribus de Religione contra Gualterum Haddonum ad Elisabetham Angliae" reginam. Eadem Epistula in tomo II. Operum Osorii exstat, quae ipso mortuo ab Hieronymo Osorio eius nepote Romae 4 tomis emendatius edita sunt. Ita quidem *Ant. Possevinus* S. J., Apparatus sacer II, Venetiis 1606, 33.

Promittit Jngolstadiensis typographus operam suam in excudendo libro D. Hispani[1]. ut primum accepero quaterniones priores, isthuc mittam.

Expectamus contra Kemnitium Apologiam diu[a] desideratam[2], quam bene prolixam esse oportet, quia[b] longo tempore cuditur. Est autem Germanice nunc primum versus liber Kemnicij[3], et adiunxit interpres[4] quae societatem Germanis ualde odiosam et infensam reddere possunt. Ago igitur cum quodam[5], vt ille adiutus a nobis respondeat Germanice, quod magni referat, ne silentio ipso tacite confiteri uideamur obiecta. Non displicebit hoc studium (ut spero) Reuerendae P. T. Alioquin epistola conscribi poterat, quae breuiter lectores moneret vanitatis, qua isti calumniatores in nos tam licenter vtuntur. Benedictus Deus, qui nos ab illaudatis huiusmodi sinit uituperari. Sathanas ferre non potest tantum lucis in tenebris Germanicis: timet regno suo, et in odium omne trahit nostros, id quod ego magis ac magis experior ob varia quae mihi affinguntur et vulgo sparguntur, magnisque[c] saepe persuadentur. Sed[d] Christo semper gloria.

Consolatus est nos Dominus[6] hoc loco, vbi tragaedia exhibita scholam nostram commendauit: ubi frequens fuit confitentium et communicantium numerus istis ferijs[7]: ubi Caesar a nobis monitus, animum adijcere coepit ad augendum numerum fratrum: ubi Caesaris filiae maiores mihi, minores uero M. Hermeti[8] primum confiteri coeperunt[9]: ubi domestici ad Spiritum Sanctum accipiendum uarijs paenitentiae acrioris generibus se diligenter instruxerunt[e]: ubi praeeunte contione solenniter baptizaui virginem Turcis ereptam[10] praesentibus Reginis et plaerisque alijs: ubi demum pueri ad festum hoc celebrandum carmina et orationem in frequenti corona publice[f] cum laude recitarunt. Sit authori bonorum Christo semper gloria.

a) *Sequitur* expectatam, *a C. oblitteratum.* b) quod *B.* c) *A C. correctum ex* sapientibusque. d) *Ita autogr. et A;* Sit *B.* e) *Quae sequuntur, usque ad* ubi demum *excl., a C. in marg. ascripta sunt.* f) *Duo vv. sqq. a C. supra vers. scripta sunt.*

[1] Cardilli Villalpandi „Apologiam indictionis Concilij Tridentini" dicit, ab Alexandro et Samuele Weyssenhorn Ingolstadii a. 1563 excusam; v. supra p. 166.

[2] De hoc libro Andradae v. supra p. 178.

[3] „Theologiae Iesuitarum praecipua capita"; de quo v. *Can.* III 809—814.

[4] Ioannes Zanger, contionator brunsvicensis; cuius versio a. 1562 Lipsiae in lucem prodiit, inscripta: „Vom newen Orden der Jesuwider" etc.; v. *Can.* III 481[6].

[5] Ioannem Albertum Wimpinensem, professorem ingolstadiensem, significare videtur; v. infra monum. 580.

[6] 2 Cor 7, 6.

[7] Dominica Pentecostes 30. Maii fuerat.

[8] P. Hermeti Halbpaur S. J.; v. supra p. 219[3].

[9] Degebant Oeniponte Magdalena (nata a. 1532), Margarita (nata 1536), Barbara (n. 1539), Helena (n. 1543), Ioanna (n. 1547) (*Bucholtz* l. c. VIII 728 736 739). De quibus v. infra monum. 532 536 538. Ex his Canisii litteris explicanda vel etiam corrigenda sunt, quae in antiqua **Historia* Collegii Oenipontani de quinque illis imperatoris filiabus narrantur: Anno 1563 „impetrarunt ergo Reginae, ut haberent e nostris confessarios, cum primum Prouinciali semel suas conscientias aperuissent" (Cod. „Hist. coll. Oen." p. 3).

[10] Valacha haec erat et „Christina" vocata est; cf. infra monum. 532.

Non redijt adhuc Rector[1], uti sperabamus . de cuius tentatione scripsi alias. Det ei Dominus spiritum rectum et principalem[2].

Dixi me P. Natali adesse posse Monachij, nisi Reuerenda P. T. satius putet me Tridentum accedere primum, cum Jll. Dominus Vuarmiensis suis etiam literis ut veniam adhortetur. Spero quidem non diu duratura hic consilia nostra, ut breui hinc dimittendi uideamur. Quod si discedendum esset, optarim sane Rectorem adesse, de cuius animo nihil certi mihi polliceri possim. Rem totam permitto arbitrio Reuerendae P. T. siue me uolet Augustam redire ad Cathedram, siue Monachium, siue Tridentum. Hoc vnum adiungam, Caesaris consilia eo spectare, vt ex fide digno cognoui, hac ipsa aestate conuentum deputatorum alium Viennae instituendum esse, cum Caesar eo peruenerit, quod intra duos menses fore putant. Credibile est me illuc etiam euocandum esse, sed multo certius[a], me ad eam profectionem et consultationem, quam audio grauissimam fore, permoleste accessurum. abhorreo enim ab huiusmodi collegis, quorum plures et deteriores Viennae futuros facile prouidere[b] possum[c]. Ego ne grauissimis rebus inuoluar? et unus[d] me quasi coniuratis opponam, qui si manifesti essent hostes Ecclesiae, facilius[e] euitarentur atque uincerentur. Fateor hanc crucem uideri mihi perdifficilem in hoc rerum statu, et experientia docet, magno zelo et singulari simul prudentia et modestia in Germanicis tractandis negotijs quae ad Religionem spectant, inprimis opus esse. Jtaque in tempore moneo, si forte Reuerenda[f] P. T. mihi uelut infirmo uasculo[3], uelit consilium et opem adferre, vt ex his vndis eripiar. Sin judicabit eo proficiscendum euocante et iubente Caesare, fiat in Christi nomine[4] uoluntas non mea, sed superioris[5].

Ad grauiora descendam. Jllustriss. Dominum Cardinalem Moronum eo permoueri cuperem et suaderem, ut suis literis Caesari rationem redderet, cur Concilij res tam tarde procedant[6]. Hinc enim nouae nunc[g] et amarulentae suspiciones exoriuntur. Audio id studio fieri, vt fastidium tandem causam praebeat concilio dissoluendo. Sed sum aliter ego sane persuasus. Alij Romae ingratum fuisse nuntium dicunt, rem hic[h] ita peractam esse[7], sicut ex adiunctis Reuerenda P. T. intel-

a) rectius *B.* b) praevidere *B.* c) *Quae sequuntur, usque ad* sed superioris *incl., in autogr. uncis inclusa sunt. Cum autem Sacch. hunc locum paene totidem verbis in sua Societatis Historia reddiderit, uncos ab ipso positos esse censeo.* d) *Ita A et Sacch.;* unquam *B.* e) *Ita AB;* leuiore negotio *S.* f) Reuerendae *A.* g) *Duo vv. sqq. a C. in marg. addita sunt.* h) *A C. supra vers. scriptum.*

[1] P. Ioannes Dyrsius. [2] Ps 50, 12 14. [3] 1 Petr 3, 7.

[4] Col 3, 17; Act 3, 6; 1 Cor 5, 4 etc. [5] Cf. Lc 22, 42; Mt 26, 39 etc.

[6] *Ferdinandus I.* Oeniponte 28. Maii 1563 Tridentum ad oratores suos scripsit: „Quod scribitis 15 proxime futuri mensis die patres deliberaturos primum de certo aliquo futurae sessionis die, permolestum nobis accidit; neque enim possumus tot dilationes . . . probare . ad haec non absque causa miramur tantam moram per ipsosmet Reverendissimos legatos rebus concilii iniici, cum tamen Reverendissimus Moronus id summo apud nos studio urserit, ut concilium quantum fieri posset acceleraretur et ad finem perduceretur" (*Sickel,* Trient 515).

[7] Quam non recte haec ab aliquibus dicta sint, vide infra monum. 562 569.

liget. Deest postremum scriptum, quo Caesar D. Legato respondendum curauit, illudque asperius uidetur, quod nunc ad manum non fuit, sed suo mittetur tempore. Superest aliud scriptum ualde moderate tractans ea, quae transacta fuerant. Sed arte compositum est, ut citra offensionem legi, et passim omnibus proponi possit, qui de aduentu[a] et consilijs Legati, ut fit, curiose peruestigant[1].

Confecimus nunc compendium omnium quae Tridenti definita sunt: collegimus etiam summam proponendorum nomine Caesaris in Synodo: deliberabimus etiam de nonnullis quae grauiora se nobis obtulerunt, uti de usu calicis, de adhibendis medijs, si Concilium abrumpatur uel dissoluatur, et alijs id genus. Hodie quidem in secunda classe[2] cessit mihi D. Brunus, cum priuatim admonerem de mitigandis plaerisque et expungendis. Cras in medium adferentur ea: uereor ne Hispanus frater[3] turbas iterum excitet, ac nos reuocet ad sua rigida consilia, quae[b] clamores et contentiones uarias post se trahere solent. Male habet Staphijlus[4], qui multo est moderatior. Haec de misero statu collegarum, pro quibus R. P. T. dominum orare dignetur. Ego inter hos fluctus et ventos male nauigo, minusque animi sentio ad Catechismum absoluendum. Tridenti forte plus efficeretur . aut apud P. Natalem[c] hoc opere conficiundo. Sed parum refert quid huic libro eueniat, modo salua sit Ecclesiae Synodique causa. Nouas incidisse[d] turbas dicunt inter Legatos Galliae et Hispaniae[5], tum de iure quod Episcoporum absentium procuratoribus dari postulant quidam[e] concertari ferunt[6]. Dominus Concilio spiritum sanctum eiusque dona efficacia

a) *Duo vv. sqq. a C. in marg. addita sunt.* b) *Sequitur* ad, *a C. oblitt.* c) *Tria vv. sqq. a C. in marg. addita sunt.* d) incidesse *A.* e) *Duo vv. sqq. a C. supra vers. scripta sunt.*

[1] *Ferdinandus I.* oratoribus suis tridentinis: „Quoniam vero fieri non potest ut R. D. C. Lotharingum et oratores" hispanos „iis omnibus prorsus celemus . . . iussimus fieri proinde substantiale summarium quo saltem conclusio contineatur eorum quae . . . tractata fuerunt" (*Sickel,* Trient 504). Quibus verbis equidem significari putarim „Summarium eorum quae dicuntur acta inter Caesaream majestatem et illustrissimum cardinalem Moronum" etc.; quod posuerunt *Martène-Durand* l. c. VIII 1351—1354 et ex iis *Le Plat* l. c. VI 15. Cf. Canisii epistulam 12. Iunii 1563 ad Lainium datam.

[2] I. e. in rebus, quae caesaris nomine in concilio proponenda essent, colligendis.

[3] Franciscus Cordubensis, O. Fr. Min.

[4] Staphylus 15. Iunii 1563 Oeniponte testamentum fecit; v. infra monum. 533.

[5] Cum de comite Lunensi, Philippi II. oratore, in concilium inducendo ageretur, Galli, ut *Paleottus* refert, suspicabantur, „ne quid de proedria adversus antiquissimam eorum possessionem decerneretur", iamque minabantur, „si quid secus fieret, ad futurum papam, qui aequior sit, atque ad liberius concilium se appellaturos". At legatorum prudentia res ita compositae sunt, ut 21. Maii Lunensis in congregatione generali sollenniter excipi posset, „protestationibus" tum ab ipso, tum a gallis oratoribus interpositis (*Paleottus* l. c. II 648. *Raynaldus* l. c. in a. 1563 n. 93—95). Sed iam semina iacta erant novae litis, quae de eorundem oratorum inter divina officia „praecedentia" futura ac concilii progressum in magnum discrimen adductura erat (*Paleottus* l. c. II 649. *Milledonne* l. c. 134. *Pallavicino* l. c. l. 21. c. 1, n. 5—7).

[6] „Post Moroni [ex aula caesaris] adventum oratores caesarei, gallici, hispani, lusitani una legatos conveniunt, ab iisque magno studio petunt, ut absentium justa

largiatur. Quosdam in hoc incumbere audio, vt Synodus Coloniam aut Constantiam transferatur[1]: sed Caesar non probat. Consolationem praecipuam expecto et peto ex sacrificijs et precibus fratrum, praecipue autem R. P. T. cui me totum in corde non ficto[2] submitto. Oeniponti pridie Kal. Junij. 1563. Seruus in Christo P. Canisius.

† Admodum Reuerendo in Christo patri meo M. Jacobo Laynez prae[pos]ito generali Societatis JESV. Tridenti.

Lainius Canisio per Polancum rescripsit 3. Iunii 1563.

874. CANISIUS **P. HENRICO BLYSSEMIO S. J.**, collegii pragensis rectori. Oeniponte sub initium m. Iunii 1563.

Ex autographa *Blyssemii* epistula. Cod. „G. Ep. IV" f. 1.

Eum consolatur et exhortatur.

P. Henricus Blyssemius S. J. (de quo v. Can. I 619[5]) Praga 13. Iunii 1563 Oenipontem ad Canisium scripsit: „Breues R. V. literas nuper Oeneponto datas accepi quibus, vt solet, pro paterna in Pragenses filios charitate me consolatur et ad instituti nostri rationem foelicem sectandam promouet". Ceterum, quia hae Canisii litterae perisse videntur, vide Blyssemii, quam dixi, epistulam.

Canisium has ad Blyssemium litteras litteris adiunxisse existimo, quas P. Natali destinatas Pragam mittebat; cf. supra p. 222.

875. CANISIUS **P. LEONARDO KESSEL S. J.**, rectori collegii coloniensis. Oeniponte 2. Iunii 1563.

Ex apographo, quod ipse Kessel ex archetypo exscripsit et sic inscripsit: „Pater Canisius". Cod. colon. „Kess." f. 178^b (in a. 1563 f. 31^b).

Maiorem epistulae partem ex eodem apographo primus evulgavit *Hansen* l. c. 470[4].

Aliqua a Societatis hominibus coloniensibus ad ecclesiae defensionem scripta et a Sociis tridentinis recognita remittit; reliqua postea recognoscentur. P. Natalis. Concilii res tranquilliores. Canisius, consiliis caesari dandis occupatus, petit, ut et pro concilio et pro caesare et pro se sacrificia et preces Deo offerantur.

— Misi non ita pridem ex scriptis vestris ad D. franciscum[3], nunc aliam quoque mitto partem Tridenti a patribus nostris relectam et approbatam . addunt tamen amissum[a] esse scriptum de efficatia sacramentorum; quare[b] vt reuideatur denuo ad se, vel[c] ad p. Natalem qui nunc pragae degit et cito redibit in bauariam mittendum putant[4]. promittunt etiam reliqua se relecturos ac missuros postea. Synodi

a) omissum *H. Cf. supra p. 221.* b) quam *H.* c) et *H.*

---

ex causa episcoporum procuratores in synodum a patribus cum definitivae sententiae potestate admittantur": *Paleottus* l. c. II 647.

[1] Carolus IX. Galliae rex concilium in aliquam ex liberis Germaniae civitatibus ad Rhenum sitis, ut Constantiam, transferri cupiebat, idque, praeter alia, per Renatum de Birago, unum ex praecipuis consiliariis suis, 28. Maii 1563 Tridentum advectum, efficere conabatur (*Pallavicino* l. c. l. 21. c. 3, n. 1 2). Cardinalis Lotharingus iam aliquot hebdomadis ante litteris ad caesarem datis eiusmodi translationem commendaverat (*Steinherz* l. c. III 302). [2] 2 Cor 6, 6; 2 Tim 1, 5.

[3] Ad P. Franciscum Costerum S. J.; v. supra p. 217. [4] Cf. supra p. 226.

res facte sunt tranquilliores, vti videtur . orandus deus[a], vt institutum hoc prouehat et defendat[b] aduersus insidias et oppugnationes varias Sathanae, quas isthic quoque sentitis graues esse in Ecclesia Dei commouenda.

Ego vt nostis versor hic Caesaris causa, qui nostris consilijs vti vult ad religionis negotia publica, in quibus multum nunc situm esse nostis[c]. orationibus et sacrificijs vestris cupio adiuuari Caesarem et Conatus nostros vt bene cedant. Salutem dici cupio Doctoribus[1] et reliquis patribus et fratribus. Dignetur queso R. v. pro Canisio suo ter sacrificare vt quod a me neglectum est hactenus Sanctissima Trinitas ignoscat[2] et suppleat misericordia sua detque mihi gratiam in hac vocatione mihi alijsque rectius proficiendi. Oeniponti 2. Junij 1563.

Frater in Christo p. Canisius.

876. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO.

Tridento 3. Iunii 1563.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine epistulae, eadem manu: „P. Canisio"; in margine alterius „Postscripti", eadem manu: „Padre Canisio postcripta". Cod. „V. P. 63" f. 44[b]—45[a] 46.

Epistula usi sunt *Sacchinus*, Can. 196—197; *Kröss*, Can. 171; *Bern. Duhr* S. J., Die Jesuiten an den deutschen Fürstenhöfen des 16. Jahrhunderts, Freiburg i. Br. 1901, 71—72.

Cardinalis Tridentinus Romae apud Socios effecit, ut inde Brixinam cum episcopo coadiutore suo proficisci iuberetur P. Theobaldus Stotz; quem iuvenem Canisius ad contiones ibidem germanice habendas etc. instituere iubetur. Collegia tridentinum et vindobonense. Concilium. Speratur, papam iustam facturum esse „reformationem". Cardinalis Moronus Brunum honore afficiet. P. Dyrsius. Canisius nimius est in insignibus litterarum et humanitatis magistris pro Germania petendis; ad quos Romae parandos tempus non sufficit; Germaniam ipsam sibi providere oportebat. Collegia monacense et oenipontanum. Germanus aliquis Ingolstadii professor theologiae constituendus. Placet aliquem de Societate filiabus caesaris datum esse confessarium et contionatorem. Delphinus nuntius. Epistularum Canisii capita Romam missa gratissima fuere cardinali Carolo Borromaeo. Pius IV. patri Francisco Borgiae significavit, officia a Canisio praestita sibi vehementer placuisse. Quae Canisius de imperatore melius tractando monuit, cum pontifice communicabuntur. P. Natalis „visitatio" monacensis etc. P. Cuvillonius. Bavariae duci perperam suadent, ut calicem „tacite" suis permittat. Andradae et Coloniensium contra Chemnitium scripta. Societatem adversus Zangeri calumnias defendi convenit. Collegium oenipontanum. Quae Canisius de rebus publicis scribit, cum Hosio et Morono etc. communicabuntur.

Pax christi etc.

Martedi della settimana passata fu scritto a V. Reuerentia et anche il di seguente[3] per uia de colui che per li Legati era mandato

a) dominus *H.* b) provehatur et defendatur *H.* c) est nobis *H.*

[1] In collegio coloniensi tunc erant theologiae „doctores" (qui in philosophia ad supremum gradum promoti erant, „magistri artium" tunc appellabantur) PP. Franciscus Costerus, Henricus Dionysius, Ioannes Iacobus Astensis. Quibus 8. Iunii 1563 P. Ioannes Rethius accessit (*Hansen* l. c. 375—376 463 470[7] 780).

[2] Festum SS. Trinitatis 6. Iunii futurum erat. [3] 25. et 26. Maii.

in Bauiera[1]. Dopoi non hauemo riceuuta lettera alguna di V. Reuerentia di che ci marauigliamo, et per questo, et per hauermi io trouato absente questi giorni di Trento per certa opera del seruicio diuino non s'è scritto Martedi prossimo. *Nunc autem cum his litteris complures alias epistulas, easque variis destinatas, mitto.*

Hoggi si parte di qua il maestro Theobaldo col coadiutore di Brissignon perla instancia importuna del Cardinal di Trento che sta in Roma, il qual haueua scritto a N. Padre per hauer uno et auanti di riceuer la risposta (nella quale seli negaua per insino a tanto che facessi il collegio promeso[2]) dalli nostri di Roma ha ottenuto detto Padre Teobaldo per alcuni mesi[3], se uedera in questa state come si diporta, et qual fructo ne seguita dell' opera sua essendo tirone nel ufficio sacerdotale, et afatto inesperto[a] insin adesso nel predicare nel Tudesco, è pur persona uirtuosa, et non li mancara dottrina sufficiente. Questo principio del autuno si faceua conto sarebbe mandato congl' altri in Germania, lui scriuira a V. Reuerentia de Bressignon, come al suo Prouinciale et quella si contentara dar li la instruttione, che li parera conueniente peril predicare iu Tudesco et altre cose, che a lei pareranno, di qua ancora si uedera di darli animo et l' aiuto che si potra. Altri coadiutori[4] aspettamo qùi alla giornata per Vienna, che partirono[b] di Roma il di medessimo che lui di Roma.

In concilio praelati de „abusibus" ad sacramentum ordinis spectantibus dicere pergunt. Heri in congregatione publica novus regis Galliae orator eundem de pace cum haereticis inita excusare conatus est[5]. Di Roma tuttauia si aspetta qualche cosa di buono quanto al negotio della riformatione. Dio N. Signor dia a loro sua gratia et anche a tutti noi. N. Padre Preposito et gl' altri ci raccomandiamo .etc. Di Trento .3. di Giugno 1563. De Francia secondo che entendiamo per lettere di Roma c' è miglior speranza che prima che si habbia à trouar qualche rimedio.

Qùi trouo una lettera di 25. del passato di V. Reuerentia allaquale non so che sia fatta risposta. Si parlo subito all' Jllustrissimo

a) inersperto *ap.* b) *Duo vv. sqq. a libr. supra versum scripta sunt.*

[1] Per Nicolaum Ormanettum; v. supra p. 224.

[2] Collegium tridentinum? Cf. *Can.* II 192.

[6] De hoc cf. supra p. 201. Kessel hunc Coloniae ad mores emendandos adductum in Societatis tyrocinium receperat (*Hansen* l. c. 148).
[7] De his et de reliquis duobus vide, quae sub ipsam hanc epistulam notabuntur.
[8] Cf. supra p. 240 245.
[9] In Societatis collegio Monte Regali (Mondovì) in ducatu Sabaudiae instituto.

adiutor et è giouane di buona uolontà, et atto à molti seruigij; *quem R. V., quocunque ipsa volet, mittet;* ma ben penso presto sara necessario lui et altri per Tilinga hauendo accettato il Cardinal[1] tutti li capituli, che li erano proposti fra li quali è uno dar .1200. ducadi l' anno d' intrata.

Jl quinto è Theodoro Coloniense, il quale si manda al Padre Leonardo[2]: *qui bonus quidem, sed ad litteras, ut videtur, ineptus est.*

Se fossi stampato quel libro del Dottor Villalpando[3] qua uolontieri si pigliaria qualche copia. *Deum pro nobis orate.* Di Trento li .13. di Giugno. 1563.

Canisius Lainio rescripsisse videtur vel 18. vel 20. et 21. Iunii 1563.

Has litteras, ut ex ipsis intellegitur, secum ad Canisium pertulerunt quinque Societatis homines, ex Italia in Germaniam missi; ex quibus, ut ex Polanci epistula Tridento 12. Iunii 1563 ad P. Natalem data (Epp. *Nadal* II 307) cognoscitur, hi tres fratres laici erant: 1. Ioannes Baptista Lucensis „atto a molte cose"; 2. Benedictus Parmensis, qui ante Societatis ingressum chirurgus fuerat et post ingressum Romae infirmorum curam gesserat; 3. Bartholomaeus a Marca („della Marca d'Ancona"), vestificus. De „Petro Flandro" (quem non confundas oportet cum illo „Petro Flandro" sive „Loppersum", de quo *Can.* III 216—217 etc.) *Polancus* Lainii mandatu Tridento 15. Iunii 1563 P. Natali scripsit: „Se dexa á disposicion del P. Canisio, si le quiere tener en su prouincia" (Epp. *Nadal* II 311); plura de eo infra dicentur.

891. P. HENRICUS BLYSSEMIUS S. J., rector collegii pragensis, CANISIO. Praga 13. Iunii 1563.

Ex autographo (2°; 3 pp.; in p. 4. inscr. et pars sig.). Cod. „G. Ep. IV" f. 1sq.

Canisii epistula. Pecuniae quaedam a collegio vindobonensi solvendae. P. Natalis collegium magna cum utilitate „visitavit"; mutationes officiorum. Quaedam a caesare in litteris dotationis collegii mutari convenit, maxime de bonis oibinensibus. Natalis Canisio mandat: 1. Apud caesarem efficiat, ut collegio et studiosorum contubernio pragensi, quae ex aere alieno laborant scholasque amplificare debent, reditus ex camera bohemica et monasterio dobrilugensi attributi et pecuniae a Fridlandio solvendae et quae in caesaris cantores Iudaeique cuiusdam filios impensae sunt, tandem solvantur, atque ut in posterum alii collegio reditus assignentur puerique illi aliis tradantur alendi. 2. Augusta vel Dilinga Pragam mittendos curet libellos precationum et „Imitationis Christi", libros Aristotelis, commentarios oratorios a Curione, Sturmio, aliis scriptos.

Pax Ihesu.

Reuerende Pater in Christo. Breues R. V. literas nuper Oeneponto datas accepi quibus, vt solet, pro paterna in Pragenses filios[4] charitate me consolatur et ad instituti nostri rationem foelicem sectandam promouet. R. P. Comissarius[5], qui superiori mense Pragam foeliciter appulit, et cras vel perendie decreuit Viennam redire, magnam

---

[1] Otto Truchsess de Waldburg.

[2] Kessel S. J., rectori collegii coloniensis. [3] Vide supra p. 166 228.

[4] Pragense collegium, a. 1555 a Canisio Ferdinandi I. mandatu incohatum, ad provinciam Germaniae superioris, cuius praepositus provincialis Canisius erat, pertinebat (*Can.* I 545—649 763—773). [5] Hieronymus Natalis.

nobis sua praesentia consolationem ac spiritualem vtilitatem attulit ad rectius in via Domini[1] procedendum[a]. Vult omnino, vt Viennenses[2] R. V. et Willero[3], quicquid nos debemus, nomine nostro soluant, vt proinde R. V. posthac possit ac debeat, vt iussit P. Commissarius[4], a Viennensi Rectore[5] illud debitum exigere. Diligenter ac pulchre P. Commissarius hoc Collegium reformauit, instruxit et ad communem aliorum Collegiorum, quantum fieri potuit, rationem accommodauit. Me indignum reliquit in Rectoratu. P. Valentinum[6] Collegij noui[7] Praefectum, P. Michaëlem[8] nostri Collegij ministrum, P. Wolffgangum[9] Concionatorem bohemum, praefectum Templi et Scholae constituit, vt de alijs nihil referam. Speramus omnino fore nos deinceps longe rectius propitio Christo iuxta Societatis institutum in omnibus progressuros esse. Quod vt facilius assequamur, R. V. dignetur suis precibus nos Deo commendare.

Externa Collegij negotia P. Commissarius hic modo perficere non potuit Jmperatore nimirum absente. Literas nostrae dotationis nondum habemus[10], nec iam amplius solicitamus, vt habeamus, cum R. P. Commissarius pro sua prudentia iudicauerit quasdam adhuc cautiones illis inserendas esse, quae ad rem valde pertineant, vt nimirum Oibinensia bona sic nobis asscribantur, vt eorum ius ac proprietatem tanquam heredes retineamus, ac possimus si non citius, saltem post 20 annos, si voluerimus, contractum, quem Zittauienses cum Jmperatore habent, dissoluere[11], ac pro arbitrio vel ejsdem relinquere, vel alijs elocare, vel per nostros gubernare Oibinensia bona. Deinde, vt reditus illi, qui nobis ex Camera bohemica sunt assignati[12], aliunde citra nostram difficultatem conferantur. Et quia Caesar non ita propediem videtur huc venturus, nec R. P. Commissarius poterit isthuc modo redire propter Viennenses difficultates, iussit P. Commissarius, vt R. V. haec duo significarem, Alterum est vt negotia, quae in sequenti charta seorsim explicaui, diligentissime pro sua in nos paterna charitate apud S. C. M. isthic quam primum transigeret, quo nobis antiqua debita

a) *Subter vv. sqq., usque ad* Diligenter ac pulchre *excl., in autogr. linea (a C.?) ducta est, ac Can. sua manu in marg. adnotavit ea, quae ponentur infra p. 274* (grauis haec *etc.*).

[1] Is 40, 3; Mt 3, 3; Act 18, 25 etc. [2] Collegium S. J. vindobonense.

[3] Georgio Willer, bibliopolae augustano; v. supra p. 153.

[4] Hieronymus Natalis 18. Maii Pragam advectus, ibidem minimum usque ad 20. Iunii mansit (Epp. *Nadal* II 287 295 499—501).

[5] P. Paulo Hoffaeo. [6] Voyt; v. supra p. 22 38 103.

[7] Contubernii adulescentum studiosorum a Societate Pragae instituti (*Can.* II 364—365 716; III 187 188 718[7] 719).

[8] Spes? V. supra p. 25[2]. [9] Georgii (*Can.* III 405).

[10] Hae litterae a Ferdinando I. Praga 15. Martii 1562 datae, exstant apud *Bucholtz* l. c. IX 668—672. Cf. etiam *Can.* III 387[1].

[11] Ferdinandus I. 28. Ianuarii 1562 bona monasterii deserti Oybin, ordinis Coelestinorum, quod pontifice probante Collegio pragensi dederat, ad 20 annos Zittaviensibus (Zittau) locavit; v. *Can.* III 18 387 401 769.

[12] Trecenti taleri annui (*Bucholtz* l. c. IX 669).

tandem soluantur, nec posthac toties et quidem frustra cogamur excurrere ad solicitandam pecuniam. Quae res non paruum rebus nostris detrimentum adfert, et bonum odorem[1] Societatis apud istos homines, vt nouit R. V. nonnihil laedere videtur. Obsecramus igitur R. V. ne desinat hanc causam apud Caesarem vrgere, donec serio et per decreta iubeat efficaciter tam nobis, quam Collegio nouo debitam pecuniam post tantam dilationem exolui. Alterum est, vt R. V.[a] nobis libros aliquot Augusta vel Tilinga[2] huc mitti curet. Neque enim Vienna libros petitos habere potuimus, vt deinceps alia librorum emendorum ratio sit ineunda[3]. Spero fore vt posthac libros cum maiori facilitate vel Augusta vel Tilinga simus accepturi, et P. Commissarius se daturum operam promisit, cum Viennense Bibliopolium successum non habeat. Jam vero petimus infra scriptos, quos nobis quamprimum mitti cupimus ob praesentem Scholae nostrae necessitatem

Totius organi logici[b] [4]	20	exemplaria
Hortulorum latinorum	50	„
Hortulorum germanicorum[5]	20	„
Gersonum germanicorum[6]	20	„

a) *Subter vv. sqq., usque ad* curet *incl., in autogr. (a C.?) linea ducta est.* b) logici logici *Bl.*

[1] 2 Cor 2, 15.

[2] Dilingae Sebaldus Mayer multos libros typis exscribebat; v. *Can.* III 124[2] 289[3] 290 etc.

[3] Blyssemius paulo ante Venetiis libros collegio pragensi emendos curaverat (Epp. *Nadal* II 303).

[4] Aristotelis libri de re logica scripti nomine „Organon“ comprehendi solent.

[5] Valde usitati olim erant libri precationum tum latini, tum germanici, qui „Hortulus animae“, „Der Seelen Gärtlein“, „Seelenwürzgärtlein“ etc. inscripti erant (*V. Hasak,* Der christliche Glaube des deutschen Volkes beim Schlusse des Mittelalters, Regensburg 1868, 586—587. *Pet. Göbl,* Geschichte der Katechese im Abendlande vom Verfalle des Katechumenats bis zum Ende des Mittelalters, Kempten 1880, 290). Unde fieri poterat, ut interdum omnes libri precationum, quemcumque tandem titulum prae se ferrent, „Hortulorum“ nomine comprehenderentur; ut liber „*Christiani Ischyrii* Iuliacensis in psalmos . . enarratio“ Coloniae apud „Iasp. Genepeum“ sub a. 1536 (annus ascriptus non est) editus ibidem f. CLXXV[b] „hic Hortulus“ vocatur. Hoc tamen loco Blyssemium non quoslibet precationum libros, sed eos, qui „Hortulus“ inscripti essent, petisse, et ipsa rei natura et quae praecedunt et sequuntur, suadent; atque illos eum Hortulos petisse conicio, qui paulo ante Canisio curante Dilingae excusi erant; plura v. infra monum. 578 579.

[6] Dubitari non potest, quin Blissemius Thomae a Kempis libellum De Imitatione Christi significet; qui olim saepe sub nomine Ioannis Gersonis, cancellarii universitatis parisiensis, circumferebatur (*Aug. de Backer* S. J., Essai bibliographique sur le livre De Imitatione Christi, Liége 1864, 1—11 34—40 etc.). Atque etiam *Polancus:* „Visitabat autem P. Pelletarius Ducissam et suum illi rosarium dedit et libellum Joannis Gersonis de Imitatione Christi“, et: „P. Ludovicus libellum Joannis Gersonis de Imitatione Christi eleganter compactum obtulit“ (Chronicon S. J. IV 77; VI 154). Atque *Erardus Avantianus* S. J. in collegii vindobonensis litteris quadrimestribus 29. Decembris 1554 datis: „Nostrorum Patrum opera effectum est, vt hortuli animae, gersones, et eius generis pii libelli“ pueris darentur (*Litterae* quadrimestres Romam missae III, Matriti 1896, 209).

Commentariorum Petri Victorij in libros Aristotelis de arte dicendi[1] . . . . 2 exemplaria
Commentariorum Hieronimi Capiduri[2] et Jodoci Badij Ascensij[3] in libros ad Herennium . . 2 „
Celij Secundi Curionis in Partitiones Ciceronis Commentariorum[4] . . . . 1 „
Joannis Sturmij Commentariorum in Partitiones Ciceronis[5] . . . . 1 „

Bene valeat R. V. nosque filios Pragenses amare ac promouere ad maiorem Christi Domini gloriam pergat. Quod si aliud vicissim R. V. rependere non possumus, vt certe non possumus, humiles tamen preces, quas hoc Collegium R. V. perpetuo debet, persoluere nunquam cessabimus. Pragae in Caesareo Societatis Jesu Collegio[a]. 13 Junij 1563.

R. V. indigniss. filius Henricus Blyssemius.

a) Collegij *Bl.*

---

[1] Petrus Victorius sive Vettori (1499—1585), nobilis florentinus atque eloquentiae graecae et latinae in urbe patria magister publicus, multos ex veteribus scriptoribus latinis et graecis edidit vel etiam commentariis illustravit (*Girol. Tiraboschi,* Storia della Letteratura italiana VII[3], Modena 1779, 309—312). Florentiae a. 1548 in lucem prodierunt eius „Commentarii in III libros Aristot. de arte dicendi; positis ante singulas declarationes graecis verbis auctoris"; qui etiam ibidem a. 1579, Basileae apud Oporinum a. 1549 excusi sunt (*J. G. Th. Graesse,* Trésor de livres rares et précieux, T. VI., P. 2., Dresde 1867, p. 301).

[2] Significari videtur Hieronymus Capidurus (Capiduro) italus, cuius in Rhetorica ad Herennium commentarii excusi sunt Venetiis annis 1546, 1554 (?), 1557 etc. (*Graesse* l. c. II 160. *Jo. Christ. Adelung,* Fortsetzung und Ergänzungen zu Chr. G. Jöchers Gelehrten-Lexico II, Leipzig 1787, 89).

[3] Iodocus Badius (1462—1535), ex pago Assche prope Bruxellas sito ortus ideoque „Ascensius" sive „Ascanius" vocatus, litteras latinas et graecas Lugduni tradidit et multos auctores classicos cum suis adnotationibus in typographia, quam Parisiis habebat, edidit (*Franc. Sweertius,* Athenae Belgicae, Antverpiae 1628, 489—490. *F. X. de Feller,* Dictionnaire historique II, 5[e] éd. Paris-Lyon 1821, 73).

[4] Caelius Secundus Curio sive Curioni (1503—1569), pedemontanus, fidem catholicam iuvenis abiecit; qui cum Ticini, Lucae, Lausannae magistrum egisset, tandem Basileae sedem fixit in eaque universitate artem oratoriam tradidit; praeter libros theologicos et satyricos, quibus ecclesiam catholicam impugnabat („Pasquilli" etc.), morales, paedagogicos, historicos multa in lucem edidit ad linguam latinam illustrandam, ut grammaticam latinam, commentaria in Ciceronis Partitiones oratorias, in eiusdem de claris Oratoribus librum etc. (*Tiraboschi* l. c. VII[3] 347—349. *Cés. Cantù,* Les Hérétiques d'Italie, Discours historiques, trad. par A. Digard et E. Martin, éd. corrigée par l'Auteur II, Paris 1869, 561—578. Allgemeine deutsche *Biographie* IV 647—649. *Io. Georg. Schelhornius,* Amoenitates literariae XIV, Francofurti et Lipsiae 1731, 325—402).

[5] De Ioanne Sturm, qui gymnasio argentoratensi a. 1538—1581, a protestantibus summis laudibus celebratus, praefuit, v. *Can.* II 630. Eius „In partitiones oratorias Ciceronis Dialogi IV" primum a. 1539, deinde „ab ipso authore emendati et aucti" Argentorati a. 1565 editi sunt (*Charles Schmidt,* La vie et les travaux de Jean Sturm, Strasbourg 1855, 315).

† Pragense Collegium cupit vt[a] ex commissione R. P. Commisarij R. V. cum Caesare tractet et quamprimum expediri curet.

1° Vt Camera Bohemia soluat citra longiorem dilationem[b], 300 Thaleros, quos S. C. M. ante biennium a Regni Questore nobis quotannis dari iussit[c]. de biennio iam 600 debentur. Nihil[d] enim[e] de ea pecunia adhuc numeratum est quantumcunque solicitauerimus, vt proinde in aedificijs Collegij ac studijs et officijs nostris magnam iacturam patiamur[1].

2° Vt Fridericus[f] — e Fridland post hanc duorum[g] annorum dilationem nunc tandem soluat 800 Thaleros, quos S. C. M. 2 Maij 1561 clementer Pragensj Collegio donauit ad aedificium Scholarum perficiendum. Nunc certe pluribus opus est classibus propter studiorum incrementa, quae iam accesserunt. Vnde cum[h] [?] desint classes[i] litterarum[k] [?] Theologiam in templo profiterj nos oportet.

3° Vt 450 floreni, qui debentur ex Monasterio Dobberlug[2] de praeteritis saltem terminis iuberentur solui, quo possimus nostrum et nouum Collegium debitis quibusdam liberare.

4° Vt Camera bohemica soluat tandem[l] Collegio nouo stipendia, quae Sacrae C. M. cantores et duo fratres paruuli Philippus et Jacobus neophyti Casparis Hebrei nuper baptizati filij in eo per biennium consumpserunt. Cum enim Collegium nouum in reditibus nihil habeat, vt omnia parata pecunia quotidie cogatur coëmere, et Camera nihil adhuc pro dictis cantoribus et paruulis dederit, accidit hinc, vt Collegium nouum eorum causa magnam pecuniae summam alijs debeat, quam exoluere non potest, nisi stipendia debita numerantur a Camera. Cum igitur creditores vrgeant nec possint mutuum vlterius praestare, Collegium nouum a S. C. M. hac in parte duo petit. Vnum est, vt stipendia hactenus debita soluantur, alterum, vt S. C. M. cantores et paruulos praedictos e Collegio nouo[m] transferre ad aliquem alium Dominum velit, qui facilius promissa stipendia possit emouere. Neque enim Collegium nouum citra magnum detrimentum suum toties ista solicitare[n] et quantumuis solicitet, nihil impetrare potest[o]. Agendum igitur omnino vt Collegium illis liberetur sicut iudicat P. Commissarius.

5 Posset insinuari S. C. M. omnino necessarium fore, ad bonam Collegij fundationem absoluendam, vt nobis praedicti 300 Thalerj non

a) *Supra versum scriptum.* b) *Sequitur* quena, *a Bl. oblitteratum.* c) *Quae sequuntur, usque ad* debentur *incl., a Bl. in marg. addita sunt.* d) *Sequitur* et, *a Bl. oblitt.* e) *Sequitur* adhuc, *a Bl. oblitt.* f) *Sequitur nomen proprium, quod legere non potui.* g) *A Bl. correctum ex* horum. h) ne? i) *Sequitur* vn, *a Bl. oblitt.* k) *Verbum obscurius.* l) *Sequitur* stipendia, *a Bl. oblitt.* m) *V. supra vers. scriptum.* n) *Sequitur* potest, *a Bl. oblitt.* o) *Quae sequuntur, usque ad* Commissarius *incl., a Bl. postea addita sunt.*

[1] P. *Ioannes de Victoria* S. J., collegii pragensis superintendens (v. supra p. 5), Praga 25. Februarii 1563 Antonio Brus archiepiscopo pragensi et episcopo vindobonensi *scripsit: Collegium pragense a camera pecuniam nondum accepisse ideoque in magnis versari angustiis (ex epistulae „regesto" recenti, quod exstat Pragae in archivo regni bohemici).

[2] De pecunia ex deserta illa abbatia cisterciensi (Dobraluca, Dobrilugum, Dobrilugk) Sociis pragensibus attributa v. *Can.* II 672[1].

ex Camera[a] sed aliunde certo assignentur. Jdem uidetur iudicium de 450 florenis quos difficulter impetrare possumus.

Haec R. V. nouerit per Dei gratiam rectius quam ego concipere potui, digerere efficaciterque apud S. C. M. conficere ac nos tandem de omnibus certiores facere. Jesus Christus erit merces R. V. magna nimis[1]. Rursus valeat. Plurimum salutat R. V. P. Commissarius.

† Reuerendo Patri in Christo Petro Canisio Doctori Theologo et Collegiorum Societatis Jesu in Germania Prouinciali Praeposito etc. Oenepontj.

892. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu.
Oeniponte 14. Iunii 1563.

Ex apographo (G) saeculo XVII. (ut videtur) in Italia scripto, quod exstat Gottingae in bibliotheca universitatis, „Cod. theol. 177" II f. 504. Exstat etiam apographum (F), idque sub exitum saeculi XVIII. scriptum, Friburgi Brisgoviae in bibliothecae academicae codice illo, quem supra p. 245 dixi, f. 10.

Praesto mihi erat praeterea apographum (P), idque a. 1897 a P. *A. Hamy* S. J. Parisiis in bibliotheca nationali exscriptum ex cod. „Fonds Dupuy, T. 360" f. 275.

Spes de concilio. Caesar in rebus concilii sententia cardinalium praesidum acquiescit neque, ut calicem a concilio impetret, multum laborat. Cardinalium Lotharingi et Moroni ad eum epistulae.

— — De Concilio laeta[b] coepimus audire ueluti magnam[c] de se spem praebeat. Caesar nihil statuit amplius circa processum Concilij contentus legatorum sententia, ac more recepto, ut mihi subindicauit[2]. De Calice dixi, me scripturum Augustae postea si opus videretur, an et quomodo[d] ille[e] nunc[f] petendus uideretur Caesaris nomine, sed ostendit, se non magnopere curare. Vnde liberatus sum eo metu, quem posterioribus[g] explicaui. Scribit subinde huc[h] Cardinalis Lotharingus[i], utinam scriberet etiam D.[k] [?] Card. Moronus. Expectamus foelicem successum crastinae Congregationis[3], et Commendamus nos plurimum .etc.[l] [?] — —

Apographum G eadem manu sic inscriptum est: „Cauato dalle lettere delli 4. [del ?] detto [mese di Giugno; v. supra p. 247]; similiter F manu eiusdem temporis inscriptum est: „Lat. . . . Fors Canisii. Cavato delle Lettere 4 do" [? quarto ?]; tempus ascriptum non est. Epistulam Oeniponte 14. Iunii 1563 a Canisio Tridentum ad

a) *Sequitur* sed, *a Bl. oblitt.* b) lata *G.* c) magna *G.* d) Commodo *G.* e) ille *deest in F.* f) nunc *non est in F.* g) posteribus *P.* h) hic *P.* i) Lotharingius *F.* k) D. *non est in FP.* l) etc., *quod habent FG, fortasse a librario, qui epistulam primus transcripsit, positum est; in P non apparet.*

[1] Gn 15, 1.

[2] Haec confirmantur *Ferdinandi I.* litteris eodem hoc die 14. Iunii 1563 ad oratores suos tridentinos datis; in quibus de concilio hoc, praeter alia, dicitur: „Iam videtur longe meliore quam antea esse loco et praesentia nostra amplius non tantopere indigere" (*Sickel*, Trient 546).

[3] In congregatione generali 15. Iunii habenda constituturi erant, quo die proxima sessio habenda esset (*Massarellus* l. c. II 279 298).

Lainium datam esse ex iis, quae supra p. 247 dixi, certum efficitur et, quod ad tempus attinet, postremis illis epistulae verbis, quae de „crastina congregatione" sunt, confirmatur.

Haec Canisii epistula, vel potius epistulae pars, Romam ad Sanctum Franciscum de Borgia a Lainio missa, per hunc cum Sancto Carolo Borromaeo et cum ipso Pio IV. pontifice communicata est; cf. supra p. 247.

Lainius Canisio per Polancum rescripsit 18. Iunii 1563.

893. CANISIUS CARDINALI **STANISLAO HOSIO**, uni ex praesidibus concilii tridentini, episcopo varmiensi.

Oeniponte sub medium m. Iunium 1563.

Ex apographo litterarum Polanci, eodem tempore scripto. Cod. „V. P. 63" f. 81b—83a.

Cur Tridentum venire nequeat.

Polancus nomine Lainii Tridento 18. Iunii 1563 Oenipontem ad Canisium scripsit: „Jl Cardinal Varmiense mostraua hieri accettare le ragioni che V. Reuerentia li deue hauer scritto di non uenir qua specialmente quella di non farsi suspetto di uenir qua per scoprir li secreti lorò."

894. CANISIUS **P. THEOBALDO STOTZ S. J.**, in cathedrali ecclesia brixinensi contionatorem agenti.

Oeniponte inter 14. et 24. Iunii 1563.

Ex apographis epistularum Polanci, eodem tempore scriptis. Cod. „V. P. 63" f. 94b—95b 101b.

Eum consolatur, ad contionandum instituit etc.

De P. Theobaldo Stotz S. J., qui 3. Iunii 1563 Roma Brixinam ad contiones in ecclesia cathedrali habendas missus erat (supra p. 233), Polancus nomine Lainii Canisio scripsit Tridento 29. Iunii 1563: „Di quà si scriuira al Padre Theobaldo, mà V. Reuerentia fara opera di charita in continuare il buon uffizio con lui cominciato." Et 4. Iulii 1563: „Ben ha fatto V. R. de consolar con sue lettere, et anche de dar instructione à Maestro Theobaldo." Satis autem probabile est, Canisium eo tempore Stotzio plus quam semel scripsisse.

Hic notare iuverit, quid de eodem illo episcopo Thoma a Spaur, coadiutore brixinensi, qui Stotzium Brixinam ad contionandum secum abduxit, *Polancus* nomine Lainii Tridento 25. Ianuarii 1563 Oenipontem ad P. Ioannem Dyrsium S. J., collegii rectorem, * scripserit: „Recte omnino", inquit Polancus, „negatum est Domino suffraganeo illud inquisitoris officium quod nostros subire uoluit. Odiosum enim est, et instituto nostro minime conueniens, licet alioqui necessarium, et imprimis pium, et si quis uelit nos cogere ad illud admitendum literis Apostolicis Pauli IIJ anno domini 1549 [datis] nostram possumus inmunitatem in hanc partem tueri" (ex apographo totius epistulae, eodem tempore scripto. Cod. „V. P. 62" f. 166b). Atque ipse Sanctus *Ignatius* Roma quidem 20. Iunii 1555 in Lusitaniam ad P. Didacum Miron S. J. scripserat, Societatis homines officium inquisitionis, si Ioanni III. regi ita placuisset, admittere debere, „porque no repugnando tal cargo á nuestro Instituto, no es razon rehuse la Compañía el trabajo en cosa que tanto toca á su servicio y á la puridad de la religion de ese Reino" (Cartas V 256); postea tamen, ut ipse *Polancus* refert, „officium illud Inquisitionis, quod in Portugallia nostris committere Rex volebat, censuit P. Ignatius admitti non debere, quandoquidem Praefectum hunc eximi ab obedientia Superiorum Societatis volebant" (Chronicon VI 19; cf. Chronicon V 603—604). Plane autem Ignatio licebat hoc ita recusare; nam *Paulus III.* litteris apostolicis Roma 18. Octobris 1549 datis concesserat, ut „correctionis, seu visitationis, vel inquisitionis officium, monasteriis, vel ecclesiis, seu quibuscumque personis impendere" non „tenerentur" (*Litterae apostolicae* etc. [cf. supra p. 16] 44).

895. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO.

Tridento 15. Iunii 1563.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „Padre Canisio". Cod. „V. P. 63" f. 75b—76b.

Epistula usus esse videtur *Sacchinus*, Can. 332.

Canisii iter tridentinum, monacense etc. Eum sibi non scribere queritur cardinalis Hosius. Quocum communicari solent Canisii epistulae ad Lainium datae. Convenit Canisium caesari, quid de theologorum oenipontanorum „articulis" sentiat, dicere. Canisius, quid de calice laicorum caesari suadendum sit, edocetur. Valencenis ob religionis periculum iam collegium instituitur. Canisio ad tempus opera hominis externi in scribendo uti licet, exceptis rebus secretis. Officia Ormanetto nuntio apostolico a Canisio praestita. Communicatio cum cardinale Morono. Italice scribere licet Canisio. Rectori monacensi magistri meliores mittentur. Collegium dilinganum, cum cardinalis omnia praestare paratus sit, brevi incohabitur. Socii varii. Concilii sessio proxima. Rerum componendarum gratia multae „congregationes particulares" habentur; quibus Lainius et Salmeron saepe intersunt; ille de „abusibus circa sacramentum ordinis" dicturus. „Reformatio" Roma Tridentum missa.

Pax christi etc.

Ale lettere di V. Reuerentia di 8.[a] [?] del presente si fece risposta per uia dell' Jllustrissimo Legato Warmiense[1], dopoi riceuette N. Padre altre piu uechie di 4. del medesimo, doue mostra aspettar risolutione se debbia uenir a Trento ò uero tornar a Augusta, ò Monachio . in questa parte gia N. Padre ha scritto quel che sente et a quello se rimette[2] poi che la consolacione che si haueria in ueder V. Reuerentia quà pare haueria altri contrapesi, quali potriano reputarsi piu importanti, et non uenendo V. Reuerentia con lettere potra dar satisfatione al detto Legato Warmiense il qual tuttauia si lamenta di non hauer lettere di .V. Reuerentia[3] di modo che quando si potra commodamente sara ben consolarlo, uero è che seli sogliono communicare quelle che V. Reuerentia scriue a N. Padre.

Il dire V. Reuerentia suo parere alla Maestà cessarea di quelli Articoli proposti sarà bene[4]: del calice dei Laici gia per l'ultima fu scritto, che in primo loco pareua bene a N. Padre si disuadessi a sua Maestà totalmente il domandarlo; se pur uolessi tutta uia ricercarlo dal Concilio che fossi simplicemente proposto lasciando liberi li Padri dir il suo parere, et secondo disse il Legato Morone sarebbe meglio, che sua Maestà s' ha di domandar qualche cosa la domandasse al papa.

Stephanus[5], *si R. V. visum erit, Oeniponte retineatur.*

a) *Sic ap.; corrigendum esse videtur* 7.; *v. supra p. 239.*

[1] Per cardinalem Hosium. [2] V. supra p. 189 222. [3] Cf. supra p. 220.

[4] Novos illos „articulos" Polancus significat, quos theologi oenipontani caesari proposuerant in concilio urgendos; v. supra p. 239.

[5] Significari censeo non Stephanum Liberium (de quo *Can.* III 42 300) — is enim exeunte a. 1563 Romae philosophiae studebat (Epp. *Nadal* II 459) — sed Stephanum Kreitzler (Creitzler), de quo in * *Catalogo* collegii S. J. monacensis ineunte a. 1565 Romam misso refertur, eum „Creimburgensem" (Krainburg, in Carniola,

Joannem Flandrum[1] *et alios, qui gallice loquuntur, in Galliam vel Flandriam mittere cogitamus* hauendo accettato N. Padre perl' autuno che uiene un collegio in Valentiene che è città fra Cambray et Tornay[2] doue li heretici sono tropo innanzi et cosi si domanda questo remedio come in una necessità quasi extrema.

Per scriuere potra pigliar V. Reuerentia un secolare, per insino a tanto che ci sia la commodità di hauer uno jdoneo della compagnia istessa, pur le cose secrette apertenenti a detta compagnia non si doueranno scriuere per mano del tal secolare, ma del Padre Guilliermo[3], ò altro dela Compagnia.

Del officio per .V. Reuerentia fatto con maestro Nicolao Hormanetto[4] è molto contento il Cardinal Morone, alquale non parendo a V. Reuerentia scriuere de cose reseruate ad ogni modo le lettere per N. Padre seli possono communicare.

.V. Reuerentia scriua pur in Jtaliano tutte le uolte che li parera per non si smenticar dela lingua poi che a noi torna tutto a un conto.

Rectori collegii monacensis[5] *novos magistros petenti quinam Roma mitti possint, videbimus;* lui essagera pur assai l' inutilità di quelli che li sono stati mandati.

Del collegio de Dilinga perli capitoli che qùi uanno (quali uisti s' hanno a mandare al Padre Natale insieme con le lettere incluse) intendera V. Reuerentia la resolutione fatta per il Cardinal d' Augusta il quale concede quanto se li domandaua[6], et pero bisognera far conto di principiare il suo collegio questo autuno.

Res Joannis Zimer[7] *pater praepositus noster R. V. arbitrio permittit.*

Heri quinque fratres nostri istuc profecti sunt.

Hoggi si fà la declaratione del giorno della sessione et anchora che non è tornato N. Padre della congregatione pùr si pensaua hieri de certo, che sarebbe prefixo il giorno di detta sessione alli 15. di Luglio[8], si fanno spese uolte congregationi auanti li Legati, mo di questi mo di quelli Vescoui et Theologi, et è spese uolte chiamato N. Padre et anche il Padre Salmeron come Theologo del papa, et si

---

Austriae provincia), dioecesis labacensis esse, a. 1561 in Societatem intrasse, 1. Ianuarii 1563 eius vota nuncupasse, valetudinis causa in varia Italiae et Germaniae collegia missum esse, iam Monachii „ianitorem" agere. „Si ualetudo permitteret, singularis foret in docendo et conuersando, itaque per accidens est coadiutor" (Cod. „GSC 66" f. 376[b]). [1] De hoc v. supra p. 128[1] 204 222.

[2] Valencenae (Valenciennes) in Gallia septentrionali. [3] Elderen S. J.

[4] De Ormanetti legatione bavarica v. supra p. 224 238.

[5] P. Theodorico Canisio S. J.

[6] Cf. Epp. *Nadal* II 308—311. Exstat, manu eiusdem temporis scripta, *„Copia Capitulorum factorum circa fundationem collegij Societatis Dilinghe per Cardinalem Augustanum 1563. B." Cui adnotatum est, „Capitulorum" exemplum alterum cardinali datum esse (Cod. „Germ. Sup. Fund. I." f. 283[a]—291[b]).

[7] Cf. supra p. 234[4].

[8] Ita factum est (*Martène-Durand* l. c. VIII 1361. *Raynaldus* l. c. in a. 1563, n. 104).

uano stringendo le cose procurando accordar li dispareri, che ci sono specialmente delli prelati Francesi[1], potrebbe essere che hoggi finissero di dir in congregatione publica tutti quelli, che haueuano a parlare delli abusi circa ordinem sacrum, et cosi .N. Padre Preposito hauera da dire il suo uoto nella congregacion dopo desinare se[a] si farà hoggi ò uero domattina, che mi par li uogliono lasciare una udientia intiera[2].

Del negocio della riforma intendiamo che gia sua santità l'ha mandata a Trento molti di sono assai seuera[3], et s'aspetta che le materie presenti che adesso si trattano con fretta diano luogo a metterla in campo et trattarne di quella. *Deum pro nobis orate.* Di Trento .15. di Giugno . 1563. Qùi ua un plico per il dottor Zoanetto professor de Jngolstadio[4]. V. Reuerentia de gratia lo mandi a ricapito.

Canisius Lainio rescripsisse videtur vel 18. vel 20. et 21. Iunii 1563.

896. CANISIUS **GEORGIO SIGISMUNDO SELD**, imperii vicecancellario. Oeniponte sub 17. Iunii 1563.

Ex archetypo (2°; $2\frac{1}{2}$ pp.) manu ignota scripto, quod exstat Viudobonae in archivo aulico, „Romana 1563 April—Juni" 119—120.

In Societatis collegio romano plurimi instituuntur, qui in Germania et aliis regionibus magistri et contionatores sint futuri. Cum autem collegium usque adhuc in victu comparando vehementer laboraverit, iam abbatia Cryptae ferratae in illud ex cardinale de Monte transferri potest. Ad quod efficiendum multum conferent litterae, si quas caesar ad pontificem, cardinales etc. dederit.

Habet Societas nominis IESV Collegium Romae, in quo plures modo quam ducentj eiusdem Societatis, diligentissime et foelicissime instituuntur, varijs linguis et disciplinis discendis incumbentes: Qui ex eo Gymnasio deinde mittuntur in Germaniam et alias regiones, non poenitendj quidem Magistri, Philosophi, Theologi et concionatores. Nec est quicquam fere, quod hactenus Collegia Societatis huius magis conseruat, fulcit et promouet, praeterquam Romanum hoc Gymnasium, vnde uelut ex amplissimo seminario colliguntur praeclarj operarij dominicae messis, qui ultro citroque mittuntur, docti, pij, peritique homines, per quos etiam Germanj, qui hinc Romam, uel inde ad nos hucusque destinantur, fideliter tam in literis quam in moribus instituj solent.

Et hactenus quidem Collegium hoc nullos habuit prouentus, sed ex eleemosinis undique corrasis personas plurimas ingenti cum difficul-

a) *A libr. correctum ex* che.

[1] De his „congregationibus particularibus", in quibus maxime de potestate summi pontificis et de episcoporum institutione agebatur, scripserunt etiam *Mendoza* (l. c. II 125—126) et *Phola* (*Martène-Durand* l. c. VIII 1361) ac caesaris *oratores* ridentini (*Sickel*, Trient 517). Quid Lainius et Salmeron in congregatione 10 episcoporum et theologorum 8. Iunii 1563 coram legatis habita de pontificis auctoritate statui voluerint, refert *Calinius* apud *Beccadelli* l. c. 86.

[2] De hac Lainii oratione v. infra p. 268. [3] Cf. supra p. 221 233.

[4] Cf. supra p. 208[4].

tate sustentat, praesertim in hac difficili rerum annona, quae annis abhinc aliquot almam Vrbem et Jtaliam fere omnem afflixit. Nunc uero se offert occasio (ut sapientes suggerunt) commoda satis ad huiusmodj doctorum et studiosorum hominum multitudinem utcunque fouendam et alendam in posterum.

Est apud Jtalos Abbatia quaedam (Grotta ferrata dicitur) quae fuit antea in potestate Domini Cardinalis de Monte, nunc uero penes Pontif: Max: integre manet, et ad illius reseruatur arbitrium tantisper, dum ex eiusdem Abbatiae prouentibus exoluantur debita, quae satis ingentia dictus D. Cardinalis conflauit[1]: Tunc enim haec Abbatia in Praelatum alium a S. D. N. conferretur.

Putant igitur virj prudentes, magno et publico commodo non solum dictae Societatis, sed etiam Catholicae Ecclesiae futurum, si Abbatia haec a Cardinale de Monte in Collegium dictum Romanum transferretur, ac inde pauperes plurimj sumptus vitae nesessarios referrent, illique maxime, qui Ecclesiae Catholicae et S. Sedj Apostolicae uolunt et possunt in uarijs regionib: ad Dej omnipotentis gloriam ex eadem Societate fideliter inseruire.

Ad quod conficiundum sola sufficiet Pont: Max: authoritas, ut is pro singularj pietate sua gratiose concedat applicarj supradictam uacantem Abbatiam, et incorporarj Romano Collegio memoratae Societatis. Verum ut consensus et authoritas S. D. N. in hunc finem obtineatur, nullus gratia, fide et dignitate plus effecerit, quam Caes: Maiestas, si haec literis ad S. Sanctitatem datis, pium hoc Jnstitutum commendare ac promouere dignabitur, proposita interim, sj placebit, tum praesente necessitate, tum futura, quae iure speranda est, utilitate Collegij Romanj ita fundatj atque dotatj, in quo sacra et prophana studia aliquot ab hinc annis quotidie cum publica laude et communi Romanae Vrbis utilitate praeleguntur atque tractantur. Ex quo itidem Collegio multj et praestantes virj non solum in Germaniam, sed etiam in alias nationes et Prouincias missi, sua doctrina et conuersatione spiritualj multiplicem uberemque fructum Ecclesiae Dej in hunc usque diem adferre cernuntur.

Vbi ne obstet difficultas ex parte dicti Cardinalis cuius debita multa ex praedicta Abbatia persoluenda supersunt, offeret ac promittet idem Collegium, nempe, quod post incorporationem huiusmodj ex Apostolica dispensatione factam, residua debita D. Cardinalis bona fide persoluet.

Coeterum ut literae Caes: Maiestatis maturiorem expeditionem Romae sortiantur, operaepretium fore videtur, ut aliae quoque Caes: Maiestatis nomine separatim scribantur ad Cardinalem Boromaeum[a], ad Card: Moronum, ad Card: Simonettam, ad Secretarium Pontificis

a) Boronaeum *archet.*

---

[1] Vide supra p. 242[1].

Ptolomeum, ut quj hac in re plurimum ualere, et Caes: Maiestatis studium lubenter promoturj esse videntur; Tum scribj utiliter poterit ad Oratorem Caes: Maiestatis in Vrbe residentem[1]: nimirum, ut omnes et singuli pro foelicj successu dicti negotij apud S. D. N. serio intercedant.

In archetypi pagina 4. manu eiusdem temporis, quae Seldii esse videtur, * notatum est: „Canisius. Pro promotorialib . ad Pontificem, Cardinales Borromeum. Moronum, Simonettam, et Secretarium Ptolemoeum vt Abbatia Grottae ferratae incorporetur collegio Jesuitarum Romae. Notandum an idem ad Collegium Cardinalium. Jtem petit commendatitias in genere pro ipso ordine. 17. Jun. Anno 63." Canisium Seldio litteras sive commentarium hunc misisse, etiam ex negotii natura atque ex Seldii officio et usitata erga Societatem Iesu benevolentia (cf. infra p. 275) conicere licet. Accedit, quod ex Polanci epistula 29. Iunii 1563 Canisio missa plane constat, in commendaticiis his caesaris litteris dandis Seldii operam intercessisse. Neque tamen sine veritatis specie quis dixerit, Marco Singkhmoser caesaris secretario Canisium haec misisse; nam ipse *Lainius* Tridento exeunte m. Iunio 1563 Romam ad S. Franciscum de Borgia de epistulis, quas Canisius his litteris petit, * scripsit: „Se cree seran las letras del Emperador de buena tinta, asi por su officio, como porque el secretario nos es muy beneuolo, y fue bien informado del padre Canisio creo con todo esso que tratta della Abbadia di Grottaferrata" (ex apogr. eiusd. temp. Cod. „V. P. 63" f. 100ª).

897. CANISIUS **P. CHRISTOPHORO DE MADRID S. J.**, uni ex Lainii praepositi generalis „assistentibus", collegii romani S. J. superintendenti.

Oeniponte 17. Iunii 1563.

Ex apographo recenti (A), quod ex archetypo — Canisius sua manu nomen („Seruus" etc.) subscripsit — in cod. „E. C. I." f. 307ª—308ᵇ (n. 120) posito exscriptum est.

Exstat etiam alterum apographum (B), sub a. 1860 curante *Boero* ex eodem archetypo exscriptum.

Epistulae particulam („Agnosco" — „reddidit consilia") posuit *Sacchinus*, Can. 197 et Hist. S. J. II, l. 7, n. 51, et ex eo *Boero*, Can. 257 (italice) et *Michel* l. c. 270. Tres aliae particulae ex archetypo typis exscriptae sunt in Epp. *Nadal* II 304[3] 305[3] 625. Aliam particulam posuit (germanice) Card. *Steinhuber* l. c. I 49[1].

Gaudet, quod Pius IV. collegium germanicum pecunia iuvare statuerit, magnaque ex eo instituto sperat. Iuvenes augustani. Canisius brevi Augustam redibit. Opera concilio per Canisium navata; inter caesarem et concilium nunc bene convenit. Collegii dilingani initia. Natalis. Caesar curiam romanam rogat, ut Crypta ferrata collegio Societatis romano tribuatur. Canisius sacras preces petit.

† Pax Christi.

Admodum Reuerende pater.

Magnam caepimus in Domino IEsv consolationem, quod Pontifex Max: tandem nostris uotis et Cardinalium consilijs annuerit, dum se adeo liberalem ostendit erga Germanos in Collegio Germanico[2]. Hinc maiorem in spem uenimus fore, ut plures ac meliores isthic operarij ad messem Germanicam aliquando curandam probe formentur, et ad nos utiliter exeant. Confirmet hoc praeclarum Jnstitutum[a], quod coepit

a) Jstitutum A.

[1] Prosperum ab Arcu. [2] Cf. supra p. 244.

Dominus[1] ad suam gloriam, nostramque Germaniam hac ratione magis magisque repurget ac liberet haeresibus.

Nec potuit mihi non esse gratum charitatis vestrae studium, quod in Hectorem Augustanum uti rogaueram, contulistis[2]. De sumptib: agam, ut primum Duce Christo reuertar Augustam. Jd autem propediem fiet, cum hinc etiam Caesar Viennam proficiscatur: Ac tum quoque Augusta respondebo, quantum Euerhardi pater[3] in suppeditandis filio sumptib: ferre possit.

Agnosco gratiam singularem, qua[a] me hoc loco publicis negocijs impeditum satis[b] prosequi uoluistis, simulque pro me et Caesare Deum Opt: Max: estis precatj. Atque utinam, quod mej muneris erat et Ecclesiae dignitas requirebat, ita praestitissem sedulo, ut quidam isthic forte praedicant[4]. Agimus tamen gratias Deo, qui moderata ex turbulentis[c] reddidit consilia et Caesarem Synodo fauentem ostendit, ut nunc quidem inter Caesarem et Concilium conuenire optime videatur.

Recte faciet Card: Augustanus, si consilia sua de Collegio Dillingensj constituendo semel absoluat. Nam tempestiuum modo videtur, quae[d] uenturis erunt fratib: necessaria, coemi ac praeparari: Si quidem illi ante hyemem proficiscentur. Ac tum opus erit in primis praesentia p. Natalis, ut mihj sane videtur.

Scribuntur nunc literae Caesaris ad Pontif: et Cardinales, quibus Abbatia illa Collegio Romano impetretur et applicetur[5]. Oramus Deum, ut Caesaris ac nostrae uoluntatj hac in parte fiat satis ad necessariam fratribus sustentationem et consolationem. Quod si fiet, laeti agemus gratias patri misericordiarum[6], qui tantum beneficij in charissimos fratres contulit, quantum ad multarum nationum utilitatem accipiendum esse confidimus.

Dubium nobis fuit de illo, quem dixeram, Euerhardo Augustano, sit ne puer ad rem literariam aptus. Quare probandum illum puto, ut sciamus, an indocilis videatur. Non commendabo Germanos R. Vestrae[e] quos nouj charissimos illj esse, sed meipsum illi commendo, ut suis aliorumque patrum istic[f] sacrificijs et precibus me prouinciamque meam iuuare dignetur. Oenipontj 17 Junij 1563.

Seruus in Christo P. Canisius.

† Reuerendo in Christo patri d. Christophoro Madridio Theologo Societatis IESV, et Collegii Romanj Praeposito, Romae.

a) beneficium singulare, quo *Sacch.* b) *Sacch. om.* satis. c) *In archet. sequuntur vv.* consilia suggessit Co, *oblitterata.* d) quam *B.* e) T. *B.* f) *In arch. sequuntur vv.* ac istorum, *oblitt.*

[1] Cf. Ps 67, 29; 1 Petr 5, 10.

[2] Hic fortasse idem est ac iuvenis ille, quem, ut in collegium germanicum admitteretur, Iacobus Fugger commendaverat; v. supra p. 147 241.

[3] Conradus Vehlin? Vide supra p. 179[1] 190. [4] Cf. supra p. 118 235.

[5] De hoc negotio ad Cryptam ferratam (Grotta ferrata) spectante v. supra p. 242 258. [6] 2 Cor 1, 3.

898. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu.
Oeniponte 18. Iunii 1563.

Ex epistularum Polanci et Lainii apographis eodem tempore scriptis. Cod. „V. P. 63" f. 94[b] 87[a] 100[a].

Imperatorem ad pontificem, oratorem suum romanum, alios scribere, ut abbatia Cryptae ferratae collegio romano detur. Sociis curandum esse, ut in oratoris caesarei familiaritatem intrent etc.

Polancus nomine Lainii Tridento 29. Iunii 1563 Oenipontem ad Canisium scripsit: „Riceuette N. Padre insieme tre plichi di V. Reuerentia de 18. 20. et 21 del presente". Atque Lainius Canisii litteras 18. Iunii ad se datas significare videtur, cum Tridento 24. Iunii 1563 Romam ad Sanctum Franciscum de Borgia scribit: „Tenemos auiso de Jspruch che el Emperador scriue como se le pedia à .Su. Santidad, y à los demas sobre la fundation del Collegio, como llegan achj sus cartas para los legados, procuraremos che tambien scriuan à Su Santidad." Cf. supra p. 259. Et Tridento exeunte m. Iunio 1563 eidem de Prospero de Arcu, Ferdinandi I. oratore romano: Con el „seria bien tomar familiaridad segun scriue il Padre Canisio".

Fortasse hae Canisii litterae etiam relationes illas continebant, quas certe una cum ipsis Lainio allatas esse ex iis, quae Canisii epistulis 20. et 21. Iunii 1563 ad Lainium datis adnotabo, intellegitur; v. infra p. 270—272.

Ceterum de hac Canisii epistula, quae perisse videtur, vide Polanci, quas dixi, litteras 29. Iunii 1563 datas; his enim Lainius Canisio respondit.

Lainius Tridento 1. Iulii 1563 Romam ad Borgiam *scripsit: „Pues todouie parece a V. R. se tiente lo de Grottaferrata à qui uan las letras [del] Emperador para Su Santidad et para lo Jllustrissimo Boromeo, y para su Embaxador" (ex apogr. eiusd. temp. Cod. „V. P. 63" f. 100[b]). Atque idem *Lainius* eidem in *alteris litteris, quae vel eodem die vel paulo ante datae sunt: „Tambien ay letras de su Magestad para los Cardinales Moron y Simoneta y sus embaxadores[a] en el Concilio[1] que procuren ellos scriuan sobre esta materia a Roma" (ex apogr. eiusd. temp. Cod. „V. P. 63" f. 100[a]). *Polancus* autem Tridento sub 5. Iulii 1563 ad P. Christophorum Matritium S. J. *rettulit: Moronum eius rei gratia Romam misisse „lettere ben calde", et Simonetam similes litteras Lainio promisisse (ex apogr. eiusd. temp. Cod. „V. P. 63" f. 102[b]).

Ad caesareas illas litteras *Prosper ab Arcu* orator Roma 28. Iulii 1563 imperatori *rescripsit: „Ho parlato a Sua Santita per quellj della compagnia del Giesu, m' ha risposto che gia ha disposto dell' Abbatia di Grotta ferata, se bene non ha publicato questa sua deliberatione, Non dimeno che vuole ad instansa di vestra Maiesta dar loro qualche cosa, perche possino stare comodamente, Et che poi ch' é pontefice ha dato loro in diuersi luoghi per piu di diecj milla ducati d' Entrata" (ex autographo, quod exstat Vindobonae in archivo aulico, „Romana 1563", 7—8).

Ipse autem *Pius IV.* tribus diebus post ad Ferdinandum I. has dedit *litteras, quae in membrana scriptae adhuc exstant Vindobonae in archivo aulico („Romana 1563", 7—8):

PIVS Papa IIII.

Charissime in Christo fili noster, salutem, et apostolicam benedictionem. Quod Maiestas tua collegium Societatis Jesu, quod in hac alma Vrbe est: diligenter nobis commendauit: grato admodum nobis officio functa est. Laudamus propensam uoluntatem: quam praesefert erga hoc collegium, et totam eam Societatem . quam nos quoque propter ipsius merita singulari charitate complectimur. Etenim compertum habemus, his tam turbulentis Ecclesiae temporibus multis in Prouincijs collegia eius

a) su embaxador *ap.; at pluralem numerum ponendum esse, et res ipsa (v. adnot. 1 huius pag.) et verbum* procuren, *quod proxime sequitur, ostendunt.*

[1] Antonio Brus, Georgio Drascović, Sigismundo de Thun.

magno esse usui, et operam egregiam nauare Deo, ac populis, apud quos sunt constituta. Jtaque cum alijs fauoribus, et gratijs opportunis ea benigne admodum prosequi solemus: tum hoc ipsum, quod in Vrbe est, etiam subsidijs temporalibus adiuuare non desistimus. Verum de Abbatia Cryptae Ferratae, quam Maiestas tua cuperet ipsi collegio a nobis attribui: nos iam aliud statueramus: neque integrum est nobis: ut aliud de ea Abbatia consilium capiamus. Speramus tamen alias nobis occasiones non defuturas: quibus oblatis, sicut ipsi collegio iam de domo prouidimus: ita de reditibus quoque quibus commode sustentari possit: Deo dante, prouidere curabimus: Et praeter paternae nostrae charitatis affectum erga hos bonos, et deuotos nostros, atque huius sanctae sedis filios, tuae quoque commendationis, ut debemus, memoriam conseruabimus. Datum Romae apud Sanctum Marcum sub annulo Piscatoris die ultimo lulij M. D. LXIIJ. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Ant. Florebellus Lauellinus.

Charissimo in Christo filio nostro, Ferdinando Vngariae, ac Bohemiae Regi Illustri, Electo Romanorum Jmperatori.

Similes litteras sub idem tempus hac de re ad cardinalem Simonetam dedit Sanctus *Carolus Borromaeus;* in quibus Societatis homines vocat „obsequentissimi et carissimi figliuoli" pontificis, et „non manco", inquit, „d' aiutare et favorir in tutto quel che posso questi santi padri"; epistula exstat in Epp. *Nadal* II 629—630. Atque idem *S. Carolus* Roma 31. Iulii 1563 similiter scripsit ad Ferdinandum I.; quae litterae exstant apud *Baluze-Mansi* l. c. III 510—511.

899. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO. Tridento 18. Iunii 1563.

Ex apographis eiusdem temporis; in margine epistulae Canisio inscriptae, eadem manu: „Padre Canisio". Cod. „V. P. 63" f. 81^{b}—83^{a} 79^{b}—80^{a}.

P. Stotz. Augustae Societatis homines, si qui eos rogaverint, ut pestilentia infectos invisant, illos remittere debent ad parochos, nisi timendum sit, ne ita aegrotorum animae pereant vel aliorum animi valde offendantur; neque enim Socii se aliosque inficiendo maiora caritatis officia impedire debent. Quod caesar „novum collegium" oenipontanum Hieronymianis hispanis tradere cogitat, id consilii prospere successurum esse non videtur. Caesaris iter austriacum. Canisio Oeniponte catechismo operam dare, Augustae contionari, Monachii visitationi collegii interesse licet, pestilentia infectorum confessiones excipere non licet. Hosius. Natalis. Schola oenipontana. In Galliam de religione vehementer periclitantem Socios aliquot ex Germania mitti convenit. Querelae de mutationibus magistrorum. Collegia ingolstadiense, oenipontanum, herbipolense. Nova de concilio. Lugdunum Galliae regi restitutum; Gallia ministris sacris destituta. Collegium dilinganum a Societate admissum. Brunus et Cordubensis a Canisio invitati. Staphylus aegrotus. Collegium romanum.

Res concilii: Doctrina de sacramento ordinis in multis congregationibus „particularibus" a selectis hominibus excussa est; ubi Lainius et Salmeron egregia officia praestiterunt. Cardinalium praesidum diligentia difficultates omnes superabuntur. Lainius de abusibus ad ordinem spectantibus per plus quam 2 horas dixit cum multorum magna satisfactione, aliorum, quos reprehendit, offensione. Quam orationem Romam mittere volunt. Coetus „Indici" recognoscendo coactus. Multi concilii patres ad suffragia rectius ferenda per Socios adiuti.

Pax christi .etc.

Allo lettere di V. Reuerentia di 4. del presente fù fatta risposta mercoredi passato [1], dopoi riceuette .N. Padre quelle de .12. et .14. del

---

[1] Scribendum fuerat „martedi" (15. Iunii); v. supra p. 258; sed fortasse epistula ante 16. Iunii tabellario tradita non est.

medesimo[a] allequali rispondero per uia dell' Jllustrissimo Legato Warmiense. *Magistrum Theobaldum*[1], *qui solus est, per epistulas a nobis adiuvari convenit.*

In codice apographo huius institutionis manu P. Nicolai Lanoii S. J. adnotatum est „Ex Concilio Tridentino 1563“. Cum autem codex tunc collegii fuerit ingolstadiensis in eoque rectores, quae ad collegium regendum usui fore visa essent, inscribenda curaverint (v. *Can.* I LVIII), ex hoc ipso intellegitur, haec praecepta Ingolstadii transcripta esse, antequam P. Nicolaus Lanoius S. J. munus rectoris ingolstadiensis cum officio praepositi provincialis Austriae, quod deinceps per complures annos administraturus erat, commutasset; id quod m. Augusto a. 1563 factum esse videtur; nam Lanoius a *Polanco* in epistula Tridento 9. Augusto 1563 ad Natalem data „nueuo prouincial“ vocatur (Epp. *Nadal* II 356), et *Polancus*, cum epistulas haud paucas ad Lanoium dedisset rectorem, in * litteris Tridento 17. Augusti 1563 datis significavit, se iam primum Lanoio scribere provinciali et, ut Deus in novo munere obeundo ipsum adiuvet, precari (ex apogr. eiusd. temp. Cod. „V. P. 63“ f. 167[a]). Quod autem praecipitur, ut litterae quadrimestres ea ratione transmittantur, de qua proxime scriptum sit, scriptum illud significari puto, quod sub medium m. Aprilem Tridento ad Canisium missum est. Quare italicas has leges inter m. Aprilem et Augustum 1563 latas esse censeo. Neque tamen scio, num ante latinas illas, quae infra p. 280 ponentur, latae sint; certe in codicem ante latinas transcriptae sunt; et quae in latinis de litteris quadrimestribus per praepositum provincialem emendandis brevius dicuntur, ob hoc ipsum brevius dici videntur, quod iam antecesserit copiosius illud de eadem re praeceptum, quod in litteris supra propositis comparet.

Ex codice quidem ingolstadiensi hoc tantum proxime et recta (ut ita dicam) cognoscitur, has litteras Lanoio missas esse; sed Canisio quoque earum exemplum destinatum esse vel ea — ut alia omittam — ostendunt, quae de praeposito provinciali in iis constituuntur.

Praeceptis modo propositis confirmantur et explicantur, quae iam antea in * „*Formula* scribendi“ (de qua supra p. 10) constituta erant: „Literas Quadrimestres mittant praepositi, Rectores etc. quam emendatissimas, eas item emendent prouinciales diligenter si quid videbitur emendandum“. Literae, „quae aedificationis sunt et 4^{0} quoque mense . . . scribuntur, ea tantum continere debent [quae] omnibus tam de Societate quam exteris ostendi possunt quod huiusmodi sint vt eis vtrisque aedificationem adferre merito debeant“. . . Narrandum in iis, quos Societatis homines contionando, exercitia spiritualia aliis tradendo, confessiones excipiendo, valetudinaria invisendo etc. pietatis fructus collegerint. . . „Quod vt commodius fieri possit[a] deligat superior aliquos idoneos qui capita rerum quae ad aedificationem faciunt annotent et ipse annotabit quae scribenda videntur et ei qui quadrimestres literas scripturus est omnium quasi siluam tradat. Serio tamen animaduertendum ne vel occasione[b] aedificandi eos qui literas legerent vel alia quauis quicquam[c] scribatur in praeiudicium sigilli vel secreti quod obseruari debet quin potius ita scribantur[d] literae quadrimestres vt licet publice legendae forent in eodem loco vbi scribuntur nullus conqueri iuste possit aliquid manifestari quod non oporteat praesertim cum de peccatis agitur“ (Cod. „Can. X Sa“ f. 186[a]—187[a]).

Similiter in institutione illa * „*De literis*“ conscripta, quam supra p. 142 dixi: „Ratio quam sequimur, ut facile colligamus, quae in literis quadrimestribus scribenda sunt, est haec: Jubetur ea unusquisque singulis diebus anotare omnia, quae sibj euenerunt, et ad aedificationem attinent spiritualem, eligantur uero duo ad finem 4[ti] mensis qui omnia colligant, his autem Superiores adiungent quae amplius nouerint“. „Dentur uero scribendae quadrimestres alicuj, qui et iudicio ualeat, et facultate dicendi“. „Cura adhibeatur diligens, ut quae in literis quadrimestribus narrantur[e] ad aedificationem, nullum omnino laedant praesertim ubi qui est fructus ex Confessionibus consecutus narratur[f]. Nam sic sat erit, si ea dicantur in uniuersum[g], et quae ad nullum referri[h] proprie possint.“ „Castigentur quadrimestres antequam legantur, adhibeatur cura et diligentia, qua ratione et per quos quadrimestres literae com-

a) posset *apogr.* b) occasionem *ap.* c) queuis quicunque *ap.* d) scribuntur *ap.* e) narantur *ap.* f) *In ap. correctum ex* naratur. g) uniuersam *ap.* h) *In ap. correctum ex* referi.

ponantur[a], et si fieri possit semper[b] Superior illas[c] ordinet, etiam si stylus adhibeatur alicuius" (Cod. „XV. A" f. 129[b] 130[a]).

909. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO aliisque Societatis praepositis. Tridento inter m. Iunium et Augustum 1563.

Ex apographo eiusdem fere temporis, quod P. *Alphonsus Pisanus* S. J. in collegio S. J. ingolstadiensi inscripsit Codici „Antiqu. Ing." f. 86[b]—87[a].

Litterae quadrimestres, pro quibus, a quibus lingua vel vernacula vel latina scribendae sint. Litterae annuae vel quadrimestres pro Indiis et Brasilia. Quadrimestres quomodo recognoscendae et inscribendae sint. Litterae ex Indiis et ex Brasilia mittendae.

Prouinciae pro quibus litterae quadrimestres sunt scribendae, sunt 14. scilicet Sicilia, Neapolis, Roma, Thuscia, Longobardia, Germania superior, Austria, Germania inferior. Gallia, Aragonia, Castella uetus, regnum Toletanum, Portugallia, Baetica. Sunt ergo 14 quia Castella diuisa est in duas[1] et etiam Germania Superior[2].

Pro singulis quaeuis domus uel collegium debet scribere singulas quadrimestres et quidem pro sua prouincia in lingua uernacula[3] unam, reliquas in latina nisi eiusdem idiomatis essent plures[4], tunc etiam in uernacula, totidem possent scribi si uellent.

Praeter has pro Jndiae prouincia[5], uel erunt scribendae annuae literae uel ternae quadrimestres et quidem siue annuae sint, siue quadrimestres, binis uel ternis exemplis mittantur in portugalliam ut per uarias naues mittantur in Jndiam[6].

Tantundem fiet pro Brasilica prouincia . prius autem quam exempla praedicta scribantur Prouincialis uel qui est ab eo ad id constitutus emendet ea, et postquam scripta fuerint, et collata exempla cum prototypo singulae complicatae inscribantur in hunc modum Quadrimestres Collegij uel Domus N. mensis Janua. Maij[d] uel Sep: anni N. et paulo inferius ad Prouinciam Siciliae uel Romanam etc. De modo mittendi huiusmodi quadrimestres iam scriptum est Prouincialibus[7].

Quando in eadem urbe domus[8] est et Collegium ut Romae et Vlisponae[e] [?] uel duo Collegia ut Coninbricae satis erit si unas conficiant[f] quadrimestres quae complectantur quae pertinent ad utrosque.

a) *In ap. sequitur alterum* literae. b) *Sequitur* et, *oblitteratum.* c) *Hoc v. a libr. in marg. additum est.* d) Martij *ap.; sed* Maij *scribendum fuisse res ipsa et Societatis, quae tunc erat, consuetudo ostendunt; cf. Can. I 336*[2]. e) *Sic ap.; quod corrigendum videtur:* Vlissiponae *vel* Vlissipone. f) conficiat *ap.*

[1] Divisa est a. 1562 a P. Natali in provincias veteris Castellae et regni toletani (Epp. *Nadal* II 90). [2] Vide quae sub ipsas has litteras dicentur.

[3] Litterae huius generis germanice scriptae nunc valde raro comparent, saltem quae ad saeculum XVI. pertineant; de vindobonensibus quibusdam v. *Can.* III LXI.

[4] Ut italici Sicilia, Neapolis, Longobardia etc.

[5] Haec Indiam orientalem quam nunc vocamus, Molucas, Iaponiam comprehendebat (*Sacchinus,* Hist. S. J. II l. 1, n. 17—19).

[6] Ita fiebat, quia multae naves peribant. [7] Vide supra p. 140—142.

[8] De „domibus professis" S. J. v. *Can.* III 245[4].

His qui sunt in Jndia, et Brasilia propter eorum occupationes non iniungitur, ut totidem faciant exemplaria, Sed facient quae poterunt commode latine uel uernacula lingua uel utraque ut poterunt.

In codice, quo usus sum, huic apographo P. Nicolaus Lanoius S. J. in margine adnotavit: „Decretum receptum anno 1563." Quae, ut supra p. 279 exposui, ostendunt, praecepta haec ante m. Septembrem a. 1563 Ingolstadium perlata esse; ex altera autem parte Tridento missa esse non videntur ante m. Iunium a. 1563; nam refertur in iis, provinciam Germaniae superioris iam „diuisam esse in duas" („Germaniae superioris" et „Austriae"); quae divisio a Natale proposita, a Lainio praeposito generali approbata est litteris Tridento 10. Iunii 1563 ad Natalem datis (Epp. *Nadal* II 287 290 303). Utrum autem latina haec praecepta ante an post italica illa, quae supra p. 278 exstant, in Germaniam missa sint, definire non audeo. Polancum alterutra significasse conicio, cum Tridento sub 25. Octobris 1563 Vindobonam ad P. Laurentium Magium S. J., collegii rectorem, *scriberet: „Qùi si manda una nota sopra le Quadrimestri mandata alcuni mesi fà in Alemagna, mà non credo l'hanno uista in Austria. V. Reuerentia pigli una copia et la mandi al Padre Prouintiale per Praga et Tirnauia" (ex apogr. eod. temp. scripto. Cod. „V. P. 63" f. 318[b]).

Latina haec praecepta Canisio missa esse, ex iis, quae de praeposito provinciali in iis dicuntur, facile patet.

910. OTTO TRUCHSESS DE WALDBURG, cardinalis, episcopus albanensis et augustanus, CANISIO.

Roma m. Iulio (ineunte?) 1563.

Ex apographis epistularum Polanci, eodem tempore scriptis. Cod. „V. P. 63" f. 178[b].

De Societatis Iesu collegio Dilingae brevi incohando et Socio aliquo eodem mittendo, qui necessaria paret etc.

Polancus nomine Lainii Augustam ad Canisium scripsit Tridento 18. Iulii 1563: „Del Collegio de Dilinga intendiamo de Roma, . . . che il Cardinal ha scritto à V. R. et alli suoi . prouedano de quello che è necessario de letti etc., ma che sarrebbe bene che alcuno de nostrj se trouasse lla per accommodare le Camere, et preparare le cose necessarie per il futuro Collegio." Et Tridento 23. Augusti 1563: „Hauemo inteso de certo che li mastri secolari de Dilinga sonno licentiati dal Cardinal et che al Principio di settembre si deuono partire in modo che sarrebbe non poco despiacer del Cardinal à quel che intendiamo se non selli desseno li mastri questo anno . . . per questo (come intendiamo ha scritto il Cardinal à V. R.) sarrebbe conueniente che alcuno nostro andassi sino à Dilinga et uedessi il bisogno per quanti de li nostri se trouaranno habitationi et letti, et le altre cose necessarie et anche quanti mastri sono quelli che si partono et legeuano in Dilinga . et quanti doueriano mandarsi per leggere" etc. Plura vide in Polanci litteris, quas dixi; nam Ottonis epistula perisse videtur.

Otto 3. Iulii 1563 magistris dilinganis scripsit: Se Dilingae collegium Societatis condere statuisse ideoque ipsorum opera amplius non indigere etc. (cf. supra p. 266[7]). Quare has quoque ad Canisium litteras fere m. Iulio ineunte datas esse arbitror.

Polancus Tridento 19. Iulii 1563 Romam ad P. Matritium scripsit: „El P. Lanoy estaua designado para yr á Dilinga para uer el aposento y lo demás necessario para el collegio, mas . . . no teniendo letra del cardenal para poder entrar en casa, hasta aora ajena, hase detenido" (Epp. *Nadal* II 337[7]).

911. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO.

Tridento 4. Iulii 1563.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „P. Canisio." Cod. „V. P. 63" f. 101[b].

Tridentum perlatae sunt epistulae, quibus imperator Pio IV., cardinalibus Borromaeo et Morono etc. commendat, ut Crypta ferrata collegio romano detur. Borromaeus epistulis Canisii delectatus easdem pontifici monstrabit. Relationis de rebus concilii, quae Canisio mittetur, exemplum Sociis Germaniae inferioris mittendum est. P. Stotz. P. Natalis negotia vindobonensia nimis praecipitari non debent. Societatis homines oenipontani aegre ferre non debuerant, quod aliqui de Societate ad ipsos divertissent; Sociis enim iter agentibus Societatis collegia semper patere oportet; qui si quid haud recte egerint, admonendi sunt. Villalpandi liber. Rectoris oenipontani mutatio. Aliqua Canisii rogatu a caesare promissa. Communicatio bonorum spiritualium Seldio concessa.

Pax christi etc.

L' ultima de V. R. è de 24 del Passato, et con quella riceuemmo le lettere della M. C. para S. Santita et il Cardinal Borromeo et il suo Embasciador[a] [1] et anche per li Legati di[b] [?] Moron, et Simonetta, como non ce fu mandata copia non possiamo sapere come stiano al proposito dette lettere, pero crediamo: che staranno bene per la Beneuolentia del Secretario[2], et la buona informatione che hauera data V. R. tuttauia ci scriuono di Roma si mandino le dette lettere quantunque Sua Santita habia disposto di quella Badja de Grotta Ferrata. degnisi Dio N. Signor darli qualche bono successo como la diligentia de V. R. e stata bona.

De Roma riceuemmo lettere hierj doue diceuano hauer mostrato al Cardinale Borromeo certi capitolj de lettere di V. R.[3] con lj quali se era molto allegrato, et uolse una copia per mostrarlj à S. Santita.

delle cose del Concilio se scriue da per se[4]. V. R. sj contentara de ordjnare si faccia una copia per mandare à Treuerj la qual etiam serra per la prouincia della inferior germania[5], si contenti etiam de indrizzare li plichi che uanno al Collegio detto di Treuerj et Magontia.

Ben ha fatto V. R. de consolar con sue lettere, et anche de dar instructione à Maestro Theobaldo[6]; *cui idoneum socium, si quis praesto erit, adiungi expediet.*

Del Padre Natal gia se è scritto che non deue precipitar li negotij spirituali et temporali che si hanno da fare in Vienna con

a) Ebasciador *ap.* b) *Sic ap.; sed hoc v. omittendum esse videtur.*

[1] Prosperum ab Arcu, Ferdinandi I. oratorem romanum, significat; v. supra p. 262.

[2] Marci Singkhmoser, ut videtur. [3] Haec „capitula" v. supra p. 246 254.

[4] Vide epistulam proxime sequentem.

[5] *Polancus* Tridento 4. Iulii 1563 Treveros ad P. Antonium Vinck S. J., collegii rectorem, *scripsit: „Del concilio se scriuera al Padre Canisio accio lui le communiche a V. R." (ex apogr. eiusd. temp. Cod. „V. P. 63" f. 100[a]).

[6] P. Theobaldus Stotz S. J. Brixinae in templo cathedrali contionabatur: v. supra p. 264.

l' Jmperatore. *R. V. eidem, cur ei brevi Oenipontem et in Bavariam veniendum sit, scribere poterit.*

De litteris indicis iam scripsi.

Circa il peso che li cinque mandatj dauano al Collegio de Jspruc[1] et simjlj pare à N. Padre che V. R. douerebbe animar li suoj à portarli con patientia et con Charita per che sono annexi necessariamente al nostro modo di procedere, et conformi al' unione che se ricerca nella Compagnia nostra. Et non uoglia Jddio che ueniamo mai à Terminj che li Nostri Fratelli che passano per lochi doue sono Collegii, siano exclusi dalla hospitalita, et manco occasione ci era da resentirsi del peso de costoro essendo destinati quasi tuttj per la prouincia de Germania. Et selli passagieri in qualche cosa sono molestj domandando questo et quello che non conuiene, o danno poca edificatione la medesima charita uole che siano auisati et agiutatj.

Non sappiamo quali siano li doi librj mandati al Padre Salmeron se non fossino doj quinternj del libro del D. uiglialpando quali riceuette[2].

Delle cose che scriue V. R. dj sua mano sopra il Rettore[3] et del sostituire il Padre Hermete[4] quantunque à N. Padre piacerebbe che fussi atto per tal offitio si rimette pure al Padre Natal col quale se conferira questa, et l altre cose appertenenti al detto collegio.

S e uista la resposta del Jmperator alle petitioni di .V. R. et per stringere la esecutione dj quello che se pretendeua et tuttauia mostra de uoler fare S. Maesta bisognara alli suoi tempi a hauer auuertenza[5].

Qui si manda la patente de quella communicatione che V. R. ricercaua per il Vice Cancellario[6].

Auisi V. R. chi e stato il scrittore delle sue lettere Jtaliane[7] per chè qua non lo riconosciamo per sua mano. *R. V. et omnium fratrum augustanorum sacris precibus nos commendamus* . de Trento di 4 de Julio 1563.

Canisius Lainio rescripsisse videtur 10. Iulii 1563.

912. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, CANISIO aliisque Societatis praepositis.

Tridento inter 4. et 7. Iulii 1563.

Ex apographo eiusdem fere temporis. Cod. „V. P. 63" f. 104b—105a.
Partem epistulae posuit (germanice) Card. *Steinhuber* l. c. I 56.

Controversia inter Gallos et Hispanos de „praecedentia" orta iam videtur esse sopita. Legati cum episcopis et theologis quibusdam diligentissime diversis opinionibus, quae doctrinam de ordine et reformationem „abusuum" spectant, inter se conciliandis dant operam. Cum effici nequeat, ut de episcopalis iurisdictionis origine omnes vel

[1] Quinque illos Societatis homines dicit, qui ex Italia in Germaniam missi per Oenipontem transierant; v. supra p. 248—249.

[2] Apologiae concilii tridentini a Gaspare Cardillo de Villalpando scriptae; v. supra p. 166 228. [3] De P. Ioanne Dyrsio, collegii oenipontani rectore.

[4] Halbpaur. [5] Cf. supra p. 271. [6] Seld; v. supra p. 275.

[7] Cf. supra p. 246—247.

fere omnes consentiant, ea doctrina omittenda esse videtur. Dubium, num sessio stato die haberi possit. Lainius, 16. Iunii de reformatione dicens, multis valde satisfecit, aliorum, quorum mores conatusque carpsit, animos in se commovit. Ipse et Salmeron concilio praeclara officia praestant et magni aestimantur iamque etiam de matrimonio, indulgentiis etc. consuluntur. Decretum de seminariis clericorum instituendis pecuniisque ad eadem contribuendis ita ipsi iussi sunt mutare, ut Societatis collegia ea contribuendi lege non comprehenderentur, quod ipsa essent optima seminaria. Plurimi episcopi seminaria sua Societatis curae committere volunt.

Pax christi.

Per altre lettere se scriuio de altre cose, in questa solo dirro di quelle del Concilio lequali quantunque si perturborno assai questi giornj passati con la differentia che nacque il di di S. Pietro fra li Jnbasciatori di Spagna et Francia sopra il pigliar la pace et l' incenso ad un tempo medesimo per diuersi ministrj non uolendo permettere questo li Francesi si ben fosse concesso per sua Santita finalmente la cosa se é accordata et sopita fra loro in modo che non se sente piu rumore ne si crede darra questo piu impedimento nelle cose del concilio [1], se usa grande diligentia in spianare le grande difficulta che ce erano tanto nella doctrina del ordine quanto in quello che delli abusi si tratta et li Legati se affaticano con molte congregationi fra se, et con questj et con quelli prelatj et theologi deputati per diuerse cose, et li detti deputati se congregano fra se in diuerse case molto spesso et il ferro se batte tutta uia, non so se con tutta la diligentia che usano se potra far la sessione perli 15. del presente come se e intimato con consenso assai uniforme della congregatione generale [2] per che restano alcune difficulta nella materia del ordine che non è facil cosa de accordarle como quella de lla iurisdictione de prelati se è da dio imediate o per mezo delli succesori di Pietro, et forse serra il rimedjo lasciar star tutta questa materia [3] gia che non è ueri simile che si potra concludere per adesso con quel consenso che se ricerca de tuttj ò quasi tutti quando se tracta de dogmj [4], et sono

---

[1] Acerrima haec de „praecedentia" lis die 29. Iunii in ipsa exarsit ecclesia cathedrali paulo postquam sacrum solemne incohatum est; querebantur Ludovicus de Lanssac, Arnoldus du Ferrier, Guido du Faur oratores galli, regem suum praecedentiae honore iniustissime privari, atque discessionem et schisma minabantur; ex altera parte Claudius comes de Luna, orator hispanus, exigebat, ut concilii praesides, quae pontifex sibi concessisset, exsequerentur. Interruptum est sacrum, perturbati multorum animi. Tandem, inquit *Paleottus*, „deus author pacis consilium suggerit, ut eo die nec thuribulum, nec pax cuiquam, nec legatis ipsis offeratur". Atque constitutum est, ut in posterum quoque, donec oratores a regibus nova mandata accepissent, in sessionibus etc. ita fieret (*Fuensanta*, Colección etc. XCVIII 470—472. *Paleottus* l. c. II 648—651. *Raynaldus* l. c. in a. 1563 n. 105—110. *Pallavicino* l. c. l. 21, c. 8, n. 7 8; c. 10, n. 6. *Sarpi* l. c. l. 8, n. 21).

[2] Cf. supra p. 257 268.

[3] Concilii praesides tandem statuerunt, ut in doctrina canonibusque ad sacramentum ordinis spectantibus de sola ordinis potestate, non de iurisdictione ageretur (*Grisar* l. c. I 90*).

[4] Vide quae de huius consensus necessitate sub ipsas has litteras dicentur.

ancora altre difficulta circa li abusi del ordine non piccole[a] quantunque dopoi che li prelati dissero li deputati l habbino assettati in molti luochj, resta pure assai da fare et serra necessario che di nouo tutti li prelati dicano il suo parere, in modo che per me non spero troppo che se farra il giorno designato la Sessione.

Quanto alli nostri gia dissi per l altra mia lettera[1] come N. P. quasi tutta una matina haueua detto delli Abusi del ordjne facendo etiam l offitio de predjcatore in admonire de alcuni defetti assai publicj l auditorio[b] il quale era de prelati solo et come la satisfactione et frutto fu notabile[c] cosi non hanno mancato alcuni che furno tocchj (benche in generale) di resentirsi, et[d] altri cui disegni se impediuano come non[e] conuenienti al ben commune, et dolenti[f] [?] che li fossino tagliati li nerui como un prelato disse à N. Padre[2]. in altre congregationi diuerse doue anche è chiamato nostro P. et etiam altri della Compagnia se sono fatti boni offitij et importanti al diuino seruitio et si fa per li legatj et per li prelati molto conto del parere di N. P. et di quello del P. Salmeron nelle materie diuerse in diuerse deputationj doue loro intrano per trattare là, prima che uengano in publico[3], et non solo se tratta de quelle che alla prossima sessione se hanno à promulgare ma etiam delle altre che nelle sequenti come de Matrimonio de Jndulgentijs, de Jmaginibus etc.

Una delle cose che se tratta caldamente è[g] da instituire seminarij de ministrj della Chiesa per che tutti se auedono della carestia che anno de tali et che non trouandose facti bisogna far lj, et per tale effetto se era concluso fra li deputatj et gia dato fuora un[h] scritto doue se diceua che de tutte le altre intrate Ecclesiastice etiam de altri collegij se cauassino quello che fusse necessario per la sustentatione de tali seminarij, et uedendo che se includeuano Nostri Collegij si è parlato alli 4. Legati et con loro ordine si fece di nuouo congregatione delli deputati et li fu dato ragion come essendo nostri collegij talli seminarij, quali si sà, et aiutando anche li loro clerici etc. et non li bastando l'intrata che hanno per sustentar li nostri non era giusto che hauessino a contribuire per sustentar gl' altri seminarij. et cosi loro trattando per se la cosa depoi ci diedero risposta che in modo niuno uoleuano fossino compresi nostri collegij, che erano ueri et optimi seminarij, et che noi istessi formassimo le parole per scluderli della detta contributione, et cosi fù fatto[4], et non solamente quelli

a) *Sequitur* ce, *oblitteratum.* b) lauditori *ap.* c) *Sequitur* non, *oblitt.* d) *Sequitur* de, *oblitt.* e) con *ap.* f) *Sic ap.; sed mihi quidem res ipsa postulare videtur, ut corrigatur:* commune, di dolersi. g) è è *ap.* h) in *ap.*

[1] V. supra p. 263—268.

[2] De hac oratione, 16. Iunii 1563 a Lainio habita, v. supra p. 268—269.

[3] Ita Lainius intererat congregationi 40 fere patrum, in qua nova forma doctrinae canonumque ad sacramentum ordinis spectantium, 3. Iulii distributa, 6. Iulii excuti coepta est (*Grisar* l. c. I 91*. *Massarellus* l. c. II 302).

[4] *Massarellus* notavit, 6. Iulii 1563 patribus datum esse „exemplum canonum reformatorum", in quo etiam de „seminariis" agebatur (l. c. II 302).

deputati, ma intendiamo che gran parte degl' altri prelati fatto suo conto pensano raccomandar alla nostra Compagnia li loro seminarij et gia cominciano a parlar di questo tanti Vescoui che haueria tropo da fare N. Compagnia se uolessi[a] [?] far tanti collegij come bisognerebbe per sodisfar loro. Non mi occorre altro per adesso[b] quanto al Concilio . se non che V. Reuerentia et li suoi per charita come sogliono lo raccomandino à Jddio N. Signor. Di Trento li .7.[c] [?] di Luglio 1563.

Apographo quidem, quo usus sum, manu librarii in margine ascriptum est „Per Roma"; sed litteras Canisio quoque missas esse, ex Polanci epistulis 4. Iulii 1563 Canisio et Vinckio inscriptis intellegitur; v. supra p. 282. Quas si cum apographo, quod modo dixi, contuleris, has de concilio litteras Romam quidem 6. vel 7. Iulii 1563, Augustam autem ad Canisium fortasse iam paulo ante (inter 4. et 7. Iulii) missas esse dixeris.

Gius. Boero S. J. in „Vita del Servo di Dio P. Giacomo Lainez", Firenze 1880, 281 ex Polanci litteris, ut ipse affirmat, archetypis, 6. Iulii 1563 Romam destinatis, locum proponit, qui, si rem spectemus, cum epistulae huius postremis sententiis („Jntendiamo che gran parte" — „satisfar loro") prorsus convenit; quare nescio an Boero ipsa hac epistula usus sit ita, ut verba ad nostram dicendi rationem magis accommodaret.

In his litteris primum comparet sententia illa Lainii, quae in posterioribus litteris planioribus verbis prolata est: Non posse in conciliis quicquam de fide definiri, nisi patres vel omnes vel paene omnes consentirent. Hoc quidem certum est, eiusmodi consensum valde optandum esse. Ideo S. *Carolus Borromaeus* iam 9. Ianuarii 1563 Roma ad concilii legatos scripserat, ut canonem illum, qui de episcoporum institutione erat, saltem ad tempus omitterent, „mostrando a quei padri, a chi sarà bisogno, quanto sia poco conveniente far decreto dogmatico in notabil contraditione"; idem ab eodem in epistulis 24. et 27. Ianuarii 1563 Roma ad eosdem datis repetitum erat (*Grisar* l. c. I 469 495 499). Atque *Angelus Massarellus*, concilii secretarius, in suo „Ordine celebrandi . . sacrosancti concilii tridentini", ubi „de modo conficiendi et examinandi decreta" agit, sic ait: Decretum tamdiu reformatur et examinatur, „quousque vel ab omnibus, si fieri potest (quod omni cura, studio ac diligentia praesidentes et deputati procurant), vel saltem a longe majori parte comprobetur" (l. c. I 10). Sapienter sane difficillimo hoc ecclesiae tempore ita actum est, quo firmior et illustrior decretorum esset auctoritas etiam apud eos, qui a fide catholica defecissent vel in ea nutarent, et quo longius omnis decreta impugnandi causa speciesque ab iis abesset. Nequaquam tamen ad decreta de fide in conciliis condenda necessarium esse omnium vel fere omnium patrum consensum, iam ante hoc tempus et *Nicolaus Cusanus* († 1464), et *Ioannes de Turrecremata* O. Pr. († 1468), et *Melchior Canus* O. Pr. († 1560) plane docuerant (De concordantia catholica l. 2, c. 15 [Nicolai de Cusa Opera, Basileae 1565, 733]; *Io. de Turrecremata,* Summa de Ecclesia l. 3, c. 64 65 [Venetiis 1561, f. 352b—354b]; *M. Canus,* De locis theologicis l. 5, c. 5, q. 2 [Salmanticae 1563, p. 181—183]); idem postea theologi tradiderunt gravissimi, ut *Robertus Bellarminus* S. J., De conciliis et ecclesia l. 1, c. 18 (De controversiis christianae fidei Ib, Ingolstadii 1596, 1313—1314); *Dominicus Gravina* O. Pr., Catholicae Praescriptiones, Quaestio 2., De Causis Conciliorum, Dub. 2. (apud *Io. Tho. de Roccaberti,* Bibliotheca maxima pontificia VIII, Romae 1697, 939—948); *Coelestinus Sfondrati* O. S. B., Regale Sacerdotium Romano Pontifici assertum l. 2, § 14, n. 6 (ed. 3, *S. Galli* 1693, p. 458—459); *Benedictus XIV.*, De Synodo Dioecesana l. 13, c. 2, n. 3 (Venetiis 1793, p. 106). Vide etiam *Valent. Steccanella* S. J., Adversus novam doctrinam de necessitate unanimis Episcoporum consensus, Romae 1870, 30—63. Eandem doctrinam factis compluribus appro-

a) *Sic corrigendum esse existimo* potessi, *quod est in ap.* b) aldesso *ap.* c) *Sic ap.; legendumne* .6.? *Vide quae de Boero sub ipsam hanc epistulam dicuntur.*

barunt cum alia concilia generalia, tum ipsa Tridentina synodus; ut cum 11. Novembris 1563 in sessione XXIV., quamquam multi patres contrarium sentiebant, matrimonia clandestina irrita esse iussit sicque sententiam illorum reiecit, qui ecclesiae huiusmodi iussionis potestatem esse negabant; de qua re plura infra dicentur. Cf. etiam „*Katholik*" LI[1], 138—154. *Rudolf Ritter von Scherer*: „Auch für dogmatische Fragen ist die Forderung einer überwiegenden Majorität nirgends gegeben, der Begriff der sog. moralischen Einstimmigkeit aber ist ein schwanker, fürs Recht nicht brauchbarer": Handbuch des Kirchenrechtes I, Graz 1886, 665. Similiter *Paulus Hinschius*, Das Kirchenrecht der Katholiken und Protestanten in Deutschland III[2], Berlin 1882, 618—621.

Canisius Lainio rescripsisse videtur medio fere m. Iulio 1563.

913. CANISIUS **P. IOANNI DYRSIO S. J.**, rectori collegii oenipontani. Augusta Vindelicorum sub 10. Iulii 1563.

Ex litterarum Polanci apographo, eodem tempore scripto. Cod. „V. P. 63" f. 136[b].

Robertum Abercromby, Iacobum Tyrie, Guilielmum Murdoch, Ioannem Wick, Societatis iuvenes ex Scotia et Anglia ortos, ei commendat etc.

Polancus nomine Lainii Tridento 27. Iulii 1563 Oenipontem ad P. Ioannem Dyrsium S. J., collegii rectorem, scripsit: „Accepit P. N. P. R. V: litteras XVI huius mensis per scotos fratres nostros missas . qui mirati sunt quod cum litteras Patris Canisij attulissent tamen hospitio non sunt excepti a R. V. nec ad id inuitatj."

Polancus Tridento sub medium m. Iulium 1563 Romam ad P. Christophorum Matritium S. J. *scripsit: Brevi Romam advenient „3. o 4. scozzeses y uno engles." „Uno dellos es parente de Maestro Emundo scoto" (ex apogr. eiusd. temp. Cod. „V. P. 63" f. 120[b]); et *idem* ad eundem Tridento 22. Iulii 1563: „Aquí llegaron ayer 4 escoceses y un inglés. Vno de los escoceses llamado Stephano no uiene determinado para la Compañía . . . De los demás, vno es Maestro Roberto sobrino y discípulo de maestro Emundo escoto, que oya algo de theología en Louayna, y esperamos será para mucho" (Epp. *Nadal* II 338[1]). De Edmundo Haio (Hay) S. J. vide *Can.* III 525[1]. Robertus „Scotus" sive Abercromby, ex Scotiae nobilitate, Lovanium ab Haio „sobrino" ductus, haud multo post Societatem Iesu ingressus, subdiaconus erat, cum a. 1564 Roma in Varmiam ad collegium brunsbergense (Braunsberg) cum aliis incohandum missus est; ac cum Brunsbergae et Cracoviae per multos annos „ministrum" et „magistrum noviciorum" egisset, in Scotiam remissus, plurima ibidem pro ecclesia et egit et passus est; ac nominatim sub a. 1601 Annam, Friderici II. Daniae regis filiam et Iacobi VI. Scotiae regis (qui postea etiam rex Angliae, cum nomine Iacobi I., fuit) uxorem ex lutheranismo ad ecclesiam catholicam reduxit ac per 2 fere annos ad pietatem instituit, a rege, qui rem dissimulabat, „magister aucupii regii" creatus; postea autem, rege ex Scotia Londinum profecto et a ministris anglicanis in Iesuitas concitato, „in contumaciam", ut dicimus, capitis damnatus et, praemio nummorum decies mille proposito, ad necem quaesitus est; vita cessit fere octogenarius Brunsbergae a. 1613 (*J. Hungerford Pollen* S. J., Papal Negotiations with Mary Queen of Scots during her Reign in Scotland, Edinburgh 1901, 146 480 506; *Stan. Rostowski* S. J., Lituanicarum Societatis Iesu Historiarum libri decem, recogn. Io. Martinov S. J., Parisiis et Bruxellis 1877, 236—237; *Ios. Iuvencius* S. J., Historiae Societatis Iesu Pars Quinta, Tomus posterior, Romae 1710, l. 13, n. 102 134; *Alph. Bellesheim,* Geschichte der katholischen Kirche in Schottland II, Mainz 1883, 136 200—202 453—455; *Will. Forbes-Leith* S. J., Narratives of Scottish Catholics under Mary Stuart and James VI., Edinburgh 1885, 226—229 261—266 280 290—291). Porro R. P. *Ioannes Baptista van Meurs* S. J. certiorem me reddidit, se in antiquis quibusdam Societatis nostrae **Commentariis* Romae scriptis haec legisse: Romae in Societatis tyrocinium admissos esse 19. Augusti 1563 „Robertum Abercrumbi" et „Iacobum Tyrij" scotos, 29. Augusti 1563 „Guilelmum

Mordochaeum" scotum et „Ioannem Wijkum" Anglum; atque aliunde constat, ab Edmundo Haio ex Scotia Lovanium cum Abercrombio Iacobum quoque Tyrium (Tyrie) et Guilielmum Murdochium (Murdoch), ut litteris studerent, ductos esse (*Follen* l. c. 146 148). Quare dubitari vix potest, quin hi quattuor (et Steph. Scotus?) a Canisio Augustae excepti et rectori oenipontano commendati sint. Tyrius (1543[?] ad 1597) philosophiam et theologiam Parisiis tradidit et Claudii Aquavivae praepositi generalis „assistentem pro Germania" Romae egit (*H. Foley* S. J., Records of the English Province of the Society of Jesus III, London 1878, 726—729); quaedam etiam adversus Ioannem Knoxum scripsit (*Sommervogel*, Bibl. VIII 299; cf. tamen *Pollen* l. c. 404—405) et ab ipso *Thoma Tannero*, Anglicanorum episcopo asaphensi (St. Asaph), „theologus eximius" vocatus est (Bibliotheca Britanno-Hibernica, Londini 1748, 730). Murdochius a. 1596 ex collegio Societatis mussipontano (Pont-à-Mousson) in Scotiam missus, ibi Abercrombio laborum et aerumnarum socius fuit (*Foley* l. c. VII 879. *Forbes-Leith* l. c. 226—229 236 261). Ioannes Vicaeus (Vizaeus, Vicus, Vick, Wick, Wijk) oxoniensis (Oxford), cum per tres annos Romae philosophiae studuisset, m. Novembri a. 1566, annos natus 21 vel 22, in collegio Societatis oenipontano dialecticam et litteras graecas tradere coepit (* *Catalogus* oenipontanus, exeunte a. 1566 scriptus. Cod. „GSC 66" f. 413[b]), a. 1570 in universitate ingolstadiensi philosophiae professor constitutus est (*Mederer* l. c. I 319; *Prantl* l. c. I 338). Vita cesssit a. 1588 (*Foley* l. c. VII 797; *Henr. Morus* S. J., Historia Missionis Anglicanae Societatis Iesu, Audomari 1660, 17).

Polancus in *litteris, quas dixi, haec quoque cum Dyrsio communicat: Quod fratres illi scoti a R. V. hospitio non sunt excepti, „tyronibus in christo aliquid perturbationis afferre potuit, nos quidem aliquid excusationis comminisci tentabamus, utcumque tamen displicuisse nobis significauimus, et penitentiam aliquam dixit P. N. P. Reuerentiae V. iniungendam quod non coegisset illos manere apud se [1], erant aljoqui hi iuuenes non uulgaris expectationis, dicat ergo[a] [?] nomine penitentiae R. V. Canticum magnificat et scribat causam cur eos non admiserit" (l. c. f. 136[b]).

914. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu. Augusta Vindelicorum 10. Iulii 1563.

Ex apographis epistularum Polanci, eodem tempore scriptis. Cod. „V. P. 63" f. 123[b] 135[a] 123[a].

Polanci ad Natalem epistula excusa est in Epp. *Nadal* II 337—342.

Monet, ne Societatis homines per loca pestilentia infecta iter faciant. Scire cupit, quando P. Natalis in Bavariam etc. venturus sit. Nomen „commissarii" timet etc.

Polancus nomine Lainii Tridento 18. Iulii 1563 Augustam ad Canisium scripsit: „Riceuette N. P. quella di V. R. de X. del presente." Atque ex eadem Polanci epistula (cf. infra p. 298), praesertim si cum eiusdem litteris 27. Iulii 1563 ad P. Dyrsium datis (cf. supra p. 287) conferetur, facile patebit, Polancum hanc Canisii epistulam significare, cum nomine Lainii Tridento 27. Iulii 1563 P. Everardo Mercuriano, provinciae S. J. Germaniae inferioris praeposito, scribit: „Auisa . . il Padre Canisio. che per essere la peste in Augusta et altre parti del Tirolo sarria forse bene che pigliassino altra uia li nostri che di la hanno de uenire in Jtalia ò almeno doueriano hauer auertenza de non intrare in luochi appestatj per che oltre il periculo loro li fanno difficulta a lassar li intrare nelli luochi sanj." Similiter ex Polanci ad Canisium litteris modo commemoratis cognoscitur, ad Canisii litteras 10. Iulii 1563 Lainio missas spectare, quae idem Polancus nomine Lainii Tridento 18. Iulii 1563 Vindobonam ad P. Natalem visitatorem scribit: „El Padre Canisio desea tener claridad para quando han de sperar à V. R. desto serria bien darle la luz que se podra por

a) *Vel* igitur.

[1] Cf. Lc 24, 29; Act 16, 15.

que no tenen[a] *[?] las cosas suspensas con la expectation y se seigua*[b] *[?] danno en algunos*[c] *particulares, tambien el nombre commissario le haze miedo segun scriue*[1], *y dyzen*[d] *[?] le serria gran beneficio le sustituessen al D. Paulo ò à su Hermano*[2] *mas respondesele que se contente de lo que se ordenare. V. R. uera quid expedjat quando fuera por alla.“ Ceterum, cum Canisii litterae perisse videantur, vide de iisdem Polanci ad Canisium epistulam, quam supra dixi; hac enim Lainius Canisio respondit.*

915. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, CANISIO aliisque Societatis praepositis. Tridento 12. vel 13. Iulii 1563.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „P. Canisio . comune.“ Cod. „V. P. 63“ f. 110a.

Epistula usus est Card. *Steinhuber* l. c. I 56 [1].

Episcopis, ut concilium pontifici institutionem seminarii commendaret, petentibus Moronus legatus respondit, Societatis collegium romanum et collegium germanicum vera esse seminaria; quae cum dotata esse illi negarent, Moronus, instante etiam cardinale Lotharingo, promisit, se Pontifici de dotatione iterum scripturum. Hispani episcopi sessioni impedimenta parant, perperam postulantes, ut concilium hierarchiam a Deo institutam esse pronuntiet. Societati plurima tradentur seminaria.

Pax christi.

Dopo l' altra settimana[3] cio che occorre dire sopra il Concilio è che trattandosi de far seminarij per tutte le diocesi se è trattato che se mettessi nel decreto che si teneua certo che S. Santita lo farebbe amplissimo et il primo in Roma per fare animo alli altrj con l' esempio et alcuni uescoui lo proposero al Legato Moron et disse che non accadeua perche gia S. Santita haueua seminario in Roma cioe il Collegio nostro et il Germanico, dissero li prelati uero è ma non hanno stabilimento fermo de entrata, rispose Moron ansi adesso l hauera il Collegio della Compagnia perche l' Jmperatore l' ha scritto et io ancora à Sua Santita[4] et dipoi uedendo l' animo delli Vescoui de assicurarsi promise de scriuerlo di nouo à S. Santita[e] come loro uoleuano metterlo nel decreto . dopo il Cardinale di Lorena fece questo medemo offitio caldamente appresso li Legati, et forse con 60. uescouj congregati et de nouo prese l' assumpto Moron de scriuerlo à S. Santita . starremo à uedere mò l' operatione che farranno tutti questi mezzi, del resto le cose se erano[f] gia messe in ordjne per la sessione che doueua farsi alli .15. di questo, ma li spagnoli prelati hanno fatta grande instantia che se mettessi nel decreto de ordine, che la Hierarchia Ecclesiastica quale consta de Vescoui, Sacerdoti et Diaconj sia stata instituta da Dio immediate et se non si mettono queste parole dicono che non se

a) *Sic ap.; quod in Epp. Nad. sic corrigitur:* porque no tengan. b) *Ita sane ap.; in Epp. Nad. correctum est:* reciua. c) *Ita Epp. Nad.;* agunus *ap.* d) *Sic ap.; sed fortasse corrigendum* dyze. e) *Sequuntur vv.* et dipoi, *oblitterata.* f) *A libr. corr. ex* serranno.

[1] Lainius Canisium provincialis munere levare et „commissarii“ officio, quod illo maius est, ornare cogitabat; v. infra monum. 611.

[2] PP. Paulum Hoffaeum et Theodoricum Canisium Polancus significat.

[3] Ea 4.—10. Iulii fuerat. [4] Vide supra p. 262.

trouaranno alla sessione et pure essendosi resoluto che non si faccia diffinitione di questa questione de iurisdictione per la differentia che ce è di parere, et essendo che la Hierarchia non solo comprehende l'ordine ma etiam la iurisdictione et cosi sarebbe un definire quello che si è detto de non trattar, et contra cio che sente la magior parte, non si accordano[1], et pur tuttauia credemo si farra la sessione postdomane[2], Voglia Dio .N. S. sia per suo magior seruitio et ben commune de sua Chiesa.

Con questa resolutione de semjnarij che si hanno à fare, ci minacciano con una moltitudjne de Collegij in diuerse bande, mittat dominus operarios in messem suam[3].

Epistulae huic in codice tempus ascriptum non est. Cum autem et litteris, quae eam proxime antecedunt, et iis, quae secundo loco sequuntur — proxime sequentes et ipsae sine tempore sunt — dies 12. Iulii 1563 ascriptus sit, hanc quoque epistulam eo die datam esse conieceris. Ex altera tamen parte probabile est, 13. Iulii eam datam esse; scribit enim Polancus, sessionem perendie („postdomane") habitum iri; quae 15. Iulii habita est.

916. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, CANISIO aliisque Societatis praepositis. Tridento 15. Iulii 1563.

Ex apographo eiusdem temporis. Cod. „V. P. 63" f. 111b, 112b–113a.
Epistula usus est *Sacchinus*, Hist. S. J. II, l. 7, n. 4.

Controversia de praecedentia inter Hispanos et Gallos orta, ex qua gravissima mala timebantur, iam composita est. Reliquis quoque difficultatibus superandis legati cum variis episcopis theologisque sedulo operam dederunt. Cum multum disputatum esset, cuius iuris „residentia" esset et a quo episcopi iurisdictionem acciperent, Lainii suasu iam haec omissa sunt, praesertim cum omnium consensus, qualis ad definitionem requiritur, impetrari nequeat. Eiusdem Lainii opera effectum, ut iis, qui hierarchiam „a Christo institutam" dici volebant, reiectis canon ille aliis verbis conciperetur. Ita quorundam animi in Lainium et Salmeronem incitati sunt. Delecti ad decretum de seminariis componendum, cum Socios quoque (qui inopia premuntur) pecuniam conferre iussissent, horum opera interposita et ipsos et similia collegia ea solutione exemerunt. Concilii sessio XXIII. iam magna cum frequentia et unanimitate habita est. Decretum de residentia. Dies et decernendi argumenta proximae sessioni constituta. Socii eadem excutere iussi. Lainius et Salmeron cum paucis aliis conventui illi interfuerunt, in quo legati tandem, spretis difficultatibus, sessionem XXIII. habere statuerunt. Theologis permissum est, ut in posterum congregationibus patrum interessent.

[1] De hac controversia complura notavit *Paleottus* l. c. II 622—624. Oratio sive „votum", quo Lainius ostendere conatur, „hierarchiam, quae constat ex episcopis, sacerdotibus et ministris", non esse dicendam „a Christo institutam", primum typis vulgatum est a *Grisar* l. c. I 385—391; cf. etiam Acta Calinii apud *Beccadelli* l. c. 91. Mutatus deinde est canon ille (VI.) ita, ut diceretur „esse hierarchiam divina ordinatione institutam"; quae verba et ipsa Lainio aliisque nonnullis displicuisse, ex *Calinii* litteris Tridento 8. Iulii 1563 ad Cornarum datis collegeris (*Baluze-Mansi* l. c. IV 322). At tandem Lainium iis acquievisse Polanci relatio, quam proxime ponam, ostendet. Cf. etiam *Grisar* l. c. I 92*—93*.

[2] Sessio habita est die, in quem indicta erat, 15. Iulii.

[3] Mt 9, 38. Lc 10, 2.

Pax christi.

Despues de lo que scriuì a los 20. de Junio acerca de las cosas del Concilio[1] sucedio la differentia que alla se haura bien sabido el dia de . S Pedro[2] entre l' Embaxador del nuestro Rey[3], y el de Francia[4] . y aunque la turbation fue grande, y se temia que la cosa uiniesse à protestationes de mala digestion de parte de los Franceses contra el Papa, y à partirse todos los prelados de aquel Reyno del Concilio fue seruido dios nuestro Sennor que se allo algun corte con el qual se euitaron graues enconuenientes[5] . y à si no quedo quasi rastro que aca se entienda de aquella turbation, hase attendido à llanar las difficultades que hauiua[a] [?] tanto en la doctrina de ordine sacro y sus canones quanto en lo de los abusos y los legados han trauajado fuortemente en muchas congregationes particulares de diuersos Perlados y Theologos, que trattauan de diuersas cosas deputandose uno para unas, y otro para otras y trattandolas quando entre si, quando antes de los legados y fueron tan difficiles las de iure residentiae an scilicet obligarentur iure diuino, uel tantum positiuo . y las de la iurisdiction si la tenian los obispos immediatamente de christo, ò no . sino por medio del Papa . porque della potesta della orden entre todos ha conuenido que la tienen[b] immediatamente de christo . que se uio claramente no se podiera hazer la session para el dia determinado si estas questiones se hauian de terminar oltre que siendo deffinition de dogmas requiere uniforme consienso, no solo de mas de la mitad ma de quasi todos para definirse[6] . y esto no parecia probablemente se pudiesse hazer specialmente en lo de la iurisdiction por que aun que la maior parte thuuiesse l' antiqua y commune opinion . que era uenir por el Papa a los otros Perlados, todauia de la otra opinion hauia buen numero aunque mucho menor y tan firme que no se podia sperar probablemente[c] que desistiessen de su opinion, y asi se determino accordandolo nuestro Padre diuersas uezes que se dexassen estas dos questiones, y que se concluiesse lo de mas, y asi se traxo[d] un decreto donde las dichas questiones no se toccauan; mas los que eran enferiores in numero, y toda uia muy deseosos que se determinasse que la Jnstitution de los obispos quanto alla iurisdiction fuesse de christo, saccaron otro decreto que se propuso en las congregationes particulares delante los legados donde se dezia que la Hierarchia Ecclesiastica che consta de Obispos, Sacerdotes, y diaconos fue instituida por christo N. Sennor que era uenjr con otras palabras

a) *Sic ap.; corrigendum videtur* hauia. b) tiene *ap.* c) probalblemente *ap.* d) *Sequitur* el, *a libr. oblitteratum.*

---

[1] Epistula haec proxime Sociis hispanis destinata erat; vide, quae sub ipsam de hac re dicentur. [2] 29. Iunii. [3] Comitem Lunensem.

[4] Lansacum, qui inter oratores gallos primus erat, dicere videtur; vide supra p. 284 [1]. [5] Vide supra p. 284 [1].

[6] Quid de his Polanci verbis sentiendum sit, vide supra p. 286—287.

menos claras quasi al mesmo punto [1] . por que la Hierarchja no solo es sacro principato quanto a la orden mas aun quanto a la iurisdiction, y asi despues de diuersas disputationes se tomo el corte que hora lleua el decreto [2] . sin que bastassen las replicas, y la instantia de algunos pocos que querian toda uia [tener] [a] [?] su [b] iurisdiction immediatamente de christo, y en todo lo dicho los legados, y Prelados principales del Concilio se han aiudado del Parecer de nuestro Padre muy specialmente asi de palabra come in scritto, y tam bien del Padre maestro Salmeron y con esto no me marauiglio que los que tanto insistian en aquella sua opinion de que fuesse la iurisdiction de Christo immediate [3]. lho haian tomado fuertemente contra los de la Compania que aun podra ser que alla [se] haya entendido algo desto . por que àca an quexado que el Padre les cortaua los neruios etc.

Vna de las cosas que se han trattado con calor ha sido de instituir nueuos seminarios donde fuessen instituidos los que despues haueran de ser ministros de la yglesia y operarios de su uiña por parecer que de ellos hauia gran falta, y asi en la congregation particular que para esto fue deputada determinaron que contribuiessen todos los otros beneficios y obras pias aun que fuessen Collegio [c] [?] para mantener estos seminarios [d] en cada obispado, y uiendo que se comprehendian nuestros Collegios entre [e] los otros que hauian de contribujr parecio conueniente de informar todos los deputados y aunque hauian dado fuera su decreto functi officio suo se tomo commission de todos los quattro legados [4] para que hiziessen de nueuo una congregation y asi la hizieron y les fueron propostas [f] las razones por donde parecia que nuestros Collegios que eran seminarios y utiles como ueian para la yglesia de Dios, no deuian contribujr para los otros seminarios de clerigos segulares specialmente teniendo ellos donde stan ya fundados cuidado de instituir asi los clericos come los llegos que uienen à nuestras scholas y teniendo [g] en [h] todas partes falta mas sopra de lo necessario para sustentarsi [5], y asi les parecio a los dichos deputados cosa mui razonable y nos dieron por resposta que en ninguna manera se comprehendiessen nuestros Collegios entre los que

a) *Hoc v. vel simile ut suppleatur, res ipsa, nisi fallor, suadet.* b) sus *ap.* c) *Sic ap.; sed malim legere* Collegios. d) *Sic omnino videtur corrigendum* seminario, *quod est in ap.* e) ente *ap.* f) propostos *ap.* g) *A libr. corr. ex* y tenian de las. h) et *ap.*

---

[1] De hac re v. supra p. 290 [1].

[2] „Si quis dixerit, in ecclesia catholica non esse hierarchiam divina ordinatione institutam, quae constat ex episcopis, presbyteris et ministris, anathema sit." *Sessio XXIII.* De sacr. ord. can. VI.

[3] Horum praecipui ex numero episcoporum hispanorum erant et Petrum Guerrero, archiepiscopum granatensem, ducem sequebantur (*Paleottus* l. c. II 622—623).

[4] Cardinales Moronum, Hosium, Simonetam, Navagerium significat.

[5] *Polancus* nomine Lainii Tridento 10. Februarii 1563 P. Gundisalvo Vaz S. J. de Societatis domibus *scripsit: „Ay harta pobrezza por todas partes" (ex apogr. eod. temp. scripto. Cod. „V. P. 62" f. 192[a]).

[3] Pius IV. universam ecclesiae, atque etiam curiae romanae, reformationem concilio permiserat; id quod etiam caesarei in concilio oratores litteris Ferdinando I. missis testati sunt (*Sickel*, Trient 574 578). Quare cardinales praesides 42 decreta, quae ad morum reformationem spectabant, componenda curaverant; qui numerus postea ad 36 redactus est (*Paleottus* l. c. II 662—663).

929. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO.

Tridento 17. Augusti 1563.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „P. Canisio". Cod. „V. P. 63" f. 168a.

Canisius Augusta aberat. PP. Natalis et Manareus brevi in Bavariam venient. Sociis Roma Dilingam etc. mittendis viaticum ex Germania mitti oportet. Concilium rebus matrimonii et reformationis vehementer occupatum. Proxima sessio. Concilium brevi finietur.

Pax christi.

Questa settimana non habiamo riceuta lettera de V. R. per che procedera della absentia che la lascia uia[1]. questa si scriue per non perdere la bona consuetudine et per drizzare le incluse per Monachio et Jngolstadjo et anche per auisar che al Padre Commissario Natal si è scritto piu uolte ricordandoli l andata in Bauaria, et cosi crediamo che per tutto questo mese serra lla, doue etiam lo andera à trouare il Padre Oliuerio[2] auanti che passi in Francia. Se li manda pur oggi à Vienna una lista delle persone deputate in Roma perla Alemanna[3] et non dubito la conferira con V. R. et infora de quelli che doueran uenir per dilinga, per li altrj pare sarria bono fossino agiutati del uiatico per che stanno in Roma strettissimi de denarj . di questo pero il Padre Natal penso trattara con V. R.

Delle cose del Concilio ce è poco de dire benche non ce è poco che fare qui se si hanno à resoluere tante cose come sonno gia in campo circa del Sacramento del Matrimonio et altri punti della riformatione[4] . forse se pigliara una parte di questj . et si lasciara un altra se si ha da far la sessione il giorno prefinito[5]. Ci scriuono ben di Roma li nostri che hanno de bon locho che non durara troppo il Concilio in modo che per questo anno ad ogni modo pensano se finira concludendosi quello che conuiene de dogmi et di reformatione[6]. *Deum pro nobis orate* . di Trento li 17 de Agosto 1563.

Una cum his litteris, ut ex ipsis intellegitur, Polancus ad Canisium misit *litteras latinas Tridento 16. Augusti 1563 a *Lainio* praeposito generali ad Simonem

---

[1] Canisius monasteria Austriae anterioris inviserat; v. infra p. 314 et monum. 605. [2] Manareus; v. supra p. 304[4].

[3] In eo indiculo 17 Societatis homines recensebantur (Epp. *Nadal* II 364).

[4] *Brus* et *Drascovitius*, caesaris oratores, cum eidem Tridento 20. Augusti 1563 „capita generalis reformationis consensu Reverendissimorum D. legatorum et oratorum iam tertio correcta" mitterent, haec notarunt: „Nos Maiestatis V. S. et alii oratores omnes articulos [reformationis] qui nunc proponuntur, aedificationi ecclesiae dei maxime profuturos esse iudicamus" (*Sickel*, Trient 582).

[5] Die 16. Septembris.

[6] *Claudius comes Lunensis* Tridento 24. Iulii 1563 Philippo II. scripserat: „El Papa ha enviado á mandar á los Legados que despachen como pudieren, y acaben, y los Legados ni más ni menos lo desean, y de los Prelados y Embaxadores que aquí están no hay ninguno que no lo desee y procure": *Fuensanta*, Colección etc. XCVIII 476.

Thaddaeum Eck, Alberti V. Bavariae ducis cancellarium („al Cancellario echio"), datas: Cum gaudio Lainius audivit, „importunos calicis petitores" nihil a duce impetraturos esse; neque dubium est, quin id magnam partem Eckii diligentia effectum sit; qua re Lainius magnopere delectatur; nam „dominationem vestram singulari charitatis affectu diligimus". Deinde Lainius Eckium rogat, ut catholicae religioni consulere et prospicere pergat, ac tandem gravissimis verbis ab eo petit, ut Societati Iesu sua „constet libertas" in „mutationibus" hominum faciendis (ex litterarum commentario, Polanci manu scripto. Cod. „V. P. 63" f. 160^{b}—161^{a}). *Polancus* Tridento 24. Augusti 1563 Natali scripsit, Eckium per litteras rogatum esse, efficeret, ut dux personarum mutationes boni consuleret eamque libertatem Societati constare vellet; deinde sic pergit: „Si è scritto anche de ciò al P. Canisio et al P. Theodorico" (Epp. *Nadal* II 366); neque dubium est, quin litterae quoque illae ad P. Theodoricum Canisium, collegii monacensis rectorem, datae Augustam ad Petrum Canisium missae sint.

930. CANISIUS **SEBASTIANO ZOTT DE PERNEGG**, regiminis Austriae superioris consiliario [1].

Augusta Vindelicorum 21. Augusti 1563.

Ex apographo, saeculo XVII. vel XVIII. scripto, quod exstat in Cod. monac. „Lat. 1606" (cf. *Can.* I LVII) f. 98.

Epistula usi sunt *Riess* l. c. 334 et Kröss l. c. 171.

Canisius Magdalenae quidem reginae concessit, ut, si pestilentia Oenipontem ureret, P. Hermes Halbpaur cum reginarum familia aulica in Bavariam evocaretur. At cum Hermetis contiones Oenipontanis hoc tempore maxime necessariae sint, Zottum rogat, cum aliis consiliariis proponat reginis, ut loco Hermetis P. Dyrsius ipsis a sacris, a contionibus, a confessionibus sit. Videndum tamen, ne Magdalena Canisium rei auctorem fuisse cognoscat.

† Jesus. Pax Christi nobiscum obseruandissime Domine Patrone.

Cum nuper [2] essem Ingolstadij, egit mecum Serenissima Regina Magdalena de M. Hermete [3], idque postulauit, ut si pestis forte isthic inualesceret, illum ad se cum aulica familia in Bauariam euocare posset. Ac tunc quidem illius uotis ardentibus nolui deesse ac refragari. Verum postea rectius mecum omnia cogitanti, uenit in mentem, haud satis consulte illum a cathedra, quam nunc cum laude isthic tenet, posse abstrahi . primum enim quem illi potiorem substituamus, inuenire non possum, et haud iniuria plerique conquerentur tunc abesse probatum medicum, ubi aegrotis ac uelut in medio flammae laborantibus maxime succurrendum esset. Deinde si Rectorem [4] dabimus Ecclesiasten, parum ille gratus erit, et cum Collegij nostri detrimento munere illo fungetur, quod hominem totum et ociosum pene requirit. Quibus de causis operae pretium mihi fore uisum est, aliam tentare

[1] Hic et Christophorus Klöckler (Klekler), eiusdem regiminis cancellarius, a Ferdinando I. caesare collegio S. J. oenipontano dati erant „protectores" sive patroni; v. *Can.* III 339—340. [2] M. Iulio; v. supra p. 300.

[3] P. Hermes Halbpaur S. J., qui Oeniponte in ecclesia parochiali contionatorem agebat, paulo ante a Canisio Magdalenae eiusque sororibus assignatus erat confessarius; v. *Can.* III 715 et supra p. 219 234.

[4] P. Ioannem Dyrsium, rectorem collegii oenipontani.

viam, qua simul et Cathedrae prospiceretur, et Serenissimis Reginis utcunque fieret satis. Existimabam authoritate dignitatis tuae id serenissimae Reginae Magdalenae scribi ac persuaderi posse, quandoquidem hunc in docendo locum M. Hermes teneret, e medio cursu neutiquam illum reuocandum esse, cum populus quidem salutaribus concionibus egeat uel maxime: satis autem fore, ut multi iudicarent, si Rector Collegij nostri loco M. Hermetis euocatus, tum a sacris, tum a concionibus, tum a confessionibus esset illis ipsis Reginis, quamdiu in hac uita peregrinatoria uersarentur, quae non adeo frequentibus concionibus egent. Haec aliaque id genus, quae rectius intelligit sapientia tua, non solum unius, sed etiam plurium ac etiam fortasse totius senatus uestri nomine, ad praedictam Reginam perscribi posse mihi hoc tempore uidebantur. Cupio enim uehementer, ne unius M. Hermetis absentia conflet nostris inuidiam et detrimentum aliquod Reipub. uestrae adferat, cum id minime uelletis. Ego uero, qui consilio et iudicio parum ualeo, rem totam sapientiae tuae arbitrio remittendam putaui: nec moleste feram, eadem de re, si ita uisum erit, clarissimum et peritissimum virum Dominum Cancellarium admoneri. Hoc unum precor, ne facile intelligat Serenissima Regina, me huius consilij, si a vobis ita probabitur, authorem uel participem esse. Video, dictum Rectorem eum esse, qui et aulam illarum secure comitari, ipsisque merito commendari possit, si quem uelint e nostris sibi Sacerdotem, Confessarium, et Ecclesiasten adesse. Aeternam Dei bonitatem rogo, ut causam hanc prosperet in suam gloriam, nosque saluos in utroque homine tueatur. Quod superest, reuerenter me ac nostros omnes praestantiae tuae commendo in Christo JESV Domino nostro. Augustae 21 Augusti 1563.

Seruus in Christo P. Canisius.

† Nobili et praestanti viro Domino Sebastiano Sott, Caes. Mai. Consiliario et Patrono singulari. Oeniponti.

931. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu.
Augusta Vindelicorum 21. Augusti 1563.

Ex litterarum Polanci apographo, eodem tempore scripto. Cod. „V. P. 63" f 194[b].

Polancus nomine Lainii Tridento 31. Augusti 1563 Augustam ad Canisium scripsit: „Riceuette N. P. quella de VR. de 21 del passato". Epistula perisse videtur; de qua vide Polanci litteras, quas dixi; his enim Lainius Canisio respondit.

Licet in apographo legatur: „21 del passato", d. 21. Augusti, non 21. Iulii significari censeo, sive quod librarius vel ipse Polancus lapsu quodam calami „passato" pro „presente" posuit, sive quod Polancus epistulam suam Canisio ante initium m. Septembris allatum non iri sciebat. Canisius enim Augusta singulis sabbatis ad Lainium scribere solebat (Can. III 493 535 541 546 555 567, et supra p. 18 23 35 40 46 111 etc.). atque anno 1563 dies 21. Augusti sabbatum erat, 21. Iulii sabbatum non erat; et si Canisius inter 14. et 28. Augusti Lainio non scripsisset, Polancus vel in hac vel in una ex proximis epistulis id commemorasset.

932. CANISIUS **P. THEODORICO CANISIO S. J.**, collegii monacensis rectori. Augusta Vindelicorum medio vel exeunte m. Augusto 1563.

Ex archetypo (1 p.). Cod. guelph. „36. 24. Aug." f. 64[b].

Lainium optare, ut Bavariae dux edoceatur, in Societatis potestate hominum in collegiis mutationem esse debere. Cum cancellario agendum esse, ut dux Lainio rescribat. P. Natalem brevi venturum esse.

Canisius in pagina altera apographi augustani epistulae (vel potius litterarum partis) Tridento 3. Augusti 1563 a Lainio per Polancum ad se datae (v. supra p. 302) haec partim ex eiusdem Lainii litteris Tridento 9. Augusti 1563 ad se (per Polancum) datis (v. supra p. 305) exscribenda curavit, partim sua manu scripsit:

Ex altera epistola.

Circa l' mutationi di alcuni Sugetti nostri, ben sarebbe ad ogni modo, che con la occasione si facessie capace il principe[1], che bisognaria lasciare questo pensiero alla Compagnia. Per che in quella lettera a[a] V. R. pare sente di loro[b] si fossino stipendiati[c] Secolari. Et ben sara anche che .V. R. come da se, facesse officio col Secretario del Duca[2] acio respondessi alla litera che nostro[d] li scrisse[e][3]. Credo sat esse cum Cancellario[4] agere, vt respondeat Dux literis Patris humanissime scriptis.

Jtem dice la lettera, che P. Natale sara, presto in Bauiera et forsa auanti il fine di questo Mese[f]. Dominus nobiscum.

Canisium has litteras Monachium ad P. Theodoricum Canisium, collegii rectorem, misisse ex eo conicio, quod in iis Socios monet, ut cum Eckio cancellario agant; hic autem Monachii versari solebat. Accedit, quod Polancus illis de rebus P. Theodorico Canisio scripsit, quodque hae litterae Augustam ad Petrum Canisium missae esse omnino videntur; qui eas una cum illis, quas supra posui, Theodorico miserit; cf. supra p. 308—309.

933. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO.

Tridento 23. Augusti 1563.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „P. Canisio". Cod. „V. P. 63" f. 178[b].

Epistulae mentionem fecit *Polancus* in litteris Tridento 24. Augusti 1563 Lainii nomine ad Natalem datis (Epp. *Nadal* II 367).

Cardinalis Augustanus ex universitate dilingana magistros saeculares dimittit et, misso etiam Tridentum P. Mendoza, valde instat, ut Socii iam Dilingam veniant. Mittendus igitur Dilingam, qui res iis necessarias prospiciat etc.; fortasse non omnes scholae statim incohabuntur. Mittitur exemplum pactionis cum cardinale faciendae

a) a *supra versum additum est.* b) *A. libr. addendum fuisse videtur* come; *v. supra p. 305.* c) *Prorsus videtur fuisse addendum* o; *v. supra p. 305.* d) *Libr. hic scribere debuerat* nostro Padre; *v. supra p. 305.* e) *Quae sequuntur, usque ad* scriptis *incl., manu Canisii scripta sunt.* f) *Verba sqq. a C. ipso scripta sunt.*

---

[1] Albertus V. Bavariae dux; v. supra p. 305. [2] Vide supra p. 305[3].
[3] De his Lainii ad ducem litteris v. supra p. 167 177.
[4] Simone Thaddaeo Eck.

et indiculus Sociorum Roma in Germaniam mittendorum, ut Canisius et Natalis, quid sentiant, significent. Viatica Romam mitti oportet. Cardinalis Augustanus per hiemem in episcopatu suo mansurus esse fertur. PP. Manareus et Cuvillonius Tridento mox discedent. In concilio maxima a patribus diligentia adhibetur; Lainius de matrimonio et reformatione dicturus est.

Pax christi.

Martedi passato[1] fu scritto à V. R. benche non haueuamo riceuta lettera sua et quantunque insino adesso non l habiamo anche non mancaremo de auisarla che hauemo inteso de certo che li mastri secolari de Dilinga sonno licentiati dal Cardinal et che al Principio di settembre si deuono partire[2] in modo che sarrebbe non poco despiacer del Cardinal[3] à quel che intendiamo se non selli desseno li mastri questo anno et quantunque lui è partito di Roma, et ha de passare in breue per Trento tutta uia manda innanzi un sacerdote Nostro che uiene con lui[4] accio sollicitj N. Padre quanto al dar principio à mandar gente . per questo (come intendiamo ha scritto il Cardinal à V. R.) sarrebbe conueniente che alcuno nostro andassi sino à Dilinga et uedessi il bisogno per quanti de li nostri se trouaranno habitationi et letti, et le altre cose necessarie et anche quanti mastri sono quelli che si partono et legeuano in Dilinga . et quanti doueriano mandarsi per leggere le 3. lingue[5] Logica Philosophia Theologia scholastica et scriptura che son le lectionj delle quali piglia la Compagnia lo assunto benche al Principio forse non accadera dar lectorj per tutte se non si puo mettere tutta la gente che si è detto al Cardinal sarrebbe necessaria. Et perche penso che per tutto questo mese arriuara in Bauaria et forse in Augusta il Padre Maestro Natale[a] si mandara qui la copia del contracto che uoleua fare in Roma il Cardinal et si è differito per farlo à Trento alla uenuta sua per che potrebbe essere che hauessimo risposta di quel che pare al detto Padre Natal et à V. R. auanti che si habia à stipulare[6] . mandaro

a) *Sequitur* penso, *oblitteratum.*

[1] 17. Augusti. [2] Vide supra p. 266[7].

[3] Ottonis Truchsess, episcopi augustani.

[4] P. Ludovicum de Mendoza; de quo vide, quae sub ipsas has litteras dicentur.

[5] Latinam, graecam, hebraicam (*S. Ignatius,* Constitutiones S. J. P. IV. c. 5, n. 1; c. 6, n. 5; c. 12, n. 2).

[6] In Codice „Germ. Sup. Fund. I" praeter ea, quae supra p. 257[6] dixi, multa alia exstant scripta, quae ad hanc tractationem pertinent, ut „**Conuentioni* sopra il fundar il collegio in Tilinga", sine anno, Polanci manu emendatae (f. 163—164); **Adnotationes* italicae ad diploma fundationis dilinganae, sine anno, cum inscriptione a Natale posita (f. 209—210); *„*Quello* che Monsignor Illustrissimo et Reuerendissimo d' Augusta rispose alli Dubbij, che il Padre Polanco scrisse in una sua lettera al Padre Francesco di Borgia circa il Collegio di Dilinga", archetypum idque anno, ut videtur, 1563 scriptum (f. 297 298); *„Copia. *Capitula* facta circa fundationem collegij Societatis Dilinghe per Cardinalem Augustanum . 1563 . B" (f. 309[a] ad 312[b]); sunt autem „capitula" 8, eaque, ut videntur, ab Ottonis cardinalis secretario eleganter scripta; inscriptio alia manu eiusdem fere temporis posita est.

etiam la lista delli suggettj che di Roma dicono si potrebbono mandare dellaquale si mando una copia al Padre Maestro Natal à Vienna[1]. accio che se quella non trouo gia partito possa mostrarseli questa et anche V. R. la ueda per dir quel che li pare et poi se rimandi la detta lista conla copia del Contratto. non si scriue al Padre Maestro Natal per non hauere ancora lettere sue et pur questa quasi tutta seruira per lui et li scriueremo etiam con l' ordinario Martedj[2]. Non mancaro etiam de agiongere questo che di Roma scriuono che serranno in ordine per mandare questa gente subito che li sia mandato il Viatico per loro. et come stanno tanto strettj non mi marauiglio niente che prima uogliano hauer detto Viatico, pur per la parte di questi che se ha da mandare à Tilinga prouedera il Cardinale cui andata in Alemagna pare giouara per conto della prouisione che se haueria à fare in Dilinga massime se come intendjamo se questa inuernata tutta restera in suo Vescouato. *Deum pro nobis orate*. de Trento li 23 de Agosto 1563.

Questa settimana che uiene[3] partira di qua piacendo à Dio il Padre Oliuerio[4] insieme col Padre Couillon il quale ha hauto licentia dal suo Duca[5] di tornarssene in Bauaria.

Quelle che posso dir del Concilio è che si usa gran sollicitudine per espedire molte cose. in modo che tanto quelle delli Dogmi come della riforma pensano alcuni et dicono serranno espedite perla festa de ogni Santj[6], matina et sera si fanno congregationi di Prelati et oggi ò di mane dirra N. P. il suo parere circa li Canoni et Decreti del matrimonio[7]. et si fanno altre congregationi nel medesimo tempo de molti prelati sopra li Decreti della riformatione. Dio N. Signor ci dia gratia di ueder le cose presto et ben finite.

In his litteris primum commemoratur vir, quocum Canisius proximo tempore multum erat acturus; P. Mendozam dico. Cardinalis Otto iam 24. Martii 1563 litteris Roma Tridentum missis Lainium rogaverat, ut sibi duos Maximiliani II. Romanorum regis filios in Hispaniam ducturo P. Ludovicum (Aloysium, „Luys") de Mendoza S. J. comitem concederet (Epp. *Nadal* II 618). Atque ipse *Lainius* in * litteris Tridento 13. Iulii 1563 in Hispaniam ad P. Antonium Araoz S. J. datis haec rettulit: Cardinalem, Romae P. Mendozae peccata confiteri solitum, eundem, cum in Hispaniam abiturus esset, a P. Francisco de Borgia Societatis commissario „con tanta instantia" sibi comitem petisse, ut voti compos fieret. Se (Lainium) rem ignorasse ac, cum de ea certior factus esset, cardinalem ab eo consilio revocare voluisse; sed „no se è podudo bonamente" (ex apogr. eiusd. temp. Cod. „V. P. 63" f. 109[b]). Itaque ipse *Lainius* Tridenti 19. Septembris 1563 P. „Ludouico de Mendosa" * litteras, quas „patentes" vocant, dedit, quibus eum in Hispaniam cum cardinale, qui eius „operam in rebus spiritualibus" „instanter" petisset, ire iubebat

[1] Vide supra p. 308[3]. [2] 24. Augusti.

[3] „Forse fra dui giorni": *Polancus* Natali Tridento 24. Augusti 1563 (Epp. *Nadal* II 366). [4] Manareus S. J.

[5] Ab Alberto V.; v. supra p. 227 235 240. [6] Ad 1. Novembris.

[7] Lainius 23. Augusti 1563 dixit; orationis brevem summam posuit *Massarellus* l. c. II 368—369.

(ex apogr. eiusd. temp. Cod. „V. P. 62" f. 301[b]). Mendoza, illustri loco ex Lainii sorore ortus, cum in Gallia cisalpina militasset, a. 1554 Romae a S. Ignatio in Societatem admissus erat (*Polancus,* Chronicon IV 36 164).

Canisius Lainio rescripsisse videtur 4. Septembris 1563.

934. P. IOANNES DE POLANCO. secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO.

Tridento 24. Augusti 1563.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „P. Canisio". Cod. „V. P. 63" f. 180[b]—181[a].

Gaudet, Canisium cum animarum fructu per Suebiam peregrinatum esse, et sperat fieri posse, ut Socii plures eiusmodi peregrinationes instituant. Pactio de collegio dilingano. Societas optat, ut Dilingae magistri per aliquod tempus docere pergant, et tantum, ut cardinali gratificetur, collegium admittit cum condicionibus ab ipso propositis, quibus collegium parum firmiter stabilitur. Cardinalis Augustani iter. Si magistri reapse iam discedere volent, aliquis de Societate mittendus, qui rebus inspectis ad Lainium de iisdem referat. Si concilii sessio postrema hominibus placuit, proxima etiam magis placebit. Quot et quales iuvenes in collegium germanicum, Societatis scholastici in romanum mittendi. Scholasticorum aliquot in Italiam missorum mores parum probati sunt.

Pax christi.

Hier sera riceuemmo quelle di V. R. quelle[a] [?] di 14 del presente dopo la sua tornata de Sueuia[1] et ci siamo consolati in Domino che sia stata fructuosa questa peregrinatione, et non dubitamo che le simili sarrebbono molto utili, et è di sperare in Dio che alla giornata ci darra Dio N. S. piu operarij per poterce stendere fuora delli Collegij.

A P. Natale iam diu litteras non accepimus.

circa il Collegio de Dilinga per straordinario si mando à V. R. la copia del contratto che si uoleua fare ma non e anche fatto accio mostrandolo al Padre Natal tutti dui scriuessino il suo parere.

Circa il cominciar questo anno la Compagnia à dar lectorj lli V. R. potra assicurare li lectorj che li stanno che non sarrebbe secondo il desiderio Nostro anzi che è puramente condescendere alla uoluntad del Cardinal contra nostra volunta et pero pareua à N. Padre selli potessi scriuere che si trattenessino lli non si partendo tanto presto et che scriuano al Cardinal sopra il restare ancora un tempo et che Noj lj agiutaremo quanto potremo et il simile se potra dire jn Jngolstadio anzi dicendo la cosa come sta non habiamo troppo satisfactione della forma del contratto perche se il Cardinal non adimpira quello che mostra uoler fare in uita sua circa la Fabrica et stabilimento de intrate resta[b] quel Collegio sensa fabrica sufficiente et senza intrata che baste à tante lectionj, et non sappiamo se li successorj del Cardinal uorranno far quel che lui prega, et finalmente il pigliar

a) *Hoc v. superuacaneum esse videtur.* b) *Sequitur* la, *oblitteratum.*

[1] Vide infra monum. 605 606.

questo Collegio senza piu fundamento che tanto è un condescendere alli desiderij et instantia[a] del Cardinal piu che altro ben che speramo in Dio che la cosa riuscira in seruitio suo[1]. molti di sono che parti di Roma il Cardinal et lo aspettamo qui presto. Se li mastri di Dilinga uolessino ad ogni modo partire . come ci han detto qua li Doctori Louaniensi[2] lo uogliono fare per che hanno altri partitj in tal caso sarria bene che alcuno delli nostrj de ricapito andassi fin à Dilinga, et uedessi quello che è necessario per dare auiso, et specialmente uorriamo sapere quanti sono li maestri che lli stanno, et quali lectionj leggeuano, et quanti scholarj haueuano[3], per che importa a saper questo per la prouisione che sj deue fare.

Deus Bavariam pestilentia liberet! De P. Martino [Stevordiano] et de professoribus ingolstadiensibus P. Natalis brevi statuet. Se la settima Sessione ha piaciuto alli populj è de sperare che molto piu li piacera la ottaua per li molti punti di importantia che tocca della reformatione. Sta bene che il Rettor de Jspruc[4] mandi maestro Michaele[5] in Augusta. *Litteras etc. mittimus.*

auisai che si potranno mandare à Roma 3. o 4. per il Collegio Germanico intendo di quelli che non hanno prouisione . ma uorrebbeno che fossino boni et prouetti nelli studij . di quelli che haueranno modo di pagarse le spese si potranno mandare doi ò .3. che si trouara loco per loro . perla Compagnia nostra si potrebbono mandare piu persone, pur che fossino atti alla Rettorica ò alle faculta superiorj et non altrimentj, uorrebbeno anche che fossino fermi nella uocatione, et di buonj costumj per che si[b] ha mandato l'inuernata passata .5. ò 6. non se de quali parti de Alemagna quali han trauagliato molto li Collegij doue sono statj et finalmente si hanno chiamati tutti à Roma et non uorrebbono moltiplicare piu li simili benche procurano agiutare li dettj. *De viaticis mittendis R. V. iam monui. Deum pro nobis orate.* dj Trento li 24 de Agosto 1563[c].

a) instatia *ap.* b) *Sic corrigendum esse omnino videtur* li, *quod est in ap.* c) *A libr. corr. ex* 1564.

---

[1] Lainius universitatum curam suscipere nolebat, nisi a fundatore „commode provideretur, unde 70 aut iis plures collegae possent ali" (*Pachtler* l. c. I 336); attamen, ut *Natalis* notavit, „quum ageretur de fundatione collegii et vniuersitatis Dilinganae, censuit P. N. Laynez non esse tantum numerum in Germania exigendum, et sat fore, si pro fundatione vniuersitatis exigerentur redditus ad alendos 60." (*Gomez Rodeles* l. c. 51[3]).

[2] Martinus Rithovius, episcopus iprensis, qui ex primis universitatis dilinganae professoribus fuerat, ex Belgio cum Michaele Baio, Ioanne Hessels, Cornelio Iansenio „seniore", doctoribus lovaniensibus, ad concilium tridentinum proficiscens, m. Maio vel Iunio 1563 ex itinere ad Dilinganos diverterat (*Pogiani* Epistolae III 343).

[3] Anno 1562 vel 1563 Dilingae 9 professores et 250 fere studiosi erant, e quibus 18 theologiae, 40 philosophiae, reliqui rhetoricae et grammaticae operam dabant (*Can.* III 283).

[4] P. Ioannes Dyrsius.

[5] Notes sive Cameracensem S. J.; de quo supra p. 236[2].

Canisius Polanci litteris 9. Augusti 1563 datis (supra p. 307) cum P. Natale de iuvenibus Romam in collegium germanicum mittendis consilia conferre iussus, ac litteris modo propositis, quot et quales mitti possent, edoctus, quos tandem miserit vel mittendos curaverit, ex binis * litteris intellegitur, puto, ab eodem *Polanco* Tridento 29. Septembris 1563 Romam ad Sanctum Franciscum de Borgia datis. In quarum alteris scribitur, ipsas afferri per „Jacomo Tudesco“, qui diu Ingolstadii in Societatis scholas iverit et iam in collegium germanicum veniat. In alteris: Eas Romam perferri per „Maestro Alberto Tudesco“, quocum „Baltassar Tudesco“ proficiscatur; utrumque in collegium germanicum venire; hunc Monachii Sociis usum esse magistris; illum Ingolstadii Socios diu habuisse praeceptores ibidemque „artium magistrum“ creatum esse (ex apographis eiusdem temporis. Cod. „V. P. 63“ f. 247[a]). Atque Iacobus ille nescio an idem sit atque „Iacobus Schenfelder Brixinensis“, quem 16. Novembris 1563 in collegium admissum esse in eiusdem * *Catalogo* antiquissimo notatum est (Cod. rom. „All. coll. Germ.“ p. 18). „Albertus“ [1] porro fortasse idem est atque „Alberto First Todesce“, quem commemorat P. *Hieronymus Nappi* S. J. († 1648?) in * „Annalibus“ seminarii romani, a Pio IV. fundati et a. 1565 incohati; in quod fortasse ex collegio germanico ob loci angustias aliasve rationes aliqui iuvenes transmissi sunt, atque ita factum, ut Nappius Albertum 21. Maii 1565 ingressum, 8. Ianuarii 1568 Roma profectum esse scriberet (Cod. „Annali del Seminario“ Ann. I p. 49). De Balthasare autem 2 exstant * epistulae archetypae, Monachio 17. Iunii 1563 Romam ad P. Christophorum Matritium S. J. datae a doctore *Sigismundo Viehauser*, ducis Bavariae consiliario, et a P. *Theodorico Canisio*, collegii monacensis rectore; uterque, ut Balthasar in collegium germanicum recipiatur, petit; atque ille quidem monet, eius patrem esse doctorem Ioannem Thaumüller, Alberti V. ducis medicum; hic scribit, eum „annorum esse plus minus 17, in nostris scholis aliquam diu in Rhetoricis institutum, optimae indolis“; atque eius patrem, „virum summa authoritate et bene de societate meritum“, quicquid in eius victum impensum fuerit, reddere paratum esse; * respondit *Matritius* Theodorico Canisio, se id curaturum esse eo „libentius, quod rem hanc ipsi illustrissimo principi significas gratam futuram, cui nos pro tantis erga Societatem nostram collatis beneficijs multo certe maiora debemus“ (ex epistulae commentario vel apographo antiquo. Cod. „G. Ep. II“ f. 9).

Canisius Lainio 14. vel 21. Augusti 1563 rescripsit.

935. CANISIUS **GASPARI CARDILLO DE VILLALPANDO**, episc. abulensis procuratori et pontif. theologo in concilio trid.

Augusta Vindelicorum sub 28. Augusti 1563.

Ex litterarum Polanci apographo, eodem tempore scripto. Cod. „V. P. 63“ f. 201[b].

Polancus nomine Lainii Tridento 3. Septembris 1563 Canisio ad litteras Augusta 28. Augusti 1563 missas rescribens: „Le lettere“, inquit, „di V. R. si dettero al Doctor Villalpando“ (de quo v. supra p. 165). Canisii epistula perisse videtur. Qui quid cum Villalpando tractaverit, conicere licet ex iis, quae supra p. 283 dicta sunt.

936. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 28. Augusti 1563.

Ex litterarum Polanci apographo, eodem tempore scripto. Cod. „V. P. 63“ f. 201[b].

Polancus nomine Lainii Tridento 3. Septembris 1563 Augustam ad Canisium scripsit: „Riceuette N. P. quella di V. R. de 28. del passato“. Canisii epistula perisse videtur; de qua vide Polanci, quas dixi, litteras; his enim Lainius Canisio respondit.

---

[1] Primorum collegii germanici „Convictorum“ (de „alumnis“ v. *Can.* I LVII ad LVIII) catalogi non exstant; qui adhuc praesto sunt convictorum catalogi, ab a. 1565 incipiunt (Card. *Steinhuber* l. c. I 49).

937. FRANCISCUS MARIA PICCOLOMINEUS, episcopus montalcinensis, CANISIO. Tridento sub 31. Augusti 1563.

Ex litterarum Polanci apographo, eodem tempore scripto. Cod. „V. P. 63" f. 194ᵇ—195ᵃ.

De libris ex mercatu francofurtensi afferendis.

Polancus Tridento 31. Augusti 1563 Augustam ad Canisium scripsit: „Qùi ua una lettera del Vescouo di Montealcino". In qua epistula Piccolomineum a Canisio, ut ex librorum mercatu Francofurti ad Moenum proxime habendo libros novos sibi afferendos curaret, petisse, ex Canisii litteris 7. Octobris 1563 ad Hosium datis verisimile efficitur.

Epistulam hanc ad Canisium datam esse, tum ex dicendi ratione, quam Polancus adhibet, tum ex Polanci ad Canisium litteris 14. Septembris 1563 datis colligere licet, in quibus alterius epistulae a Piccolomineo ad Canisium datae fit mentio. Nobilis vir Franciscus Maria Piccolomini († 1599), senensis, a. 1554—1599 episcopatum Montis Alcinii sive Ilcinii (Montalcino in Etruria), cui inde ab a. 1563 episcopatus pientinus (Pienza) coniunctus erat, rexit (*Ferdin. Ughellus* O. Cist., Italia sacra I, Romae 1644, 1069. *P. B. Gams* O. S. B., Series Episcoporum Ecclesiae Catholicae, Ratisbonae 1873, 744). In concilio tridentino etiam Ottonis cardinalis Augustani procuratorem egit (*Pogiani* Epistolae III 2 37). Exstant epistulae a Piccolomineo ex concilio tridentino a. 1562 et 1563 ad Albertum V. Bavariae ducem datae (*Knöpfler* l. c. 100 [1]. *Merkle* l. c. I xxxiii).

938. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO. (Epistula prior.) Tridento 31. Augusti 1563.

Ex apographo eiusdem temporis, duabus manibus scripto; prior scriptio terminatur verbis „altro doue serra pi atto" oblitteratis (vide pag. 318 adnot. a); in margine, priore hac manu: „P. Canjsio". Cod. „V. P. 63" f. 194ᵇ—195ᵃ.

Theologiae professores ingolstadienses. P. Natalis. P. Cuvillonius. Alberti V. litterae. Pestilentia Augustam et Ingolstadium urens. Iacobus Sekler. Octavianus Fugger Sociis romanis valde commendabitur. Curandum, ut Dilingae magistri diutius remaneant. Cardinalis Augustani iter. Domus a Conrado Bruno Societati legata. Indiculus librorum, de quibus Canisio sententia dicenda erit. Apologiae ab Andrada et Canisio scriptae. Scriptum Sociorum coloniensium. Imperator, reformationi principum obsistens, concilii progressum impedit. Orandus Deus pro muliere, quae collegio vallisoletano reditum legavit, et pro Lusitaniae rege; aliqua ab hoc scripta.

Pax christi.

Riceuette N. P. quella de VR. de 21 del passato. *De nostris, qui in Bavaria theologiam vel tradunt vel tradituri sunt, ac de aliis quibusdam rebus, cum P. Natalis isthuc advenerit, aliquid certi constituetis.* Gia el D. Couillon è andato perche finalmente li fu data licentia dalli Legatj.

Delle lettere del duca per nostro Padre non se curi V. R. de procurarle [1] poi che basta la resposta nelle lettere allej drizzate.

Non si mancara de far oratione specialmente per li nostri de Augusta et Jngolstadio durante la peste qual se degni dio Nostro

---

[1] Vide supra p. 305 307.

signor conuertire in salute spirituale delle dette Citta et cosi delle altre che hanno il medesimo trauaglio in Germania.

Circa Jacobo Seclero serra ben che V. R. auisi il P. Natal delle cose che qua ci ha auisato cio è che non sa la lingua Tudesca ne latina per far ben l officio del procuratore, et è poco inclinato à quello, perche non essendo atto per tal officio[a] potrebbe tornar a quello che comincio a fare in Augusta[1] o far altro doue Dio N. Signor piu si serua di lui.

Se andara a Roma il figliolo del Signor Giorgio fucaro[2] se raccomandara alli nostri strettamente come raccomandato per la signora Vrsula a cui charità molto più si deue.

Nescimus num P. Natalis Oenipontem iverit et num reginae eodem reversurae sint. Del collegio de Dilinga gia s è scritto che sarebbe bene scriuessi V. Reuerentia alli professori che li stanno, che noi haueriamo charo restassino anche quest' anno perche oltra del comodo loro che desideramo a noi etiam ci torna commodo differire l' andata[b] [?] delli nostri et se scriuessino loro al Cardinal che sta uicino uederiamo noi d' aiutarli. Detto Cardinal passara la festa della Natiuità di Nostra Donna[3] in Mantua, et di la se ne uerra insino a Trento come crediamo . della casa del D. Bruno buo: me .[4] non ce sara difficoltà che sia applicata al collegio come lo hauera potuto ueder V. Reuerentia perla copia del contratto che si ha da fare, quale si mando a V. Reuerentia.

Qùi si manda un catalogo delli libri de quali se desidera informatione di V. Reuerentia conforme a quello che se scriue nella carta istessa del detto catalogo. V. Reuerentia respondera a N. Padre sopra quello[5].

L' Appologia del D. Portogesse[6] contra el Kemnitio . lui disce che uscira quanto presto li sara posibile, in questo mezzo fara qualche buon seruicio quella uulgare di V. Reuerentia[7].

Qùi ua una lettera del Vescouo di Montealcino[8] et anche un altra per ingolstadio. Se rimanda etiam quel scritto de lli Coloniensi ilquale ha bisogno de lima nel stilo[9] .V. Reuerentia ueda de rimandarglielo.

a) *Sequuntur vv.* potrebbe tornare à far quello che comincio a far in Augusta, ouero adad altro doue serra pi atto, *oblitterata.* b) *Vel:* andar; *ap. habet:* anda.

[1] Sekler in Societatis domo augustana „ministri" officium administrasse videtur; v. *Can.* II 843 et supra p. 37 39.

[2] Octavianus, Georgii II. de Fugger-Weissenhorn et Ursulae a Lichtenstein filius; v. supra p. 225. [3] 8. Septembris.

[4] Dr Conradus Braun (de quo supra p. 129) 20. Iunii 1563 Monachii mortuus erat; qui domum, quam Dilingae habebat, certa cum condicione Sociis Dilingam venturis legaverat (*Paulus* l. c. [cf. supra p. 163] 548[1]. *Specht* l. c. 14[3]).

[5] Agebatur de libris quibusdam in „Indice" librorum prohibitorum ponendis vel ex eo expungendis; vide litteras proximas. [6] Payvae de Andrada.

[7] Vide supra p. 298. [8] Francisci Mariae Piccolominei.

[9] Commentarium de sacramentis a Sociis coloniensibus (PP. Francisco Costero et Henrico Dionysio) conscriptum dicere videtur; cf. supra p. 231.

Nelle cose del Concilio siamo più incerti che prima se la sessione se celebrara il giorno designato[1] specialmente perla dificolta che si fa nelli capi dela Reformatione per parte d' un gran principe [al quale][a] non piace certa cosa che li tocca[2]. Dio N. Signor guidi il tutto accio habbia buona et spedita conclusione. Vna Signora[3] lascio ad un collegio de spagna[b] cio è de Valladolid una intrata de piu di 500. ducati et come benefatrice uorrebbe N. Padre fossi raccomandata nelle orationi[c] della compagnia.

Qùi ancora si mandano certi uersi che di sua mano scrisse il Re di Portogallo discipulo del padre Luis gonçales[4] . V. Reuerentia lo faccia raccomandare a Jddio N. Signor nella sua prouincia di Bauaria, et se scriue al padre Lanoy faccia altro tanto in quella d' Austria. *Deum pro nobis orate.* Di Trento ultimo d' Agosto 1563.

Canisius Lainio rescripsisse videtur 4. Septembris 1563.

939. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO. (Epistula altera.)
Tridento 31. Augusti 1563.

Ex apographo eiusdem temporis. Cod. „V. P. 63" f. 195[a].

Patres „Indici" reformando delecti (e quorum numero Lainius est) scire cupiunt, num auctores, quorum indiculus Canisio mittitur, reapse haeretici sint. Quare Canisius et ipse et per Socios ingolstadienses, moguntinos, colonienses etc. id, interposita bibliopolarum opera, indagare a Lainio iubetur.

Quelli che son deputati dal Concilio per reueder l indice delli libri prohibitj[5] hanno ricommandato à N. P. (quale anche è del numero

a) *Haec vv. supplenda esse res ipsa ostendit.* b) *Sequitur* chi, *oblitt.* c) oroni *ap.*

---

[1] 16. Septembris.

[2] *Ferdinandus I.*, cum reformationem ecclesiasticorum hominum vehementissime ursisset et cardinali Morono Oeniponte secum agenti libenter se consensurum affirmasset, ut ipse quoque imperator reliquique ordines saeculares reformarentur, iam reformationem generalem a concilii praesidibus propositam „summum ac nimium rigorem" habere ac nominatim caput 36., quod de „reformatione saecularium" erat (exstat apud *Le Plat* l. c. VI 227; de qua re *Sickel*, Trient 583) „repugnare libertatibus, iuribus et antiquissimis consuetudinibus" imperii regnorumque suorum aiebat ideoque poscebat, ut saltem et hoc caput et illud, quod de „iurepatronatus" erat, in tempus, quod proximam sessionem secuturum esset, reiceretur, quo melius ipse ceterique principes rem expendere possent. Id quod legatis eo molestius erat, quod multi episcopi, hanc libertatis violationem aegerrime ferentes, se, nisi etiam caput 36. statim proponeretur, de reliquis quoque „minime responsuros" esse asseverabant (*Paleottus* l. c. II 663. *Sickel,* Trient 585—597. *Mendoza* l. c. II 136—138. *Milledonne* l. c. 153).

[3] Maria Maior de Bivero (Epp. *Nadal* II 336 513).

[4] Sebastianum regem, cui a. 1559 puero matris rogatu P. Ludovicus Consalvus (Gonçalves da Camara) S. J. datus erat magister (*Can.* II 400[1]), litteris Lainio missis Societatem laudasse eiusque precibus se commendasse conicio. Sebastianus quanti Societatem Iesu fecerit, ostendit *Christoph. Gomez* S. J., Elogia Societatis Iesu, Antverpiae 1697, 312—313.

[5] Vide, quae sub ipsas has litteras dicentur.

de li deputatj) che procurj certificarsi se realmente[a] siano hereticj li authorj nominati in questo cathalogo et cosi N. P. hauera caro che VR. se informi delli ljbrarj de Augusta delli detti Authorj, et se si potessi uorrebbe si uedessi qualche propositione heretica in ogni uno di detti librj se la cosa non fossi manifesta accio se hauessi certezza de come si debano questi prohibire[1]. farra anche bene V. R. di mandare questo catalogo ò la copia di esso in Jngolstadio Ricommandando alli nostri il medesimo officio specialmente circa li librj nelli quali non hauessi chiarezza V. R. Si potra anche mandare una copia per moguntia, et Colonia[2] accio di la facciano questa medesima diligentia specialmente quanto alli libri de quali V. R. non fossi certo et per la vicinanza di Franfordia[3] potranno li librarj di la hauer piu notitia et se si credessi che in Praga et Vienna se haueria piu luce che alcuni[b] [?] altroue anche nostro Padre per far compita diligentia desidera che loro faccino il medesimo officio. V. R. adunque per se stesso et perli altrj faccia questa bona opera et ueda a dare[c] [?] auiso à N. P. di quel che si trouara.

Die 17. Februarii 1562 mandatu „patrum omnium" concilii a cardinalibus praesidibus „deputati" erant „ad indicem librorum" iussu Pauli IV. inter a. 1557 et 1559 vulgatum „reformandum" 1 patriarcha, 5 archiepiscopi, 9 episcopi, abbas quidam benedictinus, supremi moderatores ordinum Minorum Observantium et Eremitarum S. Augustini. Qui, quorum ipsis visum esset, „theologorum minorum" operam adhibere iussi sunt (*Massarellus* l. c. I 686). Haec autem epistula ostendit, Lainium „deputatis" hisce postea ita additum esse, ut non „theologum minorem", sed „patrem concilii" inter eos ageret. Canisius a. 1562 Tridenti inter „theologos minores" Indici reformando operam navaverat (*Can.* III 449); multos quoque a. 1561 et 1562 libros novos opera Georgii Willer, bibliopolae augustani, Francofurto, Tubinga etc. sibi allatos, et nominatim eos, qui a protestantibus conscripti erant, Tridentum ad cardinalem Hosium et alios miserat (*Can.* III xxxii—xxxiii).

Litteras hasce 31. Augusti 1563 Canisio missas esse ex epistula superiore (supra p. 318) intellegitur. Ceterum valde dolendum est, librorum indiculum, qui una cum iisdem missus est, iam non exstare.

940. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iac. Lainii, praepositi generalis, CANISIO. Tridento 3. Septembris 1563.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „P. Canisio." Cod. „V. P. 63" f. 201[b].

a) *Duo vv. sqq. a libr. supra versum scripta sunt.* b) *Sic ap.; legendumne:* luce di alcuni che? c) *Vel* ueda darne *vel* ueda diano *vel aliquid simile;* uada danno *ap.*

[1] In „Indice" a Pio IV. anno 1564 vulgato et in posterioribus Indicibus, qui ante a. 1664 excusi sunt, tres erant classes: Prima erat auctorum „aut haereticorum aut nota haeresis suspectorum", quorum „scripta non edita solum, sed edenda etiam" prohibebantur; secunda complectebatur libros quosdam, qui reprobabantur, etiamsi auctores eorum ab ecclesia numquam defecerant; in tertia libri quidam anonymi, quos dicimus, positi erant. Similis distributio iam in „Indice" Pauli IV. facta erat (*Jos. Hilgers* S. J., Der Index der verbotenen Bücher, Freiburg i. Br. 1904, 9 14. *Reusch,* Index I 263—264 324—325).

[2] In Societatis collegia moguntinum et coloniense.

[3] Ea aetate Germania suas librorum nundinas habebat Francofurti ad Moenum.

P. Natalis. Collegium dilinganum. Aliqui ex Sociis, qui Roma mittentur, interdum ministerio sacro extra collegia fungi poterunt. Socii Herbipolim mittendi. Precationes. Cautiones locis, quae pestilentia uruntur, adhibendae. Canisii iter monacense.

Pax christi.

Riceuette N. P. quella di V. R. de 28. del passato. *P. Natalis 29. Augusti Vindobona Monachium profecturus erat. Quocum de collegio dilingano R. V. aget.* La gente che si manda di Roma pare potrebbe bastare per quel che ricerca V. R. de hauer alcuni che possino seruire alli uicini Collegij et fare alcuni scorsi etiam doue non ui son collegij. *Quinam iuvenes in collegium germanicum, qui ex nostris Romam mitti possent, iam scripsi.* Le lettere di V. R. si dettero al Doctor Villalpando . del mandar gente in herbjpolj lo trattara V. R. col Padre Natale, ma se non uole altro che professorj[1] non pare cosa honesta mandarli tanti et forse bastarebbe un predicatore con qualche bon compagno, et questo per disponere[a] le cose al collegio futuro[b].

Non si manca di far oratione per conto della peste per guardarsi dellaquale li pochi suppositi che habiamo gia dette certi ricordi il Padre Natal[2] et in presentia se altro accadera lo potra anche ordinare per Jngolstadio et Augusta.

Epistulas quasdam hisce adiungo. Omnium vestrum sacris precibus nos commendamus.

Se fossi partito per Monachio[3] V. R. il Padre Guillelmo[4] potra drizzare nostre lettere per Moguntia et Treuerj. Al Padre Natal non so se scriuero con questa extraordinaria ò per la ordinaria Martedi che uiene[5] . de Trento li 3. de Settembre 1563[c].

941. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu.
Augusta Vindelicorum 4. Septembris 1563.

Ex litterarum Polanci apographo eodem tempore scripto, quod est in Cod. „V. P. 63“ f. 222[b], et ex apographo litterarum (particulae litterarum) Canisii, quod et ipsum eodem fere tempore scriptum exstat in folio singulari (4°; 1 p.) atque ita manu antiqua inscriptum est: „Ihesus. Ex literis Patris Canisij Augustae datis . 4. septembris . 1563.“ — Epistula usus est *Kröss* l. c. 170.

Roma in Germaniam mittendi sunt non „doctores bullati“ tantum theologiae, sed qui ante promotionem in docendo exercitati sint. Aliqui Societatis iuvenes rhetoricae tradendae apti non sunt, etc.

Polancus nomine Lainii Tridento 14. Septembris 1563 Augustam ad Canisium scripsit: „Riceuette N. P. quella di V. R. de 4 del pre-

a) *Sequitur* rispondere, *oblitteratum.* b) *Sequuntur vv.* non si, *oblitt.* c) *A libr. corr. ex* Agosto 1563.

[1] De Friderico a Wirsberg, episcopo herbipolensi, scribit; v. supra p. 237.

[2] Vide supra p. 264[3].

[3] Canisius „visitationi“ collegii monacensis per Natalem instituendae interesse volebat (v. supra p. 227), neque tamen ante 22. Septembris ibidem fuit; v. infra monum. 525 526.

[4] Elderen.

[5] Die 7. Septembris. Haec epistula exstat in Epp. *Nadal* II 377—382.

sente.“ Huius autem epistulae ea tantum particula adhuc exstat, quam hic ponam; quid Canisius praeter haec scripserit, ex memoratis Polanci litteris, quibus Lainius Canisio respondit, colligi poterit.

— — Cogitabam ego non ab re fore, si Doctores Theologi priusquam Romae tales creantur, aliquandiu Magistrum sententiarum aut simile quiddam cursorie saltem profiterentur, quemadmodum in omnibus fere Academijs bene institutis fieri solet, atque ita minor ansa praeberetur multis hoc obijciendi, nostros esse Doctores bullatos[1], quibus hic quidem parum aut nihil tribuunt auctoritatis. Deinde maior nostris usus ad profitendum compararetur hac cursoria et extraordinaria praelegendi ratione. Verum haec aliaque iuditio R. T. permitto, et iudico[a] tamen, non satis aliquem esse nostris titulum Doctoratus, neque doctrinam ipsam, nisi docendi quoque talentum et facultatem adferant. Idem fortasse dici posset de quibusdam alijs Professoribus, inter quos M. ludouicum et Joannem Piscatorem colloco, quos putamus ad Rhetoricam profitendam minime ualere[2]. — —

Quae Canisius a doctoribus romanis praestari volebat, ea etiam alibi praestabantur. Ita in universitate parisiensi „statutis“ theologicae facultatis cautum erat, ne quis theologiae „licentiatus“ vel doctor crearetur, antequam (expositis primum per aliquod tempus libris Sacrae Scripturae) „Quattuor libros Sententiarum“ Petri Lombardi explicasset (Chartularium Universitatis Parisiensis, ed. *Henr. Denifle* O. P. T. II, Sectio prior, Parisiis 1891, 699—700; T. III, Parisiis 1894, 441—442 427). Similiter in „Statutis Facultatis sacrae Theologiae“ coloniensis de iis, qui „licentiam“ vel doctoratum in theologia assequi vellent, praescriptum erat: „Nullus religiosus admittatur ad lecturam libri Sentenciarum, nisi primo legerit Bibliam per unum annum, nec aliquis secularis, nisi duos cursus rite compleverit . . . Presentati et admissi ad lecturam libri Sententiarum legant Sententias per unum annum“ (*Fr. J. von Bianco,* Die alte Universität Köln und die spätern Gelehrten-Schulen dieser Stadt I, Köln 1855, Anh. p. 39). Quae „lectio“ sive „lectura“ erat libri interpretatio atque expositio (*Fr. Paulsen,* Geschichte des gelehrten Unterrichts an den deutschen Schulen etc., Leipzig 1885, 18—19). Atque Heidelbergae olim per biennium haec Sententiarum „lectio“ facta erat (*Ed. Winkelmann,* Urkundenbuch der Universitaet Heidelberg I, Heidelberg 1886, 21).

In altera pagina folii singularis, quod dixi, manu antiqua scriptum est: „P. Padre D. Madrid“; quae verba si cum iis, quae de romana doctorum creatione in Polanci epistula modo memorata dicuntur, contuleris, facile intelleges, hanc litterarum Canisii partem Lainii iussu Tridenti ex archetypo exscriptam indeque Romam ad P. Christophorum Matritium S. J., collegii romani superintendentem, missam esse, ut is eiusque adiutores Canisii consilia, quantum fieri posset, sequerentur.

a) iudicio *ap.*

[1] Doctor „bullatus“ ex latinitate medii aevi dici poterat ille, qui doctoratus diplomate (cui sigillum esset appositum) instructus esset (*Du Cange* l. c. I 773 ad 777), ex vetere autem ille, qui vel pueris similis vel inflatus inanisque esset (*Aegid. Forcellini,* Totius Latinitatis Lexicon I [Ed. 3. Patavii 1827] 417. *Manuccius* l. c. col. 1316).

[2] Ludovicum Flandrum et Ioannem Piscatorem (de quibus plura infra dicentur) rhetoricae tradendae non esse aptos etiam P. Natalis censebat (Epp. *Nadal* II 364—365).

942. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO.

Tridento 7. Septembris 1563.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „P. Canjsio". Cod. „V. P. 63" f. 210ᵃ.

Polancus Andradam incitavit ad librum adversus Chemnitium absolvendum; qui liber valde bonus fore videtur. Concilio morae sunt res matrimonii et magis etiam res reformationis; papa enim se reformari patiente principes reformari nolunt.

Pax christi.

Benche per extraordinario si è scritto à V. R. in risposta della ultima sua tuttauia intendiamo se sta il plico alla posta in modo che andara insieme con questa. *Litteras P. Natali destinatas hisce adiungo*. ho sollicitato quel doctor Paiua per le expeditioni del suo libro et ua molto innanzi in modo che per ogni Santi[1] pensa essere expedito et credo serra suo libro molto bono. non hauendo altre lettere di V. R. non sarro longo in queste. oggi si fa congregatione generale[2] doue serremo chiariti secondo che speramo se la sessione se farra per il giorno designato[3]. del che pero non hauemo molta speranza uedendo che ci sonno assai difficulta della materia de matrimonio[4] et piu in quella de la riforma, per che si bene il papa lascia tagliar perla sua parte quanto si po desiderare in certo modo alcuni principi non si contentano si tagli della sua quello che sarrebbe necessario, etiam nelle cose che hanno connexione con le Ecclesiastice[5]. Dio N. Signore metta sua mano per che si ben si differisca un poco sat cito si sat bene[6]. *Deum pro nobis orate*. de Trento li 7. de settembre 1563.

Canisius Lainio rescripsisse videtur 18. Septembris 1563.

943. CANISIUS **IACOBO LAINIO,** praeposito generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 11. Septembris 1563.

Ex litterarum Polanci apographo, eodem tempore scripto. Cod. „V. P. 63" f. 233ᵃ.

Polancus nomine Lainii Tridento 21. Septembris 1563 Augustam ad Canisium scripsit: „Quelle de V. R. de XI del presente riceuette Nostro Padre". De quibus litteris, quoniam perisse videntur, vide Polanci epistulam, quam dixi; hac enim Lainius Canisio respondit.

---

[1] Ad Kalendas Novembres.

[2] In hac congregatione patres „Canones de sacramento matrimonii tertio reformatos" excutere coeperunt; qui canones exstant in Actis *Massarelli* l. c. II 386—391.

[3] 16. Septembris.

[4] Hae difficultates, ut *Polancus* eodem hoc die Natali scripsit, maxime ex eo oriebantur, quod alii petebant, ut concilium matrimonia clandestina et ea, quae filii et filiae familias invitis parentibus inissent, irrita esse iuberet, alii id convenire negabant (Epp. *Nadal* II 379).

[5] Caesareis oratoribus (cf. supra p. 319[2]) in reformatione principum impugnanda comes de Luna, Philippi II. orator, se iunxerat (*Sickel*, Trient 587 599); quibus Arnoldus Ferrerius, Caroli IX. Galliae regis orator, accessit (*Phola* apud *Martène-Durand* l. c. VIII 1399—1403).

[6] „Scitum est illud quoque Catonis: Sat cito, si sat bene": *S. Hieronymus*, Epist. 66 (al. 26), n. 9 (*Migne*, Patr. lat. XXII 644).

944. GASPAR CARDILLUS DE VILLALPANDO, procurator episc. abulensis et theologus pontif. in conc., CANISIO.

Tridento sub 14. Septembris 1563.

Ex litterarum Polanci apographo, eodem tempore scripto. Cod. „V. P. 63" f. 222b.

Polancus Tridento 14. Septembris 1563 Augustam ad Canisium scripsit: „Si manda qui anche ... un plichetto del D. Villalpando". Fasciculus hic iam non exstat. Ceterum cf. supra p. 283.

945. FRANCISCUS MARIA PICCOLOMINEUS, episcopus montalcinensis, CANISIO. Tridento sub 14. Septembris 1563.

Ex litterarum Polanci apographo, eodem tempore scripto. Cod. „V. P. 63" f. 222b.

De libris novis mittendis.

Polancus Tridento 14. Septembris 1563 Augustam ad Canisium scripsit: „Si manda qui anche una lettera per V. R. del Vescouo di Montalcino". Epistula perisse videtur. Eam de novis libris mittendis fuisse, similiter efficitur verisimile, ac de superiore Piccolominei epistula dictum est supra p. 317.

946. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO.

Tridento 14. Septembris 1563.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „P. Canisio". Cod. „V. P. 63" f. 222b.

P. Natalis in Germania superiore. Cum dilingani magistri iam abire prorsus velint, collegium illud, quantum fieri poterit, incohari oportet; cui cardinalis multa promittit, pauca dat; cuius rei in pactione facienda ratio habebitur. Societatis doctores, qui Roma in Germaniam mittuntur, disputationibus et lectionibus probati sunt. Viatica Romam mittenda sunt. Germaniae in magistris petendis importunitate fit, ut hi Romae satis exercitari nequeant. Magistros saeculares una cum Sociis scholas administrare non placet, Dilingae tamen ad tempus ferri poterit. Pestilentiae tempore Canisius se suosque servare debet. Eius profectio dilingana. Epistulae.

Pax christi.

Riceuette N. P. quella di V. R. de 4 del presente. *P. Natalem Monachii esse existimamus*[1]. Hauemo inteso, che li mastri dilingensj non si lasciano persuadere quel che pur è la uerita che noi haueriamo hauto caro restassino ancora questo anno . non è uenuto il Cardinal[2] per insino adesso, et non so come potremo gia senza offensione di esso mancare de accettare questo assumto, uero è che si durara fatiga se si hanno à mettere tutti li nostrj et lectioni che V. R. tocca nella sua lista. Finalmente se farra quello che si potra, et il Padre Natale uedera la gente che ci è e la dispensara come meglio in Domino li parera, ci dispiace bene che il Cardinal da al presente poco, et le promesse sonno incerte in futurum, ma anche prima che si faccia la obligatione se uedera che non siamo obligatj senon à respetto

[1] Natalis 15. Septembris Monachium advenit (Epp. *Nadal* II 376).
[2] Otto Truchsess cardinalis Augustanus.

di quello che hauera il Collegio[1]. Li Doctorj che han fatto in Roma nelle sue Disputationi et lectioni li han trouato sufficienti come ci scriuono de Roma questi dj[2] et come non hanno denarj aspettano qualche commodita de hauerli per poterli mandare, uero è che seli è scritto si sforzino pur de mandarli che il uiatico li serra dopoi restituto quantunque il Collegio de Jspruc credo non habia finito de satisfare per quelli del Anno passato, etiam questo si potra trattare col Padre maestro Natale.

L' auiso che V. R. da de exercitar per un tempo in leggere quelli che si hanno à far doctorj lo darremo alli nostri de Roma[3] benche lo fanno quando ci è tempo . ma alle uolte usano tanta fretta de Alemagna in Dimandare che è necessario graduar presto quelli che si hanno à mandare.

Del retener per le Classj inferiorj ad tempus qualcuno delli maestrj secolarj V. R. lo tratti col Padre maestro Natale à chi se rimette Nostro Padre benche in genere le mescolanze non piacciono.

Pro inglostadiensibus et Augustanis precabimur dominum (quod et hactenus fecimus) ut eos seruet quandoquidem o p e r a r i j p a u c j[4] . pur V. R. tenga cura de sua sanita et delli suoj, et se questo male andasse innanzi forse non serra male la occasione de Andar V. R. à dilinga et fermarsi la un pezzo per dar agiuto al indrizzo et principio di questo collegio.

Epistulas quasdam huic adiungo. Si manda qui anche una lettera per V. R. del Vescouo de Montalcino, et un plichetto del D. Villalpando[5]. *Deum, quaeso, pro nobis orate* . de Trento lj 14 de settembre 1563.

Lainius, quae his Polanci litteris de collegio dilingano constituerat, etiam cum Ottone cardinale Augustano communicasse videtur. Qui „del monasterio di Magunzano“ 18. Septembris 1563 Lainio scripsit: „Io ringratio molto la P. V. R. che si sia disposta a operar' di commettere alli Reuerendi PP. Canisio et Natale il prouedere per hora al collegio di Dilinga al meglio che si potrà . . . Laudo infinitamente et

---

[1] Reapse in *litteris publicis Tridenti 6. Decembris 1563 a *Ioanne de Beneuenutis* notario tridentino conscriptis haec referuntur: Lainium Societatis nomine coram notario collegium dilinganum cum scholis et cum universitatis contuberniique hieronymiani „superintendentia“ admisisse, ita tamen, ut Societas, quae cardinalis Otto petisset atque ipsa Societas in eiusmodi collegiis praestare soleret, cuncta praestare non deberet, antequam reditum ab Ottone promissum vel „provisionem“ annuam (praebendam, donec reditus paratus esset) accepisset integram, interim vero non deberet praestare, nisi quantum parti reditus, quae ipsi daretur, congrueret; sua tamen sponte eam plus esse facturam (ex apogr. eiusd. temp. Cod. „Germ. Sup. Fund. I“ f. 324ª—325ª).

[2] Significantur doctores theologiae; qui enim in philosophia supremum assecuti erant gradum honoris, „artium magistri“ appellabantur. Romae autem sub id tempus creati sunt theologiae doctores missique in provinciam Germaniae superioris hi duo Socii: Edmundus Haius, de quo v. *Can.* III 525[1], et Conradus Svagerius, de quo paulo infra dicetur. Cf. Epp. *Nadal* II 248 338 406 407 423.

[3] Vide supra p. 322. [4] Mt 9, 37. Lc 10, 2. [5] Vide supra p. 324.

resto satisfatto della commissione scritta alli PP. Canisio et Natale; perchè si anderà in tanto pensando a far' uenire li altri da Roma commodamente, a quali non si mancarà ordinare del bisogno loro" (Epp. *Nadal* II 637).

947. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, CANISIO aliisque Societatis praepositis. Tridento 15. Septembris 1563.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „Comune". Cod. „V. P. 63" f. 224b—225a.

Sessio concilii stato die haberi nequit ob difficultates ad matrimonia quaedam tollenda et ad capita aliquot reformationis statuenda spectantes. Disputationes de matrimoniis clandestinis coram praesidibus concilii a theologis selectis, inter quos Lainius et Salmeron erant, habitae; licet longe maior patrum pars matrimonia illa irrita esse velit, ob auctoritatem reliquorum et nominatim Lainii nihil constitutum est. Sessio XXIV. in 11. Novembris indicta. Interea etiam de indulgentiis, imaginibus etc. agetur.

Pax christi.

Delle cose appertenenti al Concilio non ha bastato la diligentia usata per li Legati et altri Padrj accio si potesse far la sessione per il giorno designato [1] il che è accaduto parte per la difficulta che ci è stata in resoluere quel punto che molti pretendeuano de irritar li matrimonij clandestinj, et delli figlioli de fammiglia fatti senza consenso de parentj, parte per la multitudine delli decretj della riforma, et anche per la difficulta de alcuni capi di essa specialmente circa la Jurisdictione che pigliano li principj, et la exemptione delli capituli et la pluralita delli beneficij, et altre, in modo che quantunque han uoluto leuare de 36. capi li 15. per un altra sessione sopra li 21. che restauano non han potuto dire il suo parere fin qui la 4 parte de li prelatj, ne la quinta credo [2]. Si pensaua che forse potrebbe farse la sessione con la materia de Matrimonio sopra la qual gia 3. uolte hanno parlato tutti li prelatj, et finalmente auanti hieri et hierj [3] si fece disputatione particulare auanti li Legatj, essendo chiamati alcuni Prelati, et Theologi electi de ogni prouincia, et fra loro nostro Padre P. et il P. Salmeron per uedere se si potesse uedendo [a] [?] al restretto delli argumentj risoluere quella difficulta delli matrimonij clandestinj [4], et quantunque il numero di quelli che irritauano detti matrimonij fossi al doppjo magiore ò quasi, fu tanta la authorita di quelli che

a) *Sic ap.*; uenendo?

[1] 16. Septembris.

[2] Die 11. Septembris patres in congregatione generali de 21 illis capitibus dicere coeperant (*Phola* l. c. VIII 1396. *Sickel*, Trient 600).

[3] Diebus 13. et 14.; quos dies etiam tres illi oratores caesarei in litteris Tridento 14. Septembris 1563 Ferdinando I. missis posuerunt (*Sickel*, Trient 601). Haud recte igitur *Phola* dies 12. et 13. posuit (*Martène-Durand* l. c. VIII 1397. *Le Plat* l. c. VII² 237).

[4] Maior patrum pars contendebat et elaborabat, ut concilium matrimonia clandestina irrita esse iuberet; ex reliquis autem complures ecclesiae eam potestatem esse negabant; plura sub ipsas has litteras dicentur.

teneuano non douerse irritare che la cosa non l hanno potuto concludere per essere questi 60. incirca de diuerse nationj, et di molta doctrina et bonta et ha hauto hieri special efficacia la disputa de N. P. et intendo che diuersi del altra opinione si uoltorno alla sua. et hogi tardo facendosi la congregatione generale per trattar del giorno della sessione che doueua essere dimane l hanno differita insino à Santo Martino[1] che è poco meno de doi Mesj accio in questo mezzo tempo si possa trattare et far resolutione non solo dellj 21 capi[a] della riforma ma di tuttj li altrj, et anche in questo tempo se ha de trattar delle altre materie che si haueuano à riseruare per la seguente sessione como è de Jndulgentijs, de Jmaginibus, de Jnuocatione Sanctorum etc. in modo che quella sessione se Dio N. Signor ce la lasciara uedere serra assay longa et piena de molte, et importantissime resolutionj, degnesi il Santo spirito guidare li cori de tuttj accio se proueda alli bisognj de Sua Santa Chiesa . de Trento li 15. de settembre 1563.

„Particulares" hae de matrimoniis clandestinis „disputationes" sive congregationes 13. et 14. Septembris 1563 habitae sunt in aedibus cardinalis Moroni, primi praesidis concilii, coram cardinalibus legatis, cardinalibus Lotharingo et Madrutio, plurimis patribus, ut testatur *Phola* (*Martène-Durand* l. c. VIII 1397; *Le Plat* l. c. VII² 237). Atque 14. Septembris laicos quoque adfuisse refert *Paleottus*; „permissum fuit omnibus eo die congregationi interesse" (l. c. II 665). Vocati autem sunt ad disputandum 13. Septembris „quatuor theologi, qui" matrimonium clandestinum „irritabant, atque", ut inquit *Phola* (l. c.), „item econtra quatuor, qui non irritabant", et cum diu disputassent, „infecta re abierunt"; postero autem die „iterum quatuor alii asciti sunt, non iidem qui praeterita die, qui usque ad horam noctis adversus quatuor disputarunt, et inter se nullo pacto convenientes, post primam noctis horam abierunt".

Atque Lainium et Salmeronem 14. Septembris disputasse *Paleottus* affirmat; uterque autem, ut ex eodem Paleotto (l. c. II 665—666) cognoscitur, ecclesiam matrimonia clandestina „irritare" posse negabat. *Mutius Calinius* porro, archiepiscopus iadrensis, qui „irritantium" sententiam acriter propugnabat, de disputatione 14. Septembris („Martedì") habita Tridento 16.[b] Septembris 1563 Romam ad cardinalem Cornarum scripsit: „Da una parte furono mastro Adriano [Valentico] da Venezia dell' ord. de' Predic. e il Dottor Torres Spagnolo, il P. Laines, il Salmerone, un Dottor Francese detto Pelletiero, un Dottor Lovaniese, e un Inglese, li quali volevano sostenere che la Chiesa non poteva annullare questi matrimonj clandestini, benchè quel Pelletiero s' arrese nel principio del ragionamento, dicendo che non volea difender che la Chiesa non potesse: ma che non avea sufficiente causa di far detta annullazione; dall' altra parte furono Fra Francesco Forerio[c] dell' ord. pure di S. Dom. e il Dottor Payua[d] ambedue Portughesi, il Dottor Vigor Francese, il Dottor Fontidonio Spagnolo, e il Dottor du Pre pur Francese, li quali mantenevano la commune opinione" (*Baluze-Mansi* l. c. IV 333—334; *Beccadelli* l. c. 122). *Mendoza* autem narrat, 13. Septembris coram cardinalibus et „los diputados de estos capitulos de sacramento ordinis[e]" [?] 8 theologos disputasse ita, ut ex una parte Payva, Vigor, Pratanus, Fontidonius, ex altera Salmeron, Turrianus, Pelletarius, anglus quidam starent. Postridie „quisieron", inquit, „que se tornase a la disputa, y que

a) capo *ap.* b) *Mansi perperam:* 13. c) Ferrerio *Mansi.* d) Pagma *Ma.* e) *Sic; corrigendum esse videtur:* matrimonii.

[1] Ad d. 11. Novembris.

se hiciese mas publica" (l. c. II 139—140). Disputationem tandem in altercationem et confusionem mutatam esse etiam *Pallavicino* affirmat (l. c. l. 22, c. 9, n. 9). Quod porro ad congregationem generalem attinet, *oratores caesarei* 15. Septembris 1563 imperatori scripserunt, „150 fere suffragia" fuisse, quae matrimonia illa „prorsus irritanda vel tollenda . . . censuerunt"; his autem „60 et aliquot patres" obstitisse (*Sickel,* Trient 601). *Phola:* „Maior pars irritantium erant patres centum et quadraginta, una cum generalibus ordinum; minor[a] vero non irritantium sexaginta" (*Martène-Durand* l. c. VIII 1397; *Le Plat* l. c. VII² 237). Atque idem *Phola* (l. c.) „quamplurimos theologos eximios", *Ioannes Baptista Ficlerus* (l. c. VII² 388) „multos excellentis doctrinae ac pietatis viros", ne matrimonia clandestina irrita esse iuberentur, obstitisse testati sunt. *Paleottus:* „Inter legatos ipsos", inquit, „card. Varmiensis[b] et Simonetta in eo persistebant, ut haec matrimonia non irritarentur: iis etiam Madrutius adhaerebat[c] et multi alii praelati: imo duo illi legati ferebantur coram praelatis denuntiasse, se potius ex sessione discessuros, aut ad Sanctissimum appellaturos, quam ut decreto illi consentiant nisi melioribus rationibus convincantur (l. c. II 666).

Polancus Tridento 21. Septembris 1563 Augustam ad Canisium scripsit: „Delle cose del Concilio si scriue daparte"; neque tamen in Lainii registro aliud eiusmodi scriptum comparet atque illud, quod supra proposui; et hoc a Polanco significari confirmatur verbis, quae in epistula 21. Septembris data proxime post ea, quae modo posui, cernuntur: „et dopo quello non ce è altro da dire se non che il Cardinal di Loreno é andato a Roma" etc.; v. infra p. 339. Ac Natali *Polancus* eodem illo d. 21. Septembris 1563 scripsit: „El P. Canisio communicará á V. R. lo que se le scriue, pues esta ua por su mano, y también algo del concilio después de la sessión, porque hasta aquel término se scriue en la que aquí ua" (Epp. *Nadal* II 388). Nomine autem „sessionis" hic significatur vel sessio, quae 16. Septembris haberi debuerat, vel ipse dies 16. Septembris, in quem indicta erat; cf. supra p. 326.

948. OTTO TRUCHSESS DE WALDBURG, cardinalis, episcopus albanensis et augustanus etc., CANISIO.

Maguzzano 16. Septembris 1563.

Ex apographo saec. XVII. vel XVIII. scripto. Cod. monac. „Lat. 1606" f. 97ᵃ.

Rectorem dilinganum mittit, ut is universitatem Societati tradat. Pecunia quoque et reliqua suppeditabuntur. Quare Canisio iam initium collegii faciendum est.

Reuerende in Christo Pater, Frater mi honorande . expedimus Rectorem Dilingensem[1] cum[d] plenis mandatis et instructione ad transigendam iurisdictionem Collegij et Vniuersitatis in manus Societatis JESV iuxta pacta conuenta cum P. Generali Lainez, prout ex eodem pluribus intelliget[2]. Nec aliud modo superest, nisi vt vestra Dominatio omnes difficultates superet[e], possessionemque domus ac reddituum capiat, et principium, quod tempore ipso mitigabitur, cum bono Deo faciat. Partem supellectilium dabit Rector, uti et reliquas necessitates supplebunt 208. floreni abs Quaestore numerandi. Succedet tandem OEconomus, qui modo mecum est[3], addetque quidquid omnino fuerit

a) *Correxi ex* minorum. b) Varmensis *Thein.* c) haerebat *Th.* d) iam *ap.* e) supperet *ap.*

[1] Cornelium Herlenum a Rosenthal, rectorem collegii S. Hieronymi et universitatis dilinganae; v. supra p. 298.

[2] Cf. infra p. 347 et monum. 503 506 507.

[3] Exstat quidem indiculus eorum, qui a. 1565 ad aulam Ottonis dilinganam pertinebant; in quo tamen „oeconomus" et „quaestor" vel omnino desunt, vel saltem

opus. Atque ita Deum precor, ut omnia vobis cedant ex animi sententia. Litterae suae erunt mihi longe gratissimae, quas dirigere poterit ad Illustrissimum Dominum Warmien[a][1]. Datae Maguzzani[b] 16 Septembri 1563.

Vestrae Paternitatis, Amantissimus Frater.

Cardinalis Augustanus.

Reuerendo in Christo Fratri P. Petro Canisio Praeposito Prouinciali, Societatis JESV per Germaniam.

In apographo (saeculo XVII. vel XVIII. scripto), quo usus sum, quodque nonnihil mendosum esse facile patet, scriptum est, has litteras datas esse „Lagurrani"; at huiusmodi locum equidem non novi. Affirmat autem *Plac. Braun*, litteras exstare ab Ottone cardinale „von Maguzano aus" 30. Septembris 1563 ad consiliarios datas (Geschichte der Bischöfe von Augsburg III, Augsburg 1814, 483). Atque in Epp. *Nadal* (II 434) litterae Dilinga 5. Novembris 1563 a Natale ad Ottonem datae evulgatae sunt, in quibus Natalis litteras Ottonis ad collegii dilingani institutionem spectantes commemorat, „che de Maguzano lei si degnò scriuere al P. Canisio et a me". Neque dubitari potest, quin Natalis litteras significet „die S. Galli" sive 16. Octobris 1563 ad se et Canisium ea de re datis, in quarum apographo, ab ipso Natale emendato, legitur: „Scritto a Magazano, a dì di Santo Gallo 1563" (l. c. II 418). Quare omnino censeo, in priore epistula „Maguzzani" ex „Lagurrani", in altera „Maguzano" ex „Magazano" corrigenda esse. Id quod confirmatur epistula 18. Septembris 1563 ab Ottone ad Lainium data, quae ex archetypo transcripta exstat in Epp. *Nadal* II 637—638; haec enim data est „del monasterio di Magunzano"; atque iam saeculo X. in dioecesi veronensi „abbatiolam", quae „Magonziacus" vel „Magonzianus vocabatur" et ordinis Sancti Benedicti erat, exstitisse affirmat *Io. Mabillon* O. S. B., addens: „Maguzanum monasterium vocant": Annales Ordinis S. Benedicti l. 43, n. 39; l. 47, n. 39 (Ed. 1ª italica. T. III, Lucae 1739, 382—383 557). „Maguzzano" vicus est lombardicus, dioecesis veronensis, ad lacum Benacum (Lago di Garda) situs.

Constat, cardinalem Ottonem Canisio et 23. Ianuarii et 16. Octobris 1563 italice scripsisse; atque in codice „Lat. 1606", in quo epistula modo proposita comparet, litterae 16. Octobris datae (alterae illae nullo modo in eo exstant) cernuntur latine versae et valde decurtatae, ita tamen, ut neutrum a scriptore codicis significetur. Fortasse igitur etiam 16. Septembris 1563 ipse cardinalis italice Canisio et copiosius scripsit, quam in codice legitur. Certe etiam epistulae 14. Octobris 1554 et 15. Iulii 1555 a Canisio ad Sanctum Ignatium datae, quae latinae in codice eodem comparent, ab ipso Canisio italice scriptae sunt, neque id, quod equidem noverim, in codice significatum est; v. *Can.* I 495—499 545—552.

a) Warnien. *ap.* b) Lagurrani *ap.; vide, quae sub ipsas has litteras dicuntur.*

---

cum his munerum nominibus non comparent. Aderant tunc praeter alios, „Benedictus a Stozingen Marescallus aulae; Christophorus Forstenheuser J. V. D. Cancellarius, Andreas Necker praefectus aulae; Thomas Söld, Iacobus Holzapffel, Georgius Beitter, Ioannes Spatz, I. V. DD. Consiliarij": *Car. Stengelius* O. S. B., Rerum Augustan. Vindel. Commentarius, Ingolstadii 1647, 287. Forstenheuser cancellarii officium iam a. 1561 tenebat (*Can.* III 670). *Natalis* Dilinga 5. Novembris 1563 cardinali Ottoni de dilingano ipsius oeconomo scripsit: „Mi pare huomo da bene et molto intelligente nell' officio suo" (Epp. *Nadal* II 435).

[1] Stanislaum cardinalem Hosium.

949. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, PP. Hieronymo Natali et Petro Canisio.
Tridento 18. Septembris 1563.

Ex apographo eiusdem temporis: in margine epistulae, eadem manu: „P. Natale et P. Canisio": in margine „Postscripti", eadem manu: „P. Natale . post scritta". Cod. „V. P. 63" f. 228ᵇ—229ᵇ.

Epistula typis exscripta est in Epp. *Nadal* II 383—387.

Cardinalem Augustanum litteris per P. Mendozam missis vehementer petisse, ut iam aliqui de Societate Dilingam mitterentur. Ex universitatis illius rectore intellectum esse rem haud ita difficilem fore. Quae scholae iam a Sociis incohandae sint. Eos, qui Dilingae in scholis inferioribus docuerint, atque ipsum rectorem ad tempus remansuros esse, ita tamen, ut Societati (quam rector fortasse ingressurus sit) subiecti sint. Ita scholasticos facilius retineri. Cum pestilentia Ingolstadium urat, huius collegii Socios ad tempus Dilingam mitti posse. De PP. Curillonio, Pinedano etc. Cardinali pactionem novam minus placere quam priorem. Difficultatem tamen esse de iustitiae exercendae ratione; scholasticos, si a iudicibus saecularibus puniri possint, in universitate non mansuros; fortasse sacerdotem saecularem et collegio S. Hieronymi praeesse et ius dicere posse. Natali et Canisio, quid iis de rebus sentiant, quamprimum Tridentum scribendum esse, ut pactionis negotium iam absolvi possit. Convenire etiam, ut uterque Dilingam eat.

Pax christi.

E uenuto à Trento il Padre Don Luigi[1] lasciando il Cardinal de Augusta una giornata de qui[2] il qual scriue di sua mano à Nostro Padre pregandolo perle uiscere del Signor Jesu christo (ut eius uerbis utar) si concluda questo negotio et si dia ordjne che al principio de ottobre si faccino andare[a] [?] alcuni professorj à Dilinga quali possano retener[b] [?] li scholarj insin à tanto che possino seguitare[c] li altri che si mandaranno di Roma, et intendiamo dal detto don luiggi che ha dato ordine che se diano 300 ducadi per cominciare ad assettare alcune cose[3] . oltre delle masseritie[d] [?] sarra mediocremente fornito il Collegio et se darran le prouisioni et intrate che lui promette. Dopoi è sopra gionto il Rettor uechio de Dilinga[4] il quale ce ha dato alcun lume delle cose di la et non pare sarra tanto difficile prouedere per questi principij al collegio quanto sonaua il Catalogo delle lectioni mandate[e] [?] per che non sono in un tempo necessarie tutte quelle lectionj ma per tutto l' anno se uan legendo poco à poco secondo la capacita delli scholarj. Per il presente adonque[f] pare al Rettore[g] [?] che bastara si mandino doi Theologi ouero uno che legga due lectionj, una la matina altra il tardo, et un altro che legga una lection de Logica ò philosophia per che lui stesso legera[h] l altra lectione[5] secondo il suo solito intanto che la compagnia uorra seruirse

a) *Vel* andar', *ut est in Epp. P. Nad.* b) *Vel* ritener, *ut est in Epp. P. Nad.* c) segtare *ap.* d) *Vel* massaritie, *ut est in Epp. Nad.* e) *Sic ap.; sed legendum videtur* mandato. f) adunque *Epp. N.* g) *Vel* Rettor', *ut in Epp. N.* h) leggerà *E. N.*

[1] Mendoza S. J.: v. supra p. 312—314. [2] Maguzzani: v. supra p. 329.
[3] Cf. supra p. 312 314. [4] Cornelius Herlen a Rosenthal.
[5] Philosophiae: v. *Can.* III 283.

de opera sua, anche serra necessario il 4. mastro[a] [?] per leggere cose de humanita come sarrebbe[b] delle epistole[c] ouero officii di Cice . et qualche historico, et principij della Grammatica greca, benche nel progresso del Anno se potra leggere la Rettorica essendo capaci li auditorj. Et al piu bisognera mandare un altro mastro[d] [?] anche de humanita, ò per la prima classe de grammatica per che in tutte le classi inferiorj si riteneranno li mastri[e] [?] che ui son stati insino a tanto che piacera alla Compagnia di modo che con 4. ò .5. mastri[f] [?] si prouedera per questa inuernata alli bisogni de Dilinga, et anche uno di loro potra essere Rettore delli nostrj se non si trouasse commodita de mandarne un altro, et par sarra cosa piu suaue in questi principij non fare[g] mutatione uniuersale de ogni cosa accio non si spauentino[h] li scholarj della nouita et per questo anno pero[i] [?] restara il Rettor vechio il[k] qual secondo li Capituli[l] doueria essere[m] [?] de fuora della compagnia . restara dico per rettore de quelli di Santo Hieronimo[1] et anche potra restare per rettore[n] della uniuersita sottoposto[o] pero al superiore del nostro Collegio in tutto il gouerno tanto del Collegio de Santo Hieronimo quanto della[p] uniuersita, et se parera expediente retenerlo anche piu longo tempo sempre serra in mano della compagnia come lui mostra . et un di forse potra intrare in quella[2], per che si mostra bona persona, et amoreuole, Anche de tener questo medesimo nel offitio[q] del Rettore del uniuersita farra che li scholari si fermino piu uolontierj in sino à tanto che piglino affectione alli nostri . et à questo medesimo effetto[r] seruiranno li mastrj[s] [?] delle Classi basse come ho detto ritenuti per adesso. N. P. dunque ricommanda à V. R. et al Padre Canisio che per il principio de ottobre[t] et quanto prima si po ueda di mandar la gente che ho detto, et essendoui la peste in Jngolstadjo, par uiene al proposito mutar li nostri dj la in Dilinga[3] et starranno come prestati insino à tanto che sia tempo dj tornare[u] [?] in Jngolstadjo et in questo mezzo uerranno li altrj di Roma, et pur se andasse parte del Collegio de

a) *Vel* maestro, *ut in E. N.* b) sarebbe *E. N.* c) eple *ap.* d) *Vel* maestro, *ut in E. N.* e) *Vel* maestri, *ut in E. N.* f) *Vel* maestri, *ut in E. N.* g) far *E. N.* h) spantino *E. N.* i) *Vel* primo, *ut in E. N.* k) el *E. N.* l) capitoli *E. N.* m) *Vel* esser', *ut in E. N.* n) rettor *E. N.* o) sottoporto *E. N.* p) *A libr. correctum ex* alla. q) officio *E. N.* r) effeto *E. N.* s) *Vel* maestrj *(E. N).* t) Settembre *E. N.* u) *Vel* tornar', *ut in E. N.*

[1] Magistros et discipulos dicit, *qui in collegio S. Hieronymi habitabant; ex discipulis illis alii („convictores") suis impensis vivebant; alii („alumni"), cum pauperes essent, ab Ottone cardinale alebantur; atque hos promittere oportebat, se in episcopatu augustano sacris ministeriis esse functuros; cf. Epp. *Nadal* II 507. *Specht* l. c. 9 47 54. [2] Haec spes inanis fuit.

[3] *Ioannes Wyerus* S. J. in *litteris quadrimestribus collegii ingolstadiensis Ingolstadio 25. Augusti 1563 datis „Jnuasit", inquit, „hoc tempore Jngolstadium timor pestiferae luis permolestus, qui indies vehementer accrescit, et nunc totam Vniuersitatem ita commouit, vt alio commigrare decreuerit, omnibus Academicis tota vrbe signo insolito congregatis, haud citra omnium terrorem publicam fecerit abeundi potestatem" (ex archetypo, a P. *Paulo Hoffaeo*, collegii rectore, emendato. Cod. „G. Ep. IV." f. 152).

Jngolstadio in altro luogo almeno li 4 ò .5. necessarij[a] si doueranno mandare in Dilinga, et uedasi se fra questi si potra mandare[b] [?] il Padre Couillon gia che per la peste non è expediente uada in ingolstadio[1]. potrebbe anche forse[c] Pietro Schiauone[2] mandato col Padre Oliuerio essere[d] uno delli doj humanisti pur che fussi un altro piu prouetto et dj magior apparenza[3]. per la philosophia sarra troppo bono il Padre Alphonso[4], ma finalmente restara alla consideratione de V. R. trattandolo[e] col Padre Canisio qual gente si habia à mandare per adesso.

Circa l' instrumento mandato in la per hauer il parere de V. R. et del Padre Canisio[5] intendiamo che non piace ne anche troppo al Cardinal ma che piu presto uorrebbe si facesse conforme alli Capituli[f] che V. R. mando qua et di qua reuisti per nostro Padre si mandorno à Roma[6]. Vero è che moue un poco de difficulta il Rettor antiquo sopra la iurisdictione la qual li Capituli[g] detti rimettono in tutto al ordinario, per che dice che il Vicario sta in Augusta, et che se se [?][h] mettessi in suo luogo la iustitia seculare per castigare li scholarj non si fermarebbe nesuno nella uniuersita[7]. Ci occorreua che potrebbe pigliarse questo expediente che il Rettor detto di Santo Hieronimo (il quale potendosi sempre douera[i] [?] essere[k] [?] prete seculare) fossi[l] il medesimo sustituto del Vescouo ouero del suo Vicario per exercitar la iurisdictione coercitiua[m], et che fossi della compagnia nostra presentare[n] [?] il tal rettore accio li fosse data la iurisdictione et rimouerlo quando li paresse che conuiene et anche al tempo che exercita l' officio lo potrebbe drizzare[o] [?] poi che quanto al gouerno starra sotto li nostri. pur di questo, et qualche altra cosa se ci serra V. R. uedera quello che serra piu expediente, et pero sarrebbe molto al proposito che per questi principij si trouassi V. R. in dilinga, et anche il Padre Canisio se li parera et trattaranno con lo antiquo Rettore[p] che si parte oggi ò domane[q] dritto à Tilinga[r], et si darra ordine in tutte le Cose et pero N. P. fa conto de differire il con-

a) neccessarii *E. N.* b) *Vel* mandar', *ut in E. N.* c) Jorje *E. N.* d) esse *ap.* e) tattandolo *ap.* f) capitoli *E. N.* g) capitoli *E. N.* h) *In ap. quidem unum* se *comparet; sed satis verisimile est, in ipsa epistula* se se *fuisse; neque enim rectoris illius erat hanc mutationem efficere, sed cardinalis et Societatis.* i) *Vel* deuera *(E. N.).* k) *Vel* esser', *ut in E. N.* l) forsi *E. N.* m) coerciua *ap.* n) *Vel* presentar', *ut in E. N.* o) *Vel* drizzar', *ut in E. N.* p) *Vel* Rettor' *(E. N.).* q) dimane *E. N.* r) Dilinga *E. N.*

[1] Vide supra p. 313 317.

[2] Nescio an significetur Petrus de Chiasira sive „Petrus Slavus“ ille, de quo *Can.* II 468; III 186. Cf. supra p. 204[10].

[3] Petrus de Chiasira „pedes non omnino integros“ habebat (*Can.* III 186[1]).

[4] Guttierez sive Pinedanus S. J., dialecticae professor in universitate ingolstadiensi (*Can.* III 397—399 404—406 etc. et Epp. *Nadal* II 530). *Natalis* (Epp. II 491), cum Ingolstadii fuisset, Araozio de eo scripsit: „Es tenido por el más docto de todos los que leen en ella“ [las artes].

[5] Diploma sive litteras pactionis de collegio dilingano inter cardinalem et Societatem faciendae significat; v. supra p. 312—314. [6] Cf. supra p. 312[6].

[7] Vide quae de hac re sub ipsas has litteras dicentur.

tratto cioe la stipulatione di esso in sino à tanto che V. R. trouandosi presente ueda le cose et scriua il suo parere, et se questo si potra fare auanti che il Cardinal parta de Jtalia se stipulara[a] et senon lo farra luj in Spagna[1] ouero tornato che serra qua . questo scritto potra essere[b] uada duplicato drizzando uno in Augusta, altro à Monachjo accio troui la Reuerentia V. ouero il Padre Canisio . poi che ha de seruire per tutti dua. Del resto che occorrera se scriuera per la uia ordinaria de Augusta[c 2] N. P. P. et[d] tutti ci raccomandiamo[e] etc. de Trento li 18 de settembre 1563.

Pax christi.

Di piu agiongero che tutta uia pareria bene à N. P. che il contratto si facessi auanti la partita per spagna del Cardinal et pero quanto prima VV. RR. mandaranno il suo parere tanto meglio sara etiam senza aspettare de andare à dilinga.

Lainius has litteras significavit, cum Tridento 16. Septembris 1563 cardinali Ottoni *scriberet: Ipsius epistulam 13. Septembris 1563 datam per P. Mendozam sibi traditam esse, „et scriuendo alli Padrj Natale et Canisio si sforzino à mandare alcunj in Dilinga per legere intanto che di Roma uengono quelli che per tale effetto si hanno à mandare" sperare se, fore, ut cardinalis supellectilem etc. provideret (ex apogr. eiusd. temp. Cod. „V. P. 63" f. 225[b]).

Ceterum haec epistula notatu valde digna est propter ea, quae de iustitiae in universitate dilingana exercendae ratione et de „exemptione" scholasticorum illorum dicuntur. Iam aliquanto ante (a. 1548—1552, ut videtur) *P. Hieronymus Natalis* in suo „De studiis Societatis" commentario monuerat: „Minor erit concursus ad vniuersitatem, in qua nihil habeant exemptionis scholastici" (*Gomez Rodeles* l. c. 9 106). Hoc sane in praeclarissimis universitatum privilegiis numerabatur, quod academici non essent sub ordinariorum quos vocamus iudicum ius iurisdictionemque subiuncti, sed sua propria haberent iudicia (*G. Kaufmann,* Die Geschichte der Deutschen Universitäten II, Stuttgart 1896, 91—110). Quare Iulius III. in litteris apostolicis Roma 6. Aprilis 1551 datis, quibus dilinganam scholam universitatem constituit et omnibus universitatum bononiensis et parisiensis etc. privilegiis ornavit, episcopo augustano eiusque in rebus spiritualibus vicario generali plenam in omnes academicos iurisdictionem tribuit. Quae omnia Carolus V. imperator 30. Iunii 1553 confirmavit et rata esse voluit. Iurisdictio autem illa initio, nisi fallor, fere per rectorem universitatis exercebatur (*Specht* l. c. 23—25 609—615 620). Ex altera vero parte *Sanctus Ignatius* „de Universitatibus in Societate admittendis" haec, praeter alia, constituerat: „Quia religiosa quies et spirituales occupationes, nec animi distractionem nec alia incommoda, quae iudicandi in rebus civilibus vel criminalibus officium sequi solent, Societati permittunt; iurisdictio huiusmodi, quam per se vel per alios a se dependentes exercere debeat Societas, non admittatur: quamvis ad ea, quae ad bonum statum Universitatis proprie pertinent, conveniat iustitiae ordinariae, sive

a) *A libr. corr. ex* estipulara. b) esse *ap.* c) Augusto *ap.* d) e *E. N.* e) ricomandiamo *E. N.*

[1] Rudolphum et Ernestum, Maximiliani II. filios, ad Philippum II. conducturus erat; v. supra p. 16 31—32.

[2] 21. Septembris; cf. infra p. 338. Tabellarii publici Tridento Augustam ire solebant diebus Martis (v. supra p. 321), idque per Oenipontem et Faucenam (Füssen): Dr *Jos. Rübsam*, Ein internationales Postkursbuch aus dem Jahre 1563, in „L'Union postale" XIV, Berne 1889, 95.

saecularis, sive ecclesiasticae ministros, circa punitionem Scholasticorum, voluntatem Rectoris Universitatis sibi significatam exsequi, et generatim res studiorum favore suo, praesertim cum a Rectore fuerint commendatae, promovere". Atque ad haec magis „declaranda" *Ignatius* notavit: 1. „Ad bonum Universitatis statum proprie pertineret, si Scholasticus aliquis rebellis, vel sic offendiculi causa aliis esset, ut non solum scholis eum, sed etiam civitate expelli, vel in carcerem coniici conveniret; ut certiores facti iustitiae ordinariae administratores, id statim exsequerentur. Et ad hoc et similia a Principe vel a suprema potestate huiusmodi facultatis scriptum habere testimonium oportebit. Ut commendatio etiam Rectoris in alicuius Scholastici favorem momentum apud eosdem iustitiae ministros haberet, ne Scholastici opprimerentur, oporteret. 2. Quoniam exemptio ab ordinariis iudicibus Scholasticorum numerum allicere non potest; aliis praerogativis et privilegiis ut id compensetur curandum est": Constitutiones Societatis Iesu P. 4, c. 11, n. 3 B. C.

Simul ex his litteris, maxime si cum superioribus epistulis (v. supra p. 312 314 318) et cum Polanci epistula 21. Sept. 1563 ad Canisium data (infra p. 339) conferantur, facile patet *Agricolam* (quem recentes aliqui secuti sunt) temporum ordinem non servasse, cum affirmaret: Priores illos magistros iam sub m. Aprilem a. 1563 Dilinga abisse; „unde factum, ut circa Ferias Paschales scholae omnes vacarent jam Professoribus, at non item discipulis, Nostrorum adventum avide praestolantibus, donec morae pertaesi paulatim et hi dilaberentur. Quare sub Pentecostes Festum Rosendalius conscenso suggestu Latina Oratione in laudem Societatis gravissime peroravit, effecitque, ut jam nullus fere discederet" (l. c. I Dec. 3, n. 98 99). Plura vide apud *Specht* l. c. 58.

Canisius Lainio rescripsisse videtur 2. Octobris 1563.

950. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 18. Septembris 1563.

Ex epistularum Lainii et Polanci apographis eodem tempore scriptis. Cod. „V. P. 63" f. 239 241[a].

Canisius Dilingae fuit. Optat, ut collegii fundatio a capitulo augustano confirmetur, et ut cardinalis procuratori suo Socios commendet. Collegio et hortus deest, et ecclesia, quam populus ingredi possit.

Polancus nomine Lainii Tridento 25. Septembris 1563 Augustam ad Canisium scripsit: „Hieri riceuette N. P. quella de V. R. de 18. del presente con altre de 16. del .P. Natal gia arriuato à Monachio". Quae Canisii litterae (similiter ac litterae Natalis) perisse videntur; ex Polanci autem epistula, quam dixi, cognoscitur, has Canisii litteras significari, cum Lainius Tridento 25. Septembris 1563 Ottoni cardinali Augustano scribit: „Delli PP. Natal et Canisio ho riceuto lettere che trattano del collegio de Dilinga. Doue è stato el Padre Canisio questi dj, et li pare sarrebbe conueniente che questa fundatione fosse confirmata dal Capitulo[1]*, pur se tiene gia promessa del consenso loro V. S. J. dopoi che si faccia il Contratto fra noi lo potranno essi confermare, li pare etiam conuenirebbe fossino strettamente ricommandati li nostri per lettere de V. S. J. al suo luogotenente*[2] *nelle necessita che li occorreranno". Item, cum Polancus Tridento 27. Septembris 1563 P. Ludovico de Mendoza S. J. (cf. supra p. 330) scribit: „Ce auisa el Padre Canisio che il Collegio non ha Chiesa né giardino, uero è che ha una cappella nel alto de la casa ma non e per il Populo". Plura vide in Polanci epistula modo commemorata; hac enim Lainius Canisio respondit. Vide etiam, quae sub eandem epistulam dicentur.*

[1] Cardinalis cathedrali capitulo augustano sollemniter promiserat, se ecclesias, beneficia ecclesiastica etc. sine capituli consensu in alios non translaturum etc. (*Braun*, Bischöfe etc. III 367 155 496—501).

[2] Oeconomo dilingano? Cf. supra p. 328[3].

Canisium 5., 8., 12., 19. Septembris Augustae contionatum esse constat (infra, monum. 441); 18. Septembris Augusta ad Hosium scripsit (v. infra p. 336). Quare verisimile est, eum inter 12. et 18. Septembris iter illud dilinganum fecisse.

951. CANISIUS CARDINALI **STANISLAO HOSIO**, uni ex concilii tridentini praesidibus, episcopo varmiensi.

Augusta Vindelicorum 18. Septembris 1563.

Ex archetypo (2°; 1 p.; in p. 4. inscr. et sig.), quod Canisius sua manu subscripsit. Cod. goth. „E. H. 2" f. 146 147.

Ex archetypo epistulam primus evulgavit *Cyprianus* l. c. 326. Eadem usus est *Eichhorn* l. c. II 138.

Libri novi. Scriptum mittit adversus concilium (a Iacobo Andreae?) editum; quod ut a theologis tridentinis refutetur curandum est. Pestilentia. Calvinismum Lutherani etiam in Palatinatu abhorrent. Catholicis pastores et contionatores desunt. „Conciliabulum Viennense". Bonis novissima concilii sessio solacio fuit. P. Natalis.

† Pax[a] Christi nobiscum Jllustrissime Domine Patrone.

Nihil nouorum librorum dedit Francfordia, sed breui tamen dabit, ex quibus mittam fortasse nonnullos[1]. Nunc recens ediderunt sectarij et satis quidem eleganter, scriptum hoc aduersus Concilium Oecumenicum Tridentinum[2]. Vetus illud esse uidetur, sed Latinis nouum, uetus uero Germanis, et quod multa profundit digna, ut mihi uidetur, prudenti confutatione. Nec deessent in eximio isto caetu Theologorum, qui cum laude calumnias illatas depellerent ab innocentibus Patribus, quos isti scurrae adeo scurriliter tractant, ut pius animus aliquando ad istorum probra et blasphemias horreat: Non deessent inquam, si authoritate magnorum hominum ad respondendum excitarentur. Qua de re iudicabit rectius amplitudo tua. Nihil fere noui habemus in Germania, nisi quod castigat nos passim iustus Dominus[3] contagiosa et pestilenti lue, quae multos in Austria et Bauaria e medio tollit. Caluinismus non adeo serpit, neque tantas sumit uires, quemadmodum antea. Lutherani ab ea secta magis ac magis abhorrere uidentur, ut in Palatinatu quoque sub Electore Principe[4]. Tristem faciem Ecclesiarum praebet indignitas et raritas Pastorum atque concionatorum Catholicorum, quorum ingens ubique cernitur penuria. Nondum audiuimus quid fructus pepererit Conciliabulum illud (ut quidam uocant) Viennense[5]. Bonorum animi magna sunt consolatione perfusi, cum

a) *Hoc v. et 5 sqq. apud Cypr. desunt.*

---

[1] Francofurti ad Moenum mercatus autumnalis a 9. ad 24. Septembris habebatur (*Rübsam*, Ein Postkursbuch etc. [v. supra p. 333²] 97).

[2] Vide, quae sub ipsam hanc epistulam dicentur.

[3] Ps 10, 8; 128, 4; 144, 17. Ir 23, 6; 33, 16. Dn 9, 14 etc.

[4] Fridericus III. elector palatinus Lutheri de Christo in eucharistia praesente doctrinam abhorrebat, a. 1563 ecclesiis palatinatus „Catechismum heidelbergensem", in quo calvinismus tradebatur, praescripsit, sacras vestes, imagines, libros barbare prorsus et crudeliter destruebat (*Janssen* l. c. IV 15—16 200—209).

[5] Vide supra p. 300.

de sessione foeliciter celebrata nuncium accepere[1]. Rogamus Dominum, ut reliquas Concilij actiones gubernet ac tranquille dirigat in suam gloriam et ad Ecclesiae utilitatem. Antuerpia nihil misit[2]. D. Natalis ad nos ex Austria redijt[3], plurimumque salutat Celsitudinem tuam, quam Christus diu sospitem seruet. Augustae 18 Septembris M. D. LXIIJ[a]. Seruus in Christo P. Canisius.

Reuerendissimo in Christo Patri et Jllustrissimo Domino, D. Stanislao Hosio, Cardinalj et Episcopo Vuarmiensi, sedis Apostolicae in Concilio Tridentino Legato, Patrono amplissimo. Tridenti.

Inscriptioni manu eiusdem temporis adnotatum est: „Redd. 24 Septembris 1563".

Una cum his litteris, ut ex ipsis intellegitur, Canisius Hosio misit „scriptum" a „sectariis" „aduersus Concilium Tridentinum" latine „nunc recens" „editum" (exemplis vel excusis, vel exscriptis), quod „Latinis nouum, uetus uero Germanis" erat: scriptum sine nomine auctoris editum esse ex Canisii verbis verisimile efficitur: quod autem scriptum a Canisio significetur, certe definire non audeo. Principes protestantes, cum sub exitum a. 1562 Francofurti ad Moenum a Ferdinando I. imperatore, ut ad concilium adirent, moniti essent, libellum, quo concilium illud recusabant, eidem tradiderunt: qui postea etiam typis vulgatus est cum hoc titulo: „Gründtlicher Bericht und warhafftig Erklärung deren Ursachen, warumb die Chur- und Fürsten, und sonst die Stände der A. C. das verdächtig, vermeint vom Bapst Pio IV. verkündigt Trientisch Concilium nit haben besuchen wollen": atque constat, eundem librum Vitembergae (Wittenberg) a. 1564 (in 8°) excusum esse, sic fere inscriptum: „Causae, cur Electores, Principes aliique A. C. coniuncti Status ad impium Concilium a. Pontif. Pio IV. indictum non accedant etc. etc. prout illa Caesar. Maiestati tradita et oblata sunt": in quo libro patres concilii multis contumeliis afficiuntur: Eos tantum erroribus et pravis moribus confirmandis studere; eorum doctrinam eucharisticam eam esse, ex qua omnibus facile liqueat, pontificem romanum esse ipsum antichristum etc. Fortasse autem liber idem germanice iam a. 1562, latine a. 1563 excusus erat. Certe paulo post amplificatus et tum germanice („Stattliche Aussführung der Ursachen" etc., s. l. 1564, Argentorati 1566 etc.) tum latine (Argentorati 1565) evulgatus est (*Häberlin* l. c. V 102—113).

Editus est hoc anno, loco non ascripto, libellus in pontificem, monachos etc. admodum contumeliosus „CONCILIVM | NON MODO TRIDENTINVM, | SED OMNE PAPISTICVM PER- | petuo fugiendum esse omni- | bus pijs. | AVTORE VERGERIO. | Anno M. D. LIII". (4°; 24 ff. non sign.).

952. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 20. Septembris 1563.

Ex litterarum Polanci apographo eodem tempore scripto. Cod. „V. P. 63" f. 246[a].

Optat, ut cardinalis Augustanus Sociis Dilingam venturis 1000 florenos et libros quosdam det, et ut P. Natalis per hiemem Dilingae maneat. De Rudolphi et Ernesti archiducum profectione hispanica.

Polancus nomine Lainii Tridento 29. Septembris 1563 Maguzzanum ad P. Ludovicum de Mendoza S. J., qui ibidem cum Ottone cardinale

a) *Cypr. om. quae sequuntur.*

[1] Concilii sessionem XXIII., 15. Iulii 1563 habitam, significat.
[2] Hosii „Confessio" ibi excudebatur: v. supra p. 301.
[3] P. Natalis 15. Septembris 1563 Monachium advenit (Epp. *Nadal* II 376).

Augustano morabatur, scripsit: „Questa mi ha ordinato scriuessi N. P. accio dessi auiso como il patre canisio scriue alli 20. del presente che fra le cose che desidera restino ordinate per lo Illustrjssimo Cardinal auanti sua partita in spagna sono due che mettero qui per sue parole che son queste.

Vellem in primis si nostri uenturi erunt Dilingam ut mille floreni ante cardinalis discessum nostris alendis, et uestiendis deputarentur, deinde ut libri eiusdem Cardinalis [qui][a] delitescunt inglostadij nostris applicari quamprimum iuberentur ne alioquin uelut milites absque armis in proelium illi descendere uideantur. *Haec ille. Parmi che non serra cosa noua al Cardinal questo delli mille florenj perche li ho promessi al medesimo Padre Canisio un tempo fa per il principio del Collegio. Si tratta de che il Padre Natale si trouj presente al cominciare li studij in quel nouo Collegio, et uorrebbe anche il Padre Canisio che*[b] *stessi la tutta questa inuernata, et lui stesso mostra desiderarlo et forse seli concedera. Le assignationi della*[c] *prouisione ordinaria, che ha deputato S. Signoria Ill. speramo seran facili per ricuperare quello de che si ha da uiuere.*

Delli Figlioli del Re de Romanj[1] *intendjamo che son partiti, ouero che gia parteuano che cosi dice il Padre Canisio de hauer inteso de homo fidato.*"

Ipsae Canisii litterae perisse videntur. De quibus vide plura in epistula Tridento 4. Octobris 1563 a Polanco Lainii nomine ad Canisium data; hac enim Lainius Canisio respondit.

Polancus Canisio 4. Octobris 1563 haec, praeter alia, scripsit: „Quel libro mandato da Magontia fu riceuto, et si è dato al Dottor Fontidonio. pare anche haueua un altra copia lo Jllustrissimo Legato Varmiense" (cf. infra p. 347). *Canisius* autem Augusta 7. Octobris 1563 Hosio: „Placet Catholicis D. Fontidonij Oratio" (cf. infra p. 350). Atque hanc ipsam „Orationem", Moguntia Augustam missam, Canisius inde 20. Septembris 1563 Tridentum misisse videtur; nam *P. Everardus Mercurianus*, provinciae S. J. Germaniae inferioris praepositus, Moguntia 27. Augusti 1563 Tridentum ad Lainium de Daniele Brendel, archiepiscopo moguntino, * scripsit: „Ci mostrò . . . vn' oratione del D. pietro fontidonio Segouiense ad Germanos contra Fabr. Montanum, et volse subito la legessimo et li dicessimo che se ne pareua, s' e procurato che quanto prima si stampi. Et anche si procurara che si volti in lingua Thodesca si non s' intendesse ch' altroue si facesse. Habiamo anche hauuta l' apologia del D. Cardillo Villalpando contra del medesimo Fabritio. spero che faran frutto" (ex autographo. Cod. „G. Ep. IV" f. 79[b]). Coloniae autem in bibliotheca urbana vidi librum: „Petri Fontidonii Doctoris Theologi pro Sacro. et Oecumenico Concilio Trident. aduersus Io. Fabricium Montanum ad Germanos Oratio". Coloniae apud Maternum Cholinum, „Anno LXIII" (32°; pp. 203). Hunc igitur librum Canisius, opinor, Tridentum misit. Ceterum eadem Fontidonii Oratio exstat etiam „Venetiis ex officina Stellae Jordani Ziletti MDLXIII." edita (ff. sign. 51; praeterea in initio 4, in fine 1 non sign.), cum litteris dedicatoriis ad Petrum Gonzalez de Mendoza, episcopum salmanticensem, datis (*Calenzio* l. c. 570).

a) *Hoc v. in apogr. perperam omissum esse res ipsa ostendit.* b) uorrebbe anche che il Padre Canisio che *ap. Sed ex iis quae Pol. ea de re 4. Oct. 1563 ad Can. (infra p. 347) et ad Natalem (Epp. Nadal II 402) scripsit, prius illud* che *perperam positum esse cognoscitur.* c) *In ap. sequitur alterum* della.

[1] Rudolphum et Ernestum dicit. quos cardinalis Augustanus in Hispaniam perducturus erat.

953. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO.

Tridento 21. Septembris 1563.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „P. Canisio". Cod. „V. P. 63" f. 233.

Epistulae particula exstat in Epp. *Nadal* II 638.

Natali timet. Epistulae de collegio dilingano. Opportune collegium ingolstadiense ob pestilentiam Dilingam transfertur. Viatica. Octavianus Fugger Sociis romanis commendatus est; Ursula, eius mater, Lainii nomine salutanda et in sua pietate confirmanda. Andrada, quomodo Canisius eius librum inscribendum esse censeat, certior efficietur. Quid Canisio de „Indice" praestandum sit. Universitatis dilinganae rector, ut scholastici ad eam revertantur, curabit. Ex concilio cardinalis Lotharingus aliique Romam, alii in Galliam profecti. Sententiae dicendae de reformatione, indulgentiis etc. Principes aegre ferunt se reformari. Sessio proxima.

Pax Christi. Amen.

Quelle de V. R. de XI del presente riceuette Nostro Padre et uediamo che non si sapeua ancora noua della uenuta del Padre Natale, manco l habiamo noj ne lettera alcuna de Vienna dopo li 24 del passato che ci da in uero sollicitudine non tanto per quello che si aspettaua circa li negotij quanto perla persona de detto Padre pur speramo in Dio lo hauera in sua protectione, qui si mandano alcune lettere per esso et quella che ua aperta sopra il Collegio de Dilinga ueda V. R.[1] se non ne ha riceuta un altra quasi simile laquale porto il Rettor uechio de Dilinga[2] per mandarla à Monachio et pare certo una bona occasione che non hauendo luogo piu commodo per mutare il Collegio de Jngolstadio si po transportare in Dilinga ò almeno bona parte di quello per insino à tanto che uengano li altrj per la germania delli quali V. R. ha uisto la lista. *In quorundam autem locum alii iique magis idonei substituuntur*[3]. si ben si partono li nostri de[a] Jngolstadio deueranno pur hauer la sua prouisione, et facciasi conto che subito tornaranno come la peste habia cessato. *De viatico R. V., quantum praestari poterit, praestandum curet.*

Jl figliolo[4] del Signor Georgio Fuchero è stato ricommandato alli nostri di Roma como il debito Nostro specialmente uerso la Signora Vrsula sua madre lo ricerca la quale V. R. la salutara molto per parte de Nostro P. quando li parera oportuno, et li dirra per parte di esso quello che li parera per animarla et consolarla in Domino nelli suoi boni et Santi exercitij.

a) *Sequitur* Dilinga, *oblitteratum.*

[1] Polancus epistulae 18. Septembris 1563 de collegio dilingano scriptae (vide supra p. 330—333) exemplum illud significare videtur, quod se Augustam fortasse missurum esse significaverat Natali; v. supra p. 333.

[2] Herlen.

[3] Natalis Lainio scripserat, aliquos ex Sociis in indiculo illo romano recensitis sibi parum aptos videri: Epp. *Nadal* II 363—365. Qui in eorum locum substituti sint, v. ib. II 392.

[4] Octavianus; v. supra p. 318.

La Apologia Latina contra Kemnitio[1] ua molto innanzi et darremo auiso al auctore del tittulo che V. R. sente se deueria mettere, et il suggetto del libro lo ricerca ben cosi per che tratta diligentemente delli luoghi[2]. Circa il Catalogo delli librj bastara che si faccia quel che si potra poco à poco[3].

Quanto alli Scholari che si uanno uia de Dilinga haueua grande animo il Rettor uechio de farli ritornare, et conseruare quelli che ui sono . uederemo como lo farra.

Delle cose del Concilio si scriue daparte[4], et dopo quello non ce è altro da dire se non che il Cardinal di Lorena é andato a Roma[5] con alcuni dottorj et Vescouj[6] et alcuni altri Francesi tanto Prelati come dottorj si parteno à Francia[7], altri restano et il Cardinal de Lorena fra sei settimane diceua sarrebbe de ritorno, tuttauia uanno dicendo li prelatj sopra li primi 21. capi della reformatione, et quello finito, se proponeranno li altri 15. che restanno benche perla parte che tocca à principi pare non siano loro troppo contenti della riforma[8]. Questo finito fra li Prelatj li Theologi cominciaranno à dire de Jndulgentijs, Jnuocatione Sanctorum, Purgatorio, Jmaginibus, Votis Monasticis, et de altre Cose, et se alcune materie di quelli[a] [?] se potranno risoluere anche se dice intraranno nella Sessione prossima della quale pero alcuni temono non si farra ne anche al giorno designato . degnisi Jddio N. S. leuar li impedimenti di questo seruitio che seli po fare, et questo agiuto al ben commune se la sessione si farra et hauera bona conclusione il Concilio. Questa clausula[9] anche la communiche col Padre Natal quando li mandara l altra che qui ua aperta[10] uedendo la prima V. R. nelle cui orationi[b] et sacrificij N. P. P. et tutti etc. de Trento li 21. de Settembre 1563.

a) *Sic ap.;* quelle? b) oroni *ap.*

[1] Didaci Payvae de Andrada „Orthodoxarum explicationum libri X".

[2] „Loci communes" vel „theologici" a multis saeculi XVI. theologis praecipua fidei capita et maxime ea, quae tunc in controversiam vocabantur, appellabantur.

[3] Quid Canisius pro „Indice" reformando praestare iussus sit, v. supra p. 320.

[4] Scriptum dicit, quod posui supra p. 326—327.

[5] Die 18. Septembris 1563 (*Paleottus* l. c. II 667. *Calinius* apud *Baluze-Mansi* l. c. IV 334 et apud *Beccadelli* l. c. 124).

[6] Iverunt cum eo episcopi aliquot galli et tres itali (*Paleottus* l. c.) ac venerabilis Bartholomaeus a Martyribus O. Pr., archiepiscopus bracarensis (Braga in Lusitania), ut ipse testatum reliquit (*Le Plat* l. c. VII[b] 156—157; similiter *Paleottus* et *Calinius* ll. cc.).

[7] *Polancus* Natali, Tridento 21. Septembris 1563: „Es partido para Francia el obispo de Parisi [Eustachius du Bellay], y el de Orliéns [Ioannes de Morviller], y el Sagiense [= Séez; Petrus de Duval], y el de Ambrún [Guilielmus d'Avançon de S. Marcel], y creo que dos otros, y algunos doctores" (Epp. *Nadal* II 388).

[8] De hac re *Steinherz* III 423—425 443 446—452.

[9] I. e. quae de concilio scripta sunt; v. supra p. 328.

[10] Haec Polanci epistula hispanica, 21. Septembris 1563 ad Natalem data, exstat in Epp. *Nadal* II 387—390.

Una cum hac epistula praeter litteras hispanicas Natali inscriptas et italicas de concilio scriptas, quas modo dixi, ad Canisium etiam quarta quaedam epistula missa esse videtur, quae, Natali (a P. Matritio?) destinata, modo non exstat; Natali enim *Polancus* in litteris modo memoratis rettulit: „De lo que tocca á Dilinga, scriuese de aparte della gente que de Roma se embía" (Epp. *Nadal* II 388).

Canisius Lainio rescripsisse videtur 2. Octobris 1563.

954. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO.

Tridento 25. Septembris 1563.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „P. Canisio." Cod. „V. P. 63" f. 239[b].

Natalis et Canisii itinera monacensia. Dilingae Socii, si propriam ecclesiam non habebunt, in parochiali animas, libertate sibi servata, iuvabunt. Hortus, cubicula; certi victus ibidem constituendi ratio. Alia collegia. Octaviani Fugger magister domesticus.

Pax christi.

Hieri riceuette N. P. quella de V. R. de 18. del presente con altre de 16. del .P. Natal gia arriuato à Monachio col fauor diuino, et per che faccio conto che V. R. serra al presente con luj serro tanto piu breue poi che li serranno communi le lettere piu longhe che à luj se scriueno[1].

Jl non hauer li nostri Chiesa propria in Dilinga si è uicina quella della terra serra manco inconueniente et se ben li Nostri secondo il suo instituto et consuetudine nelli suoi Collegij attendeno[a] ad agiutar le anime non per questo se pigliara obligo alcuno, et quanto alli defecti de horto et stantie di la se uedera quel che se potra remediare[b], et in qual modo accio se procuri il remedio col Cardinal.

Quanto al assicurare el vitto delli nostri intanto che uiue il Cardinal non pare serra troppo difficile per che potra fare assignatione sopra le intrate sue. Delle altre cose appertenenti al Collegio de Jspruc, et quelli de bauaria non dico altro senon che la R. V. le conferira col Padre Maestro Natal, et qua si fa piu stima di quel dottor che lei mostra cambiarebbe col maestro Gregorio[2] di quello che mostra far V. R. A Roma si è scrjtto ultimamente in Ricommendatione de Octauiano Fucharo toccando specialmente che haueria bisogno de mastro domestico che lo tenesse in disciplina. *Deum pro nobis orate* . de Trento li 25. de Settembre 1563.

Una cum hac epistula, ut ex ipsa intellegitur, Canisio missae sunt litterae a *Polanco* nomine Lainii eodem illo d. 25. Septembris 1563 ad P. Natalem datae, ita tamen, ut ipsi cum Canisio „communes" essent. Quae integrae exstant in Epp. *Nadal* II 390—395. Polancus Natali de collegio Dilingae instituendo tum alia, tum

a) *Sic vel* attendono *vel* attendano; attendera *ap.* b) renediare *ap.*

[1] Vide quae sub ipsas has litteras dicuntur.

[2] P. Gregorio Rossefio S. J.; de quo *Can.* III 37 191 et infra monum. 441.

haec scripsit, quibus etiam ad Canisii epistulam 18. Septembris 1563 datam aliqua ratione respondit: „Quedarán los dos ínfimos lectores de grammática seglares [Bernardus Ainer et Ioannes Geswyn? Cf. *Specht* l. c. 46] hasta que parezca á la Compañía de expedirlos de las schuelas, y estos también entrettenrán los escolares . . . Se procurará que" el cardenal „encommiende extrectamente á su lugartenente las cosas de nuestro collegio . . . Del procurar che il capítulo de Augusta confirme lo de Dilinga, se hará."

Utramque epistulam a Polanco Monachium missam esse, verisimile est ex iis, quae in epistulae ad Canisium datae exordio dicuntur. Canisius autem Monachii fuisse videtur inter 22. et 28. Septembris 1563: 30. Septembris 1563 Dilingae orationem ad litterarum studiosos habuit; v. infra monum. 525 526.

Canisius Lainio rescripsit vel 2. vel 9. Octobris 1563.

955. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO.

Tridento 28. Septembris 1563.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „P. Canisio". Cod. „V. P. 63" f. 245ᵃ.

P. Edmundi Augerii litteras cum Canisio communicat. Epistulas mittit Moguntiam destinandas. Concilio moram affert illud „Proponentibus Legatis".

Pax christi.

Per extraordinario si é scritto à V. R. in resposta delle sue ultime[1]. questa è quasi solamente per guardare la bona usanza, et per drizzare le incluse à Colonia, et al Padre Prouincial Euerardo[2] al quale si mandara questa lettera del Padre Emundo[3] che qui ua aperta accjo V. R. la lega et quelli di Casa la uedano. *Quam R. P. postea cum reliquis epistulis Moguntiam mittet.* Le cose del Concilio uanno alquanto tardate hauendosi messo di nouo in campo quella questione de proponentibus legatis[4]. Dio N. Signor guidi li consegli et conformi li affetti de tutti con sua Santa Volunta[a]. *Deum pro nobis orate*. de Trento li 28 de Settembre 1563.

Una cum his litteris, ut ex ipsis intellegitur, ad Canisium, praeter alias epistulas, litterae missae sunt a „P. Edmundo" datae, atque vix dubitari potest, quin his litteris P. Edmundus Auger S. J. (v. supra p. 304) ad Lainium rettulerit de catholica religione Lugduni, sua maxime opera, instaurata; cf. Epp. *Nadal* II 379 397 631—632.

Canisius, ut videtur, 9. Octobris 1563 Lainio rescripsit.

a) Voluta *ap.*

[1] Vide supra p. 340. [2] Mercuriano.

[3] Auger S. J.; vide quae sub ipsas has litteras dicuntur.

[4] Philippus II. per comitem Lunensem vehementer instabat, ut verborum „proponentibus legatis" (cf. supra p. 60) „declaratio" a concilio vulgaretur, eaque ita, „ut liberum esset etiam praelatis omnibus, et principum oratoribus proponere" (*Paleottus* l. c. II 669—670. Similiter *Mendoza* l. c. II 150—151). Ac cum cardinales legati respondissent: „Arbitrio ipsius synodi relinqui sive ea verba omnino tolli sive interpretari vellet"; ita pontificem statuisse: Lunensis, ne synodo res proponeretur, obsistebat (*Sickel,* Trient 615. Cf. *Steinherz* l. c. III 356 447).

956. Canisius **P. CHRISTOPHORO DE MADRID S. J.**, uni ex Lainii praep. gener. „assistentibus", superintendenti coll. romani etc.

Augusta Vindelicorum 2. Octobris 1563.

Ex apographo recenti (A), quod ex archetypo — Canisius sua manu nomen („Seruus" etc.) subscripsit — in Cod. „E. C. I.", f. 358 (n. 121) posito exscriptum est. Exstat etiam alterum apographum (B), quod sub a. 1860 curante *Boero* ex archetypo exscriptum, postea cum eodem collatum est.

Centum coronatos suo et Natalis nomine mittit, qui et pro stipe et pro viatico sint. Sacras preces petit. Augusta pestilentia valde uritur. Litterae indicae. Cuvillonius aliique Dilingam venturi. Octavianus Fugger matris nomine commendatissimus. Everardus Vehlin ex collegio germanico, si in litteris non proficit, remittendus. Salutationes.

† Pax Christi admodum Reuerende Pater.

Mittimus per Dominos Welseros Coronatos 100[1], et rogamus, ut in bonam partem hoc quicquid est pecuniae accipiatur. P. Natalis, qui nunc est Monachij, partem donat fratribus, reliquam et maiorem partem nos adiungimus, ut si opus sit, ea pecunia[a] pro uiatico[b] quoque seruiat in Germaniam nostram uenturis, quemadmodum uoluit P. Praepositus[2]. Sin minus est opus, charitati tribuatur, in illorum scilicet gratiam, a quibus hanc summam accepimus pauperibus erogandam. Et pro nobis ut multorum offerantur preces Deo; nunc ualde rogamus, cum pestifera lues Augustanos maiorem in modum affligat. Illius in nobis uoluntas perpetuo fiat[3]. Expectamus reliq[u]as[c] Epistolas[4] latine factas a P. Fuluio[5], quia multis ad[modu]m placent. Fratres breui adfuturos confidimus: utinam qui desiderantur Dilingam ueniant, et illius Gymnasij praelectionibus pro dignitate praesint. Nunc primus eo mittitur D. Cuuillonius[d]. Faxit Dominus, ut huius Collegij fundamenta duce P. Natali rite constituantur. Non repetam quae scripsi de Octauiano Fuggero. Nam respondit Pater illum uobis[e] satis commendatum esse[6]. Meretur sane mater[7], ut filij causam nobis commendatissimam habeamus. Euerardus a Patre[8] monetur domum redire, si studiorum spem de se paruam praebeat: nollet enim sumptus in eum maiores conferre absque fructu, nec sinit eum communibus aliorum legibus esse subiectum. Verum hac de re alias monui. Oret pro me Dominum Reuerentia T. et salutet ex me quaeso[f] Reuerendum

a) *In archet. sequitur* in, *oblitteratum.* b) *In arch. correctum ex* uiaticum. c) *Hic et paulo infra lacunae in arch. sunt.* d) Covillonius *B.* e) nobis *A*; uobis *B, idque recte; v. supra p. 338.* f) quae *A B.*

[1] „Coronae" pontificiae sive romanae („coronati", „scutata", „aurei") 100 tunc, si metallorum pretium spectatur, 1769 fere marcas germanicas sive 2185 francos aequasse videntur (*Steinherz* l. c. I 5—7). Welseros hanc pecuniam per Olgiatos, qui Romae argentariam faciebant, cum Societatis hominibus communicasse conicio; v. *Can.* III 200 336. [2] Lainius; v. supra p. 308 313 325.

[3] Cf. Mt 6, 10; Lc 22, 42; Act 21, 14 etc. [4] Indicas; v. supra p. 226 276.

[5] Cardulo S. J. [6] Lainium, praepositum generalem, dicit; v. supra p. 338.

[7] Ursula de Lichtenstein, Georgii Fuggeri uxor.

[8] Conrado Vehlin? Everardus in collegio germanico degebat; v. supra p. 261.

P. Franciscum [1], P. Vrsmarum [2], P. Emanuelem [3], P. Ledesimam [a] [4] et reliquos charissimos Patres ac fratres, iuuetque [b] nostros ut solet, Germanos pro sua ingenti charitate. Augustae 2. Octobris Anno Domini 1.5.63. Seruus in Christo P. Canisius.

Admodum Reuerendo Patri D. Christophoro Madridio Doctori societatis JESV Romae.

957. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu. Augusta Vindelicorum 2. Octobris 1563.

Ex epistularum Polanci apographis, eodem tempore scriptis. Cod. „V. P. 63“ f. 272ª 267ᵇ.

Pecuniae a Canisio et Natale Romam missae.

Polancus nomine Lainii Tridento 12. Octobris 1563 Augustam ad Canisium scripsit: „Quelle de V. R. de 2. del presente si son riceute“. Ex eadem Polanci epistula intellegitur, Polancum has Canisii ad Lainium litteras significare, cum Tridento 12. Octobris 1563 Romam ad P. Christophorum Matritium S. J., collegii romani superintendentem, de viaticis, quae Sociis Roma in Germaniam et in Galliam missis a Sociis romanis data erant, iisdem restituendis scribit: „Creemos lo han hecho los de Alemania en buena parte pues el Padre Canisio scriue de cierta summa quale embio el Padre Natal, y otra que el junto con ella para embiar à Roma por los Belzeres“. Cf. supra p. 342. Ceterum cum Canisii litterae iam non exstent, vide de iis Polanci ad eundem epistulam, quam modo dixi; hac enim Lainius Canisio respondit.

958. **P. IOANNES DE POLANCO**, secretarius Societatis Iesu, CANISIO aliisque Societatis Iesu praepositis. Tridento 3. Octobris 1563.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „Commune“. Cod. „V. P. 63“ f. 252ᵇ.

Maiorem epistulae partem *Boero*, Lainez 278—280, ex „litteris originalibus“, ut ipse ait, Tridento 3. Octobris 1563 Romam ad S. Franciscum de Borgia missis vulgavit, ita tamen, ut et verborum scriptionem et ipsum sermonem ad nostram scribendi et loquendi rationem accommodaret.

Lainius 2. Octobris in congregatione generali $2^1/_2$—3 horas ad plurimos praelatos magna cum eorum satisfactione de reformatione cleri dixit, acriter simul et suaviter, quae qua ratione in summo pontifice, cardinalibus, episcopis etc. emendanda essent, exponens. Ordines religiosos commendavit; de Societatis instituto et progressu aliqua protulit; universitates concilio commendavit; sacram Inquisitionem valde laudavit; maxime autem, ut ecclesiastici omnes romano pontifici oboedirent, institit. Novi labores in concilio.

Pax christi.

Hierj 2 del presente hanno finito li Prelatj de dire li suoj parerj sopra li .21. decreti della reformatione . disse anche N. P. il suo [5], et

a) *Ita A B; cf. infra adnot. 4.* b) iuuentque *A; in B ex* iuuentque *correctum est* iuuetque, *idque recte; nam sequitur in A B* so et; *et Matritium, non omnes illos Socios C., ut videtur, ad iuvandum hortari volebat.*

[1] Sanctum Franciscum de Borgia. [2] Goisson.
[3] Sa; de quo *Can.* II 97 [2]. [4] Iacobum Ledesma; de quo *Can.* II 353 [1].
[5] Sermonis huius summa brevis exstat in Actis *Massarelli* l. c. II 422—423. Eundem similiter contractum posuit *Pallavicino* l. c. l. 23, c. 3, n. 30.

quantunque auanti il desinare ce era qualche tempo pur li legatj accio lui hauessi[a] piu commodo dopo desinare non lo uolsero udir la matina et hebbe à dire solo tutta la congregatione de Hieri dopo il Pranzo con frequentissimo audjtorio de prelatj, et quantunque stettero[b] quasi insino alla notte non solo non dettero segno de straccarsi, ma chi diceua che l'haueria sentito 3. hore de piu chi .5. Parlo in genere de tutti li decretj[1] et dopoi in particolare di ogniuno di quelli, et con hauer parlato auanti de lui tante persone di rara doctrina, et prudentia, et auctorita, li resto pur materia de parlare due hore et mezza ò .3. de punti molto importantj et à quel che pareua alli auditorj non con manco giuditio et prudentia[c] per la pratica, che doctrina perla speculatione . é stata molto grande la satisfactione et molto uniuersale perche quantunque habia toccato nel uiuo ogni stato et grado delli ecclesiastici li[d] tocco pur in tal modo che si uedeua chiaramente il zelo essere contra li abusj, et pur mescolato[e] con charita, et desiderio de dar il suo ad ognuno de detti gradj, et quantunque molto ordinariamente ueritas odium parit[2] pare questa uolta quel prouerbio ha patito exceptione perche[f] dicendo la uerita di quello che senteua del papa, Cardinali, Vescoui, Capituli, Curatj, et altri del clero[3] piu presto pare li habia conciliatj che exasperato niuno di loro[4] quantunque habia toccato punti di molta importanza contra le utilita temporalj, et honorj loro, et altre cose che disordinatamente sogliono amarsi representando mezzi della riformatione quali non credo poteuano dispiacere etiam à quelli che[g] fossino assai interessatj, ò se despiacesse la executione loro non credo potriano negare fossino molto ragioneuolj, et conuenientj. Piglio anche occasione trattando del dar fauore alle relligionj[5] de ragionare delle Jnstitutioni de Nostra com-

a) acciò s'avesse *Bo.* b) stette *Bo.* c) *Sequitur* a, *a libr. oblitteratum.* d) lo *Bo.* e) e ogni cosa era mescolata *Bo.* f) *Supra versum scriptum.* g) *Sequitur* erano, *oblitteratum.*

[1] „In canonibus his tollatur nimia prolixitas." „Faciendae sunt leges, quae habeant executionem": *Massarellus* l. c. 422. Cf. etiam *Pallavicino* l. c.

[2] De hoc proverbio v. supra p. 204[6].

[3] Ita de curia romana: „Romae offeruntur in conca multa milliaria aureorum, et possunt accipi; sed quatrini, qui projiciuntur in conca, quando aliquis baptizatur, non possunt accipi" (*Massarellus* l. c. II 423). De episcopis dixit: Mirari se, quod canonibus illis pontifex, cardinales, canonici, parochi, religiosi reformarentur, episcopi non tangerentur; his praescribenda quaedam esse de supellectili, de ratione cum cognatis agendi, de episcopatu dimittendo etc. (*Pallavicino* l. c.). De beneficiis ecclesiasticis: „Unum beneficium sufficiens uni tantum detur, et habentes plura teneantur renuntiare infra tres menses: nec sufficientia requiratur juxta nobilitatem personae; sed ministerium officii, ad quod designatum est beneficium illud; quia ecclesia non ordinatur ad ministros, sed ministri ad ecclesiam" etc. (*Massarellus* l. c. II 423).

[4] Vide tamen, quae ex Calinii litteris sub ipsam hanc relationem ponentur.

[5] „Episcopi debent favere regularibus in suis privilegiis." „Illi, qui sunt privilegiati et non abutuntur suis privilegiis, remaneant in eorum privilegiis. Milites Hierosolymitani, quando redibunt ad sua principia essentialia in observanda eorum regula, conserventur in suis privilegiis": Ita Acta *Massarelli* l. c. II 422 423.

pagnia et del progresso che Dio N. Signor li ha dato benche in breue como il decoro lo ricercaua racommandandola à Tuttj, et penso non serra stato poco fructuoso tal offitio. Hebbe etiam occasione di ricommandare al Concilio si tenesse rispetto alla Vniuersita de Alcala, et à quella de Louanio et parisi[a] [1], exhortando anche à non far preiuditio alcuno al Santo offitio del Jnquisitione tanto necessario in questi tempi et al qual deue tanto la Chiesa de Dio [2]. et sopra il tutto ricommando la unione, et subordinatione de tutti li gradi Ecclesiasticj col Summo Pontifice, et Vicario[b] in terra de christo Nostro Signor [3] à chi piaccia darci bona conclusione in quel che si pretende della reformatione et essecutione di essa. Domane si cominciara à trattar delli altri capi [4] et quantunque non se intrasse in noui Dogmj non sarrebbe poco che fossino digeste tutte queste materie della reformatione conle altre del sacramento[c] del matrimonio per la sessione intimata al[d] giorno di Santo Martino [5]. degnisi Jddio N. Signor dar il suo spiritu à tutti questi Prelatj accio prouedano[e] come conuiene alli bisogni tanto grandi de la Chiesa. de Trento li 3. de Ottobre 1563.

Haec de Lainii sermone relatio aliqua ratione explicatur et suppletur relatione a *Mutio Calinio*, archiepiscopo iadrensi, Tridento 4. Octobris 1563 Bononiam ad archiepiscopum Beccadellum et Romam ad cardinalem Cornarum missa, quae exstat apud *Beccadelli* l. c. 131 et apud *Baluze-Mansi* l. c. IV 336 (Mansium hic sequor): „Sabbato dopo desinare si diede la Congregazione intiera al P. Laines che fu l' ultimo a parlare sopra i capi di Riforma[f]. Il suo ragionamento sodisfece assai in alcune parti, in altre dispiacque estremamente, e per tutto parve, che scoprisse come suol fare sempre una mala volontà contro i Vescovi, alla dignità de' quali se io ho da dire il vero mi pare che ordinariamente habbia pochissimo rispetto. Trattò della pluralità de' benefizi al mio giudizio molto bene, per ciò che siccome affermò che comunemente era causa di grandissimi mali nella Chiesa, così anco dichiarò come in certi casi secondo la disposizione di quel Capitolo ,de multa' di Innocenzo Terzo [6] potesse esser utile, e necessario, e in tutti questi casi pose[g] per regola la semplice utilità, e servizio della Chiesa, e non delle Persone; ma altrettanto più[h] mi dispiac-

a) *Sequuntur vv.* et laudo, *a libr. oblitt.* b) *Sequitur* de, *a libr. oblitt.* c) *A libr. correctum ex* conle altre della materia. d) *A libr. corr. ex* alli. e) *Duo vv. sqq. supra versum scripta sunt.* f) sopra la Riforma *Becc.* g) e necessario in tutti questi casi, pose *Becc.* h) altrettanto, e più *Becc.*

---

[1] „Habeatur ratio exemptionis collegii Complutensis ac etiam universitatis Lovanianensis [*lege:* Lovaniensis] et Parisiensis": Acta *Massarelli* l. c. II 423.

[2] „Non detur aequalis potestas omnibus [homines etiam in casibus apostolicae sedi reservatis absolvendi]: sed alia distantibus ab Urbe, alia iis, qui sunt prope Urbem, et alia viris probatis, alia viris minus probatis: et in his concessionibus nil praejudicetur inquisitioni. Nihil autem praejudicabitur, si tantum absolvant in foro conscientiae; et ideo hujusmodi auctoritas poterit dari episcopis; et ut etiam possint alios ad id deputare": Acta *Massarelli* l. c. II 423.

[3] Ita de canone XXI: „Placet, dummodo non fiat injustitia: nec convenit, ut aliquo modo ligentur manus summo capiti, cui nullo modo praejudicandum est." Et de synodis: „Nec statuendum est aliquid de tempore concilii generalis, quia esset mutare dominium ecclesiasticum, quod debet esse monarchicum." Acta *Massarelli* l. c. II 422. Plura apud *Pallavicino* l. c.

[4] Vide supra p. 307 [3] 326. [5] 11. Novembris.

[6] In *Corpore* Iuris Canonici c. 28, X III, 5. Cf. etiam Conc. Trid. Sess. VII, c. 4 de ref.

que parlando a certo suo proposito strascinato per forza sopra il Decreto della Residenza già publicato nella sessione passata[1], perche[a] disse che da quelli[b] [?] non era anco definito, che la Residenza de Pastori fosse de Jure divino, conciosiacosachè[c] quella parola Assistere[2] non significa esser presente, ma favorire, difendere, e prestare ajuto di maniera che ognuno[d] poteva tenere di questo Articolo come prima quello che gli fosse piaciuto; il che quando anco[e] fosse vero, pare strano che questo buon Padre senza alcuna necessità abbia voluto muover questa materia, che non può esser causa se non di cattivi effetti". Cf. etiam litteras Tridento 6. Decembris 1563 ab Antonio Sebastiano Minturno, episcopo ugentino (Ugento), ad Beccadellum datas (*Beccadelli* l. c. 387).

Hae Polanci litterae ad praeclarum illum Lainii sermonem illustrandum haud parum conferunt; nam 1. cum ex iis constet, Lainium per $2^1/_2$—3 horas dixisse, facile consequitur, sermonis summa in Actis Massarelli posita (quae in Theineri libro fere 1 paginam in 4° maiore occupat) ac relationibus Pallavicinii ($1^1/_2$ paginarum in 4° minore) et Calinii minimam tantum partem rerum, quas Lainius protulit, comprehendi; 2. in iisdem Polanci litteris aliqua narrantur, quae in reliquis omnibus relationibus desunt, ut cum ille scribit, Lainium de Societatis instituto et progressu dixisse, sacrae Inquisitionis necessitatem et utilitatem extulisse etc.

959. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO.

Tridento 4. Octobris 1563.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „P. Canisio". Cod. „V. P. 63" f. 256^b—257^a.

Cardinalis Augustanus, a Sociis monitus, mandavit, ut Dilingae Societati supellex, pecuniae, libri, alia traderentur. Bibliotheca quaedam capituli augustani. Cardinalis questus est, Canisium dilinganis Conradi Bruni aedibus Societati tradendis impedimento fuisse. P. Natalis non docebit Dilingae, collegii tamen initiis providebit. Pactionis iam faciendae litterae a Canisio mittendae sunt. Liber Fontidonio missus.

Pax christi.

Riceuette N. P. quelle de V. R. de 20. del passato, et desideramo habia receuuto V. R. quella che porto il Rettor uechio de Dilinga, si è scritto al Padre Don Luis[3] che sta con il Cardinal Augustano, procurasse quelli mille fiorinj, et quella libraria de Jngolstadio della qual scriue V. R.[4] et la risposta che habiamo è che ha dato adesso ordine al suo locotenente[5] che subito dia letti et suppellectile necessaria per adesso et 300. fiorini in denarj et se oltra quelli bisognara panno ò tela che V. R. glielo dimandj per che tiene ordine de prouedere de ogni cosa, et de piu che fra il Natale[f] [?] et Santo Martino[6] serra pagato

a) poichè *Becc.* b) *Sic Ma.;* quello *Becc.* c) Conciosiachè *Becc.* d) *Hoc v., quod deest apud Ma., posui ex Becc.* e) *Ma. hic perperam addidit* non. f) *Sic ap.; legendumne* fra ogni Santi? *Cf. adnot. 6 huius pag.*

[1] Sess. XXIII, c. 1 de ref.

[2] In capite illo dicitur: Eos, „quibus animarum cura commissa sit", „praecepto divino", quo ipsis „mandatum sit" „oves suas agnoscere" etc., satisfacere non posse, nisi „gregi suo" „invigilent" et „assistant" etc.

[3] Mendoza. [4] Vide supra p. 337.

[5] Oeconomo, vel Forstenheusero cancellario? V. supra p. 328[3] et infra p. 357.

[6] Id est: inter 25. Decembris et 11. Novembris: id quod nescio utrum recte scriptum sit (cum nostro dicendi more certe haud ita hoc convenit), an corrigendum sit ita, ut dicatur: inter 1. et 11. Novembris: cf. supra adnot. f.

al Collegio un terzo di quella intrata ferma della quale[a] uerranno 400. fiorini alli nostri . et quanto alli mille fiorini che ogni anno ha di dare del suo che tiene ordine il luogotenente de darli de mano in mano à beneplacito de V. R. ò del Rettore Nostro de Dilinga . quanto alla libraria che sta in Jngolstadio dice che non è sua ma del Capitulo al quale si farrebbe torto se lui la dessi, ma certi altri libri che stauano in Dilinga ha dato ordine siano consignati alla Compagnia li quali se non bastano che il suo luogotenente tiene ordine de prouedere de li altri che serranno necessarij per adesso, et per lo aduenire che tiene animo de fare una bella libraria, et cosi dice molte altre cose etc. Si è lamentato anche un poco de V. R. dicendo che per sua[b] causa si fa gran difficulta in dar quella casa [1] lasciata[c] in Testamento alla Compagnia, per chè ui era conditione se fra un certo tempo ueneua in Dilinga, et che V. R. per sodisfar quelli maestri licentiatj ha detto che la compagnia non uerrebbe, et che non ci era niente determinato del che ne ha segujto che non uogliono dar la casa dicendo che il tempo è gia passato, ma ben spera far tanta diligentia che la possa ottenere.

Del star el P. Natal en Dilinga l'inuernata [2] non so se si potra fare ma ben si trouara alli principij per dar ordjne alli studij et al nouo Collegio.

Aspettamo de V. R. quella copia del Jnstrumento circa il detto collegio de Dilinga insieme col suo parere per che[d] si possa concludere questo contratto col Cardinal[e] auanti sua partita. Quel libro mandato da Magontia fu riceuto, et si è dato al Dottor Fontidonio, pare anche haueua un altra copia lo Jllustrissimo Legato Varmiense . non so se parera conueniente che seli faccia risposta. *Litteras adiungo P. Mercuriano destinatas* . de Trento li 4 de Octobre 1563.

Canisius Lainio rescripsisse videtur 16. Octobris 1563.

Huius epistulae *Polancus* mentionem fecit, cum eodem illo die 4. Octobris 1563 Tridento ad P. Ludovicum de Mendoza S. J., cardinalis Ottonis confessarium, *scriberet: „Circa la prouisione che si fa alli nostri che uanno à Dilinga auisaremo pur hogi al Padre Canisio, et non si metta in dubio se haueranno bisogno de panno per uestirsi per che é certo che loro non possono per il viaggio portar le soprane de Roma ne anche molti de loro forse haueranno bone sottane hauendo de uenire à piede" (ex apogr. totius ep., eodem tempore scripto. Cod. „V. P. 63" f. 256[a]). In germanico certe frigore opus erat togis („soprane") spissioribus. De „sottanis" autem in relatione de primorum Sociorum collegii ingolstadiensis itinere et adventu, ab aliquo ipsorum Ingolstadii 1558—1562 conscripta, haec sunt: „Vrbem [Romam] egressi sumus 9. Junij [1556], induti nouis ac nigris longisque uestibus, quas Sottanas Romani appellant, hoc est tunicas inferiores": *Can.* I 722.

Ac quoniam in collegii dilingani institutione Canisio et a cardinale Ottone et a Lainio praeposito generali mandatum est, videret, ut Socii suas haberent vestes,

a) *Sic omnino corrigendum esse videtur, quod est in ap.:* delli quali. b) suo *ap.* c) lasciato *ap.* d) *Sequitur* Nostro, *a libr. oblitteratum.* e) Carl *ap.*

[1] Aedes dilinganas Conradi Braun; v. supra p. 318.
[2] Natalis Dilingae docere cogitabat (Epp. *Nadal* II 402).

suos pannos et lintea etc., iuverit hic de re vestiaria et lintearia veteris illius Societatis Iesu aliqua ponere, quae usque adhuc fere ignota fuerunt. In institutione quadam * *„De Missione"*, quae, si non ante, certe sub a. 1560—1570 (a P. *Natale*, puto) composita est, praecipitur: „Qui mittuntur in peregrinationem et probationem et sunt ad idem Collegium reuersuri, mittantur ordinarie bene [a] induti interius, ut non patiantur notabiliter, et exterius eant pauperum more, pro sua humiliatione, et aliorum aedificatione". „Qui uero ad alia Collegia mittuntur illic mansuri ita mittantur uestiti ut domi sunt, si commode sint uestiti, alioqui paulo commodius induentur, de aliis uestibus hoc intelligitur praeterquam supremis, horum uero loco parua pallia dabuntur, praesertim hyeme, et si longius mittantur, quam itinere unius hebdomadis in quo itinere si non occurrant Collegia, essent illis danda 2 indusia, alterum quo induentur, alterum ad mutandum, si iter faciunt singulares [b], sin plures unum indusium sufficere possit pro mutatione . dandus est item Galerus, praeterea 2 strophiola et calcei tales qui sufficere possunt, ad iter conficiendum" (ex apogr. saeculo XVI. scripto. Cod. „XV A" f. 219[a]). Atque in * *„Rectorum Instructione"*, quae inter a. 1558 et 1565 (a P. *Natale?*) composita esse videtur: „Nostri cingulis ne utantur ex corio, sed ex fimbrijs nigrorum pannorum [fieri?] poterunt quae solent esse firmiores: uel ex nigris uittis uilioribus. Jnterius uestes talares, quas Sottanas uocant Jtali si alicubi clausae fiant et usurpentur quemadmodum in Hispania solent, ne fiat eius rei ritus quandoquidem fere in alijs prouincijs apertas induunt nostri non clausas" (ex apogr. saeculo XVI. scripto. Cod. „XV. A" f. 76[b]). Similiter in institutione * *„De uniformitate* seruanda" sub medium saeculum XVI. vel haud multo post conscripta: „Quod ad inferiores uestes attinet non inducatur ritus clausarum, sed liberum sit Rectori ut aliquibus fiant clausae ad maiorem honestatem". Et in simili institutione * *„De coadiutoribus* temporalibus": „Laicj inferiores uestes gestent communibus breuiores, id est, paulo infra mediam tibiam, nec sit usus globulorum seu nodorum ad pectus uel alibi in uestibus ullis superioribus (ex apographis saeculo XVI. scriptis. Cod. „XV. A" f. 216[b] 48[a]).

Exstat praeterea * *Institutio* quaedam de variis Societatis rebus domesticis curandis, quam inter a. 1558 et 1573 conscriptam esse ex ipsa eius ratione (vide infra p. 349 [1]) intellegitur, a P. *Natale* compositam esse eadem ratione verisimile efficitur. In qua haec, praeter alia, praescribuntur: „Vestes nostrorum domesticae ex crassiori aliquo panno fiant, non quidem nigri, sed uiolacei, aut cinericei coloris obscuri, more patrum Romanorum; aut, si hi colores inueniri facile nequeant, sint alterius cuiusdam honesti, ut Prouincialis censuerit . . . Non est in Societate consuetudo, ut omnes utantur udonibus siue lineis calceis interioribus, nec hyeme laneis, ut neque sub pileo communi uti pileis strictis. Horum omnium poterit tamen usus iuxta necessitates patrum ac fratrum concedi, ut iudicabit Superior. Necessum non est ut in omnibus prouincijs Societatis utantur nostrj eadem ratione uestitus, nam propriam aliquam formulam uestium non habet Societas, sed eam [c] tantum ex ratione instituti quae communis est probis, atque honestis sacerdotibus in singulis prouincijs [1]. Vsus Societatis hactenus est, ut in uarijs prouintijs et sacerdotes, et

a) *Hoc v. manu paulo posteriore supra versum scriptum est.* b) *Quae sequuntur, usque ad* mutatione *incl., eadem manu, de qua supra, adnot. a, in marg. addita sunt.* c) ea *ap.*

[1] *Iulius III.* in litteris apostolicis Roma 21. Iulii 1550, quibus Societatis institutum confirmavit: „Socii autem omnes, cum Presbyteri esse debeant, . . . in iis, quae ad victum et vestitum et caetera exteriora pertinent, honestorum Sacerdotum communem et approbatum usum sequantur, ut quod inde, pro cuiusque necessitate vel spiritualis profectus desiderio, subtractum fuerit, ex devotione et non ex obligatione, rationabile obsequium corporis Deo prout expediet offeratur." Et *S. Ignatius* in „Constitutionibus" P. 6, c. 2, n. 15 et L.: „In vestitus . . . ratione tria observentur: primum, ut honestus ille sit; alterum, ut ad usum loci, in quo vivitur, accommodatus; tertium, ut professioni paupertatis non repugnet (vel saltem quod

Scholastici, et Layici uarium cultum vestium usurpent, praesertim in pileis, et supremis uestibus. Nam in prouincia Portugaliae omnes pileum rotundum gestant, Sacerdotes omnes mantellum, scholastici etiam mantellum, sed cui haereat appendix quaedam ab ima ceruice ad dorsum pertinens[a] [?]; Layici uero mantella gestant breuiora. Jn reliqua hispania pileos gestant sacerdotes, et scholastici quadratos quidem, sed angustos: Mantella uero similia Scholastici atque Sacerdotes. Coadiutores etiam breuiora mantella. Jn pileis tamen coadiutorum diuersus est usus. Jn Jtalia uix aliqui sacerdotes utuntur mantellis, et hi quidem uel Superiores, uel qui aliquod officium gerunt Romae, uel etiam professi, omnes uero communiter supremis uestibus talaribus cum manicis paulo amplioribus, quam interiorum uestium, utuntur. Pileis sacerdotes, et scholastici quadratis quidem, sed amplioribus, et qui angulos quatuor exserant[b]. Laici uero pileis secularibus, et breuioribus mantellis. Censetur autem haec non esse difformitas, sed potius vniformitas, siquidem habitum non habemus proprium, sicut Monachi, et accommodatus esse debet uestitus noster, ad honestam quandam rationem, et usum prouinciae. Caeterum quod ad usum attinet pileorum, quibus uti debeant Coadiutores temporales, id Prouinciales censebunt (quemadmodum in decreto quodam Congregationis [1] statutum est) et singuli debent usum suae Prouinciae[c] per literas exponere generali praeposito. Mea tamen sententia de pileis coadiutorum temporalium haec esset, ut omnes in omnibus prouincijs uterentur pileis, quibus clerici utuntur communiter, uel paruis galeris: non enim probarem, ut qui seculares non sunt, pileis secularibus utantur". Eodem spectant, quae in regulis sive „Officiis" quibusdam fratrum laicorum sub medium saeculum XVI. vel haud multo post compositis praecipiuntur; ut in * „*Officio* custodis pannorum lana textorum": „Habebit apud se papyrum, atramentum, calamos, cingula, ligulas astrictorias, filum acus, et id genus alia, quae distribuet ex ordine sibi praescripto". „Lustrabit singulis mensibus omnia cubicula et diligenter videbit, an desit[d] aliquid in illis, et quicquid superuacaneum ibidem deprehendat, utpote calceos, tibialia, femoralia, thoracem, reseruabit illud deferens in suum cubiculum, et si stragulum aliquod dissutum offendet curabit ut breui resarciatur" (ex apographo saeculo XVI. scripto. Cod. „XV. A" f. 223[b]). Et in * „*Officio* custodis pannorum lino textorum": „Seruabit singulis peculiaria indusia signis discreta, sudariola quoque, pileos nocturnos vel calautica, quamuis haec non sint item signis notata. Quando tamen immunda indusia colliget, illa singulorum indusijs colligabit". „Singulis diebus sabbatj hora Vespertina rogabit a Patre Rectore, uel ministro unum, aut alterum socium: cum quibus una excurret per omnia cubicula distribuens defecatos pannos, nempe singulis patribus, ac fratribus singula exhibens indusia, sudariola, et pileos nocturnos uel calanticas". „Exhibebit hyemali tempore tertia quaque hebdomada, aestiuo autem decimo quinto quoque die mundas syndones". „Dabit bis in hebdomada pannos refectorio et culinae necessarios, tum etiam ad extergendas manus tam patribus quam fratribus commodos appendet in locis huic usui statutis" (ex apographo saeculo XVI. scripto. Cod. „XV. A" f. 223[a]).

960. CANISIUS CARDINALI **STANISLAO HOSIO**, uni ex praesidibus concilii tridentini, episcopo varmiensi.

Augusta Vindelicorum 7. Octobris 1563.

Ex archetypo, quod Canisius sua manu subscripsit (2°; 1 p.; in p. 2. inscr. et sig.). Cod. goth. „E. H. 2" f. 156.

a) *Sic ap.;* pertingens? b) exerant *ap.* c) *A libr. correctum ex* usum suum. d) *A libr. corr. ex* possit.

omnino non recedat)" (*Institutum* Societatis Iesu I, Florentiae 1892, 26; II, Florentiae 1893, 96 98).

[1] Decreto 95. primae congregationis generalis a. 1558 habitae ita statutum est; decreto autem 22. tertiae congregationis generalis a. 1573 habitae praeposito generali „totum negotium relictum est" (*Institutum* Societatis II 177 224).

Epistulam ex archetypo primus evulgavit *Cyprianus* l. c. 329—330. Eadem usus est *Eichhorn* l. c. II 138.

Vas mittit libris novis impletum; inter quos sunt libri, quibus Iacobus Andreae concilium et Staphylum, Wigandus Maiorem, Bullingerus Brentium, Flacius Catechismum heidelbergensem impugnant. Metu pestilentiae Augustani emigrant. Sessio proxima concilii. Libri Fontidonii et Villalpandi. Optandum, ut novus quoque concilii „calumniator" refutetur.

† Pax[a] Christi nobiscum Jllustrissime Domine Patrone.

Allati sunt tandem libri noui[1], ex quibus nonnullos uase conclusos breui accipiet amplitudo tua per manus Reuerendissimi Domini Episcopi montis Alcini[2]. Multi enim codices cum isthuc essent mittendj, uasi a me sunt inclusj, et optimo illi Episcopo destinatj. Leget ergo amplitudo tua Sacrum Concilium rursus oppugnatum a uersipelle sub pia scilicet et necessaria admonitione de Decretis et Canonibus Concilij Tridentini. Sic enim librum suum author uocauit, quem fortasse Brentium dicere possumus[3]. Wigandus nobis collegit Georgij Maioris errores. Bullingerus iterum percutit Brentium. Jlliricus Catechismum Heidelbergensem oppugnat. Smidelinus rixatur denuo contra Staphylum. Jta nobis confirmant Ecclesiam hostes Ecclesiae, suisque dissensionibus unitatem catholicam magis ac magis illustrant. Reliquos libros non repetam: hoc unum rogans, ut boni consulatur, quicquid a me mittitur ad Celsitudinem tuam, cuj sane cupio gratificarj. Pestis hoc loco nos satis affligit, ut nobiles quidem ac diuites alio migrent, quia mortis periculum, atque utinam etiam iram Dei, reformidant. De sessione prorogata intelleximus, Deumque obsecramus, ut media ex parte saltem absoluantur mense Nouembri, quae promulganda tum de rebus fidei, tum de reformatione supersunt. Placet Catholicis D. Fontidonij Oratio, et D. Villalpandaei Apologia contra Montanum edita[4]. Expectamus responsum et confutationem ad nouum Concilij calumniatorem, qui magis in specie quam Fabricius decreta quaedam oppugnat atque conuellit. Propugnet Dominus Ecclesiam suam aduersus impuros istos Philistaeos qui ad maledicendum prope nati esse uidentur[5]. Dominus Jesus nobiscum semper. Augustae 7.° Octobris. 1563[b].

Seruus in Christo Canisius.

† Reuerendissimo in Christo Patri, et Illustrissimo Domino, D. Stanislao Hosio Cardinalj et Episcopo Vuarmiensi, S. Concilij Praesidi, Patrono amplissimo. Tridenti.

Inscriptioni manu eiusdem temporis adnotatum est: „Redd. 14 octobris 1563. Resp. 19 octobris".

a) *Hoc v. et 5 sqq. apud Cypr. desunt.* b) *Cypr. om. vv. sqq.*

[1] Ex librorum mercatu francofurtensi; v. supra p. 335.

[2] Francisci Mariae Piccolominei; v. supra p. 317 325.

[3] Potius dicendus fuerat Ioannes Andreae; ceterum tum de hoc libro, tum de iis, qui a Canisio proxime nominantur, vide, quae sub ipsas has litteras dicentur.

[4] De his v. supra p. 166 337. [5] Cf. 1 Rg 17, 1—47.

Una fere cum his litteris, ut ex ipsis intellegitur, Canisius Tridentum ad Hosium et Piccolomineum complures misit libros novos ex librorum mercatu francofurtensi Augustam (per Georgium Willer bibliopolam, ut videntur; cf. supra p. 153) allatos. Ex quibus libris Canisius aliquot ita commemorat, ut, quinam fuerint, aliquo adhibito labore cognosci queat. Misit igitur 1. Librum sine nomine auctoris adversus concilium editum et sic, ut Canisius ad Hosium refert, inscriptum: „Pia et necessaria admonitio de Decretis et Canonibus Concilij Tridentini"; ex *Preger* autem (l. c. II 563) et ex *Stevenson* (l. c. I[1] 106 n. 461 h) intellegitur, in libri titulo post illa verba posita esse haec: „sub Pio Quarto Rom. Pontifice, Anno etc. 62. et 63. celebrati. Scripta in gratiam piorum hominum, qui emendationem Doctrinae et Caeremoniarum in Ecclesia per Concilia faciendam expectant. Francoforti, apud Petrum Brubacchium, Anno 1563" (4°; 160 pp.). Ac Preger quidem librum a Mathia Flacio Illyrico compositum esse censet; Canisius „fortasse Brentium" libri auctorem „dici posse" scribit; equidem in hunc librum optime convenire existimo, quae *Ioannes Brentius* (Brenz), praepositus stugartianus, de scripto quodam Iacobi Andreae sive Schmidelini (qui a. 1562 a Christophoro Wurttembergae duce praepositus et cancellarius universitatis tubingensis constitutus erat) Bulaco 18. Iunii 1563 Francofurtum ad Hartmannum Beyer ministrum protestantium scripsit: „Mittimus D. Petro Brubacchio scriptum d. doctoris Andreae adversus Canones Concilii Tridentini, quod scripsit mandato Illustrissimi principis nostri, et petimus, ut proelo suo in lucem edat. Etsi autem nomen autoris singulari quodam consilio non est addendum, tamen iudicamus scriptum edendum . . . Spero id futurum nullo cum periculo aut damno D. Brubacchii" (*Th. Pressel,* Anecdota Brentiana, Tübingen 1868, 503). Atque hoc quidem etiam aliunde compertum esse videtur, Iacobum Andreae iam a. 1561, cum Christophori ducis mandato Erfordiae versaretur, initium fecisse contumeliosae cuiusdam recusationis concilii tridentini conscribendae, qua pontificem Antichristum esse planissime ostendere volebat (*C. I. v. Hefele,* „Andreae, Jacob", in Kirchenlexikon I 820). Eundem librum, puto, P. *Everardus Mercurianus* S. J., provinciae Germaniae inferioris praepositus, significat, cum Treveris 13. Novembris 1563 Lainio * scribit: „Vno nuouo libro alhora tutto fresco incerto authore, è contra li decreti del Concilio Tridentino, ci lo mandorono li Canonici di Francfordia liquali pensano secondo si presuma che l' authore di quello sia il Brentio" [1] (ex autographo. Cod. „G. Ep. IV" f. 206 207). Misit porro Canisius 2. Librum, quo, ut ipse quidem Canisius ait, Ioannes „Wigandus" (1523—1587), unus ex acerrimis „Lutheranismi puri" propugnatoribus, superintendens vismariensis (Wismar), „collegerat" Georgii Maioris (1502—1574), qui Vitembergae professor theologiae protestantium et contionator, postea Islebii superintendens fuit, „errores"; quorum maximus Wigando eiusque amicis in eo esse videbatur, quod Maior bona opera ad salutem necessaria esse dicebat, quemquam sine bonis operibus salutem aeternam assequi posse negabat (cf. *Janssen* l. c. IV 13—14). Ipse *Wigandus* vitae suae, quam aliquot ante mortem annis sua manu scripsit, adiecit librorum, quos plurimos vulgaverat, indiculum; in quo nominat: „Errores D. Majoris, 1563. Basileae" (Fortgesetzte *Sammlung* von Alten und Neuen Theologischen Sachen. Sechster Beytrag, Leipzig 1738, 617). Adiunxit Canisius 3. Librum, quo Henricus Bullinger (1504—1577) bremgartensis, Zvinglianorum tigurinorum (Zürich in Helvetia) minister, Brentium „iterum percutiebat". Cum enim Brentius a. 1561 in libro „De personali unione duarum naturarum in Christo et ascensu Christi in coelum" etc. „ubiquitatem" corporis Christi professus esset, Bullinger eodem anno adversus eum „Tractationem verborum Domini, Ioh. 14, 2" (germanice: „Von dem Himmel und der Grächten Gottes . . . vertütschet durch Ludwigen Lavater" Zürich 1561) vulgaverat; cui cum Brentius eodem anno „Sen-

[1] *Polancus* Tridento 28. Septembris 1563 Mercuriano *scripsit: Christophorum ducem wurttembergensem Ottoni cardinali Augustano librum quendam „del Vannjo" misisse. Lainium quoque librum illum vidisse (ex apogr. eiusd. temp. Cod. „V. P. 63" f. 244 b).

tentiam de libello D. H. Bullingeri etc." opposuisset, Bullinger a. 1562 (Tiguri, ut videtur) „Gägenbericht Heinrychen Bullingers, uff den Bericht herren Johansen Brentzen von dem Himmel und der Gerächten Gottes" vulgavit, qui etiam latine Tiguri editus est, ita, nisi fallor, inscriptus: „Ad librum Ioh. Brentii de D. N. Jesu Christi Majestate ad Dextram Dei Patris Responsio, qua ostenditur, sententiam de coelo et dextra Dei firmiter adhuc perstare". Respondit Brentius eodem anno 1562 in „Bericht Iohannis Brentij von dem Bůchlein D. Heinrici Bullingeri, des Tittels, Von dem Himmel und Gerechten Gottes" (Francofurti ad Moenum, apud Nic. Basse) atque in libro copiosiore, Tubingae (et Francofurti?) a. 1562 edito: „De divina majestate Christi et de vera praesentia corporis et sanguinis ejus in coena" (germanice: „Von der Mayestet Unsers lieben Herrn und einigen Heilands Jesu Christi, zů Der gerechten Gottes, auch von der waren gegenwürtigkeit des Leibs unnd Blůts Christi im Nachtmal"). Quare Bullinger Responsionis suae evulgavit „apologiam", ita, nisi fallor, inscriptam: „Henr. Bullingeri Fundamentum firmum, cui tuto fidelis inniti potest" etc. 1563. 4° (*Hartmann-Jäger* l. c. [cf. supra p. 218[3]] II 380—388. *Martin. Lipenius,* Bibliotheca Realis Theologica II, Francofurti ad Moenum 1685, 220. *Stevenson* l. c. II[1] 12 22 198. *G. J. Planck,* Geschichte der Entstehung, der Veränderungen und der Bildung unseres protestantischen Lehrbegriffs. 5. Band, 2. Th., Leipzig 1799, 483). Hoc „Fundamentum" Canisius, ut videtur, Tridentum misit. Misit 4. Librum, quo Mathias Flacius Illyricus (cf. *Can.* III 86[5]) catechismum calvinisticum Heidelbergae a. 1563 iussu Friderici III. electoris palatini vulgatum oppugnabat: „Widerlegung, eines kleinen deutschen, calvinischen Catechismi, so in disem 1563. Jar, sampt etlichen andern jrrigen Tractetlin ausgangen. Jtem, Beweisung, das auch die vnwirdigen den waren Leib vnd Blut Jesu Christi im Abendmal empfahen, Wider ein Schwenckfeldisch Büchlein, so newlich on namen durch den Druck ausgestrewet worden. M. Fl. Jll." (Regenspurg, H. Geissler, 4°, f. A 1—J 4; et sine loco et anno [a. 1563], 4°, f. A 1—H 3; ita quidem *Preger* l. c. II 563. Misit 5. Librum, quo Iacobus Andreae (de quo supra p. 217[5]) „rixabatur denuo contra Staphylum": Andreae certe, cum a. 1558, 1561, 1562 tres libros adversus Fridericum Staphylum edidisset, cumque novissimo ipsius libro Staphylus a. 1562 librum „Nachtruck zu Verfechtung des Buchs" etc. (librorum titulos v. in *Can.* III 772) opposuisset, novum vulgavit librum, eumque sic fere inscriptum: „Erklärung drey Hauptartickel I. ob ein Mensch festiglich glauben köndt, daß er ein gnädigen Gott hab, 2. diß durch den H. Geist auss der Schrifft lernen könd, 3. wardurch der Mensch bey Gott zu Gnaden komme etc. sonsten Antwort auff den Nachtruck Frid. Staphyli genannt" (*Io. Valent. Andreae,* Fama Andreana reflorescens, Argentorati 1630, f. T II).

961. CANISIUS **GASPARI CARDILLO DE VILLALPANDO,** pontificio in concilio tridentino theologo etc.

Augusta Vindelicorum sub 9. Octobris 1563.

Ex litterarum Polanci apogr. eod. temp. scripto. Cod. „V. P. 63" f. 298[a] 299[a].

Polancus nomine Lainii Tridento 19. Octobris 1563 Canisio ad ipsius litteras 9. Octobris 1563 Tridentum missas respondens: „La lettera", inquit, „per il D. Villalpando seli é data". Quae perisse videtur. Ceterum vide supra p. 324.

962. CANISIUS **IACOBO LAINIO,** praeposito generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 9. Octobris 1563.

Ex epistularum Polanci apographis eodem tempore scriptis. Cod. „V. P. 63" f. 298[a] 277[b]—278[a] 295[b] 299[b].

Ipse, Cuvillonius, Natalis Dilingam eunt. Sperat se ibidem aedes Conradi Bruni accepturum. Libros pro Sociis dilinganis petit. Pecunias et Romam misit et Sociis Galliam petentibus dedit. Ingolstadii vis pestilentiae minuta est.

Polancus nomine Lainii Tridento 19. Octobris 1563 Augustam ad Canisium scripsit: „Riceuette N. P. quelle di VR. di 9. del presente“. Ex iisdem Polanci litteris colligere licet, eum hanc Canisii epistulam significasse, cum litteris Tridento 14. Octobris 1563 Maguzzanum ad P. Ludovicum de Mendoza S. J., Ottonis cardinalis Augustani comitem et confessarium, a se datis haec adderet: „Dopo questo scritto si son riceute lettere dal Padre Canisio il quale col Padre Couillon ua in Dilinga[1] *et anche andara il Padre Natal presto . pare che il Rettor uechio*[2] *sia ammalato de febre . dice il Padre Canisio che non teme perdere la casa del Bruno*[3] *et che haueranno bisogno de librj ò de una parte ò de un altra, gia di questo si dette un memoriale al Reuerendissimo de Montalcino“ [Francisco Mariae Piccolomineo]. Et cum nomine Lainii Tridento 18. Octobris 1563 Romam ad P. Christophorum Matritium S. J., collegii romani superintendentem, scriberet: „Quanto al uiatico del Cardinal de augusta quando se sepa los que el Padre Nadal que embia à dilinga se po dar*[a] *auiso, entre tanto sabemos por letras del Padre Canisio que han embiado alla 200 Ducados sin lo que han dado al Padre oliuerio y sus companeros para Francia“*[4]*. Easdem Canisii litteras Polancus dicere videtur, cum nomine Lainii Tridento 19. Octobris 1563 Ingolstadium ad P. Paulum Hoffaeum S. J., collegii rectorem, de Societatis fratre Wolfgango Arculario, infimae classis praeceptore*[5]*, scribit: „Rengratiamo à Dio che il male del nostro Volfango non fu quello che si temeua et che anche nella Citta si è rimesso il furore della peste come ci scrisse il Padre Prouincial tanto che si speraua non esser necessario serrar le schuole ne anche mandar uia tutti li conuictorj“*[6].

963. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum vel Dilinga[7] inter 10. et 15. Octobris 1563.

Ex epistularum Polanci apographis eodem tempore scriptis. Cod. „V. P. 63“ f. 319b. Polanci ad Natalem epistula exstat etiam in Epp. *Nadal* II 424—428.

Quo loco Dilingae res universitatis, collegii etc. sint.

Polancus nomine Lainii Tridento 25. Octobris 1563 Canisio scribit: Canisii epistulam 16. Octobris datam Lainio traditam esse; cum autem Natalis Dilingae sit, opus non esse, ipse multa Canisio scribat „in risposta della sua et de un certo scritto che ci hanno mandato de Jspruc, nel qual si descriue il stato delle cose de Dilinga“. Hunc autem commentarium ab ipso Canisio (qui exeunte m. Septembri et iterum sub medium m. Octobrem a. 1563 Dilingam venerat et, quae de collegio dilingano statuenda essent, exponere a Lainio iussus erat; v. supra p. 333) compositum esse Polancus

a) *In ap. sequitur alterum* dar.

[1] Die 12. Octobris Dilingam iverunt; v. infra monum. 504.
[2] Cornelius Herlen. [3] Conradi Braun; v. supra p. 347.
[4] P. Oliverius Manareus, Societatis per Galliam „commissarius“, cum m. Septembri 1563 Monachii cum Natale egisset, per Augustam, ubi Michael Notes (Cameracensis) S. J. ei se iunxisse videtur (Epp. *Nadal* II 377), Moguntiam, Tornacum, Duacum, Cameracum transiens, 30. Octobris 1563 cum tribus Sociis Parisios advenit (l. c. II 453—454).
[5] Ita Wolfgangus vocatur in * *Catalogo* collegii ingolstadiensis ibidem 31. Augusti 1563 conscripto. In * *Catalogo* autem, qui ibidem 1. Ianuarii 1565 datus est, refertur, eum „Monacensem“ esse, a. 1556 et Societatem intrasse et simplicia eius vota nuncupasse; „docuit et docet adhuc pueros prima Rudimenta“ (Cod. „GSC 66“ f. 392 373b).
[6] In *Litteris quadrimestribus collegii S. J. ingolstadiensis a Fr. „*Joanne Wyero*“ S. J. Ingolstadio 25. Augusti 1563 datis et ab ipso P. Paulo Hoffaeo S. J., collegii rectore, emendatis dicitur, collegium „plus minus triginta . . . conuictores“ habere (ex archetypo. Cod. „G. Ep. IV“ f. 152). [7] Vide supra, adnot. 1.

satis clare ostendit, cum nomine Lainii Tridento 25. Octobris 1563 P. Natali visitatori scribit: „Si è riceuuto[a] un scritto del Padre Canisio del stato delle cose de Dilinga nel qual tocca molti punti degni de consideratione, ma N. P. P. ha giudicato non douer far risposta insino à tanto che V. R. ueda le cose di la et selli mandarebbe questo scritto se non si facessi conto che sarra informato de parola per il medesimo Padre Canjsio, se riserua à dunque à dir il suo parere N. P. insino alhora, ben li pare che si debia procedere suauemente per adesso hauendo pur l' ochio quando[b] [?], si potra à leuar le misture de secolarj conli nostrj". Ceterum, quoniam hoc Canisii scriptum perisse videtur, vide de eo Polanci ad ipsum litteras, quas modo dixi.

Nolebat, puto, Canisius litteris, quas recta Tridentum mittebat, copiosum hunc commentarium adiungere, timens, ne illae nimis ponderosae efficerentur; ideo eum, nescio cuius amici opera usus, recta in collegium Societatis oenipontanum misit, ut inde Sociis curantibus Tridentum afferretur.

964. CANISIUS **IACOBO LAINIO,** praeposito generali Societatis Iesu. Augusta Vindelicorum vel Dilinga inter 10. et 16. Octobris 1563.

Ex litterarum Polanci apographo, eodem tempore scripto. Cod. „V. P. 63" f. 319[b].

De libris quibusdam haeresis nota in „Indice" Pauli IV. inustis iussus sententiam dicit.

Polancus Tridento 25. Octobris 1563 Lainii nomine Canisio scribens, postquam et Canisii litteras 16. Octobris datas Lainio traditas et commentarium a Canisio de rebus dilinganis conscriptum Oeniponte ad eundem Lainium perlatum esse rettulit, haec addit de alio quodam commentario, quo Canisius, a Lainio iussus, in usum patrum concilii „Indici" reformando delectorum, quaenam de libris quibusdam haeresis nota in Indice Pauli IV. inustis sentiret (vide supra p. 320), significabat: „Si è riceuuto anche quel catalogo che V. R. scrisse sopra quelli librj prohibitj delli quali haueua hauta notitia, et per che N. P. l ha ritenuto[c] non potro dir altro senon che quando de alcun altro libro delli scrittj si potessi intendere leggendo alcuni uersi dj esso che sia heretico si potria anche dar aujso à Nostro Padre". Canisii commentarius perisse videtur; neque ex Polanci litteris clare intellegitur, utrum a Canisio simul cum epistula 16. Octobris data an paulo ante cum relatione de rebus dilinganis scripta, quam supra p. 353 dixi, Lainio missus sit.

Canisii scriptum fortasse Romam ad curiam missum est. Nam *Lainius* Tridento 4. Decembris 1563 Ottoni cardinali Augustano *scripsit: [Li Padri del Concilio] „si acordorno . . . de rimettere à sua santita la resolutione ultima dell' indice de libri prohibiti, mandandoli cio che quà s' è ordinato per li deputati" (ex apogr. totius ep., eodem tempore scripto. Cod. „V. P. 63" f. 390[a]).

965. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO.

Tridento 12. Octobris 1563.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „P. Canisio". Cod. „V. P. 63" f. 272.

Placet, Canisium Dilingae laudibus S. Hieronymi dictis collegium incohasse. Varii Socii in Germaniam, P. Hostovinus in Poloniam missi. P. Natalis Oeniponte Socios novos distribuet; idem laboribus moderari iussus. Pactio de collegio dilingano cum cardinale Ottone facienda. P. Stotz Brixina evocatur. Viatica. Concilii progressus retardatur. Sessio ante diem statum habebitur. Suspensio concilii timetur. „Catalogus fundatorum".

a) riceuuta *ap.* b) *In Epp. Nad. correctum est:* quanto, *idque, ut videtur, omnino recte.* c) ritenuta *ap.*

Pax christi.

Quelle de V. R. de 2. del presente si son riceute, et si é inteso il bon principio che dette in Dilinga conla oratione in laude de Santo Hieronimo [1] . gia son mandati di qua .19. per le prouincie di germania [2] oltra il D. Baldassar Bohemo [3] che era il uigesimo, et ua in Polonia col Vescouo Commendon Nuntio di Sua Santità. Sappiamo anche che il Padre Natal sta in Jspruc per far la distributione de la gente quale hoggi crediamo arriuara in quella terra [4], et luj istesso etiam dice intercedera, et si fermara in questi principij per il tempo che sera necessario, gia seli è scritto ueda de moderar le fatiche sue, et tener conto conla sanita . quellj de Jngolstadjo non penso seranno troppo necessarij.

Se V. R. ouero il Padre Natal ci hauessino rimandata la minuta del Contratto sopra il Collegio de dilinga insieme col suo parere forse gia sarei io andato [5] dal Cardinal per stipularlo auanti la partita di esso in spagna. Se V. R. non lo ha mandato lo mandi quanto prima. Maestro Theobaldo [6] se cauara de Brixina, non se aspetta se non la licentia dal Cardinal de Trento [7] che seli è dimandato.

Delli Viatici si è scrjtto al Padre Natal [8], et come si sapra quelli che si pigliano per Dilinga se uedera de ricuperar il Viatico loro del Agente del Cardinal in Roma [9], et li denarj che V. R. ha mandato à Roma del suo oltra quelli del Padre Natal [10] se serranno necessarij per conto del Viatico se pigliaranno come tali, et senon per tal conto se accettaranno molto uolontierj in elemosina como V. R. scriue alla quale rengratio in nome del Collegio.

L' andata delli Francesi [11] non intendiamo qui debbia esser causa de impedire il corso del Concilio, piu presto se temono altre cause [12],

---

[1] Canisius Dilingae die 30. Septembris, qui Sancto Hieronymo sacer est, apud academicos, qui Hieronymum patronum colebant, usitatam eiusdem laudationem recitavit; v. infra monum. 503. Quae sollemnitas simul initium anni scholastici esse solebat. [2] Vide Epistulas P. *Nadal* II 398.

[3] P. Balthasarem Hostovinum significat; de quo plura infra dicentur.

[4] *Polancus* Matritio scripsit 11. Octobris 1563, Societatis homines Roma in Germaniam missos Tridentum iam venisse, atque maiorem partem inde iam Oenipontem esse profectos (Epp. *Nadal* II 405 [4]); et *vel eodem die vel postridie: Hosium sua sponte 12 ducatos donasse, qui ipsis pro „ayuda de costas" essent (ex apogr. eiusd. temp. Cod. „V. P. 63" f. 267 [b]).

[5] Maguzzanum; v. supra p. 329. [6] Stotz; v. supra p. 297.

[7] Christophorus cardinalis Madrutius Romae degebat; cf. Epp. *Nadal* II 413.

[8] Ipso hoc die 12. Octobris; v. Epp. *Nadal* II 412.

[9] Ineunte a. 1560 Antonius Lorenzino sacerdos Romae cardinalis Ottonis „procurator" vel „fattore" erat (*Can.* II 362 465). Idem cardinalis sub m. Martium a. 1560 Lactantium Fusto „auditorem", Dionysium Miller belgam „sollicitatorem" suum romanum nominaverat (l. c. II 587 [2]). [10] Vide supra p. 342.

[11] „Coeperunt" post medium m. Septembrem „hinc migrare multi praelati, et praesertim galli taedio affecti prolixitatis hujus concilii, repugnantibus tamen legatis, aut saltem dissimulantibus": *Paleottus* l. c. II 667.

[12] Principes significat, qui reformari nolebant (*Paleottus* l. c. II 670).

se é pur risoluto in una congregatione generale fatta il Venerdj passato[1] che si facesse la sessione quanto prima se potessi et auanti Santo Martino[2] della[a] materia de matrimonio et 21 capi[b] della reformation[3]. et per espedir questo non si tratta ancora delli altrj capi, Non sarebbe poco se la Session si facessi di questo. Temesi qualche suspensione che pare la desiderano li principj, il Catalogo delli Fundatori[4] al presente non l habiamo a la mano, si mandara come si habia. Ad altre cose[c] non se responde perche si é scritto al Padre Natal[5]. N. P. etc. de Trento li 12 de Octobre 1563. Questo plico per il Prouincial de la inferior germania[6] V. R. per charita glielo faccia indrizzare.

Canisius Lainio respondit, ut videtur, 23. Octobris 1563.

966. OTTO TRUCHSESS DE WALDBURG, cardinalis et episcopus augustanus, PP. Hieronymo Natali et Petro Canisio S. J.

Maguzzano 16. Octobris 1563.

Ex Epp. *Nadal* (EN) II 415—418, in quas, ut earum editor dicit, epistula transcripta est „ex transumpto (A) coaevo, cum emendationibus manu P. Nadal exaratis“ in codice quodam, qui Societatis est, posito; in 4ª „transumpti“ pagina haec iam olim scripta sunt: „Exemplum epistolae cardinalis augustanj“ et: „Copia d'una lettera del cardinale di Augusta. 1563“ (l. c. 415 [1] 418).

Exstat etiam epistulae versio latina (B), saeculo XVII. vel XVIII. scripta (fortasse iam XVI. facta), in qua tamen omnia, quae inter epistulae primum caput (quod terminatur: „tutto il possibile“) et ultimi capitis partem posteriorem (quae incipit: „Preghouj, Padri Canisio, et Natale“) sunt, atque aliquot alia verba omittuntur. Cod. monac. „Lat. 1606“ f. 96.

Vehementer gaudet, Societatis homines iam Dilingam venire. Ministris, ne qua in re ipsis deessent, gravissime mandavit. Qui aedes atque, si opus erit, ipsius arcis episcopalis partem, pecunias, lectos, pannos, libros, alia iis providebunt. Ecclesiola collegii. Cardinalis postea Sociis bibliothecam propriam, ecclesiam, domum, hortum, reditum firmum tum Dilingae tum Augustae dabit. Hoc summum ipsius est studium. Patienter agendum et cardinali confidendum. Quem et iter hispanicum et concilii de seminariis decretum iuvabunt. Capituli cathedralis consensum ipse suo tempore impetrabit.

Reuerendi[d] in Christo[e] Padri, fratelli miei charissimi. Io non posso assai ringratiar' Dio, che uj[f] [?] habbi fatto questa gratia che per sua bontà e la charità del P. Laynez siano venuti[g] parte, et parte in uia tanti[h] santi, et sufficienti homini, per il collegio nouello della santa

a) Martino . Della *ap.* b) *Ap. perperam:* 21. capo*; cf. supra p. 343 et infra adnot. 3.* c) *Sequitur* se, *a libr. oblitteratum.* d) *In Epp. Nadal l. c. est* Rdi *et antecedit* 1., *ab editore illius libri additum. In B 7 prima vv. non sunt.* e) Xpo *A..* f) *Ita A; malim tamen ponere* mj; *id enim et cum ipsis rebus magis convenire videtur, et cum B, ubi hoc loco est* mihi. g) *In A ipse Natalis primum ex* uenuti *correxit* tanti, *deinde priorem lectionem restituit.* h) *In A ab ipso Nat. corr. ex* tenuti*; B:* tot.

[1] 8. Octobris. [2] Ante 11. Novembris.

[3] „Ut sessio habeatur intra 15 dies, in qua definiantur quae ad matrimonium et ad 21 articulos reformationum pertinent“: *Paleottus* l. c. II 670.

[4] Qui collegia „fundaverunt“, ex Constitutionum Societatis (P. 4, c. 1) praescripto plurimis sacrificiis et precibus a Sociis iuvari debent. Plura v. infra p. 366.

[5] Haec Polanci epistula, 12. Octobris 1563 data, exstat in Epp. *Nadal* II 409—413. [6] P. Everardo Mercuriano.

Compagnia a Dilinga. Dio benedetto nj[a] sia lodato. Solo me dole che io sia absente in questo principio perchè ui[b] [?] hauerebbe bastato l'animo di remediar' a molte cose, ma poichè io non posso per questa uolta uenjre, ho talmente congiurato et admonito li mei[c] principali, cioè il cancillier'[1] et il economo, che so che in ogni occorrenza faranno senza dimora tutto il possibile.

Prima[d] remediaranno alla strettezza della casa in più modi come lor' ho scritto di mia propria, di tal maniera, che mj confido che non debbjno mancare quanto han charo mia gratia, et spero che da qui inanzi li trouarete più prompti, ujuj et efficaci. Et, se ogni commodità, quello che non posso credere, mancasse circa le case; ho ordinato che diano a bastanza stantie nel castello[2], fin' che io possa prouedere.

Quanto[e] a denari, ho commesso al Rent Maistro[3] di Augusta di dare 208 fiorinj et al economo di trouar' quanti seranno possibile. Et per supplire il difetto del denaro, ho ordinato che dianno lètti, masserizze, tauole, banche, tele per camera, tauola, cucjna, et ogni minjmo bisogno a sufficienza perchè a loro non mancha modo di trouar' ogni cosa sopra di me. Ho anchora ordinato che dianno pannj per uestir' tutti di quella sorte che V. P. dimanderanno.

Quanto[f] alli libri, faranno uenire tutti li librj del collegio di Santo[g] Hieronimo[4], qual' sono poco manco di quelli del castello in theologia. Ma perchè il collegio della Compagnia habbi propria ljbraria, V. P. mj mandino una lista de tutti librj che loro giudicano esser' necessarij, et in Augusta faccjno proua quanto potessero costare: lassino poi il pensiero a me. S'altro bisogna, dicanolo allj mej doi deputatj il sopra nomjnato cancillero et economo, alli quali ho replicato tanto serio ordine che non credo maj che debbino mancare, o uero essere freddi. Pur' se fossero, V. P. mj informjno anchora me[h] [?].

Quanto[i] alla chiesa, bisogna contentarse di quella chiesiola di Santo[g] Hieronjmo, da basso la casa[5], consecrata; et si potria riaprire una porta in scontro la colonna tra laltare et il muro, come era de principio, acciochè possino intrare lj forasterj senza intrar' in casa. Subito finito mio viaggio[k] [6], et ho più modj con la gratia de Dio di far'

a) *Ita A; corrigendum videtur:* ne. b) *Ita A; malim tamen, similiter ac supra (v. p. 356, adnot. f), ponere* mi, *idque tum ob rem ipsam, de qua scribitur, tum ob B, quod habet:* Confiderem enim me multis rebus mederi posse. c) *In EN hic notatum est: „Haec septem verba praecedentia notata sunt a P. Nadal, linea subducta, et in margine numerus 1 ab ipso exaratus est. Eadem ratione in margine notata sunt numeris 1—8 ea, quae in epistola 329, qua huic respondit, sub numeris 2—9 posita sunt." Quae vide in Epp. Nadal II 434—437.* d) *In EN antecedit 2., ab editore additum.* e) *In EN antecedit 3., ut adnot. d) pag. 356 et adn. d) huius pag.* f) 4. Quanto *EN; cf. supra adnot. d) pag. 356.* g) Sto. *A.* h) *Sic A;* meglio? i) 5. Quanto *EN.* k) *Nescio an hic a librario antiquo aliqua omissa sint, ut* andrò à Dilinga *vel similia.*

---

[1] Christophorum Forstenheuser; de hoc et de „oeconomo" v. supra p. 328[3].

[2] In aedibus sive arce episcopali; episcopi augustani ea aetate Dilingae, quod oppidum etiam in rebus civilibus ipsis subiectum erat, habitare solebant.

[3] Magistro redditumm sive quaestori episcopali. [4] Vide supra p. 337.

[5] Cf. supra p. 337 347. [6] Iter hispanicum dicit; v. supra p. 333.

chiesa grande, casa, et giardino bastante, et de stabilir' l'entrata più che non ho promeso, e non solo a Dilinga, ma anchora in Augusta pur' che Dio mj concede gratia di tornar' al mio vescouato.

Dio[a] sa che io no ho altro fine, altro disegno, di tutta mia intentione, che di stabilir questi collegij, per li qualj metterò mia anjma, mio honore, mia robba, mia ujta, et mio sangue, et mj riporto più alli fatti che alli parole, et spero pur' che il principio del collegio di Santo[b] Hieronimo debbi far' fede di mio animo e uolere, qual adesso da poi così gran pagamento, e quasi tutto dellj debitj, poterò meglio eseguire che altre uolte, doue in le maggior' miej angustie ho fatto tanto principio[1]. Preghouj, Padri Canisio, et Natale, e rector'[2], che non intrate in diffidentia et desperatione; che habbiano pacientia: jo in uero non mancarò far le P. V. cognoscere che io li amo, osseruo, et ho più al cuore che cosa del mondo. Scriuetime[c] [?] spesso tuttj li bisognj, et non dubitate che farò rimediare più che desiderate. Io conosco molto bene il debito mio, et ho preso questa cosa sopra il cargo de la mia conscientia. Spero anchora che in questo viaggio trouarò anchora qualche soccorso[3], qual se mancarà, non mancano moltj modi che ho in mano, e anchora non sarà di poco momento la constitutione del concilio sopra li semjnarij[4]. State di bona uoglia, sperate in Dio, confidateuj in me liberamente, che uj hauerò tutti per fratellj [et][d] fjglolj; solo piglate in patientia questo principio, sopportate ogni cosa per il Signor Jesù et per la riduttione[e] di tante anime[f]. Non uj lassate sbiggotir[g] li murmurj, le male lingue, l'insidie, quale tutte sono indicij che il diauolo ha paura. Dio cj[h] [?] agiutarà, et portae inferi non praeualebunt[i] aduersus eam[5].

Quanto[k] al consenso de[l] [?] capitulo[6], credino a me, che io so di certo il modo che bisogna tenir con loro, et anchora non è tempo:

a) 6. Dio *EN.* b) Sto. *A.* c) *Sic A; corrigendum esse videtur:* Scriuetemi. d) *Sic ut suppleatur, et res ipsa, et B suadet; quod habet* Fratrum Filiorumque loco. e) *B, manifesto librarii vitio:* redactione. f) *Supplendumne* sedotte *vel* sedutte? *B certe habet:* tot animarum seductarum. g) *Supplendum esse dixerim* per. *B:* Ne vos murmurationes . . . terreant. h) *Ita A; num legendum* uj? *B:* Aderit vobis Deus. i) *Duo vv. sqq. desunt in B.* k) 7. Quanto *EN.* l) *Ita A; legendumne* del?

[1] Otto, quamvis episcopatus augustanus multorum a fide catholica defectione et motibus bellicis per protestantes concitatis, maxime bello smalcaldico a. 1546 et 1547 gesto, multis bonis spoliatus, et ipse episcopus tum expensis necessariis utilibusve, tum nimio suo aedificiorum novorum, sonorum, cantus, apparatuum amore in summas pecuniae angustias adductus esset, Dilingae collegium S. Hieronymi et a. 1549 instituerat et proximis annis multum amplificaverat. Romae autem Otto postremis hisce annis se continuerat non tantum, ut suum „Protectoris nationis germanicae" munus administraret, sed eo vel maxime, ut parcius ibidem vivendo aere alieno exiret (*Braun*, Bischöfe III 409—414. *B. Duhr* S. J., Die Quellen zu einer Biographie des Kardinals Otto etc., in „Historisches Jahrbuch" VII 184 185 202 203). [2] Cornelium Herlen a Rosenthal.

[3] Per Philippum II.; cf. *Duhr* l. c. 202. Similiter Otto paulo ante a Sigismundo Augusto Poloniae rege pecuniam pro novo hoc collegio petierat: vide quae sub ipsas has litteras dicentur. [4] De hac re vide supra p. 285 292.

[5] Mt 16, 18. [6] Cf. supra p. 334 341.

bisogna spettare mia uenuta, et lassate pur' far a me, perchè io non ho altro pensiero che del stabilimento di queste cose tanto necessarie per mia patria, quale uie di contjnuo alle sue sante orazione raccomando. Scritto a Magazano[a] [?], a dì di Santo[b] Gallo[1] 1563. Delle PP. VV. cordialissimo fratello, Il Cardinal di Augusta[c].

† Alli molto Reuerendi in Christo[d] come fratelli li Padri Natale et Canisio, della Compagnia di Jesù. Augusta[e].

Hae litterae notatu dignissimae sunt potissimum eo quod, quantopere cardinali Augustano dilinganum Societatis Iesu collegium cordi fuerit, ex iis intellegitur. Eodem studio incensus *Otto* Roma 6. Martii 1563 ad Sigismundum Augustum Poloniae regem (per Iulium Pogianum) scripserat: „Intelligo, jesuitas sodales esse omnium diligentissimos et peritissimos operarios in vinea domini . hoc planum est atque perspicuum omnibus . itaque ardeo cupiditate, prorsus incredibili, ut aliquando collegium instituam illius societatis Dilingae, ovesque, mihi commissas, illa custodia muniam, ne a finitimis lupis devorentur . sed, in maximo et studio hujus officii meo, et periculo gregis, mihi impedimento est angustia rei familiaris, hoc quidem tempore . quare . . . te oro et obsecro, ut regia tua liberalitate prosequi velis praeclarum hoc cogitatum meum Deo gloriosum, atque illi populo salutare". Ac quoniam ipse, ut quae Sigismundo regi Philippus II rex deberet, numerarentur, diligentissime elaborasset iamque, ut ea pecunia tribus pensionibus dissolveretur, inter reges convenisset, petere se, ut ex secunda vel tertia pensione regium eiusmodi donum sibi daretur. Eodem die Otto tribus etiam praecipuis aulae polonicae viris singulatim scripserat, ut petitionem illam apud regem adiuvarent (*Pogiani* Epistolae III 235—241). Cum autem haud multo post a Ioanne cardinale Morono, primo concilii tridentini praeside, ut rationes Germaniae iuvandae scripto complecteretur, rogatus esset, in litteris Roma 1. Aprilis 1563 ea de re ad eum datis: „Crederei ancora", inquit, „che V. S. Illustrissima non potesse con piu facilità remediare à tanti gravi disordini in Germania che con erettione di molti collegii della Santa Compagnia del Jesu et questa erettione non solo con l' authorità della Cesarea Maiestà et di prelati, ma ancora con procurar, che nel concilio quanto piu presto se ne facesse un decreto commettendo alli vescovi, capituli, prelati et conventi, che contribuissino delle lor mense pro rata di ciascuno certa perpetuata entrata . . . Io giudico questo per unico et necessario remedio" (*W. E. Schwarz* l. c. [v. supra p. 141] 34 35). Iuvant tandem ad eiusdem cardinalis consilia manifesta facienda et ad epistulam, quam supra proposui, illustrandam, quae idem *cardinalis Otto* Roma 2. Augusti 1563 Tridentum ad Martinum Rithovium, episcopum iprensem, de universitate sua dilingana collegioque Sancti Hieronymi scripsit: „Summa rationis et consilii mei spectabat huc, ut in reliquum tempus certa et uberrima doctrinae et institutionis subsidia collegio providerem . qua re multum diuque cogitata, vocatis ad deliberandum piis et prudentibus viris, aliquando illa placuit sententia, ut ex jesuitarum societate magistros collegio adhiberem . sunt enim illi homines, ut scis, in primis religiosi, et ad docendum apti; habent usum et artificium quoddam insti-

a) *Sic A; scribendum fuisse censeo* Maguzano. *V. supra p. 329.* *b*) Sto. *A.* c) Il Cardinal di Augusta *EN.* d) Rdi. in Xpo. *A.* e) *Hoc v. in B deest.*

[1] Significatur Sanctus Gallus abbas, monasterii sangallensis primus auctor, qui 16. Octobris et in Martyrologio romano commemoratur et antiquitus in dioecesi augustana colitur (*Ant. Lechner,* Mittelalterliche Kirchenfeste und Kalendarien in Bayern, Freiburg i. Br. 1891, 255. *I. E. Stadler,* Vollständiges Heiligen-Lexikon II, Augsburg 1861, 348), non Sanctus Gallus episcopus arverniensis (Auvergne), cui Kalendae Iuliae sacrae sunt; ineunte enim m. Iulio Otto Romae erat, non Maguzzani; v. *Pogiani* Epistolas III 324—327.

tuendi juventutem . qua re fit, ut Romae et multis praeterea in locis magna ad eos multitudo confluat, studiorum causa: et, quod caput est, non deest illis copia magistrorum; ut hoc consilio et adjumento non solum in praesens tempus, sed in perpetuum, quod ad id attinet, collegio divi Hieronymi consultum putem . nec vero verendum est, ne illi hoc onus non sustineant, qui majora perferre consueverint, aut, qui perturbatam saepe religionem christianam disciplinamque restituerunt, ne praeclara aliorum instituta egregie non prosequantur . quare, quam doctoribus dilingensibus adhuc summam tribui laudem fidei, officii ac diligentiae, hac ipsa in eodem illo munere obeundo jesuitas spero fore dignissimos" (*Pogiani* Epistolae III 344—346).

Cardinali Canisius sub 30. Octobris, Natalis 5. Novembris 1563 rescripserunt.

967. CANISIUS **IACOBO LAINIO,** praeposito generali Societatis Iesu.
Augusta Vindelicorum 16. Octobris 1563.

Ex epistularum Polanci apographis, eodem tempore scriptis. Cod. „V. P. 63" f. 319[b] 331[b].

De „Litteris Indicis" in Germania magno cum animarum fructu vulgandis.

Polancus nomine Lainii Tridento 25. Octobris 1563 Canisio scripsit: „Riceuette N. P. quella di V. R. de .16. del presente". Atque haec Canisii epistula, ut ex iisdem Polanci litteris haud difficulter colligitur, significatur a Polanco Tridento 2. Novembris 1563 de „Litteris Indicis", Romae a P. Fulvio Cardulo S. J. latine redditis, quae Dilingae excudebantur (v. infra monum. 576), Romam ad P. Matritium scribente: „De Alemanna ce auisa il Padre Canisio che le due lettere tradotte per il P. Fuluio gia uanno in stampa, et spera molta edificatione et desidera hauer altre de mano in mano per stampare". Quae Canisius Augusta scripsisse videtur; cum enim eum 17. Octobris 1563, quae erat Dominica XX. post Pentecosten, Augustae contionatum esse certum sit (infra monum. 441), cum etiam 16. Octobris confessionum excipiendarum, contionis parandae etc. gratia Augustae fuisse satis certum est. Ceterum, cum Canisii epistula perierit, vide Polanci ad ipsum litteras, quas modo dixi; his enim Lainius Canisio rescripsit.

968. CARDINALIS **STANISLAUS HOSIUS,** unus ex concilii tridentini praesidibus, episcopus varmiensis, CANISIO.
Tridento 19. Octobris 1563.

Inscriptioni litterarum Canisii 7. Octobris 1563 Tridentum ad Hosium missarum (supra p. 350) ibidem manu eiusdem temporis adnotatum est: „Resp. [= Responsum est his litteris] 19 octobris". Hosii epistula perisse videtur.

Canisius Hosio rescripsit 29. Octobris 1563.

969. **P. IOANNES DE POLANCO,** secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO.
Tridento 19. Octobris 1563.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine epistulae, eadem manu: „P. Canisio"; in marginibus duorum „Postscriptorum", eadem prorsus manu: „P. Canjsio", „P. Canisio". Cod. „V. P. 63" f. 298[a] 299[a] 299[b].

Iacobus Sekler et Paulus Hetzcovaeus, Canisii socii augustani. Pecuniae pro collegio dilingano paratae et parandae. P. Natalis. Socii Roma missi. Placuit, quod Canisius Dilingae maiorem rationem habuit honoris Societatis servandi, quam domus cuiusdam accipiendae. Lainius cum cardinale non paciscetur, antequam Natalis, quid Dilingae notaverit, ad ipsum rettulerit. Romanis Sociis germani, quicquid pro viaticis debebant, iam solvisse videntur. Rumores de motibus bellicis adversus Herbi-

polim et Bambergam concitatis. Villalpandus. Libri. In concilio magna adhibetur diligentia; sessio proxima et fortasse ultima. Cardinalis Lotharingus. Collegium germanicum. Scripta Sociorum coloniensium.

Pax christi.

Riceuette N. P. quelle di VR. di 9. del presente et hauemo inteso che Jacobo[1] li è stato lascjato et tolto il Padre Paulo[2] per Monachio, se pur l' opera de alcun sacerdote come lui fosse necessaria in Augusta V. R. potra trattare col Padre maestro Natal de hauere un altro ò luj istesso.

Circa il Collegio de Dilinga scriue VR. che sarrebbono in ordine 200. fiorini per spendere nelle cose necessarie[a], 300. almeno ci haueuano scritto et se accadera piu mostra il Cardinal non uoler mancare, et gia crediamo si trouara in Dilinga il Padre maestro Natal quando arriuara questa et pero si mandano in Augusta le lettere per lui . VR gliele farra hauere[3].

Delli suppositi mandatj et la distributione di quelli dal medesimo Padre credo sera V. R. informato. Si è fatto quel che si è potuto di Roma et spero bastera conla gratia de Jddio che ha de supplire nostri mancamentj . il modo che V. R. ha hauto di procedere conli mastri de Dilinga per leuar le suspitioni etc.[b] a N. P. non ha dispiaciuto et anche non hauera occasione il Cardinal di dolersi per che la casa del bruno bo: me: non si perdera per tal conto[4] et pare che era giusto che V. R. tenesse piu conto col bon nome della Compagnia che con lo interesse di quella casa . si è riceuta la copia di quello Jnstrumento[5] conle annotationi del Padre Maestro Natale et pur si differira quanto si potra la conclusione di questo negotio insino à tanto che il Padre Maestro Natal trouandosi presente alle cose de Djlinga scriua se altro li parera oltra quello che gia ha notato ouero in presentja lo dica se tornara in queste bande prima che il Cardinal de

a) necie *ap.* b) *Sequuntur vv.* a nostro, *a libr. oblitterata.*

[1] Iacobus Sekler; v. supra p. 306 318. *Lainius* per Polancum Natali scripserat Tridento 30. Septembris 1563: „De Jacobo que se disegnaua para procurator, quando V. R. haya oydo al mesmo y al P. Canisio, haga lo que más le parecere conuenir in Domino.“ Et 12. Octobris 1563: „Se ha uisto la resolutión che V. R. ha tomado del restituir al P. Canisio su Jacobo, y de embiar al P. Vendelino para ayudar al P. Victoria. N. P. no tiene que dezir, sino aprouar lo que hiziere en este“ (Epp. *Nadal* II 400 412).

[2] P. Paulus Hetzcovaeus (Haudscover), nisi fallor; hic Landishuti (Landshut in Bavaria inferiore) sub a. 1534 natus, Romae ex collegio germanico (*Polancus,* Chronicon VI 403) a. 1555 ad Societatem transgressus, ibidem a. 1556 eiusdem vota nuncupavit; deinde per aliquot annos magistrum egit Ingolstadii (* *Catalogi* Sociorum veteres, in Codd. „GSC 66“ f. 413[a] et „G. C. 67“ p. 202 208); quo a Sancto Ignatio ad collegium incohandum m. Iunio 1556 cum primis Sociis missus erat (*Pachtler* l. c. I 350). Postea Halae in Tiroli Magdalenae et Helenae, Ferdinandi I. imperatoris filiabus, a sacris confessionibus fuit; cf. *Duhr,* Jesuiten an Fürstenhöfen 82—84.

[3] Vide, quae sub ipsas has litteras dicentur. [4] Vide supra p. 318 347.

[5] Litterarum fundationis collegii dilingani; v. supra p. 312—313 347.

Augusta si parta per Spagna, ringratiamo V. R. della Charita usata in mandar à Roma quelli 200. ducadi, ben crediamo che per conto de Viaticj le prouincie de Germania non serranno debitricj de niente piu à Roma massime considerando lo agiuto che han dato al Padre Oliuerio[1], si uedera pur il conto chiaro della spesa et se serra piu quello che ha riceuto Roma che quello che ha dato lo riceuera in elemosina como V. R. scriue.

P. Theobaldum[2] *Brixina revocabimus.* Si son intesi di qua li tumultj delli soldati in Herbipoli et Pamberga et quantunque pare la Maesta Cesarea habia mandato ad aduisare che non ce è da temere per conto del Concilio desideriamo che le Citta catholice etiam remote dj qua siano liberate de tali incursionj et molestie[3]. V. R. ci auisi di quello che sapra.

La lettera per il D. Villalpando seli é data, et si aspettara quella cassa de librj mandatj che non deue essere ancora arriuata[4].

Del Concilio poco ce è di nouo de scriuere senon che pare usano assai fretta in accommodare li Canoni et decretj per la 8.ua Sessione et non perdonano alle fatiche matina et sera, per la festa de Santo Symone et Juda[5] pensano molti si potra fare la Sessione, et alcunj credono serra l' ultima[6]. non uedo pero cosa ferma insino adesso, gia dicono é partito di Roma il Cardinal di Lorena per tornare in queste bande, potria essere che lui si ritrouasse alla sessione, N. P. et li altri ci trouamo con mediocre sanita et ci ricommandiamo tutti molto nelle orationi etc. de Trento li 19 de octobre 1563.

Jl superintendente del Collegio germanico escriue el capitulo que aqui ua et à N. P. pare habia ragione[7].

---

[1] Vide supra p. 353. [2] Stotz; v. supra p. 355.

[3] De eodem rumore *Polancus* Tridento 4. Novembris 1563 Romam ad P. Matritium scripsit: „Los soldados . . . tomaron á Herbipoli y Bamberga . . . á lo que entendemos . . . robaron y creo destruyeron los templos y lo que les pareció, de las çiudades" (Epp. *Nadal* II 462[2]). Ac reapse Guilielmus de Grumbach, ex Franconiae equitibus, protestans, quo vel auctore vel adiutore a. 1558 Melchior Zobel, episcopus et princeps herbipolensis, iugulatus erat, m. Septembri 1563 in Saxonia, Ioanne Friderico „medio" duce probante, milites collegit et 4. Octobris 1563, fracta pace publica, Herbipolim, Friderico de Wirsberg episcopo absente, occupavit, misere expilavit, ad ignominiosas prorsus condiciones accipiendas compulit. Neque dubium est, quin aliqui ex militibus illis, praesertim postquam Grumbach sub 8. Octobris exercitum dissolverat, etiam in episcopatum bambergensem, qui herbipolensi finitimus est, irruperint; ipsa urbs (Bamberg) capta non est (*Jo. Pet. Ludewig*, Geschicht-Schreiber von dem Bischoffthum Wirtzburg, Frankfurt 1713, 935—945. *Janssen* l. c. IV 240—244. *M. Ritter*, Deutsche Geschichte im Zeitalter der Gegenreformation und des dreissigjährigen Krieges I, Stuttgart 1889, 233—234. *Häberlin* l. c. V 609—634).

[4] Cf. supra p. 350. [5] 28. Octobris. [6] Neutrum effectum est.

[7] „Capitulum" hoc ex litteris a P. Goissonio ad Lainium vel ad Polancum datis exscriptum esse videtur; quid autem Goissonius scripserit, ex Canisii epistula 30. Octobris 1563 data colligi potest.

Qui ua un plico per Colonia doue se rimandano certi scritti di quelli che si mandorno accio si uedessino qua et per inaduertentia restorno fra li scritti del Padre maestro Salmeron[1]. *Praeterea epistulas quasdam huic adiungo.*

Una cum hac epistula, ut ex eius exordio (supra p. 361) intellegitur, a Polanco Augustam ad Canisium missae sunt litterae P. Natali destinatae; quae, eodem illo die 19. Octobris 1563 a Polanco nomine Lainii datae, vulgatae sunt in Epp. *Nadal* II 418—422. Atque Polancus scribit, se iis adiungere apographum litterarum a P. Edmundo [Augerio S. J.] ex Gallia ad Lainium missarum, quod a Natale cum Sociis provinciae Germaniae superioris communicandum sit.

Canisius Lainio rescripsisse videtur 30. Octobris 1563.

970. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu. Augusta Vindelicorum 23. Octobris 1563.

Ex litterarum Polanci apogr. eod. temp. scripto. Cod. „V. P. 63" f. 332ᵇ.

Polancus nomine Lainii Tridento 2. Novembris 1563 Augustam ad Canisium scripsit: „Riceuette N. P. quella de V. R. de 23. del passato". Epistula perisse videtur; de qua vide Polanci epistulas 2. Novembris 1563 datas ad Canisium, infra p. 373, et ad Natalem, in Epp. Nadal II 430—433; his enim epistulis Lainius ad ea, quae Canisius scripserat, respondit.

Canisius 21. Octobris Dilingae sollemnibus collegii Societatis initiis adfuerat (v. infra monum. 506); cum autem eum 24. Octobris 1563, quae erat Dominica XXI. post Pentecosten, Augustae in ecclesia cathedrali contionatum esse constet (v. infra monum. 506), satis certum est, eum 23. Octobris iterum Augustae fuisse.

971. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO.
Tridento 25. (26.?) Octobris 1563.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „P. Canisio". Cod. „V. P. 63" f. 319ᵇ—320ᵃ.

Canisio Dilingae cum P. Natale de rebus collegii etc. agendum. Canisii iudicia de libris quibusdam in „Indice" prohibitis. Pactio dilingana. P. Jaën. Novus scriptor Canisio providendus. Ambrosius Sanctinus et Stephanus Kreitzler. Litterae Indicae Dilingae excuduntur. Andrada et Fontidonius adversus protestantes scribunt. Relationes de Herbipolensibus et Bambergensibus magna cum bonorum iactura Grumbachii iugo exutis. Concilii suspensio et finis; sessio proxima. Lainio Sociorum epistulae Augusta allatae gratis traduntur; quibus externorum epistulae includendae non sunt.

Pax christi.

Riceuette N. P. quella di V. R. de .16. del presente et serra tanto piu breue la risposta per che si trouara il Padre maestro Natal presente in Dilinga colquale trattara V. R. molte delle cose che bisogneria scriuerli in risposta della sua et de un certo scritto che ci hanno mandato de Jspruc, nel qual si descriue il stato delle cose de Dilinga[2]. Si è riceuuto anche quel catalogo che V. R. scrisse sopra quelli librj prohibitj delli quali haueua hauta notitia[3], et per che N. P.

---

[1] Cf. supra p. 241 248. [2] Vide supra p. 353. [3] Vide supra p. 354.

l ha ritenuto[a] non potro dir altro senon che quando de alcun altro libro delli scrittj si potessi intendere leggendo alcuni uersi dj esso che sia heretico si potria anche dar aujso à Nostro Padre.

P. Natali de variis rebus scripsimus[1].

De collegio dilingano cum cardinale paciscemur, cum P. Natalis redierit.

ben fece V. R. de mandare Ambrosio Pollono in Jngolstadio, per agiutarsi nel spiritu[2], et si potra trattare col medesimo Padre Natal de hauer un altro agiuto, pareuame hauer inteso che stephano quel che é alquanto indisposto[3] è mediocremente bon scrittore, non so pero se li seruira la sanita ò hauera le altrj partj accio necessarie.

De P. Ferdinando Jaen[4] *R. V. cum P. Natale aget.*

ci e stato grato intendere se stampassino quelle .2. lettere Jndice[5], et si scriuira al Padre Fuluio[6] che uada mandando alcune altre come le andara traducendo.

L' opera del D. Portughese contra Kemnitio[7] gia intendiamo ua al fine . scriuono anche il D. Fontidonio, et il D. Villalpando contra certi altri trattati delli hereticj qua mandatj[8]. Ci rallegramo che sia liberato lo Herbipolense dellj Jnimicj quantunque ci dole del danno che han fatto alle chiese et citta[9], et qua si era inteso che con gran

a) ritenuta *ap.*

[1] Vide, quae sub ipsas has litteras dicentur.

[2] Hic, ut ex Canisii litteris 6. Novembris 1563 ad Lainium datis intellegitur, Augustae Canisii scriptorem egerat et Ingolstadium, ut sacris exercitiis, quae vocant, Sancti Ignatii a Societatis hominibus excoleretur, a Canisio missus est. Ipse Ambrosius sub hoc tempus Natali scripto affirmavit, gentilicium sibi nomen esse „Sanctini"; se fere 24 annos natum, „silesium", m. Martio a. 1562 Vindobonae in Societatem admissum, postea „Pragae, apud collegiales; sed non per integrum annum" versatum esse (Epp. *Nadal* II 535). Atque equidem conicio, eum non esse alium, quam illum „Ambrosium Sauchin", quem exeunte a. 1564 Praga in Varmiam, quod polonice sciret, cum primis Sociis collegii braunsbergensis missum esse tradunt (*Eichhorn,* Hosius II 177).

[3] Stephanus Kreitzler S. J.; de quo vide supra p. 256[5] 277.

[4] De hoc v. *Can.* III 227[4] 309.

[5] Evulgatae sunt ipso hoc anno 1563 Dilingae; vide infra monum. 576.

[6] Cardulo S. J. [7] Andradae „Orthodoxae Explicationes".

[8] Petri Fontidonii oratio in concilio nomine Philippi II. pro comite Lunensi, eius oratore, habita et latina et castellane versa Compluti a. 1564 vulgata est; vulgatae etiam sunt postea Salmanticae, Antverpiae etc. aliquot aliae eiusdem Fontidonii orationes et contiones (*Nic. Antonius* l. c. II 195). Venetiis autem apud Donatum Bertellum a. 1564 in lucem prodierunt Villalpandi „Disputationes adversus protestationem XXXIV. Haereticorum Augustanae Confessionis" (l. c. I 522). Quam „Protestationem" Canisius Tridentum miserat; v. supra p. 188. Postea (Lovanii 1567, Parisiis 1667) etiam typis exscriptae sunt tridentinae eiusdem orationes „De Primatu Petri et Romanae Sedis" et „De non indulgendo Germanis usu Calicis" etc. (l. c. I 522).

[9] Urbem Herbipolim plus 200 000 milia florenorum amisisse ipse Grumbach, qui eam expilavit (v. supra p. 362[3]), professus est; Ludovicus comes nassoviensis bona a Grumbachio eiusque sociis Herbipoli ablata plus 1 100 000 florenorum valuisse rettulit (*Janssen* l. c. IV 244).

summa de dinarj si haueua liberato il Vescouo et Citta de Herbipoli et Pamberga per[a] [mezzo][b] de accordo[1], De suspensione del Concilio si parla manco adesso che prima, et anche si dubita del fine de un modo ò de altro quando sera. Dio N. Signor lo indrizzi à magior gloria sua. La Sessione octaua tuttauia si aspetta in breue. N. P. P. et li altri tutti etc. de Trento li 25.[c] [?] de octobre 1563. N. P. mi disse dessi auiso de non mandarcj facilmente lettere de altrj di fora della compagnia dentro delli plichi che uengono à Noi per che ci fanno gratia del porto per nostre lettere[2], ma per quelle de altrj non crediamo lo farrebbono uolontierj, quando[d] non si potessi pero conuenientemente scusar V. R. de accettar alcune le potra anche mandare.

In apographo, quo usus sum, huic epistulae dies 25. Octobris ascriptus est; Canisius vero in litteris Augusta 6. Novembris 1563 datis, quibus ad hanc epistulam rescripsit, eam 26. Octobris datam esse affirmat. Consueverat certe Polancus Augustam diebus Martis, quibus tabellarii „ordinarii" eo proficiscebantur (v. supra p. 333[2]), scribere; cf. supra p. 9 19 27 etc.; ea autem hebdomade is erat d. 26. Octobris. Fortasse tamen epistula d. 25. scripta, 26. tabellario tradita est.

Ex hac epistula hoc quoque intellegitur: Epistulae a Canisio ad Lainium datae Augusta Tridentum gratis et sine mercede perferebantur. Quod beneficium in Societatem conferebatur ab illustrissima familia „Taxis", quae etiam nunc in Germania floret. Tridenti Laurentius Bordogna de Taxis (v. supra p. 35[1]), Augustae aliquis alius ex eadem familia „de Taxis" (Georgius, ut videtur) caesarei „magistri postarum" erant (*J. Rübsam*, Taxis 199 201). Similiter Mathias (alii: „Matthaeus") de Taxis, quem annis 1546/47 et 1553 Ferdinandi I. „magistrum postarum" fuisse constat (*Rübsam* l. c. 16[6]; *Polancus*, Chronicon III 250), Sancto Ignatio „obtulit, ut litterae Societatis, licet tam multae essent ut equum integrum onerarent, nihil prorsus soluerent litterarum latori et ad id scripsit Magistro Joanni Antonio de Tassis, qui Romae magister postarum erat, et ab eodem obtinuit ut, quae ultro citroque mitterentur litterae Societatis, sine ullo pretio nostris darentur; quia dicebat se propter nomen benedictum, quo Societas utebatur, scilicet, nomen Jesu [id facere] . . . Et usque in hodiernum diem cum viginti anni sint elapsi, hoc beneficio illius fruitur Societas": Ita sub a. 1573 *Polancus*, Chronicon III 250; cf. etiam librum „Epistolae mixtae, ex variis Europae locis ab anno 1537 ad 1556 scriptae, nunc primum a *Patribus Societatis Jesu* in lucem editae III, Matriti 1900, 181—182. Ioannes Antonius a Taxis Romae fere ab a. 1541 ad 1558 Caroli V. caesaris, deinde usque ad mortem († 1580) Philippi II. Hispaniae regis „magistrum postarum" agebat (*J. Rübsam* in „Historisches Jahrbuch" XXI 51). Una cum his litteris Canisio missa est epistula a *Polanco* Lainii nomine Tridento 25. Octobris 1563 ad P. Natalem visitatorem data; quae excusa est in Epp. *Nadal* II 424—428. Ex iis, quae Polancus scribit, ad Canisium haec potissimum spectant: „Andando il vescouo di Montalcino [Francesco Maria Piccolomini] dal cardinal [Augustano], se li dette in memoria il domandar prestati li libri che tiene in Ingolstadio, et ci ha fatto rispondere che si dia una lista delli libri conuenienti per il collegio nostro [di Dilinga], et che quelli se pigliaranno della detta libraria, o de altra banda, o si compraranno. Non so la

a) Pamberga . per *ap.* b) *Hoc ut suppleatur, res ipsa, puto, exigit; vide adnot. 1 huius pag.* c) *Ita ap.; legendumne* 26.? *Vide quae proxime sub has litteras dicuntur.* d) uando *ap.*

[1] Herbipolenses quidem pactionem fecerunt, qua Grumbachio sociisque plurimae pecuniae promittebantur; sed Ferdinandus I. imperator eam irritam esse iussit (*Häberlin* l. c. V 620—634). Civitatem autem vel episcopum bambergensem similiter cum Grumbachio pactos esse compertum non est.

[2] Confer, quae sub ipsas has litteras dicuntur.

causa perchè non uol mandar tutti quelli: sarà forsa per tener qualche respetto al capitulo, et perchè alcuni libri non sono per noi necessarii. V. R. potrà ordinar si faccia detta lista. .•. . Qui ua una lista delli fundatori, secondo che qua di nouo si è fatta. V. R. potrà ordinar' si dicano le messe et orationi per quelli fundatori fra li notati in detta lista che li pareranno non hauer difficultà; et, se hauerà difficultà circa alcuni punti, scriua il suo parere circa quelli, o lo dirrà de parola alla sua ritornata" (l. c. II 427—428). De libris illis ingolstadiensibus vide supra p. 337 347 et infra p. 378. De precibus etc. pro fundatoribus faciendis *Can.* III 353.

Quod ad * „*Catalogum* fundatorum" (cf. supra p. 356) attinet, hic in Cod. „XV. A" exstare videtur, collegio tamen Societatis oenipontano accommodatus; nam eum, qui illic f. 36 comparet (manu eiusdem fere temporis transcriptus), catalogum oenipontanum post m. Februarium 1563, ante m. Decembrem 1563 compositum esse ex eo intellegitur, quod in eo significatur, cardinalem Mantuanum obisse († 2. Martii 1563; v. supra p. 109), non significatur, cardinalem Augustanum collegium dilinganum condidisse; pro quo sacra etc., quae pro fundatoribus a Societate facienda sunt, m. Novembri 1563 iussa esse fieri, ex Polanci litteris 29. Novembris 1563 ad Canisium datis patet [1]. Catalogum igitur propono; quem in codicem illum ex exemplo collegio oenipontano (per Natalem?) destinato transcriptum esse prima apographi verba ostendunt.

Ihesus.

Fundatores Collegiorum Societatis Iesu pro quibus Collegium Oenipontanum debet suffragia.

In Prouincia Portugaliae et transmarinis.

1. Archiepiscopus Bracharensis [2], qui Bracharae Collegium instituit, et dotauit: uiuit etiam nunc.
2. Dux Bragantiae, qui in sua Ciuitate Collegium instituit et dotare coepit, simul cum Episcopo Mirandensi [3]: uiuit etiam nunc: pro utroque simul fiant suffragia quae pro uno Fundatore fieri solent.

In reliquis Collegijs.

In Prouincia Castellae et Regni Toletanj.

3. In Oppido Metimnensi [4] Dominus Petrus Quadratus cum Coniuge Fundatores sunt et uiuunt adhuc, et indies augent coeptum opus.
4. In Ciuitate Abulensi [5] Patri Ludouico de Medina uiuentj et eius Fratrj defuncto, licet pleni fundatores non extiterint uiuis et defunctis tanquam uni praestanda uidentur.

In Prouincia Bethica.

5. In Oppido de Montilla Domina [Catharina] [a] [?] de Cordoua, Marchionissa de Pliego Fundatrix fuit, adhuc uiuit.
6. In Oppido de Trigueros, fundator adhuc uiuit, qui est Dominus Franciscus de la Palma.

a) *Vel hoc v. vel* Fernandez (Fernandia), *vel utrumque supplendum est hoc loco; in ap. lacuna huius fere magnitudinis comparet. De fundatrice v. Sacchinum Hist. S. J. II, l. 2, n. 135.*

[1] Dixerit quis, catalogum ante m. Iulium a. 1563 conscriptum esse, quia in eo nominatur „Prouincia Bauariae et Austriae", m. autem Iunio 1563 constitutum est, ut Bavaria (Germania superior) et Austria duae essent provinciae distinctae; at etiam comparet „Prouincia Castellae et Regni Toletanj", cum has duas provincias iam a. 1562 separatas esse constet; cf. supra p. 280 [1].

[2] Venerabilis Bartholomaeus de Martyribus Ord. Praed., archiepiscopus bracarensis (Braga).

[3] Theodosius I. dux brigantinus et Antonius Pinerius episcopus mirandensis (Miranda) collegium hoc (Bragança) condiderunt.

[4] Medina del Campo. [5] Avila.

In Prouincia Galliae.

7. Dominus Franciscus Tornonius, Cardinalium Decanus iam defunctus, Tornonensis [1] Collegij Fundator est.

In Prouincia Inferioris Germaniae.

8. Moguntinj Collegij Fundator Archiepiscopus Elector [2] adhuc uiuens, sed non dum stabiliuit Collegium.
9. Eadem est ratio Treuerensis [3].
10. Eadem Cameracensis [4] qui omnes uiuunt.

In Prouincia Bauariae et Austriae.

11. 12. Dux Albertus [5] Fundator est Collegij Ingolstadiensis et Monachiensis, et dupplicia ei debentur adhuc uiuentj suffragia.
13. 14. 15. 16. Imperator Ferdinandus Fundator quattuor Collegiorum, Viennensis, Pragensis, et OEnipontanj, et Tirnauiensis et quadruplicia suffragia eidem debentur uiuentj.

In Prouincia Longobardiae.

17. Dominus Ioannes Petrus Aleottus Episcopus Forliuiensis [a] [?] [6] Collegij Fundator est in sua Ciuitate, et ei uiuentj debentur suffragia consueta.
18. Philibertus [7] Dux Sabaudiae Fundator est Collegij Montis Regalis [8], uiuit.
19. Dux Ferrariae Hercules, Ferrariensis [b] Collegij Fundator est, debentur ei [c] suffragia quae defunctis Fundatoribus.
20. Cardinalis Mantuanus [9] in Testamento reliquit necessaria ad fundandum Collegium Mantuae, et licet nondum sit coeptum, debentur ei suffragia quae defunctis fundatoribus.

In Prouincia Tusciae.

21. Perusinj [10] Collegij Fundator est Dominus Fuluius Corneus Cardinalis Perusinus uiuens.
22. Lauretanj Collegij Fundator est D. Rodolphus Pius Cardinal. Carpensis Decanus defunctus, licet dubitari possit, an potius Papa Fundator [11], uel Nullus praeter B. Mariam [12].
23. Collegij Florentinj Fundatrix est Ducissa Florentiae defuncta [13].

In Prouincia Romana.

24. Turritanj [14] Collegij in Sardinia (quod nunc est sub Romana Prouincia) Fundator est Dominus Alexius Fontana, uita defunctus."

Repeto, quod aliqua ratione iam supra p. 366 significavi: Non proponitur indiculus omnium, quotquot a Societatis Iesu initiis ad a. 1563 collegia fundarunt, sed illorum tantum fundatorum, pro quibus vel viventibus vel mortuis a collegio oenipontano „suffragia" facienda esse censebat, qui indiculum composuit, sive Lainius is erat, sive Polancus, sive Natalis. Collegium autem oenipontanum, a. 1561 in-

a) *Sic ap.; sed legendum videtur* Foroliuiensis. b) Ferraiensis *ap.* c) *Sequitur* tamen, *a libr. oblitteratum.*

[1] Tournon. [2] Daniel Brendel ab Homburg.

[3] Ab Ioanne von der Leyen (a Petra) archiepiscopo et electore instituti.

[4] A Maximiliano a Bergis, episcopo cameracensi (Cambrai) incohati.

[5] Albertus V. ipso anno 1563 collegia haec, quae a. 1556 et 1559 incohata erant, dotavit; v. infra monum. 525. [6] Forli. [7] Emmanuel Philibertus.

[8] Mondovi. [9] Hercules Gonzaga; v. supra p. 366. [10] Perugia.

[11] Pius IV.; cf. *Sacchinum,* Hist. S. J. II, l. 5, n. 119.

[12] Socii lauretani confessionibus excipiendis et sacrae eucharistiae ministrandae sedulam navabant operam in templo illo Beatae Mariae Virgini sacro; quae iis nonnunquam mira prorsus ratione victum subministrasse tradebatur; vide *Sacchinum* l. c. l. 1, n. 94—96. [13] Eleonora Toletana. [14] Sassari.

cohatum, 1562 institutum, nec suffragia viventium fundatoribus, qui iam aliquanto ante fundationem absolverant, nec suffragia vel viventium vel mortuorum fundatoribus iam aliquanto ante vita functis (ut Ioanni III, collegii conimbricensis fundatori a. 1557 mortuo) debuisse videtur.

Canisius Lainio rescripsit 6. Novembris 1563.

972. CANISIUS CARDINALI **STANISLAO HOSIO**, uni ex concilii tridentini praesidibus, episcopo varmiensi.

Augusta Vindelicorum 29. Octobris 1563.

Ex archetypo, quod Canisius sua manu subscripsit (2°; 1 p.; in p. 4. inscr. et sig.). Cod. goth. „E. H. 2" f. 163 et sq. non sign.

Epistulam ex archetypo primus evulgavit *Cyprianus* l. c. 331—332. Eadem usus est *Eichhorn* l. c. II 138.

Novae editiones „Confessionis" hosianae. Centuriatores cum Ebero, Maiore, aliis altercantur. Difficile est libros Augusta missos Tridentum transvehere. Pestilentia Germaniam „purgat". Grumbachii sacrilegium herbipolense. Comitia confoederatorum landsbergensium. Concilii res parum prosperae; procerum discordiae. Clementis Romani libri (Constitutiones apostolicae).

† Pax[a] Christi nobiscum Jllustrissime Domine Patrone.

Mitto annotationes acceptas Antuerpia[1]. De noua editione confessionis nihil nunciatur, et cupio tamen illam extare, ut crassior character pluribus inseruire possit[2]. Ex nundinis[3] importari opus iam excusum non uideo. Centuriatores uero nescio qua de causa non progrediuntur[4]. Satis habent pugnae fortassis cum Paulo Hebero, Georgio Maiore et mollibus alijs Lutheranae sectae Philosophis, quos acriter illi coeperunt impetere, ut stoicum rigorem obtineant, et nunquam a contradicendo cessent[5]. Mire contentiosum hoc hominum genus esse

a) *Hoc v. et 5 sqq. apud Cypr. non sunt.*

[1] Hae fortasse de libris Hosii erant, qui, Henrico Dunghen canonico curante, Antverpiae apud I. Stelsium excudebantur; v. supra p. 114[7] 143.

[2] Cf. supra p. 301 336.

[3] Nundinas librorum francofurtenses dicit; v. supra p. 335.

[4] „Ecclesiasticae Historiae . . secundum singulas Centurias" a Flacio Illyrico, Ioanne Wigando, Matthaeo Judice, aliis Magdeburgi incohatae tres primae Centuriae a. 1559, quarta 1560, quinta et sexta 1562 in lucem prodierant; secutae septima et octava anno 1564; plura v. in *Can.* III 29.

[5] Ita v. g. vulgata erat a. 1562 Ratisbonae Flacii et Galli „Pia et necessaria admonitio de cavendis crassis, et plus quam papisticis erroribus Georgii Maioris", a. 1563 s. l. „Disputatio de originali peccato et libero arbitrio", inter M. Flacium Illyricum et Vict. Strigelium publice Vinariae a. 1560 habita (curante S. Musaeo?), item a. 1563 (Basileae?) Flacii „De justicia christiana, sive Justificatione, et nova obedientia, Disputatio", item a. 1563 s. l. Flacii „Erzelung: wie der hochwichtige vnnd langwierige Religionsstreit Victorini in Thüringen endlich geschlichtet worden sey . . Jtzo vonn newem mit Fleis corrigirt" etc. (*Preger* l. c. II 541 561 563). Ac cum Paulus Eber, „pastor" vitembergensis et theologiae protestantium in ea universitate professor, libro de cena eucharistica edito („Vom heiligen Sacrament des Leibs und Bluts unsers Herren Jesu Christi. Unterricht und Bekentnis" etc. „Witteberg 1562"; iterum ibidem 1563 et Strassburg 1563) indignis panem tantum, non corpus Christi dari asseruisset, Ioannes Wigand (qui a. 1563 etiam Maiorem impugnaverat; v. supra p. 351) a. 1563 de hac opinione librum

uidetur. quasi altercando et oblatrando summam capiant uoluptatem. Non repetam de libris isthuc missis ad montis Alcini Episcopum [1]: sed tardius fortasse aduehentur, quod OEniponti commodum Aurigam reperire difficile esse dicatur. Purgat Dominus Germaniam foeda lue passim pullulante; sed utinam de interiore peste curanda cogitaremus, sicut exteriorem horremus. Plerique ditiores hinc alio migrarunt. Austria, Bauaria praeter alias uicinas Prouincias hoc morbi genere corripiuntur. Herbipolj confecta pax est cum sacrilego milite. Deliberant modo Germani post factum [2]. Putant quidam hanc improbitatem non impune abituram raptoribus [3]. Si reformationis negotium plerisque cordi non est, ut uereor sane, curam forte aliquam inijciet haec deformatio, et aduersariorum ad praedas et rapinas inhiantium haud obscurum institutum. De Sacra Synodo nescio an exitum magis quam successum polliceri nobis habeamus. Judicia Dei abyssus multa [4]. Fortasse peccata nostra remorantur meliorem Ecclesiae statum, nihilque miserandum magis putant quam inter Proceres non rectius conuenire [5], et ad Christi causam uindicandam minores catholicis quam ad oppugnandam haereticis uoluntates ostendj. Jllud unum nosse percupio, quid Celsitudo tua censeat de libris octo Clementis Romani per Bouium editis [6]. Dominus potenter adsit amplitudini tuae, et res Ecclesiae meliore loco esse concedat. Augustae 29 Octobris . 1563 [a].

Seruus in Christo P. Canisius.

† Reuerendissimo in Christo Patri, et Jllustrissimo Domino, D. Stanislao Hosio Cardinali et Episcopo Vuarmiensi S. OEcumaenicj Concilij Praesidi, patrono amplissimo. Tridenti.

Inscriptioni manu eiusdem temporis adnotatum est: „Redd. 6 Nouembris 1563. Resp. 9 Nouembris".

a) *Quae sequuntur, non sunt apud Cypr.*

---

vulgavit, in quo affirmabat. theologos vitembergenses scripto illo eberiano Augustum, Saxoniae principem electorem, fraudulenter in errorem inducere velle (*Stevenson* l. c. II[1] 208; II[2] 166 185. *J. Döllinger,* Die Reformation II, Regensburg 1848, 157—158. *Heinr. Heppe,* Geschichte des deutschen Protestantismus in den Jahren 1555—1581 II, Marburg 1853, 100—101).

[1] Franciscum Mariam Piccolomineum; v. supra p. 350.

[2] Cf. supra p. 365 [1]. Neque imperii „circulus franconicus", neque societas „landsbergensis", cuius particeps erat episcopus herbipolensis (*Can.* III 373 [3]), huic suo tempore auxilium tulerant. Herbipoli vero capta et pactione inter Grumbachium et Herbipolenses facta Albertus V. Bavariae dux, Augustus Saxoniae elector, Christophorus Wurttembergae dux, Philippus Hassiae landgravius etc. litteris inter se datis, confoederati landsbergenses comitiis 25.—29. Octobris Monachii habitis, quid agendum esset, deliberarunt (*Goetz,* Beiträge 268—275).

[3] Confoederati landsbergenses hoc litteris ad Ferdinandum I. datis petierunt (*Goetz* l. c. 273 [3]). A quo denuo de capite Grumbachii bonisque proscriptio lata et per totum imperium promulgata est (*Häberlin* l. c. V 636). [4] Ps. 35, 7.

[5] Pius IV. et Ferdinandus I. concilium brevi finiri, Philippus II. idem protrahi cupiebant. De proponendi quoque in concilio potestate et „formula" Hispani et Galli ab imperatore dissentiebant (*Turba* l. c. III 239. *Sickel,* Trient 612 624 etc.).

[6] Vide quae sub ipsas has litteras dicentur.

Epistula haec memorabilis est eo, quod ex extrema eius parte intellegitur, Canisium eo tempore operam dedisse lectioni legum illarum moralium, liturgicarum, canonicarum, per octo libros distributarum, quae „*Διαταγαὶ* (*Διατάξεις*) *τῶν ἁγίων ἀποστόλων*“ sive „Constitutiones apostolicae“ vocari solent, quasque nunc quidem censent in Syria (ab Apollinarista aliquo?) saeculo IV. exeunte vel V. ineunte esse congestas, illo vero tempore (similiter ac toto vetere medioque aevo) ab ipsis apostolis conditas ac per Clementem Romanum ad episcopos sacerdotesque missas esse — id quod ipsae (l. VI, c. 18) prae se ferunt — existimabant. Quae „Constitutiones“, Latinis (si particulas aliquot excipias) toto medio aevo ignotae, ipso hoc a. 1563 primum typis exscriptae sunt. Eas latine a se versas (quibus ex codicibus ignoratur) Venetiis in officina Iordani Ziletti (in 4°) excudendas curavit Ioannes Carolus Bovius sive Bovio († 1570), bononiensis, vir et theologiae et latinarum graecarumque litterarum scientia insignis, qui annis 1562 et 1563 in concilio tridentino diligentem rebus religionis navavit operam et a. 1564, cum ab a. 1545 Hostuni (Ostuni, in Apulia) coadiutor, ab a. 1558 episcopus fuisset, archiepiscopus brundusinus (Brindisi) creatus est (*Fr. X. Funk*, Die apostolischen Konstitutionen, Rottenburg a. N. 1891, 3 25 366—368; Das Testament unseres Herrn, Mainz 1901, 296. *Pogiani* Epistolae III 445. *Pallavicino* l. c. l. 17, c. 7, n. 9; l. 18, c. 1, n. 8, c. 2, n. 4; l. 21, c. 11, n. 6, c. 12, n. 4. *Graesse* l. c. II 199. *Fr. Ad. Ebert*, Allgemeines bibliographisches Lexikon I, Leipzig 1821, 370, n. 4806). Eodem anno 1563 Venetiis in eadem officina „Constitutiones apostolicae“ opera Francisci Turriani sive Torrensis, qui tunc Tridenti theologum pontificium agebat, graece ex tribus codicibus manu scriptis magna cum diligentia sollertiaque editae sunt: v. *Can.* III 573 [3].

973. Canisius **Ottoni Truchsess de Waldburg**,

cardinali, episcopo albanensi et augustano etc.

Augusta Vindelicorum sub 30. Octobris 1563.

Ex litterarum Polanci apogr., eod. temp. scripto. Cod. „V. P. 63“ f. 338a.

De collegio dilingano etc.

P. Ioannes de Polanco S. J. Tridento 5. Novembris 1563 P. Ludovico de Mendoza S. J., cum Ottone cardinale Truchsessio degenti, scripsit: „Qui mando una lettera uenuta de Roma per V. R., et insieme con questa mia la drizzo al Cardinal per il quale ua una lettera del Padre Canisio“. Qua epistula Canisius ad epistulam, ut videtur, respondit, qua cardinalis Maguzzano 16. Octobris 1563 ipsi et P. Natali collegium dilinganum commendaverat etc.; v. supra p. 356. Atque equidem existimo, Canisium hanc epistulam cardinali destinatam — perisse ea videtur — una cum illa, quam Augusta 30. Octobris 1563 ad Lainium dedit (v. infra p. 371), Tridentum misisse.

Polancus Tridento 2. Novembris 1563 Natali scripsit, cardinalem iam versari „en Bolsano“ (Bolzano, Bozen, oppidum tirolense): Epp. *Nadal* II 431. *Calinius* autem archiepiscopus iadrensis Tridento 1. Novembris 1563 Romam ad cardinalem Cornarum scripserat: „Il Sig. Card. d' Augusta passò due dì sono alle 2. ore di notte in poste fuor di Trento andando verso Bolsano [a], dove siccome avesse inteso della partita di questi Prencipi [1] così avrebbe risoluto d' andar loro incontro [b] o di dare una volta fin in Augusta“ (ex *Baluze-Mansi* l. c. IV 343. Etiam apud *Beccadelli* l. c. 145).

a) *Sic vel* Bolzano *(quod est apud Beccadelli) certe corrigendum est* Bassano, *quod posuit Mansi; neque enim fieri potest, ut Maguzzano Bassanum proficiscens Tridentum prae*[illegible]
b) *Apud Becc. hic additur:* verso Ispruch.

[1] Rudolphi et Ernesti archiducum.

974. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu.
Augusta Vindelicorum 30. Octobris 1563.

Ex epistularum Polanci apographis, eodem tempore scriptis. Cod. „V. P. 63" f. 344[a] — 345[a] 357[b]. Epistula ad Natalem exstat etiam in Epp. *Nadal* II 438—443.

Everardum Vehlin ex collegio germanico avocatum iri. Octavianum Fugger in idem collegium iam venisse. Pestilentiae vim minui. Fratres laicos petit. Litteras fundationis collegiorum ingolstadiensis et monacensis mittit.

Polancus nomine Lainii Tridento 6. Novembris 1563 Augustam ad Canisium scripsit: „Riceuette N. P. quella de V. R. de 30 del passato". Ex iisdem Polanci litteris cognoscitur, Polancum has Canisii litteras significasse, cum nomine Lainii Tridento 11. Novembris 1563 Romam ad P. Ursmarum Goissonium, collegii germanici superintendentem, de Everardo Augustano (v. supra p. 261) et de Octaviano Fuggero, scriberet: „Ha risposto ancora il Padre Canisio circa il figliolo di quel Augustano, et scriue che pare bene al suo Padre il Conseglio di V. R. de leuar del Collegio Germanico detto suo figliolo Chiamato Euerardo et che procurara de farlo alla prima occasione . del figliolo del Signor Georgio Fucaro ci scriue il medesimo Padre che gia crede serra arriuato à Roma". Et Tridento 7. Novembris 1563 Dilingam ad P. Hieronymum Natalem S. J.: „V. R. . . en particular tambien considerara el Padre Canisio si debra quedar todauia en Augusta ò pues los Canonigos se han salido[1] salirse tambien el por algun tiempo por occasion de lo de dilinga que tendra necessidad en estos principios de la superintendentia de alguna persona de qualidad ya que V. R. se habra de partir de allj, es uerdad que scriue el mesmo que se ua la peste cessando, pero finalmente alla uera V. R. de cerca sus razones . . . De Jacobo secler[2] muestra el P. Canisio tener necessidad. V. R. uera lo que conuiene."

Canisii litterae perierunt; de quibus vide Polanci epistulam 6. Novembris 1563 ad ipsum datam; hac enim Lainius Canisio respondit.

Hic duo tantum adiungo: Canisius, ut ex illa Polanci epistula colligitur, commentarium litterarum fundationis ab Alberto V. duce collegiis ingolstadiensi et monacensi dandarum Lainio misit (de quibus v. infra monum. 525 526), et ab eodem fratres aliquot Societatis „coadiutores" sive laicos petivit.

Polancus Tridento 8. vel 9. Novembris 1563 Romam ad P. Matritium scribens, non solum P. Natalem Dilingae versantem (quem proxime nominaverat), sed etiam Canisium significabat, cum diceret: „Tienen falta alli en Dilinga de .3. coadiutores los quales se V. R. les podesse embiar les haria muy buena obra, uno piden nominatim Pietro murator Flamengo que ayuda à edificar la yglesia, el otro que piden nominatim es Federigo Flamengo que fue cuginero en el Collegio y aora ayuda[a] [?] à Bartholomeo calzolaro y otro que fuesse sastre y buen mancebo aunque fuesse Jtaliano . . . Siruense aora de Dos buenos hombres, uno Joan Bohemo y otro que alla no conocen que son para studiar por falta de quien sirue" (ex apogr. eiusd. temp. Cod. „V. P. 63" f. 346[a]; pars est etiam in Epp. *Nadal* II 429—430). „Ioannes Bohemus" ille ex collegio Societatis lauretano Dilingam venerat (Epp. *Nadal* II 406 424) et distinguendus est ab „Joanne Bohemo" sive Labra (Labrai), qui a. 1562 Roma Oenipontem missus, Pragae m. Martio a. 1563 philosophiam, m. Novembri Vergilium et artem „versificatoriam" exposuit (*Can.* III 398 404—406 432; Epp. *Nadal* II 447); alter autem ille Societatis scholasticus „Leonardus Viennensis" fuisse

a) *Vel* ayudaria; ayudano *ap.*

[1] Capitulum propter pestilentiam migravit Faucenam (Füssen, ad Licum [Lech] inter Alpes situm), quod oppidum (nunc provinciae suebicae regni bavarici) tunc episcopis augustanis etiam in rebus civilibus subiectum erat (*Stengel* l. c. 304. *Corbin. Khamm* O. S. B., Hierarchia Augustana Chronologica tripartita I, Augustae 1709, 361). [2] Vide supra p. 361.

videtur, qui sub 5. Novembris 1563 Dilinga Monachium missus est (Epp. *Nadal* II 424 et infra p. 375). Coadiutor porro ille „Petrus Flander" m. Martio a. 1564 ad Canisium, ut videtur, missus est; quocum, ut ex Polanci litteris 2. Martii 1564 ad Canisium datis intellegitur, duo alii fratres laici venerunt: Iacobus et Ioannes Baptista italus, sartor. Quod autem ad „Fridericum Flandrum" attinet, in * *Catalogo* collegii dilingani ibidem 1. Novembris 1570 conscripto „Frid. Flander pistor et praefectus refectorii" comparet (Cod. „GSC 66" f. 360^a).

975. URSULA DE LICHTENSTEIN, Georgii II. Fuggeri uxor, CANISIO. Weissenhornio ineunte m. Novembri 1563.

Ex litterarum Canisii apographis recentibus, de quibus infra suis locis dicetur.

Canisium, ut Weissenhornii contionetur, rogat.

Canisius Augusta 6. Novembris 1563 Tridentum ad Lainium scripsit: „Ad Collegium Dilingense propediem ire decreuj, et inde fortasse ad D. Fuggeram, quae me suis literis euocauit ad conciones aliquot apud suos habendas sicut et Maritus postulauit in gratiam Ciuitatis, in qua modo uersatur quamque sibi propriam habet". Haec si quis cum Canisii litteris Augusta 20. Novembris 1563 ad Lainium datis contulerit, Canisium ab Ursula de Lichtenstein (vide Can. III 654) in oppidum Weissenhorn, quod Georgio II. Fuggero ipsius marito subiectum erat, arcessitum esse intelleget.

Weissenhorn, oppidum dioecesis augustanae, haud procul Ulma situm (nunc provinciae suebicae regni bavarici) Raimundo I. Fugger, Georgii II. patri, a Carolo V. imperatore venditum erat (*A. Stauber*, Das Haus Fugger, Augsburg 1900. 56).

976. FRIDERICUS STAPHYLUS, universitatis ingolstadiensis superintendens etc., CANISIO.

Monachio (?) ineunte m. Novembri 1563.

Ex Canisii ad Hosium epistula archet., de qua infra p. 380.

Canisius Augusta 6. Novembris 1563 Tridentum ad cardinalem Hosium scripsit: „Mitto literas D. Staphyli, qui scribit ad me magni illas esse momenti, ac timet nescio quas nouas turbas et conspirationes istorum, qui neque cum catholicis, neque inter se unquam possunt conuenire". Staphyli epistula perisse videtur. De „turbis" autem illis vide plura in Canisii litteris, quas dixi.

Staphylum Hosio de sacro calice laicis concedendo scripsisse conicio; hanc enim concessionem Albertus V. Bavariae dux ad motus sedandos plurimum collaturam esse opinabatur; ad quam petendam Staphyli operam multum adhibebat. Staphylus hoc tempore Monachii versatus esse videtur: v. *Soffner* l. c. 83.

977. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO.

Tridento 2. Novembris 1563.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „P. Canjsio." Cod. „V. P. 63" f. 332^b 333^a.

Canisius, si capitulum Augusta discedet, Dilingam ire poterit. Dilinganis contionator dabitur. P. Theobaldus Stotz, contionator brixinensis. Merula. P. Natali socius, qui eum laboribus levet, dabitur. Natalis Tridenti res Societatis et maxime provinciarum eius germanicarum curabit. Epistulae. Octavianus Fugger et Ererardus Vehlin, collegii germanici convictores.

Pax christi.

Riceuette N. P. quella de V. R. de 23. del passato, et per che se scriue al Padre Natal sopra le cose de dilinga[1] non accadera dir altro qui, senon che quando il Capitulo delli Canonicj si leuasse de Augusta et consequentemente cessasse la causa de star[a] la V. R. almeno in bona parte[2] pare potria con sua presentia agiutar V. R. li principij de Dilinga, ma conferendo col detto Padre Maestro natal di la si risolueranno, quanto al predicator non siamo obligati à darlo[3], ma per nostro instituto[4], et consuetudine si dara quando si potra et gia si procura ad ogni modo [de leuar][b] el Padre Theobaldo[5] de Brixina ilqual potra seruire [in Dilinga][c] [?] o doue parera conueniente, quel Hieronimo merula mediolanense non ce ricordamo al fermo doue stia, uederremo de informarci se lo sapranno in Roma, et darremo auiso . de proueder de un compagno al Padre Commissario natal che possa llegerire le sue fatiche, sara ben conueniente procurarlo et seli darra come si potra, per adesso si pensa che sia presto per tornare in Trento doue l' opera sua per il ben uniuersale della Compagnia è assaj necessaria, et lui serra specialmente Angelo[6] della germania per agiutare le cose di essa quanto meglio si potra[7]. *R. V. litteras, quas adiungo, ad eos, quibus destinatae sunt, perferendas curet*[8] *et Deum pro nobis precetur* . de Trento li 2 de Nouembre 1563 . el soprastante del Collegio germanico[9] ci scriue che non è ancora uenuto à Roma gl figliolo

a) *Sic vel* star in Augusta *ponendum esse pro* cessar, *quod est in ap., et res ipsa docet, et id quod Pol. de Can. eodem die ad Natalem scripsit; vide, quae sub ipsas has litteras dicentur.* b) *Haec vel similia supplenda esse intellegitur ex iis, quae scripta sunt supra p. 362. Cf. Epp. Nadal II 413.* c) *Haec supplenda esse collegeris tum ex iis, quae proxime antecedunt, tum ex iis, quae Natali de Theob. Polancus scripsit 25. Oct. 1563 (Epp. Nadal II 425).*

[1] De hac epistula vide, quae sub ipsas has litteras dicentur.

[2] Capitulum cathedralis ecclesiae augustanae, cuius contionatorem Canisius agebat, propter pestilentiam, multorum civium exempla secutum (v. supra p. 369), Augusta emigravit. [3] Dilinganis.

[4] „Non convenit ullam Collegii dotationem admittere, per quam ad dandum Concionatorem, aut Confessarium, . . . Societas obligetur. Quamvis enim aequitatis et gratitudinis ratio nos ad serviendum cum maiori diligentia in dictis ministeriis, quae nostri Instituti sunt propria, moveat in Collegiis, quae maiori cum liberalitate et devotione fundata sunt; non tamen sunt recipiendae obligationes vel conditiones, quae sinceritatem impediant nostri in procedendo modi, qui est dare gratis, quae gratis accepimus: quamvis pro eorum sustentatione, qui communi bono Collegiorum serviunt, vel propter illud student, dotatio, quam fundatorum charitas assignare ad gloriam divinam solet, admittatur“ : *S. Ignatius,* Constitutiones S. J. P. IV, c. 7, n. 3 (Institutum S. J. II 68—69).

[5] Stotz; v. supra p. 355 362. [6] Cf. Dn 10, 13; Apc 1, 20; 2, 1 etc.

[7] Natalis ex Lainii praepositi generalis consiliariis sive „assistentibus“, a. 1558 a Societatis „congregatione generali“ electis, erat; ac Lainius, cum Societatis provincias ex Constitutionum praescripto (P. IX, c. 6, n. 10 et F) inter assistentes distribueret, Germaniam utramque, superiorem et inferiorem, ac Galliam curandas Natali assignaverat (*Sacchinus,* Hist. S. J. II, l. 2, n. 46).

[8] Vide, quae sub ipsas has litteras dicentur.

[9] P. Ursmarus Goisson S. J.

del Signor Georgio Fucaro, et de Euerardo Augustano[1]. aspettano resolutione dal suo Padre, ma agionge che il giouane ha bono animo de far suo debito nelli studij.

Una cum hac epistula, ut ex ipsa colligere licet, ad Canisium missae sunt litterae Tridento eodem illo d. 2. Novembris 1563 a Polanco mandatu Lainii P. Hieronymo Natali Dilingae versanti destinatae, quae typis exscriptae sunt in Epp. *Nadal* II 430—433; in iisdem *Polancus:* „Si es uerdad", inquit, „che il capítulo de Augusta se sale fuora della ciudad, como hemos entendido, V. R. uerá si el P. D. Canisio se debrá sacar de allí, pues cessa buena parte [de] la causa de star él en Augusta, y en tal caso su presentia parece daría auctoridad y ayuda á lo principal del collegio de Dilinga; mas esto finalmente se considerará. . . . Aquí ua una letra que se scriue al P. Euerardo [Mercuriano] prouincial, la qual ueerá V. R., y con ella será enformado de lo que N. P. determina de hazer, y después esse despacho enderezado á Colonia le embiará, como suole, al P. Canisio, porque se haze cuenta que el P. Euerardo starrá ya en aquellas partes". Missae sunt una cum his litteris, praeter alias, litterae PP. „Edmundi" [Augerii] et Ioannis „Baptistae" [Riberae, ut videtur], quibus ille de gallicis, hic de romanis rebus referebant (l. c. II 432).

Canisius Lainio rescripsisse videtur 11. Novembris 1563.

978. CANISIUS **OTTONI TRUCHSESS DE WALDBURG**, cardinali, episcopo augustano etc.

Augusta Vindelicorum sub 6. Novembris 1563.

Ex litterarum a Canisio ad Lainium datarum apogr. recentibus, de quibus paulo infra dicetur, et ex epistularum Polanci apographis, eodem tempore scriptis, quae exstant in cod. „V. P. 63" f. 361^b 364^a 367^3—368^a 371^b. Polanci ad Natalem epistula exstat etiam in Epp. *Nadal* II 457—462.

De collegii dilingani initiis.

Canisius Augusta 6. Novembris 1563 Tridentum ad Lainium scripsit: „Mitto ad Cardinalem apertas, ut iudicet R. T. priusquam obsignet". Ex iis autem, quae Canisius his verbis addit, intellegitur, eum cardinali Augustano scripsisse. Polancus porro nomine Lainii Tridento 13. Novembris 1563 ad P. Ludovicum de Mendoza S. J., Bolsani cum cardinale degentem, scripsit: „Si son riceute lettere del Padre Natal et P. Canjsio per lo Jllustrissimo Cardjnal et uanno qui anzi forse il plico serra drizzato à Su Signoria Jllustrissima. Brevi tamen post hoc consilium mutatum esse videtur; nam Polancus nomine Lainii Tridento 14. Novembris 1563 P. Natali scripsit: „Riceuette N. P. quelle di V. R. de .4. et .5. del presente insieme con la sustantia di quello che si ha da scriuere al Cardinal de Augusta et si è scritta gia la lettera sopra una delle due sottoscriptionj, et io istesso piacendo à Dio gliela portaro insieme con altra del Padre Canisio". Et Canisio de eodem cardinale: „Portarolli le lettere di V. R. con altre del Padre maestro Natal che qui habiamo accommodate"[a]. Ac 23. Novembris 1563 Polancus Tridento scribens Canisium certiorem fecit, se Bolsani fuisse. Canisii ad cardinalem litterae perisse videntur; quibus Canisium de collegii dilingani initiis egisse satis certum est.

979. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 6. Novembris 1563.

Ex apographo recenti (A), quod ex archetypo — Canisius sua manu nomen („Seruus" etc.) subscripsit — in Cod. „E. C. I" f. 359^a—360^b (n. 122) posito exscriptum est.

a) accommodata *ap.*

[1] De Octaviano Fugger et Everardo Augustano v. supra p. 342.

Exstat etiam alterum apographum (B), sub a. 1860 curante Boero ex archetypo exscriptum et postea cum eodem collatum.

Duae huius epistulae partes ex archetypo typis transcriptae sunt in Epp. *Nadal* II 458[2]. Epistulae mentionem fecit *Polancus* in litteris Tridento 14. Novembris 1563 ad Natalem datis (l. c. II 458). Eadem usus est *Sacchinus*, Can. 204—205 206.

Canisii scriptor sacris exercitiis excultus. P. Natalis et Socii varii. Rogat Canisius, ne — id quod Natali videtur — rector collegii monacensis Dilingam, rector oenipontanus Monachium transferantur; huius infirmitas, illius virtus. Timores de motibus bellicis, concilio nationali etc. Episcopus herbipolensis per cancellarium, ut Socii Herbipolim venirent, vehementer ursit, integrum collegium sustentare paratus. Miles grumbachianus sacra eucharistia Herbipoli calcata ipse se trucidavit. Canisius „Epistolas Indicas" mittit. Liber Andradae. Canisius Dilingam et Weissenhornium ibit. Collegium dilinganum rectore, pecunia, libris eget. Canisii et Natalis ad cardinalem Augustanum epistulae. Reditus collegii dilingani. Cardinalem eiusque consiliarios liberaliores esse oportebat.

† Jesus.

Pax christi nobiscum admodum Reuerende Pater.

26[a] Superioris mensis datas accepi[1], et abstinebo deinceps, ne alienas literas immisceam fasciculo. Redijt autem ad nos Ambrosius, quem spirituales meditationes tranquilliorem in Domino reddiderunt[2], ut opus non sit Jngolstadio stephanum[3] euocare scriptorem. Visum est P. Commissario[4], M. Paulum[5] qui prius apud nos Augustae fuit, Monachio reuocatum Dilingae Ministrum instituere. Illius loco substituit P. Joannem Piscatorem[6], adiungens illi Leonardum Viennensem[7] qui ambo nobiscum sunt hodie pransj, Monachium proficiscentes. Rector autem Monachiensis[8] pro M. Paulo P. Laurentium[9] qui est apud oenipontanos[b] [?], desiderabat. Scripsi iam antea, ni fallor difficile mihi uiderj, quod P. Natalis in animo habet, ut Monachiense Collegium suo Rectore destituatur, atque is[c] Dilinga[m][d] transferatur[10]. Multum enim

a) Literas *B.* b) *Vel* aenipontanos; *obscurius scriptum est.* Aenipontanos *B.* c) hic *B.* d) *Hic in archet. lacuna comparet.*

---

[1] Polanci litteras supra p. 363 positas dicit; quae vel 25. vel 26. Octobris datae sunt; v. supra p. 365.

[2] Ambrosius Sanctinus S. J., Canisii scriptor, sacris S. Ignatii „exercitiis" Ingolstadii a Societatis hominibus excultus; v. supra p. 364.

[3] Kreitzler; v. supra p. 364. [4] Hieronymo Natali, Dilingae versanti.

[5] P. Paulum Hetzcovaeum; v. supra p. 361[2].

[6] De hoc v. supra p. 21[3] 322.

[7] Is Dilingam cum primis illius collegii Sociis ex Italia venerat (Epp. *Nadal* II 424). [8] P. Theodoricus Canisius.

[9] Hermanutium (Hermann? Hermanstetter?); v. *Can.* III 309[3] 335 415 439 et Epp. *Nadal* II 570.

[10] Natalis primum quidem (sub 21. Octobris) constituerat, ut P. Conradus Svagerius (de quo plura infra) simul et unus ex theologiae professoribus in universitate et collegii Societatis rector esset. At paulo post atque, ut videtur, ante m. Octobris exitum, ei, cum in docendo novus esset et ad scholam cotidie habendam diligenter se parare deberet, ad collegium regendum tempus non suppetere animadverterat (Epp. *Nadal* II 422 429).

ex hoc Rectore pendet, cuj tanta nunc est apud Patronos[1] et Monachienses authoritas, et sub quo rectius nostri uidentur institui, quam fit[a] in alijs omnibus huius[b] Prouinciae Collegijs. Vnde consideret quaeso R. T. An expediat, ea Rectoris translatio, et quae inde possint[c] murmurationes apud Patronos consequi praesertim cum adhuc circa fundationem uersemur[2], et illi claris uerbis postulauerint, ne bonos et idoneos operarios facile auocemus. Quod ad P. Dyrsium[d][3] pertinet, vtinam non quadraret in illum, M e d i c e c u r a t e i p s u m[4]. Messis Monachiensis ab illo non bene colebatur, cum antea Confessarium ibi ageret. Plus uero periculj ab illo Rectore timeri posset. Haec indico tantum, ut iudicet[e] R. T. quid magis e re nostrorum fore uideatur hoc praesertim turbulento tempore, cum seua multi ominentur, et breui magnam rerum mutationem expectandam putent, nisi clementer Dominus nos[f] respexerit[5]. Et deterius quidem res haberet, si Concilium sortiretur exitum, unde mox principium Concilij nationalis putant consequuturum[6]. Dominus auertat meritas poenas peccatorum nostrorum.

Fuit apud me Cancellarius Herbipolensis Episcopi[7], et serio ursit causam collegij, simulque promisit Episcopum suum 1000[g] daleros ut minimum suppeditaturum[h] nostris, hoc unum nunc desiderarj dic[ens][i] [?] ut respondeamus, an uelimus Herbipolense Collegium auspicarj . si ea[k] praestentur ab Episcopo, quae ad Collegium spectant ex more nostri institutj. Nam omnino obfirmatum esse huius Antistitis animum in erigenda schola, ad quam alios uelit Professores accersere, si nolimus nostros eo destinare. Probauit interim Cancellarius, cum dicerem nobis insuetum et molestum esse paucos dare, et Professores tantum[l] mittere[8].

a) *In arch. supra versum scriptum. B:* sit. b) hius *B.* c) possent *B.* d) Dirsium *B.* e) *Ita B;* indicet *A.* f) *Deest in B.* g) *B perperam* 1020. h) suppeditarum *archet.* i) *Vel* dicit, *ut in Epp. Nad.; in arch. lacuna est.* k) *Ita B;* et *A.* l) tamen *B.*

[1] Simonem Thadd. Eckium cancellarium, Onuphrium Perbinger consiliarium etc.

[2] De litteris fundationis collegio monacensi ab Alberto V. duce tribuendis inter huius consiliarios et Societatem eo tempore agebatur; v. infra monum. 525.

[3] Ioannem Dyrsium, collegii oenipontani rectorem. [4] Lc 4, 23.

[5] Metuebatur hoc tempore, ne Grumbachio duce totus imperii ordo equester adversus principes bellum moveret, Ioannes Fridericus Saxoniae dux Augustum Saxoniae electorem atque ipsum imperatorem regno pellere conaretur etc. (*Häberlin* l. c. V 601—602. *Bucholtz* l. c. VII 472**. *Janssen* l. c. IV 244—245). Sin autem haec epistula cum Canisii litteris eodem die ad Hosium datis conferetur, facile patebit, Canisium nominatim seditionem illam significasse, quam aliqui ex Bavariae nobilitate simul adversus ducem et adversus ecclesiam catholicam moturi erant; v. infra p. 380.

[6] Comes Lunensis, ne concilium brevi absolveretur, obsistebat ac varias legatis difficultates parabat (*Steinherz* l. c. III 373—478).

[7] Balthasar ab Hellu, Friderici de Wirsberg episcopi herbipolensis cancellarius, comitiis „societatis landsbergensis" Monachii 25.—29. Octobris 1563 habitis interfuerat (*Goetz*, Beiträge 273[1]).

[8] Mitti oportebat etiam Societatis scholasticos et ad externa ministeria coadiutores: v. *Can.* III 19 46; II 662[5] 675.

sat esse putabat, si saltem ad aestatem mittendi spem faceremus. Adiunxi hac de re nihil[a] posse concludj, nisi consentiente R. T. et nunc P. Commissarium[1] non procul abesse, qui maiorem quam ego, authoritatem[b] obtineret, cum hoc quoque posse conferri negotium. Indicabat ille Antistitem breui fortassis euocaturum P. Natalem, priusquam e Germania ille discedat. Quod si fiet, non inconsultum putarem, ut hac in parte bono gratificaremur Episcopo, et concluderemus[c] tandem aliquid („si ita consentiat R. T.,) de Collegio saltem ad aestatis principium uel medium inchoando. Qua [d]e[d] re monerj Cupio P. Natalem, ut explicatam habeat sententiam R. T, affirmatiue scilicet[e] uel negatiue, ne diutius suspensum teneamus Episcopi animum postquam nunc totum quod uolumus, ad integrum collegium constituendum oblaturus uideatur. Deinde Cancellarius rationes[f] ostendit, ut summam 1000 dalerorum, quam ex monasterij uacantis[2] fixis prouentibus acciperemus, aliunde augerj cerneremus. Jnter alia quae narrauit Cancellarius de iniurijs nuper illatis ab hostibus Herbipolj[3], illud fuit de sacrilego, qui ueritus non est in sacrarium inuolare, sacrosanctam hostiam effundere, et (quod horrendum est prorsus) impijs pedibus proculcare, nescio quas uoces blasphemas euomens, sed diuina non diu cessauit ultio. Adfuit in ipso templo mox, qui ictu bombardae brachium sacrilegi hominis uulneraret, Deinde cum sederet domj homo impius, suam ipse bombardam arripuit, et globum in se miserabiliter est eiaculatus, indignus qui ab alio quam a seipso perimeretur, sueque impietatis poenas acciperet. Adiungimus Exemplar Epistolarum Jndicarum. Veremur enim ne prius exemplar quod isthuc misimus, non sit redditum. Expectamus reliquam P. Fuluij uersionem, et contra Kemnitium[g] Apologiam[4].

Ad Collegium Dilingense propediem ire decreuj, et inde fortasse ad D. Fuggeram[5], quae me suis literis euocauit ad conciones aliquot apud suos habendas sicut[h] et Maritus postulauit in gratiam Ciuitatis[6], in qua modo uersatur, quamque[i] sibi[k] propriam habet. Sequar autem P. Natalis iudicium, quem rogo iterum, ne facile discedat Dilinga, nisi bono Rectore primum constituto cum suis Ministris. Dominus huius Collegij Principijs imperfectis et debilibus uelit succurrere, et Professores illos qui bono egent capite, in officio continere. Expectamus

a) inhil *arch.* b) *In B* auctoritatem *corr. ex* authoritatem. c) concladeremus *A.* d) *Lacuna in arch.* e) *Deest in B.* f) rationem *B.* g) Remnitium *B.* h) secut *A.* i) quaque *A.* k) *In arch. corr. ex* uersatur, sibique.

[1] Natalis Dilingae agebat; v. supra p. 374.

[2] Friderici episcopi rogatu Pius IV. herbipolense illud monasterium S. Agnetis, quod virginum ordinis Sanctae Clarae fuerat, exstinxit eiusque bona collegio Societatis Herbipoli instituendo assignavit; v. *Can.* III 365[2].

[3] In incursione grumbachiana; v. supra p. 362[3] 364.

[4] De Epistolis Indicis Dilingae a. 1563 excusis ac de Andradae „Orthodoxis Explicationibus" v. infra monum. 576 587.

[5] Ursulam, Georgii Fuggeri uxorem. [6] Weissenhorn; v. supra p. 372.

de Cardinale[a] aliquid, praesertim ut liberalitatem erga Collegium suum certo quodam argumento declaret. Nondum libri redditi Jngolstadio[1]. Nunc parum superesse uidetur ex summa illa 400 florenorum nobis concessa, et Consiliarij[2] in largiendo se parcos et difficiles exhibent[b].

Commendamus nos plurimum sacrificijs et precibus R. T. P. Alfonsi[3], P. Polancj ac reliquorum, quos Christus nobiscum in suam conseruet[c] gloriam. Augustae 50[d] fere pestis abtulit exacta septimana. Non deest messis interim operarijs in hac uinea. Dominus nobiscum. Augustae 6. Nouembris 1563.

Mitto ad Cardinalem apertas, ut iudicet R. T. priusquam obsignet. Meminisse non possum, quod in scribendo, etsi rarius ad illum miserim[e], trepidantem[f] ac diffidentem animum circa collegium Dilingense ostenderim. Jussit P. Natalis reserari suas literas, quae mihi prudenter satis[g] conceptae uidentur, nisi quod falli uideatur aut obscure loqui, ubi scribit circa angariam proximam[4] hoc est circa festum D. Luciae[5], nostris pendendam esse quartam partem redituum id est ex mille et 800 flor. promissis[6]. Nam nihil accipietur ex 800 nisi anno prorsus absoluto qui sequitur, et ex 1000 post angariam proximam numerabitur pro duobus tantum mensibus, cum Angaria tres menses constituat. Dominus ita liberalem nobis Cardinalem faciat, sicut uideri ille uult scribendo. Hoc unum addam de Consiliarijs, quod non adeo fauere dicantur Ecclesiasticis, quodque in numeranda pecunia soleant[h] libenter cunctari[i] quantumuis urgeat Cardinalis. Verum hoc nolim ego apud Cardinalem faterj, ad inuidiam declinandam. Dominus Iesus nobiscum.

Seruus in Christo P. Canisius.

Al molto Reuerendo in Christo Padre Jl Padre M. Jacomo Laynez, Praeposito Generale della Compagnia di JESU Jn Trento.

a) Cardinali *B.* b) exibent *arch.* c) confirmet *B.* d) *Sic AB; cf. infra p. 399.* e) miserum *B.* f) *In arch. sequitur* ad, *oblitteratum.* g) *Hoc v. deest in B.* h) solvant *B.* i) cunctare *B.*

[1] Collegio Societatis dilingano concessum erat, ut Socii his libris (qui augustani vel episcopi vel capituli erant) ad tempus uterentur; v. supra p. 347 365.

[2] De his vide supra p. 328[3]. [3] Salmeronis.

[4] Haec futura erat 15., 17., 18. Decembris. Angariae (= operae servae, Frondienste) sive „Fronfasten" tunc vocabantur, quae nunc „Quattuor tempora" dicuntur.

[5] Id est: post 13. Decembris.

[6] In *„*Historia* Collegii Dilingani" Dilingae exeunte a. 1572 scripta indeque Romam ad P. Ioannem de Polanco Societatis vicarium generalem missa refertur, collegium primo accepisse quotannis: florenos 1000 ex aerario episcopali, 400 „a Memmingensibus", 400 „ex Schöneck" (Cod. „Ass. Germ. Fundat. I." f. 45[b]—46[a]). Schöneck sive Schönegg (Oberschönegg) sedes erat praefecti cuiusdam episcopalis; ea enim terra episcopis etiam in rebus civilibus subiecta erat. Memmingen, Suebiae urbs libera vel imperialis, 400 florenos illos universitati dilinganae (usque ad a. 1570) solvebat ex pacto quodam a. 1557 pontificia auctoritate confirmato, quo ipsi concedebatur, ut valetudinario suo attribueret reditum suppressi monasterii S. Elisabethae, quod Memmingae virgines ordinis S. Augustini habuerant (*Specht* l. c. 12—13. *Fr. L. Baumann*, Geschichte des Allgäus III, Kempten 1895, 162 256 336 351 361).

Polancus sub extremam epistulam („Seruus" etc.) scripsit: „al padre Nadal informar delli nostri de Roma et che [a] puo visitar l' herbipolense [b], se [c] [?] li parera, et si rimetta a lui, il promettere per l' anno venturo" [1]. Quae sibi ad Natalem scribenda esse Polancus hic notavit, postquam de hac Canisii epistula ad Lainium rettulerat. Plura vide in Polanci ad Canisium epistula 14. Novembris 1563 data.

Canisius Tridentum ad Lainium una cum hac epistula, ut ex eius „Postscripto" patet, praeter „Epistolas Indicas" misit litteras vel potius commentarium quoddam litterarum (a Ioanne Piscatore et Leonardo Viennensi, ut videtur, Dilinga Augustam perlatum) a P. Natale ad cardinalem Augustanum destinatarum. De quo commentario *Polancus* Tridento 14. Novembris 1563 mandatu Lainii Natali scripsit: „Riceuette N. P. quelle di V. R. de .4. et .5. del presente insieme con la sustantia di quello che si ha da scriuere al Cardinal de Augusta et si è scritta gia la lettera sopra una delle due sottoscriptionj, et io istesso piacendo à Dio gliela portaro insieme con altra del Padre Canisio" (ex apogr. totius ep., eod. temp. scripto. Cod. „V. P. 63" f. 364[a]. Inde etiam in Epp. *Nadal* II 457 transcriptum est). Epistulae autem, quae ex illa „substantia" sive commentario a Natali misso Tridenti composita et cum Natalis nomine cardinali missa est, exemplum a Polanco ipso multis locis emendatum, in quo, quae Canisius a Natale minus recte scripta esse dixit, nulla ratione comparent, exstat in Cod. „V. P. 63" f. 360[a]—361[a]; unde typis transcriptum est Epp. *Nadal* II 433—437. Hac porro epistula ad cardinalis epistulam Maguzzano 16. Octobris 1563 ad Natalem et Canisium datam (supra p. 356) a Natale (Canisius ipse quoque respondit; v. supra p. 370) rescriptum est. Aliqua hic pono ex Natalis epistula, quippe quae etiam ad Canisium spectent. *Natalis* de collegio et universitate dilingana Ottoni scribit: „Come patrone de tutti nuoi, molto amoreuole, et come fundatore di quest opera, ne hauera V. S. Jllustrissima qualche sollicitudine sopra quella, come l' ho potuto anche uedere, per una lettera, che de Maguzano lei si degno scriuere al Padre Canisio et a me. Hor quanto alla prouisione di questo collegio non dubitiamo che V. S. Jllustrissima habbia come dice scritto à chi ha cura di prouederci, che senza escusatione alcuna non manchi de dar l' assignamento ordinario delli 1800 . fiorini, et anche l' extraordinario, che per fornire questo collegio delle masseritie et cose necessarie bisognera anche lo proueda, in modo che almanco fin à 20. persone (che per adesso ui saranno) siano ben prouiste . . . Li 208. fiorini che ha riceuuto il Padre Canisio in Augusta gli ha spesi, et più. . . . Quanto al affecto de V. S. Jllustrissima che per sua lettera mostra de molto da seno aiutare questa sua opera, meritamente ci da molto animo, quantunque li posso dire con uerità, che etiam prima stauamo ben animati per la uolontà che ci da Jddio N. Signore di seruirlo, in aiuto dei prossimi in questa Prouintia specialmente et de patir per suo nome non solamente altri trauagli, mà etiam la morte, se di quella ci fara degni . con tutto questo c' è gratissimo, che .V. S. Jllustrissima come quel patrone et principe che lui è, con tanta clementia et benignità ci vogli inanimare . . . È la usanza nostra et modo di procedere de far tanto più difficulta al principio d'una fundatione quanto siamo resolutissimi dopoi che haueremo preso lo assunto in mano, di non mancar del nostro debito . . . Credo sapia V. S. Reuerendissima come gia hauemo preso tutto l' assunto delle lettioni perche hauemo li mastri de tutte le classi infuora dell' ultima, al mastro della quale secolare, promesse il Padre Canisio, che si lasciarebbe star insino al Natale, de poi prouederemo noi de alcuno nostro, ò non mancaremo di prouedere d' un altro sufficiente et buono, che sara facile à trouarlo, come mi asicura il Rettore. Del consenso del capitulo V. S. Jllustrissima intende meglio come si ha de negociare al suo tempo, et cosi nuoi li lasciaremo questo pensiero . et sapia che stanno tutti contentissimi, et con buonissimo

a) *Sequitur* lo, *oblitteratum.* b) *Sequuntur 2 litterae oblitt.* c) *Vel* sj; *alterum ex altero correctum est.*

[1] Haec etiam exstant in Epp. *Nadal* II 458 [2].

animo in questo collegio, et con grande speranza de molto fructo a gloria diuina, et tantum abest che ci sbigotiamo dalli uicini heretici, ò qualsiuoglia altra contrarietà, che non c'è cosa che ci acresca più l'animo, che il pensare in questi et altri periculi che ci possono occorrere, confidandoci della infinita bontà et potentia, de Dio N. Signor. . . . Habbiamo fatto ancora insino adesso ogni cosa nel essercitio de lettere, con conseglio del Rettore seguitando quello modo che prima si teneua senza altro innouare."

Lainius Canisio per Polancum rescripsit 14. Novembris 1563.

980. CANISIUS CARDINALI **STANISLAO HOSIO**, uni ex praesidibus concilii tridentini, episcopo varmiensi.

Augusta Vindelicorum 6. Novembris 1563.

Ex archetypo (2°; ½ p.; in p. 4. inscr. et sig.), quod Canisius sua manu subscripsit. Cod. goth. „E. H. 2" f. 166 167.

Epistulam ex archetypo primus evulgavit *Cyprianus* l. c. 334. Particulam eius (ex Cypriano) posuit *Lagomarsinius* l. c. III 155. Epistula usus est *Eichhorn* l. c. II 138.

Litterae Staphyli; qui novas turbas timet. „Centuria" VII. excuditur. Timendum est, ne concilium „nationale" instituatur. Decreta de matrimonio et de reformatione multum valebunt. Putant brevi magnos motus excitatum iri. Libri a Canisio missi. „Epistolae Indicae".

† Pax[a] Christi Jllustrissime Domine Patrone.

Mitto literas D. Staphyli[1], qui scribit ad me magni illas esse momenti, ac timet nescio quas nouas turbas et conspirationes istorum, qui neque cum catholicis, neque inter se unquam possunt conuenire. Non est enim pax impijs dicit Dominus[2]. Nihil uero mittit D. Henricus[3] Antuerpia. Audio septimum opus centuriatorum[4] sub prelo esse Basileae: mittam illud cum primum uidero, si tamen Synodus durat. Huius exitum putant Concilij nationalis, a quo liberet nos Dominus, initium fore. Nos de matrimonio et reformatione expectamus noua decreta, quae si nunc parum obtinent, suo tamen tempore apud bonos ualebunt plurimum. Dominus in suam gloriam prosperet consilia Principum, et perficiat opus suum, quod coepit[5] in Patribus Concilij, ad res Ecclesiae instaurandas ac emendandas.

Jn Bauaria non desunt studia multorum ad Calicem inhiantium, sicut et alibi passim; vnde multi metuunt breui magnam rerum mutationem fore[6]. Doleo libros isthuc a me missos adferri tardius[7].

a) *Hoc v. et 4 sqq. non sunt apud Cypr.*

[1] Cf. supra p. 372. [2] Is. 48, 22; 57, 21.

[3] Dunghen, quo curante Hosii libri Antverpiae vulgabantur; v. supra p. 368[1].

[4] Vide supra p. 368[4]. [5] Phil 1, 6.

Polancus nomine Lainii Tridento 21. (23.?) Novembris 1563 Augustam ad Canisium scripsit: „Al ultima de V. R. de XJ. del presente non occorre molto in risposta poi che del Collegio de dilinga ho scritto de Bolzano“. Omnino autem, quod equidem sciam, periit haec epistula Polanci. Qui Bolsanum ad cardinalem Augustanum, ut Societatis nomine cum eo de collegio dilingano pacisceretur, ire a Lainio iussus, 14. vel 15. Novembris Tridento discessisse, ante 22. Novembris eodem redisse videtur (cf. Epp. Nadal II 463[1] et supra p. 393 atque infra p. 403). Quid de collegio dilingano Canisio scripserit Polancus, ex aliis eius epistulis colligere licet; scripsit enim Polancus Natali Tridento 21. (23.?)[1] Novembris 1563: „Scrissi de Bolzano del contratto et delli 600 florini et che si cauassi dal economo grano, et quel che si potessi, et lo assignamento sarebbe securo, et che il cardinal ha bona uolontà“. Et 29. Novembris 1563: „Già auisai che si fece il contratto con il cardinal. . . . Circa li 400 ducati[2] non sono per comprar suppellectili, che di questo si è dato altro ordine, ma per uiuere; et desidera anche mandarne più il cardinal, prima che parta de Italia; et pur uole che si caui grano et qualche[a] più si potrà del suo economo . . . Quanto alli studii, liberamente potrà far la Compagnia in Dilinga quel che li parerà, perchè il cardinal del tutto se rimette a lei“. Et P. Matritio 22. Novembris: „Hízose el contratto de Dilinga con el cardenal, no como uenía ordenado de Roma, sino como pareció á nuestro Padre después de hauer oydo al P. Nadal. . . . Oblígase el cardenal á dotar de 3000 florines; aunque al presente solamente da 1800“.

Primae hae fundationis collegii dilingani * *litterae* „Bolzani in hipocausto domus solitae habitationis“ cardinalis Ottonis 18. Novembris 1563 a notario publico scriptae sunt coram testibus; inter quos nominantur „Benedictus Cataldus Presbyter Recanatensis, ac Georgius Millerus Presbyter Augustensis Dioecesium praefati Jllustrissimi D. Cardinalis Cappellani“; litterarum apographum, ipsius Ottonis manu inscriptum: „Copia Instrumenti ex parte Cardinalis, 18. Nouembris 1563“, exstat in Cod. „Germ. Sup. Fund. I“ f. 318[a]—321[b].

990. CANISIUS **OTTONI TRUCHSESS DE WALDBURG**, cardinali, episcopo albanensi et augustano etc. Augusta Vindelicorum sub 20. Novembris 1563.

Ex epistulae a Canisio ad Lainium datae apographo A, de quo infra p. 396, et ex litterarum Polanci apographo eodem tempore scripto, quod est in Cod. „V. P. 63“ f. 378[b]—379[a].

De rebus dilinganis.

Canisius Augusta 20. Novembris 1563 Tridentum ad Lainium scripsit: „Mitto literas ad Cardinalem apertas“. Atque ex eadem ad Lainium epistula colligere licet, Canisium ad Ottonem cardinalem Augustanum (Bolsani versantem) de rebus collegii

a) *Ita Epp. Nad.;* quel che?

[1] Vide, quae sub Polanci litteras 21. Novembris 1563 ad Canisium datas 2. loco scribentur.

[2] Ducatos 400 aequasse florenos (rhenanos, nisi fallor) 600 ex litteris 12. Octobris 1565 a P. Theodorico Canisio S. J. ad Petrum fratrem datis, quae suo loco ponentur, intellegitur.

dilingani scripsisse. Polancus autem Tridento 29. Novembris 1563 Lainii mandatu Canisio scripsit: „Le lettere di V. R. per il Cardinal augustano li son state mandate, ma il Padre Don Lujgi non si mandara altrimente in Dilinga". Puto igitur Canisium a cardinale etiam — id quod Lainius ei commendaverat; v. supra p. 383 — petisse, ut P. Mendozam ex aula sua Dilingam abire permitteret. Canisii litterae perisse videntur.

991. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu. Augusta Vindelicorum 20. Novembris 1563.

Ex apographo recenti (A), quod ex archetypo — Canisius sua manu nomen („Seruus" etc.) subscripsit — in cod. „E. C. I" f. 361a—362b (n. 123) posito exscriptum est.

Exstat etiam alterum apographum (B), quod sub a. 1860 curante Boero ex archetypo exscriptum, postea cum eodem collatum est.

Complures epistulae partes ex archetypo transcriptae sunt in Epp. *Nadal* II 464[6] 466[2] 643—644. Extremam epistulae partem, quae de mulieribus veneficis est, germanice versam posuit *Janssen* l. c. VIII (in editione 1.—12., a. 1894 curante *Lud. Pastor* vulgata 652—653; in ed. 13.—14. ab *eodem* a. 1903 curata 706—707) et ex eo *Bernh. Duhr* S. J., Die Stellung der Jesuiten in deutschen Hexenprozessen, Köln 1900, 23; eandem partem (ex Janssen acceptam) in brevem summam contraxit *Sigm. Riezler*, Geschichte der Hexenprozesse in Bayern, Stuttgart 1896, 190; aliquo tamen huius versionis loco erratum est; vide infra p. 400[f]. Epistula usus est etiam *Sacchinus*, Can. 204 206 207; qui particulam eius („quia bonum" etc.) etiam ad verbum expressit l. c. 207. Usus est epistula etiam *Michel* l. c. 282.

P. Natalis iter ingolstadiense. Collegium dilinganum. Canisius Weissenhornii contionatus; ubi parochus, Ursula Fuggera monente, Canisio se tradidit sacris exercitiis excolendum. Rectores et „Ministri" Dilingae et Oeniponte creandi vel creati. PP. Dyrsius, Cuvillonius, Rabenstein, Hetzcovaeus, Mendoza. Canisius Lainii iudicio suum subicit. P. Stotz. Albertus V. contionatorem evocat. Novus contionator monacensis. Dilingani contionatorem expetunt. Pecunia et libri huic collegio necessarii. Herlen. Fundationis litterae ingolstadienses et monacenses. Clenkius. Andradae liber. Augusta frater laicus „cum rapacibus manibus" aufugit. Pecunia ab Ursula Fuggera data. Ortner haud facile iterum admittendus. Canisius, Deo fidens, etiam pestilentia urbem urente in sacro suggestu persistet. P. Natalis res dilinganas optime constituit; magister „altius volans". Orandum pro Ottone cardinale de pecunia laborante. „Sagae" multos occidunt, infantium carnes vorant, tempestates excitant, multis locis comburuntur.

† Jesus. Admodum Reuerende Pater.

Pax Christi.

Cum redijssem Dilingam Weisenhornio[1], literas accepi a RT. datas[a] [?] 8. et 9. mensis huius datas[a] [?], suas uero P. Natali[2] reddidj. Cum uero uenissem Augustam, ut munus concionandj plane postulabat[3], 11 mensis datas offendi adiunctis alijs, quas ad P. Natalem paulo post mittam Jngolstadium[4], et de causa quidem Dilingensis Collegij potissimum illae tractabant, de qua cum eodem Patre conferam.

a) *Ita A B; sed vel hoc vel alterum* datas *superracaneum esse videtur.*

[1] Vide supra p. 377. [2] Is 19. Novembris Dilinga abiit; v. supra p. 387.

[3] Dies 21. Novembris futura erat dominica.

[4] Natalis Ingolstadium his diebus iturus erat; vide Epp. *Nadal* II 465[7] 508—509.

Weisenhornij paucis diebus hesi[a], ac duas habuj interea conciones[1], quibus D. Georgio Fuggero uideo satisfactum esse, faxit Dominus, ut populo fuerint illae quoque salutares. D. nostram Fuggeram[2] sumus consolati non uulgariter, quae pergit ardentem in pietate animum explicare multis argumentis. Jnter quae illud non est minimum, quod Parochum ipsum permouerit[b] ad meditationes nostras expetendas et adhibendas sibi. Hunc ipsum nunc habemus Augustae, ut spiritualibus in studijs instituatur, ad quae nunc coepit serio mentem applicare. Fructum in illo Dominus efficacem tribuat per sacrificia et preces R. T. Nec[c] uidemus nos de oppido illo rectius[d] posse mererj, quam si[e] restituamus Parochum probe reformatum, ut quidem in Domino spes nobis est fore[3]. Est et alia uirgo spiritualibus meditationibus intenta.

De statu Collegij Dilingensis legi quae scribit P. Commissarius, unde satis constare potest, praecipuam de constituendo Rectore difficultatem incidere. Visum antea fuit P. Natali, P. Dyrsium Dilingam posse transferri et Rectorem agere: nec dubium[f], quin uincat ille D. Cuuillonium[g][4] prudentia et industria et gratia in rebus agendis et tractandis exteris studijsque dirigendis. Sed mutauit Pater Consilium, et suspendit hoc negotium in tempus illud, quo Tridenti[h] Christo duce coram aget cum R. T. Jnterea certius explorare licebit, possit ne Rector AEniponti[i] alius praesertim P. Hermes[5], instituj, et nos D. Cuuillonium[k] experiemur, qualem se gerat in functione Rectoralj. Optarem sane magis exercitatum et rerem agendarum peritum, praesertim in huius Collegij principijs, et qui Germanis etiam utcunque satisfacere posset[6]. P. Natalis multum spei collocat in M. Rauenstein[7], quem[l] ex Jngolstadio euocatum Dilingae ministrum fecit, abducturus[m] M. Paulum[8]

a) *Ita A; in B* haesi *correctum est ex* hesi. b) promoverit *B.* c) *In arch.* Nec *corr. est ex* Hoc. *B habet* Hoc. d) *In arch. supra versum scriptum.* e) *In arch. supra versum scriptum.* f) *In arch. corr. ex* dubiam. g) Covillonium *B.* h) *In arch. corr. ex* Tridentum. i) OEniponti *B.* k) Covillonium *B.* l) quen *A.* m) *In arch. corr. ex* habiturus.

---

[1] Fortasse contionatus est diebus 11. et 14. Novembris, vel alterutro eorum; ille enim dies S. Martino sacer est et ea aetate in episcopatu augustano festus „de praecepto“ erat (*Can.* II xxxviii; III 617; *F. A. Hoeynck,* Geschichte der kirchlichen Liturgie des Bisthums Augsburg, Augsburg 1889, 286); dies 14. Novembris eo anno dominicus erat. [2] Ursulam.

[3] Ex his verbis satis patet, Canisium vel solum vel aliis iuvantibus („Canisius ipse, et Elderenus“: *Sacchinus,* Can. 206) parocho huic spiritualibus S. Ignatii exercitiis excolendo operam navasse; cf. etiam infra monum. 430 610; *Boero* (Can. 268) si credimus, ipse Canisius parochum et paucos alios sacerdotes Weissenhornio secum Augustam ad exercitia illa perduxit; neque tamen haec testata reperio; et cur de reliquis sacerdotibus haec epistula silet?

[4] Hic in collegio dilingano „vicerectorem“ agebat; v. supra p. 386.

[5] Halbpaur; v. supra p. 309.

[6] Cuvillonius, Insulis (Lille in Gallia) ortus, linguam Germaniae superioris plene calluisse non videtur; cf. *Can.* II 66—67.

[7] De P. Ioanne Rabenstein v. *Can.* III 519, et Epp. *Nadal* II 464 467.

[8] Hetzcovaeum; v. supra p. 361 375.

quem ex Monachio sustulit, ut AEniponti[a] faciat illum Ministrum. Dominus has mutationes Collegijs commodas reddat.

Mitto literas ad Cardinalem[1] apertas. An uero expediat[b] P. Ludouicum[2] Dilingae praeesse quia bonum Patrem ignoro, statuere non possum: sed hoc audio in lingua latina uix mediocriter esse[c] uersatum, et magis ad res externas quam domesticas curandas hactenus[d] applicari. Fortasse Càrdinalis etiam non libenter illo carebit. Sed ualeant hae rationes, cum rectius de his iudicet R. T. quam ego intelligam.

Gaudemus M. Theobaldum[3] nobis liberum donarj. Manebit autem AEniponti[e] usque ad P. Natalis aduentum[f], qui de illo deinde statuet, quod optimum in Domino putauerit. Princeps subinde uocat ad se P. Schorichium[4], ut in arce extra Monachium[5] illum audiat concionantem. Jtaque coguntur nunc Monachij P. Piscatorem, qui recens eo missus est, ad cathedram mittere, cum tamen nec uox, nec doctrina nec usus illi suppetat ad[g] hoc munus obeundum. Jtaque dubito, sit ne P. Theobaldus utilior Dilingae quam Monachij futurus, quanquam eundem Brixinae parum fuisse gratum concionatorem audio[h] .P. Natalis[6] omnino uellet nostros qui Dilingae uersantur, a functione[i] concionandj liberos esse, quod utinam impetrare[k] possimus, cum nunc caeperint satis importune nostros urgere, et concionator Dilingensis breui sit discessurus[7].

Expectamus promissos a Cardinale 400 coronatos[8]. Et hi satis erunt fortasse non solum ad libros emendos (excipio Philosophicos, de

a) Oeniponti *B.* b) experiat *B.* c) *In arch. sequitur* illum, *oblitteratum.* d) *In arch. sequitur* illum, *oblitt.* e) Oeniponti *B.* f) ad aduentum P. Natalis *B.* g) suppetatad *A.* h) *In arch. supra versum scriptum.* i) funtione *A.* k) impetrari *B.*

---

[1] Augustanum. [2] De Mendoza; cf. supra p. 383.

[3] Stotz; v. supra p. 388.

[4] P. Georgium Schorichium, collegii S. J. monacensis contionatorem.

[5] Starnberg? Dachau? *Natalis* (Epp. II 504): „Un castillo cerca de Monachio". Cf. *Can.* II 14 293. Exstant epistulae ab Alberto V. 14. et 16. Novembris 1563 ex arce „Grünwald" (prope Monachium, ad Isaram sita) datae (*Goetz*, Beitr. 271[1] 278[3]). Protestantes, ubi primum Schorichius evocatus est, eum a duce in carcerem coniectum esse vulgarunt (Epp. *Nadal* II 504).

[6] Sententiae, quae hic incipit, *Polancus* sua manu in margine ascripsit: „trattesi con il padre Nadal"; quae verba ostendunt, Polancum, re cum Lainio collata, ab hoc ad Canisium ita scribere iussum esse.

[7] Dilingae in ecclesia collegiali et parochiali S. Petri a. 1522 a Christophoro de Stadion episcopo augustano fundatum erat et cum „beneficio S. Mariae Magdalenae" coniunctum „beneficium praedicaturae", quod qui teneret, contiones, maxime matutinas, singulis diebus dominicis etc. habere deberet: at ipso hoc saeculo XVI. homines ad id idonei semper praesto fuisse non videntur (*Ant. Steichele*, Das Bisthum Augsburg III, Augsburg 1872, 99—100). Ac cum cardinalis a Societate contionatorem petierit, qui simul „quasi parochus" esset (supra p. 382), hoc tempore contionatoris munus administratum esse puto a Mag. Augustino Neser, qui a. 1561 urbis parochus erat, a. 1563 vel certe 1564 parochi munere cessit (*Wilh. Weiss*, Chronik der Stadt Dillingen, 2. Aufl. Dillingen 1886, 342).

[8] Vide supra p. 395.

quibus adiunctus est Jndex)[1] uerum etiam ad totius Collegij principia firma constituenda. Nondum tempestiuum esse uidetur, ut Rector Dillingensis[a][2] abire sinatur. Fieret id quidem cum aliquo commodo Cardinalis ad sumptus Collegij S. Hieronymi imminuendos, sed cum onere in nos redundante, qui nondum pares uidemur ad integram Gymnasij administrationem suscipiendam, et inprimis huc opus esset Collegij nostri Rectore sagacj et industrio.

Cum redierit P. Natalis Monachium, aget de fundationis[3] literis corrigendis, et de causa quoque Clengiana[4], quam breui finem habituram speramus.

Praeterijt festum sanctorum omnium[5], nec audimus adhuc de parata[b] contra Kemnitium[c] Apologia. Vtinam expectatum opus hoc[d] author[6] absoluat tandem.

Scripsi de Petro[7] Coquo[e] nostro fugitiuo: Veremur admodum ne cum rapacibus manibus discesserit et forte satis magnam pecuniae summam abtulit[f] [?]. 200. scilicet aureos, a D. Fuggera in usum peculiarem nobis concreditos[g] ut alia praetermittam. Det illi Dominus mentem saniorem[8], nosque liberet a falsis fratribus[9].

De Joanne Orthnero[h] quod iubet[i] R. T., curabitur[10], sed Rector Moguntinus[k][11] parum commendat nobis hominem, ut caute cum illo agendum esse putem.

Augustae 44. peste dicuntur extincti proxima septimana[12]. Ego absque scandalo Cathedram deserere nullo pacto posse uideor, praesertim Aduentus tempore[13]. Et sane ut alij parum hic metuunt contagionem, quam in tanta hominum turba exiguam esse censent, ita nos etiam parui pendimus, praesertim quia bonum habemus Dominum[14], qui nos conseruat ac protegit in hac messe minime negligenda.

Apertas mittimus literas colonienses, quia legit illas P. Natalis, cuj sane gratias debemus maximas, quod hactenus diligentissime circa Collegium Diligense[15] laborarit, dignus, cui hoc inprimis Collegium

a) *In arch. supra vers. scriptum.* b) *In arch. corr. ex* pasata. c) Remnitium *AB.* d) hac *B.* e) *Ita B;* Coguo *A.* f) *Sic A; sed legendum videtur* abstulit, *quod est in B.* g) *Tria vv. sqq. in arch. supra vers. (manu Can., ut videntur) scripta sunt.* h) Urstnero *B.* i) juvet *B.* k) Maguntinus *B.*

---

[1] Hunc „Jndicem" non vidi. [2] Cornelius Herlen.

[3] Collegiorum ingolstadiensis et monacensis; v. supra p. 382.

[4] Rudolphus Clenck (v. supra p. 383) Ingolstadii 12. Decembris 1563 licentiatus, 14. Decembris 1563 doctor theologiae, Georgio Theandro vicecancellario et promotore, est creatus (*Mederer* l. c. I 278; II 47). Paulo post Eystadii „regens" novi clericorum seminarii creatus est. [5] 1. Novembris.

[6] Andrada; v. supra p. 323. [7] Gallo, Societatis novicio; v. supra p. 388[8].

[8] Cf. Mc 5, 15; Lc 8, 35. [9] 2 Cor 11, 26. Gal 2, 4.

[10] In Societatem iterum admitti ille cupiebat; v. supra p. 382.

[11] P. Lambertus Auer. [12] 7.—13. Novembris.

[13] Prima „Dominica Adventus" eo anno futura erat 28. Novembris.

[14] Thr 3, 25. Ps 105, 1; 106, 1 etc.

[15] Multa praecepta etc. ad collegium et universitatem dilinganam spectantia et Dilingae Sociis a Natale tradita exstant apud *Gomez Rodeles* l. c. 764—773;

praeter alia perpetuam referat gratitudinem animj. Faxit Dominus, ut illa quae Collegio praescripsit, accurate seruentur: ita recte fient omnia. Tantum de ingenio M. Joannis dominicj dubito[1]: is altius uolare uellet et egre[a] se continet intra fines Rhetoricae Professionis, praesertim quod molesti sint illi Discipulj crassioris mineruae. Dominus hoc Collegium conseruare et promouere dignetur hac[b] Hyeme, qua forte absque bono capite cuncta gubernabuntur.

Audio res Cardinalis[2] in angustias magnas retrudj ob graues sumptus, quos in hac diuturna Archiducum[3] expectatione facere cogitur. Quare uellem, bonum hunc Patronum nostrum R. T. et aliorum fratrum precibus ac sacrificijs Deo specialiter commendatum esse[4].

Hoc unum addam de rebus Germanicis[5], passim punirj maleficas et sagas, quarum mirus nunc prouentus cernitur. Horre[n]da[c] sunt illarum flagitia. Jnfantibus baptismi gratiam inuident et praecludunt grauiter, ut jnfantiscidae[d] inter illas plurimae reperiantur[e], imo etiam quaedam[f] Jnfantium carnes a se deuoratas esse fatentur, Nunquam Germani senserunt aetate maiorum Daemoni magis deuotos ac obstrictos[g] fuisse homines. Opinionem excedit Jmpietas, impudicitia, crudelitas, quam duce[h] Sathana perditae mulieres istae clam palam exercuerunt. Nec[i] audet Magistratus propalare flagitia, quae in uinculis istae fatentur. Multis in locis absumuntur flammis istae pestes exitiales humanae gentis, sed hostes praecipue nominis christiani. Multos suis[k] Diabolicis artibus e medio tollunt, et tempestates excitant dirasque clades immittunt Rusticis et alijs christianis, ut nihil ab

a) aegre *B.* b) hoc *B.* c) Horrida *B.* d) *Ita AB.* e) reperiuntur *B.* f) *Janssen (quem secuti sunt Duhr et Riezler) sic habet:* Ja von einigen Kindern haben sie das Fleisch aufgezehrt. *Neque iis id vitio vertendum est; nam praesto tunc erat tantum apographum B, quod habet:* imo etiam quorundam Jnfantium carnes *etc.; at ex A, in quo scriptio archetypi accuratissime reddita est, intellegitur, Canisii scriptorem hic non scripsisse* quorundam, *sed compendium quoddam sive siglum quod vocant adhibuisse idque eiusmodi, ut legendum sit:* quaedam. g) obstructos *B.* h) *In arch. (ut videtur):* ducem. i) Haec *B.* k) suos *B.*

quae ad collegii dilingani „visitationem“ anno 1566 a Natale actam pertinere (annus iis ascriptus non est) ea ostendunt, quae de cardinale, de PP. Theodorico Canisio et Pisano, de „gubernatore“ et „regente“ etc. in iis dicuntur.

[1] Ioannem Dominicum „Facciardum“, „Neapolitanum“, Romae 7. Ianuarii 1555 Societatem ingressum, 11. Septembris 1563 magistrum philosophiae creatum esse, a. 1564 primum Dilingae, deinde Ingolstadii fuisse ex * *Catalogo* ingolstadiensi supra p. 394 memorato cognoscitur. *Polancus* autem Tridento 4. Novembris 1563 P. Matritio scripsit, eum Dilingae „primae classis“ magistrum constitutum esse (Epp. *Nadal* II 423). Idem *Polancus* 5. Novembris 1563 P. Ludovico de Mendoza S. J. nuntiavit, eum Dilingae artem oratoriam iam tradere, graecam autem linguam traditurum, ubi discipuli ad eam discendam apti effecti essent (ex apogr. eiusd. temp. Cod. „V. P. 63“ f. 338). Hic igitur „Ioannes Dominicus“ distinguendus est a „Ioanne Dominico Romano“ S. J., qui a. 1561 Maceratae docuit (*Sacchinus*, Hist. S. J. II, l. 5, n. 86) et ab (eodem?) „Ioanne Dominico Bonacursio“ S. J., qui a. 1564 Mediolani magister fuit (ib. l. 8, n. 54).

[2] Augustani; cf. supra p. 358[1]. [3] Rudolphi et Ernesti.

[4] *Polancus* huic Canisii petitioni eodem fere modo, ut supra (cf. p. 398, adn. 6), in margine sua manu adnotavit: „fiet“.

[5] De postremo hoc capite vide, quae sub ipsas has litteras dicentur.

illarum horrendis artibus et uiribus tutum satis uideatur. Permittit iustus haec Deus ob populi graues iniquitates, quae nulla solent poenitentia expiari. Dominus Germaniae misereatur, nobisque gratiam suam augeat, ut inter pestilenticos, haereticos, magicos et magicas[a] munere nostro rite fungamur, tantisque morbis curandis[b] probe consulamus. Quare cupimus R. T. sacrificijs et precibus, praesertim ob aduentuales conciones rite instituendas etiam atque etiam Domino commendarj. Augustae 20 Nouemb. 1563.

Seruus in Christo P. Canisius.

Epistula haec famam quandam nacta est propter extremam ipsius partem, quae de „strigis“ est; atque inter epistulas Canisii, quae adhuc exstant, haec prima est, in qua is veneficarum illarum mulierum mentionem facit; quamquam in superiorum annorum epistulis mira quaedam, quae a daemonibus effecta esse libellis quibusdam per Germaniam disseminatis tradebantur, narravit; cf. *Can.* II 709 714—715; III 382—383 427—428. Atque Canisium ea quoque, quae de strigarum factis ad ipsum relata erant, facilius pro veris habuisse, eos etiam fateri oportet, qui Sacra Scriptura (1 Rg 28, 7—20. Tob 3, 7—11; 8, 3. Mt. 8, 28. Act 8, 9—11; 19, 15 16 etc.) et sanctorum Patrum libris instituti noverunt, daemones, Dei permissu, hominum non solum animabus, sed etiam corporibus et bonis externis plurimum posse nocere, et iniri posse, ut *S. Augustinus* scribit, „quandam pestiferam societatem hominum et daemonum“ (De doctrina christiana l. 2, c. 23, n. 36 [*Migne* PP. LL. XXXIV 53]), atque posse homines, ut *S. Thomas Aquinas* loquitur (S. th. 2, 2, q. 96, a. 2 ad 3), „daemonum auxilio uti“, et posse, ut denuo *S. Augustini* verbis utar (De civitate Dei l. 21, c. 6, n. 1 [*Migne* PP. LL. XLI 717]), „magicas, id est per homines daemonicas artes“ exerceri atque ita multa patrari, quae naturalem hominum scientiam atque vim excedant. Concesseris quidem haud ita gravate, saeculo XVI., quo tanta erat a fide defectio et tanta apud ipsos etiam catholicos morum corruptio atque perversitas, daemonibus similiter atque illa, quae Christi domini mortem proxime antecessit, aetate insignem quandam fuisse et industriam et potestatem efficientiamque; attamen ex altera parte historici plane ostenderunt, multas ex mulieribus illis temere pro strigis ductas perperamque eo nomine damnatas esse, sive quod, animorum morbis laborantes, somnia et hallucinationes ipsae pro factis externis habuissent, sive quod, nullo laborantes vitio, falso accusatae, crudelius tortae, iniuste iudicatae essent, sive quod crimina quidem commisissent, usitatiora tamen minusque atrocia. Ceterum communis hic morbus erat illorum temporum, „strigas“ facilius et videre et timere. Ac Canisius iuvenis cum Iusto Lansbergio, Gerardo Kalckbrenner, Nicolao Eschio, Maria ab Oisterwijk, similibus mulieribus piis conversatus mysticam quandam imbutus erat rationem, qua eius animus magis quam aliorum ad id inclinabatur, ut insolita quaedam vel ab ipso Deo vel bonis malisve angelis effecta esse putaret (cf. *Can.* I 11—12 17—18 21 36—38 53—57 68—69 etc.). Praeterea Canisius multos annos versatus atque ad litteras et theologiam institutus erat in civitate coloniensi, in qua famosus ille „Malleus maleficarum“ haud multo ante compluries, ut a. 1494, 1511, 1520, excusus erat (*Jos. Hansen*, Der Malleus maleficarum, in „Westdeutsche Zeitschrift für Geschichte und Kunst“ XVII, Trier 1898, 127—130). Atque satis recens tunc apud Germanos erat memoria Bullae „Summis desiderantes affectibus“, ab *Innocentio VIII.* Roma 5. Decembris 1484 datae, in qua hic: „Nuper“, inquit, „ad nostrum, non sine ingenti molestia, pervenit auditum quod, in nonnullis partibus Alemaniae superioris“ et inferioris „complures utriusque sexus personae . . . suis incantationibus, carminibus et coniurationibus aliisque nefandis superstitiosis et sortilegis excessibus, criminibus et delictis, mulierum partus, animalium foetus, terrae fruges, vinearum uvas et

a) *In arch. sequitur* quod, *oblitt.* b) *In arch. supra vers. scriptum.*

arborum fructus; necnon homines, mulieres, pecora, pecudes et alia diversorum generum animalia: vineas quoque“ etc. „perire, suffocari et extingui facere et procurare; ipsosque homines, mulieres, iumenta, pecora, pecudes et animalia diris tam intrinsecis quam extrinsecis doloribus et tormentis afficere et excruciare; ac eosdem homines ne gignere, et mulieres ne concipere“ etc. „valeant impedire; fidem praeterea ipsam, quam in sacri susceptione baptismi susceperunt, ore sacrilego abnegare; aliaque quamplurima nefanda excessus et crimina, instigante humani generis inimico, committere et perpetrare non verentur“ (*Bullarium* Romanum V, Augustae Taurinorum 1860, 297). Ceterum in strigarum occisione probanda Canisium aequarunt vel potius longe superarunt — de iurisconsultis, medicis, poetis protestantibus, ut Ioanne Bodino, Thoma Erasto, Ioanne Fischart, nihil dico — praecipui ex theologis protestantibus illius temporis, ut Ioannes Calvinus, Ioannes Brentius, Martinus Bucerus, Caspar Hedio, Wolfgangus Fabricius Capito, Lambertus Danaeus, Henricus Bullinger, Matthaeus Alberus, Guilielmus Bidembach (vide *Janssen-Pastor* l. c. VIII 571—575 595 636—651 725 [1]; *Joh. Diefenbach,* Der Hexenwahn, Mainz 1886, 288—300; *N. Paulus* in „Der Katholik“, 80. Jahrg. II, Mainz 1900, 469—473), maxime autem *Martinus Lutherus;* ut cum hic: „Die Zaüberer oder Hexen“, inquit, „das sind die bösen Teufelshuren, die da Milch stehlen, Wetter machen, auf Bock und Besen reiten, auf Mäntel fahren, die Leut schiessen, lähmen und verdorren, die Kinder in der Wiegen martern“ etc. (Dr. Martin Luther's Kirchenpostille, II, Evangelienpredigten, herausgeg. v. *E. L. Enders* I, 2. Aufl., Frankfurt a. M. 1868, 359); vel cum 25. Augusti 1538 „de veneficis et incantatricibus“ dixit: „Cum illis nulla habenda est misericordia. Jch wolte sie selber verprennen, more legis, ubi sacerdotes reos lapidare incipiebant“ (*M. Anton Lauterbach's* Tagebuch, herausgeg. v. *J. K. Seidemann,* Dresden 1872, 121. Plura ex Luthero posuit *J. Diefenbach,* Der Zauberglaube des sechzehnten Jahrhunderts, Mainz 1900, 4—11). Neque tamen, quae modo dixi, ita dicta esse velim, ut de his Canisii temporibus negentur, quae de temporibus haud multo posterioribus affirmavit P. *Fridericus Spe* S. J., veritatis et iustitiae amator insignis; is enim in praeclaro illo libro, qui de „Processibus contra sagas“ adversus strigomaniam, si ita loqui fas est, ab ipso compositus, primum a. 1631, deinde (ipso, ut videtur, corrigente et amplificante) 1632 typis vulgatus est (*Duhr* l. c. 61—62; *J. Diel* et *B. Duhr,* S. J., Friedrich Spe, Freiburg i. Br. 1901, 67—68), ad „Dubium“, „an Sagae, striges seu malefici reuera existant?“ respondet: „Id omnino tenendum existimo, reuera in mundo maleficos aliquos esse, nec id sine temeritate, ac praeposteri iudicij nota negari posse“; ac paulo infra affirmat, „crimen“ „Sagarum seu maleficorum“ esse „enormissimum, grauissimum, atrocissimum“: Cautio criminalis, Seu de Processibus contra Sagas Liber. ... Auctore incerto Theologo Romano (Ed. 2., Francofurti 1632) 2 8.

Ceterum Canisius paucis mensibus post de sagarum maleficorumque potestate factisque aliquanto moderatius sensit; vide infra monum. 476.

Lainius Canisio per Polancum rescripsit 29. Novembris 1563.

992. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO.

Tridento 21. (23.?) Novembris 1563.

Ex apographo eiusdem fere temporis; in margine, eadem manu: „P. Canisio“. Cod. „V. P. 63“ f. 371^b—372^a.

Collegium dilinganum. Weissenhornium. Probatur, quod Canisius spreto pestilentiae contagio Augustae manet. Catechismi recognitio. Cardinalis Socios Augustae doctrinam christianam exponere, Dilingae contionatoris munus administrare cupit; typographiam iisdem dare cogitat; per Canisium de erratis magistratuum certior fieri vult. Canisius pecunia Ludovici cardinalis Madrutii Centurias, opera Lutheri, Brentii etc. emere iubetur, quae Christophorus cardinalis Madrutius Vitellio collegae donare vult.

Pax christi.

Al ultima de V. R. de XJ. del presente non occorre molto in risposta poi che del Collegio de dilinga ho scritto de Bolzano[1].

Desideramo che V. R. habia facto qualche bon fructo in quella terra[2] dellj Signori Fucherj et poi che è parso expediente non abandonar augusta in questi trauaglj[3] et[a] tempo del Aduento sia al nome de dio a chi piacia conseruar V. R. del Cathechismo si scriue al Padre Natal che lo ueda[b] ouero se rimetta à V. R.[4] desideraua il Cardjnal de Augusta che in Santo Joanni se legessi il Cathechismo in Tudescho per alcuno de nostrj[5], et che in dilinga se accettassi la cura del predicar con quella prouisione ordinaria del predicator de 100 fiorinj et una casa[6], et anche pensaua de darce sua stampa de Dilinga[7]. de tutto questo scriua V. R. quel che li pare . seli farebbe anche cosa gratissima se V. R. lo auisassi delj mancamentj ò negligentie che uede nelli suoj officialj, et promette il secreto etc. non[c] ho tempo de stendermj . lo faro un altra uolta.

Lo illustrjssimo Cardinal de Trento uorrebbe fare un presente al Cardinal Vitello[8] de librj hereticj et cosi lo illustrjssimo Cardinal Madruzio suo nipote[9] ha ricommandato à N. P. accio scriuessi à V. R. sopra far electione de quelli che li pareranno oportuni insino alla summa de 200 ducati, fra quelli doueriano essere tutte le Centurje, et li librj de Lutero, Brentio, etc. penso scriuira el medesimo et questa lettera si da à Su Signoria Jllustrissima ilquale anche scriue ad un Mercante[10] dia li denarj che serranno necessarij. V. R. faccia l' officio et perche se scriue per l ordinario[11] non djrro altro in questa senon che procuri V. R. sodisfare à detto Jllustrissimo Cardinal . de Trento, li 21[d] [?] de[e] Nouembre 1563.

a) *A libr. correctum ex* al. b) uedo *ap.* c) no *ap.* d) 23 *ap.; vide quae sub ipsas has litteras 1. loco dicentur.* e) de de *ap.*

[1] Vide supra p. 395. [2] Weissenhorn; v. supra p. 372 397.

[3] Pestilentia Augustam urebat; v. supra p. 378 382 399.

[4] Vide quae sub ipsas has litteras 2. loco dicentur.

[5] Augustae in templo S. Ioannis Baptistae, prope ecclesiam cathedralem sito, quod parochiale vel iam tunc erat vel saeculo XVII. effectum est, Canisius nonnunquam contionabatur; v. *Can.* II xxxix 845[3]; III 619 624 690.

[6] Vide supra p. 398[7].

[7] Typographiam Sebaldi Mayer cardinalis a. 1560 emerat; v. *Can.* III 784[1].

[8] Christophorus cardinalis Madrutius, episcopus et princeps tridentinus et brixinensis, Romae degebat; ubi etiam versabatur doctissimus vir Vitellotius Vitellius († 1568), nobilis tiphernas, a. 1557 a Paulo IV. diaconus cardinalis creatus, qui postea (praeter alia officia ab ipso administrata) decreta concilii tridentini una cum aliquot aliis cardinalibus iussu Pii IV. cognovit (*Pogiani* Epistolae III 449[c]) atque „Congregationi Cardinalium concilii tridentini interpretum" praefectus est (*Ciaconius-Oldoinus* l. c. III 863—864).

[9] Ludovicus Madrutius, coadiutor tridentinus, qui concilio tunc intererat; v. supra p. 122 327. [10] Hieronymo Crafter; v. infra p. 410.

[11] Tabellarius ordinarius proximo die Martis sive 23. Novembris profecturus erat; vide, quae sub ipsas has litteras 1. loco scribentur.

His litteris duo censeo esse adnotanda:

1. In apographo quidem antiquo, quod in Registro epistularum Lainii et Polanci exstat et a me adhibitum est, dies 23. Novembris 1563 his litteris ascriptus est; sed Canisius ipse in epistula archetypa 4. Decembris 1563 Lainio missa, qua ad has litteras ab illo responsum esse ex ipsa epistula manifestum efficitur, Polancum eas 21. Novembris dedisse scribit. Cui diei congruunt, quae Polancus in iisdem litteris scribit: „Tempus mihi non suppetit ad plura dicenda . . . Hae litterae cardinali [Madrutio] tradentur [Augustam mittendae] . . . Quia per tabellarium ordinarium litterae [Augustam] mittentur, in hisce plura non dicam“ etc.; tabellarii enim ordinarii diebus Martis Augustam proficisci solebant; proximus autem dies Martis d. 23. Novembris erat. Fortasse autem cardinalis tabellarium vel cursorem „extraordinarium“ 21. Novembris vel nactus non est vel abire iusserat, antequam Polanci litterae ei traditae essent, atque ita fieri potuit, ut eaedem, cum 21. Novembris iis ascriptus esset, die tamen 23. per tabellarium ordinarium mitterentur et hic dies in registro eis ascriberetur. Licet autem Polancus in his litteris Canisio promiserit, se paulo post alteram ad ipsum epistulam daturum, huiusmodi epistula neque in Registro comparet neque in Canisii epistulis commemoratur; quare Polancum, quem hoc tempore valde occupatum fuisse ipsae hae litterae ostendunt, scribendo supersedisse opinor.

2. *Polancus*, ut ex Canisii litteris 4. Decembris 1563 ad Lainium datis intellegitur, una cum hac epistula Canisio misit litteras P. Natali destinatas; quarum apographo, in cod. „V. P. 63“ f. 372 posito, diem 21. Novembris 1563 (librarius antiquus diem 23. ascripsit) ascribendum fuisse ex iis, quae modo dixi, colligi posse videtur. In his igitur litteris *Polancus* Lainii mandatu: „Se V. R.“, inquit, „potra reueder el Cathechismo del Padre Canisio N. P. haueria à piacere, quando non possa li pare si potrebbe rimettere à esso, perche bisognaria usar fretta nel stampar il suo cathechismo per che si crede che del Concilio ne uscira un altro et seria conueniente el preuenir“ (ex apographo, quod dixi. Epistula excusa est Epp. *Nadal* II 464—465). De altero autem illo catechismo idem *Polancus* nomine Lainii Tridento 25. Novembris 1563 ad Socios bononienses *scripsit: „Potrebbe essere che ancora ne usciessi un cathehjsmo nouo da questo concilio per che se attende à quello per alcuni deputatj alcuni mesi fa“ (ex apogr. tot. epist. eod. temp. scripto. Cod. „V. P. 63“ f. 376[a]).

Canisius Lainio rescripsit 4. Decembris 1563.

993. FRIDERICUS A WIRSBERG, episcopus herbipolensis et Franconiae orientalis dux, CANISIO. Herbipoli 23. Novembris 1563.

Ex imagine photographica apographi huius litterarum partis, quod, ipso anno 1563 Augustae Canisii iussu ex archetypo exscriptum et ab eodem ad Lainium praepositum generalem missum, nunc exstat in Cod. „E. C. II“ n. 310 (f. 372). Canisius apographo illi haec superscripsit: „Ex literis Episcopi Herbip. ad P. Canisium“, atque extremo apographo manu romana eaque paulo posteriore adnotatum est: „Littera d' un' Vescouo al Padre Canisio“.

Se, cum partem tantum collegii mitti non conveniat, iam integrum Societatis collegium Herbipoli in monasterio S. Agnetis, quod opulentum et commodum sit, instituere velle. Mittendum igitur esse aliquem de Societate, qui de rebus collegio illi parandis secum agat. Quodsi Societatis ope destituatur, alios quoscumque magistros a se arcessi oportere.

— — Quanquam uero putauimus, ad explendam animi nostri voluntatem ac desideria satis fore, si ab initio uel dimidiam uel quotamcunque partem collegij impetrare[a] ab ordine uestro possemus[1]: tamen

a) impedrare *ap.*

[1] Vide supra p. 376.

quia intelligimus, institutum ac rationes vestras hanc reparationem, cum propter officia, tum propter alias incommoditates non ferre: placet nobis quoque, ut integrum Collegium duodecim uel quatuordecim personarum, apud nos instituatur[1], idque in Monasterio Monialium Diuae Agnetis, quod iam prorsus uacat[2]. Licet enim in eo professores hucusque pro erudienda iuuentute uiros Doctos (laicos tamen) aluerimus: tamen ex illis primus suum diem obijt[3], alij studiorum gratia in Jtaliam abierunt: ita ut necessitas iam postulet de alijs in horum locum sufficiendis nos cogitare.

Supra dictum Monasterium D. Agnetis in Ciuitate nostra Herbipoli, certos annuos reditus habet tam pingues, ut inde quatuordecim homines commodissime viuere possint. Jpsum Monasterium tam spaciosum est, culina, hortis, habitationibus alijsque rebus ita instructum, vt capere etiam plures personas posse uideatur. Ne tamen ea in re vobis quid obstet, hac commoditate[a] [?] vtrinque uti poterimus, vt uel D. Hieronymum Natalem iam non procul hinc commorantem (qui quanquam anno elapso hic omnia eo in Monasterio satis fere perlustrauit)[4] priusquam Tridentum[b] proficiscatur, aut si hoc ipsi commodum non sit, alium huc mittatis qui et locum ipsum et reditus Monasterij, aliaque diligenter inspiciat et coram nobiscum agat, si quid forte habitationibus et auditorijs pro uestro more desit, ut hac hyeme id uel reparari uel aedificari possit.

Cum igitur iam animi nostri sententiam et quid a te fieri in hac re velimus aperte uideas iterum abs te petimus, ut hoc negotium apud Societatis vestrae Praepositum et commissarium Generalem[5] ita proponere, et vrgere uelis quo vere proximo uel saltem ad festum Pentecostes[6] de vestro Ordine Collegium virorum pietate et doctrina probatorum habeamus, quorum opera, cum in erudienda Juuentute, tum restauranda et retinenda vera Religione in nostra Ecclesia vti possimus.

a) *Sic ap.;* cautione? b) Tridendum *ap.*

[1] Anno 1558 prima Societatis congregatio generalis confirmaverat, quod ab ipso S. Ignatio erat statutum: „Ne per decem annos proxime futuros, incipiendo a 1553, admittatur Collegium ullum, ubi non possint 12 saltem de Societate sustentari, cum duobus aliis, qui rebus corporalibus inserviant, ita ut totus numerus ad 14 perveniat (Congreg. I. decr. 73. *Institutum* S. J. II 171). Atque in antiqua illa „Formula acceptandorum collegiorum“ a *Lainio* anno 1559 ad Canisium missa statuitur: „Il minore Collegio sarra di 20 persone“ (*Can.* II 662[5]; cf. III 19 182).

[2] De hoc Clarissarum monasterio eiusque bonis v. Can. III 365 365[2] 422.

[3] Gasparus Stüblin, linguarum magister (*F. X. v. Wegele*, Geschichte der Universität Wirzburg I, Wirzburg 1882, 92 102). De reliquis paedagogii a. 1561 a Friderico instituti magistris scripserunt *Wegele* l. c. I 92—100 et *C. Braun,* Geschichte der Heranbildung des Klerus in der Diöcese Wirzburg I, Wirzburg 1889, 110.

[4] P. Hieronymus Natalis, Societatis visitator, m. Octobri a. 1562 Herbipoli cum episcopo egerat (Epp. *Nadal* II 113).

[5] Vel Natalem significat, vel S. Franciscum Borgiam, qui, Lainio absente, inde a m. Maio 1562 Romae Societatis „commissarium“ vel vicarium agebat; v. *Can.* III 438. [6] Ad 21. Maii 1564.

Hoc non tam nobis gratum, quam Ecclesiae, Christi frugiferum accidet. Quod reliquum est, petimus ut in hoc negotio, operam tuam nobis non deneges, et infra Mensis unius[a] spacium, si fieri potest, certiores nos facias, quid deinceps sperare debeamus. Nam si in collegij instituendj ratione vestra ope et opera destituamur, tum necessario in eorum professorum locum qui discesserunt, alios laicos uel quoscunque conducere cogimur. Qui tamen de vestra societate ita et speramus et sentimus, ut hominum vestrorum opera quam aliorum vti mallemus. Vale Datae in nostra vrbe Herbipoli die 23. Nouemb: Anno 63.

Apographo antiquo in margine inferiore paginae prioris manu *Polanci* ascriptum est: „videat pater natalis quid possit fieri". Id quod certe ab ipso Lainio ei mandatum est; ad hunc enim Canisius apographum illud una cum litteris suis Augusta 4. Decembris 1563 datis, ut ex ipsis intellegitur, misit.

994. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu. Augusta Vindelicorum 27. Novembris 1563.

Ex epistulae Polanci apographo eodem tempore scripto. Cod. „V. P. 63" f. 394[b].

Polancus nomine Lainii Tridento 6. Decembris 1563 Augustam ad Canisium scripsit: „L' ultime de V. R. sono de 27 del passato." Canisii litterae perisse videntur; de quibus vide Polanci, quam dixi, epistulam; hac enim Lainius Canisio respondit.

995. CANISIUS **P. HIERONYMO NATALI**, Societatis Iesu visitatori. Augusta Vindelicorum sub 28. Novembris 1563.

Ex litterarum 4. Decembris 1563 a Canisio ad Lainium datarum apographo A, de quo infra p. 409 dicetur.

De catechesibus Augustae, contionibus Dilingae habendis, typographia, P. Stotz etc.

Canisius Augusta 4. Decembris 1563 Tridentum ad Lainium haec scripsit de Ottone cardinale Augustano, P. Theobaldo Stotz S. J. etc.: „21 Nouembris datas accepi, et adiunctas misi Monachium ad P. Natalem . . . Scripsi ad eundem P. Natalem, hoc quidem tempore non conuenire uiderj, ut quemadmodum Cardinalis postulat uel Augustae quidam e nostris Catechismum Germanice doceat, uel Dilingae Concionatorem agat ordinarium. De utroque aget ille coram fusius, sicut et de Typographia Dilingensi . . . Miramur M. Theobaldum nondum ad nostros AEnipontum esse profectum, nisi nunc fortasse eo peruenit, de quo scripsi meam ad Patrem Natalem sententiam". Cf. supra p. 398. Canisii epistula perisse videtur.

996. **P. IOANNES DE POLANCO**, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO. Tridento 29. Novembris 1563.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „P. Canjsio". Cod. „V. P. 63" f. 378[b]—379[a].

Particulam posuit *Duhr*, Die Stellung etc. (v. supra p. 396) 23—24.

Gaudet, Canisii ministeria Fuggeris grata, Weissenhorniensibus utilia fuisse. Collegium germanicum. Octavianus Fugger. Rector Sociis dilinganis praeficiendus. PP. Natalis, Mendoza, Stotz. Collegio dilingano cardinalis pecuniam, victum, supellectilem, libros providet. Cornelius Herlen. Andrada librum suum mox excudendum curabit. Canisius reprehenditur, quod pecuniam non asservaverit diligenter. Augustae, dum urbs pestilentia uritur, Sociorum valetudo bene curanda. Preces pro

a) unicus *ap.*

collegiorum fundatoribus praescriptae iam pro cardinale Augustano fieri debent. „Strigae" in Germania. In Gallia religio meliore loco est. Concilium brevi absolvetur; res reformationis iam sunt constitutae. Pecunia collegio romano providenda.

Pax christi.

Riceuette N. P. quelle di .V. R. de 20. del presente, et ci rallegramo in Domino che la sua andata et predjcatione in quella terra del Signor Georgio Fuccaro[1] sia stata fructuosa al populo, et grata alli patronj, et non dubitamo che sera stata de molta consolatione perla Signora Vrsula et à noj ce l ha dato intendere che del feruore di essa sia anche acceso il pieuano, qui mando una lettera del Rettor del Collegio germanico[2], ueda V. R. quello che scriue et faccia intendere à detta Signora quello che tocca al suo figliolo[3], qui uanno anche certe lettere per il Signor georgio, forsa che sono del figliolo ò del pedagogo dj esso[4].

Circa il Collegio de Dilinga se il Padre Maestro Natal non se risoluera quanto al Rettor[5] insino à tanto che uenga à Trento qua si uedera collatis consilijs qujd magis expediat.

Le lettere di V. R. per il Cardinal augustano li son state mandate, ma il Padre Don Lujgi non si mandara altrimente in Dilinga[6].

De P. Theobaldo[7] *cum P. Natale agetur*. li 400 ducati che mando il Cardjnal de Augusta gia è da credere saranno riceutj[8], et l intento suo non era che si spendessero[a] in altro che nel uicto perche perle suppellectili de altra banda[b] uoleua fossi prouisto, et che anche se cauassi del economo quel che se potesse de grano et altri bisognj, perli librj philosophici si è mandata la lista al Padre Don Luigj leuando pur una parte di quelli che erano notati per non grauar tanto il Cardjnal[9]. il Rettor uechio[10] si potra trattener quanto parera expediente.

Jl D. Diego de Paiua subito che il Concilio sera finjto sene andera à Venetia per stampare quel suo libro[11] contra Kemnjtio il quale

a) *A libr. correctum ex* stendessero. b) bando *ap.*

[1] Weissenhorn.

[2] P. Ioanne Perusco S. J., collegii germanici rectore, a. 1563 hoc officium cum munere rectoris collegii florentini commutare iusso, P. Alphonsus Sgarillia per menses haud ita multos „vicerectorem" egit; quem secutus est rector P. Ioseph Cortesone. Ceterum primis huius collegii temporibus „rectores" etiam vocabantur, qui sub vero rectore collegium regebant (Card. *Steinhuber* l. c. I 82—83 82[2]). De ipsa rectoris epistula vide, quae sub has litteras dicentur.

[3] Octaviano. [4] Magistri Andreae vel Ioannis Dominici? Cf. supra p. 394.

[5] Deliberabatur, quisnam collegio Societatis dilingano praeficiendus esset rector; v. supra p. 383 397—400.

[6] „Per non inclinarse el a Germania", scripsit *Polancus* Natali 23. Novembris 1563 (Epp. *Nadal* II 465). Et cardinalis *Otto* Bolsano 27. Novembris 1563 Lainio scripsit, ut Mendozam secum in Hispaniam ire concederet; eum enim et sibi et omnibus Germanis Italisque suis optime satisfacere, ac confessarii mutationem molestam sibi fore (l. c. II 645). [7] Stotz. [8] Vide supra p. 398.

[9] Cf. supra p. 398. [10] Cornelius Herlen. [11] „Orthodoxas Explicationes".

tiene gia quasi finito . molto ci dispiace il danno di quel furto de 200. ducatj che dice .V. R. hanno patito[1], ben che è da marauigliarse alquanto che tal quantita de denari sia stata tanto mal guardata, et che parle V. R. come in dubio dicendo ueremur admodum etc. et forte satis magnam pecuniae summam a Domina Fugera in usum peculiarem nobis concreditam . como si uoglia sarrebbe [bene][a] [?] de dare aujso alla inferior germania poi che coluj che si pensa l habbia rubbati era di quelle bande.

gia che V. R. giudica che non puo partirse de Augusta massime in questo tempo almeno habiasi bona cura, et anche si guardi il Padre Guillelmo[2] et li altrj de casa . serra fatto oratione come V. R. lo desidera[3] per il Cardjnal de Augusta et gia si ricommanda à tutti li luoghi facciano con esso il debito officio de charita et gratitudine uerso li fundatorj[4] et V. R. ueda de ordinar questo istesso en sua prouincia, è cosa terribile quella che V. R. scriue delle strege[5] et si uede che in molti modi è trauagliata la germania. Dio N. Signor usi mjsericordia uerso di quella et conli flagelli la faccia redire ad cor[6]. Della Francia sapiamo anche che è trauagliata de peste, ma le cose della relligione uanno molto[b] meglio, Vna lettera si mandara à Jspruc, et di la se drizara à V. R. quella dopoi la mandi à Vienna[7], ne altro in questa dirro senon che andiamo nel fine del Concilio, gia si son finite[c] le congregatjonj de tutte le cose della riforma, resta de alcuni dogmj trattar qualche cosa et non si sa pero quel che si risoluera, ma auanti el natale[8] si pensa che il tutto serra finito . N. P. P. et tutti etc. di Trento li 29 de Nouembre 1563 . usi V. R. diligentia per liauer[d] [?] li 400 ducati del imperatore[9] etc.

Polancus una cum his litteris, ut ex ipsis intellegitur, Canisio misit epistulam Roma a rectore collegii germanici (de quo v. supra p. 407 [2]) ad Lainium datam. De qua epistula *Polancus* nomine Lainii Tridento 26. Novembris 1563 eidem rectori *scripsit: „Vna de V. R. de 15 del presente si è riceuuta insieme con la lista del Collegio germanico . distinta per Classj, et ci ha dato consolatione il buon raguaglio che ci da del ben essere de detto Collegio quale conseruj Jddio Nostro Signor con aumento continuo delli suoj donj . si manda la istessa lettera al Padre Canisio in germania accio se pigli consolation de uederla, et anche la dia specialmente à quelli Signori Fuccarj conle noue del suo figliolo" (ex apogr. totius ep., eodem tempore scripto. Cod. „V. P. 63" f. 376).

a) *Hoc supplendum esse conicio.* b) *A libr. corr. ex* melio. c) fininite *ap.* d) *Sic ap.; sed legere malim* riauer *vel* auer.

[1] Vide supra p. 399. [2] Elderen. [3] Vide supra p. 400.

[4] Quae missarum sacrificia et orationes pro singulis collegiorum fundatoribus in tota Societate ex Constitutionum praescripto fiant, vide *Can.* III 353.

[5] Vide supra p. 400. [6] Is 46, 8.

[7] Hanc epistulam de rebus Galliae fuisse ex *Polanci* * litteris Tridento 30. Novembris 1563 Vindobonam ad P. Laurentium Magium S. J. datis (Cod. „V. P. 63" f. 384[b]) patet. [8] Ante 25. Decembris.

[9] Haec pecunia ut singulorum annorum initio collegio Societatis romano ad iuvenes germanos, bohemos etc. instituendos daretur, Ferdinandus I. constituerat; v. supra p. 8 12—13.

997. CANISIUS **CHRISTOPHORO A FREYBERG**, cathedralis ecclesiae augustanae decano.

Augusta Vindelicorum sub initium m. Decembris 1563.

Ex actis capituli, quae sunt in Cod. monac. „Augsb. Domk." p. 90—91.

Actis usus est et aliqua ex iis posuit *Carolus Schellhass*, Nuntiaturberichte aus Deutschland 1572—1585 IV, Berlin 1903, XVIII[7].

A capitulo augustano petit, ut Sociis sacellum quoddam templi cathedralis ad sacra ministeria concedatur.

In actis cathedralis capituli augustani de eiusdem „sessione" 7. Decembris 1563 habita haec, praeter alia, a secretario vel notario capituli notata sunt: „Octaua Andreae[a] [?] denn 7ten Decembris[1]. Was der herr Canisius meinem genedigen herren Thumdechant vonn wegen S. Vlrichs Capellen geschriben etc., das haben meine genedigen herren vernomen." Atque ex iis, quae sequuntur (quae vide infra p. 416), intellegitur, Canisium litteris illis a Christophoro a Freyberg capituli decano (de quo v. Can. II 836[1]) petisse, ut sacellum S. Udalrici, quod ecclesiae cathedrali continens erat (Braun, Domkirche [v. infra p. 416[1]] 80), Societatis hominibus augustanis concederetur ita, ut ipsi in eodem sacris ministeriis fungi possent, beneficium autem ecclesiasticum sive „capellania", cum sacello coniuncta, quae tunc vacabat, in clericum aliquem saecularem conferretur; haec enim collatio penes capitulum erat (Car. Stengelius O. S. B., Mantissa ad Commentarium rerum Augustan., Augustae Vindel. 1650, 9). Canisii epistula periit.

Canisio Freybergii nomine rescriptum est sub 7. Decembris 1563.

998. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 4. Decembris 1563.

Ex apographo recenti (A), quod ex archetypo — Canisius sua manu extremam partem epistulae („Numerata est" etc.) scripsit — in Cod. „E. C. I." f. 363a—364b (n. 124) posito exscriptum est.

Exstat etiam alterum apographum (B), quod sub a. 1860 curante *Boero* ex archetypo exscriptum, postea cum eodem collatum est.

Aliquot partes epistulae ex archetypo transcriptae sunt in Epp. *Nadal* II 645—646. Eadem usus esse videtur *Sacchinus*, Hist. S. J. II, l. 7, n. 43.

P. Natalis. Canisii scriptores. Catecheses et contiones augustanae et dilinganae. Ecclesiae Augustanae „status valde perturbatus"; cleri vitia, cardinale absente, curari vix possunt. Canisius cardinali Tridentino libros protestantium mittere nondum potuit. Dilingae P. Cuvillonius officia haud recte administrat; aliquis rector constituatur oportet; „minister" omnia praestat. PP. Rabenstein et Stotz. Contionator Dilinganis dandus. Socii pecuniam a cardinale assignatam valdeque necessariam non nanciscuntur. Episcopus herbipolensis, ut collegium incohetur, instat; in quo episcopatu clerus „deformatus", protestantes potentissimi sunt. Canisius potius collegia bavarica et domum augustanam pluribus Sociis instruenda censet. Catechista Augustae dandus; ubi Socios degere non expedit, nisi qui probatae sint virtutis. Canisius praepositi provincialis officio levari cupit. Pecunia pro Octaviano Fuggero numerata; eius Romam mittendae difficultas; 5 %.

a) *Ita quidem verbum vel verba haec, quae certe obscurius scripta sunt, videntur esse legenda. Cf. infra adnot. 1.*

---

[1] Dioecesis augustana 7. Decembris „octavam" S. Andreae apostoli agebat (*Hoeynck* l. c. 282).

† Reuerende[a] admodum Pater. Pax christi.

21[b] Nouembris datas accepi, et adiunctas misi Monachium ad P. Natalem[1], quem nunc AEniponti[c] esse putamus eodemque misimus Ambrosium[2] nostrum eodem Patre suadente, ut in uocatione sua rectius habeat. Vtimur interim Germano quodam adolescente scriptoris loco, qui bonam nobis pollicetur Spem de hoc instituto nostro amplectendo[3].

Scripsi ad eundem P. Natalem, hoc quidem tempore non conuenire uiderj, ut quemadmodum Cardinalis postulat uel Augustae quidam e nostris Catechismum Germanice doceat[4], uel Dilingae[d] Concionatorem agat ordinarium. De utroque aget ille[e] coram fusius, sicut et de Typographia Dilingensi[5].

Poterunt suo quidem tempore indicarj graues morbi, quos Cardinalis scire cupit, sed quos absque Cardinalis praesentia multis modis exoptata, nec minus necessaria curare, nullus facile possit. Nam ualde perturbatus est huius Ecclesiae status, ob uarios clericorum excessus et desunt Medicj his grauissimis et inueteratis morbis, ut plena excommunicationum et irregularitatum omnia uideantur. Qua de re nouerit plura dicere P. Natalis.

Facerem sane lubens quod postulatum est de mittendis haereticorum libris: sed respondet Hieronymus Crafter cuius erat summam 200. ducatorum mihi numerare Cardinalis Tridentini[6] nomine, respondet inquam se primum Nurembergae uel alibi experturum, possint ne tales libri commodius reperirj quam Augustae. Jtaque non mittam illos, quos fere ad manum habebam, seruiente mihi Augustano Bibliopola[7], sed nouum expectabo mandatum, aut eiusdem Crafterj nummos atque consensum.

a) *Hoc v. et 4 sqq. in B desunt.* b) Die 22. *B; sed in apographo A, in quo librarius scriptionem archetypam valde diligenter expressit, plane apparet* 21; *atque ita etiam legit editor Epp. P. Nadal l. c.* c) Oeniponti *B.* d) *In arch. corr. ex* Dilingi. e) *In arch. corr. ex* illo.

[1] Cf. supra p. 404. [2] Sanctinum, S. J., de quo supra p. 375.

[3] P. *Guilielmus Elderen* S. J. in domus augustanae litteris quadrimestribus m. Ianuario 1565 datis refert, duos adulescentes „spectatae indolis", quorum alter Sociis augustanis „domesticus erat", horum opera in Societatis tirocinium esse admissos (v. infra monum. 439). Atque hos existimo fuisse Christophorum Neyner, de quo in * *Catalogo* collegii monacensis exeunte a. 1566 scripto refertur, eum tirolensem, 23 annos natum, 28. Septembris 1564 Augustae Vindelicorum in Societatem admissum, modo Monachii prima rudimenta grammatices tradere (Cod. „GSC 66" f. 411[a]), atque Georgium Schoran sive Schornium, de quo in eodem * *Catalogo* affirmatur, eum 1. Ianuarii 1565 Augustae Societati nomen dedisse, 8. Septembris 1565 Monachii Societatis vota nuncupasse, per annum syntaxeos praecepta tradidisse, tres iam menses litteras et humanitatem docere. Idem in * *Catalogo* monacensi 1. Ianuarii 1565 dato „Andernacensis, dioecesis Coloniensis" (Andernach, oppidum Borussiae rhenanae), vocatur et beneficium ecclesiasticum habere traditur (l. c. f. 377[a] 410).

[4] In templo S. Ioannis Baptistae: v. supra p. 403[5]. [5] Cf. supra p. 403[7].

[6] Ludovici cardinalis Madrutii, nepotis Christophori cardinalis Madrutii, qui cardinali Vitellio hos libros donare volebat: v. supra p. 403.

[7] Georgio Willer; v. supra p. 153.

Venio ad Collegium Dilingense, in quo P. Cuuillonius[a] mihi satisfacere non uidetur, siue in munere concionandi latine diebus festis, siue in functione Rectoralj[1]. Deest uirilis[b] animus, prudentia, exercitatio. Torquetur subinde suis scrupulis etc. Quare maiorem in modum rogo, ut cum P. Natale transigatur de Rectore bono Dilingae constituendo, qui tum domi tum foris authoritatem Collegij tueatur, et succurrat incommodis, quae nunc magis ac magis offerunt sese. Totum Collegium pendere quodammodo uidetur ex Ministro Rauenstein[2], qui solus curam fere omnem sustinet, et graue quidem Marthae munus[3] obit. Multum[c] accederet fauoris Collegio, si concionatorem dare possemus, quemadmodum toties postulauit Cardinalis, et breui fortasse necessitas ipsa, cum Concionator[d] deerit plane[e] postulabit[4]. Miramur M. Theobaldum[5] nondum ad nostros AEnipontum[f] esse profectum, nisi nunc fortasse eo peruenit, de quo scripsi meam ad Patrem Natalem sententiam. Quod ad 400 illos ducatos attinet[6], testatur AEconomus Augustanus, a quo accipiendi erant, de illis nihil ad se[g] esse perscriptum[h]. Jubet tamen Cardinalis, Jubet illius OEconomus[i] Dilingensis, ut dictam pecuniae summam ab illo ipso postulemus. Et sane opus nunc esset, quae supersunt debita non pauca ex illa ipsa summa persoluere. Dominus in gloriam suam dirigat hoc Collegium, quod bona spe magis quam re niti[k] uidetur, praesertim quamdiu abest Cardinalis.

Scripsit ad me tandem Episcopus Herbipolensis[7], quemadmodum ex adiunctis[8] intelliget R. T. Precipue postulat, ut intra mensem certi aliquid repondeatur R. T. nomine, uelitne 14 plus minus personas ad se mittere ante festum Penthecostes[l][9], quibus Monasterium Religiosarum[m] uacans[n] ad Collegium constituendum, donare decreuit Herbipoli[o][10]. Quod si hoc promiserimus, cuperet ille quam primum illuc mitti aliquem, qui non solum inspiceret locum, sed et[p] de[q] structura et reparatione necessaria in tempore admoneret. De certis autem prouentibus nihil nobis promittit. Non dicam, quae P.[r] Polancus e[s] Cardinale cognouit, de loci difficultate, et cleri deformatione, et sectarum in hac Ecclesia uiribus maximis. Nouit et P.[t] Natalis de statu

a) Covillonius *B.* b) iurilis *A.* c) *In arch. sequitur* etiam, *oblitteratum.* d) Concionatur *B.* e) *Deest in B.* f) OEnipontum *B.* g) ad se nihil *B.* h) praescriptum *B.* i) aeconomus *B.* k) *In arch. corr. ex* nisi. l) Penteecostes *B.* m) Religiosorum *B.* n) *In arch. supra versum scriptum.* o) *His vv. Polancus aliqua in margine adnotavit; quae v. infra p. 417.* p) it *A;* etiam *B.* q) *In arch. 2 vv. sqq. supra vers. scripta sunt.* r) Pater *B.* s) ex *B.* t) Pater *B.*

[1] Vicerectorem agebat (v. supra p. 386) ac latine contionabatur et diebus festis catechismum (latine) exponebat (Epp. *Nadal* II 423).

[2] P. Ioanne Rabenstein. [3] Cf. Lc 10, 38—41.

[4] Cf. supra p. 398[7]. [5] Stotz, S. J.

[6] Hos cardinalis Augustanus collegio dilingano ad victum comparandum assignaverat; v. supra p. 407.

[7] Fridericus a Wirsberg. [8] Has litteras vide supra p. 404.

[9] Id a. 1564 futurum erat die 21. Maii.

[10] Monasterium S. Agnetis, ordinis S. Clarae.

huius Ecclesiae et loci propositi conditione satis[1], ut sane uerendum sit, ne graues nobis molestias adferat hoc collegium etiam si satis idoneas ad illud personas proferre[a] possemus. Vellem[b] sane primum Dilingense Collegium pluribus instructum esse personis, sicut et AEnipontanum[c], et Jngolstadiense. Nam didicit satis P. Natalis, quanta personarum penuria praesertim in scholis laboremus, nec sumptus quidem deesse, si numerus augeretur[d]. Jta de Augustana quoque domo dixerim, plures[e] hic fratres posse foueri[f], cum Cardinalis 500 florenos tribuat, et Canonici 200. conferant, ut nunc 300 amplius quam antea nobis numerent[g][2]. Deceret[h] opinor, bonum hic adesse Catechistam immo[i] et qui Concionatorem subinde ageret: Nulla quidem re magis[k] uel Cleri uel populi animos nobis[l] conciliaremus, et liberalitati Cardinalis in hac messe copiosa debitam quodammodo gratitudinem redderemus. Quod autem ad fratres hic alendos attinet, dixi P. Natali, non satis ex illorum esse profectu hoc loco uiuere[m], nisi plane firmos in vocatione sua, quamdiu[n] AEdes et paucitas personarum prohibent obseruari ea, quae in Collegijs ex more Societatis obseruantur. Haec tantum[o] indico, ut maior sit occasio P. Natalj rem totam proponendj, et non solum huic domuj, sed etiam Prouinciae nostrae consulendi mutatione capitis siue Prouincialis. Nam ex hoc inprimis pendere uidentur uicina Collegia, quibus nolim diutius incommodare uel absentiam diuturnam, uel indignitatem sui Prouincialis. Fortassis de his omnibus concludet R. T. ut spero, priusquam Tridento discedat, ut deinde cum hoc anno nouo, noua[p] sit gubernatio, et foelicior[q] administratio huius Prouinciae quicquid tandem de Canisio statuatur. Dominus in suam gloriam haec uertat omnia, nobisque gratiam ad spiritus innouationem[3] largiatur per sacrificia et preces R. T., quibus unice cupimus Christo paruulo[4] commendarj. Augustae 4 Decembris 1563.

Numerata est nobis a D. Georgio Fuggero summa 100 ducatorum Romam[r] mittenda in gratiam filij, vt a nostris inde sustentetur Octauianus[5]. Suasit amicus, vt paulatim literis inclusos aureos Romam perferri curarem . sed id quoque molestum, quum argenteam numerarint. Scripsi hac de re alias. Romae nullum esse dicunt nisi Olgeati, qui reddat, quicquid[s] hic numeratur, sed ita reddit, vt 5. ducatos e centum detrahat . et testantur Augustani, recte ab illo id fieri posse.

Seruus in Christo P. Canisius.

a) preferre *B.* b) *In arch. corr. ex* Vollem. c) Oenipontanum *B.* d) augeatur *Epp. Nad.* e) pluros *A.* f) *In arch. corr. ex* fouori. g) *His vv. Pol. in marg. aliqua adnotavit; quae v. infra p. 417.* h) *In arch. corr. ex* decoret. i) imo *B.* k) *In arch. sequitur v., quod postea oblitt. est.* l) *In arch. corr. ex* re. m) *Sex vv. sqq. manu Can. in marg. addita sunt.* n) *In B sequitur* et. o) tamen *B.* p) *Ita in arch. corr. est ex* nono, nona. q) felicior *B.* r) Roma *B.* s) quidquid *B.*

[1] Natalis m. Octobri 1562 Herbipoli cum episcopo de collegio egerat (Epp. *Nadal* II 113).

[2] Cf. supra p. 33[1] 36[3] 43 et infra monum. 426. [3] Ps 50, 12; cf. Eph. 4, 23.

[4] Cf. Is 9, 6. Appropinquabat dies festus Nativitatis Christi.

[5] In collegio germanico.

Al molto Reuerendo in Christo Padre, Jl Padre Maestro[a] Iacomo[b] Laynez, Praeposito Generale[c] della Compagnia di Jesu. Jn Trento.

Lainius Canisio per Polancum rescripsisse videtur 9. Decembris 1563.

999. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO.

Tridento 6. Decembris 1563.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „P. Canjsio". Cod. „V. P. 63" f. 394[b].

Concilio iam absoluto Lainius brevi Tridento discedet; unde plurimi episcopi iam discesserunt. Vas quoddam libris plenum Tridentum advectum non est. Curabitur, ut collegio dilingano pecunia assignata solvatur. Canisio providendum, ut collegium romanum stipem caesaream accipiat. De seminario Romae condendo agitur. Pecuniarum missio. Contiones dilinganae. Merula.

Pax christi.

L' ultime de V. R. sono de 27 del passato, et per che scriuo[d] de aparte delle cose del Concilio gia finjto[1] serro molto breue in questa auisando como ci partiremo de qua in breue in modo che non accadera scriuerci piu à Trento . gia li Legati Moron et Simonetta sono partitj et un mundo de Vescouj benche alcunj massime spagnoli aspettano l' arriuata delli Principi de Austria[2] . quel uaso pieno de librj non è maj arriuato, ne sanno quelli per chi ueneuano[3] doue si stiano, si è mostrato al uescouo de Montalcino[4] la lettera, ha seruito male coluj à chi furno dati li librj, et se almeno hauesse auisato doue l hauessi lasciato si poteua usar qualche diligentia de qua . ci marauigliamo che non fossino receuuti alli .27. quelli 400 ducati del Cardinal de Augusta, si è scritto sopra questo al Padre Don Luygi[5] et uederemo de far in presentia la diligentia che bisognara[6]. V. R. ancora la faccia per Charita accio li 400 ducati che la Maesta Cesarea fa de elemosina al Collegio Nostro de Roma si mandino questo principio de anno nouo perche il disegno del seminario non ha riuscito insino adesso benche tuttauja si tratta[7], et pur il magnar è necessario

a) M. *B.* b) Iacobo *B.* c) Praep. Gen. *B.* d) scrio *ap.*

[1] Concilium absolutum est 4. Decembris 1563.

[2] Rudolphi et Ernesti archiducum, qui in itinere hispanico 2. vel 3. Decembris 1563 Brixinam advecti, brevi Tridentum venturi erant (*Pogiani* Epistolae III 319[b]).

[3] Vide supra p. 350. [4] Francisco Mariae Piccolomineo. [5] De Mendoza.

[6] Cardinalis *Otto* cum archiducibus 10. Decembris Tridentum venit et ad Hosium devertit; 13. Decembris ex urbe discessit (*Eichhorn* l. c. II 157[1]. Epp. *Nadal* II 645). Qui Placentia 24. Decembris 1563 Lainio scripsit: „Riceuei la lettera di V. P. R., lassata in Trento alla sua partita, insieme col contratto sopra il collegio di Dilinga. . . . Et, se bene mi sarebbe stato di grandissima contentezza di ritrouar' quiui V. P. et il P. Salmerone, nondimeno mi so compiaciuto del' amoreuoleza mostratami . . . Io li darò di nouo ordine che siano pagati al P. Canisio per conto del collegio li 400 ducati, quali mi meruiglio che tardino tanto" (Epp. *Nadal* II 646—647).

[7] Iam inde a m. Augusto a. 1563 Romae agebatur de seminario clericorum ex decreto concilii tridentini (v. supra p. 292) instituendo; cui Pius IV. reditum annuum 6000 scutatorum assignare volebat (*Pogiani* Epistolae III 388[z]).

ogni dj . il modo de mandar li denarj à Roma con manco perdita meglio lo sapranno li amjcj Mercanti che noj. *Dilingam quem ad contiones germanicas habendas mittamus praesto non est; fortasse P. Theobaldus*[1] *ad id officium idoneum se praestabit,* di nouo se scriuira à Roma se sanno chi sia quel Francesco[a] [?] merula[2] per che mi par ben ricordarmi del nome ma la memoria è alquanto confusa ne sapria dir doue lui è. N. P. P. et li[b] altrj tutti etc. de Trento li .6. de decembre 1563.

1000. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, CANISIO aliisque Societatis praepositis. Tridento sub 6. Decembris 1563.

Ex epistulae 6. Decembris 1563 a Polanco ad solum Canisium datae apographo, eodem tempore scripto. Cod. „V. P. 63“ f. 394[b].

De rebus concilii.

Polancus nomine Lainii Tridento 6. Decembris 1563 Augustam ad Canisium scripsit: „Per che scriuo[c] *de aparte delle cose del Concilio gia finjto serro molto breue in questa.“*

Doleo, me has Polanci litteras non repperisse; quae in Lainii registro scriptae non esse videntur eo, quod Polancus eiusque librarii, concilio iam absoluto, Tridento abire festinabant. Neque tamen facere possum quin pauca addam de ultima hac sessione, quae sub Pio IV. nona, totius concilii XXV. fuit: Habita est diebus 3. et 4. Decembris; definitum de purgatorio et de animabus fidelium mortuorum iuvandis, de Sanctis invocandis, de Sanctorum reliquiis et de sacris imaginibus colendis; de indulgentiarum concedendarum potestate ecclesiae a Deo tributa et de indulgentiarum utilitate; simul variae consuetudines pravae, quae ad haec capita spectabant, sublatae; constituta plurima „de regularibus et monialibus“, ut de monasteriis instituendis, de tyrocinio, votorum nuncupatione, praepositorum potestate, bonis, clausura, visitatione etc.; leges latae, quae pertinebant ad vitae rationem a cardinalibus et episcopis recte instituendam, censuras ferendas, bona ecclesiae administranda, capitula exempta visitanda, ius patronatus exercendum; duella proscripta; principes graviter moniti, ut officia ecclesiae praestarent; ieiuniorum, dierum festorum etc. observatio praescripta; quae de „Indice“ et de catechismo a delectis patribus praestita erant, summo pontifici exhiberi iussa, ut eius auctoritate absolverentur et evulgarentur; similiter de breviario et missali mandatum. Quod igitur *Brus* et *Drascovitius*, Ferdinandi I. oratores, huic Tridento 30. Novembris 1563 de concilio scripserant: „Claudetur, ut nostra fert opinio, satis feliciter, cum de omnibus petitis reformationis articulis decretum iri videamus . dogmata quoque illa de quibus inpraesentiarum inter Catholicos et haereticos controvertitur, . . concilium . . . stabilienda curabit“: id reapse effectum est, atque ita *iidem* Tridento 5. Decembris 1563 imperatori nuntiarunt, concilium „feliciter et iuxta omnium bonorum desiderium“ terminatum, ultimam sessionem „cum omnium miro consensu atque ingenti laetitia“ absolutam esse (*Sickel,* Trient 641 647—648).

Dubium non est quin Polancus, praeter haec vel similia, ad Societatis praepositos rettulerit de negotio, quod ad Socios singulariter attinebat et Lainio vehe-

a) *Sic ap.; corrigendumne* Hieronymo*? Vide adn. 2 huius pag.* b) *A libr. corr. ex* elsi. c) scrio *ap.*

[1] Stotz.

[2] Polancus eum significare videtur, quem antea dixerat Hieronymum Merulam (supra p. 373). Is ordinem religiosum intrasse ferebatur. Ambrosio autem de Gumppenberg praeposito basileensi et canonico augustano lis quaedam erat de „pensione“ in Merulae gratiam ipsi imposita (*Steinherz* l. c. III 503).

menter cordi fuerat, in postrema concilii sessione fauste expedito. Quod negotium quale fuerit, ex litteris Roma 4. Augusti 1563 a Sancto *Carolo Borromaeo* ad Lainium datis intellegitur; is enim: „È stato", inquit, „buono il pensiero di V. P. R. di ualersi di questa occasione del concilio per far dichiarare in esso ancora che la vostra Compagnia è accettata et approbata come le altre religioni"; ideo se pontificis iussu cardinalibus concilii praesidibus scribere, ut id opportuno tempore efficiendum curent et cardinali quoque Lotharingo, si opus fuerit, rem commendent (Epp. *Nadal* II 630—631; *Boero,* Lainez 289). Iam aliquanto quidem ante Lainius operam dederat, ut in decreto de seminariis verba ponerentur, quae eiusmodi approbationem sonarent; sed episcopi galli ei obstiterant. Quorum tamen animos aliter disponendos cardinalis Lotharingus ineunte m. Septembri 1563 suscepit (Epp. *Nad.* II 344 379). Ac *Lainius* Tridento 14. Novembris 1563 Romam ad S. Franciscum de Borgia S. J. *scribere potuit: „Andamos pensando, y hemos comenzado à trattar de hazer alguna mention expressa de nuestra compania con occasion de lo que se tratta de regularibus procurando tambien se haga exception della en algunas cosas que nos podrian hazer preiuizio si passassen" (ex apogr. totius ep., eodem temp. scripto. Cod. „V. P. 63" f. 369[a]). Atque Tridento 29. Novembris 1563 *Polancus* Natali scripsit: „Qua si ua in fretta nelle cose del concilio. Si farà mentione de nostra Compagnia, perchè già nella congregation publica si è risoluto, benchè non si è potuto ottener' che si facesse de cappuccini, ne de minimi, che alcuni lo desiderauano, et non obstanti le controuersie circa li pareri diuersi, et li mali offitii che qualcuno de nostri forusciti hanno fatti, si è uisto pur fauor molto grande nelli prelati de ogni natione uerso la Compagnia nostra: Dio laudato" (Epp. *Nadal* II 467. Cf. etiam *Sacchinum,* Hist. S. J. II, l. 7 n. 4). In ultima igitur sessione *Synodus,* cum de bonorum renuntiatione a religiosis facienda, tempore noviciatus, admissione ad professionem etc. statuisset, haec addidit: „Per haec tamen sancta Synodus non intendit aliquid innovare, aut prohibere, quin religio Clericorum Societatis Iesu iuxta pium eorum institutum, a sancta Sede Apostolica approbatum, Domino et eius Ecclesiae inservire possint [possit]" (Sessio XXV. De Reg. et Mon. c. 16). Atque ita *Canisius* de Societate Iesu (id quod, praeter multos alios, etiam summi pontifices Pius IV., Gregorius XIII., Clemens XIII.[1], Leo XIII.[2] pronuntiarunt) in „Testamento" sacro affirmare potuit: „Concilii sacri Tridentini irrefutabilis autoritas hoc institutum dilucide comprobauit" (*Can.* I 42); et in oratione quadam sive „exhortatione" ad Socios habita: „Signum" aliquod, ex quo intellegamus, „quod ipse [Deus] sit auctor, conservator, gubernator et promotor Societatis", „datur per Ecclesiam in Concilio generali, ubi approbatur religio clericorum Societatis Jesu" (Beati Petri Canisii S. J. Exhortationes domesticae, coll. a *Georgio Schlosser* S. J., Ruraemundae 1876, 4).

1001. CAPITULUM CATHEDRALIS ECCLESIAE AUGUSTANAE CANISIO.

Augusta Vindelicorum sub 7. Decembris 1563.

Ex actis capituli, quae sunt in Cod. monac. „Augsb. Domk." p. 90—91.
Actis usus est *Schellhass* l. c. IV XVIII XIX[2].

Sacellum Sancti Udalrici Canisio eiusque sociis ad sacra facienda concedi non posse; nam beneficium ecclesiasticum cum eo coniunctum esse; atque huiusmodi concessionem Canisio odium parituram, parochianis dissidiorum causam esse futuram. Ceterum totam ecclesiam cathedralem Canisio ad divinum cultum exercendum patere.

---

[1] Horum testimonia exstant apud *Boero,* Lainez 295—300.

[2] „Societas Iesu ab ipso Concilio Tridentino commendata": *Leo XIII.* in „Brevi" Roma 13. Iulii 1886 dato, quo Societatis institutum et privilegia denuo confirmavit (S. D. N. Leonis Papae XIII. Allocutiones, Epistolae etc. II, Brugis et Insulis 1887, 210).

In tabulis cathedralis Capituli Augustani de sessione 7. Decembris 1563 Augustae ab eo habita haec a capituli notario vel secretario notata sunt (cf. supra p. 409): „Was der herr Canisius meinem genedigen herren Thumdechant vonn wegen S. Vlrichs Capellen[1] *geschriben etc., das haben meine genedigen herren vernomen, vnnd darauff beuolhen in wolgedachs herrn Dechants namen Jme widerumb zuschreiben, das er ein solches diweil Jr genaden das fur sich selbst nit zubewilligen an ein Capitul hette gelangen lassen, vnnd wiewol ein Capitul vnnd sein genaden Jme in disem vnnd vilmeher zuwilfaren wolgenaigt, dieweil aber in dem Allerley bedenckhens furgefallen, vnnd Jnsonderhaitt das die Capell vnnd das Beneficium nit woll vonn einander zusundern, sondern samentlich zu Conferiren sein soll, das auch hieuor Jme vnnd den seinen alls er ettlichmal bey lebzeitt noch weilundt herren Ambrosien seeligen nach solcher Capellen gedracht, nit klainen vnwillen vnnd Nachredt bey gaistlichen vnnd welchlichen*[a] *[?] erweckht, vnnd noch da er die diser zeitt occupiren solten*[b] *[?], zweifelson erweckhenn vnnd allerhandt widerwertigkhait auch zwuschen der pfar verwandten personen verursachen möchten*[c] *[?], vnnd dan in betrachtung das Jme ad Diuinum Cultum die gantz Thumkurch vnnd auch der hinder Chor*[2] *frey vnnd beuor sthett vnnd [er an]*[d] *[?] altharen bis daher khain mangell gehabt, haben ein Capitul die sachenn dahin erwogenn, das besser sey, sie lassen die Capell vnnd die pfrundt bey samen wie vonn Althers herkhomen vnnd die fundation derselben vermag, dan das man darmit vnnottwendigen thailungen vnnd Neuerungen, mit nachred furnemen soltt. Will sich derhalb ein Capitul versehen er alls der hochuerstendige, werde auss erzelten vnnd anderen mehr vrsachen vnnott alle zuuermelden zufriden sein vnnd von seinem begernn selbst guttwillig abweichenn, Dan Jme vnnd den seinen in anderwegen zuwilfaren sein Jnen ein Capitul genaigt etc.“*

In his litteris (quarum exemplum archetypum iam non exstat) initia comparent gravissimarum illarum difficultatum, quas paulo post capitulum augustanum, praecipuo auctore Ioanne Udalrico Halbmair canonico et ecclesiae cathedralis parocho, Canisio eiusque sociis de sacris ministeriis in eadem ecclesia exercendis allaturum erat. Ex iisdem litteris patet, nos, quae Raderus in „Historia collegii augustani“ de altari S. Bartholomaei Canisio in aede cathedrali ad sacra facienda assignato scribit (*Can.* II 843), non ita debere interpretari, ut aliorum altarium usu eum omnino prohibitum esse censeamus.

Cathedrale capitulum Augustanum 40 canonicatus habebat; canonicis accedebant 40 „Vicarii Ecclesiae Cathedralis sive Socii Chori“; ita saltem priore saeculi XVII. parte capitulum erat constitutum (*Stengelius*, Mantissa [cf. supra p. 409] 9). Sed multi ex canonicis urbe abesse solebant. Ita *Bartholomaeus de Portia* nuntius apostolicus a. 1575 Augusta semel atque iterum Romam rettulit, 4 tantum canonicos perpetuo Augustae habitare (*Schellhass*, Nuntiaturberichte IV 348 437).

1002. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO. Tridento 9. Dec. 1563.

Ex epistularum Canisii apographis A, de quibus supra p. 409 et infra p. 420.

a) *Legendumne* weltlichen? b) *Legendum videtur* solt. c) *Legendum videtur* möchte *vel* mocht. d) *Haec vel* sie an *supplenda esse videntur.*

[1] De hoc S. Udalrici sacello atque ecclesiastico beneficio scripsit *Plac. Braun*, Die Domkirche zu Augsburg und der hohe und niedere Clerus an derselben, Augsburg 1829, 80.

[2] Cathedralis ecclesia augustana duos habet „choros“, quorum unus in occidentem spectat, alter in orientem; neque dubium est, quin Canisii tempore (sicut nunc quoque fieri solet) capitulum sacris vel semper vel plerumque operatum sit in choro orientali sive novo, qui a. 1356 aedificari coeptus, a. 1431 absolutus erat (*J. Sighart*, Geschichte der bildenden Künste im Königreich Bayern II, München 1863, 368—370 459).

Quid episcopo herbipolensi de collegio, quod petit, respondendum sit. De Sociorum augustanorum numero augendo.

Canisius Augusta 24. Decembris 1563 Lainio scripsit: „Ad .9. huius mensis datas accepi. Adiunctas Coloniam, Monachium et alio mittendas curabimus". Litterae ad Canisium datae ac fortasse reliquae quoque perierunt. Cum autem Canisius Lainio scribat: „Renunciabo Herbipolensi Episcopo, ut R. T. mentem habeat, siue probet demum siue improbet", equidem conicio, Lainium 9. Decembris per Polancum Canisio ea mandasse, quae, ut ex litterarum 4. Decembris 1563 a Canisio ad Lainium datarum apographo A intellegitur, in harum litterarum archetypo manu Polanci adnotata sunt loco illi, quo Canisius refert: Fridericum a Wirsberg episcopum petere, „ut intra mensem certi aliquid respondeatur" Lainii „nomine, uelitne 14 plus minus personas ad se mittere ante festum Penthecostes" sive ante 21. Maii 1564 etc. (vide supra p. 411). Hic igitur Polancus in margine scripsit: „non seli risponda cosa certa ma quando potremo daremo auiso". Ex eodem apographo cognoscitur, earundem litterarum loco illi, quo Canisius, ut Augustae Sociorum numerus augeatur, commendat atque ad plures alendos pecuniam sufficere affirmat (v. supra p. 412), Polanci manu in margine adnotatum esse: „res probatur et Romae considerabitur . dicat quot poterit sustentare". Ita igitur Canisio respondere Polancus a Lainio iussus est. Plura de Polanci epistula vide in Canisii litteris 24. Decembris ad Lainium missis.

Inter Polanci ad Canisium epistulas tridentinas haec omnium postrema est; nam 10. Decembris 1563 *Polancus* Tridento Romam ad P. Matritium scripsit: „Esta mañana nos partimos nuestro Padre, P. Salmerón y P. Nadal y yo con Paulo y Ludouico para Venecia" (Epp. *Nadal* II 479 [2]).

1003. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu.
Augusta Vindelicorum sub 18. Decembris 1563.

Ex epistulae ad Lainium datae apogr. A, de quo infra p. 420.

Canisius Augusta 24. Decembris 1563 Lainio scripsit: „Postremo de Joanne Alberto monuj, quem nescio qua de causa et quomodo fugisse dicunt". Hae litterae perierunt.

Quia Canisius Lainio singulis Sabbatis scribere solebat (cf. supra p. 310) et quia in litteris 24. Decembris datis nulla ratione significat, se ab ea consuetudine superioribus hebdomadis recessisse, eum litteris sub 18. Decembris 1563 ad Lainium datis „postremo de Joanne Alberto monuisse" conicio; atque etiam verisimile est, eum etiam sub 11. Decembris Lainio scripsisse, quamquam huius quidem epistulae nullum iam exstat vestigium.

Ioannes Albertus ille in antiquo quodam primorum Sociorum dilinganorum * *Indiculo* „Albertus Viennensis" vocatur (Cod. frib. „Hist. coll. Dil." f. 2[a]); id quod cum iis congruit, quae Canisius 24. Decembris 1563 de eo scripsit. Ex „Catalogo" Sociorum exeunte m. Maio 1561 Romae degentium cognoscitur, „Ioannem Albertum Germanum" eo tempore in collegio romano „Logicum primi anni" fuisse (*C. Sommervogel* S. J., Les Jésuites de Rome et de Vienne en M.D.LXI, Bruxelles 1892, f. C[b]). Qui cum ibidem artium magister creatus esset, m. Octobri 1563, annos natus fere 23. ex quibus fere 5 in Societate fuerat, in Germaniam missus et paulo post in universitate dilingana „physicam" (aristotelicam) tradere iussus est (Epp. *Nadal* II 406 407 423 732).

1004. CANISIUS **IOANNI BAPTISTAE WEBER**, iuris doctori, imperii vicecancellario aulico.
Augusta Vindelicorum inter 10. et 25. Decembris 1563.

Ex epistulae ad Lainium datae apogr. A, de quo infra p. 420.

Curandum, ut collegium romanum stipem imperatoris accipiat.

Canisius a Lainio per Polancum Societatis collegio romano stipem annuam a Ferdinando I. caesare ipsi constitutam solvendam curare semel atque iterum iussus (v. supra p. 408 413) Augusta 24. Decembris 1563 Lainio scripsit: „Viennam scripsi ad Vicecancellarium Caesaris, ut 400 [ducatos] illos hoc loco mihi numeret Consul ex mandato Caesaris“. Epistula iam non exstat.

Imperii vicecancellarius aulicus („Reichshofvicekanzler“) ab aestate vel autumno anni 1563 usque ad annum 1577 fuit Ioannes Baptista Weber (*Turba* l. c. III 268[2]) memmingensis [1], iuris utriusque doctor, qui antea iuris in universitate ingolstadiensi professor Canisiique collega, deinde ducalis regiminis landishutani cancellarius atque Ferdinandi I. caesaris consiliarius fuerat (*Mederer* l. c. I 245. *Can.* I 698 701 723). „Consul“ autem ille, qui „Caesaris nomine“ ducatos illos Canisio, ut ipse ait, „solebat numerare“, erat Wolfgangus Paller, ex vindobonensi ortus familia, Ferdinandi I. consiliarius, a. 1555 in senatum urbis augustanae adlectus; vide *Can.* III 144, et cf. supra p. 13.

1005. CANISIUS **P. LAURENTIO MAGIO S. J.**, rectori collegii vindobonensis. Augusta Vindelicorum inter 10. et 25. Decembris 1563.

Ex apographo A, de quo infra p. 420.

De stipe caesarea Romam mittenda et de Alberto reducendo.

Canisius in litteris Augusta 24. Decembris 1563 ad Lainium praepositum generalem datis eidem renuntiat, se Vindobonam ad vicecancellarium caesaris scripsisse, ut 400 ducati collegio Societatis romano promissi Augustae sibi numerarentur. Deinde sic pergit: „Monuj quoque Rectorem, ut negotium urgeat, simulque rationem habeat in uiam reducendi M. Joannem Albertum, si forte peruenit in patriam ouis erratica“. Canisii litterae perisse videntur.

De Magio, vindobonensi rectore, vide supra p. 105[5]. De Alberto, Societatis fratre scholastico et collegii dilingani magistro, qui Dilinga aufugerat, v. supra p. 417.

1006. P. THEODORICUS CANISIUS S. J., rector collegii monacensis, CANISIO. Monachio sub 22. Decembris 1563.

Ex epistulae Canisii apogr. A, de quo infra p. 420.

De Fr. Leonardi Viennensis rebelli animo.

Canisius in „Postscripto“ epistulae Augusta 24. Decembris 1563 ad Lainium datae: „Nunc“, inquit, „accipio de Leonardo Viennensi nuper ex Jtalia misso Dilingam, quem P. Natalis uoluit esse Monachij. Sed Rector queritur grauiter de huius puerj ficto et rebelli animo, quem alibi saepe declarasse uidetur . . . Adiunxi manum Rectoris in scedula, unde rectius cognoscetur petulans adolescens, qui utinam quoque non impudens possit existimarj“. Haec P. Theodorici Canisii S. J., qui collegium monacense tunc regebat, epistula perisse videtur.

Leonardi Viennensis, qui a Leonardo Boschio ingolstadiensi distinguatur oportet, mentionem etiam fecit Polancus in litteris 4. Novembris 1563 ad P. Matritium datis (Epp. *Nadal* II 424). De quo quid Lainius statuerit, vide infra p. 428.

1007. P. HIERONYMUS TORRENSIS S. J., theologiae professor in universitate dilingana, CANISIO. Dilinga, paulo ante 24. Dec. 1563.

Ex epistulae ad Lainium datae apogr. A, de quo infra p. 420.

Fr. Servatium ex Societate dimitti velle; in eius locum alium magistrum esse substituendum.

[1] In * *Actis* conciliabuli illius vindobonensis (v. supra p. 300[4]) inter eos, qui primo conventui, 26. Iulii 1563 habito, interfuerunt, post Doctorem Seldium nominatur „Dr. Baptista Vicekanzler“ (Cod. „Acta Consilii Tridentini . Tom. IV“ f. 109[b]. Monachii in archivo regni bavarici).

Canisius Augusta 24. Decembris 1563 ad Lainium haec scripsit de epistula quadam ad se data a P. Hieronymo Torrensi sive Torres (de quo v. Can. III 518—520 et Epp. Nadal II 556—557), quem eo tempore in universitate dilingana Sacram Scripturam interpretatum esse ex Polanci litteris Tridento 5. Novembris 1563 ad P. Ludovicum de Mendoza S. J. datis (apogr. eiusd. temp. in Cod. „V. P. 63" f. 338) intellegitur: „Nunc scribit D. Torres de Nicolao, quem P. Natalis ex itinere Moguntino reuocandum curauerat, ut in humanioribus profiteretur: scribit inquam, ab illo nos praemonerj, ut tempestiue circumspiciamus de successore in sua classe commodo, non se uelle quidem insalutato hospite discedere, sed honestam potius dimissionem optare, quia consultum putet aliam uitae rationem aggredj, Nam in societate nostra se ita esse uersatum, ut intelligat quaedam ab ipso non posse superarj. His addit D. Torres,* Mihi uero non minus consultum uideretur *inquit,* si alius si commode fieri posset, in eius sufficeretur locum. Vereor enim ne exemplo et consuetudine sua parum domesticis et externis prosit." *Ipsa P. Torrensis epistula iam non videtur exstare.*

Nicolaus Servatius, luxemburgensis, m. Septembri a. 1560 Roma in Germaniam superiorem missus, aliquamdiu in collegiis monacensi et pragensi versatus, a. 1562 Genuam, ut in Indias navigaret, missus, sed inde Patavium redire iussus et oenipontano quidem collegio destinatus, sed, ut videtur, lauretano datus, m. Octobri 1563 in Germaniam superiorem ad P. Natalem missus erat; qui eum primum quidem voluit vel Moguntiae vel Treveris docere, deinde autem ex itinere moguntino revocatum Dilingae in locum P. Ioannis Piscatoris, quem secundae classi sive scholae „humanitatis" regendae imparem esse intellexerat, substituit (*Can.* III 328 398 404 424 431 435 460. Epp. *Nadal* II 406 429. * *Catalogus* primorum magistrorum S. J. dilingensium [cf. supra p. 417] f. 2ª).

1008. P. IOANNES RABENSTEIN S. J., collegii dilingani „minister", CANISIO. Dilinga paulo ante 24. Decembris 1563.

Ex apographo A, de quo infra p. 420.

Canisius in litteris Augusta 24. Decembris 1563 ad Lainium datis, cum P. Hieronymum Torrensem de Fr. Nicolao Servatio ea sibi scripsisse rettulisset, quae supra posui, haec addidit: „Jdem ad me scribit Minister Collegij". Epistula periit.

De P. Ioanne Rabenstein, collegii Societatis dilingani „ministro", vide supra p. 37 397 411.

1009. P. CONRADUS SWAGERIUS S. J., theologiae professor in universitate dilingana, CANISIO. Dilinga sub 23. Decembris 1563.

Ex epistulae ad Lainium datae apogr. A, de quo infra p. 420.

De collegii dilingani miseriis.

Canisius in litteris Augusta 24. Decembris 1563 ad Lainium datis, postquam varias collegii dilingani difficultates et necessitates exposuit, sic pergit: „Hucusque scripseram et ecce mittit suas D. Conradus apertas, ubi satis exponit morbos collegij, et presentem postulat medicinam". Quae verba, maxime si cum iis, quae in Canisii litteris illa sequuntur, conferantur, satis ostendunt, Swagerium vel Lainio vel Natali scripsisse, epistulam tamen apertam Canisio misisse, ut hic eam, antequam in Italiam mitteret, legeret et quasi ad se quoque datam censeret; ac verisimile est,

Swagerium alteram ei adiunxisse epistulam eamque soli Canisio destinatam. Quae perisse videtur.

In * *Catalogo* hominum Societatis germanorum et bohemorum extra Germaniam et Bohemiam degentium, sub 1. Decembris 1557 Romae conscripto, comparet „Conradus Schiuagerl de Turcenceuth", dioecesis ratisbonensis, a. 1555 Societatem ingressus (Cod. „G. C. 67" [cf. *Can.* III LXV] p. 388); Tirschenreuth oppidum est Palatinatus superioris, qui nunc ad regnum bavaricum pertinet. In * *Catalogo* collegii dilingani ibidem 1. Ianuarii 1565 conscripto indeque Romam ad Lainium misso affirmatur, Conradum, 19. Martii 1555 Vindobonae Societatem ingressum, Romae magistrum artium et doctorem theologiae creatum esse; eum 28 annos natum esse ac Dilingae theologiam et linguam hebraicam docere (Cod. „GSC 66" f. 374^b). Ipse nomen ita subscripsit * litteris archetypis Dilinga 15. Decembris 1563 ad Lainium datis: „Conradus Schegenus Palatinus", * litteris vero autographis initio a. 1566 ad S. Franciscum Borgiam datis: „Conradus Pallatinus Schwägerius" (Codd. „G. Ep. IV" f. 158; „G. Ep. VIII" f. 91^a—93^a). Unde equidem nomen germanicum „Schwägerl" ei fuisse conicio; cum tamen et ab *Agricola* (l. c. I Dec. 3. n. 102) et ab editore Epp. *Nadal* (II 423[7] 428 429[1] 722) Swagerius vel Svvagerius vocetur, Swagerium (Svagerium) ego quoque eum voco. *Polancus* Tridento 5. Nov. 1563 P. Mendozae * scripsit (vide supra p. 384), Conradum Dilingae sententias Petri Lombardi explicare atque etiam linguae hebraicae scholam, ubi discipuli ad eam idonei effecti essent, habiturum esse.

1010. CANISIUS **P. THEODORICO CANISIO S. J.**, collegii monacensis rectori. Augusta Vindelicorum 24. Decembris 1563.

Ex epistulae ad Lainium datae apogr. A, de quo infra.

De Leonardo Viennensi ex Societate dimittendo.

Canisius in litteris Augusta 24. Decembris 1563 ad Lainium datis, vel potius in earundem „Postscripto", postquam se modo epistulam, qua rector monacensis de Leonardo Viennensi S. J. paulo ante ex Italia misso graviter queratur, accipere rettulit (v. supra p. 418), sic pergit: „Respondi autem ut mittatur ad me, si meliora non promittat. Nam dimittendus mihi plane uidetur, sicut prudenter etiam statuit P. Natalis fieri oportere". Canisii litterae perierunt.

Quid Lainius de Leonardo fieri iusserit, vide infra p. 428.

1011. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu. Augusta Vindelicorum 24. Decembris 1563.

Ex apographo recenti (A), quod ex archetypo — Canisius sua manu nomen („Seruus" etc.) subscripsit — in Cod. „E. C. I", f. 365^a—367 et sq. non sign., posito (n. 125) exscriptum est.

Exstat etiam alterum apographum (B), quod sub a. 1860 curante Boero ex archetypo exscriptum, postea cum eodem collatum est.

Epistulae partes complures excusae sunt in Epp. *Nadal* II 647—648. Eadem usus est *Kröss* l. c. 170.

Litterae indicae. Variae Sociorum mutationes a Lainio factae Canisio placent. P. Winghenius. Libri Dominici Soti. Andradae librum Canisius excudendum curabit. Ursula Fuggera. Viatica. Canisius de stipe collegio romano mittenda Vindobonam scripsit. Albertus Viennensis, magister dilinganus, ex Societate profugus. Collegium herbipolense. Aedes et catecheses augustanae. Dilingae Serratius magister ex Societate dimitti cupit, Dominicus aegro animo docet, prorector nimium indulget, egressus in campos et vacationes petuntur, discipulorum numerus augetur; universitatis regendae potestas; rector collegio dandus; Canisius, ubi vacabit, Dilingam ibit. Magistri in aliis collegiis mutandi. Natalis virtus. Querimoniae Dilinganorum; qui rectore in-

digent. Hermannus Noresianus, novicius cartusianus, in Societatem admitti cupiens sacris exercitiis excoletur. Iuvenis quidam in Societatem rebellis dimittendus. Dilinganis fratribus licentius agentibus novus rector novusque minister dandi. In Germaniam non mittendi, nisi valde probati. Contiones. Conradi Bruni domus dilingana Motus bellici.

† Pax Christi[a] nobiscum admodum Reuerende Pater.

Ad .9. huius mensis datas accepi. Adiunctas Coloniam, Monachium et alio mittendas curabimus. Debemus et agimus gratias M. Fuluio[1], quod in egregia uersione sua procedat, a quo plures etiam Jndicas[2] expectamus.

Mihi non displicet, quod constituit obedientia sancta ut P. Paulus[3] AEniponti[b] agat Ministrum, etsi hoc parum fore gratum Rectori[4] arbitror, utque P. Laurentius[5] Monachium ueniat[c], et P. Viscerius seu Piscator[6] Dilingam, futurus Praeceptor Classis inferioris. Jta quod ad Leonardum Boscium[7] attinet, mittetur ille Dilingam. Josephus uero siculus[8] Jngolstadium. Applicabuntur singulj suis officijs quemadmodum scribit Reuerenda P. T. et experientia docebit, si quid forte in illis mutandum ueniat. Erit Monachij gratus (ut spero) P. Theobaldus[9]. Augeat gratiam in omnibus Dominus, ut Superiorum uoluntati et expectationi faciant satis.

Scribemus Moguntiam quidem de D. Hermete[10], ut expectet apud Treuirenses. Sed putamus nunc illum attigisse Coloniam, ut serius forte nunc moneamus Moguntinenses.

Pergratum nostris erit Soti habere uolumina[11], quorum unum ex ternis mittemus Viennam cum uenerint. Erit etiam nobis commen-

a) Chisti *arch.* b) Oeniponti *B.* c) veniat Monachium *B.*

[1] Cardulo, S. J. [2] Litteras indicas; v. supra p. 364. [3] Hetzcovaeus.

[4] P. Ioanni Dyrsio S. J. [5] Hermanutius.

[6] Ioannes Piscator; de quo supra p. 375 398. [7] Bosch; v. infra p. 432[5].

[8] Magister Joseph Siculus S. J. panormitanus (v. infra monum. 517) ineunte m. Octobri 1563 Roma in Germaniam missus erat, ut vel Dilingae vel alibi unam ex infimis scholis regeret; qui infirmiore utebatur valetudine (Epp. *Nadal* II 406 424). Atque hic fortasse idem est atque Joseph „Blondus", quem a. 1566 sacerdotem fuisse, Romae theologiae studuisse constat (l. c. II 732).

[9] Stotz; qui Monachii contionatorem acturus erat; v. supra p. 398.

[10] P. Hermes Winghenius, cum a. 1561 et 1562 Vindobonae et in universitate et in collegio Societatis theologiam tradidisset, sub exitum a. 1563 inde in Germaniam inferiorem missus erat (Epp. *Nadal* II 421 426 439 555—556. *Can.* III 191[3]).

[11] Polancus Natali in Germania versanti m. Martio a. 1563 atque denuo m. Octobri et Novembri promiserat, se, cum concilium absolutum esset, „Sotos et Valdenses" ipsi provisurum esse (Epp. *Nadal* II 243—244 426 460). Dominici a Soto (1494—1560), segobiensis, O. Pr., theologiae in universitate salmanticensi professoris, viri doctissimi et in Societatem Iesu optime affecti (*Polancus*, Chronicon V 417), qui a. 1545—1546 in concilio tridentino egregiam ecclesiae operam praestiterat (*Merkle*, Diaria I 106 448 542 571 574 578 584; *Ehses*, Acta I CXLI), multi iam tunc exstabant libri typis excusi; inter quos eminent „De natura et gratia" (Venetiis 1547, Antverpiae 1550, Salmanticae 1561), „In epistolam Divi Pauli ad Romanos commentarii" (Antverpiae 1550, Salmanticae 1551), „De justitia et jure"

datum opus noui authoris adiunctum, quod facile curabimus typis excudi aut recudj Christo duce[1]. Et gaudeo mitti aliquid[a] Dominae nostrae Fuggerae[2], ut confirmet[b] in nos beneuolentiam[c]. Assistat Christus[d] illi grauidae, quia saepe ante hac abortiuit. Salutabo illam reuerenter nomine Superioris[3].

De uiaticis[4] rationes intelligunt Rectores Monachiensis ac Jngolstadiensis[5]. Nihil enim[e] de his actum est me praesente aut conscio, sicut nouit P. Commissarius[6]. soluemus autem libenter ut scriptum est pro Soti uoluminibus.

Viennam scripsi ad Vicecancellarium Caesaris[7], ut 400 illos[8] hoc loco mihi numeret Consul[9] ex mandato Caesaris. Monuj quoque Rectorem[10], ut negotium urgeat, simulque rationem habeat in uiam reducendi M. Joannem Albertum, si forte peruenit in patriam ouis erratica[11]. Vtinam uero D. Victoria effectum reddat, ut Caesaris mandato[f] impellatur Consul, ad summam dictam breui numerandam[g]. Nihil a nobis quidem negligetur[h] quod ad charitatem egentibus fratribus debitam spectat. Renunciabo Herbipolensi Episcopo[12], ut R. T. mentem habeat, siue probet demum siue[i] improbet.

Desideramus Augustanae domuj plures dari habitatores, et in his Catechistam[13], ac plures etiam operarios huic messi conuenientes. Quod ad Collegium Dilingense attinet, piget semper ingratum adferre nuncium. Humiliat nos Dominus[14] (ut arbitror) circa Collegij huius[k] principia, quae ab initio quidem laete[l] surgebant, cum adesset et praeesset fratribus P. Natalis. Postea sequutae sunt uariae difficultates, quemadmodum saepe scripsi. Postremo autem de Joanne Alberto monuj, quem nescio qua de causa et quomodo fugisse dicunt. Fuit

a) *Sequuntur in arch. vv.* mitti posse, *oblitterata.* b) *In arch. correctum ex* confirmat. c) *Ita A B.* d) Chrus *A.* e) novi *B.* f) mandatum *B.* g) *In arch. corr. ex* memorandam. h) negligitur *B.* i) sibi *A.* k) *In arch. corr. ex* huias. l) late *B.*

(Salmanticae 1556), „In quartum sententiarum commentarii" (tomi duo, Salmanticae 1557 et 1560); quae editiones fere omnes in folio, quod vocant, factae sunt (*Quetif* et *Echard* l. c. II 171—173). Philosophicos quoque libros, ut commentarios in Aristotelem, Salmanticae a. 1539, 1544, 1545 etc. edidit; qui a Societatis magistris magni aestimabantur (*Gomez Rodeles* l. c. 94 495 516). De Thoma Waldensi O. Carm. vide *Can.* III 338[8].

[1] Payvae de Andrada „Orthodoxae explicationes" a. 1564 primum Venetiis apud Iordanum Ziletum, deinde Coloniae apud Maternum Cholinum in lucem prodierunt; v. infra monum. 587. [2] Ursulae. [3] Lainii.

[4] Viatica dicere videtur Societatis hominibus ex Italia in Germaniae collegia destinatis a Sociis italis data; quae a collegiis illis reddi oportebat.

[5] PP. Theodoricus Canisius et Paulus Hoffaeus. [6] Natalis.

[7] Ioannem Baptistam Weber. [8] Ducatos; vide supra p. 418.

[9] Wolfgangus Paller, senator augustanus.

[10] P. Laurentium Magium, collegii vindobonensis rectorem.

[11] V. supra p. 417 418.

[12] Friderico a Wirsberg; de cuius negotio vide supra p. 404 411.

[13] Vide supra p. 403 412.

[14] Cf. Ps 43, 20; 74, 8; 118, 71 75 etc.

ille mollior ut uereor, quam pro huius instituti ratione congruat. Nunc scribit D. Torres de Nicolao[1], quem P. Natalis ex itinere Moguntino[a] [?] reuocandum curauerat, ut in humanioribus profiteretur: scribit inquam, ab illo nos praemonerj, ut tempestiue circumspiciamus de successore in sua classe commodo, non se uelle quidem insalutato hospite discedere, sed honestam potius dimissionem optare, quia consultum putet[b] aliam uitae rationem aggredj[c], Nam in societate nostra se ita esse uersatum, ut intelligat quaedam ab ipso non posse superarj. His addit D. Torres[d], Mihi uero non minus consultum uideretur inquit, si alius si commode fieri posset, in eius sufficeretur locum. Vereor enim ne exemplo et consuetudine sua parum domesticis et externis prosit. Jdem ad me scribit Minister Collegij[2]. Notus est hic homo satis in Germania et Italia, qui nostram expectationem saepe fefellit. Nouit illius ingenium P. Natalis; Jta nunc parum abest, quin secundum etiam Dilingae Professorem[e] amittamus. Neque magna sperare possumus de M. Joanne Anthonio[f] [?], qui inuita[g] (ut dicunt[h]) Minerua[3], sustinet hoc opus in classe Rhetorica[4], nihilque boni effecturus mihi uidetur[i], quamdiu abhorrentem a rudioribus in classe discipulis animum adferet, quasi non hominibus, sed nescio quibus inseruiat. Hinc uidet R. P. T. non bene esse Collegio Dilingensi, cum amor et ardor serius ad iuuentutem instituendam in nostris[k] desideretur. Accedit quod P. Cuuillonius[l][5] multum indulgeat fratribus magnosque sumptus fieri sinat, si forte hac saltem[m] ratione delinire[n] animos possit. Jgitur splendidius Dilingae, quam in Collegijs alijs uiuitur. Dicunt et repetunt duo illa inprimis concedenda uiderj, ut egredi possint in campos[6], atque ut liberum habeant diem ab officio praelegendi hebdomadatim[7].

a) *Vel* Maguntino, *quod habet B.* b) *In arch. corr. ex* putat. *B habet* putat. c) *Polancus in margine archetypi his vv. adnotavit:* si vedera *etc.; quae vide infra p. 427.* d) Jorres *A.* e) professorem Dilingae *B.* f) *Ita A B; cf. infra adnot. 4 huius pag.* g) in vita *B.* h) dicut *A.* i) *Pol., ut supra (adnot. c huius pag.) ascripsit:* l'aiutino *etc.; v. infra p. 428.* k) nris *A.* l) Covillonius *B.* m) *Deest in B.* n) detinere *B.*

---

[1] Servatio; v. supra p. 419. [2] P. Ioannes Rabenstein.

[3] „Nihil decet invita Minerva, ut aiunt, id est, adversante et repugnante natura": *Cicero,* De officiis l. 1, c. 31, n. 110. „Tu nihil invita dices faciesve Minerva": *Horatius,* De arte poetica 385.

[4] Hic et a Polanco in epistulis, quas supra p. 400[1] dixi, et in antiquo * *Catalogo* dilingano, quem supra p. 394 commemoravi, „Ioannes Dominicus", non „Ioannes Anthonius" vocatur; atque etiam in Canisii litteris Dilinga 15. Ianuarii 1564 ad Lainium datis inter Socios dilinganos „Ioannes Dominicus" oratoriae artis magister nominatur, „Ioannes Anthonius" non comparet. Quare Canisium hic memoria lapsum esse puto. De Ioanne Dominico Facciardo v. supra p. 400. „Ioannes Antonius Italus" sive „Ferrariensis" S. J., exeunte a. 1557 ex Italia Vindobonam advectus, in eo collegio ineunte a. 1562 „auditor philosophiae" erat (ex antiquis * *Catalogis* vindobonensibus. Cod. „G. C. 67" f. 340—341 367 378).

[5] Collegii vicerector; v. supra p. 386 411.

[6] Horto carebant; cf. tamen infra monum. 507.

[7] Sanctus *Ignatius* constituerat: „Ut assiduitas in litterario exercitio, sic et aliqua remissio necessaria est. Quanta haec esse debeat, et quibus temporibus, prudenti considerationi Rectoris, expensis circumstantiis personarum et locorum, relin-

Ego hactenus prohibeor bonos fratres inuisere, quos utinam consolarj et in officio confirmare[a] possem. Jnuidet haud dubie sathan huic Collegio, quod non mediocres nobis in Christo progressus pollicetur, cum augeatur magis ac magis numerus scholasticorum ut scholam Dilingae frequentissimam habituri esse[b] uideamur[1]. Jgitur maiorem in modum expectamus[c] et rogamus, ut plures huc fratres mittantur cum bono Rectore, utque certo intelligamus quid P. Natalis impetrauerit a Cardinale[d] praesertim circa Gymnasij gubernationem et conuenientem nostris mutationem, quemadmodum ille nobis in discessu promittere uidebatur[e][2]. Deinde quod ad meliorem Prouinciae huius constitutionem attinet, libenter accipiemus prompteque exequemur decretum Sanctae[f] Obedientiae. Vt primum uero integra mihi hebdomada concedetur[g][3], Dilingam excurram sicuti postulant, siqua forte ratione hos motus mitigare possim. Non dicam de alijs Collegijs, quae utinam aliquam acciperent in Praeceptoribus mutationem: ita rectius sane cum nostris ageretur, et scholae melius gubernarentur. Verum de his coram exponet P. Natalis pro sua prudentia et nostra necessitate. Hucusque scripseram et[h] ecce mittit suas D. Conradus[4] apertas, ubi satis exponit morbos collegij, et presentem[i] postulat medicinam. Dominus[k] hunc Collegij statum in meliorem locum adducat. Hoc solum addam, difficile uideri, ut istorum desiderijs satis fiat in Germania, qui recreationem corporis tantopere spectant[l], et de uera[m] spiritus consolatione[5] parum forte curant. Nunquam[n] deerit his locus querendj[o], quicquid[p] promittat ac tribuat Cardinalis . sed his incommodis prudentia boni Rectoris facilius opem feret. Hermannus Nouesianus[q] a D. Lamberto[6] mittitur ad nos et P. Natalem Moguntia[r]. Fuit ille Carthusianus multis mensibus[7], adolescens 22 annorum, qui plane ad nostram societatem aspirat, sed in ea nihil exercitatus. Vnde consultum nobis uisum non est, illum ad P. Natalem uel in Jtaliam mittere. Tradentur illi quaedam

a) continere *B.* b) *Deest in B.* c) spectamus *B.* d) Cardinali *B.* e) *Pol., ut supra (adnot. c p. 423) ascripsit:* remittese *etc.; v. infra p. 428.* f) Santae *B.* g) concedatur *B.* h) *In arch. supra versum scriptum.* i) praesentem *B.* k) Dns *A.* l) expectant *B.* m) uoca *A*; vera *B.* n) Neque *B.* o) quaerendi *B.* p) quidquid *B.* q) Novasianus *B.* r) *Vel* Maguntia, *quod est in B.*

quetur . . . Saltem singulis hebdomadis dies unus a prandio quieti destinatus sit: in reliquis conferatur cum Provinciali, qui ordo in vacationibus vel intermissionibus studiorum ordinariis sit tenendus": Constitutiones Societatis Iesu P. IV, c. 13, n. 5 et F. Atque in „*Ratione* Studiorum Societatis Iesu" (a. 1599 absoluta) constitutum est, ut saltem in superioribus scholis singulis hebdomadis integer dies quieti daretur (Regulae Provincialis, reg. 37, § 10 11. Regulae Rectoris, reg. 19 [*Pachtler* l. c. II 266 274]).

[1] *Polancus* nomine Lainii Tridento 28. Novembris 1563 P. Mendozae *scripsit: „De Dilinga intendiamo che il numero certo de scholarj è di 313 senza li nostri et uiene assai gente di nouo" (ex apogr. eiusd. temp.). Cf. etiam Epp. *Nadal* II 508.

[2] Cf. supra p. 388 394 395.

[3] Canisio multae contiones hoc tempore habendae erant; cf. infra monum. 441.

[4] P. Conradus Swagerius S. J., professor theologiae; de quo v. supra p. 420.

[5] Cf. Act 9, 31; 2 Cor 1, 5 etc.

[6] Auer S. J., collegii moguntini rectore.

[7] Moguntiae cartusia exstabat.

ex nostris meditationes spirituales[a] [?][1], in quibus illum cognoscamus exactius. Postea scribemus de illo quid uideatur, praesertim cum[b] ex parte habitus monastici[c] gestati hoc adferat impedimentum[2]. Jn literis ut cumque[d] uersatus est, et liberalem formam praesefert, paratus ut inquit, ad quaeuis onera inter nostros subeunda[e][3]. Dominus nouum et foelicem annum R. P. T., P. Natali, P. Polanco et reliquis largiatur. Cupimus sane[f] uestris[g] etiam omnium precibus[h] nos et causam Dilingensis Collegij Christo[i] singulariter commendarj. Augustae Pridie Natiuitatis Dominicae[k] 1563. Nunc accipio de Leonardo Viennensi nuper ex Jtalia misso Dilingam, quem P. Natalis uoluit esse Monachij. Sed Rector[4] queritur grauiter de huius puerj ficto et rebelli animo, quem alibi saepe declarasse[l] uidetur. Respondi autem ut mittatur ad me, si meliora non promittat. Nam dimittendus mihi plane uidetur, sicut prudenter etiam statuit P. Natalis fieri oportere[m]. Adiunxi manum Rectoris in scedula[n], unde rectius cognoscetur petulans adolescens[o], qui utinam quoque non impudens possit existimarj.

Redit[p] nunc Jacobus noster[5] Dilinga, et inter caetera nunciat magnam apud fratres reperiri licentiam, quia Prorectorem[q][6] non uereantur[r], qui ne audet quidem illis se opponere[s]. Male se gessit Josephus siculus, qui utinam corrigat mores Jngolstadij[t]: male habet Nicolaus[7] etiam, ut ante scripsi: male Joannes Anthonius[u][8] [?]. Hos si mutare liceret, longe commodius haberent caeteri sub nouo Rectore nouoque Ministro. Nam hunc uix respicere dignantur[v], cum multa tamen illis permittat idem M. Rauenstein. Est Prorector in eadem cum istis persuasione, nimirum ut ad campos excursus omnino sit fratribus con-

a) *Sic AB; quamquam scribendum fuisse dixeris* meditationibus spiritualibus. b) *Deest in B.* c) monasterii *B.* d) *Duo vv. sqq. in B desunt.* e) faciunda *B.* f) etiam *B.* g) nostris *AB; sed* uestris *corrigendum esse res ipsa ostendit.* h) praecibus *B.* i) Chro *B.* k) Dnicae *B.* l) declasse *B.* m) *Pol., ut supra (adnot. c p. 423), ascripsit:* se *etc.; v. infra p. 428.* n) schedula *B.* o) *In arch. corr. ex* adolecens. p) Reddit *B.* q) Rectorem *B.* r) uereatur *A.* s) *Pol., ut supra (adnot. c p. 423) ascripsit:* vada lui *etc.; v. infra p. 428.* t) *Pol., ut supra, ascripsit:* non sapemo *etc.; v. infra p. 428.* u) Antonius *B. Vide vero supra p. 423*[4]. v) dignatur *B.*

---

[1] „Exercitia spiritualia" S. Ignatii significat.

[2] *S. Ignatius* inter „impedimenta", quae „eos qui vellent [Societatem] ingredi, omnino excludunt" (nisi legitima intercedat dispensatio), hoc ponit: „Habitum sumpsisse alicuius Religionis Fratrum vel Clericorum, vitam aliquandiu in obedientia cum eis agendo, sive emissa, sive non emissa professione"; atque ita se statuere asserit, „quod nobis in Domino videatur, eum, qui bonus christianus sit, debere firmum esse in sua prima vocatione: praesertim cum illa tam sit sancta; in qua scilicet quis, universo saeculo relicto, se totum dedicat maiori servitio et gloriae sui Creatoris et Domini" (Examen generale c. 2, n. 1 3 6. Constitutiones S. J. P. I. cap. 3, n. 2 5 [Institutum S. J. II 4—5 30]).

[3] In **Catalogo* collegii monacensis 1. Ianuarii 1565 ibidem conscripto inter novicios comparet Hermannus „Faber, Novesiensis, dioec. Colon." (Neuss), qui 1. Novembris 1563 Sociis se adiunxit; „uixerat aliquamdiu cum Charthusianis, quorum etiam habitum gestauit, receptus tamen est ad nos cum dispensatione sedis Apostolicae, ingeniosus est, futurus aptus ad multa, nunc Cocum agit ad tempus" (Cod. „GSC 66" f. 377[a]). [4] P. Theodoricus Canisius. [5] Sekler; v. supra p. 381 384.
[6] P. Cuvillonium. [7] Servatius. [8] Ioannes Dominicus Facciardus.

cedendus. Et uereor sane hoc illis negare quod adeo uehementer et importune postulant. Sic[a] [?] accidit demum, quod praedixi P. Natali fore, non posse hoc Collegium rite conseruarj, nisi certo capite constituto. Deinde uidet R. P. T. male sanari eos in Germania, qui aut parum probati, aut nimium tentatj in haec[b] noua mittuntur Collegia, quorum causa deinde superiores saepius cogimur interpellare[c]. Mihi parum spei superest (ut ingenue dicam) de sanando Nicolao et Leonardo[1], quos antea multis in locis probatos minimeque comprobatos nouimus. Jn Joanne Dominico ut Germanos doceat, nec spiritus, nec patientia cernitur. Sed feremus hanc Crucem[2] pro peccatis nostris, et expectabimus[d] Dei gratiam per R. T., quae nouit[e] rebus afflictis saepe consolationem[f] praesentem adferre. Hoc mihi maiorem molestiam exhibet, quod Augustae tot modis occupatus praesertim ob conciones istas, Dilingam non possim excurrere, neque cum fratribus ipsis demorarj, ut sane opus esset. Dominus conuertat in suam gloriam omnia quae possumus et non possumus.

Adiunxi partem in testamento D. Bruni conscriptam de domo Dilingensi, quam Cardinalis huc usque uenatur[3]. Fatetur tamen testamentarius, inuentum esse scriptum aliud eiusdem testatoris, quo mentem explicatiorem ille reddidit de eadem habitatione. Jmo testamentum totum[g] uoluit immutare, si uita longior contigisset. Nunc quaero, an consultum uideatur, cum Cardinale curare et instare, ut nobis haec domus applicetur, quam senatus Dilingensis cupit uendicare[h] sibi, sicut et quidam ex testamentarijs probant, quoniam ante mortem D. Bruni Collegium Dilingense Societati nostrae non fuit incorporatum[i]. Quod si Cardinalem sequimur et ius in domum nobis competere asseueramus, non repugnabunt testamentarij, hoc interim postulantes, ut exoluamus florenos aliquot, qui ex eadem domo quotannis dependi solent alijs nescio ob quas obligationes. Jtaque cupio scire primum, quid iuris in hoc casu, ac deinde quid nobis faciendum uideatur uel cum ipso Cardinale uel cum[k] testamentarijs. Jgnosci cupio meae prolixitati, et unum rogo, ut R. P. T. indignissimum Prouincialem suum Domino saepe commendet. Et quoniam noui motus ualde timentur in Germania[4], petimus hanc quoque non negligi apud Patres et fratres in hisce discriminibus magnis. Dominus Jesus in utroque homine[5] nos tueatur[l]. Seruus minimus P. Canisius.

a) Sic, *quod est in B, legere malim, quam* hic, *quod habet A.* b) hac *B.* c) *Pol., ut supra (adn. c p. 423) ascripsit:* se mirara *etc.; v. infra p. 428.* d) spectavimus *B.* e) nobit *A.* f) consololationem *B.* g) *Deest in B.* h) vindicare *B.* i) *Pol. ascripsit:* ? scrupulo*; v. infra p. 428.* k) *In arch. corr. ex* ipsis. l) *In B sequitur:* Augustae pridie Nativitatis Dominicae 1563. *At haec ex fine prioris partis harum litterarum (supra p. 425) huc translata esse ipsa scriptionis ratio in B ostendit.*

[1] Nicolao Servatio et Leonardo Viennensi. De Leonardo cf. supra p. 375.

[2] Cf. Mt 10, 38; 16, 24; Mc 8, 34; Lc 9, 23 etc.

[3] „Partem“ illam non vidi; de Conradi Bruni testamento v. supra p. 318[4].

[4] Principes timebant, ne nobiles sive equites commune quoddam sibi inferrent bellum; ac Grumbachius iam incipiebat milites congregare (*Häberlin* l. c. V 601—602. *Janssen* l. c. IV 245).

[5] Id est: et in externo et in interno, sive: et in corpore et in anima.

Al molto Reuerendo in Christo Padre Jl Padre M. Jacomo Laynez, Preposito Generale della compagnia di Jesu etc.

Lainius Canisio per Polancum respondit sub 4. Ianuarii 1564.

1012. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum sub 31. Decembris 1563.

Ex litterarum Polanci apographo eodem tempore scripto, quod exstat in Cod. „Germ. 1561" f. 54b—57b.

Polancus nomine Lainii Roma 25./26. Februarii 1564 Augustam ad Canisium scripsit: „Adesso farò risposta à diuerse sue lettere de Decembre et di Gennaro" etc. Cum autem Canisio ad litteras 24. Decembris 1563 datas a Polanco iam rescriptum esset Bononia sub 6. Ianuarii 1564 (v. infra n. 1013), Polancus verbis, quae modo posui, significavit, Canisium exeunte m. Decembri 1563 alteras ad Lainium litteras dedisse. De quibus — exstare iam non videntur — vide Polanci epistulas 19. et 25. 26. Februarii 1564 ad Canisium missas.

1013. **P. IOANNES DE POLANCO**, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO.

Bononia sub 4. Ianuarii 1564.

Ex epistularum Canisii exemplis, de quibus supra p. 410 et infra p. 429 444. et ex epistulae 25./26. Februarii 1564 a Polanco ad Canisium datae apographo eodem tempore scripto, quod exstat in Cod. „Germ. 1561" f. 54b—57b, atque ex adnotationum Polanci apographo recenti eoque ex autographo exscripto.

Quid de iuvenibus quibusdam Societatis, qui male se gesserint, agendum sit. Dilingae qui in locum magistrorum quorundam substituendi. Valetudinis gratia permitti posse, ut Dilingae Socii in campos exeant. Vacationes hebdomadarias neque integri diei neque die certo esse debere. Paulum Hoffaeum Dilingae ad tempus rectorem agere debere. De Sociis in Germaniam mittendis. De domo Bruni Societati vindicanda.

Canisius Lainio scripsit Dilinga 15. Ianuarii 1564: „Nullas literas .14. ab hinc diebus accepi, quas ad me Italia miserit." Et Augusta 22. Ianuarii 1564: „Nondum accepi quicquam hoc anno scriptum." Et Augusta 1. Februarii 1564: „De aliis proxime scripsi, respondens vltimis quas accepi Bononia." Polancus autem Lainii nomine Roma 25. Febr. 1564 Canisio scripsit: „L' essercitio corporale necessario al Dottor Conrado in Delinga lo potra fare, anche gli altri come fu scritto de Bologna. Della fu anchora scritto sopra l' auer vn' giorno intiero perla recreatione, et etiam jl Padre Natal l' aueua ordinato." Haec et, quae in Polanci litteris sequuntur, si cum Canisii epistula 24. Decembris 1563 ad Lainium data contuleris, facile intelleges, Polancum bononiensibus illis litteris Lainii mandatu respondisse ad Canisii epistulam 24. Decembris datam (ac fortasse etiam ad Canisii litteras paulo superiores). Perisse videntur litterae bononienses; quae autem in iis fuerint, colligere licet tum ex iis, quae modo posui, tum ex iis, quae Polancus, Canisii litteris 24. Decembris datis cum Lainio collatis, in archetypi exempli marginibus sua manu notavit, ut, quid sibi Lainii nomine ad Canisium scribendum esset, memoria teneret. Notavit autem haec:

Ubi Canisius rettulit, Dilingae Ioannem Albertum Viennensem S. J., physicae in universitate magistrum, fugam cepisse, ac Nicolaum Servatium S. J., scholae humanitatis magistrum, instare, ut, quod ipse ex Societate dimitti vellet, alium providerent magistrum: Polancus ascripsit: „si vedera in Roma cio che si potra . de chi lega in loco de Fr. Joanne Alberto, no dizen nada . si puo seruire de Leonardo[1] *per leger' in loco de Nicolao."*

---

[1] Fr. Leonardum Boschium significari ex Canisii litteris 24. Decembris 1563 et 15. Ianuarii 1564 ad Lainium datis conicio; v. supra p. 421 et infra p. 432.

Ubi Canisius Fr. Ioannem Dominicum (Anthonium) Facciardum S. J. oratoriae artis Dilingae tradendae officium aegro animo sustinere scribit, Polancus: „l' aiutino, et si trattenga questo anno et a lui si scriua, che faci ben l' officio."

Ubi Canisius scribit, Socios dilinganos instare, „ut egredi possint in campos, atque ut liberum habeant diem ab officio praelegendi hebdomadatim", Polancus adnotavit: „remittese al padre canisio, el dar commission de que vayan los que tienen a su parezer necessidad de exercitio mayor que en el huerto se podra y que vayan verso[a] il logo doue non ce pericolo . no hauer dia entero ni que sea cierto el[b] dia . pues ay los de fiesta que no an de yr a los officios."

Ubi Canisius Leonardum illum Viennensem in collegio monacensi „ficto et rebelli animo" esse nuntiat, Polancus notat: „se da senno non si aiuta, è libero de mandarlo fuora".

Ubi Canisius queritur, quod Dilingae Societatis homines licentius agant neque P. Cuvillonium prorectorem „vereantur", Polancus: „vada lui a dilinga quando potra, et che vada Paulo lassando Pissa in suo logo per un spasso potra Paulo insin 'a tanto che ci sera altro rector." [1]

Ubi Canisius Fr. Josephum Siculum (Blondum?) „male se gessisse" refert, Polancus: „non sapemo in che ma se non li contenta lo possono mandar peregrinando in italia."

Ubi Canisius monet, ne in Germaniam mittantur Societatis homines „aut parum probati, aut nimium tentati", Polancus: „se mirara, ma no se puede todo lo que se[c] quiere".

Ubi Canisius dubitare se significat, num Societati ex Bruni testamento fas sit ac num eidem conveniat (licet cardinalis Augustanus ita censeat) dilinganam Bruni domum sibi vindicare, Polancus notat: „? scrupulo? cosa era."

Epistula haec a Polanco, ut dixi, Bononia data est. Qui Ferraria 31. Decembris 1563 Romam ad S. Franciscum Borgiam scripsit, Lainium cum sociis (e quibus ipse Polancus erat) ipso illo die Ferrariam advenisse, inde, dummodo per valetudinem ipsi liceret, 3. Ianuarii 1564 Bononiam profecturum ad festum diem Epiphaniae (6. Ianuarii) agendum, postea statim per Forum Livii (Forli) et Lauretum Romam iturum esse (Epp. *Nadal* II 479[2]). Atque aliunde constat, Lainium cum sociis, cum Ferrariae, Bononiae, Fori Livii, Laureti, Camerini, Ameriae substitisset, 12. Februarii Romam advenisse (l. c. II 650). Quare Polancum has ad Canisium litteras sub 6. Ianuarii 1564 dedisse censeo.

Quoniam Polancus in his litteris de aliquo Societatis iuvene scribit, ut a Sociis „adiuvetur", de altero, ut „nisi se adiuverit", ex Societate dimittatur, iuverit de hac „adiuvandi" ratione aliqua proponere ex * Institutione quadam, quam *Natalis* visitator a. 1563 vel 1566 in Germania vel Austria dedisse videtur: „Si aliquis [ex nostris] per conuersationes externas iacturam sentiret spiritus et aliqua ex parte secularis fieri, et parum aedificare proximum, seipsum iuuet ordinarijs societatis JESV remedijs, diligentia, industria, et spiritus suauitate . media autem ea intelligo, quae adhiberi solent nempe legere libros spirituales, saepe comunicare, plus temporis ad orandum habere, et si opus esset, facere exercitia spiritualia, uel partem eorum . externas etiam mortificationes exercere: omnia uero ex consilio, uel confessarij, uel superioris, qui ex rei, et personarum uarietate uaria addere poterunt, uel etiam adimere media, modo ne mentis disipatio negligatur, ac deuotionis iactura" (ex apographo saeculo XVI. scripto. Cod. „XV. A" f. 25[a]).

Canisius Lainio rescripsit sub d. 29. Ianuarii 1564.

a) *A Pol. corr. ex* preso *vel simili verbo.* b) *Sequitur* tiempo, *oblitt.* c) *Sequitur* pue *vel* puo *oblitt.*

---

[1] Mandasse igitur videtur Lainius, ut P. Paulus Hoffaeus, rector collegii ingolstadiensis, ad tempus rectorem ageret dilinganum, P. Alphonso Pisano interim Ingolstadii rectoris munus obire iusso.

1014. P. LAURENTIUS MAGIUS S. J., collegii vindobonensis rector, CANISIO. Vindobona ineunte vel medio m. Ianuario 1564.

Ex epistulae canisianae apographo, de quo infra p. 440.

Canisius Augusta 22. Ianuarii 1564 Romam ad Lainium scripsit: „Dolemus, Viennae rursus obiisse fratrem, et contagiosae luis reliquias haerere in collegio, sicuti ad me scribunt". Epistula periit.

Epistulam hanc ex collegio vindobonensi vel ab ipso rectore vel huius mandatu ad Canisium datam esse, ex ipsis rebus colligere licet. In collegio vindobonensi mensibus Octobri et Novembri 1563 tres fratres laici mortem eamque pestilentia (ut videntur) exstincti obierant (Epp. *Nadal* II 426 438 460 466). Qui in antiquis illis **Annalibus* „Marcus, Gratianus et Antonius, Itali, peste sublati" vocantur (Cod. „Annal. Vienn." f. 13[b]). Die autem 27. Ianuarii 1564 P. *Nicolaus Lanoius* S. J. Vindobona ad Natalem rettulit, iam ex Sociorum vindobonensium numero etiam „quel buon filiolo Gaspar Werner, musico" et paulo post „Zachariam", atque hunc pestilentia, sublatos esse (Epp. *Nadal* II 485). Atque in **Annalibus* (l. c. f.14[a]) hic „Zacharias Polonus" vocatur.

1015. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu. Dilinga 15. Ianuarii 1564.

Ex archetypo (2°; pp. 6) manu ignota (Canisio dictante?) scripto, quod Canisius emendavit, amplificavit, sua manu subscripsit („Seruus" etc.).

Litterarum particulae ex apographo „recenti non accurate exarato" transcriptae sunt in Epp. *Nadal* II 406[1] 650—651. Litteris usus est *Sacchinus,* Can. 207—208.

Canisius hebdomadam fere Dilingae moratus, quo loco illius collegii res sint, atque ad eas melius constituendas quid ipse fecerit, quid Lainium facere oporteat, exponit. Complures Socii aegrotant. Aedes angustae, hortus nullus, labores multi, vacationes paucae. Socii aliqui licentius agentes domum perturbant. Opus est rectore fortiore. Singuli quomodo se habeant et gerant. Theologi paucos habent auditores, bene disputant. Fr. Herrera, ut in Italiam statim remittatur, importune postulat. Logicae tradendae ratio. Fr. Servatius, homo ferus parumque religiosus, ex Societate dimitti vult. Canisius orationes ad Socios habuit iamque eorum „rationes conscientiae", confessiones, votorum renovationes excipiet. Hominum et officiorum mutationes ab eo factae. Famuli. Catalogus lectionum. Exeundi ad prata facultas concessa. Dilingam mitti oportet Socios plures eosque „bonos et firmos" atque etiam fratres laicos. Socii aliqui, qui Romae haud recte valent, Dilingae convalescent. Canisius viatica iis „corradet" et brevi Ingolstadium ibit.

† Pax christi. Admodum reuerende pater. Frequentes conciones, quae tum aduentus tempore, tum sequentibus mox ferijs Augustae mihi habendae fuerunt, diutius quam uellem meum ad Dilingenses aduentum retardarunt[1]. Mox uero cum ocium aliquanto maius datum est mihi, saepe multumque desyderatus huc ueni, nono Ianuarij[2]. deo adiuuante. Superest ut praesentem huius collegij statum explicem, ac deinde quid mihi uideatur in rem praesentem facere, subijciam, meique superioris expectem de omnibus quae dicam sententiam pleniorem. Nullas uero literas .14. ab hinc diebus accepi, quas ad me

[1] Canisio singulis sacri adventus hebdomadis minimum ternae contiones habendae fuerunt; deinde eum contionari oportebat diebus 25., 26., 27., 28. Decembris, 1., 2., 6., 9. (?) Ianuarii; v. infra monum. 441.

[2] De rebus Dilingae a Canisio gestis cf. infra monum. 507.

Italia miserit[a]. Quod ad sanitatem fratrum corporalem attinet, debiliores hic sese offerunt M. Christophorus Herrera[1], D. Torres, Joannes Dominicus et qui recens Jngolstadio huc uenit Stephanus[2]. Timet D. Conradus[3] etiam, ne quemadmodum Romae factum est, in dolorem pedum relabatur[b], cum frequentiorem excursum seu obambulationem sibi conuenientem habere non possit . auget incommodam dictorum fratrum ualetudinem, quod in schola continuos grauesque labores sentiant, domum uero angustam habeant absque horto, et hactenus non egrediantur ad campos uel prata uicina, sicut illorum multi quidem optarent, et ad ualetudinem suam confirmandam plurimum referre arbitrantur . adeo ne unus quidem dies hebdomada integra, illis ad recreationem obtingit[c]. Praecipue uero timeri potest, ne his laboribus aliquando succumbant D. Torres et Joannes Dominicus . praeter M. Christophorum de quo paulo post agam longius.

Quod ad sanitatem nostrorum spiritualem pertinet, cuius me gratia prorector[4] toties euocauit, offendi statum collegij sic satis perturbatum, et quorundam licentiam effraenem, ut fraeno quidem opus haberent, adeo regularum, modestiae et obedientiae exigua in quibusdam ratio habebatur. Ac spiritu quidem debiliores uidentur Nicolaus Seruatius, de quo scripsimus alias[5], Joannes Treuerensis, huc breui missus Monachio[6], Josephus Siculus, quibus annumerari potest praedictus M. Chri-

a) *Sequuntur vv.* ut huic opus sit modo respondere, *a libr. ipsa oblitt.* b) *In margine archetypi, manu romana (Polanci?):* Li esserciti come di Bologna fu scritto. *Cf. supra p. 427 et infra n. 1025.* c) *In margine, ut supra (adnot. b huius pag.):* Idem e il Padre nadal l'ha ordinato. *V. supra p. 428 et infra n. 1025.*

[1] Hic m. Maio a. 1561 in collegio S. J. romano „Physicam" aristotelicam audiverat (*Sommervogel,* Les Jésuites etc. f. C[a]), a. 1563 primum in collegio foroliviensi primam classem rexerat, deinde Florentiam missus erat, tandem Dilingae Logicam tradere iussus erat (Epp. *Nadal* II 338 392 399 423). Qui non solum corpore, sed etiam, ut Natalis m. Augusto 1563 Vindobona Lainio scripsit, animo aegrotabat (l. c. II 364 392). Atque equidem dubito, num hic significetur a *Natale* in „Ephemeridibus" notante: [Anno 1554 Vallisoletum ad me] „venit Herrera, quem receperam Compluti, et iam tum mihi displicuit non mediocriter" (l. c. II 23).

[2] Kreitzler (Creitzler); cf. supra p. 375.

[3] P. Conradus Swagerius; v. supra p. 420.

[4] P. Ioannes Cuvillonius S. J. [5] V. supra p. 423.

[6] Licet Malmundarium (Malmedy, nunc oppidum provinciae rhenanae regni borussici) neque in rebus ecclesiasticis (archidioecesis coloniensis et erat et est), neque in civilibus (abbatia erat benedictina eaque soli imperatori subiecta) archiepiscopo treverensi subiecta fuerit, dubitari non potest, quin hic „Joannes Treuerensis" idem sit atque Ioannes „Gutschalcus", de quo in * *Catalogo* collegii S. J. ingolstadiensis, Ingolstadii 1. Ianuarii 1565 scripto, asseritur: Eum ex Germania inferiore ortum, „patria Malmundariensem" esse, a. 1560 Societatem ingressum, a. 1561 eius vota simplicia Coloniae nuncupasse, postea Ingolstadii et Dilingae per aliquod tempus grammaticam et humaniores litteras explicasse, modo Ingolstadii philosophiae studere (Cod. „GSC 66" f. 374[a]). In collegii S. J. coloniensis Catalogo ad exeuntem a. 1561 spectante „Ioannes Godschalck Malmundariensis" inter „Syntaxistas" comparet (*Hansen,* Akten 778). „Joannem Godschalkum" primo collegii S. J. dilingani tempore primam grammaticae scholam rexisse in eiusdem collegii antiqua * *Historia* narratur (Cod. frib. „Hist. coll. Dil." f. 2[a]).

stophorus. Horum immodica libertas non modo Rectorem[1] et Ministrum[2], sed etiam patres alios perturbabat[a], nec audebant superiores eorum quae uellent, uix quicquam recusare, ut ne deteriores illi post repulsam efficerentur. Dicam postea de remedijs, quae istorum morbis uisum est in domino applicare. Grauius uero laborat Nicolaus[b] [3].

Nunc in specie dicam de personis Collegij nonnullis . prorector[4] ut est natura timidus, concessit illorum licentiae plusculum, ita ut acriorem illi medicum et caensorem ad hos curandos morbos [necess]arium habeant . igitur maior est nobis noui rectoris, qui utinam ueniat breui expectatio, ut is pleniore iudicio et f o r t i t u d i n e s p i r i t u s[5], morumque grauitate ad res domi ac foris gerendas utatur[c]. Sed neque gratus est admodum prorector in suis concionibus[6], quas diebus festis, coram toto Gymnasio habere consueuit . maior enim dicentis grauitas et copia hoc in loco requiritur. Ait sibi difficillimam hanc administrationem fore, quamdiu Nicolaus[7] adest, putatque ad maiorem Collegij tranquillitatem conferre, quod M. Christophorus[8] post Josephum Siculum[9] alio mittatur. Nunc illi animum utcunque reddidimus[d], ut uelit et speret exactiorem regularum obseruationem a fratribus impetrare. P. Minister Rabenstain ad res gerendas uidetur habilis[e] [10], et si non ualde[f] gratus fratribus quibusdam, qui nimium sibi permitti uolunt. Sed utrunque[g] munus ministri et professoris physicae sustinere non posse uidetur[11], praesertim cum horas . 4 sit illi quotidie in schola uersandum, Igitur ministrum nouum fecimus . P. Joannem Fischerum, huc Monachio reuocatum[12], cui tamen opus erit subinde tum consilio, tum ope dicti Patris Rabenstain, qui nondum est aeque gratus auditoribus, ac fuit M. Joannes Albertus. Miramur de hoc ipso tamdiu nihil ad nos referri, nisi quod hinc transierit (ut audimus) cum primum nos desereret, ad ciuitatem proximam Lntheranam[13], Viennam forte nunc appulit, quem Christus uocationis suae memorem reddat.

De professoribus Theologis uix habeo quod dicam, nisi quod optarent illi nobiscum, plures Theologiae studiosos haberi, nam perraro

a) *A Can. ipso corr. ex* ynterturbabat. b) *Sequuntur vv.* ut suo loco explicabitur *oblitt.* c) *In marg., ut supra:* [non accadera] *(?Cf. infra n. 1025)* sia tanto lasso [il] *(?)* Padre couillon . e se [cr]edera esser bisogno [che] *(?)* mandi ad tempus al Rector de ingolst. d) *Sic Can. ipse correxit ex* reddi . . . e) *Vide infra adnot. 10 huius pag.* f) *Duo vv. sqq. ab ipso Can. inserta sunt.* g) *V. sequens ab ipso Can. insertum est.*

---

[1] P. Ioannem Cuvillonium; qui, donec rector collegio Societatis constitueretur, rectoris munus administrabat; v. supra p. 386 397.

[2] P. Ioannem Rabenstein S. J. [3] Servatius.

[4] Cuvillonius. [5] Is 11, 2 15. Mich 3, 8 etc.

[6] Latinis; v. supra p. 411. [7] Servatius. [8] Herrera.

[9] Hic Ingolstadium destinatus erat; v. supra p. 421.

[10] In margine archetypae epistulae hic tertia quadam *manu* *notatum est: „[Qui]d si fieret hic rec[tor]?“

[11] Physicam igitur (aristotelicam) loco profugi illius Ioannis Alberti tradere coeperat; cf. supra p. 417. [12] Cf. supra p. 421.

[13] Lauingam; cf. supra p. 386.

sunt plures 12. Speramus autem post reditum Cardinalis fore, ut augeatur haec schola domino fauente. Haec classis cum bene procedit, reliquis multum splendoris adfert, et in primis ab exteris consideratur . disputatur in ea feliciter . accedente simul Rectore [1], qui et argumenta sua docte proponit . et pluribus libenter audientibus [a]. Doctor Torrez magno in pretio haberi coepit.

Nunc ad .M. Christophorum uenio qui nunquam grauius hic laborauit, cum et somno destituatur, et minor sit cibi appetentia, et indies debilior sibi reddi uideatur, Igitur his proximis diebus lectiones publicas praetermisit, et aperte saepeque dicit se non parum uereri, ne laboret adhuc grauius, nisi ad Italiam remittatur. Dixi ut commendaret hoc negotium deo, priusquam aliquid statueret, nos quidem cupere ipsius ualetudinem non solum hoc loco, sed etiam uicinis in collegijs, quoad eius fieri licebit, reficere atque recreare. Sed in suo ille proposito perstitit, se nec manere posse, nec alibi uiuere conuenientius, quam in Italia . et recta quidem ad .P. Praepositum [2] se uelle proficisci. Conuocati sunt ergo patres, et examinata causa uisum est omnibus, ut inuitus non retineretur, etsi doleamus duplex hoc uulnus infligi lectionibus, ut his primis mensibus mutetur uterque professor philosophiae, cum ambo haud parum essent grati au[ditorib]us. Verum de modo eundem Christophorum remittendi nondum est deliberatum, scribit [b] ipse mentem suam, quae utinam recte haberet una cum corpore: [scr]ibit et rector [3] . et .D. Torres . de illo ipso. Id affirmare possum de me ac alijs, saepe nobis curae fuisse commendationem, quam reuerenda Paternitas Tua et P. Commissarius [4] de hoc magistro interposuerunt. Nos hic sumptus nihili [c] facimus, sed uicem boni fratris dolemus, qui iam coeperat in schola esse pergratus, et ad docendum ualeret, si firmior esset ualetudo. Quem uero in classe illi substituamus, nondum est definitum. Si M. Leonardus Bossius, quem ex Jngolstadio uenturum hodie putamus [5], huic lectioni profitendae par non erit (ut sane ueremur) ob grauia quaedam argumenta, ad doctores nostros [6] eundum erit, ut horum alter logicen pergat profiteri, et difficiliorem quidem partem logices, nimirum Aristotelis posteriora [7]. Audio

a) *Septem vv. sqq. a Can. ipso posita sunt.* b) scribet *Epp. Nad.* c) nihilo *Epp. Nad.*

[1] P. Cuvillonio collegii vicerectore vel, id quod mihi minus probatur, Cornelio Herlen a Rosenthal, universitatis rectore.

[2] Lainium. [3] Cuvillonius. [4] Natalis.

[5] Leonardus Boschius sive Poschius (cf. *Can.* III 494 495) a. 1563 Natali visitatori affirmavit, se modo 18 annos natum esse, atque se ante $4^1/_2$ annos Straubingae (m. Martio vel Aprili 1558) a Canisio in Societatem receptum et Ingolstadium missum, 4 mensibus post Romam, inde paulo post Lauretum ire iussum, in collegio lauretano 2 annos, deinde in pataviensi unum annum degisse, deinde Romam revocatum, tandem ob infirmam valetudinem Ingolstadium remissum esse (Epp. *Nadal* II 570).

[6] PP. Hieronymum Torrensem et Conradum Swagerium, Theologiae doctores et professores. [7] Duos illos libros „Analyticorum posteriorum“.

reprachendi a nostris, hanc tantam in docendo celeritatem Christophori, qui ante .10. septimanas legendo et dictando percurrere uoluit omnia, quae ante posteriora solent in scholis praelegi[1]. Putant id de industria factum esse, ut eo citius non solum docendi, sed etiam hoc loco manendi finem faceret . sed fallax ea potest esse coniectura. Offendit etiam natiua quaedam in illo libertas dicendi agendique. Rogamus Reuerendam Paternitatem Tuam ut in bonam partem accipiat, quod pro huius temporis ac loci necessitate haec iniuerimus consilia. quae nescio an .P. Commissarius si ipse coram adesset, aliter instituere uoluisset. Dominus interim huius collegij, quod grauiter oppugnatur, pro sua immensa gratia misereatur.

Adiungam de Nicolao Seruacio, qui magna cum laude docet literas humaniores, et uix parem illi successorem dabimus apud Germanos[a]. uerum domi in his quae ad societatem et obedientiam spectant, est ille nimium difficilis, a quo licet aegre quicquam impetrare, ut et timeant illum superiores, et alij multa in eo uideant, quae in bonam partem interpretari aegre possunt. Adeo naturam adfert indomitam et feram, quam legum et reuerentiae uincula cohibere non posse uideantur. Nullum facile reueretur, pro authoritate (nescio qua) iudicat et facit quae lubet: iam nimium audaci, iam nimium demisso animo, cum prorsus melancholicus esse uideatur. Habet cum illo multa sibi communia Iosephus Siculus. Verum exigua haec uideri possent nisi multis in collegijs alijs[2] de hoc Nicolao periculum factum esset, et Rectores omnes conquererentur, quantum intelligo. Maius adhuc illud est, quod uoluit ad me scribi Augustam, idemque coram modo confirmat, sibi spem ademptam esse in hoc instituto perseuerandj. Vnde scribit etiam ad Reuerendam Paternitatem Tuam et cupit uotorum absolui uinculis, ut honeste scilicet hinc dimittatur. Pollicetur interim, si ita usus ferat, se hoc loco mansurum ad festum usque paschatis[3]. Sed prorector hoc tempus nimis longum fore putat: mallet enim illum statim amandari, ut desinat domesticam perturbare quietem homo turbulentus: in quo nimis multa cum infirmorum offendiculo saepe sint dissimulanda. Ego prorectori oppono deesse nobis in illa classe lectorem, et posse moneri fratres, ut huius mores minoris faciant, eumque sinant in suo sensu abundare[4]. Quamquam graue est in huiusmodi collegio unum extare, quem sibi ueluti ducem habeant nimiae libertatis amantes magis, quam filij obedientes[5]. Vehementer optamus igitur et hunc remoueri, et alterum meliorem subrogari, quam primum id fieri queat.

a) *In margine altera illa manu (ut supra p. 430 b) notatum est:* scriuerli ch' aspetti il Settembre e all hora potra far cio che all hora vorra. *Cf. infra p. 458.*

[1] Porphyrii Isagogen; Aristotelis librum de Praedicamentis sive Categorias: eiusdem librum de interpretatione; ex eiusdem duobus libris „Analyticorum priorum" saltem libri prioris partem (*Gomez Rodeles* l. c. 461 492 493 500 512).

[2] Romae, Monachii, Pragae, Genuae etc. (*Can.* III 328[7] 398 439).

[3] 2. Aprilis. [4] Rom 14, 5. [5] Cf. 1 Petr 1, 14; Eccli 4, 11 etc.

Adest Ioannes Treuerensjs, penultimae classis praeceptor[1], quem[a] donarunt nobis Monachienses, qui paucis hebdomadis, dum hic manet, nescio an solo Nicolai exemplo deprauatus, coepit insolescere, et obedientiae rationem paruam habere. Sed speramus, praesertim amotis alijs quos dixi, ad officium reuocari posse hominem, qui sane morosus est, et inter tyrones Monachienses merito diutius detinendus, nisi haec cogeret necessitas noui collegij ut undecunque quos possumus arreptos, huc transferamus.

Fuit huc missus etiam Ingolstadio Stephanus[2], quem ptisi obnoxium ad tempus detinuerunt Oenipontani, ac deinde Ingolstadienses. Consumitur hic magis ac magis illo suo morbo, ita ut inualidum existimemus ad infimae scholae gubernationem. Itaque sicut idem optauit, mittetur in peregrinationem, qua se iuuari testatur[b]. Nam in patriam[3] redire nescio ob quem parentum respectum detrectat, adolescens alioquin sincerus . sed qui uno in loco incommode habet, si consistat forte diutius. Vnde coacti sumus mutare consilium patris Commissarij, qui hunc infimae classi praefectum dare[c] [?] suaserat: Illius autem loco Ioannem Cliuensem[4] instituemus, aut saltem ad tempus experiemur, quoad prouincialis Austriacus et inferioris germaniae[5] huc alium mittant. Vix mittent autem (ut arbitror) nisi Reuerendae Paternitatis Tuae literis huc permoueantur, et magni sane refert, unum e nostris hanc gubernare classem, ne cogamur, ut fit hactenus, externo praeceptorj salarium numerare, unde duo fere fratres alerentur, nimirum .80. florenos. Haec de fratribus praecipue, quae admonerem, se mihi obtulerunt.

Nunc ea proponam, quae ad meliorem huius collegij administrationem partim a me curata sunt, partim curanda supersunt, ut mihi sane uidetur. Curatum est Christo adiuuante, ut singulis diebus

a) quam *libr.* b) *Vide infra adnot. 3.* c) *Corrigendumne* dari?

[1] Cf. supra p. 430[6]. [2] Kreitzler.

[3] Hic in margine manu *Romana* (Polanci?) *notatum est: „[g]ia è prouisto e vedassi s'il compagno — [sequitur verbum obscure scriptum] potra [?] mandarsi alora de treuere — [verbum obscurius] mandino un altri [altro?]."

[4] In **Catalogo* collegii S. J. dilingani Dilingae 31. Decembris 1566 scripto refertur, Ioannem Clivensem, ex Germania inferiore ortum ac modo 33 annos natum, Societatem ingressum esse Coloniae anno 1563, vota scholasticorum nuncupasse 30. Novembris 1563, plerumque elementa grammaticae in infima schola tradidisse, interdum etiam ianitorem fuisse (Cod. „GSC 66" f. 403[b]). Qui, nisi fallor, idem est atque „Ioannes Felinus (Kat?) Clivensis", qui Coloniae, cum in Societatis gymnasio „tricoronato" litteris studeret, a. 1558 artium baccalaureus, 2. Martii 1563 artium licentiatus erat creatus (*Hansen* l. c. 317[3] 347[1]). Ioannes Coloniae, antequam Societatem ingrederetur, e numero „convictorum" Societatis fuerat, a. 1563 a Sociis coloniensibus, qui ei multum fidebant eumque, ut *Polancus* ait, „todo sincero y bueno" esse affirmabant, canonico cuidam tornacensi socius itineris tridentini adiunctus, Tridento a Lainio in Germaniam superiorem missus erat, ut ibi ad gradum „coadiutoris spiritualis" Societatis suo tempore sumendum discendo et docendo pararetur (Epp. *Nadal* II 399). [5] PP. Nicolaus Lanoius et Everardus Mercurianus.

fratres . exhortationem a me spiritualem audirent, ac per eam instituti sui memores redderentur . breui post apperient suas mihi conscientias confitendo[1] et consequetur mox uotorum innouatio atque confirmatio[2]. Praecipua uitia quibus laborabant nonnulli, modeste sunt heri nullo tamen nominato explicata. Adiunguntur poenitentium quaedam afflictiones. Praescribentur quoque Rectori et alijs quae ad meliorem regularum obseruationem et huius domus gubernationem facere uidebuntur . datur etiam opera singulis classibus, ut simul et lectoribus . et studiosis fiat satis, quoad eius fieri potest hoc tempore. Jta fore confido, ut res collegij tum domi tum foris[a] rectius habeant. Praecipuae mutationes a me factae sunt hae: Minister nouus institutus P. Ioannes Fischerus: confirmatus in physica professor P. Ioannes Rabenstain . neque discedam nisi habeat suum quoque successorem M. Christophorus[3] . sed illum temporaneum, mittetur etiam hinc idem Christophorus uiatico instructus. Ibit in peregrinationem Stephanus[4]. Ingolstadium est missus Iosephus[5].

Ioannes[6] Cliuensis infimae classi ut probetur applicabitur. Duos exteros domesticis adiungemus, ut nostri minus grauentur domesticis ministerijs. Edetur librorum qui praeleguntur catalogus ut cardinalis postulauit.

De alijs si plura incident ordinanda uel mutanda, scribemus proxime. Data est etiam facultas ad prata exeundi, sed cum absque periculo id fieri poterit[b].

Parua sunt haec quae curauimus . maiora et quae ad Collegium hoc in primis pertinent, curari rectius non possunt . ab alio quam a Reuerenda paternitate tua, nisi plane fallar. Primum igitur opus est (ut in genere dicam) personis, non modo pluribus numero, sed etiam

a) fori *libr.* b) *Hanc sententiam Can. sua manu inseruit.*

[1] *S. Ignatius* constituerat, ut Socii, qui professi vel coadiutores formati nondum essent, „sexto quoque mense", „et saepius, si causa aliqua id posceret", reliqui de Societate „singulis annis, vel crebrius, si Praeposito" visum esset, „suae conscientiae rationem" „ab ultima quam reddiderunt incipiendo" superiori redderent (Examen c. 4, n. 36—40; Constitutiones P. IV, c. 10, n. 5; P. VI, c. 1, n. 2). Similiter idem *S. Ignatius* sanxerat, ut professi et coadiutores formati „semel singulis annis", reliqui „sexto quoque mense" peccatorum „confessionem generalem, quae ab ultima generali inchoetur" facerent (Ex. c. 4, n. 41; Constit. P. VI, c. 1, n. 2).

[2] „Renovatio votorum" religiosorum, quae „vota scholasticorum" vocari solent (v. *Can.* I 232[3] 653 654), sollemniore aliquo die fieri solebat (cf. *Constitutiones* S. J. P. IV, c. 4, n. 5, D). Quare equidem existimo, ea Dilingae Dominica II. post Epiphaniam (qua Dominica ab anno fere 1721 „Festum Sanctissimi Nominis Iesu" agitur) sive 16. Ianuarii renovata esse. Canisium paulo post 16. Ianuarii Dilinga abisse ex eius litteris 22. Ianuarii 1564 ad Lainium datis intellegitur. Unde conicio Canisium verba illa („breui post apperient" etc.) non 15. Ianuarii 1564, quae dies extremae parti longissimae huius epistulae ascripta est, sed aliquanto ante scripsisse; epistulam ante 15. Ianuarii incohatam esse ex eo quoque colligere licet, quod in ea Boschius primum quidem Dilingam venturus dicitur, deinde ut advectus exhibetur ac Ioseph Siculus primum ut Dilingae degens, deinde ut Ingolstadium missus comparet.

[3] Herrera; v. supra p. 430[1]. [4] Kreitzler. [5] Siculus. [6] Felinus.

corpore animoque firmis, ut quae labores in schola quotidianos et continuos diu sustinere possint . nam res ipsa docet, in superioribus quidem classibus, duplo plus negotij professoribus dari hoc loco, quam in uicinis alijs collegijs. Neque habemus usquam in Germania tale ac tantum onus totius gymnasij perferendum, cum illud a nostris duntaxat pendere Dilingae uideatur[1]. Et cauendum est sane, ne in publicam repraehensionem incidamus, quoad eius fieri potest, ob istam professorum inconstantiam ac insolitam tam breui tempore mutabilitatem, quae multorum praesertim nobilium animos non solum a nostris, sed etiam ab hoc gymnasio abalienatura esse uidetur. Tum probabile est, abituros e studiosis quosdam, cum abijsse senserint Christophorum[2] professorem[a] neque substitui commodum alterum, Jgitur cum suscepta et iniuncta sit nobis studiorum hoc loco cura, bonos et firmos praeceptores in primis puto desiderari, et eos uicinis collegijs restitui, qui non sine illorum iactura, huc missi uidentur.

Opus est deinde Rectore nouo, et fortassis etiam ministro alio, quod neque prudentiam, neque grauitatem et authoritatem hic praeseferat . P. Fischerus, ut uereamur illum huic muneri et praesertim apud tales fratres aegre satisfacturum esse, sicut rectius etiam .P. Commissarius potest judicare . nam multis quidem partibus . Patre Rabenstain inferior esse uidetur. Opus praeterea ad philosophicam classem bene constituendam, ut quatuor professores inter se partiantur graues operas ante et post prandium quotidie profitendj saepiusque disputandi, quam huc usque factum est[b][3]. Opus aliquem Nicolao[4] subrogare [pro] classe humanitatis. Opus cooperatorem dare Ioanni Dominico in Rhetorica classe, cum is dicat se indies magis debilitari.

Opus et cooperatoribus[c] [?] (ut uocamus) temporalibus, ut externos ministros domo excludamus, quos nunc admitti cogit necessitas.

Ubi ueniebat in mentem, Romae Germanos prae caeteris esse nonnullos quibus Romanus aër aduersari uideatur . languent igitur (ut putamus) M. Albertus[5], Alexander Hoellerus[6], Alexander Saxo[7], qui

a) *Quattuor vv. sqq. a Canisio ipso in margine addita sunt.* b) *Vide infra adnot. 3.* c) *Can. dicere voluerat, puto:* coadiutoribus. *Ita certe illi semper vocabantur. Cf. v. g. Constitt. S. J., P. I, c. 2, n. 2 et B; P. III, c. 1, R; c. 2, n. 7.*

[1] „Gymnasium“ olim non solum scholas grammaticas et rhetoricas, sed etiam superiores, ut theologicas, complectebatur vel saltem complecti poterat (cf. *Denifle*, Universitäten I 37—39). [2] Herreram.

[3] Hic in margine manu *Romana* (Polanci?) adnotatum est: „de Roma [c]aspar . de louanio Simon, y de Colonia uno per le arti de li buoni, altro per l'humanita, tre coadiutori.“ De Gasparo Haivodo v. infra p. 459, de P. Simone Belosto anglo (hic enim significari videtur) Epp. *Nadal* II 583. *Can.* II 732. [4] Servatio.

[5] „Albertus Musckkay Ehingensis“ (Ehingen, oppidum regni wurttembergensis), collegii germanici alumnus (*Can.* II 547[2]), 21. Decembris 1559 Romae Societatem ingressus erat, 26. Martii 1560 ibidem Societatis vota emiserat (*Cod. rom. „All. coll. Germ.“ p. 13), m. Maio 1561 in collegio romano „Physicus secundi anni“ erat (*Sommervogel,* Les Jésuites etc. f. C[a]). [6] Cf. *Can.* II 596[2]. *Hirn* l. c. I 242.

[7] In **Catalogo* collegii oenipontani Oeniponte exeunte a. 1566 scripto affir-

forte commodius, ut alij plures, haberent in patrio solo et afflictam ualetudinem instaurare possent missi Dilingam, cum sanis alijs, quos dignabitur Reuerenda Paternitas Tua his infirmis collegij principijs adhibere operarios.

Ita nec desunt e laicis isthic qui absque graui iactura huc forte mitterentur, ut sunt Petrus Flander[1] . Ioannes Baptista[2] sartor . et consimiles. Viaticum undique corrademus, quod illis uenturis seruiat, etsi nondum acceperimus 400 ducatos toties a Cardinale promissos[3]. Opus demum habemus bono et diserto Concionatore, si non Germanico, saltem Latino idiomate, Inter coeteros desideratur R. P. Perpignianus[4].

Explicauimus Collegij necessitates et remedia illis adhibenda indicauimus: iudicabit de his omnibus Reuerenda Paternitas Tua ut rebus sic satis afflictis consulatur, priusquam deteriora sequi uideamus. Quare nos in primis commendamus charitati Reuerendae Paternitatis Tuae quae pro suis filijs dominum oret specialiter, ac subsidia mittat breui. Ego paulo post, si dominus uoluerit, Ingolstadium ibo, ut fratres inuisam, sicuti petunt. Hoc unum addam de magistro Christophoro[5], nos uarijs nunc modis egisse apud illum ut hic maneret diutius, et expectaret saltem responsum Reuerendae Paternitatis Tuae sed ille omnino negat se mansurum ultra .10. dies . cum certe posset manere diutius si uellet, ut nobis uidetur, quicquid tandem de ualetudine conqueratur. Dolemus Bossium[6] illius loco substitui non posse in classe, cuius curam si Rector[7] uelit ad tempus sustinere, gaudebimus, sin minus ad Doctores nostros, ut dixi, recurrendum erit, sed quam parum id conueniat facile prudentes animaduertunt . benedictus deus, qui nos probat in istis collegij principijs. Tantum iuuemur sacrificijs et precibus Reuerentiae Tuae ut fructum adferat nobis ac alijs tentatio.
Dilinga .15. Ianuarij. 1.5.64. Seruus in Christo P. Canisius.

Quoniam Canisius has litteras Dilinga sub tempus „renovationis votorum" simplicium, quae „vota scholasticorum" vocari solent, in eo collegio faciendae dedit, iuverit hic aliquā ad hanc votorum (quorum formula, ab ipso *Sancto Ignatio* praescripta, exstat in „Constitutionibus" S. J. P. V, c. 4, n. 4) renovationem spectantia proponere ex Instructionibus sive Institutionibus * *„De uotis"* et * *„De mortificationibus et poenitentijs"*, quae vel sub hoc ipsum tempus vel paulo post (a P. Hieronymo Natale, ut videntur) compositae sunt (Cod „XV. A" f. 176[a]—177[b]. 163[b]—164[a]):

„Jn renouatione uotorum uidentur esse describenda uota ab unoquoque et subscribenda nomine atque cognomine proprio adiecto loco die et anno confirmationis . praeterea sit liber quidam quasi uotorum autographus seu archetipus vbj descriptum fuerit votum cum primum aeditum a quouis fuerit, manu propria et subscriptione,

---

matur, „Alexandrum Saxonem" ex „Stamburg" (Stauffenburg?) in Brunsvico sito ortum, in Societatis collegio romano 2. Februarii 1561 vota nuncupasse et per 5 annos philosophiae et theologiae studuisse (Cod. „GSC 66" f. 413[b]).

[1] De hoc cf. supra p. 371 et infra p. 461.

[2] Italus; v. supra p. 372. [3] Cf. supra p. 398 411 413[c].

[4] Petrus Ioannes Perpiñan; v. supra p. 143 199. [5] Herrera.

[6] Leonardum Bosch. [7] Cornelius Herlen; v. infra p. 441 445.

cuj voto subscribent identidem sua nomina et cognomina in renouatione cum die et anno, subscribet item suum nomen quj fecerit sacrum in quo sunt vota confirmata, et hunc librum habebit rector. . . . Professi et coadiutores formati non renouant uota. . . . Modus autem hic erit: ut sacerdos post peractum sacrificium non conuersus ad fratres, sed ad sanctissimum sacramentum, et in alterum altaris latus secedens paululum, posito sanctissimo sacramento super patenam discooperto, aut intra custodiam iubeat primum dici ab omnibus confessionem generalem[a], et reliqua quae solent ante communionem dicj, deinde legi uota a singulis ordine, manu eorum scripta, et firmata posita in titulo, data in hunc modum. Confirmatio uotorum tali die etc. atque ubi omnes legerint detur sanctissimum sacramentum omnibus[b]. . . . Cum in collegio multi fuerint diuidi poterunt ad renouanda uota, in duo triaue, aut plura loca celebratis ibi missis a suprastante si illic fuerit, a Rectore, a professis, et coadiutoribus spiritualibus si ibi fuerint, sin minus a ministro si sacerdos fuerit, aut [?] antiquioribus sacerdotibus. . . Consuetudo iam obtinuit vt pridie ante uotorum renouationem sese omnes semel flagellent in choro quamdiu psalmus De profundis recitatur praecedente letania cum suis orationibus, at si multi fuerint ut in tres quatuorue noctes praecedentes diuidantur . qui autem hoc agent sint ab alijs seiuncti ubi non uideantur, extinctis etiam luminibus. . . Disciplinae quae fieri solent in refectorio et in uotorum renouatione cum alijs fratribus et patribus fiant super dorsum nec durent ultra psalmum deprofundis. Particulares autem secretae praecipue cum [sunt] longioris temporis quam vnius deprofundis possunt [fieri] in inferioribus partibus, frequentes enim et prolixiores si ad dorsum fiant solent ualetudini obesse. . . Sit in parte aliqua secretiore Collegij cubiculum vnum mortificationj destinatum vbi disciplinae aliquae habeantur et diuinae[c] [?] imagines passionis Christi sitque huiusmodi ut claudi possit ab interiori parte ut patres et fratres secrete agere possint disciplinas suas. Cilicia non illic erunt, sed ea seruabit superior aut aliquis ex confessarijs. Quod si nulla sint domi iubeantur fieri aliqua aspera alia leuia. Huius cubiculi clauem habebit Rector uel Confessarius."

Lainius Canisio per Polancum respondit 19. et 25. 26. Februarii 1564.

1016. ALBERTUS V., Bavariae dux, CANISIO.

Monachio 17. Ianuarii 1564.

Ex commentario (A) epistulae (2°; 2 pp.). Cod. monac. „Ies. Ing. 1359 I" f. 127 128.

Epistulae versio latina (B), quam ipse Canisius et emendavit et 12. Februarii 1564 Romam ad Lainium misit (v. infra p. 447), exstat in Cod. „Epistolae Principum I" f. 291 et sq. non sign.; in versionis pag. 1 manu eiusdem temporis notatum est: „E Germanico uersum", in p. 4. manu Canisii: „Exemplum Ducis Bauariae ad P. Prouincialem Canisium".

Epistula usus esse videtur *Sacchinus,* Can. 208—209 et Hist. S. J. II l. 8, n. 111.

Canisium reliquosque Societatis homines, quod Bavariae et doctrina et vitae exemplo magnam utilitatem attulerint, sibi carissimos esse. Cum autem Bavariae parochiae complures eaeque praecipuae idoneis sacerdotibus careant, gratissimum sibi fore, si Socii aliquot ad germanicas contiones habendas idonei Canisii opera interposita per loca, quae maxime laborent, distribuantur ad vitia corrigenda, christianam doctrinam populo explicandam, errantes reducendos etc. Ad quod concedendum Canisium, licet suos extra collegia vivere haud facile patiatur, caritate christiana moveri debere. Neque tamen rei domesticae curam, qua pleraeque parochiae graventur, Sociis sustinendam fore. Quibus ut victus commodus praebeatur, se effecturum esse.

a) *Quae sequuntur, usque ad* dicj *incl., manu paulo posteriore in margine addita sunt.* b) *Ita manu, quam dixi, emendatum est ex* legerint, dici iubeat caetera, quae ad communionem sunt necessaria, deturque sanctissimum sacramentum omnibus. Neque uideatur esse hic ritus nouus, nam cum constitutiones nihil praescribant, uarius quidem hactenus fuit usus huius ritus, et tamen qui hic praescribitur uidetur commodissimus et usurpandus. c) *Sic ap.;* depictae?

Canisio quam primum Monachium esse veniendum ad rem cum consiliariis conferendam.

Albrecht Pfaltzgraue etc.[a]

Vnsern gnedigen[b] Grues zuuor wurdiger[c] hochgelerter vnd andechtiger besonder lieber. Aus was beweglichen vrsachen wur die Vätter von der geselschafft Jhesu in vnser Land gebracht, welchermassen sy auch bisher mit lehr vnd wandl[d] der Cristlichen Khirchen merckhlichen nutz geschafft, vnd also vnserm gnedigen willen vnd gefallen gemess gelebt[e], das wisst ir euch gegen deme wur gedachter Vätter fromigkheyt vnd arbayt mermals geruembt haben[f] selbs zueberichten, Achten demnach alhie vnnöttig sein, von disem weitter zuuermelden. Allain das wur euch nit bergen wollen, das wur Jnen vnd Euch noch mit alten gnaden zum besten genaigt seind. Geben Euch daneben gnediglich zuerkhennen, das wur vber allen muglichen angewendten vleis etliche ansehnliche Pfarren vnserer Landen vnd Furstenthumb mit teuglichen, vnergerlichen Briestern nit zuebesetzen wussten . was nun dessen vrsach, habt ir neben vns mitleidlich zuerwegen[g]. Furnemblich aber send nit die wenigsten vnserer Stett vnd märckht, mit Catholischen glerten Seelsorgern vnd Predigern nit zum besten versechen . hielten demnach nit fur ain vngelegen mitl, da Jr ain, zween, oder drej, Euer geselschafft, gevbte Theutsche Prediger verordnen, vnd vns die mit aller ehistem zueschikhen mecht. Die wolten wur mit ainem oder zwayen Jrer mitbrueder, an die orth, da es die grosse notturfft ervordert, austhailen, dergestalt, das sy auff des heiligen Apostels Paulj, vnd seiner mittgehilffen[h] arth, da vnd dorth zusechen, die eingerissnen mengl bessern vnd abstellen, das gemain arm volckh mit Christlicher guetter vnderweisung[i] bej dem rechten seligmachenden weg erhalten, die Jrrenden widerbringen, vnd in Summa mit allem vleis vnd ernst[k] das handlen sollen, was der Khirchen Gottes, bej disen sorglichen letzten Zeiten[l] zum besten erdeyhen mag . vnd wiewol vns vnuerborgen das euch, euerm Jnstituto nach, etwas vngelegen, eure mitbrueder, ausser der auffgerichten Collegien, an sondern orthen allain leben zelassen, So halten wir doch gnediglich darfur, Jr werdet dissfals, nit allein vnser gnedig wolmainend, vnd der Khirchen Gottes zum höchsten furstendig gemuett[m] [ansechen][n], sonder auch die Christliche bruederliche lieb, die alle Jnstituta vnd gelubd einschleusst[o] [erwegen][p] [?], vnd euch disen muehseligen Zeitten, souil sich Jmmer thuen lesst[q], von wegen der armen Christlichen gemain dienstbar ertzaigen.

a) Albertus Dei gratia Palatinus ad Renum vtriusque Bauariae dux *B.* b) *In A correctum ex* gunstlichen. *B:* Gratiam nostram benignam. c) Reuerende admodum *B.* d) *In A sequuntur vv.* nit allain, *oblitterata.* e) *In A sequitur* haben, *oblitt.* f) *In A supra versum scriptum.* g) nobiscum dolendo non difficile conijcere uobis licet. h) suorumque Coapostolorum atque comitum *B.* i) simplicemque populum christianum, per sanam doctrinam *B.* k) *In B hic additum est:* diuina adiuuante clementia. l) *B:* his turbulentissimis periculosissimisque temporis *(sic!).* m) nostrum animum uobis inclinatum, et Reip: christianae optime cupientem *B.* n) *Hoc vel simile v. supplendum esse et res ipsa suadere videtur, et B, quod hic habet:* inspecturos. o) uerum etiam, ac multo magis charitatem christianam, omnia instituta in se comprehendentem, consideraturos *B.* p) *Cf. supra adnot. o.* betrachten? q) *Sex vv. sqq. in B non comparent.*

Da Euch dan im weg ligen wolt, das fast alle Pfarren vnser Furstenthumb vnd Landen mit schweren haushalten beladen[a], darzue Eure leuth villeicht wenig neiglichayt haben mechten, So wellet Euch doch diss auch nit Jrren lassen, da wur wissen die sachen in solche weg zerichten, das sy mit dem haushalten nichts zeschaffen, vnd dennacht Jr competentz vnd vnderhaltung, one mangl haben sollen. Das alles wolten wur Euch in gnedigem vertrawen nit pergen . vnd da[b] Jr hiervber mit vnsern gehaimen Räthen merers zereden hatt. Jst vns gnedigclich wolgemaint[c], das ir mit aller ehistem zue Jnen alher khombt. Damit Eur gnediger her. Datum in vnser Statt Munchen den 17 Januarij Anno 64.

[Albrecht Pfaltzgraue bey Rhein, Hertzog in Obern vnd Nidern Bayern][d].

Dem wurdigen, hochgelerten, vnd andechtigen vnserm besonder lieben Petro Canisio der heiligen schrifft Doctorn, vnd der geselschafft Jhesu[e] durch Germanien Prouincialen[f].

Fr. Nicolaus Lymburgius S. J. hanc Alberti V. epistulam significare videtur, cum in collegii monacensis * litteris quadrimestribus Monachio 4. Maii 1564 datis scribit: „Jllustrissimus Bauariae princeps, Collegij nostrj fundator liberalissimus, etsi promptissimum in nos semper animum declarauerit, nunquam tamen preclarius de nobis quam hisce postremis mensibus, et loquj et sentire visus est. Testantur hoc eius litterae ad P. Prouincialem amicissime nuper scriptae. Testantur prelati et familiares Principi proceres, apud quos Societatis eruditionem et integritatem depredicare non cessauit. Comprobant conciones quas coram se a nostris haberj vult, cum externj in hanc aulam veniunt principes viri“ (ex litterarum apographo, eodem fere tempore in collegio S. J. coloniensi scripto. Cod. colon. „L. Qu.“ f. 173[a]).

1017. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu.
Augusta Vindelicorum 22. Ianuarii 1564.

Ex apographo, quod sub a. 1886 exscriptum est ex litteris archetypis, manu ignota scriptis; Canisius sua manu pauca in iisdem addidit et nomen („Servus“ etc.) iis subscripsit.

Epistulae partes aliquae ex alio apographo recenti eoque „non sat accurato“ transcriptae sunt in Epp. *Nadal* II 392[4] 651. Epistula usus est *Sacchinus*, Can. 208.

Res dilinganae. Universitatis rector logicam ad tempus tradendam suscepit. Herrera. Opus est rectore collegii, contionatore etc. Vota religiosa cum animorum solacio renovata. Canisius Ingolstadii fuit; collegium bene habet; novi tamen eodem mittendi sunt professores; errata quaedam. Res collegii monacensis; Canisius renovationem votorum ibidem excipiet. Collegium oenipontanum; rectoris querelae, infirmitates, labores. Candidati Societatis; meliore domo noviciorum opus est. Libri Dominici Soti. Bibliotheca collegii romani. Litterae confessionales. Vindobonenses pestilentia uruntur. P. Gressenicus O. Pr. Scripta plurima a P. Natale relicta.

Pax Christi, admodum Reverende Pater.

Nondum accepi quicquam hoc anno scriptum. Scripsi autem ante dies 8. Dilingae[1], et prolixe quidem de toto statu illius Collegii, et

a) rei domesticae curam habere annexam *B.* b) si *B.* c) nobis foret quam gratissimum *B.* d) *Haec vel prorsus similia supplenda esse coniecto ex B, ubi est:* Albertus Palatinus apud Renum, dux in superiori et inferiori Bauaria. e) *In A correctum ex* Societet Jhesu. f) *In B tota haec inscriptio omissa est.*

[1] Vide supra p. 429—437.

quantopere indigeant novo Rectore, de quo nihil adhuc accepimus, et successore M. Christophori Hererae, quem diutius retinere non possumus. Docebit autem illius loco Rector Cornelius[1] Logicam, sed ad septimanas tantum 4 aut 5, sicuti nobis promisit. Interea nisi mittatur aliquis, D. Conradus[2] ad illam classem ac lectionem descendet, cum nullum nunc alium reperire possumus[a] [?]. Fiet autem id proculdubio cum detrimento collegii hujus, quod, ut saepius scripsi, pluribus et firmioribus in utroque homine[3] personis indiget maxime. Non repetam de necessario concionatore latino, quia D. Cuvillonius ad hoc munus non est idoneus, et de aliis ad fulciendos Professores hos nimium gravatos omnino adhibendis. Audivi confessiones omnium fratrum, qui magna certe cum sua et mea consolatione vota renovarunt, et collegii res multo rectius constitutas esse, judicarunt, cum ab illis discederem. Faxit Dominus, ut confirmentur in illis, quae sancte[b] constituerunt et posthac facere cogitarunt juxta instituti nostri rationem.

Nunc Ingolstadio redii[4], ubi sanos offendi fratres, et tranquillavi utcumque duos Theologos[5], qui inter se non optime convenire videntur. Collegium sub hoc Rectore[6] videtur rectius habere, quam antea. Indigent autem vehementer aliis in schola praeceptoribus, ut eximamus veteres tot annis illic sua studia negligentes, sicut probe novit P. Commissarius[7]. M. Alfonsus[8] omnium judicio dignus habetur, qui creetur Doctor Theologus. M. Henricus[9] hactenus non applicat animum ad sacra studia serio, ut dubitent nostri illum licet seniorem aequare M. Alfonso: sed promisit tamen mihi, se posthac diligentius daturum operam rebus theologicis. Quod si Princeps[10], ut speramus, brevi conficiet litteras fundationis, magni referet novos adesse Professores e nostris, qui in Theologia et Philosophia diligentius doceant, ut prudenter monuit P. Commissarius. Non licuit mihi ultra biduum[11] Ingolstadii morari. Huc enim[c] recurrendum fuit, ob munus concionandi: spero autem, post pascha[12] praestari a me posse commodius, quae ad

a) *Sic ap.; sed legendum esse videtur* possimus. b) sancti *ap.* c) non *Epp. Nad.*

[1] Herlen a Rosenthal, universitatis dilinganae rector.

[2] Swagerius S. J. [3] In corpore et anima.

[4] De rebus Ingolstadii a Canisio gestis cf. infra monum. 516 517.

[5] PP. Alphonsum Pisanum et Theodorum Peltanum, theologiae in universitate professores. [6] P. Paulo Hoffaeo. [7] P. Hieronymus Natalis.

[8] P. Alphonsus Pinedanus (Guttierez) S. J., Logices in universitate professor et theologiae baccalaureus (ex **Catalogo* collegii ingolstadiensis, Ingolstadii 2. Ianuarii 1564 dato. Cod. „GSC 66“ f.° 2° [sign. „393“]).

[9] De P. Henrico Arboreo cf. *Can.* II 454[1] (ubi „Philosophiae“ corrigendum est ex „Theologiae“), III 37 225. Is, sub a. 1532 natus, ante Societatis ingressum 4 annos Romae in collegio germanico versatus (Epp. *Nadal* II 554), in **Catalogo* ingolstadiensi, quem supra (adnot. 8) dixi, „Consiliarius“ rectoris, litterarum graecarum in universitate professor, „auditor et Baccalaureus theologiae“ vocatur.

[10] Albertus V., Bavariae dux.

[11] 19. et 20. Ianuarii? Cf. infra monum. 516 517.

[12] Id 2. Aprilis futurum erat.

visitationem collegiorum spectant: excurram tamen Monachium ante Quadragesimam [1], ut audiam illic quoque fratres, qui nunc serius vota renovabunt [2], cum ante paucos menses idem fecerint, praesente illis P. Commissario [3]. Acceperunt nunc Monachii missos ex Aeniponto Patres P. Laurentium [4] et P. Theobaldum [5], sicut constituit R. P. T.

Rector Aenipontanus [6] non parum conqueritur [a] [?], quod sit orbatus praedictis Patribus, et majorem in modum urget, ut illi reddatur a Monachiensibus P. Henricus [7], quem P. Natalis designavit coadjutorem P. Dominici [8] ad Novitios Monachii rectius gubernandos. Idem Rector subinde repetit, secum incommodius agi Aeniponti, velut alibi possit sanius vivere, et est ille plus satis pusillanimis, anxius, meticulosus, suspitiosus, querulosus; necessarius tamen in eo loco, ut mihi quidem videtur. Explicabit P. Natalis facile, quae ad Collegium hoc pertinent: plus est mihi cum illo Rectore negotii, quam cum aliis fere omnibus: timeo autem, aegre illum in longum tempus hoc modo retineri posse. Laborat non modo domi, sed etiam in schola fideliter, ac est interim valetudinarius. Oremus pro Wolfgango Bolsanensi, cujus phtisis illum fere morti obnoxium fecit [9]. Male habet et Paulus [10] et alii quidam Aeniponti. Hinc etiam fortasse Rector difficiliorem habet administrationem.

Ingolstadii 8. [b] [?] vel .9. se nobis offerunt pueri ad hoc institutum amplectendum. Ex his duos Bavaros cupio Viennam mittere, ut securius habeant. De reliquis majora sumentur experimenta. Magni refert, ut domum novitiorum amplam et opulentam satis habeamus Monachii, ad novas in hac Provincia plantas Christo educandas. Nunc primum adferuntur duo Soti volumina, quae Dilingensibus et Ingolstadiensibus inservient [11]. Tertium exemplar [c] ex Aeniponto Viennam mittitur. Quod ad rationes expensarum attinet, nihil opus est, huc mittere pecuniam. Solvent aliquid pro accepto Soto Viennenses, praesertim si R. P. T. nomine obiter monebuntur: Solvent etiam praedicta Collegia duo Dilingae et Ingolstadii. Reliquam partem, si quid nobis exsolvendum superest, libenter damus P. Natali ad libros coëmendos Romano Collegio [12]. Tantum hoc unum precor, ut Episcopo Montis Alcini [13] reddatur ducatus unus et dimidius, quem expendit me

a) angitur *Epp. Nad.* b) 9. *apogr.* c) exempla *ap.*

[1] Ante d. 16. Februarii. [2] Cf. supra p. 435 [2].

[3] Inter medium m. Septembrem et ineuntem Octobrem 1563 (Epp. *Nadal* II 376 404—405 504—506). [4] Hermanutium. [5] Stotz. [6] P. Ioannes Dyrsius.

[7] Samerius? Cf. *Can.* III 677.

[8] Mengini; de quo v. *Can.* II 151 [3].

[9] „Wolfgangum Zeitel“ novitium a. 1564 in collegio oenipontano vita cessisse in eiusdem collegii * *Catalogo* exeunte a. 1566 ibidem scripto narratur (Cod. „GSC 66“ f. 414 [b]). [10] P. Paulus Hetzcovaeus; cf. supra p. 361 [2] 421.

[11] De his Dominici Soti libris, Polanco curante (Venetiis, puto) missis, vide supra p. 421. [12] Cf. supra p. 115—116.

[13] Francisco Mariae Piccolomineo; v. supra p. 317.

rogante in gratiam amici nobilis, ac de nobis bene meriti, Confessionale, ut vocant, illi Romae impetrando[1]. Dolemus, Viennae rursus obiisse fratrem[2], et contagiosae luis reliquias haerere in collegio, sicuti ad me scribunt. Apud nos vero pestis pullulat quidem, sed sine viribus.

De Hieronymo Merula nondum accepimus[3]. Commendamus nos plurimum sacrificiis ac precibus Reuerendae P. T., cujus litteras non possumus non desiderare, praesertim ut sciamus, ubi locorum haereat R. P. T. et P. Commissarius, qui nescio quos libros promisit ad Dominicanum fratrem et Principis concionatorem[4] mittere Monachium. Deinde cupimus reddi ab eo certiores, an transcribenda sint illa omnia, quae permulta nostris reliquit in his collegiis, ut librum facile constituant. Dominus Iesus nobiscum. Amen. Augustae 22 Januarii 1564.

Servus in Christo P. Canisius.

Al molto Reuerendo in Christo Padre Jl Padre M. Jacomo Laynez, Praeposito Generale della compagnia di Jesu.

In hac epistula singulariter notare velim, quae Canisius scribit de „confessionali" rogatu suo ab episcopo montalcinensi in gratiam viri nobilis et de Societate bene meriti Romae, ducatis uno et dimidio (= 2 florenis rhenensibus et 15 crucigeris: cf. supra p. 395[2]) expensis, impetrato. „Confessionalia" (Beichtbriefe) tunc litterae vocabantur pontificia auctoritate datae, quibus hae fere gratiae et privilegia potissimum concedebantur: Licebat ei, qui Confessionale habebat, confessarium sibi eligere, qui ipsum ab omnibus peccatis atque etiam ab iis, quorum remissio pontifici erat reservata — excipi tamen solebant ea, quae in bulla „Coena Domini" recensebantur — „semel in vita et semel in mortis articulo" atque a peccatis non reservatis etiam „toties, quoties" opus esset, absolvere ac praeterea plenam ipsi indulgentiam „semel in vita et semel in mortis articulo" tribuere, absolutionis et indulgentiae certa quadam forma adhibita, posset. Quae confessionalia maxime, cum iubilaea celebrarentur, fidelibus dabantur. Eorum duo exempla (in altero nulla indulgentiae fit mentio) ad verbum typis exscripsit *Io. Erh. Kapp,* Kleine Nachlese einiger . . . zur Erläuterung der Reformations-Geschichte nützlicher Urkunden, Leipzig 1727, 3. Th., 67—69 70—71. Formulam absolutionis posuit *Val. Gröne,* Tetzel und Luther, 2. Aufl. Soest 1860, 190[2]; alteram edidit *H. Ch. Lea,* qui ceteroquin hoc confessionalium institutum perperam interpretatus est (A History of Auricular Confession and Indulgences in the Latin Church III, Philadelphia 1896, 70). Atque iubilaei quidem et similium indulgentiarum tempore, qui confessionale petebant, parvam tantum pecuniam dare debebant; ut in indulgentia a Iulio II. et Leone X. a. 1506—1515 basilicae S. Petri aedificandae gratia promulgata „pro quarta parte aurei floreni renensis" — verba haec sunt *Ioannis Angeli Arcimboldi*, qui in magna Germaniae parte „nuncium et commissarium" huius indulgentiae agebat — „singula confessionalia debebant distribui" (*Kapp* l. c. III 187). Quodsi ad alia confessionalia impetranda maiore quadam pecunia opus erat, huius una pars, nisi fallor, „taxa" erat sive salarium iis qui litteras Romae scripserant, „expediverant" etc. iure obveniens (*Lea* l. c. III 191 192); in

---

[1] Vide, quae sub ipsas has litteras dicuntur.

[2] Casparum Werner; v. supra p. 429. [3] Cf. supra p. 414[2].

[4] P. Ioannem, puto, Gressenicum (Cressenicum, Grassenium, Gressnig); vide *Can.* II 54 187 225. Quem a. 1574 senem decrepitum in monasterio Dominicanorum augustano, ubi theologiam docuerat, degisse intellegitur ex litteris, quae exstant in libro *„Anti-Mangoldus"* I. Amstelodami et Ulmae 1784, 259—264.

altera vero parte pecuniae exigenda ecclesia id spectabat, ut fideles et pro vetere ecclesiae more „peccata eleemosynis redimerent" (Dan 4, 24; cf. Eccli 3, 33; Tob 4, 11; 12, 9), et, quod privilegia petendo de communi salute quasi detrahebant — privilegia enim sunt vulnera quaedam legi communi inflicta — id, pia largitione bonum commune amplificando, compensarent atque simul hac pietate dignos se redderent, in quos ecclesia eximias illas gratias conferret. Cf. *S. Antonini* O. Pr. Summam maiorem P. I. tit. 10, cap. 3, § 4 (in editione Argentinae 1496 facta f. s[b]—s2[a]) et *N. Paulus*, Johann Tetzel, der Ablassprediger, Mainz 1899, 116—117. Ceterum cum in hoc confessionalium institutum vitia quaedam irrepsissent, Pius IV. in constitutione apostolica Roma 17. Februarii 1565 data confessionalia omnia in iis rebus, in quibus essent legibus reformationis a concilio tridentino latis contraria, „ipso iure revocata, cassata, et annullata esse" pronuntiavit (*Bullarium* Romanum VII, Neapoli 1882, 278).

Lainius Canisio per Polancum respondit 19. et 25. 26. Februarii 1564.

1018. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu.
Augusta Vindelicorum sub 29. Ianuarii 1564.

Ex epistularum a Canisio ad Lainium 1. Februarii 1564 et a Polanco ad Canisium 25./26. Februarii 1564 datarum apographis, de quibus infra suis locis plura dicentur.

Ad litteras Bononia sub 4. Ianuarii 1564 datas rescribit. De Fr. Herrera etc.

Canisius Augusta 1. Februarii 1564 ad Lainium in extrema fere epistula rettulit: „De aliis proxime scripsi, respondens vltimis quas accepi Bononia". Cf. supra p. 427. Polancus autem Roma 25./26. Februarii 1564 Lainii mandatu ad Canisium scribens: „De mastro Herrera", inquit, „non ci è li altra noua senon quella, che dà V. R. al fine di Gennaro, et à cinque di Febraro" etc. Solebat autem Canisius singulis sabbatis litteras ad Lainium mittere; quare eum 29. Ianuarii 1564 eidem scripsisse conicio. De quibus litteris (quae perisse videntur) vide Polanci epistulas Romā 19. et 25./26. Februarii 1564 Canisio missas, quibus ille Lainii mandatu Canisio rescripsit.

1019. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu.
Augusta Vindelicorum 1. Februarii 1564.

Ex apographo a. 1893 exscripto ex epistula archetypa (et autographa, ut ferebatur), quae tunc quidem in Gallia (Vals près le Puy) servabatur.

Fr. Herreram, cuius et corpus et anima aegrotant, Romam mittit. Qui studiorum rationem dilinganam secum affert. Canisius rectorem universitatis illius laudat. Dilingae et Oeniponte Socii aliqui infirma sunt valetudine. Aliquis votis Societatis solvi cupit.

Pax Christi admodum Reuerende Pater.

Venit cum[a] his frater M. Rera[b] [1], quem ad profitendum ut saepe scripsimus, inuitum, atque vt ipse ait, debiliusculum, noluimus, ac ne potuimus quidem diutius retinere Dilingae. Habet equum Polonicum satis laudatum, qui forte seruire posset huc venturis fratribus, nisi sunt iam illi uiam ingressi, quod sane cuperemus. Habet viaticum etiam 24 ducatorum, quod illi satis futurum putamus Romam vsque.

a) in *ap.* b) *Ita Can. etiam scripsit in epistula 12. Febr. 1564 Lainio missa; 14. Aprilis 1564 autem:* Riera. *Vide infra adnot. 1 huius pag.*

[1] Christophorus Herrera, qui in universitate dilingana logicen tradiderat; vide supra p. 430—433.

huc autem festinare decreuit. Habet commodos etiam comites in Italiam[a] proficiscentes et Jtalicae linguae peritos. Quod ad vires corporis attinet, non uidemus quid illi desit ad subeundam hanc profectionem, et Jtaliae reuisendae desiderium minuet illi laborem, ut arbitror. Coeterum quod ad animae profectum spectat, explicabit aegrotus ut spero, morbos suos Reuerendae P. T. quae nouerit per se et alios illis in Christo mederi. Desideramus vt accepta diuinitus talenta recte in Dei gloriam, et magis ad vtilitatem quam grauamen societatis huius expendat. Deus adsit fratribus omnibus.

Adiunxi rationem studiorum, quae hactenus Dilingae ex praescripto et traditione obseruantur[b] [?][1]. Hinc constabit clarius, quae nostris retinenda uel mutanda esse uidebuntur, eaque cupimus intelligere speciatim.

Rector Cornelius[2] tum verbis, tum reipsa nobis se peramicum ostendit quem cupimus cito liberari hoc munere et onere Logicen profitendi[3].

De aliis proxime scripsi, respondens vltimis quas accepi Bononia. Commendamus[c] nos R. P. T. omniumque Patrum et fratrum sacrificiis ac precationib. De statu Dillingensis collegii plura coram ex M. Rera intelligi poterunt. Augustae Kal. Februar. 1564.

Seruus in Christo P. Canisius.

Quod ad d. Torrez[4] attinet, debiliorem illum effici audio, vt diu suffecturus non uideatur ad munus docendi. Rursus inuadit ciatyca[d] [?][5], stomachi frequens dolor et similia quae ptisim uel ethicam[e] [?][6] illi minari uidentur.

Nicolaus[7] adhuc expectat ac petit beneficium absolutionis a votis vt circa pascha[8] possit discedere. Dominus gratiam nobis suam augeat in vtroque homine. Male habet Oeniponti M. Georgius, et saepe quidem, ut putemus Italicum aerem illi minus conuenire posse[9]. Rector

a) Itatiam *ap.* b) *Sic ap.; sed potius scribendum fuisse videtur* obseruatur. c) Comomendamus *ap.* d) *Sic ap.;* sciatyca? *Vide infra adnot. 6 huius pag.* e) *Sic ap.; gallice olim scribebatur* fièvre étique *(E. Littré, Dictionnaire de la langue française II, Paris 1885, 1522). Cf. infra adnot. 7 huius pag.*

---

[1] Rationes studiorum in a. 1550 et 1551/1552 propositas edidit *Specht* l. c. 605—609.

[2] Herlen. [3] Cf. supra p. 437 441.

[4] P. Hieronymus Torrensis (de quo supra p. 419), ut *Polancus* Tridento 5. Novembris 1563 P. Mendozae *scripsit, in universitate dilingana Sacram Scripturam interpretabatur (ex apogr. eiusd. temp. Cod. „V. P. 63“ f. 338).

[5] Sciatica, Schiasis, Sciasis = Ischias sive coxendicus morbus (*Du Cange* l. c. VII 335). [6] Phthisin vel febrim hecticam.

[7] Servatius S. J., magister dilinganus; v. supra p. 419. [8] Sub 2. Aprilis.

[9] Significatur Georgius Crispus (Kraus) S. J., quem P. Natalis Oeniponte Romam mittere voluerat (Epp. *Nadal* II 226[4] 243). De quo praeter ea, quae scripsi *Can.* II 561[5], haec noto: In * *Catalogo* collegii oenipontani exeunte a. 1566 Oeniponte (ubi Crispus tunc degebat) scripto asseritur, eum ex Tirschenreuth (oppido palatinatus superioris, nunc regni bavarici) ortum, a. 1554 Vindobonae in Societatem receptum,

Dirsius de professore alio in locum M. Georgii substituendo sollicitus esse pergit.

Al molto Reuerendo in Christo Padre, Jl Padre M. Jacomo Laynez, Praeposito Generale della compagnia di Jesu Romae[a] [?].

Lainius Canisio per Polancum rescripsit 11. (12.?) Martii 1564.

1020. CANISIUS **IACOBO LAINIO,** praeposito generali Societatis Iesu. Augusta Vindelicorum 5. Februarii 1564.

Ex epistulae canisianae, quam infra dicam, autographo, et ex epistularum Polanci apographis, eodem fere tempore scriptis, quae exstant in Cod. „Germ. 1561" f. 54ª—57ᵇ 58ᵇ.

P. Dyrsium per Bavariam contionatum mitti debere. Caesaris stipem annuam collegio romano mitti. Fr. Herreram in Italiam abisse etc.

Canisius Augusta 12. Februarii 1564 Romam ad Lainium de P. Ioanne Dyrsio S. J., collegii oenipontani rectore, scripsit: „Nunc confirmo sententiam nuper scriptam de Rectore Oenipontano, vt per Bauariam peregrinando seminet verbum Dei, sicut Principi . . . postulanti uidemur gratificari debere"[1]*. Canisium autem, cum se „nuper" scripsisse affirmat, epistulam significare 5. Februarii 1564 a se datam, vel ex eo conicere licet, quod singulis sabbatis Lainio scribere solebat; cf. supra p. 310. Accedit, quod Polancus Lainii mandatu Roma 19. Februarii 1564 Augustam ad Canisium scripsit: „Diuerse lettere di V. Reuerenza ha trouato N. Padre quando arriuo à Roma et le vltime sono di 5 del presente con le quali vene la poliza delli 400 ducadi della limosina della Maestà Cesaria". Canisius igitur cum hac epistula syngrapham misisse videtur, qua Wolfgangus Paller senator augustanus Olgiatos, argentarios romanos, collegio romano usitatam illam stipem annuam imperatoris nomine solvere iubebat; cf. Can. III 144 583, et supra p. 412. Porro haec Canisii epistula etiam memoratur in Polanci litteris Roma 25./26. Februarii 1564 ad eundem datis; ubi Polancus: „Adesso", inquit, „farò risposta à diuerse sue lettere de Decembre et di Gennaro in sino à cinque et 12 di Febraro ... De mastro Herrera non ci è li altra noua senon quella, che dà V. R. al fine di Gennaro, et à cinque di Febraro, de che sia partito"*[2]*. Fortasse ad eandem Canisii epistulam id pertinet, quod Polancus nomine Lainii Roma 26. Februarii 1564 Vindobonam ad P. Laurentium Magium S. J., collegii rectorem, scripsit: „Quel cathalogo de fondatori prese la cura Il Padre Canisio di Mandarlo al Prouinciale di Austria et dell' Inferiore Germania"; quae officia PP. Nicolaus Lanoius et Everardus Mercurianus tenebant; de catalogo autem v. supra p. 366. Ceterum cum Canisii epistula illa 5. Februarii 1564 data perisse videatur, iam, quid ille scripserit, ex duabus illis epistulis, quibus Polancus Lainii nomine ad eas rescripsit, colligi oportet.*

a) *Sic ap.;* Roma?

---

8. Septembris 1555 eiusdem vota nuncupasse atque Vindobonae et Ingolstadii varia officia administrasse (Cod. „GSC 66" f. 413ª). In collegio vindobonensi plus quam tres annos, deinde in ingolstadiensi fere usque ad a. 1563 versatus, in hoc per tres annos grammaticam et rhetoricen tradiderat, per duos etiam discipulis domesticis praefuerat (Epp. *Nadal* II 552 [cf. *Can.* III 339 685]. *Catalogus Sociorum Ingolstadii in „Collegio veteri" degentium, manu P. *Nicolai Lanoii* scriptus, in Cod. monac. „Ies. Ing. 1359/I." f. 120ª).

[1] Dyrsius, natione bavarus, in dioecesi eystettensi canonicus fuerat; postea in Societatis collegiis ingolstadiensi et monacensi versatus, doctrinam christianam saepissime hominibus varii generis exposuerat (Epp. *Nadal* II 561. *Can.* III 9 37 136[2] etc.). [2] Cf. supra p. 444.

1021. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu.
Augusta Vindelicorum 12. Februarii 1564.

Ex autographo (2°; 2 ½ pp.); in p. 4. inscriptio, manu librarii scripta, et particulae sigilli.

Epistula usus est *Sacchinus*, Can. 208—209.

Canisius Sociorum confessiones excepit in collegio monacensi. Cui litterae fundationis datae sunt. P. Dyrsius ad contionandum per Bavariam, ut duci haereticis serio obsistenti satisfiat, mittendus; clerus ecclesiam „offendit". Sacra pro duce collegiorum fundatore facienda. Collegio oenipontano et rector et magister sunt providendi. P. Stotz timore impeditur in contionando. P. Schorichius Monachii fauste contionatur. Huius et Canisii labores quadragesimales Deo sunt commendandi. Eckio cancellario, ut P. Stevordianus quoque per Bavariam mittatur, petenti satisfieri nequit, cum ille in dicendo ad protestantes vehementior, in virtute parum robustus sit. Canisius ipse ad eam missionem se obtulit. Dilingae litterarum studiosi de Sociorum immaturitate et frequenti mutatione queruntur; quo novi magistri mittantur oportet; alicuius infirmitas. Herrera. Promotiones ingolstadienses. P. Hauptio mores sunt emendandi. Cessabunt, ut a Natale iussi sunt, ingolstadienses Socii sacra facere in templis parochialibus, neque Staphylo vel duci ea in re cedent. Ingolstadii, Monachii, Augustae, Dilingae, reditibus iam amplificatis, Sociorum numerus augeri potest. Num adulescentes 16 annorum et minores in Societatem admittendi? Tirones Monachii angustiore loco habitant. Convictorum collegii germanici salaria et epistulae. Caesar et Bavariae dux calicem laicorum etc. per litteras, non per legatos a pontifice petent. Litterae indicae. Iuvenes Romam mittendi.

†

Pax Christi admodum Reuerende Pater.

Redij nunc Monachio [1] (nam litteras quibus respondere possim, quod ualde miror, sex abhinc septimanis nullas accepi [2]) et post auditas fratrum confessiones [3] reliqui satis tranquillum statum collegij. Non repetam quae scribit Rector [4], praesertim de fundationis literis tandem impetratis [5], sed quae forte non facient satis P. Natali et R. P. T. Nunc confirmo sententiam nuper scriptam de Rectore Oenipontano [6], vt per Bauariam peregrinando seminet verbum Dei [7], sicut Principi per adiunctas literas postulanti [8] uidemur gratificari debere, cum serio vrgeat ille causam Religionis, seque totum opponat sectarijs, clerus uero vbique offendat magis quam aedificet Ecclesiam Dei [9].

---

[1] Canisius post contionem, quae Dominica V. post Epiphaniam sive 6. Februarii Augustae in ecclesia cathedrali ei habenda fuit (cf. supra p. 441), Monachium profectus est.

[2] Canisius, cum haec scriberet, aut memoria lapsus est, aut in septimanis illis numerandis non a die, quo novissimas Lainii litteras acceperat, sed a die, quo illae datae erant, incepit; v. supra p. 444 445.

[3] Hi vota coram eo renovarunt; v. supra p. 442 et infra, monum. 527.

[4] P. Theodoricus Canisius.

[5] Hae litterae collegiis monacensi et ingolstadiensi communes et ab Alberto V. duce Monachio 8. Decembris 1563 datae sunt, plura v. infra, monum. 525 526.

[6] P. Ioanne Dyrsio.

[7] Cf. Mt 13, 3—30; Mc 4, 3—20; Act 13, 49 etc.

[8] Vide supra p. 439—440. [9] 1 Cor 14, 4.

Credo nunc per totam societatem recitari posse sacra, quae huic etiam Principi ueluti fundatori debentur [1].

Duos quidem ex nostris mitti et circumire postulant, sed a P. Dirsio initium sumi posset . quare ad illum hac de re scribendum puto. De collegio autem Oenipontano ut Rectorem alium et in Graecis quoque lectorem habeat, statuendum etiam uideretur, priusquam hic Rector abeat.

Vidi M. Theobaldum [2] ante mihi incognitum, quem diu exercitabimus vereor, antequam in cathedra praestet contionatorem idoneum . adeo pudor et timor illum impeditum tenent. Verum in confessionibus audiendis iuuabit P. Schorichium magis, quam in munere contionandi, quod Monachij quidem est difficile satis, praesertim P. Schorichio minime robusto, et multum ardenti, cuius doctrina mire afficit populum, nostrisque authoritatem singularem adfert. Confirmet illum Christus in Quadragesimae [3] laboribus non exiguis sustinendis, ad quos etiam faelicius perferendos optamus nobis et illi suffragia multorum ac praesertim Reuerendae P. T. ad Christi gratiam vberem impetrandam tum contionatorib. tum auditoribus.

Mirum, quod P. Martinus [4] scripto explicuerit suam tentationem. quae nota est apud aulicos Principis Bauarici, se nimirum Viennae non lubenter contionari . neque suaserim tamen illum in Bauariam destinari, vt postulauit Cancellarius [5], uelut et ille cum fructu uersari posset in Bauaricis Ecclesijs contionando. Nam apud sectarios esset ille, ut mihi uidetur, uehementior, ut saepe fuit: tum Rectore et admonitore praesente indiget, ut rectius appetitus suos moderetur, quemadmodum P. Natalis nouit. Verum imbecilliorem illum duco, quam ut sit discrimini praesenti obijciendus [6]. Dixi ego Cancellario, quandoquidem sic visum erat Patribus Monachij, me non recusaturum laborem, si princeps ab Augustana cathedra saltem ad tempus Canisium liberari curaret . uellent autem ijs praecipue in locis nos euangelizare, ubi plus est periculi a praesentibus uel uicinis haereticis. Quae res difficiliorem facit hanc missionem, ut ea non omnibus quadret. Sed uisum est Cancellario. Augustae operam meam nunc tribui oportere.

Audio submurmurare studiosos Dillingensis gymnasij de facta bis mutatione praeceptorum in Logica et Physica classe . minantur etiam discessum. velut Ingolstadium petituri: queruntur adeo iuuenes dari e nostris praeceptores, ac plus expectatum fuisse quam praestari. Non moror sane horum querelas sed perscribuntur huiusmodi ad exteros. et cuperem conseruari nostris autoritatem ad maiorem Dei gloriam.

[1] Debebantur 6 missae sacrificia a singulis Societatis sacerdotibus offerenda: et singuli de Societate, qui sacerdotes non erant, sexies Deum pro eo precari debebant (*Can.* III 353). [2] P. Theobaldum Stotz, Monachii tunc degentem.

[3] Haec eo anno d. 16. Februarii incepit.

[4] Stevordianus; cf. supra p. 303 [1]. [5] Simon Thaddaeus Eckius.

[6] Canisium recte iudicasse, eventus monstravit; v. infra, ep. n. 1156.

ut bonis quidem placere, et hoc Gymnasium promouere possimus, sicut fundatori [1] promissum puto. Eoque cupidius expectantur noui professores. Joannes Dominicus [2] de imbecillitate virium magis pergit conqueri, quem vtinam fortiorem haberemus per Dei gratiam.

M. Christophorus Rera [3] peruenit saluus Oenipontum, quem Christus Romam perducat incolumem.

De M. Petro Coloniensi expectamus sententiam [4]. Vellet ille promoueri a nostris Baccalaureus Theologiae: Rector [5] cunctandum esse putat, quod non appareant indicia magnae emendationis, quae iussit obseruarj P. Commissarius. M. Alfonsus [6] dignus est corona seu laurea Licentiati atque Doctoris [7].

Credo Staphylum [8] effecisse apud Ducem, vt nostri mandato admoneantur Missas in parochijs diebus festis prosequi. Cum autem oblatum nostris hoc mandatum fuerit, meminerimus decreti, quod nuper misit Reuerenda P. T. nec sinemus libertatem instituti propriam violari [9].

Quoniam collegia Ingolstadij et Monachij nunc quotannis accipiunt quingentos florenos amplius quam hucusque numerabatur [10], plures etiam fratres alere possent, sicut et Oeniponti, et Augustae [11]. Offerunt se quidem pueri 16. et 17. annorum ac iuniores etiam, si hos admittere uellemus. Verum non satis uidemur illis posse fidere, qui plerumque non satis maturi et capaces huius instituti accedunt: ut sane sunt rudes Germani. Habent tamen Monachij selectos tyrones aliquot, et curat Rector [12] eos in spiritu institui diligenter a P. Dominico [13]. Verum angustiore loco concluduntur quam illa aetas, et puerorum natura et sanitas ferre videatur.

---

[1] Ottoni cardinali Truchsessio.

[2] Facciardus S. J., rhetorices in universitate dilingana magister.

[3] Herrera.

[4] P. Petrus Haupt (de quo *Can.* III 446—447) initio a. 1564 Ingolstadii „Praefectus Convictorum" et „auditor Theologiae" erat (* *Catalogus* collegii, Ingolstadii 2. Ianuarii 1564 conscriptus. Cod. „GSC 66" f. 2° [sign. „393"]).

[5] P. Paulus Hoffaeus. [6] Pinedanus. [7] Theologiae; v. supra p. 441.

[8] Fridericus Staphylus universitatis ingolstadiensis superintendens et Alberti V. consiliarius erat.

[9] In corpore quodam decretorum ac praeceptorum etc., quod inscribitur „Conclusa Ingolstadii a R. P. Commissario [Natale] anno 1563" haec sunt: „Abrogetur consuetudo illarum missarum omnium, quae sunt receptae vt dicantur in aliis ecclesiis, tum quod res noua introducta est, cuius nullus est vsus in Societate, tum quod inde, progressu temporis, videbimur contraxisse vel contraheremus omnino aliquam obligationem. Itaque primum sunt admonendi illi, quorum precibus dicebantur missae, et deinde pedetentim, nunc vna, nunc alia, est abroganda; et addendum, ne videatur illis mirum, quod Rector obediat suis superioribus; et si [etsi?] illis integrum est. [ut?] scribant ad Generalem. Poterit etiam offerri, quod domi in missis orabimus ad illorum intentionem" (*Gomez Rodeles* l. c. 782).

[10] Utrumque collegium 1500 florenos rhenenses accepturum erat; v. *Can.* II 873, et infra monum. 525 526. [11] Cf. supra p. 412 417.

[12] P. Theodoricus Canisius. [13] Mengino.

Mittentur cito 100 ducati de quibus nuper scripsi, quod ad filium [1] eos mitteret pater Medicus Monachiensis [2]. Rogat ille, vt explicatiorem habeat rationem de sumptibus faciendis in collegio Germanico, utque norit an filius recte sese gerat. Est Germanus alius Hector [3], cui nunc mittit Pater alligatas, miraturque admodum, tot mensibus ad se nihil perferri ac scribi a filio. Ad hunc misit 80 ducatos quos P. Vrsmarus [4] aut alius accipere poterit a D. Olgeati, eiusdem Hectoris nomine.

Non mittunt in Vrbem suos Legatos Caesar et Dux Albertus, uti primum constituerant. Moniti sunt etenim nomine Pontificis [5], per literas prius esse Romae tentandum calicis negotium et si quid aliud petent [6]. Cardinales alioquin conuocari oportere, qui a calice concedendo satis abhorreant, tum Jesuitas refragaturos esse putant. Sic Principis Secretarius [7] narrauit. Sed Austriae Princeps eo spectat, vt subditis omnibus calix permittatur in prouintijs suis; Bauarus sat habere [a] [?] calicem bibere suos, qui per vim illum iam gustare coeperunt, neque volunt esse Catholici. Dominus harum prouintiarum, quae grauiter in Religione uacillant misereatur, nobisque suam concedat gratiam ad Germaniae opitulandum per sacrificia et preces Reuerendae P. T. omniumque fratrum.

Saepe literas Indicas postremo allatas expetiuimus. Precamur M. Fuluium [8], ut in antiquis vertendis progrediatur. Dominus [b] nobiscum. Augustae 12 Februar. 1564.

Seruus in Christo P. Canisius.

Indicari nobis desideramus, possintne quidam aut e fratribus, aut exteri [9] hoc anno et ante aestatem Romam transmitti.

Al molto Reuerendo in Christo Padre, Jl Padre M. Jacomo Laynez, Praeposito Generale della compagnia di Jesv. Jn Roma.

Lainius Canisio per Polancum rescripsit 25./26. Februarii 1564.

1022. IACOBUS LAINIUS, praepositus generalis Societatis Iesu, CANISIO reliquisque Societatis praepositis provincialibus.

Roma sub 14. Februarii 1564.

Ex apographo eiusdem fere temporis. Cod. „Epistol. Hispan. 1559 1564" f. 348[b]. Epistula usus est *Sacchinus*, Hist. S. J. II, l. 8, n. 4.

a) *Sic;* haberet? b) Dnus *Can.*

---

[1] Balthasarem.

[2] Dr Ioannes Thaumüller, medicus ducalis; v. supra p. 316.

[3] Augustanus; v. supra p. 261. [4] Goissonius S. J.

[5] Per Delphinum, apostolicum apud caesarem nuntium (*Knöpfler*, Kelchbewegung 135—136).

[6] Praeter calicem laicorum quaedam petebant ad coniugium sacerdotum spectantia (*Knöpfler* l. c. 136—137. *K. Saftien,* Die Verhandlungen Kaiser Ferdinand I. mit Papst Pius IV. über den Laienkelch, Göttingen 1890, 47—48 77—79).

[7] Erasmum Vendt significari opinor; quem Albertus V. cum Augustino Paumgartner Romam mittere voluerat (*Saftien* l. c. 48).

[8] Cardulum. [9] Hi in collegium germanicum venturi erant.

Se ad Sebastianum Lusitaniae regem educandum Catharinae eius matri P. Ludovicum Consalvium, unum ex Assistentibus suis, olim concessisse. Qui cum eo munere levari non potuisset, modo P. Franciscum de Borgia, quod aptissimus esset, in Consalvii locum a se esse substitutum. Ex Constitutionum autem praescripto iam praepositos provinciales, num factum probent, a se interrogari.

Pax christi etc.

De los 4. Assistentes, que para ayuda del General eligio la congregacion general[1] segùn nuestras constitutiones, Vno era el Padre Luis Gonçales[2], el qual no se pudo negar a la Reyna de portugal[3], pidiendole su .A. con mucha instantia para ser Maestro del Rey[4] esperando que dello seria muy seruido Dios N. S. He me detenido algunos annos, parte por uer si el dicho Padre se podia buenamente exemir de aquel cargo, y tornar al de Assistente, parte por auer estado fuera de Roma en Francia, y en el Concilio. Aora pareciendo me que es razon de tener el numero cumplido de los Assistentes, y que el padre Francisco de Borja, (que uino a Roma y esta en ella por orden de su santidad y a mi peticion) sera muy apto para hazer este officio, y aiudarme en el mio, por el spiritu, prudentia, y experientia, y otros dones muchos, que le ha dado Dios N. S. me he determinado de elegirle para este cargo de Assistente, y asi le he nombrado para ello como las constitutiones lo piden[5] en lugar del Padre Luis Gonçales. V. Reuerencia escriua si lo apprueua pues para permanecer en tal cargo es necessaria la approbacion de todos, ò los mas Prouinciales come se dize en el Quinto capitulo de la nona parte[6], aunque en la cosa ay poca occasion de dudar . de otras cosas no escriuire en esta si no que me encomiendo mucho en las orationes y sacrificios de V. Reuerencia y de todas essas Prouintias. De Roma .16. de Hebrero 1564.

In registro quidem epistularum a Lainio anno 1564 in Societatis provincias germanicas (Austriam, Germaniam superiorem et inferiorem etc.) missarum hae litterae non exstant; sed desunt in eo etiam aliae litterae communes, quas in Germaniam missas esse certum est. Atque in registro hispanico his litteris manu librarii antiqui in margine adnotatum est: „Comun para todos los Prouinciales", cum in eodem registro (f. 349[a]) eadem manu uni ex proximis epistulis ascriptum sit: „Comune per li Prouinciali di Spagna". Ceterum quicquid de his adnotationibus censendum sit, *Sacchinus* (l. c. l. 8, n. 4) plane testatur, Lainium cunctis praepositis provincialibus scripsisse; id quod etiam ipsae Societatis *Constitutiones* (P. IX, c. 5, n. 3) exigebant. Attamen Canisio vel latine vel italice scriptum esse litterasque 19. Februarii 1564 — hoc enim proximum post d. 16. Februarii sabbatum erat (cf. infra p. 453) — una cum Polanci litteris 19. Februarii datis missas esse existimo.

Provinciarum Societatis inter assistentes haec eo tempore facta est partitio: Borgiae Hispaniae et Lusitaniae, Natali Germaniae superioris et Austriae, Matritio

---

[1] Prima Societatis congregatio generalis a 19. Iunii ad 10. Septembris 1558 habita (*Sacchinus*, Hist. S. J. II, l. 2, n. 17—65).

[2] Ludovicus Consalvius (Gonçalves) da Camara.

[3] Catharinae. [4] Sebastiani. De hac re cf. *Can.* II 400[1].

[5] *Constitutiones* S. J. P. IX, c. 5, n. 2 3. [6] L. c. n. 3 et A.

Italiae, Polanco Germaniae inferioris, Galliae, Brasiliae, Indiae commissae sunt provinciae (*Sacchinus* l. c. l. 8, n. 4).

Canisius Lainio respondisse videtur 4. Martii 1564.

1023. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, mandatu Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO.

Roma 19. Februarii 1564.

Ex apographo eiusdem fere temporis; in margine, eadem manu: „Augusta Padre Canisio". Cod. „Germ. 1561" f. 54ª.

Ducati 400 collegio romano ab imperatore donati. Ob Lainii infirmitatem et temporis angustias ad Canisii epistulas aliasque ex Germania allatas singillatim responderi nondum potest. Deus pro Lainio aegrotante orandus. Litterae mittuntur. Socii brevi Dilingam mittentur. Natalis.

Pax christi etc.

Diuerse lettere di V. Reuerenza ha trouato N. Padre quando arriuo à Roma[1] et le vltime sono di 5 del presente con le quali vene la poliza delli 400 ducadi della limosina della Maestà Cesaria[2]. Dio N. S. gli renda molto piu e[a] [?] centuplo[b]. per la indispositione del N. Padre et anche[c] per il poco tempo che doppo la arriuata si è hauto di poter consultare non si fa risposta piena à V. Reuerenza ne à niuno di quelli che scriuono della Prouincia di Alemagna[d] ma si fara conla prima[e] oportunita. per vna lettera che qui va intendera V. Reuerenza del viaggio di N. Padre in sino a Roma[3] doue vn malo catarro con specie di asma lo ha asaltato ma speramo si disoluerà in ben. V. Reuerenza lo faccia raccomandare à Iddio N. S. et anche penso andara qui vna quadrimestre Romana quale in sieme con quella del viagio seruirà perla Prouincia di V. Reuerenza. si va pensando chi potra mandarsi in Dilinga, et presto con l'aiuto Diuino si manderano alcuni. Tutti ci raccomandiamo molto etc. se qui andera vn' plico per Ispruch V. Reuerenza lo manda[ra][f] [?]. Di Roma li 19 di Febraio 1564.

Jl Padre Natale si raccomanda molto à V. Reuerenza.

1024. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 19. Februarii 1564.

Ex litterarum Polanci apographo, eodem fere tempore scripto. Cod. „Germ. 1561" f. 65ª.

Polancus nomine Lainii Roma 12. Martii 1564 Augustam ad Canisium scripsit: „*Lultime di V. R. sono de .19. et .26. del passato*". *De quibus epistulis, cum neutra adhuc exstare videatur, vide Polanci, quam dixi, epistulam; hac enim Lainii nomine Canisio ad utramque epistulam rescriptum est.*

a) *Sic ap.; num legendum est* et il, *vel* del, *vel* ch'il? b) centulo *ap.* c) anhe *ap.* d) *Sequuntur vv.* non si rispondera adesso, *a libr. oblitt.* e) primo *ap.* f) *Vel sic legendum, vel* mandi; *ap.:* manda.

[1] Die 12. Februarii 1564 Lainius et Natalis Romam advenerunt; v. supra p. 428.

[2] Vide supra p. 446.

[3] Hoc iter (ex ipsis illis litteris, ut videtur) descriptum est a *Sacchino,* Hist. S. J. II, l. 8, c. 1—3.

1025. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO.

Roma 25./26. Februarii 1564.

Ex apographo eiusdem fere temporis, eoque duabus vel pluribus manibus scripto; in margine (manu antiqua), ubi incipit prior epistulae pars: „P. Canisio"; ubi incipit altera pars („Giouani Hornero" etc.): „Agionta". Cod. „Germ. 1561" f. 54[b]—56[a] 57.

Epistulae particula, quae de oenipontanis „reginarum" donationibus est, latine versa exstat in Cod. monac. „Resp." f. 85[a].

In collegium dilinganum homines idonei tum Roma, tum Colonia venient; P. Henricus Dionysius designatus est rector. Herrera nondum advenit; in cuius locum homo valde idoneus substituetur. Deum precamur, ut Fuggeri concordia iungantur. Oeniponte, si quid ad cultum divinum vel aegrotos spectans a reginis mittetur, admittatur; de aliis rebus monendae sunt, eas collegio non esse necessarias; sin urgebunt admissionem, res admittantur. Quod Socios per Bavariam contionari dux cupit, optime cupit; sed qui contionentur, deesse videntur. Rector oenipontanus loco ne moveatur. Facciardus. Servatius. Cardinalis Augustanus litterarum studia dilingana a Sociis regenda esse pronuntiavit; neque tamen modo quicquam debet mutari; res cum P. Natale tractabitur. Videndum, num P. Hoffaeum rectorem ingolstadiensem Dilingam ad tempus ire conveniat. P. Peltanus Ingolstadii officio „consultoris" haud ita consulte levatus est. In collegio germanico Octavianus Fugger famulo non eget et bona posuit initia. Augustae P. Elderen sublevandus est; mittetur suo tempore, qui catechetam et „lectorem cleri" agat. Mutationes in collegiis faciendae Canisii arbitrio permittuntur; qui, si Lainium consuluerit, iuvabitur. Licet Socios a rectore vindobonensi petere. Collegii germanici convictores singulis mensibus 4 scutata solvunt praeter ea, quae in vestes et libros impenduntur. Bavaria Deo commendatur; ducis erit, Sociis monacensibus in monasterio augustiniano agentibus maiorem a pontifice libertatem impetrare. „Exercitium corporale" et vacationes dilinganae. Ibidem Curillonio vicerectori cavendum, ne nimium indulgeat. Aliqui, quos Canisius petiverat, modo nequeunt mitti. Andradae liber. Socii aliqui probantur. P. Haupt. P. Stotz ad „ministri" munus ineptus. P. Schorichius sublevandus. Sociorum infirmorum cura gerenda. „Lectiones ecclesiasticae" Canisii emendantur. Qui catechismo, quae ipsi visa erunt, addet. Murmurationes Dilinganorum brevi cessabunt. In adulescentibus ad Societatem admittendis delectum haberi oportet. Pecuniae a collegii germanici convictoribus expensae iam singillatim notabuntur. Iuvenes Romam non mittendi, antequam eos idoneos esse compertum sit. Lainius graviter decumbens Deo commendandus.

Pax christi etc.

Sabbato passato[1] s'é scritto in breue à V. R., et adesso farò risposta à diuerse sue lettere de Decembre et di Gennaro in sino à cinque et 12 di Febraro, che sono le ultime che hauemo riceuute. Et prima quanto alli suggetti, che si domandano de Dilinga si è fatta risolutione di mandare alcuni boni di Roma et fare ancora uenire alcuni altri della inferiore Germania, in modo che piacendo à Iddio si sodisfarà al bisogno di quel Collegio, del Rectore già potrebbe essere, che hauessino noua à questa hora de Collonia poiche di la deue uenire il P. Dottor Dionisio[2]. Ci saranno anche trè coadiutori mandati di quà piacendo à Dio; et cosi tanto nel gouerno quanto nelle scuole, et etiam il[a] [?] seruitio domestico si farà buona prouisione.

a) *Sic; corrigendumne* nel*?*

[1] D. 19. Februarii. [2] P. Henricus Dionysius.

De mastro Herrera non ci è li altra noua senon quella, che dà V. R. al fine di Gennaro, et à cinque di Febraro, de che sia partito; se uiene à Roma, ò etiam se si fermi in altri luoghi di Italia et scriua si uedera quel che conuiene fare con esso per il che seruirà l'informatione che V. R. ha data, et anche altri Padri de Dilinga. Si mandarà tal successore, che meritamente non puossano reputare li suoi discipoli hauer perso niente con la sua absentia anci[a] Guadagnaranno assai con la gratia del Signore.

Delli 400 scudi gia penso hauer auisato otto di fà.

Hieronymi istius Merolae vestigium non reperimus.

Perla concordia fra quelli Signori Fuccari si è fatta, et si fara oratione come V. R. lo ricerca[1].

Dello acettare quelle oblationi, che fanno le Regine alli nostri di Ispruc[2] se sono cose per il culto diuino non pare si debba impedire loro deuotione, et cosi potranno accettarsi, Se fossino cose da mangiare, et necessarie perli amalati, dico il medesimo, se fossero d'altre cose non necessarie, è ben auisarle che il Collegio non hà di bisogno, ma se tutta uia loro uolessero, che si acettasino non si puo, ne si deue mancar di darli questo contento.

Del desiderio del Duca di Babaria[3] che alcuni de nostri andassino predicando perli suoi stati pare molto buono, ma si uederà se la Compagnia potrà compiacerli, perche non si uede questa missione esser mattura perli pochi operarij Todeschi che ci sono.

Del P. Dirsio[4] non accaderà trattare de rimouerlo.

Ci siamo rallegrati d'intendere che piglij buon animo il mastro Gio. Dominico[5] de fare sua classe questo anno, et poi ascendera al corso[6] conli soi puti. A Nicolao[7] si scriue quello che .V. R. uederà[8].

a) *Sic; corrigendumne* anzi?

[1] Sub a. 1562 dissidia quaedam orta erant inter Udalricum Fuggerum, qui protestantismum palam profitebatur, eiusque fratres (Ioannem Iacobum etc.); Udalricus enim in rebus antiquis, libris etc. coemendis patrimonium dissipabat; quare a senatu augustano rei familiaris dissipator dictus atque curatores fratres ipsius constituti sunt; Udalricus vero a senatu ad iudicium camerae imperialis appellavit (*v. Stramberg,* Fugger, in „Allgemeine Encyklopädie der Wissenschaften und Künste“, herausgeg. von *J. S. Ersch* und *J. G. Gruber* L, Leipzig 1849, 444).

[2] De hac Magdalenae archiducissae et sororum eius liberalitate vide infra monum. 532 535 536. *S. Ignatius* praescripserat: „In iis Collegiis, quae duodecim Scholasticos praeter praeceptores ex propriis reditibus alere possunt, ob maiorem populi aedificationem, nec petantur eleemosynae, nec illae aut dona ulla oblata admittantur. Si reditus minores fuerint, quam huic numero alendo sufficiant, admitti quidem, non autem peti aliquae eleemosynae possent; nisi tanta paupertate Collegium premeretur, ut etiam petere, saltem a quibusdam, esset necessarium.“ Constitutiones P. IV, c. 2, n. 6.

[3] Alberti V. [4] Rectore collegii oenipontani.

[5] Facciardus, rhetorices magister in collegio dilingano.

[6] Ad „cursum artium“ sive philosophicum. [7] Servatio S. J.

[8] Vide quae sub ipsam hanc epistulam dicentur.

Jl testimonio della uolontà del Cardinale quanto al dar il gouerno delli studij de Dilinga alla Compagnia si può uedere chiaro per l' instrumento authentico, che fece il detto Cardinale in Volzano [1], cui copia anche autentica si mandarà à V. R., ma non doueria muttare niente il P. Couiglione insino alla Venuta del nouo Rettore; sopra il quale replicaremo scriuendo a Collonia.

Il P. maestro Natale hà notato, quello che gli è parso sopra tutto il modo del studio de Dilinga [2], et si trattarà insieme d' ogni cosa et presto si mandara ogni cosa et insino all 'hora non accadera far' mutatione.

Jntantoche V. Reuerenza sta occupato conle prediche della Quaresima restara à lei giudicare, se sarà minor inconueniente lasciar Il Dottor Paulo [3] per alcuni giorni il suo collegio, ò vera lasciar' la uisita di Delinga et faccia finalmente quod in Domino videbitur.

Leuar' al Dottor Theodoro l' officio di consultore si ben si è fatto con qualche ragione, era pur' bene consultarlo [4].

Circha à Ottauiano [a] Fucaro [b] [5] doppo che siamo venuti à Roma, et hauemo visto come sta lui, et gli altri è parso bono per adesso non darli seruitore . altrimente ne lui se ne cura, ne hanche ha bisogno, et pur come s' è tenuta cura fin qua di lui, cosi si terra perl' auenire, et anche maggiore, et speramo procedera bene come ha cominciato con la Diuina gratia.

Il bon Padre Guilielmo [6] conuera soleuarlo con qualche bono aiuto, et quando si hauera la casa [7], questa estate non si manchara piacendo à Iddio di dare cathechista, et lettore per il clero, et quel che più bisogna.

Non pare ancora tempo di mandare mastro Giorgio Fabro [8] . ma si fara la prouisione che si potra.

Delle mutationi che V. Reuerenza giudicha douersi fare nelli collegij di sua Prouincia N. Padre si rimete al suo giudicio, se pur ci sara tempo di auisar del disegno che V. Reuerenza tiene sopra le dette mutationi, se li scriuera quel che in Domino parera. Del far' venire

a) Ottauiamo *ap.* b) *Sequitur* sub, *a libr. oblitteratum.*

---

[1] De his fundationis litteris, Bolzani 18. Novembris 1563 a cardinale Ottone Truchsessio datis, v. supra p. 395. [2] Cf. supra p. 445.

[3] P. Paulum Hoffaeum, collegii ingolstadiensis rectorem; cf. supra p. 428.

[4] In * *Catalogis* collegii ingolstadiensis 31. Augusti 1563 et 2. Ianuarii 1564 conscriptis PP. Alphonsus Pisanus, Theodorus Peltanus, Henricus Arboreus rectoris „Consiliarii“ sive consultores vocantur (Cod. „GSC 66“ ff. 1. et 2. [sign. 392 393]); hoc ergo officio Peltanus levatus erat.

[5] Is Romae convictor erat in collegio germanico; cf. supra p. 147.

[6] Elderen.

[7] Ampliores illas aedes augustanas dicit, quarum a cathedrali capitulo Sociis spes facta erat; v. supra p. 11 32 36.

[8] Hic ut ex collegio romano in Germaniam ad contionandum mitteretur, Canisius iam initio a. 1563 petierat; v. supra p. 129 166.

alcuni di Viena V. Reuerenza si acordi[a] col Rettor' Padre Lorenzo[b 1] al quale anche se gli scriuera di qua qualche cosa.

Quel che V. Reuerenza scriue della spesa di quelli del collegio Germanico, che saria ben fossi certa[2], ha ragione: ma anche é tal che ogni messe ordinariamente ogni vno paga 4 scudi perle spese del uito, et palazzo che si tiene à fitto, et di quelli che seruono al collegio: restano pure straordinarie le spese del vestire et libri doue non puo esser' summa determinata[3].

Le orationi perla Bauaria che V. Reuerenza ricercha si faranno.

Quella liberta maggiore, che desiderono hauer' li nostri de Monachio nel monasterio di santo Agustino[4]. non fu scritto che noi la haueriamo procurato dal Pontifice perche non è la cosa decente ma che da parte del Duca[5] doueria procurarsi, il che sarebbe cosa come pare facile.

L'essercitio corporale necessario al Dottor Conrado[6] in Delinga lo potra[c] [?] fare anche gli altri come fu scritto de Bologna. Della fu anchora scritto sopra l'auer vn' giorno intiero perla recreatione[7], et etiam jl Padre Natal l'aueua ordinato.

In tanto che non viene il nuouo Rettor'[8] non achadera sia tanto relagiato il Padre Couillion nel contener' li domestici nella disciplina, et se lo visitara jl Rettor de Jngolstadio[9] potra atender' a questo.

Di sotto andarà la lista delle persone che si haurano à mandare, che non parano[d] [?] siano adesso troppo al proposito alcuni che nomina adesso[e] [?] V. R.

Non sappiamo se sarà stampato al tutto quel libretto contro Kenicum[f] [?], ma crediamo di si[10].

Ambrosio[11] et il uiero [?], tutta uia stanno in probatione in casa[12], uederemo che riuscita che faranno.

a) *A libr. correctum ex* ricordi. b) *Sic corrigendum esse omnino videtur quod libr. posuit:* Padre Lanoy; *Lanoius enim tunc provinciae austriacae praepositus erat; rector vero collegii vindobonensis erat P. Laurentius Magius, quem „Padre Lorenzo" vocare solebant; cf. Epp. Nadal II 247 259 444 447 486 et supra p. 105.* c) *Sic ap.; corrigendumne* potran? d) *Sic ap.;* parono? pareno? e) *Nescio an* adesso *a libr. hic perperam repetitum sit.* f) *Sic ap.; corrigendum esse videtur* Kemnicium.

[1] Magio. [2] Cf. supra p. 450.

[3] Collegium germanicum a. 1562 aedes vitellianas („Palazzo Vitelli", postea „Palazzo Cesis") ecclesiae „San Marcello al Corso" contiguas conduxerat. In quo tunc praeter 24 fere „alumnos" germanos, qui ecclesiarum germanicarum ministerio destinati gratis alebantur, 200 vel plures variarum nationum „convictores" sua pecunia vivebant; atque hi adulescentes aliis atque alumni legibus regebantur et in deligenda, quam postea sequerentur, vitae condicione omnino liberi erant (Card. *Steinhuber* l. c. I 48).

[4] Socii in monasterio illo Eremitarum S. Augustini angustius habitabant; v. *Can.* II 870—876.

[5] Alberto V. [6] Swagerio. [7] Vide supra p. 423 428.

[8] P. Henricus Dionysius, rector collegio dilingano destinatus.

[9] P. Paulus Hoffaeus. [10] Payvae de Andrada „Orthodoxae explicationes".

[11] Fr. Ambrosius Sanctinus, puto; v. supra p. 410.

[12] In domo professorum romana.

Di mastro Pietro Colloniense [1] ueda si potrà seruirsi V. R. in Augusta ó per legger al Clero, ò per il catechismo [a], ò per altro essercitio.

Circa il .P. Laurentio et P. Paolo [2] facciasi quello, che fù ordinato; Jl P. Theobaldo [3] non pare atto per ministro in Monachio.

Il P. scoriccio [4] douera esser aiutato, percioche possa durare, et uedasse quel che conuien fare di lui doppo Pasqua.

Quanto à Volfango [5] de Bolzan non occorre altro, senon che si esserciti la charità con lui, et quanto si può senza detrimento della sanità d' altri. Paolo senese [6] si potrà prouare come si trouarà in altro Collegio di miglior aria in Germania, il che se non riesce V. R. auisarà. La correttione delle lettioni euangelice [b] [?] presto si mandarà à V. R. [7] Il chatechismo espediscalo V. R. da per se, pigliando cio che li pare delle additioni, che li forno mandate et lassando [il] resto. 25. Febr.

Giouani Hornero [8] si puo lasciare.

Al Padre Martino [9] si scriuera vn altra volta.

Quanto alle mormorationi de alcuni di Delinga perli mastri mutati cessarano piacendo a Iddio con la bona prouisione che si fara fra 3 giorni, parte di Roma parte di collonia, et qui va vna lettera perla quale solecitamo el Padre Lionardo [10]. V. Reuerenza la potra vedere se vole et mandargliela con diligentia.

Di Promouere al bachalaureato [c] mastro Pietro coloniense [11], et de altri ponti se scriuera quanto prima potremo al Rettor' de Ingolstadio [12].

Del acettar queli giouini di 16 et 17 anni V. Reuerenza vedera, et anche li suoi Rettori se sara spediente, non dubito che del Deletto sara necessario del [d] [?] acettare quelli che saranno idonei et lasciar quelli che non son atti, et prouarli vn' poco nelle confessioni etc. dara lume per conoscere quali si debbono acettare.

Doppo di hauer cominciato questa lettera ho auisato jl Rettor del Collegio Germanico [13] che facia scriuere distintamenti li conti delle

a) chatesimo *ap.* b) *Sic ap.; sed Polancum vel scripsisse vel scribere voluisse puto:* ecclesiastice; *vide infra adnot. 7 huius pag. Die 23. Martii 1564 eundem librum* „Lectioni Ecclesiastiche" *vocavit.* c) bachaleureato *ap.* d) *Sic ap.; quod corrigendum esse videtur:* nel *vel* nell'.

---

[1] Haupt. [2] PP. Hermanutium et Hetzcovaeum dicit.

[3] Stotz. [4] Georgius Schorich; v. supra p. 448.

[5] Zeitel, novicium Oeniponte graviter aegrotantem; v. supra p. 442 [9].

[6] Is, ut ex * *Catalogo* collegii oenipontani intellegitur, in „secunda classe" litteris studebat. Infirmae valetudinis fuisse et postea ex Societate dimissus esse videtur.

[7] Canisius in usum iuventutis litterarum studiosae primum a. 1556 Ingolstadii (sine suo nomine) vulgaverat librum „Lectiones et Precationes Ecclesiasticae"; in quo „Epistolas" et „Evangelia", quae diebus sacris in ecclesia recitantur, cum brevibus summariis, atque varias preces proponebat. Qui liber „auctus et recognitus" ibidem a. 1557 iterum in lucem prodiit (*Can.* I 592 [2]; II 889). [8] Vide supra p. 399.

[9] Stevordiano. [10] Kessel, collegii coloniensis rectorem.

[11] Haupt. [12] P. Paulo Hoffaeo.

[13] P. Iosephum Cortesonum (Cortesone); v. *Steinhuber* l. c. I 83. Polancus

spese che fanno li Todeschi[a] nel collegio suo, le ordinarie sono come ho detto[b] 4 ducadi el messe.

Se de Alemagna si hauessero à mandare alcuni giouini in Roma auanti l estate bisognarebbe pur dar auiso prima delle sue parti et almeno doueriano essere ben atti perla Rhetoricha ò alla Theologia ò alcuno delli corsi delle arti. V. Reuerenza tutta uia facia raccomandare a Iddio N. Padre Preposito perche la infirmita sua è de importanza et non senza pericoli della vita. Tutti ci raccomandamo etc. Di Roma li 26 di Febraro 1564.

Polancus una cum his litteris (ut ex ipsis intellegitur) * epistulam misit, Roma 25. Februarii 1564 Dilingam destinatam ad Fr. Nicolaum Servatium S. J.; qui litteris Dilinga 14. Ianuarii 1564 datis facultatem Societatem relinquendi a Lainio petierat. *Polancus* haec, praeter alia, rescripsit: „Cio che à N. P. pare (benche è in letto amalato) è che per questa estate restiate nel Collegio di Dilinga con uera obbedienza, et con dar buona edification di uoi, et attendendo alle uolte alle orationi et cose spirituali oltre la sobrietá, et anche alla schola uestra quale ui darà uirtuosa, et buona occupatione, et se al settembre non ui trouarete bene nella uocatione uestra, scriuete uestro desiderio, et come ui trouate con usar li remedij detti, et se tuttauia sarà Vostra uolontà di partirui se ui darà buona licentia" (ex apographo totius epistulae, eodem tempore scripto. Cod. „Germ. 1561" f. 56[b]—57[a]).

1026. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO. Roma 2. Martii 1564.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „Augusta Canisio". Cod. „Germ. 1561" f. 60[b].

Canisio septem Societatis homines mittuntur: Petrus Hernath, Caspar Hairodus Beati Thomae Mori nepos, Gerardus Pastelius, Martinus Florentius (ex quibus tres primi diaconi sunt, doctrina multum valent, ad docendum, contionandum etc. adhiberi atque ad gradus theologicos promoveri poterunt). Accedunt selecti fratres laici: Iacobus Birura, Petrus Cortenbach, Ioannes Baptista Calaber.

Pax christi etc.

Li portatori della presente sono sette fratelli nostri cioé[c] mastro Pietro[1] Vngaro, per leggere jl corso[2] in luoco di herrera, persona ben dotta in philosophia et Theologia et era anche lettore nel collegio nostro. El secondo e mastro Gasparo[3] Inglese, parente della bona memoria di Thomaso moro il quale oltra della philosophia ha studiato anche Theologia in Roma, e perche è asai elloquente potra predicare in latino in Delinga, et leggere la sferra[4] si achadese et anche in

a) *In ap. sequitur iterum* che fanno. b) *In ap. sequitur iterum* sono. c) coé *libr. antiquus.*

a. 1564 a Lainio collegio germanico „superintendentis" nomine praepositus est (*Sacchinus,* Hist. S. J. II, l. 8, n. 4).

[1] Hernath; de hoc et de iis, qui cum ipso ad Canisium missi sunt, vide, quae sub ipsas has litteras dicentur.

[2] Cursum philosophiae. [3] Haywood; cf. supra adnot. 1 huius pag.

[4] Ad astronomiam tradendam in Germania et exeunte medio aevo et ipso saeculo XVI. adhibebatur Ioannis Halifax de Sacro Bosco (a Sacrobusco) mathematici angli († 1256) libellus „Sphaera materialis" (*Siegm. Günther,* Geschichte des mathematischen Unterrichts im deutschen Mittelalter. Berlin 1887, 184—186. *Specht* l. c. 206).

Augusta potrebe forse far quella lettione al clero che si ricerchaua. Il 3º è maestro Gerardo[1] giouine di molto ingenio il quale potra essere atto a leggere qual si voglia cosa del corso, et potra anche vdire quel che achadera della Theologia, et con el tempo agraduarsi tanto lui quanto li sopradetti. Il 4º è mastro Florentio[2] il quale è graduato nelle leggi et medicina et ha letto anche philosophia, et ha peritia delle lingue, et lettere humane; ma non è troppo sanó, et potra prouarsi di la atendendo à sentire le lettioni de Theologia et doppoi si hauera sanita sara atto à molte cose, gli altri 3 sono boni coadiutori et eletti, cio è Giacobo[3] il quale nel collegio Germanico era vna collona et Pietro[4] [il quale potra fare l' officio][a] [?] d' un infirmario et ogni altra cosa, et questi due credo hanno qualche principio della lingua Thodesca. Il 3º è Gio. Battista[5] Taliano[b] [?] che sa l' officio del sartore et far' berette etc. Li 3 primi sono diaconi che potranno promouersi[c] al sacerdotio secondo che di la si vedera essere espediente.

Jl conto del viatico loro si mandera de aparte, non altro per questa senon raccomandarci tutti molto etc. Di Roma li . 2 di Marzo 1564.

Has litteras, ut ex ipsis intellegitur, Canisio attulerunt septem Societatis homines ex Italia in Germaniam superiorem, potissimum ad operam collegio dilingano praestandam, missi. Qui erant 1. „M. Petrus Hungarus", sive Hernath; de quo in * *Catalogo* collegii dilingani, Dilingae 1. Ianuarii 1565 conscripto, praeter ea, quae notata sunt supra p. 458, affirmatur, eum annum aetatis iam ingredi 26., Dilingae baccalaureum theologiae constitutum et sacerdotio initiatum esse, modo ibidem latinas contiones habere et in universitate philosophiam explicare, „in quo munere excellit" (Cod. „GSC 66" f. 375ª). Postea rector collegii tyrnaviensis fuit (Epp. *Nadal* III 281). 2. „M. Caspar Anglus", Thomae Mori „propinquus". Caspar Haywood sive Heywood[6], Londini 1534 vel 1535 natus, nepos erat doctissimi illius Thomae Mori (More), a Leone XIII. 1886 in Beatorum honoribus confirmati, qui Henrici VIII. Angliae regis cancellarius fuerat et a. 1535 pro fide catholica martyrium subierat. Caspar in universitate oxoniensi (Oxford) diu litteris operam dederat ibidemque a. 1558 „magister artium" creatus erat; munere quoque pueri regii ali-

a) *Vel haec vel similia hic supplenda esse ipsa res ostendit.* b) *Sic libr. antiquus; corrigendum esse videtur* Italiano; *vide, quae de eo sub ipsas has litteras dicentur.* c) prouersi *ap.*

[1] Pastelius. [2] Martinus Florentii? [3] Biruva.
[4] Cortenbach. [5] Calaber.

[6] Casparem Haivodum, antequam Societatem Iesu ingrederetur, sacerdotio initiatum esse, refertur ab *Henrico Moro* S. J. (Historia Missionis Anglicanae Societatis Iesu, Audomari 1660, 132). Idem (Mori, puto, auctoritate moti) alii affirmarunt, ut *Henr. Foley* S. J., Records of the English Province of the Society of Jesus, Vol. I., First Series, London 1877, 388, et *Jos. Gillow,* A Literary and Biographical History or Bibliographical Dictionary of the English Catholics III, London-New York 1888, 296. Quos haud recte sensisse ex hac Polanci epistula intellegitur. Accedit, quod in universitatis dilinganae * *Actis* notatum est, M. Gasparum „Heylbodum anglum", „diaconum", 1. Septembris 1564 ad baccalaureatum theologiae promotum esse (Cod. dil. „Acta ac. Dil." p. 68). Atque in * „*Historia* Collegij Dilingani" exeunte a. 1572 ibidem conscripta narratur, Haivodum Dilingae 16. Octobris 1564 ab Ottone cardinale Augustano sacerdotio ornatum esse (Cod. „Ass. Germ. Fund. I" f. 46ª).

quamdiu apud Elisabetham Henrici VIII. filiam functus erat. Quae cum regina esse coepisset, Haivodus Romam abiit ibique 21. Maii 1562 in Societatem Iesu admissus est; eodem anno, ut in * *Catalogo* collegii dilingani 1. Ianuarii 1565 conscripto (Cod. „GSC 66“ f. 375[a]) asseritur, Societatis vota nuncupavit. Haivodus, doctrina et pietate praestans, in contionando et disputando multum valens, postea Dilingae per annos haud paucos Sacram Scripturam, theologiam moralem, mathematicam exposuit; deinde in Anglia pro fide catholica et plurimos labores et carceris londinensis molestias sustinuit. Neque tamen negari potest, eum, postquam morbo quodam capitis implicitus et a daemone (ita quidem et ipse et socii censebant) vehementius afflictatus est, in aliquibus rebus aliter, atque ceteri sentiebant, sentiendo suamque sententiam urgendo dissensionibus vel causam vel occasionem praebuisse; ut in controversiis apud Anglos de ieiunandi ratione et apud Germanos de 5 pro 100 sumendis exortis. Vita admodum pie cessit Neapoli a. 1598 (*Dodd* l. c. [cf. supra p. 93[2]] II 146; *J. Morris* S. J., The Troubles of our Catholic Forefathers related by themselves II, London 1875, 22—25 68—72; *Dan. Bartoli* S. J., Dell' Istoria della Compagnia di Gesù. L' Inghilterra L. IV, c. 5 6 [Opere Vol. 3, Torino 1825, IV, 48—63]; *Specht* l. c. 284 290; *B. Duhr* S. J., Die deutschen Jesuiten im 5%-Streit des 16. Jahrhunderts, in „Zeitschrift für katholische Theologie“ XXIV 223—242). 3. „M. Gerardus“. Is, ut ex * *Actis* academiae dilinganae intellegitur, erat Gerardus „Pastelius“ lovaniensis (Cod. dil. „Acta ac. Dil.“ p. 68 69). De quo in * *Catalogo* collegii dilingani 1. Ianuarii 1565 conscripto refertur, eum 28. Martii 1555 Societatem ingressum, 28. Iunii 1555 eiusdem vota nuncupasse, a. 1563 Romae magistrum artium creatum esse, Laureti et Florentiae grammaticam tradidisse, modo autem — 25 annos natum — Dilingae philosophiam docere, „in quo munere obeundo plurimum ualet et in declamando“; in * *Catalogo* autem eiusdem collegii 31. Decembris 1566 scripto additur, eum latine, italice, hispanice, gallice, germanice loqui (Cod. „GSC 66“ f. 375[b] 402[b]). Pastelius postea rector collegii oenipontani fuit et Graecii (Graz) cum primis Sociis collegium incohavit (*Kröss* l. c. 199—200; *Schuster* l. c. [cf. supra p. 159] 192; *Friedr. Hurter,* Geschichte Kaiser Ferdinands II. I, Schaffhausen 1850, 258; *Fr. v. Krones*, Geschichte der Karl Franzens-Universität in Graz, Graz 1886, 3). In antiqua illa * *Historia* collegii dilingani manu ignota notatum est: „Gerardus Pastelius e Societate dimissus Monachus est factus Benedictinus Zwifaltensis“ (Zwiefalten, nunc vicus regni wurttembergensis): Cod. frib. „Hist. coll. Dil.“ ante f. 1. 4. „M. Florentius“. Hic, nisi fallor, erat „Martinus Florentii“ sive „Martinus Florentius“ amsterodamensis, qui 1. Augusti 1562 in universitatis coloniensis album relatus est, 21. Septembris 1562 Coloniae vota Societatis emisit, ibidem a. 1565 praeceptor, 1567 „socius magistri novitiorum“, 1578—1581 et iterum 1584—1585 († 1585) collegii rector fuit (*Hansen* l. c. 439 613[4] 779 782 784; *Reiffenberg* l. c. f x x 8, p. 4; *Bianco* l. c. I 922 932—933). 5. „Iacobus“, frater laicus, qui in collegio germanico „columna“ quaedam fuerat. Atque hic erat praeclarus ille Iacobus Biruva (Bierua, Birura), de quo in * *Catalogo* dilingano 1. Ianuarii 1565 scripto refertur: Eum „leodiensem“ et a. 1563 Romae in collegio germanico Societatem ingressum esse, 15. Augusti 1563 ibidem Societatis vota nuncupasse, iam 35 annos natum esse, hominem esse „fidissimum“; et in **Catalogo* dilingano 31. Decembris 1566 scripto: Eum germanice, gallice, italice loqui (l. c. f. 375[b] 404[a]). Biruva tum in monumentis manu scriptis, tum in variis libris „Werteriae in Brabantia“ natus dicitur; quare dixerim eum Terweria sive ex pago illo brabantino Tervueren (Fura Ducis) prope Bruxellas sito, qui olim Ter Weren vocabatur, ortum esse. Biruva, professione sutor, Batavo cuidam nobili famulum se addixerat et cum hoc, quo tempore in Hollandia protestantismus invalescebat, Romam discesserat ibique integrum biennium in Sanctorum monumentis et reliquiis colendis impenderat; postea in Societatem receptus et in Germaniam missus, primum Dilingae per multum tempus oeconomi officium et alia ministeria faustissime obiit, deinde in Societatis tirocinio landsbergensi per 23 annos magistri noviciorum adiutorem sive noviciorum „manuductorem“ egit et 27. Decembris 1606 summa cum virtutis laude vita cessit. Viri sepulcrum singulariter ornatum, nomen

a Iacobo Bidermanno carmine celebratum, vita a Matthaeo Radero scripta est (* Jesuitica, Landsb., Fasc. 81 Nr. 1600, „Collegium . . . *Landsbergae*" p. 22—23, Monachii in archivo regni bavarici; *Iesuitica Fasc. 11 Nr. 196½, „Elogia" p. 15—16, ibidem; *Matth. Raderus* S. J., Bavaria pia, Monachii 1628, 156—157. *Ad. Flotto*, Historia Provinciae S. J. Germaniae Superioris P. III, Augustae Vind. 1734, Dec. 7, n. 660—665). Deinceps quoque in libris, in quibus Societatis homines virtute praestantes ad imitandum proponebantur, Biruvae laudes praedicatae sunt; ut in *Ioannis Nadasi* S. J. „Anno dierum memorabilium Societatis Iesu", Antverpiae 1665, 346, in „Geistliche vnd Gottseelige *Bruderschafft*, das ist, Frommes vnnd aufferbawliches Leben Deren, welche in der Societät JEsu im Standt der zeitlichen Coadjutoren . . . Gott wol gedienet, vnd seeliglich gestorben", Cöllen 1670, 74—75; in *Elesb. de Guilhermy* S. J. „Ménologe de la Compagnie de Jésus, Assistance de Germanie". II². Paris 1899, 568—569 etc. 6. „Petrus", frater laicus. Canisius m. Octobri 1563 pro collegio dilingano tres eiusmodi fratres, et inter hos nominatim „Petrum caementarium, flandrum" petierat; v. supra p. 371. In * *Catalogo* autem collegii dilingani 1. Ianuarii 1565 conscripto inter „coadiutores nondum formatos" comparet „Petrus Cortenbach", „Aquensis, dioecesis Leodiensis", 30 annos natus, Romae post Pii IV. coronationem (i. e. post initium Ianuarii 1560) Societatem ingressus. Idem in * *Catalogo* dilingano Dilingae 1. Novembris 1570 scripto „emptor et praefectus infirmorum" vocatur (Cod. „GSC 66" f. 375ᵇ 360ᵃ). „Petrum Gurtenbach", fratrem laicum, Monachii 26. Decembris 1581 vita decessisse intellegitur ex * Indiculo „*Defuncti* in Collegio Monacensi" (1567—1772), qui exstat Monachii in bibliotheca regia, Cod. lat. 1973 f. 1ᵃ. 7. „Joannes Baptista Italus", sartor. Reapse in duobus * *Catalogis* dilinganis, quos modo dixi, Ioannes Baptista „Calaber, sartor", apparet; atque ex priore catalogo cognoscitur, eum a. 1557 Romae in Societatem intrasse, initio a. 1565 annorum 35 fuisse.

1027. P. BALTHASAR HOSTOVINUS S. J., Io. Fr. Commendoni apostolici in Polonia nuntii theologus, CANISIO.

Ex Polonia (Cracovia?) sub m. Martium 1564.

Ex litterarum Canisii apographo illo, de quo infra num. 1045 dicetur.

Canisius Augusta 8. Aprilis 1564 Romam ad Lainium scripsit: „Scripsit ad me D. Balthasar ex Polonia, et respondi, ut consolarer fratrem in hac difficili peregrinatione, ubi opus est sane forti animo non minus quam apud Schitas et Indos". Utraque epistula perisse videtur.

Balthasar Hostovinus sive Hostaunsky vel Hostowsky (1534[1535?]—1600), bohemus, in Italia a. 1555 vel 1556 ad Societatem Iesu admissus (*Polancus*, Chronicon V 25; VI 149—160), in collegio romano ad philosophiam et theologiam institutus (*Sommervogel*, Les Jésuites etc. f. B 2ᵇ—B 3ᵃ), Ioannem Franciscum Commendonum, qui aestate a. 1563 apostolicus apud regem Poloniae nuntius constitutus erat, comitari a Lainio, cardinalis Hosii et ipsius Commendoni rogatu, iussus erat (Epp. *Nadal* II 396 524—526). Quod munus quam non esset iucundum, Canisius ipse expertus erat, cum a. 1558/1559 cum Mentuato nuntio in Polonia versaretur (*Can.* II 319—373). Postea autem ibidem, tum protestantium audacia, tum regis et episcoporum ignavia, inertia, discordia res religionis etiam in peius abierant (*Eichhorn*, Hosius II 152—154). Quibus ut remedium afferretur, Commendonus, praeter alia, Societatis collegia per Poloniam instituere, Hostovini potissimum opera adhibita, in animum induxerat (*Sacchinus*, Hist. S. J. II, l. 8, n. 115). Atque ipse Pius IV. litteris Roma 28. Ianuarii 1563 datis (editae sunt a *Theod. Wierzbowski*, Uchańsciana I, Warszawa 1884, 55—57) Iacobo Uchansky archiepiscopo gnesnensi facultatem tribuerat, qua dioecesis suae monasteria summi pontificis nomine visitare et in illa, quorum „ad suum pristinum statum reducendorum" nulla prorsus spes esset, Societatem Iesu inducere et instituere posset. Hostovinus postea ad Societatis

collegia Braunsbergae, Pultoviae, Vilnae condenda operam contulit valde utilem, litteras graecas Pragae, theologiam Pragae et Olomucii tradidit, libros a Vincentio Lerinensi, Thoma a Kempis, Possevino etc. compositos bohemice vertit (*Rostowski* l. c. [cf. supra p. 287] 409; *Sommervogel*, Bibl. IV 481—482; *Fr. M. Pelzel*, Boehmische, maehrische vnd schlesische Gelehrte . . avs dem Orden der Jesuiten, Prag 1786, 3—4; *Stan.* Załęski S. J., Jesuici w Polsce I. Lwów 1900, 158[1] 167 171 178 193).

Lainio *Hostovinus* Varsovia 8. Ianuarii 1564 *scripsit: Se ibi cum Commendono nuntio apostolico comitiis regni interesse; adesse etiam regem (Sigismundum Augustum) et reginam (Catharinam); se P. Victoriae scripsisse, ut exemplum „Epistolarum Indicarum" (cf. infra monum. 576) sibi mitteret; se enim librum illum una cum Canisii catechismo regi reginaeque donare velle (ex autographo. Cod. „G. Ep. V" f. 114[b]). Atque *Polancus* nomine Lainii Roma 28. Octobris 1564 in Poloniam ad Hostovinum *litteras misit, in quibus eum monebat: „Jl disegno de uoltar il Cathechismo del Padre Canisio magiore et minore in lingua Polonica pare molto bono, et cosi lo deuera procurare" (ex apogr. totius ep., eod. temp. scripto. Cod. „Germ. 1561" f. 200[b]).

1028. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu.
Augusta Vindelicorum 4. Martii 1564.

Ex epistulae Polanci apographo eodem fere tempore scripto, quod exstat in cod. „Germ. 1561" f. 66, et ex litterarum („Postscripti") Canisii apographo, quod sub a. 1860 P. *Ios. Boero* S. J. curante ex autographo, in cod. „E. C. I" f. 465 (n. 130) posito, exscriptum et nuper cum eodem diligenter collatum est.

Placere sibi, quod Borgias „assistens" nominatus sit, etc. Alicui, qui novicius cartusianus fuit, dispensatio pontificia impetranda, qua Societatem ingredi possit. Apud Semilutheranos bavaros ob odium nominis iesuitici etc. vix quicquam effici posse; ipsis autem Sociis, nominatim Stevordiano, eorum consuetudinem periculosam esse; neque Socios quasi parochos fieri debere; neque tamen operam a Sociis facile posse detrectari.

Polancus Lainii nomine Roma 23. Martii 1564 Augustam ad Canisium scripsit: „L' ultime di V. R. son di 4 de marzo". Porro litterae quidem canisianae, quibus hic dies ascriptus sit, frustra quaeruntur; cum autem Sacchinus, Hist. S. J. II, l. 8, n. 4 narret, Sanctum Franciscum Borgiam a Lainio 12. Februarii 1564 Romam advecto constitutum esse „assistentem" praepositi generalis, eamque „lectionem cunctos Prouinciales, vti Constitutionibus sancitum est, admonitos suffragiis approbasse suis", valde verisimile est, Canisium 4. Martii id praestitisse. Ceterum de his Canisii litteris vide Polanci, quam dixi, epistulam; hac enim Canisio Lainii nomine responsum est.

Exstat praeterea canisianum, quod modo ponam, Postscriptum (ut vocant); quod, licet diem 4. Martii 1564 sibi ascriptum non habeat, ad hanc epistulam pertinere censeo.

† Pax Christi.

Quod ad Hermannum[1] qui novitius apud Carthusianos fuit, attinet, Ingolstadiensis Rector[2] illius opera cupit suam scholam promouere, neque omnino imperitus videtur ad munus docendi. Quare cupimus

[1] Fabrum: v. supra p. 424—425. [2] P. Paulus Hoffaeus.

impetrari dispensationem apud Pont. Max. ut liceat hunc inter nostros versari, si placet R. P. T. Poterit autem ad tempus inter nostros probari novitios Monachij.

Postulat instanter quidem Princeps[1] nostros in Bauaria circumire: sed occurrunt hac nec leues ut opinor, difficultates. Parum effecturi nostri uidentur apud istos rudes et pene seductos plane homines, qui nunc etiam Missam uellent abrogari, non contenti calice. Laboramus inuidia non vulgari propter nomen Iesuiticum passim: deinde ut superemus hoc odium maxime, tamen non licebit cum populo agere vel docere nisi festis tantum diebus. Igitur reliquos dies otio fere transigeremus, et inter istos haereremus, qui natura tenaces et suspiciosi videntur. Omitto pericula quae nostris adferre posset uulgaris ille conuictus, sive cum nobilibus, sive cum rusticanis hominibus agendum sit M. Martino[2]. Aperiretur ad licentiam inprimis fenestra. Vereor ergo ne sit difficile simul et periculosum nostros extra collegium versari, Consiliariis forte placeret, ut nostri multis haererent mensibus apud istas Ecclesias Semi-Lutheranas, suaque charitate et longanimi[a] patientia conciliarent sibi animos ab Ecclesia sic alienatos. Verum sic parochos tandem[b] e nostris facerent. Id quod mihi prorsus intempestiuum fore uidetur. Quare iudicabit de his melius R. P. T. Hoc unum obstat maxime quod magnatum catholicorum animos offensuri videamur, si nullum omnino illis donemus in hac graui Bauariae necessitate, quam Rector Monachiensis[3] explicat, Jdem P. Canisius.

In apographo, quo usus sum, notatum est, autographo antiqua manu *romana* (Polanci?) ascriptum esse: „che Schorichio vada, et con lui un sacerdote, et che[c] domandino Canisio al duque de Baviera, y al capitulo[4] per doi mesi che vadi con altro . et disponano di martino[5] et vedase piu presto lui che Schorichio[d]. 1564 — Augusta — Padre Canisio 5[e] [?] di Marzo". Et in pagina aversa, antiqua manu *romana* (eadem??): „1564 Augustae Padre Canisio 1 de marzo". Attamen tum pro „5", tum pro „1" scribendum fuisse „4" existimo; Polancus enim in epistulis, quibus Lainii mandatu Canisio respondit, epistulam tantum commemorat 4. Martii a Canisio datam; atque dies 4. Martii sabbatum erat; sabbatis autem tabellarii Augusta Romam discedere solebant (cf. supra p. 310). Neque obici potest, in epistula, qua Polancus ad Canisii litteras 4. Martii datas rescripsit, rerum in hoc Postscripto memoratarum nullam fieri mentionem (v. infra p. 469); de his enim Polancus ad rectores ingolstadienses et monacenses, ad quos proxime pertinebant, scribere poterat; atque ipsa illa verba „che Schorichio" etc., Postscripto Romae adnotata, epistulam spectare videntur, qua ad rectoris monacensis litteras responderetur.

1029. CANISIUS **P. IOANNI DYRSIO S. J.**, rectori collegii oenipontani. Augusta Vindelicorum initio m. Martii 1564.

Ex Dyrsii litteris autographis. Cod. „G. Ep. V" f. 161[b].

a) longanimini *autogr.* b) *Ab ipso Can. corr. ex* tantum. c) *Sequitur* vada, *oblitteratum.* d) *Supplendum esse videtur:* debba andare. e) 9? *Obscurius scriptum est.*

[1] Albertus V. dux. [2] Stevordiano. [3] P. Theodoricus Canisius. [4] Augustano. [5] Stevordiano.

P. Ioannes Dyrsius S. J., collegii oenipontani rector, Oeniponte 16. Martii 1564 Romam ad Lainium praepositum generalem scripsit: „Sacerdos hic Anglus transijt hac commendatus a P. Prouincialj, Romam pergens, ubi, ut dixit, uult se Societatj dedicare.“

Verisimile est, Canisium sacerdoti huic litteras, quas „patentes“ vocant, dedisse, quibus eum non solum rectori oenipontano, sed etiam rectoribus collegiorum italicorum, per quae transiturus esset, commendabat.

1030. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO.

Roma 4. (5.?) Martii 1564.

Ex exemplo eiusdem fere temporis, cuius pars prior ipsa epistulae verba, posterior, eaque altera quadam manu scripta, fere summam quandam ipsius brevem exhibet; manu priore in margine adnotatum est „P. Canisio“. Cod. „Germ. 1561“ f. 62^a.

Septem Socios idoneos in Germaniam missos esse, eosque vestibus, viatico, equo instructos. Qua ratione viatica dilingana et oenipontana restituenda sint. Ob Lainii infirmam valetudinem etc. consilia de collegio dilingano conferri nondum potuisse. Num Dilingae scripta philosophica P. Toleti et scholastica quaedam theologia ex Summa S. Thomae hausta excudi possint? Quid de ratione studiorum dilingana? Collegium herbipolense admitti non posse. De P. Stevordiano.

Pax christi.

La settimana passata fu risposto alle lettere, che di V. R. haueuamo: et benche di poi non si sia riceuuta altra ueruna sua, si scriue pure la presente per significarli alcune cose, delle quali non si potè scriuere il sabbato passato. Et prima lei sappia, che si sono mandati sette soggetti buoni, per souenire alli bisogni di Dilinga, et d'alcuno altro luoco: i quali partirono da Roma giouedi che fù il secondo giorno di Marzo, ben proueduti di uestimenti, et altre cose necessarie per il uiaggio, hebbero 40 scudi d'oro di uiatico, et un cauallo, che è il medesimo che[a] meno il Padre Natale a Roma, et per uentura incontrandosi con herrera pigliaranno il cauallo che mena etc.[b] [1] *Seli diede raguaglio delli sette suggetti che se li mandorno per Alemagna etc. che furno Pietro Hungaro coi compagni .etc. che per uiatico se li diede scudi .40. d'oro oltre il cauallo del Padre Nadale, et tanto questo uiatico col cauallo che si potra uendere, quanto[c] l'altro dato alli primi che andorno in dilinga[2] si procurara di hauere dal*

a) *Sequuntur vv.* meno il *P., a libr. oblitterata.* b) *Omnia, quae sequuntur, manu alterius cuiusdam librarii scripta sunt.* c) *In codice sequitur alterum* quanto.

[1] In „Instructione“ quadam „De iter agentibus“ (quam sub a. 1560 a. P. *Hieronymo Natale,* Societatis visitatore, compositam esse puto) praescribitur: „Quj possunt, pedites incedant, nisj ob negocia proficiscantur, et ijs quj non peregrinantur detur vnde expensas faciant in itinere“ (ex apographo saeculo XVI. scripto. Cod. „XV. A“ f. 171^a). Ceterum *Polancus* ipse in Societatis „Chronico“, sub a. 1573 conscripto, ubi de 18 Sociis a. 1556 a S. Ignatio Ingolstadium missis narrat, haec notat: Romae „partim pedites, partim equites, itineri se dederunt; nam . . . aliquot equi adhibiti fuerunt pro more, quo tunc Societas utebatur, ita [ut] per vices equitare possent, et in equis sarcinae deferrentur“ (Chronicon VI 28).

[2] M. Septembri a. 1563.

agente del Cardinale di Augusta che sta in Roma, et in euento che non si possano hauere sara bisogno che'l collegio di Dilinga sodisfacci: che se li mandarebbe il conto del uiatico di quelli mandati a Hispruch. che sopra le cose de Dilinga che io[a] haueua a trattar col Cardinale, et haueua à comunicare con nostro Padre generale [et con][b] [?] il Padre Natale per risoluersi se si haueua à mutare alcun ordine o altra cosa. la RV. sapia che non se è possuto far niente per la infirmita di N. P. etc. *che ueda si li scritti del Padre Toleto di tutto il corso*[c] *si potrebono stampar in Dilinga*[1] *etc. et anche se si potrebbe stampar un metodo di Theologia scholastica cauata dalla summa di Santo Thomaso*[2]. *et che dia auiso se ci sara comodità, et di quello che sente etc. che scriua se li pare*[d] *mutare alcuna cosa sopra il modo di legger di Dilinga. che*[e] *[?] sopra il collegio de herbipoli che per la penuria di gente non si puo accettare .etc. Che si uedera se il Padre Martino*[3] *puo tornare in Bauiera etc.* Di Roma li quattro[f] [?] di Marzo. 1564.

In apographo quidem antiquo, quo usus sum, harum litterarum „li cinque di Marzo" iisdem ascripti sunt. At in epistula archetypa, qua Canisius ad eas rescripsit, plane legitur, eas „4. Martii datas" esse. Qui dies sabbatum erat; sabbatis autem Polancus Roma ad Canisium scribere solebat. Veterem sane illum librarium, qui Polanci litteras transcripsit, festinantius et minus diligenter scripsisse, totum hoc apographum ostendit. Cuius postremae sententiae in registro additum est: „etc." Atque equidem conicio inter „cetera" illa etiam nova quaedam fuisse ad „calicem laicorum" sive communionem sub utraque specie spectantia; sicut *Polancus* eodem illo d. 4. Martii 1564 Stanislao cardinali Hosio *scripsit: „A primariis quibusdam cardinalibus intellexi, . . . postulari calicem a summo pontifice, cui concilium id negocii commissit, simulque coniugium sacerdotum, et vt laici possint concionari, et in altari ministrare. ego quidem conicio tria vltima proponi, vt saltem primum obtineatur, et serio non agitur, nisi de calice" (ex autographo, quod est Frauenburgi in archivo episcopali. Cod. „D 28 [35]" f. 55[a].

Canisius Lainio rescripsit 25. Martii 1564.

a) *Sequitur* ho. b) *Haec 2 vv. supplenda esse res ipsa, nisi fallor, ostendit.* c) coso *cod.* d) *Fortasse supplendum* douersi. e) *Sic cod.; sed hoc v. supervacaneum esse videtur.* f) cinque *ap.; vide quae sub ipsas has litteras scribuntur.*

---

[1] Franciscus Toletus (1532—1596), cordubensis, sacerdos et philosophiae professor erat, antequam a. 1558 Societatem Iesu ingrederetur. In collegium romanum missus primum quidem philosophiam docuit; anno autem 1564 theologiam scholasticam et „casus conscientiae" explicabat (Epp. *Nadal* II 442). Qui cum, praeter scholam theologicam, inde ab a. 1569 contionatoris apostolici munus 24 annos administrasset, ad „Vulgatam" edendam multam operam contulisset, pontificiis in Gallia, Germania, Polonia legationibus functus esset, a. 1593 a Clemente VIII. cardinalis creatus est. Praeter eius „Introductionem in Dialecticam Aristotelis" (v. *Can.* III 47[2]) postea commentarii in varios Aristotelis libros philosophicos ab eo compositi variis locis et temporibus excusi sunt. De his et de eius libris exegeticis etc. v. *Sommervogel*, Bibl. VIII 64—82; IX 875—876. Integrum tamen cursum philosophicum ab eo editum esse compertum non est.

[2] Toletus etiam „Enarrationem in Summam Theologiae S. Thomae Aquinatis" conscripsit; quae primum in lucem prodiit a. 1869 (*Sommervogel* l. c. VIII 79). Sed ex Canisii litteris 25. Martii 1564 datis cognoscitur, de „Methodo" a P. Didaco sive Iacobo Ledesma (de quo *Can.* II 353[1]), qui in collegio romano theologiam scholasticam tradebat (Epp. *Nadal* II 442), „collecta vel colligenda" actum esse.

[3] Martinus Stevordianus; v. supra p. 448.

1031. CANISIUS **P. LEONARDO KESSEL S. J.**, rectori collegii coloniensis. Augusta Vindelicorum sub 7. Martii 1564.

Ex Kesselii litteris archetypis. Cod. „G. Ep. V" f. 215a.

De novo rectore dilingano. Sacras reliquias petit.

P. Leonardus Kessel S. J., collegii coloniensis rector, Colonia 16. Martii 1564 Romam ad Lainium scripsit: „Has literas misimus per D. Henricum Dionysium, qui rebus suis hic expeditis, nunc recta Dilingam proficiscitur, vt ibi rectoris officium agat, sicut intelleximus ex literis P. Canisij, et P. Prouincialis nostri[1] *esse ordinatum a V. P. . . . Data quoque illi sunt duo capita sanctarum virginum ex societate S. Vrsulae cum quibusdam alijs reliquijs ex camera aurea*[2]*, quorum vnum est pro Reuerendissimo Cardinale Augustano, alterum pro collegio Dilingensi."*

Canisius superioribus annis „non semel" a Germaniae inferioris Sociis sacras reliquias petierat (*Can.* III 155) et nominatim a. 1548 a Sociis coloniensibus impetraverat, ut novo collegio messanensi, in quo tunc morabatur, duo capita sociarum S. Ursulae mitterentur (*Can.* I 271 294—295); quare valde probabile est, eum pro novo quoque collegio dilingano eiusmodi reliquias a Kesselio petisse; quod collegium ipso die S. Ursulae incohatum erat (v. supra p. 385). Canisius hanc martyrem eiusque socias (de quibus v. *Can.* I 173[4]) magnopere venerabatur (l. c. I 263 265 286 387 466 etc.). Sacrorum horum capitum mentio fit etiam in collegii coloniensis litteris quadrimestribus 1. Maii 1564 datis (*Hansen* l. c. 493).

1032. CANISIUS **P. EVERARDO MERCURIANO**, Societatis per Germaniam inferiorem praeposito provinciali.
Augusta Vindelicorum sub ineuntem vel medium m. Martium 1564.

Ex Mercuriani litteris autographis. Cod. „G. Ep. V" f. 320.

P. Everardus Mercurianus, Societatis per Germaniam inferiorem praepositus provincialis, ex monasterio aquiscinctiensi (Anchin, Achin), ordinis S. Benedicti, 23. Martii 1564 Romam ad Lainium haec scripsit de suffragiis sive sacrificiis et precationibus, quae Sociis ex Constitutionum praescripto pro collegiorum fundatoribus faciendae sunt (v. supra p. 366): „Habbiamo riceuuta vna copia dal Padre Canisio dela dechiaratione del' obligo ò veramente di chi è obligato et a quali fondatori."

1033. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO.
Roma 11. (12.?) Martii 1564.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „Padre Canisio". Cod. „Germ 1561" f. 65a.

Epistulae missae. Lainius melius habet. Socii nuper missi collegium dilinganum valde iuvabunt. Herrera. Cardinalis, ut eius litterae ostendunt, studia dilingana a Societate regi vult; novus rector dilinganus. Fr. Albertus Musckkay Romae sancte decessit. Esus carnium Lutheranis interdictus. Falsi rumores romani. Statutum est, ut cardinalis Moronus concilii atque, ut timetur, calicis concedendi causa in Germaniam iret. Cardinales a calice alieni sunt. Canisius, si quos principes Germaniae idem sentire noverit, id Romam referre debet. Moronus Canisii opera uti, hunc Maximiliano II. reconciliare, Societatem iuvare vult; sed fortasse non ibit.

Pax christi.

L ultime di V. R. sono de .19. et .26. del passato et prima che arriui questa spero hauera riceuuto parechie altre et inteso jl viagio

[1] Everardi Mercuriani. [2] De hoc sacello v. *Can.* I 387[5].

longo di N. P., et la infirmita pericolosa che qui ha hauuta, et come gia perla diuina gratia sta molto meglio . si auiso anche delj .7. subiectj mandatj jn Dilinga deli quali non dubitamo che hauera sodisfactione V. R. et il Collegio sera molto piu agiutato che col mastro Herrera il quale pur è gionto questa settimana à Roma con lettere di V. R. del primo de Febraro . altra uolta se le scriuera quello che si fara con luj.

Qui si manda un Transunto autentico del Jnstrumento che fece lo Jllustrissimo Cardinal de Augusta [1] per il qual si potra uedere come tutta la superintendentia delli studij è dela Compagnia benche l' uso di detta superintendentia sara conforme à quello che altre uolte si è scritto, et piu in particolar se scriuira.

Del Rettor nouo che doueua uenir de Colonia [2] alla giornata aspettamo auiso che sia arriuato, et di nouo si è mandata lettera per tale effetto à V. R. et anche si è scritto perla uia de Anuersa.

A.[a] [?] Nostro Fratello Volfango [3] haueno ricommandato à Dio N. Signor et anche V. R. facci ricommandare al bon Maestro Alberto Tudescho condotto à miglior uita dal medesimo Signor [4]. Morse anche come un Santo con notabile edificatione de tuttj.

Ci siamo rallegrati de intender quel edjcto de Lutheranj de non magniar carne in Quaresima, ne il dj del Venere et Sabato benche la intention loro deueria esser migliore [5].

Le noue che la si danno di esser Roma in Arme non sono uere, quantunque de qualche anno in qua si ua fortificando il Borgo [6]. Si è delliberato nel Consistorio [7] che il Cardinal Moron uadj legato in Germania perla essecutione delle cose del Concilio, et sotto questo pretesto si teme che habia qualche commissione circa la Concessione del Calice [8] della qual pero quasi tutto il Collegio de Cardinalj è

a) *Vel* L. *vel* jl; *obscurius scriptum est.*

[1] Bolzani 18. Novembris 1563; v. supra p. 395.

[2] De P. Henrico Dionysio, rectore collegii dilingani, v. supra p. 453.

[3] Zeitel, Oeniponte graviter aegrotantem.

[4] Musckkay (v. supra p. 436[5]); qui in collegii romani *Catalogo* a. 1561 Romae excuso „Albertus muschai Germanus" nominatur (*Sommervogel,* Les Jésuites etc. f. C[a]).

[5] *Achilles Pirminius Gassarus,* medicus augustanus isque lutheranus et illius temporis aequalis, in „Annalibus Augstburgensibus" de a. 1564 notavit: „Februarii ... XIII. die proclamatum ... per praeconem Senatus ... decretum est, quo prohibetur, ut nemo vel tabernarius vel publicus hospes inposterum ad pomeridianas compotatiunculas, similiter et tota sequente quadragesima, carnes quascunque ad vescendum convivis apponeret: ita ut nullus civium per totum anni circulum, domi suae diebus Veneris ac Saturni carnes ederet: id quod a deputatis Suevici circuli ordinibus, propter boum et reliquorum armentorum pecudumque defectum, paulo antea Ulmae serio determinatum fuerat" (Scriptores Rerum Germanicarum, ed. *I. B. Menckenius* I, Lipsiae 1728, 1905; cf. *Can.* III 371[4]).

[6] Partem illam urbis, quae a ponte Sancti Angeli ad Basilicam S. Petri et palatium vaticanum porrigitur.

[7] Die 8. Martii 1564 (*Döllinger,* Beiträge I 556).

[8] Ita res se habebat (*Döllinger* l. c. I 557. *Saftien* l. c. 80—81).

alienissimo . dicono alcunj che tutta germania domanda questo calice [1] il che non è da credere, si V. R. sa el contrario de alcuni Principi Ecclesiastici ò seculari ci auisj. Detto Cardinal Moron Pensa agiutarsi assaj di V. R. benche se li è detto quel che occorreua intorno à questo agiuto, et mostra dj hauer in animo di procurar di hauer la riconciliatione di V. R. con quel principe che lej sa [2], et di agiutar in genere le cose de nostra compagnia in quelli statj. Si dice non partira insino alle ottaue di Pascha [3], et non manca chi dubita se arriuara in Germania [4]. Non dico altro per questa senon che ci ricommandamo etc. Di Roma li XJ [a] [?] de Marzo .1564.

In apographo quidem antiquo, quo usus sum, litteris ascriptum est: „Di Roma li XIJ de Marzo . 1564"; sed epistula archetypa, qua Canisius ad has litteras respondit, incipit: „11° die Martij datas accepi"; atque hic dies sabbatum erat; sabbatis autem Polancus scribere solebat. Quare has litteras die 11. Martii datas esse conicio.

Canisius Lainio rescripsit 8. Aprilis 1564.

1034. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu.
Augusta Vindelicorum 18. Martii 1564.

Ex litterarum Polanci apographo eodem tempore scripto. Cod. „Germ. 1561" f. 74[b].

Polancus nomine Lainii Roma 1. Aprilis 1564 Augustam ad Canisium scripsit: „Fu riceuuta quella dj V. R. di .18. del passato." De qua epistula, quae iam non exstat, vide Polanci litteras, quas dixi.

1035. CARDINALIS **STANISLAUS HOSIUS**, episcopus et princeps varmiensis, CANISIO.
Frauenburgo vel Braunsberga medio vel exeunte m. Martio 1564.

Ex litterarum Canisii apographo, de quo infra p. 483 dicetur.

Canisius Augusta 8. Aprilis 1564 Romam ad Lainium scripsit: „Commendat se nostris precibus optimus Cardinalis Varmiensis, qui ex Episcopatu suo ad me scripsit, nec diffitetur in hoc itinere multa sibi molesta saepe accidisse." Epistula perisse videtur.

a) XIJ *ap.; vide, quae sub ipsas has litteras dicuntur.*

[1] Prosper ab Arcu, caesaris apud Pium IV. orator, calicis concessionem vehementer urgebat (*Bucholtz* l. c. IX 717—719. *Saftien* l. c. 50—52). Litterae Vindobona 14. Februarii 1564 datae, quibus Ferdinandus et suo et Alberti V. ducis nomine calicem laicorum a Pio IV. petebat, exstant apud *Io. Christ. Lünig*, Literae procerum Europae, Lipsiae 1712, 796—802.

[2] Canisius et paulo ante Ferdinando I. caesari, maxime quod „calici laicorum" adversabatur, in odium venerat (v. infra monum. 574 604), et olim in Maximiliani II. Romanorum regis invidiam inciderat (v. supra p. 26). Hoc autem loco Ferdinandum significari mihi magis probatur.

[3] „Octava Paschae" futura erat 9. Aprilis.

[4] Qui calicem laicorum etc. concedi volebant, metuebant, ne concessioni mora afferretur hac legatione. Quare et Prosper ab Arcu eam deprecari conatus erat, et Ferdinandus I. caesar, Alberto V. duce probante (*Aretin* l. c. 115), postea a pontifice impetravit, ut Morono legando supersederet (*Bucholtz* l. c. IX 719. *Turba* l. c. III 265. *Saftien* l. c. 56—57).

Concilio absoluto Hosius, quamquam paulo ante aegrotaverat, Tridento, „cum tota regio nivibus, frigore et glacie obriguisset", ut *Rescius* ait, discessit; per Oenipontem, Passavium, Vindobonam, Olomucium, Vratislaviam, Posnaniam transiens 5. Februarii 1564 Frauenburgum, ubi episcopatus varmiensis ecclesia cathedralis est, venit; a 7. Februarii ad 13. Martii Heilsbergae (Heilsberg), quae episcoporum sedes tunc erat, moratus est; a 16. Martii ad 10. Aprilis modo Frauenburgi degit, modo Braunsbergae (Braunsberg); ex quo oppido prope Frauenburgum sito et episcopis varmiensibus tum in civilibus tum in sacris rebus subiecto ut protestantismum, qui iamiam irrepserat, eiceret, magnopere contendebat et laborabat (*Rescius*, Vita Hosii l. 2, c. 17—19 [Hosii Epistolae I LVII—LIX]. *Eichhorn*, Hosius II 147—167).

Dubitare vix possum, quin Hosius his litteris cum Canisio id quoque communicaverit, quod paulo ante Polanco narraverat de Alberto Borussiae duce 1200 Iesuitarum in Borussiam ingressum formidante. Ita enim *Polancus* Roma 15. Aprilis 1564* respondens: „Periucunda etiam fuit ea narratio quae Reuerendi domini uicarii cum Jllustrissimo duce Prusiae colloquium, de nostra societate habitum, continet; non est tamen quod exercitum mille et ducentorum, ex nostris, vel timeant vel expectent in prusia, multo paucioribus operariis contenti essemus, si eos dare nobis dominus dignaretur, ad prutenicam, et etiam polonicam vineam excolendam mittendos. et aliquando, eos datos iri speramus (ex totius epistulae commentario, manu ipsius Polanci scripto. Cod. „Germ. 1561" f. 82b).

1036. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO.

Roma 22. (23.?) Martii 1564.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „Alemagna Padre Canisio." Cod. „Germ. 1561" f. 66.

Sociis Germaniae inferioris mandari, ut omnino ad collegium dilinganum regendum vel P. Dionysium vel P. Vinck mittant. Num Alberto V. duci placeat Hoffaei, Canisii etc. de communione unius speciei scriptum? Quod duce invito vulgari non debeat. Non convenire, ut Societatis theologi ingolstadienses de calice sententiam dicant. Canisii „Lectiones" a PP. Natali et Saa recognitas esse. „Orthodoxarum Explicationum" Andradae, Venetiis excusarum, exempla aliqua Sociis germanis, multa fortasse ad mercatum francofurtensem missum iri. De Bulla Coenae, Canisii catechesibus, sancta Musckkaii morte, collegiis dilingano etc. per Canisium visitandis, missione bavarica, pecuniis non allatis. Num Fr. Herrera — id quod ipse asserit — Dilingae victu debito caruerit, ad abeundum incitatus, severius habitus sit? De sacris pro Lainio factis.

Pax christi.

L' ultime di .V. R. son di 4 de marzo et gia pare sarebbe ragione[a] che hauessi receuute alcune nostre, scrittelj dopo l' arriuata di N. P. ognj settimana. Prima di questa speramo saranno arriuati li .7. nostri fratelli che si mandorno specialmente per il Collegio De Dilinga, et uedendo che di Colonia si excusano con ragioni d' importanza da non mandare el D. Henrico[1] per dilinga, si scriue la inclusa al Padre Prouinciale Euerardo[2] dicendolj mandj ad ogni modo detto Padre Henrico, ouero il Padre Antonio Vinch[3] . poi che potra supplire in suo luogo in qualche modo il . Dottor Hermano[4].

a) *Sequuntur vv.* che hauesse, *a libr. oblitterata.*

[1] Dionysium; v. supra p. 467. [2] Mercuriano. [3] P. Antonium Vinck S. J. (de quo *Can.* I 230[1]), rectorem collegii treverensis (*Hansen* l. c. 507[1]).

[4] Thyraeus; cf. *Can.* II 6[5]; III 5. Is aliquot mensibus post collegii treverensis rector constitutus est (*Hansen* l. c. 510).

Si è inteso come li nostri de Jngolstadio, et specialmente il Rettor loro[1] haueuano scritto de communione unius speciej agiutando ancora V. R. haueriamo caro intendere se il Duca[2] hebbe piacer' de que li fossi fatto tal dono, et se si hauesse à publicare[a] in nome di alcuno amico bisognarebbe che se intendesse che anche questo sarrebbe grato à .S. E. et che li Dottori Nostri de Jngolstadio[3] dicessino anche il suo parere in nome della compagnia[b] [?] non pare conueniente che si faccia per le ragioni che puo pensare .V. R.[4] et tanto manco, si è uero quel che si dice di un certo breue etc.[5]

Fra el Padre maestro Natale, et il Padre Emanuel[6] si è uisto quel libro delle lectioni Ecclesiastiche[7], et in breue si mandaranno à V. R. le correctionj poi che l' istesso libro non accadera mandarlo, quel libro contra Kemnitio[8] si stampo in Venetia, et se trouassino modo di mandar alcuni in Alemagna si mandarebbono, dico de li

a) *Sequuntur vv.* mutando il nome, *a libr. oblitt.* b) *Sic ap.; fueratne scribendum* facolta? *Vide infra adnot. 4 huius pag.*

---

[1] P. Paulus Hoffaeus. [2] Albertus V.

[3] P. Alphonsus Pisanus et Theodorus Peltanus, theologiae doctores et professores; etiam Hoffaeus doctor theologiae erat (*Can.* II 317).

[4] Propter Albertum V. ducem, Fridericum Staphylum universitatis superintendentem etc. Cf. supra p. 209 468[1]. P. *Leonardus Kessel,* collegii coloniensis rector, Colonia 16. Martii 1564 Romam ad Lainium *scripsit: P. Franciscum Costerum S. J. nomine totius facultatis theologicae universitatis coloniensis iudicium quoddam sive commentarium scripsisse adversus litteras [14. Februarii 1564 datas], quibus Ferdinandus I. imperator calicem laicorum et aliqua ad matrimonium sacerdotum spectantia a Pio IV. petisset; quaerere se igitur ex Lainio, num commentarius ille typis evulgandus esset; Coloniae ex officina birckmannica librum prodisse „de vtraque communione“ scriptum, „cuius author constanter dicitur esse Cassander“ (ex archetypo. Cod. „G. Ep. V.“ f. 215[b]). Reapse Georgius Cassander hoc libro communionem sub utraque specie commendaverat.

[5] *Albertus V.* Monachio 5. Februarii 1564 ad Pium IV. litteras dedit, quibus denuo eum, ut calicem laicorum et matrimonium sacerdotum concederet, rogabat; „ast vero“, inquit Albertus, „longissime absit, ut generalem expetam subditis meis sacri Calicis usurpationem, aut iis obtrudi cupiam, qui una sacramenti specie humiliter ac devote mecum sint contenti. Nam . . . hanc ipsam S. V. indulgentiam non mihi ipsi, neque subditis meis pure Catholicis efflagito, sed in illorum saltem consolationem et salutem, qui, nisi hac ratione juventur, in certum animarum discrimen praecipites ruant.“ Similiter Albertus matrimonium sacerdotum cum certis tantum condicionibus petebat. Eius litteras posuit *J. H. v. Falckenstein*, Vollständige Geschichten . . des grofsen Herzogthums und ehemaligen Königreichs Bayern III, München, Ingolstadt, Augsburg 1763, 554—555. Ac de sacro calice certis cum condicionibus concedendo Roma 16. Aprilis 1564 datum est „Breve“; de quo plura infra dicentur.

[6] Sa (Saa); de quo v. supra p. 343. [7] Vide supra p. 457.

[8] Didaci Payvae de Andrada „Orthodoxarum Explicationum Libri X“ (v. infra monum. 587). *Polancus* Roma 11. Martii 1564 Venetias ad P. Lucium Crucium *scripsit: „Jl Signor D. Paiua ci ha detto che lascia 40. de suoi librj à disposition della Compagnia . V. R. ci auisi quando lhauera in mano accio se li dica come debia compartirlj, intendo anche che ha lasciato .4. libri del Osorio“ (ex apogr. eiusd. temporis. Cod. „Epistolae Italiae [Praepp. Genn.] 1562—1564“ f. 337[a]).

nostri dati in dono, et forse alla feria de Francfordia[1] fara portare colui, che li ha stampati una bona quantita che credo sia giordano[2].

Di quel Hieronimo merula milanese[3] non sappiamo doue si stia, ne possiamo dir de certo se sta nella compagnia ò no. Se lo intenderemo auisaremo.

La Bulla in cena Domini si mandara come l haueremo. Le lectioni cathechistice fuora delle ordinarie[4] crediamo seranno utili, ma .V. R. aduerta di non si grauar troppo . il buon mastro Alberto[5] questi di passati passo à meglior uita come si è scritto à V. R. lasciando un ottimo odore della uita, et morte sua.

Del andata di V. R. passata la Pascha à uisitar li Collegij qua pareua conueniente, che se non fossi uenuto il Rettore per Dilinga[6] V. R., quanto potessi procurasse de assister' lli, se uenessi potrebbe cominciare la uisita dal medesimo, et dopoi andar in Jspruc.

Jl Padre Dirsio non pare espediente sia dato per la Bauaria[7] ma si è fatto disegno che il Padre Martino[8] serua per questo effetto come gia altre uolte si è scritto, certa[a] lettera grauata de denari dice V. R. mandare, ma non compare.

Mastro Herrera dice alcune cose de quali haueriamo caro intender' si V. R. sente che siano cosi. Prima dice che non li dauano da magnare secondo l' ordine di N. P. G. et anche del Padre Natal, et per questa causa dice si fece impotente per poter legere. 2º dice che luj non dimando di uenir jn Jtalia, ma che piu presto li fu detto a lui che uenessj, et che lui haueria aspettato uolontierj di la risposta di .N. P. quantunque non hauesse potuto leger' . tocca poi altre cose della austerita del ministro[9] etc. et quantunque qua non se li dia troppo credito in questo . tuttauia intenderemo uolontieri da V. R. se ha ragione in qualche cosa.

Che[b] [?] le messe da dirsi ogni settimana per N. P. G.[10] non accadera siano continuate piu . ne io diro altro in questa senon che nelle orationi et sacrificij di V. R. etc. Di Roma li 22[c] [?] di Marzo 1564[d].

Canisius has litteras in epistula archetypa, qua ad eas rescribit, „22 Martii datas“ esse affirmat. Quam epistulam archetypam equidem facilius sequor, quam apographum litterarum Polanci, quod modo a me adhibitum est, quodque „23 di Marzo“ habet; hunc enim librarium haud ita diligentem fuisse etiam a. „1563“ ostendit, quem pro „1564“ posuit; vide infra, adnot. d.

a) certe *ap.* b) *Sic; sed quia, quae sequuntur, non obliquo sermone, sed recto (quem vocamus) proferuntur, hoc v. supervacaneum esse videtur.* c) 23 *ap.; vide, quae sub ipsas has litteras notantur.* d) *Sic corrigendum esse ap., quod habet* 1563, *ex tota epistula clare patet.*

[1] Francofurti ad Moenum a. 1564 mercatus librorum habitus est fere ab 18. Martii ad 2. Aprilis et a 9. ad 23. Septembris (*Rübsam,* Postkursbuch [v. supra p. 333[2]] 97). [2] Excudit eas Iordanus Zilettus (*Nic. Antonius* l. c. I 305).

[3] Cf. supra p. 443.

[4] De his Canisii contionibus catecheticis v. infra monum. 442.

[5] Musckkay. [6] P. Henricus Dionysius. [7] Cf. supra p. 446 448.

[8] Stevordianus. [9] P. Ioannis Rabenstein; cf. supra p. 425 431.

[10] Ob Lainii infirmam valetudinem? Cf. supra p. 452 458.

Has Polanci litteras, atque fortasse etiam aliquas alias, P. *Franciscus Palmius* S. J. significare videtur, cum Bononia 28. Martii 1564 Romam ad Lainium *scribit: „Le lettere per il Padre Canisio mandai per uia de Fuccari" (ex autographo. Cod. „Epp. It. 1564" f. 303ª).

Canisius Lainio rescripsit 8. Aprilis 1564.

1037. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO (ceterisque Societatis praepositis provincialibus). Roma sub 22. Martii 1564.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „Del Confessare etc. Comune per li Prouinciali". Cod. „Epistol. Hispan. 1559 1564" f. 363ª.

Praefatio editoris. Cum administratio sacramenti paenitentiae rationem habeat iudicii, sacerdotes a peccatis absolvere nunquam alios poterant quam eos, in quos iurisdictionem habebant vel „ordinariam", quam vocamus, sive cum ipso officio quod tenebant (episcopi, parochi etc.) coniunctam, vel ab aliquo ordinariam iurisdictionem habente ipsis „delegatam". Societatis autem sacerdotibus ab ipsis summis pontificibus iurisdictio data erat valde ampla, sive quod ad homines, sive quod ad eorum peccata attinebat. Nam *Paulus III.* litteris apostolicis Roma 3. Iunii 1545 datis Sociis facultatem dederat fidelium quorumcunque confessiones excipiendi eosque ab omnibus peccatis, „quantumcunque grauibus et enormibus, etiam Sedi Apostolicae reseruatis", praeter ea, quae in „Bulla Coenae" recenserentur, absolvendi, „dioecesanorum locorum, rectorum parochialium, et aliarum Ecclesiarum, aut quorumuis aliorum licentia desuper minime requisita" (*Litterae* Apostolicae . . . Societatis Iesu [cf. supra p. 16] 25—26). Idem *Paulus III.* Romae 18. Octobris 1549 concesserat, ut Socii in terris infidelium et aliis remotissimis etiam peccata et poenas in Bulla Coenae reservatas solvere possent (l. c. 50). Ac *Iulius III.* litteris Roma 22. Octobris 1552 datis Sociis tribuerat et confirmaverat facultatem ab haeresi aliisque peccatis contra fidem patratis absolvendi (l. c. 73). Praeterea a Paulo IV. et Pio IV. et a Michaele cardinale Gislerio supremo inquisitore Sociis, certis cum condicionibus, concessum erat, ut vel ubique vel saltem in regionibus septentrionalibus homines ab haeresi, schismate, lectione librorum prohibitorum, simonia, aliis criminibus in Bulla Coenae reservatis absolvere possent (*Can.* II 387⁵ 590 604—605 658²; III 27 34 70 548 569). Semper tamen praepositi generalis auctoritatem interponi necesse erat. Nam *S. Ignatius* constituerat: Praepositi generalis „erit uti facultatibus a Sede Apostolica Societati concessis; et eam partem illarum unicuique inferiorum communicare, quam in ipso bene collocatam ad finem divini obsequii nobis praefixum existimaverit. Eiusdem erit revocare eas vel contrahere, ad eamdem regulam divini beneplaciti omnia exigendo". Constitutiones S. J. P. IX, c. 3, n. 10. Atque in compluribus concessionibus pontificiis idem planis verbis expressum erat; ut „posse" praepositum generalem „auctoritate" pontificis Sociis „facultatem concedere" absolvendi; concedi facultates „confessariis per praepositum generalem designatis"; concedi facultatem „praeposito generali Societatis Jesu dando facultatem eidem ut alias personas deputet de eadem Societate" etc. (*Litterae* apostolicae 50. *Can.* II 604—605; III 69). Porro *Concilium tridentinum*[1] delegatae iurisdictionis usum, saltem quod ad confessiones hominum, qui „regulares" sive religiosi non sunt, spectat, restrinxit decernendo: „Nullum, etiam regularem, posse confessiones saecularium, etiam sacerdotum, audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut parochiale beneficium, aut ab episcopis per examen, si illis videbitur esse necessarium, aut alias idoneus iudicetur, et approbationem, quae gratis detur, obtineat: privilegiis et consuetudine quacumque, etiam immemorabili, non obstantibus" (Sessio XXIII. de ref. c. 15). Postea etiam complures summi pontifices pronuntiarunt (nam controversiae ea de re ortae erant) sacerdotes

[1] De concilio tridentino per Pium IV. confirmato v. infra p. 474.

ab episcopis dioecesanis locorum, in quibus confessiones excipiendae essent, „approbationem" petere debere (*Aug. Lehmkuhl* S. J., Theologia moralis II[10], Friburgi Brisg. 1902, 273 274). Similiter de contionibus est actum. *Paulus III.* 3. Iunii 1545 facultatem orationum sacrarum „in quibusvis ecclesiis et locis" habendarum Sociis tribuerat, licentiae ab episcopis vel aliis petendae nulla facta mentione (*Litterae* Apostolicae 25). Concilium autem tridentinum in sessione V. (de ref. c. 2) constituit, ut regulares in suis ecclesiis contionari volentes „personaliter se coram episcopis praesentare, et ab eis benedictionem petere tenerentur, antequam praedicare inciperent"; et in sessione XXIV. (de ref. c. 4) edixit: „Nullus saecularis, sive regularis, etiam in ecclesiis suorum ordinum, contradicente episcopo, praedicare praesumat." [1] De reliquis autem ecclesiis ita regularibus praescripsit: „In ecclesiis, quae suorum ordinum non sunt, . . . episcopi licentiam habere teneantur, sine qua in ipsis ecclesiis non suorum ordinum nullo modo praedicare possint" (Sessio V. de ref. c. 2).

Socii, ut decretis concilii tridentini obsequantur, ab episcopis — id quod etiam antiquitus facere consueverant — approbationem petant tum ad confessiones audiendas, tum ad contionandum in ecclesiis alienis. Quae approbatio, ut consignetur litteris, curetur. Quodsi episcopi Sociorum ad confessiones approbandorum scientiam tentare volent, iis, inprimis si Societati haud ita faveant, ne offerantur nisi quos admissum iri satis certum sit. Approbatione autem impetrata, Socii omnibus privilegiis uti ideoque etiam a casibus et pontificiis et episcopalibus homines absolvere poterunt; id quod tamen cum moderatione quadam fiat. Socii in ecclesiis suis ne contionentur invitis episcopis. Ubi concilium tridentinum non est promulgatum, eius decretis oboediendi non est officium.

Pax christi.

De nuestros priuilegios es de creer tendran alla duda de como deuemos usar dellos despues del Concilio, y lo que parece à N. P. à cerca delas confessiones es, que mostrando la Reuerentia deuida al sacro concilio y perlados hablen nuestros Rettores ò Prouinciales, ò otros que tengan auctoritad y gratia, que juzgassen ellos para tal offjcio, alos ordinarios diziendo que como ha sido nuestra costumbre antigua de usar nuestros ministerios[a] [?] conla buena gratia y bendiction delos prelados[2]. Aasi[b] [?] aora lo hazemos representando el tal, y el tal, para que uean si se contentaran que usen de este ministerio del Confessar en sus obispados.

Se quisiessen todauja examinarles puedeseles dexar hazer, y en tal caso en especial quando no son muy beneuolos solamente se ofrescan los que se conocen tan habiles, que no sea cosa probable que dexaran de ser admittidos, y aora con examen, aora sin el si son contentos[3]

a) *Sic ap.; corrigendumne* priuilegios? b) *Sic ap.;* Assi? Asi?

[1] Fuisse qui his verbis Sessionis XXIV. verba illa Sessionis V. „magis explicari" censerent, ex monumentis tertiae congregationis generalis Societatis Iesu, a. 1573 habitae, colligere licet (*Institutum* S. J. II 244). [2] Vide supra p. 17.

[3] *Polancus* nomine Lainii Roma 31. Decembris 1564 Neapolim ad P. Alphonsum Salmeronem S. J. de Alphonso Caraffa archiepiscopo neapolitano *scripsit: „Se il Cardinale de Napoli uorra essaminar' i Confessori facialo in buon hora, et quelli se li manderano innanzi siano instruti, sara pur il Primo che in Jtalia hauera essaminato li nostri perche gl' altri prelati quantunque gli siano presentati, li dano per essaminati, et sufficienti quando la compagnia li tene per tali" (ex apogr. eiusdem temporis. Cod. „Epistolae Italiae [Praepp. Genn.] 1564 1565" f. 274[a]).

los prelados de que los nuestros confiessen puden usar de todas las facultades que la sede Apostolica tiene concedidas segun la communication que les ha hecho el General, y no hay necessidad de pedir los casos a los Obispos, por que ya los tenemos, asi los episcopales, como los Papales, como se puede uer por los Breues y Bullas. Todauia par no hazer preujzio[a] [?] al Tribunal de los Obispos, si los casos fuessen publjcos, y que pudiessen ser deducidos en Juizio es bien no absoluer dellos sin beneplacito de los ordjnarios.

En lo del predicar en nuestras yglesias puedese seguir la costumbre y modo que antes teniamos no repugnando alos[b] [?] obispos. Para predicar en yglesias ajenas hagase con los ordjnarios lo que se dixo delas confessiones, y la approbation dellos se tome en escripto.

Con esto donde no esta legitimamente promulgado el Concilio no corre aun la obligation de obedecerle[1].

Y para mas saneár lo todo, se procurera declaration de nuestros priuilegios. De Roma li 22.[c] [?] de Marzo 1564.

Litterarum, quas modo posui, apographum, quo usus sum, in registro epistularum a Lainio et Polanco a. 1564 in Hispaniam missarum exstat; cui apographo manu ipsius librarii antiqui in margine adnotatum est: „Del Confessare etc. Comune per li Prouinciali.“ Licet autem in registro epistularum in Germaniam a Lainio missarum hae litterae non compareant, dubium non est, quin Canisio quoque missae sint; nam et ipsa rei natura id exigebat, et Canisius Augusta 8. Aprilis 1564 Lainio scripsit: „Nunc adferuntur 22 Martii datae. . . . Agimus gratias R. P. T. quod prudenter nos moneat de recto usu nostrorum Preuilegiorum, ne ullum fiat a nobis praeiudicium Decretis Concilii“. Ex quibus verbis simul colligere licet, Polancum has litteras — latino, puto, vel italico sermone confectas — Canisio non 30. Martii 1564, qui dies in registro hispanico iis ascriptus est, sed sub 22. Martii una cum epistula proxime proposita (v. supra p. 469) misisse.

Unum in his litteris a Lainio per Polancum ad Societatis praepositos provinciales datis mirum videri potest: Lainius, de concilii tridentini decretis ad disciplinam spectantibus scribens: „Ubi“ inquit, „concilium nondum est legitime promulgatum, eidem oboediendi officium non est.“[2] Atque haec dicuntur, postquam Pius IV. in consistorio 26. Ianuarii 1564 Romae habito omnia et singula concilii decreta confirmavit et ab omnibus fidelibus recipi et observari iussit (*Raynaldus* l. c. in a. 1564 n. 1 2). Neque aliter Lainius sentiebat aliquanto postquam concilium iterum confirmatum est (eodem tempore [VII. Kal. Feb.] ascripto) Bulla „Benedictus Deus“, in valvis Basilicarum vaticanae et lateranensis ac Cancellariae apostolicae et „in loco solito Campi Florae“ affixa atque illa quoque „clausula“ (quam vocant) munita, qua apographis quoque ipsius bullae, nomine et sigillo alicuius notarii et personae in dignitate ecclesiastica constitutae signatis, omnes plenam fidem habere iubentur; in qua bulla pontifex omnia concilii decreta „ab omnibus christifidelibus suscipienda

a) *Sic ap.; corrigendum esse videtur* preiujzio. b) *Sic ap.; legendumne* los? c) 30. *ap.; vide quae proxime sub has litteras dicuntur.*

[1] Vide quae de hac sententia sub ipsas has litteras dicuntur.

[2] Ipsum *Concilium tridentinum* decreto illo „Tametsi“, quo matrimonia clandestina irrita esse iubebat, haec addidit: „Decernit insuper“ S. Synodus, „ut huiusmodi decretum in unaquaque parochia suum robur post triginta dies habere incipiat a die primae publicationis, in eadem parochia factae, numerandos“ (Sessio XXIV. de ref. matr. c. 1). Facile patet, de singulari hoc praescripto exemplum capi non potuisse, ex quo, quomodo reliqua decreta omnia promulganda essent, disceretur.

ac servanda esse decernit", et omnibus episcopis reliquisque ecclesiarum praelatis gravissime praecipit, ut eadem et ipsi observent et a fidelibus sibi subiectis observanda curent (*Bullarium* Romanum VII, Neapoli 1882, 244—246); Roma enim 14. Iulii 1564 *Lainius* Venetias ad P. Lucium Crucium (Croce) S. J., collegii veneti superintendentem (v. Polanci litteras 26. Augusti 1564 ad Canisium datas), per Polancum litteras misit, in quibus haec sunt: „Jl consiglio deue eser oseruato senza fallo se è publicato et riceuuto in Venetia altramente fin alla tal publicatione non ci è obligo di osseruarlo" (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „Epistolae Italiae [Praepp. Genn.] 1564 1565" f. 103[a]). Ac cum Pius IV. litteris apostolicis Roma 18. (19.?) Iulii 1564 datis concilii decreta ad reformationem et ius positivum spectantia „a Kalendis Maii proxime praeteriti omnes obligare coepisse" pronuntiasset, Polancus *Lainii* nomine Roma 5. Augusti 1564 ad P. Benedictum Palmium, provinciae lombardicae S. J. praepositum, *scripsit: „Li nostri priuilegij per casi reseruati etc. sono li medesimi che prima ma doue il Concilio è publicato conuiene che li Confessori siano approbati dalli ordinarij et habino lor licentia" (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „Epistt. It. 1564 1565" f. 131[b]). Et *7. Augusti 1564 ad P. Oliverium Manareum, Societatis per Galliam commissarium: „Circa la obseruatione del Concilio doue non è quello publicato non è necessario" (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1561" f. 146). Ita quidem Lainius, neque equidem vel Canisium vel Palmium vel Manareum eius sententiam impugnasse vel de ea dubitasse comperi.

Dolendum autem est, quod Lainius, cur ita sentiret, non exposuit.

Num ex ipsa curia romana acceperat, pontifici ingratum non fore, si haec litteris ipsius adhiberetur interpretatio? Num Lainius censebat, eiusmodi legibus ecclesiasticis homines non teneri, nisi in ipsorum provincia promulgatae essent, neque legum promulgationem Romae factam ad omnes ubique tenendos sufficere? Hanc certe sententiam, iam ab omnibus theologis catholicis merito abiectam, superioribus saeculis complures viri graves tenebant, ut *B. Angelus Carletus* O. Min. Obs. (de Clavasio, † 1495), Summa (Angelica) de casibus conscientiae, in v. Lex n. 13 (Argentinae 1489, f. CCXXII[b]); *Bartholomaeus a Medina* O. Pr. († 1581), Expositio in primam secundae Angelici Doctoris q. 90, a. 4, Venetiis 1580, 481; *Martinus Becanus* S. J. († 1624), De legibus c. 6, n. 6 (Opera omnia, Moguntiae 1649, 235); *Ioannes Cabassutius* Congr. Or. Iesu, Iuris Canonici Theoria et Praxis l. 1, c. 4, n. 4, Lugduni 1698, 11; *Natalis Alexander* O. Pr. († 1724), Theologia dogmatico-moralis secundum ordinem Catechismi Concilii Tridentini l. 4, art. 3, reg. 25 (Theologiae t. II, Venetiis 1772, 300); *Greg. Zallwein* O. S. B. († 1766), Principia Juris Ecclesiastici t. I, qu. 4, c. 2, § 7, Augustae Vind. et Oeniponti 1763, 391—393 etc.; alii eandem sententiam non certam quidem, sed probabilem esse ducebant; ex quibus solum nomino *Franciscum Sylvium* († 1649), Commentarius in totam Primam Secundae S. Thomae Aquinatis Qu. 96, a. 4, qu. 11, concl. 3. (t. II, Antverpiae 1714, 551).

Notare praeterea iuverit, Pium IV. postea etiam litteras dedisse apostolicas, quibus constituebatur, ut omnia privilegia, facultates, gratiae per romanos pontifices eorumve legatos concessae „in his omnibus et singulis, in quibus illa statutis et decretis concilii" tridentini „contrariarentur, ipso iure revocata, cassata et annullata, ac ad ipsius concilii terminos atque limites reducta essent et esse censerentur." Quae litterae licet in *Bullario* Romano, quod modo memoravi, (l. c. 277—279) initio anni 1564 collocatae sint et ab editoribus Bullarii „Dat. die 18 februarii 1564" dicantur, dicendum tamen est, si numeri annorum computandi rationem nunc usitatissimam sequimur, eas 17. Februarii 1565 datas esse; nam ascriptum iis est: „Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo sexagesimoquarto, decimotertio kalendas martii"; annus autem „Incarnationis dominicae" 1564 ex curiae romanae more a d. 25. Martii 1564 ad 24. Martii 1565, si nostrum computandi morem servamus, fuisse dicendus est; accedit, quod litteris adnotatum est, eas „anno a nativitate Domini" 1565, 24. Februarii, Pontificatus

Pii IV. anno VI. „in acie Campi Florae" etc. promulgatas esse[1]. Has igitur litteras pontificias Lainius, cum ad praepositos provinciales de Societatis privilegiis scriberet, non noverat, quia non exstabant; quamquam, si eas cognovisset († 19. Ianuarii 1565), de iis idem, puto, quod de decretis tridentinis, sensisset.

Ceterum, quod Lainius statim post concilii tridentini confirmationem a summo pontifice factam atque integro fere anno, antequam pontificia ordinum religiosorum privilegia, concilio repugnantia, plane et cum sollemnibus illis „clausulis", ad privilegiorum quorundam plenam abolitionem nonnunquam necessariis, sublata essent, Socios, ubicumque concilium legitime promulgatum esset, ab episcopis, privilegiis pontificiis neglectis, et approbationem ad confessiones audiendas et licentiam ad contionandum petere iussit, hoc certe ostendit, eum nequaquam — id quod *Paulus Sarpius* (Historia concilii tridentini l. 8, n. 72 [l. c. 722]) haud ita obscure significat — Tridenti, patrum incuria abusum, in Sessione XXV., c. 16. de regularibus, Societatem a singulari illo concilii praecepto ita excipiendam curasse, ut Socii deinceps ea exceptione etiam adversus alia concilii decreta uti possent. Atque iisdem Lainii litteris refelluntur, quae *Petrus Franciscus le Courayer* l. c. (cf. supra p. 52/53) III 173 de Sociis asserit: „Il est certain du moins, . . . qu'à l'ombre de l'exception faite en leur faveur en cet endroit, ils prétendirent n'être point compris dans les Réglements qui se faisoient pour les Réguliers, à moins qu'ils ne fussent nommés spécialement." Audacius etiam *Johannes Huber:* „Die Jesuiten, welche in ihrer Theorie die bischöfliche Gewalt so sehr herabsetzten, achteten auf die Würde und die Rechte derselben auch in ihrer Praxis nicht. Jhre Privilegien hatten ihnen ohnediefs eine von der bischöflichen Gewalt exemte Stellung geschaffen" (Der Jesuiten-Orden, Berlin 1873, 220).

1038. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 25. Martii 1564.

Ex apographo, quod sub a. 1860 a P. *Ios. Boero* S. J. ex archetypo — Canisius sua manu nomen („Seruus" etc.) subscripsit — in Cod. „E. C. I" f. 463 (n. 131) posito exscriptum, nuper cum eodem archetypo diligenter collatum est.

Epistula usus est et pauca ex ea ad verbum exscripsit *Sacchinus*, Can. 199 ad 200 et Hist. S. J. II, l. 7, n. 53.

Lainii valetudo. Novi magistri dilingani eorumque viaticum; Haivodus contionator latinus futurus. Augusta catechista germano indiget. Colonienses mittere debebant magistros. Toleti in Logicam Introductio et Ledesmae Methodus Theologiae Scholasticae facile, Toleti Cursus philosophicus ob operis magnitudinem haud facile Dilingae excudentur; Canisius cum Willero bibliopola augustano rem tractabit. Dilingae rector universitatis Sociis favet. Herbipoli timore belli collegium differtur. Quid Dilingae mutandum esse videatur in ratione studiorum (numero praeceptorum, logica, horis, repetitionibus). Socii ibidem lutherani medici opera utuntur, et aedibus amplioribus, horto, rectore etc. indigent. Num Cuvillonius Augustam mittendus? Rector vindobonensis contionibus et scholis gravatur. Ambrosius sacerdos ex Societate dimissus eandem calumniatur. P. Haupt, ut mores emendaret, admonitus est. Canisius Ingolstadium ibit. Calicis concessione catholici turbabuntur, reliqui in peius proficient; sed Deus providebit.

— Accepi 4. Martii datas, quae nobis eo gratiores fuerunt, quod meliorem nobis spem facerent de reualescentia R. P. T. pro qua

[1] Peccarunt *editores* huius Bullarii etiam eo, quod pontificatus Pii IV. annum VI. in V. mutarunt. *Ioannes Harduinus* S. J. vero hunc quidem annum retinuit, sed annum Incarnationis 1564 in 1565 mutavit (Acta Conciliorum X, Parisiis 1714, 204). Idem fecerunt *editores* operis „Magnum Bullarium Romanum. Editio novissima" II, Luxemburgi 1742, 145.

Dominum diligenter oramus. Agimus etiam gratias ob missos Dilingam Professores, quorum aduentus est illi Collegio gratissimus. Forte statim a Paschate nobis aderunt, si ante uenire non possunt. De uiatico exoluendo cupimus admoneri, si Procurator Cardinalis[1] nihil uolet reddere. Quae scripta sunt autem de singulis fratribus, nos obseruanda curabimus. Probabitūr autem M. Gerardus[2], et habebitur eius diligens ratio. De M. Gasparo[3] Anglo quia commendatur ab eloquentia, facile inveniet locum Dilingae, ubi concionatore latino uehementer egemus, quia D. Cuuillonius nec sibi nec aliis in eo munere placet, D. vero Torres[4] qui semel et iterum foeliciter coepit declamare, nunc etiam ab eo abhorrere uidetur. Augustae cuperem dari cathechistam Germanicum potius quam latinum, et opus esset aliquo gradu promotionis[5]. Unde cuperem de illo ipso rectius edoceri. De M. Florentio[6] sequemur iudicium R. P. T. non illum remoraturi . si non[a] ipse cupiat utcunque firmus nobiscum haerere. Coadiutores autem donabuntur Dilingensibus. Utinam possint Colonienses Graecum et humaniorum lectorem suppeditare: satis habent negotii cum vicinis collegiis Provinciae suae. Respiciat Dominus hanc personarum penuriam qua passim laboratur in Collegiis.

Quantum ad opera D. Toledi excudenda Dilingae pertinet[b], nihil dubito, quin Introductio illa in Logicam Viennae nunc excusa[7] Typographum facile possit inuenire, sicut et Methodus scholasticae Theologiae per D. Ledesma collecta vel colligenda[8], praesertim si utrumque opus Viennae, Ingolstadii aut Dilingae a nostris praelegatur. Verum magnitudo alterius operis, quod cursum Philosophiae comprehendit[c], minus arridebit istis lucri auidis, qui aegre possunt in Germania quae subtiliora uidentur, diuendere, nisi forte primum polliceamur, quot uelimus accipere exemplaria. Cum Typographo ipso nihil tractare

a) *In archetypo sequitur* id, *a Can. oblitteratum.* b) *In margine manu romana (Polanci?) ascriptum est:* ne sit sollicitus; *cf. Polanci litteras 11. Aprilis 1564 ad Canisium datas.* c) *Sic in archet. correctum est ex* comprehendat.

---

[1] Romanus. Antonius Lorenzino? V. supra p. 355 [9]. [2] Pastelius; v. supra p. 460. [3] Haivodo; v. supra p. 459.

[4] P. Hieronymus Torrensis.

[5] Canisius optasse videtur, ut Augustae, qui catecheses haberet, simul „lectorem cleri" ageret et, quo lectoris munus maiore cum auctoritate administrare posset, gradu aliquo theologico, ut licentiati vel doctoris, ornatus esset; cf. supra p. 412 455 457 459. [6] Martino Florentii; v. supra p. 459.

[7] P. Francisci Toleti S. J. „Introductio in Logicam Aristotelis" primum Romae a. 1561 vulgata, a. 1562 Vindobonae „in aedibus Collegij Caesarei Societatis Jesu" excusa erat (*Sommervogel,* Bibl. VIII 65).

[8] Hoc Ledesmae opus (cf. supra p. 465) nunquam, ut videtur, typis vulgatum est: cf. *Sommervogel*, Bibl. IV 1648—1651; IX 582—583. Exstat in *Ant. Possevini* S. J. „Bibliotheca selecta" l. 3, c. 7, Romae 1593, 260: „Theologiae S. Thomae Compendium" tabulae sive conspectus instar propositum, quod a Ledesma conscriptum esse affirmat *Phil. Alegambe* S. J., Bibliotheca Scriptorum Societatis Iesu, Antverpiae 1643, 206.

licet[1], sed solum cum bibliopola Georgio Wilero[2], qui post Pascha redibit ex nundinis Franckfordiensibus. Vereor illum non certi aliquid nobis promissurum esse, nisi opus totum ipse uiderit, ut certius iudicet priusquam magnos in illud excudendum sumptus faciat. Ut autem maxime annuat, opus sane habebimus correctore, quem uocant, Dilingae. Igitur expectabo certiorem hac de re sententiam R. P. T.

Habemus antiquum Rectorem Dilingae[3] nobis peramicum, et conabimur eiusdem beneuolentiam nobis retinere. De Collegio Herbipolensi non est tempus quicquam deliberandi: Versatur in armis bonus Episcopus, quod metuat a Saxonicis copiis, de quibus nihil tamen certi his diebus audiuimus[4].

Quoniam autem a me postulatur, si quid mutandum uideatur in ratione docendi et uiuendi Dilingae, collatis cum quibusdam consiliis, non abs re fore putarim, ut in Logica, Physica, et Rhetorica Praeceptores, utpote quotidie satis gravati, duplicarentur. Deinde, ut ad Logicam ascensuris praelegeretur annum unum quaedam in Logicam Introductio: Praeterea ut aestate quidem antemeridianae lectiones ante nonam horam absoluerentur: Item ut scholarum discipuli quotidie lectiones auditas repeterent praesente tunc quoque Praeceptore etiam Theologo: Postremo, ut horis duabus continenter in classe manerent, nulla unius horae mora, ut nunc fit, interiecta. De his cupimus audire sententiam R. P. T. Coeperunt nunc etiam nostri medico uti lawingensi[5] licet lutherano, sed qui humanum se nostris exhibet. M. Ioannem Dominicum[6] prae caeteris habemus ualetudinarium. Digni[a] sane essent nostri Dilingae Professores in his tantis laboribus, quos ob scholam ferre coguntur, ut aedes haberent ampliores cum horto etiam adiuncto, et praesertim Rectore commodo illos gubernante. Utinam ueniat D. Henricus Dionysius tandem. Si ueniet autem scire cupimus quod R. T. de D. Cuuillonio faciundum statuit. Dilingae quidem parum utilis mihi fore uidetur; quid in Belgica vel Gallia praestare possit

a) *In arch. correctum, ut videtur, ex* Dignitas.

[1] Sebaldus Mayer, aere alieno pressus, 14. Decembris a. 1560 typographiam suam dilinganam 800 florenis rhenensibus, qui singuli 15 batzios vel 60 crucigeros aequarent, cardinali Ottoni vendiderat; qui eandem 11. Ianuarii 1561 Mayero 40 florenis annuis locaverat (ex *litterarum venditionis et locationis apographis, quae exstant Dilingae in bibliotheca regia, Prof. Stempfle's Vermächtniss Fasc. II, n. 5 8).

[2] De Georgio Willer bibliopola augustano v. supra p. 351.

[3] Cornelium Herlen.

[4] Ferdinandus I. caesar Fridericum a Wirsberg episcopum herbipolensem iniquis pacis condicionibus, ad quas accipiendas a latrone illo Guilielmo de Grumbach compulsus erat, stare vetuerat (cf. supra p. 365[1]). Quare Grumbach iterum exercitum collegit et litteris publicis 18. Februarii 1564 datis omnes Germaniae equites, ut sibi iungerentur, admonuit. Ioannes autem Fridericus Saxoniae dux lutheranus, falsis „prophetiis" deceptus, Grumbachium protegebat et adiuvabat (*Janssen* l. c. IV 244—246. *Häberlin* l. c. VI 19—25. *Goetz*, Beiträge 285—289).

[5] Lauinga (Lauingen), oppidum lutheranum prope Dilingam situm; v. supra p. 386. [6] Facciardum.

hac aetate nescio. Forte nobis aliquid ad augendam Augustae domum posset conferre, ubi uelut emeritus miles adderetur. Non satisfacit nobis P. Viscerius in Ministerio Dilingae ut qui simplicior esse uidetur quam Ministrum deceat; Sed quando alius non suppetit, illum ita ferre cogimur. Dominus in suam gloriam hoc dirigat Collegium.

Iterum in alienam messem ingrediar moniturus de Rectore Viennensi[1], qui ne sit parum occupatus, italica etiam concione et quotidiana in Gymnasio lectione[2] grauatur ut hinc illi non possim non compati. Doleo statum Viennensis collegii non reddi meliorem et graues nostris objici difficultates.

Misereatur Deus boni Ambrosii, quem dimisimus aliquando Romae[3]. Is petulanter in nos effundit et garrit et fingit multa, quibus nostrum nomen apud multos proscindat. Restituat illi mentem Deus, ut desinat maledicere benemeritis. Sed puto non solum impium esse factum, sed etim a delijrio non procul abesse. Dominus T. R. P. nobis diu conseruet, cuius precibus et sacrificijs nos etiam atque etiam cupimus Domino commendari. Augustae 25. Martii 1564.

Admonitus est M. Petrus Coloniensis[4] sicuti scripsit R. P. T. Rectori Ingolstadiensi[5] ac mihi quoque probatur, ut ad Baccalaureatum non admittatur sicut ipse contendit, nisi melius sese gerat. Orauit Rectorem, ut ne maneret diutius apud Conuictores. Hoc cum impetrauit, videtur poenitudine ductus mutatae conditionis. Statui post Pascha si Dominus annuet, renouationi uotorum adesse et singulorum confessiones audire. Ingolstadii habet onus graue satis Rector. Igitur non puto displiciturum R. P. T. si dictus M. Petrus Augustam non ueniat, cum posteriores litterae ad Rectorem datae significent illum

---

[1] P. Laurentio Magio.

[2] Haec ostendunt, Magium in universitate vindobonensi (loco P. Ferdinandi Jaen morbo affecti? Cf. Epp. *Nadal* II 447) theologiam tradidisse. Cf. *Can.* III 267.

[3] Antiquus ille * *Annalium* Societatis vindobonensium auctor sacerdotem, nomine Ambrosium, virum doctum et multum inter haereticos versatum, a. 1555 Vindobonae Societati nomen dedisse narrat (Cod. „Annal. Vienn.“ in a. 1555 f. 5[a]). P. Hieronymus Natalis autem, Societatis visitator, m. Iunio 1555, ut ipse ad S. Ignatium scripsit, germanum hunc sacerdotem Vindobona secum in Italiam duxit, tum ut eius animus adiuvaretur et periculis levaretur, tum ut P. Iacobus Lainius in scriptis suis digerendis et poliendis eius opera uteretur; hominem enim latinae linguae valde peritum et in scribendo assiduum esse Natalis censebat (Epp. *Nadal* I 308—309 318. *Polanci* Chronicon V 169—170). Atque equidem existimo, eundem Ambrosium significari, cum *Sacchinus* (Can. 100) de Natale m. Maio 1555 Vindobonam advecto scribit: „Plurimum . . . delectatus est virtute, industriaque Canisij; quem beato Ignatio dilaudans, eius praecipue factum laboribus per eos ipsos dies, et concionibus narrat, vt sacerdos, qui erat inter Lutheranos verbi Minister, non solum ad Catholicos rediret, sed etiam Societati se traderet (haec Natalis epistula perisse videtur; v. Epp. *Nadal* I 307; cf. ib. p. 312, n. 13). At iam aestate a. 1557 Ambrosius Roma in Germaniam remissus est, homo, ut Canisius ait, „miser et miserabilis“ (*Can.* II 139 159). Atque ante m. Martium anni 1560 a „via salutis aeternae“ (ad pristinos errores?) aberraverat (l. c. II 607).

[4] P. Petrus Haupt; v. supra p. 449 457. [5] P. Paulo Hoffaeo.

Ingolstadii cum in studijs tum in Germanicis concionibus continendum esse. Nec posset Augustae Catechistam agere, nisi concionandi usum utcumque antea sibi fecerit familiarem.

Audimus Cardinalem Moronum cum potestate concedendi Calicis ad Caesarem proficisci[1]. Deus bene uertat. Vereor, ne catholicorum reliquiae, quas in Germania uix retinemus, ex hac occasione turbentur, et maiorem accipiant plagam, quam ut deinde sanare possimus. Habeant[a] unde glorientur aduersarii. Spero tamen adfuturam Dei bonitatem his consiliis, licet non intelligamus quomodo ad sanandos Germaniae morbos illa conferant. Videmus, neglecto nunc Calice, quem passim usurpare caeperunt Sathanam ad sacrificium Missae abolendum ui magna progredi. Concedatur Calix: non agnoscent tamen Pontificis aut Ecclesiae authoritatem, ut uereor plane. Praescribantur conditiones quaelibet sumpturis calicem; non erunt in utroque statu[2] qui illas exequantur. Si adesset[b] [3] [?] Cardinalis Warmiensis et Augustanus, admonerent fortasse de aliis periculis. Doleo mihi a summo uiro et catholico obiectum esse, Summum Pontificem hic semilutheranum uideri. Vereor, ne statim amittant Episcopi omnem apud subditos obedientiam, cum primum Austriacis Calix permittetur. Sed praepostere sum anxius. F u n d a t i sumus s u p r a p e t r a m[4]. Dominus poenas peccatis nostris debitas clementer auertat. Seruus in Christo P. Canisius.

Al molto Reuerendo in Christo Padre Il Padre M. Jacomo Laynez Praeposito Generale della Compagnia di Jesu In Roma.

In tergo epistulae archetypae manu romana eiusdem temporis — *Polanci* manum esse conicio — *scriptum est: „ida de N. P. a S. Santidad [?] Con el Reuerendissimo Froidibello“ — [sequitur verbum perobscure scriptum]. Significari igitur videtur, Lainium ad Pium IV. adisse, atque etiam Antonium Florebellum (Fiordibello) episcopum, qui Pio IV. ab epistulis erat (cf. *Can.* III 65), aliquid officii praestitisse. Certe harum litterarum pars illa, quae de calice laicorum est, a Sociis S. Carolo Borromaeo cardinali ostensa illiusque exemplum eidem traditum est, ut Pio IV. pontifici monstrari posset. Ita Polancus in epistula 11. Aprilis 1564 data, qua Lainii nomine Canisio respondit.

1039. P. IOANNES DYRSIUS S. J., collegii oenipontani rector, CANISIO. Oeniponte exeunte m. Martio vel initio m. Aprilis 1564.

Ex apographo litterarum Canisii, de quo infra p. 483 dicetur.

Queritur de P. Hermete Halbpaur.

Canisius Augusta 8. Aprilis 1564 Romam ad Lainium haec de P. Ioanne Dyrsio, collegii Societatis oenipontani rectore, et de P. Hermete Halbpaur S. J., qui ibidem contionator ecclesiae parochialis et confessarius filiarum Ferdinandi I. caesaris erat (v. supra p. 309), scripsit: „Est aliqua inter P. Dyrsium et P. Hermetem emulatio, ut intelliget R. T. ex adiuncto scripto Rectoris Oenipontani. Consolor ego

a) Habeat *ap.* b) *Sic ap.; sed corrigendum esse videtur* adessent.

[1] Vide supra p. 467. [2] Ecclesiastico et saeculari. [3] Romae.
[4] Mt 7, 25; 16, 18. Lc 6, 48 etc.

Rectorem, et moneo, ne facile disputet cum eo, sed pleraque conniueat, quoad fieri potest sine scandalo. Cupit autem M. Hermes venire ad me, nec ausim hoc illi negare, ne peius habeat accepta repulsa, cum fortassis cupiat etiam recreare corpus, neque solum ut scribit, se mihi aperire." *Tum Dyrsii, tum Halbpauri, tum Canisii litterae perisse videntur.*

1040. P. HERMES HALBPAUR S. J., in collegio oenipontano contionator et confessarius, CANISIO.

Oeniponte exeunte m. Martio vel initio m. Aprilis 1564.

Vide epistulam proxime antecedentem.

1041. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO. Roma 1. Aprilis 1564.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „P. Canisio." Cod. „Germ. 1561" f. 74[b]—75[a].

Novi Socii Roma et Colonia Dilingam venientes. Fratrum laicorum opera collegio vindobonensi necessaria. Contiones latinae Dilingae habendae et ratio studiorum ibidem servanda. P. Stevordianus cum idoneo socio ad contionandum per Bavariam mittendus. Canisii „Lectiones Ecclesiasticae". Pietatis fructus augustani et monacenses. Reginae. Germaniae, ut videtur, calix, invitis cardinalibus, concedetur; cardinalis Moronus fortasse ad Germanos non mittetur, cum hi condiciones concessioni adiungendas haud ita multum curent. Lainii valetudo Deo commendanda. Martinus Eisengrein et Ambrosius a Gumppenberg fasciculum quendam pontifici tradi cupiunt.

Fu riceuuta quella dj V. R. di .18. del passato et circa il Collegio de Dilinga in parte saranno remediatj con l' arriuata delli nostri, quali à questa hora deuono essere arriuatj et anche di Colonia speramo uerra qualche buono agiuto, agiutisi etiam .V. R. di quello che tiene di la animando, et instruendo à chi ne ha bisogno . se li coadiutorj non fossino necessarij per Di[a] [?] la[a] [?] in Vienna saranno necessarijssimj, ò alcuno di loro, et cosi potrebbe mandarsi quando à .V. R. li paressj.

Del predicar latino il D. Torres intanto che starra[b] la .V. R. ne potra disporre, solo si aduerta che non sia troppo caricato, gia si mando uno istrumento autentico doue consta che il Cardinal lascio la administration delli studij alla Compagnia[1] . del ordine che si deue tenere nelli detti studij si scriuera un altra uolta.

Del mandare per la Bauaria alcun predicatore si fa quel che si puo donando per tal effetto al Padre Martino[2] il quale molto desidera uscir de Vienna, et dando li alcun buon compagno forse sara utile il suo[c] discorrere per detta Prouincia.

Qui si manda quella castigatione delle lectioni Euangelice[d] [?][3] come me l ha dato il Padre Natale il quale insieme col D. Emanuel[4]

a) a) *Sic ap.; legendumne* per Dilinga? *Cf. supra p. 453.* b) *Fortasse supplendum est* in Dilinga; *cf. supra p. 471.* c) *Sequitur* escorso, *a libr. oblitt.* d) *Fortasse corrigendum est* Ecclesiastice; *vide supra p. 457 b.*

---

[1] De contionibus litterarumque studiis dilinganis v. supra p. 467 477.

[2] Gewarts sive Stevordianum.

[3] De Canisii „Lectionibus et Precationibus Ecclesiasticis" v. supra p. 457 470.

[4] Sa.

han fatto l' officio . della Messe Copiosa di Augusta [1] et di Monachjo ci rallegramo in Domino à chi piaccia augumentare alla giornata il fructo [2].

Quello che V. R. scriue esser inteso dalle Regine in Jspruc anche si è detto qui, et almeno quanto al Calice alcuni pensano che la cosa sia fatta, non gia in Consistorio perche quasi tutti li Cardinali son di contrario parere, ma per uia di qualche breue secreto, presto si uedera quel che sera, non si parla caldamente dell' andata del Cardinal Moron [3] anzi ci è chi dica che non andara per che non se ne curano di la ouero non uogliono che ui uada contentandosi della Concessione che dicono esserli fatta et forse non essendo troppo solliciti delle conditionj per le quali si diceua andarebbe il Cardinale . il tutto guidi la Diuina bonta come uede che piu conuiene perla Chiesa sua. N. P. sta tuttauia trauagliato et le orationi et sacrificij delli nostri penso molto li giouaranno etc. di Roma li primo di Aprile 1564.

hauemo riceuuto un spacio del D. Martin Pastor inglostadiense [4] il qual molto ci ricommando si dessi un certo [a] plico à .S. Santita. Jl medesimo ha ricommandato, de Aistet maestro Ambrosio [b] Preposito Basileense et Eistense [5]. N. P. non li puo scriuere per esser cosi ammalato per adesso ma V. R. glielo potria far intendere al meno al detto Dottor Martin per uia del Rettor de Jngolstadio [6].

1042. CANISIUS **IACOBO LAINIO,** praeposito generali Societatis Iesu. Augusta Vindelicorum 1. Aprilis 1564.

Ex litterarum Canisii apographo illo, de quo infra p. 483 dicetur, et ex epistulae Polanci apographo eodem fere tempore scripto, quod est in Cod. „Germ. 1561" f. 86[a].

Advenisse novum rectorem dilinganum etc.

Canisius Augusta 8. Aprilis 1564 Romam ad Lainium de P. Henrico Dionysio S. J. (cf. supra p. 478) haec scripsit: „*Dilingae coram agam . . . de nouo Rectore, quem uenisse proxime nunciaui.*" *Polancus autem Lainii nomine Roma 22. Aprilis 1564 Canisio scripsit:* „*Riceuuete N. Padre quelle* [c] *di .V. Reuerenza del primo et otto di*

a) *Sequitur* spaccio, *a libr. oblitt.* b) Abrosio *ap.; cf. infra adnot. 5 huius pag.* c) *Correxi ex* quella, *quod posuerat libr. antiquus. Duas enim epistulas, non unam, a Pol. significari ex ipsis eius litteris patet; in quibus Polancus Canisio ad complura, quae hic in epistula 8. Aprilis data non memorat, respondet.*

---

[1] De hac messe v. infra monum. 433.

[2] Fr. *Nicolaus Lymburgius* S. J. in collegii monacensis * litteris quadrimestribus, Monachio 4. Maii 1564 datis, refert: Socios in ecclesia sua singulis „festis diebus" ac Quadragesimae tempore etiam „operosis diebus" contionatos esse. „Putantur supra sex millia hominum simul adfuisse non semel. Tractatum est de extremo iudicio, tum de penitentiae et altaris sacramento, contra hereticos" (ex apographo paulo post in collegio coloniensi scripto. Cod. colon. „L. Qu." f. 172[a]—173[b]). Plura vide infra p. 485. [3] Vide supra p. 467 480.

[4] Martini Eisengrein, professoris theologiae et parochi ad S. Mauritii.

[5] „*Ambruogio A Gumpenberg* preposito Basiliense e Eystettense" Eystadio 12. Martii 1564 Romam ad Lainium brevem sua manu dedit * epistulam, qua Lainium rogabat, ut adiunctas Eisengreinii litteras ipsi summo pontifici clam traderet; se ad officia Societati praestanda promptissimum esse (ex autographo. Cod. „G. Ep. V" f. 123[a]). De Eisengreinii litteris vide, quae sub Polanci epistulam 11. Aprilis 1564 ad Canisium datam dicentur. [6] Per P. Paulum Hoffaeum.

Aprile, et hauemo inteso della venuta del Dottor' henrico" etc. Ceterum prior illa Canisii epistula perisse videtur; de qua vide Polanci, quam dixi, epistulam; hac enim Lainius Canisio respondit.

1043. CANISIUS **P. BALTHASARI HOSTOVINO S. J.**, Io. Franc. Commendoni, apostolici in Polonia nuntii, theologo.

Augusta Vindelicorum ineunte m. Aprili (ante d. 9.) 1564.

Vide supra p. 461, ep. n. 1027.

1044. CANISIUS **P. IOANNI DYRSIO S. J.**, rectori collegii oenipontani. Augusta Vindelicorum sub 8. Aprilis 1564.

Vide supra p. 480, ep. n. 1039. Ac fortasse ad hanc Canisii epistulam spectant etiam, quae idem Lainio scripsit: „Scripsi bis Oenipontano Rectori" etc.; vide infra p. 512.

1045. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 8. Aprilis 1564.

Ex apographo, quod saeculo quidem undevicesimo ex archetypo — Canisius sua manu nomen („Seruus" etc.) subscripsit — in Cod. „E. C. I" f. 471 472 (n. 132) posito exscriptum, a. autem 1902 cum eodem archetypo diligenter collatum est.

Socii collegio dilingano destinati advenerunt. Canisius cum Theodorico fratre Dilingam et Ingolstadium ibit. Cardinalis Augustanus. Non expedit, Canisium cardinali Morono Vindobonae adesse vel Moronum intercedere pro Canisio; qui iam et Ferdinando I. et Maximiliano II. in odium venit. Aliqui missam auferre volunt; quibus calicis concessio nocebit; hanc ne episcopi quidem (praeter unum?) desiderant; Cassandri pro calice scriptum; principum in ea re „dissimulationes". Libri veneti. Curabitur, ut Andradae liber in Germania excudatur. Convictores collegii germanici. P. Hostovinus. Fructus pietatis monacenses; P. Schorichius. Missio bavarica. Polonus ad ecclesiam reductus. Privilegiorum Societatis usus. Concilium tridentinum in Germania non promulgabitur. Visitationes collegiorum. Fr. Herrera, ut se excuset, Socios dilinganos perperam accusat. Liber de communione a Sociis scriptus Alberti V. auctoritate excudetur. „Lectiones Evangelicae". Bulla Coenae. Concilii confirmatio. Martinus Florentius ob infirmam valetudinem Coloniam missus, ob virtutem in Societate retinendus. Viatica. Litterarum perlatarum pretia. Hosius. Pecunia intercepta. Obtrectationes et invidiae oenipontanae.

Pax christi nobiscum admodum Reuerende Pater.

11° die Martij datas accepi et non multo post optati fratres tandem accessere salui, de quorum aduentu gratias Deo agimus, et speramus Dilingense Collegium his subsidiis promotum iri. De illis autem Dilingae coram agam, sicut et de nouo Rectore [1], quem uenisse proxime nunciaui. Aderit mihi Dilingae Rector Monachiensis [2], quoniam Ingolstadiensis [3] a suis abesse incommodius potest. Transcurram tamen ad illum quoque, ut anxio sollicitoque Rectori consolationem, et quoad eius fieri potest, opem spiritualem adferam. Quicquid autem primum Dilingae ac deinde Ingolstadij a me transigetur, per litteras posteriores explicabo.

[1] P. Henrico Dionysio. [2] P. Theodoricus Canisius. [3] P. Paulus Hoffaeus.

Testimonium Cardinalis nostri quem Barsilonam[1] appulisse gaudemus, Dilingae conseruabitur, ut suo tempore serviat nostris ea lege, quam praescripsit R. P. T.

Quod ad Cardinalem Moronum attinet, ut maxime postularet ille me sibi adesse Viennae, si tamen eo venturus est, salua quidem obedientia, non expedire putarim, ut illuc ego destinarer, qui neque apud Patrem[2], neque apud filium[3] inueni gratiam, et ne cupio quidem. Imo maiore inuidia laboraremus, si propter Cardinalem uenisse iudicarer, et multo peius apud istos haberet aduentus meus, si de calice concedendo tractabitur. Ut apud Principem intercedat mediator Cardinalis meo nomine, nec opto nec suadeo. Germania non uidetur[a] facere calicem ut antea; nunc ex professo ad maiorem impietatem seductos homines concitat sathan, ut multi qui calicis causam solam antea praetendebant[b], nunc abrogatum etiam uelint missae sacrificium. Sapientes intelligunt tandem, calicis concessione augeri potius morbos istorum quam curari. Nutare putant unum ex Archiepiscopis Electoribus in calicis negotio[4]: reliqui Praesules quos ego quidem noui, nullam hic cupiunt dispensationem. Vereor tamen ne flammam nouam excitarit Georg. Cassander, quem putant authorem esse libri recens editi[c] in hanc sententiam, communionem sub utraque specie si de laicis agitur, licet de jure diuino non esset ea necessaria, tamen catholicis optandam[d] esse[5]. Quem librum proxime quidem isthuc mittam. Principes autem saeculares, qui nomen catholicum in Germania profiteri uolunt, ut Austri-

a) *Aut hic, aut post* calicem *videtur esse supplendum* tanti *vel simile r.* b) *In arch. sequuntur 2 vv., oblitterata.* c) *In arch. sequitur* ut, *oblitt.* d) optandum *arch.*

---

[1] Barcinonem sive Barcinonam (Barcelona); cf. supra p. 333[1].

[2] Ferdinandum I. imperatorem; cf. infra monum. 574 604.

[3] Maximilianum II. Romanorum regem; cf. supra p. 26 468.

[4] Fridericus a Weda, archiepiscopus coloniensis (*Hansen* l. c. 494[3]); cuius legati in conciliabulo illo vindobonensi petitionem calicis dissuaserant (*Bucholtz* l. c. VIII 664).

[5] Georgius Cassander (de quo *Can.* I 365[6] 369) paulo ante sine suo nomine vulgaverat librum: „Consultatio, sitne communio in utraque panis et vini specie catholicis optanda, etiamsi jure divino non sit omnino necessaria“: Ita quidem Index Pii IV. Antverpiae a. 1570 cum „Appendice“, mandato Philippi II. confecta, vulgatus, in ipsa illa „*Appendice*“ (*Fr. H. Reusch,* Die Indices Librorum Prohibitorum des sechzehnten Jahrhunderts, Tübingen 1886, 295). Ipse autem *Cassander* breviorem libri titulum posuisse videtur, cum a. 1564 in „Consultatione“ de articulis religionis controversis (post ipsius mortem typis exscripta) articuli „de vtraque specie Sacramenti“ expositionem sic concluderet: „Quamuis autem potius sit, si ita necessitas ferat, altero sacramento vti, quam toto priuari, tamen vix quemque futurum puto, vbi rem diligentius considerarit, quin si vetus ecclesiae mos restituatur, et sanguis Dominicus Dominico corpori in mysteriorum dispensatione iterum societur, pleno integroque sacramento, quam parte vti malit, plura de hoc articulo legi possunt in Libellis, qui de hoc argumento vulgo extant, hoc titulo: Sitne Communio in vtraque specie Catholicis expetenda“: *Georgii Cassandri* de Articulis Religionis inter Catholicos et Protestantes controversis Consultatio, Coloniae 1567, 172.

acus[1], Bavaricus[2], Brunsuicensis[3] et Iuliacensis[4], quam dissimulanter circa calicem egerint, et quousque tandem uulgi excreuerit licentia, scio isthic satis notum esse.

Etsi nondum allati sint libri, quos Venetiis emit R. P. Natalis, tamen pecuniam a Rectore Veneto[5] postulatam primis diebus exsoluendam curabimus. Nondum uidimus defensionem societatis recens editam[6], sed mittet illam ad nos Rector OEnipontanus[7], nosque curabimus illam cito typis excudi.

Adjunxit suas ad filium litteras Medicus Monachiensis[8], et misit antea pecuniam: cupit autem uehementer eiusdem pueri rationem haberi, quem egrotum fuisse cognouit. Sollicitus etiam fuerat de suo filio[9] Consul Augustanus[10], quod sex fere mensibus nullas ab eo litteras accepisset, nisi quas modo illi reddidi. Verum de hoc Germanico Collegio scripsi alias. Ratio quaedam fortassis inueniri posset, ut et[a] parentes maturius pecuniam mitterent, et nostri in postulando minus laborarent.

Scripsit ad me D. Balthasar[11] ex Polonia[b], et respondi, ut consolarer fratrem in hac difficili peregrinatione, ubi opus est sane forti animo non minus quam apud Schitas[12] et Indos. Respiciat Dominus afflictam Poloniam simul et Germaniam, nec deserat istos turpissime se deserentes. Agimus gratias diuinae bonitati, quod Monachij magnum per nostros profectum dedit per quadragesimam, ut nunquam antea, praesertim cum ditiores et potiores conscientias suas nostris detexerint. Magna est P. Schorichii[13] dexteritas et singularis in concionando gratia. Cupimus autem cognoscere, quid respondendum uideatur Consiliariis Principis[14], dum iterum urgent ut mittamus in Bavariam concionatorem de quo saepe scripsi . Ingolstadii . D. Pisanus Polonicum Baronem quoque reddidit Ecclesiae[c] [15]. Verum haec pertinent ad Quadrimestres.

a) *In arch. corr. ex* ad. b) Colonia *ap.; v. supra p. 461.* c) *In arch. sequitur* redd, *oblitt.*

---

[1] Ferdinandus I. [2] Albertus V.

[3] Henricus iunior dux brunsvico-guelpherbytanus significari videtur; v. supra p. 152[6] 204. [4] Guilielmus. [5] P. Caesare Helmi S. J.

[6] Andradae „Orthodoxas Explicationes" Venetiis paulo ante excusas; in quibus Societas adversus Chemnitium defenditur. [7] P. Ioannes Dyrsius.

[8] Ioannes Thaumüller; cuius filius Balthasar in collegio germanico convictor erat.

[9] Ioanne Georgio? [10] Hieronymus Velserus, ut videtur; v. supra p. 20[4].

[11] P. Balthasar Hostovinus S. J.; v. supra p. 461. [12] Scythas.

[13] Georgii Schorichii, contionatoris monacensis; de cuius contionibus vide supra p. 482[2].

[14] Maxime Simoni Thaddaeo Eckio, praecipuo eius cancellario; v. supra p. 448.

[15] Fr. *Joseph Siculus* S. J. in collegii ingolstadiensis *litteris quadrimestribus Ingolstadio 2. Maii 1564 datis refert: In universitate „mediocrem numerum" versari Polonorum, ex quibus duo sint comites, tres barones, alii nobiles; quibus ipsorum rogatu a P. Alphonso Pisano festis diebus „euangelia" (latine) explicentur (ex litterarum apogr. paulo post in collegio coloniensi scripto. Cod. col. „L. Qu." f. 171[b]). Nomina comitum reliquorumque nobilium polonorum, qui sub hoc tempus Ingolstadii litteris studebant, posuit *Mederer* l. c. I 264—279.

Quod superest, nos plurimum commendamus sacrificiis et precibus R. P. T. P. Natalis . P. Polanci ac reliquorum Patrum ac Fratrum omnium. Augustae 8. Aprilis .1564. Seruus in Christo P. Canisius.

Nunc adferuntur 22 Martii datae. Ac de Rectore quidem Dilingensi altero[a] designando nulla est cura opus, et monebo P. Everardum[1] Provincialem de aduentu D. Dionysij[2], ut ne ulla fiat Rectoris mutatio Treuiri[3].

Agimus gratias R. P. T. quod prudenter nos moneat de recto usu nostrorum Preuilegiorum, ne ullum fiat a nobis praeiudicium Decretis Concilii[4]. Quod neque publicabitur, neque publicandum esse putamus in hac misera Germania[5]. Unde maior nobis manebit libertas ad preuilegia nostra conservanda. Sed Rectores tamen monebuntur de Sententia R. P. T. Quod ad uisitationem collegiorum attinet, cras Dilingam ac demum Jngolstadium adibo ut scripsi, abfuturus forte 20 diebus, ut utrique collegio uisitando detur opera, praesente mihi ad tempus fratre[6], ut melius consulatur collegiis. Monachium adire minus necesse est. Oenipontum uero licebit commodius proficisci mense Junio aut tardius. Verum de hoc statuam cum aliis Rectoribus, et tempus ipsum forte consilium dabit Deo[b] auxiliante.

De M. Christophoro Herrera quid scribam nescio[c], nae excusando se ille incusat alios pro sua libertate. Magna illius in uictu habita est ratio sicut praecepit S. Obedientia et alij praesentes Dilingae testabuntur. Deinde obtulimus illi collegia, in quibus demoraretur. Sed dixit ille, se non posse manere in Germania diutius, imo fassus est etiam se propterea non progressurum per collegia, ut alii solent, ne[d] Romanis litteris alicubi haerere praeciperetur. Omitto quod suis ipse litteris ad P. T. datis testatus est, se Romam petere uelle ut restitueretur sibi honos quem a fratribus quibusdam imminutum ac violatum esse nescio quo spiritu praesetulit. Rogavimus illum subornatis etiam in hoc fratribus Dilingae, ut se[e] sineret retineri ad tempus, etiamsi nihil doceret, utque honori collegii consuleret; quod non posset scholasticis non esse molestum, se utroque philosophiae lectore, intra primos illos menses destituj. Deinde Augustae me uoluit admoneri de itinere maturando, cum nondum februarium essemus ingressi. Vereor ergo, ne undique captet ille qualescumque excusationes,

a) *In arch. sequitur* nunc, *oblitt.* b) *In arch. sequitur* volente, *oblitt.* c) *Ita in arch. correctum est ex alio quodam verbo* (breui? haereo?), *quod libr. scripserat.* d) in *ap.* e) *In arch. sequitur* Dilingae, *oblitt.*

---

[1] Mercurianum, Germaniae inferioris praepositum provincialem.
[2] P. Henrici Dionysii. [3] Treveris P. Antonius Vinck collegium regebat.
[4] Vide supra p. 473—474.
[5] Hunc metum fuisse nimium rerum eventus postea monstravit; concilium in magna Germaniae parte promulgatum est; in qua re, id quod potissimum ex proximis huius operis voluminibus intellegetur, Canisii quoque opera intercessit.
[6] P. Theodorico Canisio.

non obseruata lege charitatis et gratitudinis Patribus et fratribus Dilingensibus debitae.

Quod ad librum de communione contra Calixtinos tractantem attinet[1], lectus et probatus ille fuit a Principe[2], iamque datur opera, ut eiusdem Principis authoritate opus excudatur Ingolstadii, nulla tamen nostrorum mentione facta. Unde nihil obstabit, ut spero quominus edatur, licet Princeps etiam nihil addat. Solent enim Germani Principes cauere diligenter ne quid edatur suo nomine controuersum et Sectariorum Calumniis expositum.

Libenter accipiemus, quae Patres correxerint in libro lectionum Ecclesiasticarum, et Bullam Coenae Domini hoc anno editam. Negant quidam Concilium a Pontifice confirmatum esse[3].

Quod ad M. Florentium attinet[4], uideo illum abhorrere a suis inuisendis quod offensos[a] et infensos sibi fore putat: Ut hic autem maneat, praesertim cum uicina domus non praebeatur, nec illi, nec nobis expedire uidetur. Igitur satius futurum ducebam, ut equum et uiaticum illi Coloniam abeunti adderem, ubi tantisper maneret, dum responsum accipiat a P. Provinciali[b]. Rogamus ad eundem scribi mentem[c] [?] R. P. T. Hunc per litteras admonebo, ut iudicet de bono doctoque uiro coram, qui sane confidit se melius habiturum, cum ad uictum aeremque patrium propius accesserit, et qui paratas offert operas ad quoduis etiam uile ministerium, homo plane candidus, et dignus qui se[d] [?] melius habeat, a nobis non rejiciatur, sicut et indicat R. P. T.

Ut breuiter dicam de sumptibus et uiaticis fratrum, qui hodie Dilingam profecti sunt . Acceperunt illi Romae 40 ducatos neque satis haec fuit pecunia. Rector oenipontanus[5] 3. ducatos adiecit. Dati erant 28 ducati M. Florentii nomine, ex his illi supersunt seminouem ducati. Unde ad reliquam uiam habebit uiaticum, equo illi simul adiuncto. Igitur scire cupio quid quantumque Dilingenses debeant Romae, si forte Procurator Cardinalis[6] non exoluet impensas nostro collegio.

a) *In arch. sequitur* esse, *oblitt.* b) *Quae sequuntur, usque ad* Hunc *excl., in archetypi margine ascripta sunt.* c) *Verbum in arch. obscurius scriptum.* d) *Sic ap.; corrigendumne* si?

[1] De hoc libro, a P. Paulo Hoffaeo (Canisio aliisque Sociis iuvantibus) conscripto, v. supra p. 470; multa de eodem infra dicentur.

[2] Sub hoc tempus Albertus V. Bavariae dux sententiam mutare coeperat: atque, tum Sociorum, tum consiliariorum quorundam (maxime, nisi fallor, Simonis Thaddaei Eckii, Onuphrii Perbingeri, Christophori Elsenheimeri) suasu a concessionibus faciendis magis magisque abhorrere et ad homines in ecclesiam rebelles severius tractandos inclinare coepit (*Aretin* l. c. 116—120. *Riezler* l. c. IV 518—520).

[3] In consistorio quidem concilium confirmatum iam erat (v. supra p. 474); sed controversiae quaedam de bulla, qua confirmatio concilii pronuntiaretur, conscribenda (utrum in ea concilium plene an cum moderationibus et exceptionibus quibusdam confirmandum esset) inter pontificem et cardinales quosdam ortae erant (*Döllinger,* Beiträge I 551—554. *Pallavicino* l. c. l. 24, c. 9, n. 4).

[4] Martinum Florentii S. J., amsterodamensem; v. supra p. 460.

[5] P. Ioannes Dyrsius.

[6] Antonius Lorenzino? Cf. supra p. 477.

Venetijs dolent nostri, quod magna pecuniae summa litteras nostras redimere cogantur, cum ego bis tantum aut ter ad illos miserim, cum nescirem, ubi reperiri posset R. P. T.[1] Mitto nunc per D. Marcum Fuggerum, quae in Urbem scribuntur.

Commendat se nostris precibus optimus Cardinalis Varmiensis, qui ex Episcopatu suo ad me scripsit, nec diffitetur in hoc itinere multa sibi molesta saepe accidisse[2].

Dolemus pecuniam nostris litteris alligatam de qua scripseram, mala fide interceptam esse.

Est aliqua inter P. Dyrsium et P. Hermetem[3] emulatio, ut intelliget R. T. ex adiuncto scripto Rectoris Oenipontani. Consolor ego Rectorem[a], et moneo, ne facile disputet cum eo, sed pleraque conniueat, quoad fieri potest sine scandalo. Cupit autem M. Hermes venire ad me, nec ausim hoc illi negare, ne peius habeat accepta repulsa, cum fortassis cupiat etiam recreare corpus, neque solum ut scribit, se mihi aperire.

Dominus nostros maiore instruat gratia in suam gloriam. Augustae ut supra. Seruus in christo P. Canisius.

Al molto Reuerendo in christo Padre. Jl Padre M. Jacomo Laynez Praeposito Generale della Compagnia di Jesu. Jn Roma.

Quae de Maximiliani II. alieno a Canisio animo in his litteris significantur, confirmari videntur dicto quodam eiusdem Maximiliani, quod nuper rettulit *Robertus Holtzmann*, Kaiser Maximilian II. bis zu seiner Thronbesteigung, Berlin 1903, 358; scribit enim hic, Maximilianum, cum d. 7. Aprilis 1560, quae erat Dominica Palmarum, Vindobonae contioni Canisii, de eucharistia dicentis, interfuisset, se in posterum eiusdem contiones auditurum negasse eo, quod ille omnia confudisset et in dicendo sibi ipse non constaret („einmal predige er weiss, das andere Mal wieder schwarz"). At Canisius 7. Aprilis 1560 Augustae Vindelicorum in ecclesia cathedrali, cuius contionator haud multo ante constitutus erat, et mane et vesperi contionatus est neque eo anno Vindobonam venit ante m. Maium; neque ullo ex annis, qui annum 1560 proxime vel antecesserunt vel secuti sunt, Canisius tempore paschali Vindobonae fuit; quae omnia Holtzmann cognoscere potuerat ex *Can.* II XL LVI 376—382 637 814—817 833 845—846; III XXXIX XLVII etc. Sed doctus ille vir, qui Argentorati librum 600 fere paginarum de Maximiliano II. edidit et Canisii mentionem 19 huius libri locis facit (quid idem de Maximiliano senserit, pro eodem vel adversum eum egerit, narrans), ignorabat fortasse, Friburgi Brisgoviae Canisii „Epistulas et Acta" ad a. 1541—1562 pertinentia tribus voluminibus vulgata esse, in quibus de Maximiliano varia eaque nova vel a Canisio, vel ab aliis, qui principem noverant, referuntur; vide e. g. *Can.* I 524—528; II 194[1] 577 740; III 78 95 107 116 142—143 269 326 562 584 etc. Neque scio quomodo factum sit, ut Holtzmann, cum de Canisii catechismo dissereret, libro „Entstehung und erste Entwicklung der Katechismen des seligen Petrus Canisius", Friburgi Brisgoviae 1893, adhibendo supersederet. Fugit eundem (nisi fallor), inde ab a. 1894 a doctis quibusdam Societatis Iesu viris hispanis Matriti volumina multa (quae etiam Friburgo Brisgoviae possunt peti) „Monumentorum historicorum Societatis Iesu" vulgata esse atque etiam nunc vulgari, in quibus de Maximiliano complura ab hominibus illius temporis aequalibus

a) *In arch. sequuntur vv.* non facile, *oblitt.*

[1] Cf. supra p. 428 443. [2] Vide supra p. 469. [3] Halbpaur.

referuntur; ut in „*Epistolis* mixtis“ V, Matriti 1901, 76 696 698, in „Epistolis P. *Hieronymi Nadal*“ II, Matriti 1899, 225 263 343 etc.

Lainius Canisio per Polancum rescripsit 22. Aprilis 1564.

1046. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO.

Roma 11. Aprilis 1564.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „Padre Canisio“. Cod. „Germ. 1561“ f. 79ª—80ª.

Pastelio fidi potest. Catecheta non mittetur, antequam pestilentia cessaverit. Toleti et Ledesmae libri Venetiis excudi possunt. De ratione vivendi et docendi dilingana, horto etc. agendum cum Ottone cardinale; qui 12 000 Duc. a Philippo II. donatus Genuam rediit; rector; Curillonius. Rector vindobonensis contionando et docendo supersedere iussus. P. Victoria. Moronus in Germaniam non ibit; calicis negotium deferbuit; Canisii de eodem scripta cum pontifice per cardinalem Borromaeum communicantur. Alberto V. duci vehementer, ut Socii Bavariae regiones haeresi maxime infectas contionando iuvent, instanti satisfieri debet, idque, si ducis rogatu Augustani assenserint, etiam per ipsum Canisium, alio interim Augustae contionante; controversiae fidei tractandae; ratio orationum per hebdomadam ad rusticos habendarum. Visitationes. Ariae Montani Rhetorica versibus tradita. Andradae liber per collegia distribuendus etc. Novicius in angustiis constitutus Canisio commendatur. Bulla Coenae. Nova facultas absolvendi ab haeresi. Epistulae ad Eisengreinium et Gumppenbergium.

Pax christi.

Riceuemmo quelle di V. R. de .25. del passato[a], et speramo che auanti la pasqua saranno arriuatj li nostri che si mandorno per dilinga . mastro Gerardo[1] che lei dice sera probato solo auisaro che qua si teneua satisfactioni[b] [?] di luj, et non conuiene mostrarli diffidentia.

Del Mandar Cathechista Tudescho[2] presto se uedera se potra darsi qualche agiuto di qua, ma non ci scriue .V. R. se la peste sia cessata, et auanti che quella cessj non pare se deueriano multiplicare piu del solito li conuenti delli homini. Del stampar quelle opere del .D. Toledo, ò del D. Ledesma non accadera usar sollicitudine, che il Tramezzino libraro Venetiano intendo lo fara uolontierj.

circa il modo del insegnar et uiuere in Dilinga si è cominciato a pensare sopra la mutatione, et al hora se scriuira in resposta di questo punto, uederemo in questo mezzo se il Cardinale se ne ua al suo Vescouato, gia che sappiamo è ritornato à Genoua colle Galere[3], non so se hauera impetrato qualche cosa dal Rey Philippo . oltre .12. mila ducatj che perle spese del uiagio intendiamo li ha dato[4].

a) passado *ap.* b) *Sic ap.;* satisfactione?

[1] Pastelius; v. supra p. 460 477.

[2] Augustam eum mitti cupiebat Canisius; v. supra p. 477.

[3] Otto cardinalis Augustanus, Barcinonem advectus, cum Philippum II. regem ibi invenisset, Rudolphum et Ernestum Maximiliani II. filios ei in manus tradidit et iisdem, quibus venerat, triremibus in Italiam rediit, ut augustanam ecclesiam inviseret (*Cyprianus* l. c. 357).

[4] Verisimile est, cardinalem sicut a Sigismundo Augusto Poloniae rege pecu-

Hor uada à Dilinga, hor uenga à Roma pare che della mutatione sara ben conferire con sua Signoria Jllustrissima.

Per hunc tabellarium et Coloniam et ad P. Everardum [Mercurianum] litteras mittimus, quibus eos aut P. Henricum [Dionysium] aut P. Antonium Vinck Dilingam mittere iubemus . del hauer casa piu commoda con horto si potra trattare col Cardinale. .V. R. ne habia cura, del D. Couillon quando non sia piu necessario in Dilinga uedera V. R. si debia star[a] in Augusta ò altroue.

Si è scritto à Vienna che il .P. Lorenzo[1] lasci star le lectioni et predjche, et attenda al gouerno, Si è anche chiamato in Jtalia el P. Victoria[2].

Jl Cardinal Moron non andera altrimente in Germania ma se intende che anderanno doi altrj Prelatj per trattar delle conditioni del Calice conle quali se potra permettere[3] . cio che .V. R. ha scritto in questa materia si è mostrato al Cardjnal Borromeo[4] et lasciatoli anche copia accio la possa mostrare à sua Santita . non uedo che adesso tanto se riscaldino in questa concessione come prima, et forse che alla giornata piu si rifreddara.

Si è uista la instantia che fa lo Jllustrissimo Principe di Bauaria[5] per hauer alcuni de nostrj che uadino per quella parte piu infetta del suo stato predicando et agiutando quelle anime nel negotio della relligione, et in uero il bisogno grande del Paese, et la pia instantia del Principe, et l'obligo che noj hauemo de compiacerlj in cosi santo desiderio pare ci sforzino, à far quello che potremo per seruirlo, et cosi N. P. si è risoluto di farlo, et ci occorreua che il Padre Schorrichio poi che loro nominatim lo ricercano potria esser uno al quale bisognarebbe dare un buon compagno Sacerdote, et se fossj uersato nelle Controuersie piu di luj sarebbe tanto meglio, per che in tanto

a) *In ap. sequitur* altroue, *oblitt.*

niam ad collegii dilingani institutionem petierat (v. supra p. 359), ita Philippo II. idem collegium commendasse. [1] Maggio, collegii rector; v. supra p. 479.

[2] *Polancus* nomine Lainii Roma 25. Februarii 1564 Vindobonam ad P. Ioannem de Victoria *scripsit: „N. P. Preposito si è rissoluto, che V. R. uenghi in queste parti, doue per le multe fundationi delli Collegij che si fanno, et sono per farsi alla giornata l'opera sua è necessaria, et sarà meglio collocato il talento concessoli da Jddio N. Signore, che in Alemagna nelli negocij detti; et ancora in questo si tenghe qualche rispetto alla consolatione di V. R., che ha domandato più uolte esser allegerito di tal peso" (ex apographo totius epistulae eodem tempore scripto. Cod. „Germ. 1561" f. 56).

[3] Zacharias Delphinus, apostolicus apud caesarem nuntius? Id certe Ferdinando I. non fuisset ingratum (*Döllinger,* Beiträge I 562). Et Carolus Vicecomes (Visconti)? Quem m. Septembri a. 1564 in Austriam et Bavariam missum esse constat. Aestate a. 1565 Leonardus Marini O. Pr. archiepiscopus lansanensis (Lanciano) et Petrus Guicciardini auditor Rotae pontificis nomine de coniugio sacerdotum etc. cum Maximiliano II. caesare egerunt (*Raynaldus* l. c. in a. 1565 n. 3. *Turba* l. c. III 295 299).

[4] Sancto Carolo Borromaeo, Pii IV. nepoti. [5] Albertus V.

che non si po predicare alli populi li di di lauoro potrebbe studiar' dette controuersie benche in alcuni luoghi si troua buon modo de predicar alli populi etiam li di de lauoro, ò de buona matina prima che uadino à lauorare, ò la sera dopoi che ritornano dalle faccende.

Anche si[a] puo consegliare à quelli del Duca, ò al medesimo Principe che lui come da se ricerchj il Cardinal Augustano et anche il Capitolo per hauer .V. R. prestato per .2. mesj per[b] attendere al medesimo effetto con un altro compagno sacerdote che possa agiutar nelle confessionj per che .V. R. con l' auctorita sua et gratia che Dio li ha dato speramo farebbe un gran fructo nella[c] Bauaria, et per questo tempo forse se potrebbe ottenere dal Cardinal et Capitolo l' opera di .V. R. che potrebbe anche uisitare li Collegij de Jngolstadio, et Monachio, et expedito in breue di quelli far l' altra peregrinatione . quando non ci fossi ordine di leuar V. R. di la sanza dar ricompensa de predicatore forse che il Padre Martino[1] supplirebbe molto bene il suo luogo se gia non paresse piu expediente che detto Mastro Martino facesse la peregrinatione detta dandoli un buon compagno, et il Padre Schurichio potrebbe predicare in Augusta, finalmente non si manchj di dar questa sodisfactione al Duca, et di la disponeranno della cosa come megljo li[d] parera .V. R. scrjua à .N. P. di quel che si è fatto di quella Retthorica in Verso[2], et per che gia scrisse che si trouauano non so che fallj uorriamo saper qualj siano, et se finalmente si pensa che si habia da stampar dj la.

Jl .D. Payua lascio ordine in Venetia de dar alcuni librj[3] a .V. R. sara ben che lej dia auiso al Rettor di la della uia per la quale uole li siano mandatj et pare ragioneuole che ad ognj Collegio tanto della Bauaria como del Austria si mandj un libro, et anche si potrebbe mandare alli altrj della inferior germania et Francia. VR. adunque auisi a Venetia della uia, et à N. P. del numero che uole.

Jn Francfordia credo uendera[e] il Giordano[4] gran quantita de questi librj . un certo giouene chiamato Philippo di molto bone partj scriue il Rettor de Treuerj mandarebbe à .V. R. cio è, li darebbe instructione che del suo paese doue era andato facessi ricorso à V. R.

a) *Sequitur* conseglia, *a libr. oblitt.* b) *Sequitur* che, *a libr. oblitt.* c) nelle *ap.* d) *Supra versum scriptum.* e) uedera *ap.* *Cf. supra p. 471.*

---

[1] Stevordianus.

[2] Ex *Polanci* litteris 16. Septembris 1564 ad Canisium datis intellegitur, huius rhetoricae versibus traditae auctorem fuisse Benedictum Ariam Montanum (1527 ad 1598) hispanum, sacerdotem ordinis militaris S. Iacobi; qui in concilio tridentino Martini Peresii Aialae episcopi segobiensis theologum egit, a Philippo II. Bibliorum polyglottorum editioni antverpiensi praefectus est, carmina latina composuit, Sacram Scripturam variis commentariis egregie interpretatus est (*Hurter*, Nomenclator I 74—77).

[3] Canisius Payvam de Andrada in his „Orthodoxis Explicationibus" conscribendis adiuverat; v. supra p. 22 35 339.

[4] Iordanus Zilettus, qui Andradae librum excuderat; v. supra p. 471.

per fermarsi in qualche Collegio di sua prouincia[1] .N. P. lo ricommanda alla Charita dj V. R. se andera di la.

Qui si manda una Bulla in Coena Domini come mi par l ha ricercata .V. R. Si manda anche la Copia della gratia che di nouo ci ha concesso il Cardinal Alexandrino Summo inquisitore per absoluere de casi de heresia.

Si manda anche qui una lettera per il .D. Martino et altra per il Preposito Basiliense et Eistatense in resposta de altre che loro hanno scritto[2], qui ua anche una lettera per il Rettor de Monachio, et altre perli Rettorj de Treuere et Moguntia[3] et Colonia, Al Prouinciale se scriue per uia de Anuersa, et ad altri luoghi di Fiandra. resta solo etc. Di Roma li XI de Aprile 1564.

Una cum his litteris, ut ex ipsis intellegitur, Canisio, praeter alia scripta, haec missa sunt:

1. *Exemplum facultatis hominum ab haeresi absolvendorum recentis, Societatis sacerdotibus a *Michaele cardinale Gislerio* O. Pr. (Sancto Pio V.) supremo inquisitore concessae; videtur autem haec fuisse facultas: „Si da facoltà alli sacerdoti della Compagnia di Giesù per tutta l' Alemagna, Fiandra, Francia, et Jtalia di poter absoluere ab haeresi tutti coloro, che non siano disfamati. Con questo però che 'l Confessore usi ogni diligentia prima per indurre il penitente ad andare dall' Jnquisitore doue sia inquisitore[a] à reuelare i complici . et quando accio indurre non si potessero debbono auertire i tali penitenti che l' absolutione, che loro li danno non è per giouarli nel foro esteriore, con ciosia, che se fussero scouerti sarebbon castigati et inquisiti: ma solo nel foro interiore, et nel conspetto di Dio se saranno contriti ueramente di suoi errori" (ex apographo eiusdem fere temporis. Cod. „Decreta et Instructi. 1540—1573" f. 244[a]). Missae sunt

2. Epistulae ad Martinum Eisengrein, professorem theologiae et parochum ingolstadiensem, et ad Ambrosium a Gumppenberg, praepositum basileensem et eystettensem[4], datae. Atque Gumppenbergio *Lainius* 11. Aprilis 1564 *scripsit, se re-

a) *Sequuntur vv.* a riceuere, *a libr. oblitt.*

[1] Philippus Vormatiensis, Sociorum treverensium discipulus, a. 1562 Treveris a P. Natale in Societatem admissus, exeunte a. 1563 a P. Antonio Vinck, rectore treverensi, Vormatiam missus erat, tum ut morbo quodam pedum, quo laborabat, levaretur, tum ut matris animum flecteret; hanc enim cum filii in Societatem ingressu acquiescere ex signis quibusdam colligi posse Socii censuissent, ipsa postea, quod Philippus in Societate viveret, vehementer sibi displicere significaverat. Ac rector treverensis Philippo suaserat, ut, si Vormatiae valetudinem recuperasset, matris vero consensum non impetrasset, ipse ad Natalem, si is in Germania esset, vel ad Canisium iret; a Natale autem idem rector petierat, ut Philippum Canisio magnopere commendaret (Epp. *Nadal* II 472—474).

[2] Vide, quae sub ipsas has litteras secundo loco scribentur.

[3] In hac *epistula *Polancus* nomine Lainii Roma 10. Aprilis 1564 P. Lamberto Auer S. J., collegii moguntini rectori, scripsit: „Delli mediocri nel ingegno et lettere .V. R. potrebbe scriuere al P. Canisio il quale forse ne potra riceuere alcunj nella sua prouincia" (ex apogr. eiusd. temp. Cod. „Germ. 1561" f. 75[b]).

[4] Sedulus hic atque inquietus vir (cf. supra p. 414[2]) inde ab a. 1525 multis negotiis ecclesiasticis intererat (Allgemeine Deutsche *Biographie* X, 122. *Steinherz* l. c. III 117 172 239 502). Fuit is etiam protonotarius apostolicus, canonicus cathedralis ecclesiae augustanae, canonicus herbipolensis; vita cessit 4. Septembris 1574 (*Corb. Khamm* O. S. B., Hierarchia Augustana I, Augustae 1709, 617).

lationem („spaccio") ipsius litteris (v. supra p. 482) adiunctam cardinali Borromaeo tradidisse; ea quoque, quae Eisengreinius scripsisset, cum eodem cardinale communicata atque ita ad summum pontificem relata esse (ex epistulae apographo, eodem fere tempore scripto. Cod. „Germ. 1561" f. 79[a]). Epistula autem Eisengreinio destinata vel periit, vel mihi praesto non est; exstant vero ipsius *„Martini Eisengrein"* *litterae Ingolstadio 12. Martii 1564 ad Lainium datae, in quibus hic: „Paternitati tuae Reuerendissimae", inquit, „vel hoc nomine me obligatissimum fateor merito, quod plurima a Societate, cuius ipsa supremum, gracia Dej, praesidem agit, in me profecta sint a multis iam annis beneficia. Nam, vt plurima alia, quae et in Theologicis gradibus nuper Jngolstadij, et in Professione ordinaria Viennae Austriae consequendis superioribus annis mihi contulit, silentio praeteream: Quod e faucibus haeresum ereptus, Ecclesiae Dei restitutus[a], id, post Deum, Sanctae Societatj Vestrae gratissimo animo acceptum fero[1], Nec quicquam ferme est, quod animum tantopere excruciet meum, quam quod gratitudinem meam quoquo saltem modo declarandj occasio defuerit hactenus. Quae sane quam primum se obtulerit, equidem, nihil studij, laboris, diligentiae praetermittam, Vt eum me esse omnibus innotescat, qui Sanctam Societatem Vestram, longe lateque, per Germaniam propagatam et indies auctam ex animo cupiam: Neque enim aliud contra haereses magis magisque invalescentes remedium, non antidotum efficacius restare videtur, quam si Viri ingenio eruditione, pietate clarissimj ijs opponantur, Quos plurimos eosque insignes ex Societate Vestra cum maximo Ecclesiae fructu prodeuntes cernimus, Cum reliquus in Germania clerus, securus quasi in vtramque dormire aurem videatur, Ac si nihil, quae prae oculis est strages, totque animarum miserandus occasus, ad eos pertineret. Non sine lachrimis intueri posset Reuerenda Vestra Pat. quarundam in Germania Ecclesiarum statum, tam miserum, tamque Cleri enormibus flagicijs, Catholicis exosum, haereticis ludibrium plane redditum. Neque tamen adhuc a vitijs cessant, Non iustum Catholicorum odium, non adversariorum fidej orthodoxae insultatio, Non religionis interitus tantum apud eos efficere possunt, vt vitae morumque rationem instituant meliorem, Quin potius scelera sceleribus accumulantes, et iram dei magis provocant indies, Et Ecclesiarum[b], quas possident, perniciem certissimam accelerant, Exemplo nobis, proh dolor est, longe clarissimo, vicina nobis Ratisponensis Cathedralis Ecclesia, In qua propter duos ibj praecipuos Lutheranae perfidej[c] [?] antesignanos Illiricum et Gallum in ovile Christi, mirum in modum grassantes, virj bonj, pij, honestj, et nonnulli etiam ad docendum aptj, constituendi forent, Verum quid fit? Sentinam esse dixeris omnis generis scelerum. Videas ibi, non Concubinarios tantum, sed adulteros, sed incaestuosos, sed raptores, sed homicidas. Et quis omnia eorum flagitia commemoret? quibus a fide Catholica absterrent plurimos, in haeresi confirmant omnes." Quare Lainium rogat, ut, quae „contra electionem Episcopi nuper ibi factam" (27. Decembris 1563 Vitus a Fraunberg electus erat) Romam delata iam sint, ibidem diligenter consideranda curet, et simul instat, ne apud legatos ab episcopo eodem missos ulla sui mentio fiat[2] (ex autographo. Cod. „G. Ep. V" f. 121 122). Missae sunt

3. *Polanci* *litterae Roma 10. Aprilis 1564 Lainii nomine ad P. Lambertum Auer S. J., collegii moguntini rectorem, de negotio romano Danielis Brendel ab

a) *Supplendum esse videtur:* sum. b) *Sequitur* in, *ab E. oblitt.* c) *Sic autogr.; Eis. scribere volebat, puto:* perfidiae.

---

[1] Cf. *Luz. Pfleger*, Martin Eisengrein und die Universität Ingolstadt, München 1905, 4—8.

[2] Vitus episcopus „confirmationem" impetravit. Atque *Ioannes Pfister* canonicus frisingensis et Ottonis cardinalis Augustani consiliarius, in *Relatione de profectione sua passaviensi, ratisbonensi etc. sub 20. Augusti 1564 scripta Vitum sibi „veteri amicitia" iunctum scribit eiusque „integritatem, animi candorem, in Catholicae Ecclesiae unitate fouenda ardorem" laudat (ex relationis commentario, quod exstat Monachii in archivo regni bavarici, „Freising. Hochst. Litt. III C/I, 204").

Homburg, archiepiscopi et electoris moguntini, datae. Qui cum et Societatis collegium a. 1561 Moguntiae a se incohatum certis reditibus stabilire et contubernium quoddam pauperum, qui sub Sociorum disciplina viventes ad sacerdotium instituerentur, condere et in hos usus tum monasterium aliquod moguntinum (carmelitanum cogitaverat, deinde franciscanum dare maluit[1]), tum bona quaedam ex reditibus archiepiscopalibus sibi obvenientia convertere vellet, haec efficiendi potestatem sibi per litteras pontificias, easque illius generis, quod nomine „Motu proprio" significabatur, (ne quis „subreptionis" vel „obreptionis" exceptione adversus eas uti posset) vel tribui vel confirmari cupiebat. De his igitur litteris Polancus Auero scripsit: „Del motu proprio che se ricercaua perlo Illustrissimo electore si è risposto che lej[a] [?] si poteua agiutare del Decreto del Concilio Tridentino circa li Seminarij[2], et credo li parse dura la licentia de testare[3] per la quale si suole pagar compositione ordinariamente[4], Cosi io parlai al Cardinal de .S. Angelo summo penitentiario[5], et li dissi la difficulta che si faceua, et perche luj tiene grande auctorita nel foro della conscientia li ho dimandato dessi licentia accio potessi il Reuerendissimo Elector predetto spendere delli fructj ò intrate sue quel che li paressi perla fundatione del Collegio nostro et anche de quel altro perli pouerj che uol fare non obstante qualsi uoglia giuramento ò promessa che hauessi fatta al Capitulo come pare accennaua il Padre Prouinciale[6] poteua hauerla fatta . dopoi ho parlato al Cardinal Moron della dimanda tanto giusta, et uolse un memoriale il qual si fece per parlare à sua santita . non so si se hauera per questa uia un motu proprio . auisaro del successo. . . . L' application de quel monasterio che uol fare il Reuerendissimo Electore pare sarebbe al proposito, l' essempio de alcuna fundatione la[b] [?] potrebbe hauere .V. R. del Padre D. Lanoy, ò del Padre Canisio, et forse di qua li mandaremo una copia . ma per stabilir bene quello che uorra applicare sua Signoria Jllustrissima farebbe assai la confirmation della Sede Apostolica drieto alla quale non potrebbe il Capitulo ne il Successore disfar quel che lui fara" (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1561" f. 75^b—76^a).

Canisius Lainio rescripsit 29. Aprilis 1564.

1047. CANISIUS **WENDELINAE VOM TRIEST** sorori.

Dilinga 13. Aprilis 1564.

Ex autographo (2°; 1 p.; in p. 4. inscr. et pars sig.).

Epistula primum vulgata est in „Kerkelijke Courant, Katholieke Nederlandsche Stemmen" 31. Jaarg., Arnhem 1865, n. 437.

Wendelinam sororem ac per eam reliquos fratres, sorores, propinquos adhortatur, ut in romanae ecclesiae fide persistant, liberos serio ad pietatem instituant, peccata confessione et paenitentia expient, pacem et caritatem inter se servent, pauperes adiuvent.

a) *Sic ap.; corrigendum videtur* luj. b) *Sic; corrigendum videtur* lo.

---

[1] *Nic. Serarius* S. J., Moguntiacarum rerum libri quinque, Moguntiae 1604, 931. *G. Chr. Ioannis*, Volumen primum rerum Moguntiacarum, Francofurti ad Moenum 1722, 873. [2] De hoc v. supra p. 285 292—293.

[3] Potestatem dicere videtur testamenti faciendi nulla ratione habita vel legum canonicarum, quae de testamentis clericorum sunt, vel pactionis cum capitulo metropolitano ante electionem factae etc.

[4] Certam pecuniam sive „taxam" dicit; huiusmodi „compositiones" Romae a „Datario" solebant „expediri" tum in civilibus quibusdam „status ecclesiastici" negotiis transigendis, tum in hominibus a criminibus quibusdam potestate ecclesiastica absolvendis, tum in aliis gratiis et beneficiis sacris conferendis; id quod v. g. ex „*Consilio* quatuor delectorum a Paulo III. super reformatione S. Romanae Ecclesiae" intellegitur, quod posuit *Fr. Dittrich,* Regesten und Briefe des Cardinals Gasparo Contarini, Braunsberg 1881, 279—288.

[5] Ranutio Farnesio (*Ciaconius-Oldoinus* l. c. III 722—723).

[6] Everardus Mercurianus.

† Gottes gnad, lieb und fride sey mit vns alletzeit.

Liebe Schwester Wendel[1] ich hab gute hoffnung, ir bleibet mit allen vnseren brudern vnd schwestern[2] sterck und bestendig im heiligen Catholischen alten glauben. Das ist vor alle ding euch gut, nutzlich vnd selig in disem vnd zukunfftigen leben. Wee vnd aber wee allen abtrunnigen, eigensinnigen vnd leichtwerdigen newen Christen, die sich im glaubs sachen absunderen von der einigkait vnd gehorsam der lieben muter vnd Gesponsen Christi der h. Römischer Kirchen.

Zum anderen bitte vnd ermane ich ewch alle trewlich, das jr ewere kinder in Gotsforcht auffziehet, vnd als rechte Gottselige Eltern, mit worten vnd exempel die selbige weiset auff einen Christlichen eingezogenen wandel, jnnen nit lasset den zaum zu lang, sonder sie ernstlich straffet in der leichtferdigkait, buberey vnd allerley sunden, dweil jr vor Christi richtstul red vnd antwort habt zugeben fur jre Sele[3], die euch seynd vertrawet vnd befolhen.

Zum dritten ist mein embsige bitt an euch allen, das jr offt Got den almechtigen anrüffet vmb gnad, das jr ewere sunde meget mit warer beicht vnd büss in disem leben ablegen vnd ausstilgen, ehe dan die gerechthkeit Gottes anfahet in ihener welt zu vrthailen vnd zu straffen, was itzunder durch vnsere fawligkeit vnd nachlessigkeit da bliebt offt vngebeycht vnd ongebusset, Den so wir vns selbige itz vrthailen, so werden wir von dem strengen Richter nit geurthailet vnd gestraffet werden[4].

Zum vierten wollet docht vnder anderen lieb vnd einigkait haben vnd halten, als getrewe brüdern, schwestern vnd freündt, Lasset alle grolle, vnwille, geitz, hass vnd neid fallen[5], einer radte, helffe vnd deine dem anderen, wo vnd wan es vonnöten, J n d e r l i e b b l e i b e t[6] mit allen eweren nechsten, seyet barmhertzig den lieben armen, die werdens auch reichlicher bezalen, dan die reichen mit allem jren gunst, bracht, geschenck vnd beystant, Christus wirts bezalen[7], was jr guts thut seinen armen.

Zum letzsten waiss ich nit euch anders zu schreiben, dan dass ich hertzlich beghere euch zu sehen, im glauben eyferich, im gebett andechtich, im frieden vereiniget, im wandel Gotsfurchtich, endlich aber im ewigen vatterlant frölich vnd selig, durch Christum Jesum vnsern herren, der euch mit ein anderen von sunden erledige, von der verdamnuss behute, vnd im gute beware zum ewigen leben. Datum zu Dilingen[a] am 13 Aprilis 1564. Ewer bruder Doc. Pet. Canisius.

a) Auspurg *autogr. Quod cur correxerim, sub ipsas has litteras exponam.*

[1] Wendelina Canis, Petri Canisii soror, Godefrido vom (van) Triest nupserat, qui Noviomagi bis (id quod in proximo volumine copiosius ostendetur) consul sive magister civium (Bürgermeister) fuit; cf. *Can.* I 68—69 72—74 210—211; III 552.

[2] Horum nomina vide *Can.* II 481[6]. [3] Cf. Hebr 13, 17.

[4] Cf. 1 Cor 11, 31. [5] Cf. Col 3, 8; 1 Petr 2, 1. [6] 1 Io 4, 16.

[7] Cf. Mt 25, 34—45.

† Meiner geliebten Schwester Frawen Wendel vom Triest zu eigenen handen. Zu Nymmegen.

His Canisii litteris ascriptum est: „Auspurg am 13 Aprilis 1564“; proximis vero: „Dilingae .14 Aprilis 1564“; quas hoc die et anno datas esse etiam ex Polanci epistula 29. Aprilis 1564 Canisio missa patet. Cum autem in his Canisius scribat: „Veni Dilingam ante dies duos“ (id quod rebus ipsis, quae in litteris narrantur, confirmatur), eum Wendelinae sorori Dilinga, non Augusta scripsisse, nomen autem Augustae lapsu aliquo calami litteris ascripsisse censeo.

1048. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu.

Dilinga 14. Aprilis 1564.

Ex archetypo (2°; 3 pp.; in p. 4. inscr. et pars sig.): cuius partem extremam („Quod ad causam Nicolai“ etc.) Canisius sua manu scripsit; reliqua recognovit et emendavit.

Epistulae particula excusa est in Epp. *Nadal* II 652.

Canisius Dilingam profectus. Socius aliquis a medico augustano curatus. Quomodo collegio dilingano iam prospectum sit per novos Socios; quorum aliqui docendi periculum fecerunt. Novi rectoris contiones et catecheses. Inter Canisium et universitatis rectorem de horis scholarum et de campanae pulsandae ratione iam convenit; reliqua a Lainio constituenda sunt. Vacationis etiam tempore aliquid docendum esse videtur. Cur Haivodo contionandi munus non sit datum. Novicii Oenipontem missi. Socii galli in Galliam remittendi. Conradi Bruni domus. Visitatio collegii ingolstadiensis. Daemone auctore calix laicorum et matrimonium sacerdotum denuo expetuntur. Conciliabulum eius rei causa Vindobonae habetur. Spes est, pontificiam calicis concessionem frustra fore. Cassandri „Consultatio“. Augustam pestilentia iterum urit; canonici Sociis aedes promissas non dant. Dilinga extrudendus est Fr. Nicolaus Serratius, in docendo quidem gratus, sed qui mores non emendat et carmen probrosum, a Fr. Herrera victus dilingani impatiente sollicitatus, composuit.

† Pax Christi Admodum Reuerende Pater.

Respondi posterioribus ad me missis. Veni autem Dilingam ante dies duos, id est statim post adventum fratrum ex urbe missorum. Ac ualent quidem hic omnes sic satis Dei gratia. Redit nunc ex Augusta Ioannes Dominicus[1] quem ad 14 dies medicus Augustanus exercuit, ac speramus fore ut posthac melius habeat.

Iterum agimus gratias R. P. Tuae, et promotori nostro Patri Natali, de missis huc fratribus: Magistro Petro[2] Vngaro, qui cras auspicabitur Topica[3]; Magistro Gerardo[4] quem hoc tempore nulla onerabimus lectione, sed auditorem potius Theologiae faciemus, et Magistro Gasparo[5], Anglo, quem paulo post habebimus linguae Graecae et Arithmetices professorem. Dederunt hi tres aliquod nobis specimen suae doctrinae domi docentes: neque dubitamus quin satisfaciant auditoribus. Idem de Magistro Gerardo intelligo, qui utrique Magistro Rauenstein[6] et Magistro Petro in legendo substitui poterit, si quando sit ita necesse. Habent tres coadiutores destinatas sibi quoque functiones,

[1] Facciardus. [2] Hernath: v. supra p. 459.
[3] Aristotelis „Topica“ sive libros de re dialectica scriptos. [4] Pastelio.
[5] Haivodo. [6] P. Ioanni Rabenstein, professori „physicae“.

quibus facile respondebunt: Atque ita Collegio huic non parum esse prospectum videtur.

Novus Rector[1] non inuitus suscepit in se munus latine concionandi Festis diebus, ac praeterea docendi Catechismum. Quod ad usum Germanicae linguae attinet, opus idem habet mensibus aliquot, ut ad conciones germanicas publice habendas domi praeparet sese. sicut illum admonebo. Igitur, non solum iuuabitur Collegium, sed etiam Gymnasium hoc Dilingense, Doctoris Henrici praesentia, quem spero paulatim in hoc munere ita progressurum, ut rectius habeant tum nostri tum exteri domino auxiliante.

Scio mihi scriptum esse de mittendo huc ordine studiorum. ut publicae Gymnasij praelectiones rectius quam hactenus, instituantur. Nihil uero dubito quin cum hoc ipso ordine conuenient pauca illa, de quibus inter Rectorem Cornelium[2] et me nunc est ita tractatum, ut plane consentiamus. Primum quidem, ut ante prandium continenter nostri legant horis duabus, hoc est, a sexta usque octauam aestivo tempore: post prandium autem a prima usque ad tertiam duabus itidem horis continuis, quemadmodum Romae et alibi passim nostri docere consueverunt. Secundo, ut Theologi duo a nona usque ad decimam, et post prandium a 3ª usque ad 4ᵃᵐ profiteantur: quo tempore Logicus et Physicus professor, sicut et Rhetor, nihil docet. 3º ut ad horam 12 alternatim praelegant D. Conradus[3] et M. Gaspar[4]: ille quidem Hebraeam Grammaticam, hic vero Arithmeticam aut aliquid ex mathematicis. Erit haec hora libera quoque, ut omnium classium auditores eo possint accedere. Quarto ut aliquis hora 4ª[a] Grammaticam graecam doceat. Vbi rursus nulla erit in classibus alia lectio quae studiosos a graecis audiendis arceat[b].

5º ut nouus esset usus pulsandi campanam in lectionum principijs non secus quam in Collegijs nostris solet obseruari.

Et quoniam superiora nostris commoditatem diu optatam, nec minorem scholasticis fructum adferunt, sane confidimus fore. ut eadem R. P. T. calculo approbentur, praesertim, cum Rector Cornelius sic etiam iudicet expedire, neque ullum ex hac non graui mutatione periculum aut incommodum consequi uideatur. Expectabimus tamen reliqua, quae[c] superiores nostri ex usu tum Collegij nostri. tum huius Gymnasij fore putabunt. Suadet praeterea Rector. ut quo tempore uacationes a studijs esse solent[5], praesertim diuturniores, tum nostri

a) *Sic Canisius ipse correxit, quae libr. scripserat:* ut idem M. Casparus hora 4ª deinde.
b) *Sequitur:* Cogitaueramus quidem lectionem hanc Graecanicam Magistro Nicolao, uel Magistro Ioanni Dominico iniungere: sed Rector satius esse putauit: ut libera hora, quam dixi, uni assignaretur qui alijs quatuor lectionibus non esset impeditus. *At Can. ipse haec lineis transmissis delevit.*
c) *Sequitur* cum; *quod et ipsum Canisio oblitterandum fuisse vv. sqq. ostendunt.*

[1] P. Henricus Dionysius, noviomagus. [2] Herlen. [3] Swagerius. [4] Haivodus.
[5] Cardinalis Otto a. 1559 constituerat, ut „vacationes" a die S. Augustini usque ad diem S. Hieronymi (28. Augusti ad 30. Septembris) essent (*Specht* l. c. 32). Accedebant dies festi etc.

quoque aliquid profiteantur, ut in Ethicis, Mathematicis, controuersijs etc. quemadmodum Lovanij festis diebus publica est in Ethicis lectio et in iure quoque Canonico.

Quod autem M. Gasparum[1] ad munus concionandi non adhibeamus, partim fit propterea, quod Rector[2] hanc prouinciam honestius et fructuosius subire posse uideatur: partim quod uocem non satis ad dicendum aptam habeat; quodque in alijs quae dixi munijs magis ille collegio et studiosis, ut speramus, possit commodare.

Bartolomaeus nouitius[3] nullum hic progressum in studijs fecit, neque facere posse uidetur: quare illum uisum est oenipontum transferre una cum duobus alijs nouitijs Monachiensibus, quos Rector[4] iudicat utcunque probatos esse in spiritualibus studijs, et idoneos ad literas. Nullum est autem Collegium, ubi plures queant commodius ali Fratres quam oeniponti hoc tempore, cum habeant illic etiam pauciores.

Est Monachij etiam Pater Henricus[5] Gallus sacerdos, et aptus uidetur ad regendum Collegium aliquod loco Ministri: praesertim in Gallia, cum ignoret Germanicum Idioma . mittemus igitur hunc ad Prouincialem Galliae[6], priusquam grauius pergat decumbere. Nam aliquot[a] ab hinc mensibus necessario somno coepit destitui. Posset huic adiungi Gallus quidam alius e fratribus Monachij Rhetoricae studiosus[7], qui propter uitiosam ac natiuam illam pronunciationem saepe alijs risum commouet, bonus tamen et studiosus adolescens quem speramus in Gallia nostris non ingratum fore, modo permittat nobis R. P. T. hanc in mittendis istis facultatem[b]. De ijsdem scribit Rector [Monachiensis.

Scripsi alias legatam nobis esse domum Doctoris Bruni[8] cum onere q[uodam], ut nimirum circa centum florenos testamentarijs[9] exolua-

a) aliquod *arch.* b) *Quinque vv. sqq. ipsius Can. manu addita sunt.*

---

[1] Haivodum. [2] P. Henricus Dionysius; v. supra p. 497.

[3] Bartholomaeum Melitum (Militum?) tirolensem a. 1566 in collegio oenipontano mortuum esse ex eiusdem collegii ** Catalogo* exeunte a. 1566 ibidem conscripto intellegitur (Cod. „GSC 66" f. 414[b]).

[4] P. Theodorius Canisius, rector monacensis.

[5] Arduinus (*Can.* III 455. Epp. *Nadal* II 274). P. *Theodoricus Canisius* collegii S. J. monacensis rector Monachio 22. Martii 1564 Romam ad Lainium *scripserat: „De Patre Henrico conferam cum R. P. Prouinciali, vtilis hic esset, si vsum linguae latinae parare sibi aliquando posset, et accentus gallicos deserere" (ex autographo. Cod. „G. Ep. V." f. 165[b]).

[6] P. Oliverius Manareus tunc Galliam cum commissarii potestate administrabat; cf. *Sacchinum,* Hist. S. J. II, l. 8, n. 75.

[7] Ludovicus Gallus? Cf. *Can.* III 494 495 et Epp. *Nadal* II 377. Ioannes Gallus? Vide Epp. *Nadal* II 377 et infra p. 507.

[8] Conradus Braun, canonicus augustanus, domum hanc dilinganam Sociis legaverat; v. supra p. 361.

[9] Non (id quod antiqua latinitas habet) = testamenti scriptoribus, sed — id quod res ipsa ostendit — pro loquendi ratione medio aevo usitata = testamenti executoribus vel heredibus testamento institutis; cf. *Du Cange* l. c. VIII 84.

mus. Nunc ut intelligo nostri Cardinalis erit, hanc pecuniae summam pendere, qui in fundatione ipsa hanc sibi domum excepit, sibique relinqui uoluit: Vnde non est cur de illa uel redimenda uel occupanda solliciti simus.

Manet apud me adhuc Rector Monachiensis, quem adducam hinc discedens Ingolstadium, ut circa illius Collegij uisitationem assistat mihi propter multa et grauia quae illic tractanda esse uidentur, ut alias explicabo[a] [?]: praeterea[b] ut curet suam ille ualetudinem.

Ex adiunctis scriptis, quae Rector Dilingensis[1] attulit nobis, facile cognoscet R. P. T. non dormire sathanam sed ad calicem fabricandum[c] et ad sacerdotia vxoriosa[d] [?] nouos excitare motus in Germania[2].

Vocati nunc sunt Viennam Theologi quidam nescio quales, ad confirmandum, ut creditur istorum studium, qui sine calice[e] et coniuge Christiani esse nolunt[f] [3]. Audiui et ego, Breue alicubi concessum extare; sed confido tales adiectas esse conditiones, quae concessionem ipsam in Germania inutilem reddant[4]. In Concilium eorum ne introeat anima mea[5]: fortasse his literis adiungetur consultatio[6] de hac ipsa Communione pestilenter aedita et nuper a me promissa[7]. Dominus conseruet Catholicos a falsis fratribus[8].

Commendamus R. P. T. sacrificijs et precibus Collegium hoc Dilingense, de quo plura scribam proxime confectis rebus omnibus Christo adiuuante. Augustae pestis propemodum extincta reuiuiscit et recrudescit. Sit misericordia Domini super nos semper[9] intercedentibus pro nobis patribus et fratribus omnibus. Nescio qui fiat ut Canonici

a) *Vel* explicaui; *v. obscurius scriptum est.* b) *Hoc v. et 5 sqq. ipsius Can. manu addita sunt.* c) *Quattuor vv. sqq. ipsius Can. manu addita sunt.* d) *Sic; corrigendumne* uxoria? e) *Duo vv. sqq. ab ipso Can. addita sunt.* f) *Sic Can. ipse correxit ex* esse non possunt nec uolunt.

---

[1] P. Henricus Dionysius.

[2] In litteris quadrimestribus collegii *coloniensis* S. J. Colonia 1. Maii 1564 datis narratur, primis a. 1564 mensibus „periculum ingens" coloniensi „dioecesi imminere visum esse a petentibus utramque speciem et coniugium sacerdotum", ideoque Sociorum rogatu a facultate theologica uni ex Sociis „commissum esse, ut responsionem contra petentium rationes conficeret", eamque postea ab universa facultute „approbatam" esse ita, ut omnes in posterum „iuxta hanc responsionem et non aliter respondere" iuberentur (*Hansen* l. c. 494). Cf. supra p. 470[4].

[3] *Venetorum oratores* Vindobona 27. Aprilis 1564 ad ducem suum rettulerunt: Haberi coeptum esse concilium quoddam theologorum et parochorum praecipuorum, inter quos etiam bavari aliqui et salisburgenses et legati electorum ecclesiasticorum essent; agi de calice laicorum, de matrimonio sacerdotum, de emendandis cleri pravis moribus (*Turba* l. c. III 269). In „instructione" autem Martino Eisengrein et „Adamo Bartholomaeo" decano ab Alberto V. data affirmatur, caesarem liturgiam quandam sive corpus praeceptorum ecclesiasticorum in terris suis hereditariis observandorum componere velle; Albertus tamen legatos suos de solo calice agere iussit; res frustra fuit; concilium medio fere m. Maio dimissum est (*Riess* l. c. 325 ad 326. *Goetz,* Beiträge 302).

[4] Breve 16. Aprilis 1564 datum; de quo plura infra.

[5] Cf. Gn 49, 6. [6] Cassandri (v. supra p. 484[5]).

[7] Adiuncta est; v. infra p. 507. [8] 2 Cor 11, 26. Gal 2, 4.

[9] Cf. Ps 85, 13.

Augustani, idem fere nobis praestent, quod Viennae nostri experiuntur, nimirum ut post magnificas promissiones de uicinis aedibus donandis nunc animum mutasse aut saltem frigidum induisse uideantur [1]. Verum diligentibus Deum in bonum caedunt omnia [2]. Dominus nobiscum [3]. Dilingae 14 Aprilis 1564 [a].

Quod ad causam Nicolai [4] attinet, qui et ipse scribit, nescius in quam partem inclinet, grauia sunt certe argumenta quibus probari potest illum excludendum potius quam diutius cum fratrum scandalo hic retinendum esse, praesertim cum tot annis, post tot tantaque remedia sui similis manere pergat. Putabant omnes patres illum ad peregrinationem extrudendum esse, ne serpentem in sinu foueremus amplius. Nam quid aliud quam serpentinos morsus nobis infigit Carmen adiunctum? Fatetur hoc compositum a se, cum aliquando M. Christophorus Riera [5] moneret, vt lamentationem Hieremiae nomine collegij componeret, quia de cibis tunc murmurabat ille, cui fas erat (ut audio) in culina quae uellet, coquo vt pararet sibi mandare et accipere. Sed tamen addit Nicolaus, hoc Carmen vere famosum nulli esse ostensum. Verum vnus e nostris hoc reperit in illius scripto quodam libello. Vtinam huic homini sit alibi bene, qui ad philosophica studia contendit. Jn schola [fuit] [b] [?] cumprimis acceptus, ac nisi quem commodum substituamus abeunti, praeclaram et praecipuam scholae classem euertemus [c]. — — Dominus illuminet coecos [6].

Seruus in Christo [P. Canisius.]

† Admodum Reuerendo in Christo P. M. Iacobo Lainez praeposito generali Societatis Ihesu Romae.

Lainius Canisio per Polancum respondit 29. Aprilis et 6. Maii 1564.

1049. CANISIUS **P. EVERARDO MERCURIANO**, provinciae Societatis Iesu Germaniae inferioris praeposito.

Augusta Vindelicorum (Dilinga?) medio fere m. Aprili 1564.

Ex autographa Mercuriani epistula. Cod. „G. Ep. V." f. 270 [a].

Socios, qui in Germania superiore magistros agant, petit.

P. Everardus Mercurianus, Societatis Iesu per Germaniam inferiorem praepositus, Tornaco 28. Maii 1564 Romam ad Lainium scripsit: „P. Henricus Dionysius appulit Dilingam . si son' anche mandati alquanti maestri al Padre Canisio come scriueua desiderarlo." Atque probabile est, Canisium iisdem litteris praestitisse, quae se facturum esse scripserat 8. Aprilis 1564 (ad Lainium): „Monebo P. Everardum Provincialem de aduentu D. Dionysij, ut ne ulla fiat Rectoris mutatio Treuiri. . . . Quod ad M. Florentium attinet", P. Everardum Provincialem „per litteras admonebo, ut iudicet de bono doctoque uiro coram" etc. (v. supra p. 486 487).

a) *Omnia, quae sequuntur, ab ipso Can. scripta sunt.* b) *Vel* erat *vel* est. c) *Hic unum vel duo vv. avulsa sunt.*

[1] Cf. *Can.* III 606 674 et supra p. 11 32 487. [2] Rom 8, 28.
[3] Num 14, 9. 3 Reg 8, 57. 2 Par 32, 8 etc. [4] Servatii.
[5] Herrera; v. supra p. 444 486. [6] Ps 145, 8.

Dionysium 30. Martii 1564 Dilingam advectum esse P. *Ioannes Cavillonius* S. J. Dilinga 1. Maii 1564 ad Lainium *rettulit (ex autographo. Cod. „G. Ep. V." f. 140). Atque in collegii *coloniensis* litteris quadrimestribus Colonia 1. Maii 1564 datis refertur: „Destinavimus hoc quadrimestri spatio 16 fratres ad alia Societatis collegia: p. Henricum Dionysium s. theologiae doctorem Dilingam. . . . Misimus postea ad idem collegium alium sacerdotem artium magistrum, cui rev. p. provincialis duos magistros ex Tornacensi collegio addidit" (*Hansen* l. c. 492—493).

Ex Sociis, quos Canisius collegio dilingano impetravit, erat P. „Henricus Montanus", de quo in **Catalogo* collegii dilingani 1. Ianuarii 1565 scripto refertur: Eum „Dulckensem, dioecesis Coloniensis" (Dulacum, Dülken, in provincia rhenana regni borussici) ac modo 24 annos natum esse, Coloniae a. 1561 et Societati nomen dedisse et eiusdem vota nuncupasse, ibidem magistrum artium creatum esse et pueros docuisse, Dilingae eodem fungi officio (Cod. „GSC 66" f. 375[a]). Is in collegii coloniensis *catalogis* a. 1562 et 1563 scriptis cum nominibus „Dulken", „Dulcken", „Berus" [Bergus? Bergerus?] comparet et a P. *Leonardo Kessel* rectore exeunte a. 1562 sic quasi depingitur: „Ad regendum pueros accommodus videtur et ad externa peragenda negotia; futurus videtur concionator et rector, non futurus magnus philosophus; est totus bonus" (*Hansen* l. c. 450 474 779 780). Montanus Dilingae m. Septembri 1564, si non ante, secundam classem grammatices regendām suscepit; in qua inde ab eo mense „primam partem Despauterij[1] cum libello de octo partium constructione et selectioribus Ciceronis epistolis" expositurus erat: Ita quidem universitatis **Acta* (Cod. diling. „Acta ac. Dil." p. 69).

Missus est Canisio etiam Fr. „Henricus Winsenius", de quo in **Catalogo* dilingano 1. Ianuarii 1565 scripto (quem modo dixi) refertur: Eum ex dioecesi coloniensi ortum ac modo 24 annos natum esse, Coloniae a. 1563 et Societatem ingressum esse et eiusdem vota nuncupasse, ibidem „licentiatum artium" creatum esse, Tornaci litteras humaniores et prosodiam tradidisse, Dilingae eadem tradere; „in poetica arte ualet plurimum" (Cod. „GSC 66" f. 375[a]). Atque, ut ex *Actis* universitatis et ex *Catalogo* lectionum, de quo infra, adnot. 1, intellegitur, M. Gerardus Ultraiectinus et M. Henricus Winsenius ineunte a. scholastico 1564/5 „professores humanitatis" erant et, praeter Despauterium, „Johannem Murmellium de arte versificatoria, Lib. II. Aeneidos Virgilianae, Ciceronis Epistolas familiares, Dialogos M. Martini Dunckani" exponendos susceperant. In **Catalogo* autem collegii dilingani, Dilingae 31. Decembris 1566 scripto, legitur, eum Gelrum, ex Winsem ortum esse, gentilicio nomine „Hördt" vocari, Dilingae logicam audire et „praeesse cubiculo conuictorum" (Cod. „GSC 66" f. 403[b]).

1050. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu.

Ingolstadio 17. Aprilis 1564.

Ex litterarum Polanci apographo eodem fere tempore scripto, quod est in Cod. „Germ. 1561" f. 90[b]—91[b], et ex epistulae Canisii apographo, de quo infra p. 508 dicetur.

Se a Fuggera Augustam revocari etc.

Polancus nomine Lainii Roma 6. Maii 1564 Augustam ad Canisium scripsit: „Quella de .V. R. de .17. del passato riceuemmo hjerj." Neque dubium est, quin easdem litteras Canisius ipse significet, cum Augusta 29. Aprilis 1564 Romam ad

---

[1] In **Catalogo* lectionum ineunte anno scholastico 1564/1565 Dilingae a Sebaldo Mayer in 2°, quod vocant, excuso hoc loco legitur „Grammatica Despauteriana". „Syntaxis Joannis Despauterij" in „Classe humanioris literaturae" explicabatur (ex Catalogi apographo sub a. 1830 a *Laur. Stempfle* professore dilingano scripto [MSS. Stempfliana in 2°. Nr. IV. f. 5—6. Dilingae in bibliotheca regia]). De Despauterio v. *Can.* III 210[5].

Lainium scribit: „Scripsi postremo Ingolstadij me huc a D. Fuggero[a] *[?] reuocatum esse, ut uisitando illi Collegio non potuerim octo dies dare. . . . Euocauit me (ut scripsi) D. Fuggera quae . . . contulit mecum de iuuanda Mariti Conscientia“ etc. Canisii litterae perisse videntur; de quibus vide Polanci epistulam, quam dixi; hac enim Lainius Canisio respondit.*

Ex Canisii litteris 29. Aprilis 1564 ad Lainium datis cognoscitur, Canisium ab Ursula de Lichtenstein, Georgi II. Fuggeri uxore, Augustam evocatum esse.

1051. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO. Roma 22. Aprilis 1564.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „Augusta Canisio“. Cod. „Germ. 1561“ f. 86.

P. Henrici Dionysii opera in collegio dilingano utilis erit, sicut utilis fuit in metropolitanae ecclesiae coloniensis suggestu. P. Cuvillonius. Missio bavarica. Andradae „Orthodoxae Explicationes“ mittentur. Dispensatio. Viatica Sociis Dilingam missis data cardinalis Societati restituere debet. Sociorum Augustam destinatorum missio differtur, quia aedes ampliores non dantur. Moronus; calicis studium deferbuit. In collegio germanico diligens ratio habetur convictorum quorundam, maxime Octaviani Fuggeri; qui in pietate et animi demissione progreditur. P. Hostovinus. Pietatis fructus monacenses etc. Herrera. „Lectiones ecclesiasticae.“ Concilium in consistorio quidem confirmatum est; sed bulla confirmationis nondum est confecta. Florentius. Pecunia tabellariorum vitio non allata.

Pax christi etc.

Riceuuete N. Padre quella di .V. Reuerenza del primo et otto di Aprile, et hauemo inteso della venuta del Dottor' henrico cui presentia speramo sara vtile asai in Delinga quantunque era vtillissima in Colonia[1] et leuato lui di quello pergolo del Domo intendemo che non hanno sustituito niun altro . proueda Dio N. S. à quella sua chiesa Coloniense.

Circha al Padre Couiglion V. Reuerenza lo potra rittenere doue à lei parera piu uttile la sua presentia in sino à tanto che altro segli scriua, et se gli parera che senza scomodo di sua prouincia si puo mandar' fuora di quella[b] ci auisa[c] [?].

Gia si è scritto che pareua espediente ad ogni modo sodisfar alla instantia del Duca[2] mandando qualche predicatore perla bauaria, et anche del modo mi rimetto à quelle lettere.

Si scriue alli nostri di Venetia mandino 6 volumi del Dottor Paiua per V. Reuerenza et sua prouincia: et altri 3 per quella di Austria.

Della dispensatione che V. Reuerenza ricercha per quel prete che prima haueua promesso de pigliar per moglie vna dona, se vedera se

a) *Sic ap.; sed propter ea, quae sequuntur (*Euocauit *etc.) corrigendum esse puto* Fuggera.
b) quello *ap.* c) *Sic ap.;* auisi *vel* auise?

[1] P. Henricus Dionysius „magno cum fructu annis aliquot in metropolitano templo hic concionatus est, et cum dolore propterea a catholicis dimissus. . . Tot ante profectionem ipsi confiteri cupiebant, ut in illis audiendis diebus aliquot occupatus fuerit“. Ita *Litterae* quadrimestres collegii coloniensis, Colonia 1. Maii 1564 datae (*Hansen* l. c. 493). [2] Alberti V.

potremo hauerla. Si fa conto che non l' habbia sposata per verbi di presente perche se cosi fossi lei[a] [?] staria male sicura[b] [?] in conscientia sua, et doppo magior informatione risponderemo[1].

Ci ralegramo siano ariuati salui li nostri fratelli . de cui viatici non ha datto niente l agente dell' Illustrissimo Cardinale[2] como ne anche delli primi 135 fiorini che furono spesi per quelli che dettero principio al collegio . anche al presente ci haueuano à mandar' alcuni per Augusta et Dilinga et da la medesima risposta che non ha il modo, si scriuera del tutto al Padre Don Luigi[3] che intendiamo sara[c] andato alli 18 del presente perla Germania. La summa delli viatici forsa andara qui notata[d].

Per Augusta si faceua conto [di][e] alcuni boni sugetti . ma come V. Reuerenza scriue che non gli han' datto la casa, ci e vn' poco di ocassione di dubitare se per il presente debbianno mandarsi, forse con la venuta dell' Illustrissimo Cardinale si risolueranno di espedir la casa.

Gia ò auisato che l Cardinale Morone non andera piu in Germania et del calice si parla anche qua piu fredamente che prima.

Al medico monachiense[4] potra V. Reuerenza auisare che si tiene molta[f] [?] bona cura del suo figliolo[5], et cosi anche[g] del consule Augustano[6] perche oltra la vigilantia sopra tutti questi ci sono particularmente raccomandati et piu anche di loro ottauiano Fucero il

a) *Sic ap.; sed corrigendum omnino videtur:* lui; *vide infra adnot. 1.* b) *Sic ap.; sed corrigendum omnino videtur:* sicuro; *v. infra adnot. 1.* c) sara sara *ap.* d) notato *ap.* e) *Vel hoc vel* di mandar *supplendum esse res ipsa ostendit.* f) *Sic ap.;* molto*?* g) *Supplendum hic esse videtur* del figliolo *vel* di quello *vel aliquid simile.*

---

[1] Si quis sponsalia fecit, aliquam sibi deligendo uxorem verbis „de futuro" sive iis, quibus iura coniugalia ipsi promittebat (non verbis „de praesenti" sive iis, quibus iura illa iam traduntur atque ita ipsum matrimonium contrahitur), deinde autem sacros ordines suscepit, ipsa hac susceptione sponsalia illa soluta sunt; id theologi omnes affirmant; quamquam eorum aliqui, aliis contra dicentibus, asserebant, graviter peccare eum, qui vel inscia vel invita sponsa ordines susciperet (*S. Alphonsus de Ligorio,* Theologia moralis l. 6, n. 871). De iis vero, qui matrimonio iuncti essent, haec ab *Alexandro III.* lata erat et ab *Gregorio IX.* in suum corpus Decretalium relata lex: „Nullus coniugatorum est ad sacros ordines promovendus, nisi ab uxore continentiam profitente fuerit absolutus" (c. 5, X. l. 3, tit. 32; cf. etiam c. 4 et 6). Accedit constitutio *Ioannis XXII.*, qua cavetur, ne mariti, qui ea lege neglecta ordines susceperint, in iisdem „ministrare" vel ad beneficium officiumve ecclesiasticum promoveri possint, nisi religionem sive ordinem ab ecclesia approbatum ingrediantur etc. (c. un. Extr. Io., tit. 6). Notandum praeterea, eo tempore *Iure canonico* sancitum fuisse, ut, si quis sponsalia de futuro fecisset et postea sponsae concubuisset, iam verum plenumque matrimonium contraxisse censeretur (c. 15 30 X. l. 4, tit. 1) atque ita matrimonium haberet „praesumptum" (*Pet. Gasparri,* Tractatus canonicus de Matrimonio I, Paris. 1891, 25 26).

[2] Antonius Lorenzino?

[3] P. Ludovico de Mendoza S. J., Ottonis cardinalis Augustani comiti et confessario. [4] Ioanni Thaumüller. [5] Balthasaris.

[6] Filium (Ioannem Georgium?) Hieronymi Velseri dicere videtur; v. supra p. 485.

quale è in vero molto ninno . tutta via si va reducendo alla frequentatione de sacramenti et pare si va mortificando et humiliando, et anche sta de meglior voglia che prima nel collegio et senza seruitore la passa bene con li altri. Se V. Reuerenza vede qualche modo meglior di quello si è tenutto sin qui acio mandino li parenti danari piu à tempo, et gli nostri non habbiano à solicitar troppo diaci auiso.

ben ha fatto V. Reuerenza à consolar' jl Dottor' Baldasar [1], forse lo faremo oggi anche di qua.

Ci siamo ralegratti del bon frutto di Monachio et anche delli altri luoghi specialmente di Augusta, et volontieri intenderemo il particular'.

Si è inteso quello si scriue di mastro christoforo herrera, che è conforme à quel che di qua si pensaua [2]. Si mando anche le corettione delle lettione clesiastiche, et la bolla in cena [3].

Il Concilio fù confirmato per il Papa in pleno Concistorio et gia si è datto testimonio per il Cardinale Farnese di questa confirmatione como si vede al fin di esso concilio stampato in Roma. Bolla non si è fatta per anchora [4].

Si scriuera de mastro Florentio al Prouinciale della Jnferiore Germania [5].

Ci rincrese che sia perso quel danaio che si mese dentro la lettera, gia non so quante uolte ci hanno datto li plichi slegati et aperti, quali vengono per mani delli olgiati, non so di chi sia la colpa . ma ben vien la cosa mal sicura, et per l' avenire [a] si doueria vsar [cautela] [b] [?] quanto meglio si potessi. Non diro altro in questa senon [che] tutti ci raccomandiamo. Di Roma li 22 di Aprile 1564.

In hac epistula maxime notanda sunt, quae de concilii tridentini confirmatione dicuntur. Concilium 4. Decembris 1563, in ultima sessione, constituerat, ut omnium et singularum rerum, quae tum sub Paulo III. et Iulio III., tum sub ipso Pio IV. in synodo decretae et definitae essent, „confirmatio" nomine ipsius synodi per cardinales praesides a summo pontifice peteretur (Sessio XXV., De fine Concilii). Id quod cum cardinales Moronus et Simoneta Romae 26. Ianuarii 1564 in consistorio secreto praestitissent, Pius IV. in eodem consistorio cardinalibus probantibus omnia et singula concilii decreta confirmavit et „ab omnibus Christi fidelibus recipi et inviolabiliter observari mandavit"; atque ita factum esse Alexander Farnesius, romanae ecclesiae vicecancellarius, litteris attestatus est eodem die 26. Ianuarii 1564 datis, quae nunc quoque in editionibus concilii tridentini decretis eiusdem adiungi solent. Kalendis autem Februariis 1564 *S. Carolus Borromaeus* Roma ad nuntios apostolicos in Hispania degentes de decretis concilii scripsit: „Ora si stampano quì con diligenza . . . per poterli poi mandar ben corretti per tutte le provincie" (*Pallavicino*

a) per la venire *ap.* b) *Res ipsa docet, supplendum esse vel hoc vel aliquid simile, ut* precautione, diligentia.

---

[1] P. Balthasarem Hostovinum S. J., cum Commendono nuntio apostolico in Polonia versantem; v. supra p. 485.

[2] In antiqua illa * *Historia* collegii dilingani notatum est, Herreram postea ex Societate exisse (Cod. frib. „Hist. coll. Dil." f. 2[a]). [3] Cf. supra p. 481 487.

[4] Vide, quae de concilio tridentino sub ipsas has litteras dicuntur.

[5] P. Everardo Mercuriano.

l. c. l. 24, c. 9, n. 10). Vidi Romae in archivo vaticano (Conc. Trid. 65): „CANONES, ET DECRETA | SACROSANCTI OECVMENICI, | ET GENERALIS CONCILII | TRIDENTINI | SVB PAVLO III, IVLIO III, PIO IIII, | PONTIFICIBVS MAX. | ROMAE, | Apud Paulum Manutium, Aldi F. | M.D.LXIIII. | Cum priuilegio Pii IIII. Pont. Max.“ (2° min.; pp. CCXXXIX, addito folio tit.; p. II privilegium typographicum; p. III Manutii praefatio). In initio libri manu antiqua notatum est, hanc esse primam concilii tridentini editionem, eamque m. Februario 1564 excusam; id enim ex Pii IV. litteris „Sicuti ad sacrorum“ etc. intellegi. Certe pulchra haec editio ex antiquissimis est. Ceterum de concilii editionibus, quae primis his annis Romae, Antverpiae, Venetiis, Coloniae, Rhemis, Virduni factae sunt, v. *Calenzio* l. c. 450—478. Quod porro Polancus scribit, bullam confirmationis concilii nondum esse compositam, id eo magis memoratu dignum est, quod Bullae „Benedictus Deus“, qua Pius IV. concilium sollemniter confirmavit, d. 26. Ianuarii 1564 (Romae apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis dominicae M.D.LXIII, septimo Cal. Februarii; cf. supra p. 475) ascriptus est. Congruunt autem his Polanci verbis ea, quae Martinus Cromer Vindobona 18. Martii 1564 et Franciscus Turrianus Roma 17. Aprilis 1564 de concilio ad Hosium scripserunt (*Cyprianus* l. c. 352 354). Eidem *Ioannes Franciscus Lombardus* Roma 24. Iulii 1564 scripsit, Bullam confirmationis concilii 30. Iunii 1564 Romae in basilica S. Petri „publicatam“ esse (l. c. 366).

Canisius Lainio rescripsit 6. Maii 1564.

1052. CANISIUS **P. LUCIO CRUCIO S. J.**, collegii veneti superintendenti. Augusta Vindelicorum inter 14. et 29. Aprilis 1564.

Ex apographis epistularum Canisii, de quibus supra p. 483 et infra p. 508, et ex Crucii litteris autographis, quae sunt in Cod. „Epistolae Italiae 1564“ f. 106[a].

Viginti ducatos pro libris Venetiis emptis mittit. Libros illos Augustam nondum esse perlatos.

Canisius Romam ad Lainium scripsit Augusta 8. Aprilis 1564: „Etsi nondum allati sint libri, quos Venetiis emit R. P. Natalis, tamen pecuniam a Rectore Veneto [P. Caesare Helmi] postulatam primis diebus exsoluendam curabimus.“ Et 29. Aprilis 1564: „Frustra petimus aliquid a Venetis, qui nondum huc misere libros emptos a P. Natale, quos de modo mittendi admonuimus tandem, illisque pecuniam misimus.“ Quae pecunia tradenda erat Iordano Ziletto, typographo et bibliopolae veneto; v. supra p. 471 491.

Atque eidem Lainio P. Lucius Crucius („Croce“) S. J., collegii veneti superintendens, Venetiis 10. Iunii 1564 scripsit: „Quanto alli libri dellj quali scriue il P. Canisio non hauer riceutj l' habbiamo anco inteso più volte per lettere del medesimo de Augusta. Quì non si, è, mancato sollicitarlo più et piú volte . et in questo si, è, vsato ogni diligenza. Jl Jordano risponde non hauer ne luj la colpa . ma li condottierj dubitando non li habbi lasciato per la strada . et tal volta ci potrebbe esser qualche colpa del medesimo Jordano . et per questo ci, è, parso non dar li li venti ducati che ha mandatj il .P. Canisio fin' à tanto che non hauemo alcuna noua che siano riceutj et per questa cosa luj haurà occasion [di] sollicitar lj. Jl detto Jordano dice hauer mandatj molti libri di quelli del dottor Payua[1] alla fiera di Franforte . mandarli poi in altre parti dice che non li mette conto.“

Crucius Venetiis 15. Aprilis 1564 Romam ad Lainium* scripsit: „Non si manca solicitar Jordano dellj libri d' Augusta et dice hauer fatto ogni diligenza. Ho da mandar alcuni altri libri che di la mi scriuono ch' io compri . et penso mandarli tra pochi giorni. Se V. R. vuol che mandi alcunj de quelli del Dottor Payua insieme me ne darà auiso“ (ex autographo. Cod. „Epistolae Italiae 1564“ f. 89[a]). Postremae autem illae sententiae *Polancus* in margine ascripsit: „mande alguno“. Atque idem

[1] Orthodoxas Explicationes.

Polancus Roma 22. Aprilis 1564 Crucio* scripsit: „Delli libri del .D. Payua si potran mandare al .D. Canisio in Augusta .6. uolumj li quali seruiranno perla prouincia de Alemagna alta, altri .3. se potranno mandar in Vienna per la Prouincia de Austria, et senon ci e commodita di mandare à Jspruc per che di la li mandaranno etc." (ex apogr. eiusd. temp. Cod. „Epistolae Italiae [Praepp. Genn.] 1564 1565" f. 5[a]). Atque *Crucius* Lainio* scripsit Venetiis 22. Aprilis 1564: „Si scriuerà al P. Canisio il nome del Conduttor' al qual furono consegnati i libri" (ex autographo. Cod. „Epistolae Italiae 1564" f. 90[a]). Et *29. Aprilis 1564: „Questa settimana si non mandatj li libri che comprò il P. Maestro Nadal in Bologna per Augusta . et insieme si comprorno et mandorno molti altri libri per il Collegio de Jngolstadio. Habbiamo ancor riceutj li venti ducati che l.p. Maestro Nadal restò debitor al libraio per conto delli libri per Augusta. Credemo che à quest' hora sian statj riceutj. Con la prima comodità si manderanno li libri del Dottor Payua che la R. V. scriuese sì, à, Augusta come anco à Roma" (ex autographo, l. c. f. 91[a]).

1053. CANISIUS **P. IACOBO DYRSIO S. J.,** rectori collegii oenipontani. Augusta Vindelicorum paulo ante 30. Aprilis 1564.

Ex epistulae Lainio missae apographo, de quo infra p. 508.

De confessario et contionatore reginis Oeniponte abituris concedendo. De Andradae libro.

Canisius Augusta 29. Aprilis 1564 Lainio haec scripsit de P. Ioanne Dyrsio S. J., collegii oenipontani rectore, ac de P. Hermete Halbpaur S. J., qui Magdalenae, Ferdinandi I. imperatoris filiae, eiusque quattuor sororibus Oeniponte degentibus datus erat confessarius et contionator: „Rector Aenipontanus ualde metuit sibi et suis a peste, quia Reginae et consiliarii, ob contagionem illinc discedent uti putat: Cuperet igitur adiungi se Reginis fugientibus magis quam M. Hermetem. Mihi uero secus uidetur. Vnde scripsi ad illum ne fratres desereret, neque Reginis negaret suum confessarium et concionatorem M. Hermetem, si forte hunc ut uerisimile est, expetant." In iisdem litteris Canisius Dyrsium de Andradae „Orthodoxis Explicationibus" (cf. supra p. 485) iterum monuisse videtur; nam in epistula Lainio missa, quam modo dixi, haec quoque posuit: „Scripsi bis Oenipontano Rectori, ut mitteret ad me scriptam pro societate nostra Apologiam."

Ceterum, quod ad pestilentiam attinet, cf. supra p. 264 265.

1054. **P. IOANNES DE POLANCO,** secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO. Roma 29. Aprilis 1564.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „Padre Canisio". Cod. „Germ. 1561" f. 90.

Probantur, quae Canisius Dilingae constituit. Duo Socii galli Avenionem mittendi. Per cardinalem Augustanum, Augustam iam profectum, Socii ampliores aedes a capitulo impetrare poterunt; quibus impetratis novi Socii Augustam mittentur. FF. Nicolaus Servatius et Leonardus Bosch, magistri dilingani. Sociorum coloniensium et Cassandri de „communione sub utraque" etc. scripta; Cassandri „pectus haereticum".

Pax christi.

Riceuette .N. P. quella di .V. R. de .14. del presente, et si è inteso il disegno che fanno di seruirsi di quelli ultimamente mandatj di Roma, et che anche il Padre Nouo Rettor[1] pigli lo assunto de predicar in

[1] P. Henricus Dionysius, novus collegii dilingani rector.

latino, uederase col tempo se questo se habia à mutare poiche ci sono altri che potranno suppljre alli bisognj.

Quanto al' ordine delli studij che .V. R. ha accordato col Rettor Cornelio[1] le mutationi pareno bone fin adesso, se altra cosa occorrera sellj scriuera un altra uolta.

Del mandar el Padre Henrico in Francia[a] .V. [?] R. [?] insieme conl altro Francese de Monachjo[2] .V. R. lo faccia, et potranno mandarse in Auignon[3] et non bisognarebbe aspettare come scriue il Padre Rettor de Monachio[4] à che si renda del tutto inutile . gia quando questa arriuara potrebbe esser che il Cardinale[5] fosse arriuato à Dilinga poi che alli .17. del presente se ne parti de Genoua, et la presentia di sua Signoria Jllustrissima giouara non solamente per dar miglior assetto alle cose del Collegio Dilingense ma anche accio quelli de Augusta[6] diano le sue case uicine a quella[b] che habita .V. R. et alhora si potranno mandare alcunj operarij perli quali adesso non pare ce sia troppo commodita di loco, et anche non essendo estinta la peste non pare cosa troppo espediente multiplicar massime nella estate le congregationi de hominj. Se nicolao[7] se hauesse à mandar fuora de Dilinga non si uede al presente chi seli possa sustituire senon leonardo boschjo il quale non dubito sia piu dotto di esso benche non hauera tanta auctorita forse ne tal modo de leggere ma secondo che si puo colligere delli versj et anche delle lettere latine di mastro Nicolao non è troppo fundato.

Si son riceuuti quelli scrittj delli nostri Coloniensj contra la communione sub utraque, et coniugio de Sacerdotj[8], si è receuuto anche quel libro stampato sopra la concessione di detta communione etc.[9] . la qual[c] [?] mostra bene il Thesoro del petto heretico del quale è proceduto[10]. Dio N. Signor agiuti sua Chjesa, senon posso scriuere hoggi, al Rettor nouo de dilinga et altrj sera conla prima opportunita . la inclusa per il Padre Don Luigi de Mendozza selli dia, ci ricomman-

a) *Duas litteras sequentes librario vel non scribendas, vel oblitterandas fuisse ex proximis vv. conicere licet.* b) *Sequitur* nostra, *a libr. oblitt.* c) *Sic ap.; sed corrigendum esse videtur:* loqual *vel* ilqual.

[1] Cum Cornelio Herlen, universitatis dilinganae rectore.

[2] P. Henricum Arduinum et, ut videtur, Fr. Ludovicum Gallum vel Fr. Ioannem Gallum significat; v. supra p. 498.

[3] Avenione a. 1564 auctoritate Alexandri cardinalis Farnesii, qui comitatum venassinum pontifici etiam in rebus civilibus subiectum cum legati nomine regebat, Societatis collegium incohatum est. Inter primos eius Socios Ioannes Belmesio gabalensis (provincianus?) et Ludovicus Girardin leodiensis comparent (*Marc. Chossat* S. J., Les Jésuites et leurs œuvres à Avignon, Avignon 1896, 9 16).

[4] Theodoricus Canisius. [5] Otto Truchsess.

[6] Capitulum cathedrale; v. supra p. 32.

[7] Fr. Nicolaus Servatius, litterarum et humanitatis in collegio dilingano magister.

[8] De his v. supra p. 470[4] 499[2].

[9] Georgii Cassandri „Consultatio", de qua supra p. 484[5].

[10] Cf. Mt 12, 34 35; Lc 6, 45.

damo tutti molto nelle orationj et sacrificij di .V. R. etc. Di Roma li 29 de Aprile 1564.

Canisius Lainio rescripsisse videtur 20. (13?) Maii 1564.

1055. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu.
Augusta Vindelicorum 29. Aprilis 1564.

Ex apographo, quod sub a. 1860 curante Boero ex archetypo — Canisius sua manu nomen subscripsit — in Cod. „E. C. I" f. 4[66] 4[67] 468 469 (n. 134) posito exscriptum, a. 1902 cum eodem archetypo diligenter collatum est.

Complures epistulae partes ex archetypo primum evulgatae sunt in Epp. *Nadal* II 653—654. Epistula usus esse videtur *Sacchinus,* Can. 208; eandem adhibuerunt *Janssen* l. c. IV 408 et *Kröss,* Can. 171.

Sacerdotes in Germania passim absolutionem ab haeresi et lectione librorum haereticorum hominibus impertiri, licet in Bulla Coenae id graviter prohibeatur. Quibus sacerdotibus, quamdiu ea Bulla in Germania non promulgetur, aliquid indulgendum esse, ne prorsus animo cadant, Canisius censet. Qui iterum hoc commendat, ut curia romana „circa censuras ecclesiasticas cum Germanis clementius agat" et sacerdotum maiorem habeat rationem. De „reginarum" confessario. Si Oeniponte pestilentia invaluerit, Sociorum alios ibi detentum, alios inde evocatum iri. Socios germanos ob valetudinis periculum Romae non esse diutius retinendos. Calicis concessionem Germanis funestam fore; in Austria de religione fere actum esse. Se oboedientia duce per Bavariam contionari paratum esse; qui ex reliquis Sociis eo mittendi, qui in contionantium locum substituendi esse videantur; de PP. Stevordiano, Cuvillonio, Schorichio etc. P. Petrum Haupt in inferiorem Germaniam dimittere vehementer cupit. Curaturum se, ut Andradae liber in Germania excudatur. De collegio ingolstadiensi „visitato"; huius magistros iam ad maiora studia provehi oportere. De doctoribus creandis, theologiae professoribus inter se conciliatis, aliquo in patriam ire importunius cupiente. De Ursulae Fuggerae pietate. Georgio Fuggero cardinalis Tridentini nomine scriptum esse, ut ex collegio germanico Octavianum filium, quod male haberetur, revocaret.

JEsus.

Pax Christi nobiscum admodum Reuerende in Christo Pater.

11. Aprilis datas accepi cum alijs Monachium et in Belgicam destinandis, adiuncta etiam Bulla Caenae Domini, et noua concessione absoluendi haereticos. Dubitabamus autem post lectam Bullam, an specialis quaedam ratio sit obseruanda illorum Sacerdotum, qui ueniunt ad nos et absolui cupiunt, quod hactenus multos in casu haeresis absoluerint absque ullo scrupulo, ut nunc fit passim in tota Germania, ubi Bulla haec nunquam publicatur, sicut Pontifex tamen postulat, addens etiam nihil ualere talem absolutionem in casibus Bullae Caenae domini. Sed putamus minus obligarj Sacerdotes istos, quam diu facta illis publicatio non est a suis Episcopis[1]. Cum uero monentur a nobis,

[1] Missum erat Canisio, ut ex hac et superioribus epistulis intellegitur, exemplum recens Bullae Coenae Domini, sive corporis illius excommunicationum, ab aliis summis pontificibus aliter conformati, quod Romae quotannis „feria quinta in Coena Domini" sollemniter promulgabatur; quae excommunicationes criminibus in bulla recensitis ita proponebantur, ut nunquam nisi in „articulo mortis" alius quam romanus pontifex eas solvere posset (*Math. Hausmann,* Geschichte der päpstlichen Reservatfälle, Regensburg 1868, 95—97). Porro ex „Bullariis" facile constat, tum in Bulla

ut caueant inposterum a talibus absoluendis, promittunt illi quidem, sed postea dum nullum uident subsidium, et plures hac lepra maculati accedunt [1], abhorrent quodammodo a munere confessariorum [a], et curam Pastoralem diffugiunt uelut onus intolerabile sustinentes. Idem periculum est circa lectionem librorum haereticorum. Quare utinam ratio quaedam inveniretur, ut simul ouibus et Pastoribus, in hac tanta hominum corruptione, communique necessitate Germaniae consulere possemus, praesertim ubi plena uidentur esse omnia excommunicationum, et nullus consolationem aut opem impertit sudantibus misere Pastoribus, quibus adhuc cordi est religio catholica. Scio Episcopos hic multum ualere, sed destituuntur illi quoque facultate, quam aliis subpastoribus ad absoluendos haereticos largiantur [2]. Vetus est haec querela et optime nota P. Commissario [3], qui promisit aliquando se ratione quadam acturum, ut circa censuras Ecclesiasticas cum Germanis clementius ageretur, praesertim ut bonorum ministrorum qui uolunt et possunt rem tutari [b] catholicam, maior ratio in Vrbe haberetur. Verum expectabimus iudicium R. T. et gratiam summi Past. Quod ad Catechistam attinet, gratus ille nobis erit quandocumque mittetur Germanus, nec impedit pestis hanc lectionem [c], quae pestis nunc ita deferbuit, ut [d] sedecim e medio tollat homines hebdomadatim. Sed Augustani [e] plane contemnunt hanc exiguam contagionem, quae Monachij et Ingolstadij etiam residet. Rector Oenipontanus [4] ualde metuit sibi et suis a peste, quia Reginae et consiliarii, ob contagionem illinc discedent uti putat: Cuperet igitur adiungi se Reginis fugientibus [f] magis quam M. Hermetem [5]. Mihi uero secus uidetur. Vnde scripsi ad illum ne fratres desereret, neque Reginis negaret suum confessarium et con-

a) *Vel* confessorum; confessoriorum *archet.* b) *In arch. correctum ex* tutare. c) *In marg. archetypi hic manu romana (cf. supra p. 477 b) scriptum est:* Habeat domum, cesset pestis et [?] mittetur. d) *In arch. sequitur* iam, *oblitt.* e) *In arch. sequitur* hanc, *oblitt.* f) *In arch. sequitur* ipse, *oblitt.*

Coenae a. 1536 a Paulo III. vulgata, tum in Bulla Coenae a. 1583 a Gregorio XIII. in lucem emissa et haereticos et eos, qui ipsos (nisi certis cum condicionibus in articulo mortis) absolvere „praesumpsissent", excommunicatos esse (*Bullarium* taurinense VI 218—219 223; VIII 413 417 418. *Bullarium* luxemburgense I 718 720; II 496 498). Quare dubitari non potest, quin eadem fuerint etiam in Bulla Coenae a Pio IV. a. 1564 Romae promulgata. At, id quod supra p. 475 ostendi, eo tempore inter theologos viri graves erant, qui eiusmodi constitutionibus pontificiis in provinciis, ubi promulgatae non esset, homines teneri negarent. Erant alii, qui hoc saltem permitterent, ut episcopi, si quam constitutionem pontificiam suis convenire non censerent, apud pontificem eidem intercederent ac, donec pontifex respondisset, legis exsecutionem differrent (*Franc. Suarez* S. J., Tractatus de Legibus l. 4, c. 16, n. 5—8 [Opera V, Venetiis 1740, 228—229]. *Paul. Laymann* S. J., Theologia moralis l. 1, tr. 4, c. 3, n. 7 [Ed. 3., Monachii 1630, 45]).

[1] Cf. Mt 8, 2—4; Lc 5, 12—14 etc.

[2] *Concilium* quidem tridentinum episcopis potestatem fecerat „in quibuscunque casibus occultis, etiam Sedi Apostolicae reservatis", reos „per seipsos, aut vicarium ad id specialiter deputandum, in foro conscientiae" absolvendi; sed quod ad haeresim attinebat, ipsis tantum, non eorum vicariis, id permiserat (Sessio XXIV de ref. c. 6). [3] Natali. [4] P. Ioannes Dyrsius. [5] Halbpaur; cf. supra p. 488.

cionatorem[a] M. Hermetem, si forte hunc ut ueresimile est, expetant. Nec deest modus Rectorem iuuandi, si maior pestis seuitia Oeniponti esse pergat[b]. Vocatos enim fratres facile distribueremus, ut pars illorum Monachij, pars altera et maior quidem Jngolstadij ad tempus commoraretur, relictis tribus vel quatuor tantum fratribus in collegio, nimirum M. Paulo Ministro[c] [1] et altero Sacerdote, tum Coquo et fratre alio. Quod si fieret, posset Rector etiam in Bauaricam messem excurrere[2] cum sacerdote altero. Speramus hoc Consilium Reuerendae P. T. non displiciturum esse. Ego propter hanc luem prorogandam puto uisitationem collegij Oenipontani[d], ad quod hoc tempore proficisci incommodum sane foret, etiam peste cessante.

Quoniam uero de Catechista memini: posset fortasse in hoc munus deligi, et ad nos mitti Stephanus Liberius[3], cuj Romanum aerem audio minus quadrare[e]. Quid M. Cyrillo et M. Alberto Germanis acciderit, res ipsa testatur[4]. Plerique putant Germanos Romae ad phtisim aliosue morbos fieri procliuiores, praesertim si diutius maneant. Verum haec cura superioribus meis relicta sit, qui norunt quid expediat magis. Gaudemus Calicem nondum plene concessum esse[5]: hanc fenestram qui uolunt aperire Germanis Pontificis authoritate, speciosa quidem promittunt, sed certo periculo bonos exponunt, ut incertum ac potius desperatum malorum profectum impetrent. Intelligit, uti speramus, optimus et prudentissimus Pontifex, magis hic spectarj metum hominum, quam gloriam Dei, et dignitatem sacramentj, et utilitatem catholicorum, quos praestat in fidei sinceritate paucos superesse atque persistere, quam cum Ecclesiae hostibus quasi colludere, et apertis fidei hostibus se conformare uelle. Verum de Austria in religione conseruanda, iudicent alii, praesertim Legati ex Vrbe mittendi: mirabuntur credo, de Calice tanta contentione agi, ubi de summa religionis iam lapsae minus curatur. Bauariae Princeps non tantum sibi cupit[f] permitti, quantum Austriaci postulant. Vere hoc tempus probat electos[6], praesertim in aulis et curiis. Dominus meliora concedat.

Placet sane sententia Reuerendae P. T. ut extrudamus operarios in messem[7] Bauaricam, ac[g] nihil obstabit, quominus et ego projjciar in hoc mare[h] [8]: nihil enim tutius quam in fide maiorum piscari et rete laxare[9]. Quoniam vero tunc aderat mihi frater[10], cum Au-

a) concionnatorem *ap.* b) *In margine, manu romana, ut supra p. 509 adnot. c:* si lues crescat, et illi periclitentur, distribuat eos et videbit . de scholis nominatim videat an sint dimittendae. c) *In arch. correctum ex* Paulum Ministrum. d) *In marg. manu romana, ut supra:* Proroget. e) *In marg., ut supra:* in autumno mittetur. f) *In arch. sequitur* sibi, *oblitt.* g) *In arch. correctum ex* mihique. h) *In arch. corr. ex* marj.

[1] P. Paulo Hetzcovaeo. [2] Cf. supra p. 447 471. [3] De hoc v. supra p. 256[5].

[4] Optimus iuvenis Cyrillus Olomucensis, Societatem a. 1555 ingressus, Romae, cum litteris studeret, morbum (febrim phthisicam, ut videtur) contraxit, quo a. 1559 Venetiis exstinctus est (*Can.* II 454 495). De Fr. Alberto Musckkay v. supra p. 467.

[5] Cum condicionibus quibusdam concessus iam erat; v. supra p. 470[5].

[6] Cf. 1 Cor 11, 19. [7] Mt 9, 38. Lc 10, 2. [8] Cf. Ion 1, 12.

[9] Lc 5, 5. Cf. Io 21, 6. [10] P. Theodoricus Canisius.

gustae litterae Romanae redderentur: uenimus ambo in hanc sententiam, ut reuersus ipse Monachium causam totam exponeret D. Cancellario[1], simulque offerret, tum Reuerendae P. T. et huius Provinciae nostrae nomine, unum atque alterum Concionatorem, sicut R. T. prudenter iudicat atque constituit. De P. Schorichio sic nobis uidetur, non posse illum facile Monachio dimoueri, nisi altero substituto concionatore: neque tamen satis conueniret, ut statim illuc rediret P. Martinus[2], ne tentationibus quas antea propter Rectorem et populum habuit iterum subjiciatur[a 3] sicut rectius nouit P. Commisarius[4]. Consultius uero fuerit, ut putamus, Patri Martino comitem aut ducem potius adiungere D. Cuuillonium, ut qui Dilingae non est necessarius, et recreatione quadam eget, nihilque habet authoritatis in exteriore homine, et a quo facilius P. Martinus, cum opus erit[b] [?] se moneri pateretur: cui praescriberemus etiam quae ad hanc peregrinationem rectius absoluendam spectant.

Quod si D. Cancellario uidebitur, ut P. Schorichius quoque mittatur in locum aliquem, P. Laurentium[5] illi substituemus[c], nec erit difficile huic quoque sacerdotem Comitem dare, ut M. Theobaldum[d 6] vel P. Joannem Seff.[e 7] [?] aut similem aliquem. Sed forte placebit magis R. P. T. si Schorichius mittendus est, ut socium habeat D. Cuillonium, a quo iuuetur et doceatur subinde in controuersijs, praesertim per hebdomadam. Curabitur autem, ut in concionando saepe uersentur nostri, quoad eius fieri poterit, quia aegre Germani ad templum festis diebus exceptis se sinunt adducj. Quod ad me pertinet, expectabo eiusdem Cancellarii sententiam, qui si[f] uolet me potius dari Bauaris quam supradictos P. Martinum aut P. Schorichium[g], satis erit opinor dari litteras Principis ad hos canonicos[8], quibus meum expetat ministerium in duos menses, quanquam dubito, an possit ante Pentecosten[h 9] hoc impetrarj. Concedent Canonici facilius, cum denuo scripserit Princeps futurum e nostris concionatorem Augustae, dum ego in Bauaria uersor. Verum ut duorum mensium spatio possit magni aliquid apud seductos istos effici, magnam quidem apud me dubitationem habet. Viderer postea forte, si piscatio succederet[10], diutius abesse

a) *In arch. corr. ex* suspiciatur. b) *In arch.* erit *supra* esset *scriptum, neque tamen* esset *oblitt. est.* c) *A Can. corr. ex* aliquem, modo illi aliquem substituere possimus. d) *Corr. ex* Henricum. e) *Ita corrigendum esse* Hoff., *quod est in apogr., ex Canisii litteris (prioribus) 6. Maii 1564 ad Lainium missis patet, neque P. Ioannem „Hoff" equidem unquam cognovi.* f) se *arch.* g) *In arch. corr. ex* Martinum et Schorichium. h) *In arch. corr. ex* Penthecosten.

---

[1] Simoni Thaddaeo Eckio. [2] Stevordianus.

[3] P. Theodoricus Canisius rector a. 1561 questus erat, eum „multum sibi negotii facessere", nimium esse in petenda facultate ad privatas aliquas domos adeundi etc. (*Can.* III 206 692). Stevordianus convivia amabat et in eis liberius se gerebat (l. c. III 136 et infra Ep. nr. 1156).

[4] Natalis. [5] Hermanutium. [6] Stotz. [7] V. supra p. 171.

[8] Litteras Alberti V. ducis ad canonicos cathedralis ecclesiae augustanae.

[9] Dominica Pentecostes futura erat d. 21. Maii.

[10] Cf. Mt 4, 19. Mc. 1, 17 etc.

posse, cum haberent Augustani meo loco P. Martinum, cuius conciones aliquot hic habitas iam ante probarunt[1]. Haec in genere dicta sint de Consiliis nostris, sed certiora quaedam adiungam acceptis fratris litteris de Cancellarii[a] sententia. Dominus in suam gloriam omnia[2].

Cum uenerit Philippus[3] a Rectore Treuirense[4] missus, quem nobis commendat R. P. T. locum accipiet inter fratres huius Provinciae. Petimus autem uicissim, ut Treuirenses a nobis accipiant M. Petrum Coloniensem[5], de quo iam ante scripsi[b]. Primum enim cupit ille maiorem in modum ex Ingolstadio discedere, ubi sibi alijsque uidetur contabescere domi[c] [?]. Cupit idem Rector[6], quj ueretur ne cum detrimento suo M. Petrus ibidem maneat: Cum alibi tamen possit cum aliquo fructu proximi praesertim Treuiri uersari, ubi facilius Conciones illius intelligerentur ob affinitatem utriusque linguae Coloniensis Patriae ac Treuiriensis. Notus est hic P. Commissario, et naturam utcumque difficilem habet, amans immodicae libertatis. Postquam cognouit ad gradum Baccalaureatus[d] sibi non patere uiam hoc tempore, publicas etiam theologorum lectiones audire[e] recusauit, multis id modis a me et Rectore postulans, et si nihil habeat aliud externae occupationis, qui neque diutius apud conuictores relinquendus uidebatur ut illis praeesset. Igitur expectat ille simul et Rector hanc gratiam R. P. T., ut transferatur bonus frater ad Collegium Treuirense, uel aliud simile inferioris Germaniae. Nisi forte posset ad tempus alio mitti cum corpus habeat non salubre, ut oneri potius quam commodo breui futurus uideatur nostrae societati.

Scripsi bis Oenipontano Rectori[7], ut mitteret ad me scriptam pro societate nostra Apologiam[8]: sed nondum potuj consequj[f]. Nunc accepimus. Curabo autem, ut acceptum librum in Germania recudj cito uideamus, et recusum ad nostros mittam. Nam frustra petimus aliquid a Venetis, qui nondum huc misere libros emptos a P. Natale, quos de modo mittendi admonuimus tandem, illisque pecuniam misimus.

Scripsi postremo Ingolstadij me huc a D. Fuggero[g] [?] reuocatum esse, ut uisitando illi Collegio non potuerim [plus quam][h] [?] octo dies dare[9]. Reliqui tamen fratres utcumque tranquillos et incolumes:

a) *Correxi ego ex* Cancelarii, *quod est in ap.* b) *In marg. archetypi, ut supra (p. 509c):* Si mandi a Trevere, e diano auiso al Padre Antonio di lui. c) *Ita, opinor, legendum est, licet in ap.* dom̃. *(dominus? domus?) compareat.* d) Baccalaureautus *ap.* e) *In arch. sequitur* tun, *oblitt.* f) *Duo vv. sqq. ab ipso Can. in marg. ascripta sunt.* g) *Sic ap.; sed malim legere* Fuggera; *v. supra p. 502a.* h) *Cur haec supplenda esse videantur, v. infra adnot. 9.*

[1] Initio a. 1561; cf. *Can.* III 130 135 591—592.

[2] De hoc „epiphonemate“ v. *Can.* II 115[4]; cf. etiam *Can.* III 528.

[3] Vormatiensis, Societatis novicius; v. supra p. 491—492.

[4] P. Antonio Vinck.

[5] P. Petrum Haupt. Cf. infra monum. 518. [6] P. Paulus Hoffaeus.

[7] P. Ioanni Dyrsio. [8] Andradae; v. supra p. 485.

[9] In relatione de hac collegii ingolstadiensis visitatione Ingolstadii 24. Aprilis 1564 ipsius *Hoffaei* rectoris manu scripta legitur, Canisium octo dies in ea consumpsisse; v. infra monum. 518.

satisfeci etiam ut potuj, antiquae[a] [?] scholae Professoribus[1], ut patienter expectent gratiam in autumno[b] sequenti. Nouit sane P. Commissarius, post tot annos merito illis aliquid concedendum esse, ut ad maiora et ipsi studia transeant, et propius attingant quae sunt nostri instituti. Vehementer illic desiderari uideo bonum[c] humanistam, et auditores theologiae, qui non solum theologos Professores redderent alacriores, sed etiam utramque facultatem theologiae et artium ualde illustrare possent. Nec uideo meliorem rationem hoc erigendi collegium, imo et gymnasium[2], quam si bonos et multos theologiae studiosos alamus. Id nisi fiat, non satis facturi uidemur Patroni meritis qui prouentus collegij iam auxit[3], et suo iure postulare uidetur, ut plures fratres illic foueamus sicut Monachij fouent, ubi credo 30. esse. Ingolstadii vero tantum 18.

Est magnae spei M. Alphonsus[4], tum in Philosophia tum in theologica facultate, qui cupit annum dare linguis discendis[d], et in his commodum habet ducem D. Theodorum[5], nec annum 25 excessit. Putarim igitur non esse ualde festinandum, ut hic licet non sit indignus gradu, doctor creetur theologus. Interea praeparabitur M. Henricus[6] ad lauream quoque consequendam, sed quem multo post se intervallo M. Alphonsus relinquit.

D. Pisam et D. Peltanum[7], inter quos saepe non optime conuenit, iterum studui conciliare, ut omnem rancoris et emulationis notam effugerent, neque alter adversus alterum exciperet. quae res non parum est molesta Rectori[8], praesertim dum alter contra alterum se nimium tuetur, ut etiam fratres nonnunquam maiorem inter ipsos unionem desiderent. Sed est condonandum aliquid D. Theodoro ob naturam ejus difficiliorem, qui rursus a me postulauit, ut sibi liceat tempore uacationum in patriam[9] proficiscj[e]. Respondi sat esse temporis ad

a) *Sic ap.; sed fortasse corrigendum est* antiquis*; cf. supra p. 441 et infra adn. 1.* b) *In arch. corr. ex* authumno. c) *In arch. sequuntur vv.* ut cum, *oblitt.; in marg. hic manu romana vv. quaedam obscuriora (*vea seli a*?) notata sunt.* d) *In marg., manu romana, ut supra:* Fiat. e) *In marg. archetypi hic manu romana haec scripta sunt (quae paulo infra scribenda fuerant):* che mandi sua donatione, al paese a chi tocca.

---

[1] In **Catalogo* collegii ingolstadiensis, Ingolstadii 2. Ianuarii 1564 scripto (v. supra p. 449[4]), hi recensentur „Praeceptores scholae nostrae“: Ioannes Wierus „Rhetor“, Petrus Lovaniensis „Humanista“, Iohannes Holonius „majoris Grammaticae professor“, Wolfgangus Arcularius „duarum ultimarum class. praeceptor“, Leonardus Boschius „graec. professor“. Boschius autem paulo post Dilingam arcessitus est; v. supra p. 432. [2] Universitatem ingolstadiensem.

[3] Albertus V. dux et ingolstadiensi collegio et monacensi 8. Decembris 1563 annuum reditum 1500 florenorum rhenensium assignaverat; v. supra p. 449 et infra monum. 525.

[4] P. Alph. Pinedanus (Guttierez), logices professor in universitate ingolstadiensi.

[5] Peltanum, linguarum latinae, graecae, hebraicae (quas „linguas“ ea aetate discere solebant) valde peritum; v. *Can.* II 382[3].

[6] P. Henricus Arboreus; cf. supra p. 441.

[7] Theologiae professores in universitate ingolstadiensi.

[8] P. Paulo Hoffaeo. [9] In Belgium; v. *Can.* II 382[3].

deliberandum, nihil nunc statui oportere. Video iter illi esse longum, fructum uero exiguum[a]. Hactenus non se cognoscendum suis praebuit neque adhuc praebere uult, quod sit huius instituti[1]: quae res mihi non probatur, nec satisfacit adhuc in litteris, quas de abdicandis bonis[2] conscribendas quidem curauit ex P. Natalis admonitione, sed poterat simplicius se omni iure bonorum suorum abdicare, si nostros in Germania inferiore procuratores faceret. Verum expectabo sententiam R. P. T. an quod saepe petijt, hoc iter illi in patriam sit concedendum.

Non dicam de Collegio Dilingensi, sed proxime scribam, ne litterae sint prolixiores. Commendamus nos R. P. T. Sacrificijs et precibus in Christo Domino, qui nostros conatus in suam prouehat gloriam. Augustae. 29 aprilis. 1564.

Euocauit me (ut scripsi) D. Fuggera[3], quae ad curandam ualetudinem thermas petit, seque commendat reuerenter sacrificijs et precibus R. P. T. Contulit mecum de iuuanda Mariti conscientia, ob quem jure timet[4]: tum de Octaviano aliisque de rebus et familia rectius constituenda[b]. Magnos illa progressus in pietate facit, quae in cultu diuino exornando, et ad fouendos pauperes se martham[5] religiosam ostendit, ut nullam illi similem Augustae cognoscamus. Egit mecum deinde maritus etiam, et praesertim de octauiano filio. Scripsit enim, quod valde miror, ex Germanis Baronibus quidam nomine Cardinalis Tridentini[6], et Romae scripsit post habitum cum eodem octauiano colloquium, nobiles adolescentes et conuictores, qui in Collegio Germanico degunt male sordideque tractari, uictum deesse necessarium, octauianum uero squalidum, et nescio qua in parte corporis inflatum apparere: hinc meliores ac nobiliores qui in eodem collegio fuere, tum a dicto Cardinale, tum ab alijs forte transferri alio: hinc tandem suadebat[c] ille Baro, tum suo tum Cardinalis dicti nomine, ne sinerent parentes octauianum inter nostros ita negligi, sed alio potius illum quoque traducerent.

Adiunxit Pater se nonnihil subdubitare, an Octauianus huius vitae pertaesus, de nostris forte conquestus esset, suumque pectus exulceratum in sinum nobilis illius effudisset: praeterea se libenter accepturum ex Vrbe, quo in statu res collegii uersarentur. Ego confirmauj bonum animum D. Fuggeri, et monui non tuto fidem dari, his duorum testimoniis, nisi audita parte altera: nihil mirum esse, si magni etiam uiri,

a) *Similiter, ut supra (p. 513, adn. e) in margine notatum:* non pare debia *[vel* debba*]* andar ma lui lo dispona come meglio potra. b) *In arch. corr. ex* familiam rectius constituendam. c) *In arch. sequitur* nobilis, *oblitt.*

[1] Id est: Societatis Iesu.

[2] De „abdicatione bonorum" in Societate Iesu praescripta vide *Can.* II 413[2].

[3] Ursula de Lichtenstein, Georgii II. Fuggeri uxor et Octaviani Fuggeri mater.

[4] Ursulae timores de fenoribus, quae maritus ex pecunia mutuo data sumebat (5 %?), fuisse conicio; cf. *Can.* III 139 544 585.

[5] Cf. Lc 10 40; Io 12, 2. [6] Christophori Madrutii; v. supra p. 403[8].

aemulorum obtrectationibus permoti, nostris affingerent aliquid praeter ipsorum meritum. Itaque patienter expectaret nec responderet quicquam illi Baroni vel Cardinalj, nisi nostrorum sententiam et rem ipsam rectius cognouisset. Igitur uidet R. P. T. quid sathan moliatur aduersus hoc collegium, et opus esse purgatione quadam aduersus istorum calumnias. Fuit Baro ille[a] ex nobilibus, qui Regis Romanorum Legatum[1] sunt in Vrbem comitatj. Expectamus igitur hac de re certi aliquid. Dominus nobiscum. Seruus in Christo P. Canisius.

Al molto Reuerendo in Christo Padre, il Padre Maestro Jacomo Laynez, Praeposito Generale della Compagnia di Jesu. Jn Roma.

Canisius — id quod ex Polanci epistulis 20. Maii et 3. Iunii 1564 ad Canisium datis intellegitur — has litteras una cum variis „litteris quadrimestribus" Venetias misit, ut inde Romam perferrentur. De quibus P. *Lucius Crucius* S. J., collegii veneti superintendens, Venetiis 13. Maii 1564 Lainio *scripsit: „Questa settimana si e riceuto un mazzo di lettere del P. Canisio per vostra Reuerentia le quali ci son state rese gratis ma in mandarle à Roma trouamo difficultà per che per il Corriere pensamo non metteria [?] conto [?] in che uostra Reuerentia non lo haueria appiacere, mandarle a Bologna o a Ferrara li Rettori di quelli Collegij si lamentano excusandosi con la lor pouerta . desideramo essere informatj di quel che si deuera fare per lo aduenire . questa uolta si son date al Tramezzino[2] il quale dice uolerle indrizare per pesaro con li mulattieri" (ex autographo. Cod. „Epistulae Italiae 1564" f. 95[a]).

Lainius Canisio per Polancum rescripsit 3. Iunii 1564.

1056. FRIDERICUS DE WIRSBERG, episcopus herbipolensis et Franconiae orientalis dux, CANISIO.

Herbipoli (?) sub exitum m. Aprilis vel initium m. Maii 1564.

Ex literarum a Canisio ad Lainium datarum apographo, de quo infra p. 518.

Canisius Augusta 6. (5.?) Maii 1564 Romam ad Lainium haec, praeter alia, scripsit de Friderico a Wirsberg episcopo herbipolensi ac de Societatis collegio, quod is Herbipoli condere statuerat (v. supra p. 422): „Scripsit iterum Episcopus Herbipolensis, se magis et sollicitius quam antea, uiros e societate nostra doctos desiderare: ac petit a me, ut efficiam, quo tandem voti sui compos fieri possit."

Canisius Friderico ineunte m. Maio (ante d. 7.) respondit.

1057. P. EDMUNDUS HAIUS S. J., theologiae lector in collegio oenipontano, CANISIO.

Oeniponte sub initium m. Maii 1564.

Ex autographa Haii ad Polancum epistula. Cod. „G. Ep. V" f. 154[a].

Quomodo fratri per litteras sui in Societatem Iesu ingressus rationem reddere velit, Canisio exponit huiusque de litteris illis sententiam exquirit.

P. „Edmundus Hayus" S. J. (de quo Can. III 525[1], et supra p. 325[2]), theologiae lector in collegio oenipontano, Oeniponte 8. Maii [1564] Romam ad P. Ioannem de Polanco S. J. de suo in Societatem Iesu ingressu scripsit: „Frater maior natu . . . scribit ad me statum scotiae adhuc eundem esse, quem nos reliquimus . omnes tamen

a) illi *ap.*

---

[1] Georgium comitem ab Helfenstein, 3. Februarii 1564 Romam advectum (*Turba* l. c. III 246).

[2] Michaeli Tramezzino, typographo et bibliopolae veneto; cf. supra p. 489.

catholicos bene sperare . . . non vult damnare meum factum frater, mallet tamen me vt scribit episcopatum nescio quem acceptasse aut sicut ego intelligo expectasse nec vult credere me eum animum abiecisse quem per dej gratiam ex quo serio cepi de mea salute cogitare nunquam habuj. Ego illi ad singula puto me ita respondisse et vt me decuit et vt ipsius morbus postulabat . litteras meas patri Canisio misi et illarum summam illi exposuj vt si illi ita videretur respondendum mitteret sin aliter aut omnino nihil hoc mihi perplaceret[a] *[?] . putat me in scotiam nunquam reuersurum sed more monachorum certo alicuj loco esse alligatum. Verum ego illi hunc scrupulum quoad eius fieri potuit exemi . nam licet, inquam, a superiorum voluntate plane dependeam penes quos est, mihi prescribere vbi debeam talentum quantulumcunque mihi concreditum dispensare, spero tamen fore, vt illi si spes aliqua eluceat lucri animarum me eo mittant."*

1058. CANISIUS **P. GEORGIO SCHORICHIO** et **P. IOANNI CUVILLONIO, S. J.,** in Bavariam inferiorem ad contionandum etc. ituris. Augusta Vindelicorum initio m. Maii (ante d. 7.) 1564.

Ex litterarum a Canisio ad Lainium datarum apographo, de quo infra p. 518 dicetur, et ex Schorichii litteris autographis, quae exstant in Cod. „G. Ep. V" f. 196ᵃ—199ᵇ.

Quam rationem in „missione" bavarica sequi debeant.

Canisius Augusta 6. (5.?) Maii 1564 haec Romam ad Lainium rettulit de P. Georgio Schorichio S. J., collegii monacensis contionatore, qui rogatu Alberti V. Bavariae ducis cum aliis quibusdam Sociis in Bavariae inferioris regiones quasdam protestantismo imbutas et in ducem rebelles ad contionandum et sacramenta administranda proficisci iussus est: „Magna cum beneuolentia dimisit Princeps M. Schorichium, cui faelicia quoque precati sunt Consiliarij, ut cum fructu optato Bauaricam messem una cum socijs coleret. Ita uenit ad me, instructionem (,ut vocant) principis[1] *et literas ad Episcopum Patauiensem [Urbanum a Trennbach] adferens, tum peculiaribus etiam scriptis commendatus ciuitati [vilshoviensi]*[2]*, ad quam destinatur. Adiunxi et ego instructionem alteram de cauendis et obseruandis in hac peregrinatione." Ac paulo infra de eodem Schorichio et de P. Ioanne Cuvillonio (is Dilinga Augustam arcessitus Schorichii adventum exspectasse videtur; quem Schorichio comitem additum esse ex proximis epistulis et monumentis patebit): „Nunc Ingolstadium discessere, unde nauigio conficient reliquum iter." Atque ipse Schorichius in litteris Ingolstadio sub medium m. Novembrem 1564 datis, quibus de tota hac expeditione ad Lainium praepositum generalem rettulit: „Obseruauamo", inquit, „diligentemente la instructione del prouincial, et anchora quella che ce diede il principe stesso".*

Haec satis ostendunt, Schorichium et Cuvillonium, sicut Alberti V. „instructionem" scriptam secum habebant, ita a Canisio „instructione" litteris, non verbis tantum, expressa munitos esse. Noverat sane Canisius, *S. Ignatium* ita constituisse: „Quocumque Superior mittet aliquem, eum plene instruere, et ordinarie in scriptis, debebit, tam de modo procedendi, quam de mediis, quibus eum uti velit ad finem, quem in

a) *Sic aut.;* patefaceret? perscriberet?

---

[1] In hac „instructione" 2. Maii 1564, ut videtur, data, Schorichius et reliqui de Societate contionari iussi sunt potissimum de auctoritate ecclesiae, de oboedientia magistratibus praestanda (explicando illud: Reddite . ., quae sunt Caesaris, Caesari: et quae sunt Dei, Deo [Mt 22, 21]), de sacrificio missae, de sacramentis, maxime de poenitentia et eucharistia, de festo Corporis Christi proxime (1. Iunii) futuro (*Knöpfler* l. c. 159).

[2] Eos huic civitati (Vilshofen, oppidum Bavariae inferioris et dioecesis passaviensis [Passau], ad Danuvium situm) destinatos esse ex P. *Ioannis Cuvillonii* S. J. *litteris de hac missione Augusta 5. Augusti 1564 datis intellegitur (ex autographo. Cod. „G. Ep. V." f. 143 144).

animo habet" (Constitutiones S. J., P. VII, c. 2, n. 2). Ac probabile est, Canisio tunc iam praesto fuisse antiquam illam *„*Instructionem* Prouincialis" (certe ante a. 1566 composita est), in qua sic praescribitur: „Aduertatur ut ijs qui aliquo mittuntur semper detur specialis instructio quemadmodum se gerere debeant in uia cum aedificatione et fructu illorum proprio et eorum etiam cum quibus agunt" (ex apographo saeculo XVI. scripto. Cod. „XV. A" f. 65[a]). Ad eandem Canisii „instructionem" spectant, quae P. *Theodoricus Canisius* S. J., collegii monacensis rector, Monachio 22. Martii 1564 Romam ad Lainium *scripsit: „Rogarunt me Domini Consiliarij et obsecrarunt vt causam Bauariae inferioris Reuerendae P. T. iterum atque iterum commendarem, et vt ad tempus vnum vel alterum ex nostris concionatorem illi populo concederet, Reuerendam P. T. sedulo rogarem. Periclitatur enim grauiter pars illa Bauariae, vt alere iam exercitum ibi princeps cogatur, qui tumultuantes Calixtinos in officio contineant, Sententia porro omnium sapientum est, non aliunde mala haec omnia proficisci, quam ex flagitiosa vita et turpi inscitia sacerdotum, qui in locis illis praesunt. . . . Si Reuerendus Pater Prouincialis exemplo suo nostros instrueret, vel etiam scripto, forte citra difficultatem magnam versari in hoc negotio possent plures paulatim, sed plura de his forte P. Prouincialis" (ex autographo. Cod. „G. Ep. V" f. 165[a]).

Canisii quidem instructio perisse videtur; exstant tamen epistulae de „missione" hac a Schorichio et aliis Sociis datae, ex quibus, quid Canisius scripserit, conicere licet; vide, quae ex iisdem epistulis Canisii litteris 5. Augusti et 23. Septembris 1564 ad Lainium datis adiungentur, et Schorichii epistulam mandatu Canisii 10. (16?) Novembris 1564 ad Lainium datam, infra n. 1156.

Ceterum compertum est, praeter quattuor Societatis homines (de quibus plura infra dicentur) tres alios sacerdotes in Bavariam inferiorem a duce missos esse: Die 4. Martii 1564 P. Ioanni Gressenico O. Pr., contionatori aulico, mandatum est, ut in vallibus Danuvii, Vilsae (Vils), Rottae (Rott) contionibus aliquot vulgus ex erroribus retraheret et ad veram doctrinam institueret; parochos quoque doceret, quomodo in posterum eos contionari et officio fungi oporteret; monasteria quoque, si forte vel vitia in ea irrepsissent vel officia divina in iis neglegerentur vel disciplina dissoluta esset, ducis nomine reformaret. Similiter Mag. Georgius Lauterius contionator aulicus et Mag. David Wagner capellanus (cf. *Can.* III 306) in monasterium alderspacense (Aldersbach), O. Cist., missi sunt, ut vicinarum parochiarum homines ad haereses vitandas instituerent (*Knöpfler* l. c. 158—159).

1059. CANISIUS **FRIDERICO A WIRSBERG,** episcopo herbipolensi et Franciae orientalis duci.

Augusta Vindelicorum ineunte m. Maio (ante d. 7.) 1564.

Ex litterarum a Canisio ad Lainium datarum apographo, de quo infra p. 518.

De collegio Herbipoli incohando.

Canisius Augusta 6. (5.?) Maii 1564 de Friderico a Wirsberg episcopo herbipolensi, qui paulo ante ab ipso, ut Herbipoli collegium per Societatis homines tandem incohandum curaret, denuo petierat (v. supra p. 515), Romam ad Lainium praepositum generalem scripsit: „Respondi, me libenter acturum cum R. P. T., hactenus quidem minus tempestiuum fuisse, ut de collegio isto statueremus, quum be[lli]ci motus Herbipolensem Ecclesiam perturbarent." Cf. supra p. 362³ 376 478.

1060. CANISIUS **P. PAULO HOFFAEO S. J.,** rectori collegii ingolstadiensis.

Augusta Vindelicorum sub 4. Maii 1564.

Ex apographo, de quo infra p. 518.

Iubet eum ad tempus officium rectoris cum Theodorico Canisio permutare et simul Monachii contionari et libri de Communione correctorem agere.

Canisius Augusta 6. (5.?) Maii 1564 Lainio: „Etsi uero intelligam, Rectorum mutationem non modo difficilem ac periculosam esse, sed etiam a R. P. T. proficisci

oportere[1], *tamen re cum patribus multum et saepe collata, uisum est illis omnibus et mihi non displiciturum R. T. si ad tempus mutatio quaedam fiat circa Monachiensem et Ingolstad. Rectorem*[a] [2]. *Primum quidem quod Monachij desit nostris in auditorio frequentissimo contionator, ubi praeter aegrotum et imperitum satis P. Laurentium*[3] *habent neminem huic parem muneri post P. Schorichij discessum: Deinde quoniam Princeps librum a Rectore Paulo conscriptum de Communione*[4] *uult Monachii typis excudi et requirit e nostris correctorem operis. Unde putabamus eundem P. Paulum, qui iam coepit utcunque contionari feliciter, Monachium posse transferri, ubi simul et contionatorem in templo nostro, et correctorem libri sui, et Prorectorem ageret: Qua de re monitus Cancellarius probauit consilium, et*[b] *prin[cipi] pergratum fore putauit, talem dari collegio nunc contionato[rem], qui prelo simul adesset. Quin addit etiam, diu cogitatum hoc e[sse a] Dominis*[5], *ut Doctor Theodoricus Ingolstadium transferr[etur], ubi talentum doctrinae suae in theologica schola commodius ero[gare] posse uideretur. Verum nunc de temporaria solum mutatione [agi]tur, quae non duret diutius quam ad reditum usque P. Schori[chii], hunc putamus ad D. Joannis ferias*[6] *Monachium reuoc[atum iri]. Interea igitur nihil oberit fratrem Ingolstadii, et P. Paulum Monachii praeesse fratribus: Atque ut ita fiat scripsimus, lubenter quidem responsum Romanum expectaturi, nisi praesens ursisset, necessitas, ut praesens remedium dictis incommodis adhiberemus. Hoc factum si Reuerendae P. T. displicebit, dolebo equidem et qu[amvi]s poenam subibo lubens.*“

Quod Canisius „scripsimus“ inquit, certe, si quis forte praeter ipsum scripserit, ipsius nomine vel mandatu scripsit.

Plura de hac rectorum mutatione et de Hoffaei libro paulo infra dicentur.

1061. CANISIUS **P. THEODORICO CANISIO S. J.**, rectori collegii monacensis. Augusta Vindelicorum sub 4. Maii 1564.

Vide epistulam superiorem (n. 1060).

1062. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu. Augusta Vindelicorum 6. (5.?) Maii 1564.

Ex apographo, quod sub a. 1860 curante Boero ex autographo, in Cod. „E. C. I.“ f. 47[3] (?) et 4[74] (?), n. 136 posito exscriptum, a. 1902 cum eodem autographo collatum est.

Epistulae particula ex autographo posita est in Epp. *Nad.* II 655. Epistula usus est *Sacchinus,* Can. 209 et Hist. S. J. II, l. 8, n. 111.

PP. Schorichius, Cuvillonius, Stevordianus etc. variis ducis et Canisii litteris instructi in Bavariam inferiorem (Vilshovium etc.) proficiscuntur. Placuit duci, quod Canisius operam ei obtulit suam; sed ob messem augustanam non est ausus ea uti. Cancellarius Stevordianum Bavariae restitui cupit. „Missio“ illa Deo commendanda. Dux, licet fere omnes ei ob religionem catholicam adversentur, ab hac non discedit. Austria Bavariam misere corrumpit. Friderico a Wirsberg episcopo herbipolensi Socios denuo petenti Canisius operam suam promisit. Franconum et mores et fides corrupta. Carmina in adventum cardinalis Augustani parata. Infirmi. Supplicationes pro caesare mortifere aegrotante; quem ducis uxor patrem adiit. In vindobo-

a) *In autogr. sequitur* admitteretur, *oblitt.* b) *Quae hic et infra uncis quadratis includentur, in aut. iam legi non possunt, quippe quod iam integrum non sit.*

---

[1] Praepositus generalis „constituat . . per seipsum Rectores Collegiorum“: *S. Ignatius* in Constitutionibus S. J., P. IX, c. 3, n. 14.

[2] P. Theodoricum Canisium et P. Paulum Hoffaeum.

[3] Hermanutium.

[4] „Gründtlicher, Wahrer Bericht, von Catholischer Communion“ etc.; v. supra p. 487. [5] A „Dominis de Regimine“ sive ducis consiliariis etc.

[6] Ad d. 24. Iunii („Nativitatem S. Ioannis Baptistae“).

nenses Socios varia conferuntur crimina, eaque ad contiones, confessiones, disciplinam, contubernium pauperum studiosorum, dotationem spectantia; quod collegium, si Vindobonae consistere non poterit, a Bavariae duce excipietur. Oeniponte ob pestilentiam reginae cum confessario discedent; quis contionaturus? Libri haereticorum.

† Pax Christi Admodum Reuerende pater.

Magna cum beneuolentia dimisit Princeps[1] M. Schorichium, cui faelicia quoque precati sunt Consiliarij, ut cum fructu optato Bauaricam messem una cum socijs coleret. Ita uenit ad me, instructionem (,ut vocant) principis[2] et literas ad Episcopum Patauiensem[3] adferens, tum peculiaribus etiam scriptis commendatus ciuitati[4], ad quam destinatur. Adiunxi et ego instructionem alteram de cauendis et obseruandis in hac peregrinatione. Dixit Princeps mitti a se Jesuuitas uti Apostolos[5]: faxit Christus, ut quemadmodum multi in aula magnates exoptant, fructus ex hac nostrorum peregrinatione consequatur. Exemplum hoc ualde confirmat aulicorum in nos beneuolentiam, praesertim cum plurimum p. Schorichio tribuant: D. Fuggerus[6] adfuit Principi, cum de me quoque mittendo tractaretur, sicuti alias monui. Placuit haec oblatio ministerij, sed dissuasit D. fuggerus, ne hinc ego transferrer, in eandem sententiam concesserunt alij propter messem Augustanam. Donati sunt abeunti p. Schorichio 50 floreni et currus additus Ingolstadium usque, ut hoc uiaticum simul alijs quoque seruiret, hoc est, doctori Cuuilloneo, M. Theobaldo[7] vel p. Ioanni Seeff[8] et M. Martino[9], quem quotidie Ingolstadij expectant, nam 17 Aprilis discessit Vienna. Cupit autem Cancellarius[10], eundem p. Martinum Bauariae restitutum manere[a], et post hanc peregrinationem Ingolstadij concionari in aede maiore[11]. Qualem se porro sit praestiturus, docebit experientia. Sinemus illum suo more agere, nisi quod adiungemus illi Sacerdotem socium. De D. Cuuillonio et p. Schorichio minus dubitamus. Nunc Ingolstadium discessere, unde nauigio conficient reliquum iter[12], duce

a) *Novem vv. sqq. a Can. in margine addita sunt. Quibus manu romana ascriptum est:* videbitur post reditum, et cum [?] apposite [?] scribetur Romam.

---

[1] Albertus V. Bavariae dux; v. supra p. 439. [2] Vide supra p. 516[1].

[3] Urbanum a Trennbach. [4] Vilshofen; v. supra p. 516[2].

[5] „Ecce mitto uos, inquit Princeps, sicut oues in medio luporum" (Mt 10, 16): Ita P. *Martinus Stevordianus,* unus ex Sociis in Bavariam inferiorem missis, in *litteris „ex Pfarkyrchen mense Septembri 1564" de ea missione datis (ex litterarum exemplo castigato et eodem anno Romam misso. Cod. „G. Ep. V." f. 190 191).

[6] Ioannem Iacobum Fuggerum (1516—1575) significari puto; qui Alberto V. valde familiaris erat et sub a. 1565, Augusta relicta, Monachium transmigravit (*Goetz,* Die bayerische Politik etc. 105—110).

[7] Stotz. [8] De hoc v. supra p. 171 511. [9] Stevordiano.

[10] Simon Thaddaeus Eck.

[11] Ecclesiam parochialem Beatae Mariae Virginis dicere videtur; quae etiam nunc cetera templa ingolstadiensia et magnitudine et pulchritudine superat.

[12] Per Danuvium vecti sunt. P. *Ioannes Cuvillonius* S. J. Augusta 5. Augusti 1564 Romam ad Lainium *scripsit: In Bavariam inferiorem se et Schorichium

Domino. Valde rogamus, ut peculiares in urbe fiant preces pro nostris in hac messe corruptissima laboraturis non sine periculo. Princeps aperte fassus est, se nunc omnium praesidijs destitui et omnes fere infensos et infestos habere ob Catholicam Religionem, a qua nolit tamen latum unguem dimoueri. Austria mirum in modum corrumpit vicinam Bauariam. Sed Dominus aderit, uti spero, suis electis per sacrificia et preces R. P. T. et uniuersae societatis[a] . . . .

Scripsit iterum Episcopus Herbipolensis[1], se magis et sollicitius quam antea, uiros e societate nostra doctos desiderare[b]: ac petit a me, ut efficiam, quo tandem voti sui compos fieri possit. Respondi, me libenter acturum cum R. P. T., hactenus quidem minus tempestiuum fuisse, ut de collegio isto statueremus, quum be[lli]ci motus Herbipolensem Ecclesiam perturbarent. Unde quicquid statuerit Reuerenda P. T. id[c] sedulo exequemur, duce Christo, etsi ille sit status dictae Ecclesiae, qui medicos non vulgares postulet in summa gentis Franconicae licentia et doctrinae corruptione.

Cardinalem nostrum[2] nunc expectamus quam antehac certius. Carmina in illius aduentum parata sunt[3]. Saepe scripsi de statu Collegii Dilingens. Dolemus M. Petrum[4] Hungarum firmiore non esse ualetudine cum D. Torrez et M. Joanne Dominico[5].

Fiunt hic publicae supplicationes pro salute Caesaris[6], de cuius uita tantum non desperatum esse putant. Commendamus boni Principis salutem precibus R. P. T. ac totius Societatis. Filia[d] Caesaris quae Bauariae Duxissa est[7], ad patrem nunc discessit, seque diligenter commendavit abiens precibus collegij Monachiensis.

Vir apud Caesarem primarius Vienna rediit ad nos, et de Jesuitis[e] quos amat est sedulo percunctatus, cur his aulici minus fauere imo et infensi esse uiderentur. Primum hoc obijciunt, in hac summa Contionatorum penuria non dari tot annis paucos, quorum usus esse possit in Austria misere et ad internecionem usque prae caeteris prouintiis laborante . auocari et protrudi alio, si qui aliquid praestare possint. 2º incusant, quod rigidius cum nostris agamus, ut quidam ex fenestra seipsum deijciens prodidit[8]. 3º in confessionibus audiendis tam anxie

a) *Sequitur:* Etsi uero intelligam *etc. usque ad* poenam subibo lubens, *ut supra p. 517—518, n. 1060. Quem locum, quia longior est, hic repetere nolui.* b) *In marg., manu romana:* cum redierit pater videbit, scribat ipse quo modo fieri posse censeat. *Vide infra p. 537.* c) *In aut. sequitur* licebit, *oblitt.* d) *In aut. sequitur* duci, *oblitt.* e) *Duo vv. sqq. a Can. in margine addita sunt.*

5. Maii 1564, PP. Stevordianum et Stotzium paulo post profectos esse; ac primum quidem Socios Passavium petisse, ut „facultatem concionandi aliaque munia ecclesiastica obeundi“ ab episcopo impetrarent; hunc autem libenter eam concessisse (ex autographo. Cod. „G. Ep. V.“ f. 143 144).

[1] Fridericus a Wirsberg; v. supra p. 515. [2] Ottonem Truchsess.

[3] Dilinga episcoporum augustanorum sedes erat. [4] Hernath.

[5] P. Hieronymo Torrensi et Fr. Ioanne Dominico Facciardo.

[6] Ferdinandi I. [7] Anna, Alberti V. uxor.

[8] „Joannes Vrsus affectus taedio noctu se per altam fenestram praecipitauit ac fracto crure vix abreptauit“: P. *Paulus Hoffaeus* S. J., collegii vindobonensis

et scrupulose rogari pueros et puellas, ut ciues abhorreant a nostris, quos antea coeperant diligere[1]. 4º Corrasas esse multorum diuitum pecunias ad sustentationem[a] pauperum studiosorum annis aliquot: sed non constitisse postea, in quos pauperes collata fuerit haec liberalitas[2]: nunquam uenisse, qui gratias ageret diuiti, et se gratum ostenderet. Unde fieri putabat ille, ut tum apud aulicos, tum apud Viennenses male audirent nostri, qui neque contenti esse uoluissent 2000 floren. semel oblatis etc.[3] Ego uero ad haec capita respondi obiter, illud satis intelligens, cadente prorsus Religione in Austria et moriente Caesare, nostros difficili loco Viennae futuros, nisi Deus benigne animos multorum immutarit. Debemus certe gratiam Bavaricae domui, quae rursus promisit ultro, ut si Viennense collegium durare non possit, idem in Bauariam integre transferatur[b]. Sic enim monuit nos Cancellarius[4]. Reddat mercedem Christus fidis amicis.

Quod superest, commendamus nos plurimum sacrificiis et precibus R. P. T., P. Natalis, p. Francisci[5], omniumque patrum et fratrum. Oeniponti pestis magis grassari pergit. M. Hermes[6] a Reginis expetitur, ut ipsarum Confessarium et Concionatorem agat[c] Brixinae. Rector[7] ergo in oppido Contionator ut maneat oportet, nisi miseros homines in hac summa necessitate uelimus destituere[8]. Atqui Rector timet sibi, et a contionando satis abhorret, neque firmo esse corpore solet[d]. Ego uero nullum uideo quem tali loco dare possimus alium Contionatorem. Oret pro nobis R. P. T. cuius literas his 14 Diebus nullas accepi. Augustae 6[e] Maij 1564.

Servus in Christo P. Canisius.

a) sustentantionem *ap.* b) *In marg. autographi hic manu rom. aliqua vv. ascripta sunt, quae iam ex parte tantum legi possunt:* . . . missa sit. c) *Sequens v. a Can. in marg. additum est.* d) *In marg. hic manu rom. ascriptum est:* Si institerint, non potest eis negari, sed curandum esset, ut obtineret *[ita ap.; sed malim legere:* obtineretur*]* ille ab excelso regimine, et [?] pater dirsius ne teneretur praedicare nisi videret [videretur?] ei . . . *[sequuntur aliqua vv. obscuriora].* Et [?] videat pater canisius num aliqui possint brixinam et [?] debeant transferri propter pestis periculum evitandum. *Cf. infra p. 537.* e) *Sic vel* 5 *corrigendum esse puto* 8, *quod est in aut.; vide quae sub ipsas has litteras dicentur.*

---

rector, in *Relatione de rebus ab 1. Ianuarii 1562 ad 20. Martii 1563 in eo collegio gestis (Cod. „Austr. Fund. III.“ f. 178).

[1] At P. *Hieronymus Natalis*, Societatis visitator, cum a. 1563 collegium vindobonense invisisset, testatus est, eo anno a Dominica Palmarum ad festum Paschatis (4.—11. Aprilis) 1400 vel plures homines in collegii ecclesia sacramenta paenitentiae et eucharistiae suscepisse (Epp. *Nadal* II 496).

[2] *Natalis* 1. Februarii 1564 testatus est, Vindobonae in contubernio pauperum studiosorum 24 pueros degere, atque ex his paucos pecuniam eamque parvam solvere, reliquos omnes stipe a Sociis collecta sustentari (ib. II 497).

[3] De collegii fundatione sive dotatione Natalis a. 1563 egit cum Ferdinando I. caesare; qui et duo milia florenorum addere statuit ad 1000 florenos annuos, quos collegium usque ad id tempus acceperat, et reditus in posterum etiam magis amplificandi spem fecit. Socii plus 60 tunc in eo collegio degere solebant (Epp. *Nadal* II 496 502). [4] Simon Thaddaeus Eck. [5] Sancti Francisci de Borgia.

[6] Halbpaur. [7] P. Ioannes Dyrsius.

[8] P. *Georgius Crispus* S. J. in *Litteris quadrimestribus collegii oenipontani,

Consul Augustanus[1] adiunxit suas ad filium[2] literas, quem audiuit grauiter laborasse, sed sperat nunc rectius habere. De illo et Georgii Fuggeri filio[3] lubenter audiemus.

An liceat emere libros qui sunt haereticorum autorum in humaniorib., non tamen tractantes haeretica. P. Natalis uidebatur hic singularis opinionis esse, ut nos terruerit[a].

Al molto Reuerendo in Christo Padre Il Padre M. Jacomo Laynez Praeposito Generale della Compagnia di Jesu. Jn Roma.

His litteris in autographo ascriptus est d. „8. Maij 1564", atque in autographi pagina postrema *manu romana* notatum: „1564 Augusta . Padre Canisio 8 de maggio". Sed litteris ascribendus fuerat d. 6. vel 5. Maii. Nam *Polancus* in epistula Roma 20. Maii 1564 Lainii nomine ad Canisium data, hoc posito exordio: „Due lettere di V. R. di 6. del presente si non riceuute", primum quidem ad Canisii litteras, quas modo posui, deinde ad eas quas proxime ponam, respondit. Proximae autem illae diem 6. Maii 1564 ipsius Canisii manu sibi ascriptum habent et iis, quas supra posui, quaeque sic terminantur: „R. P. T. . . . literas his 14 Diebus nullas accepi", paulo posteriores sunt; incipiunt enim: „Respondebo ad praecipua capita literarum, quas obsignatis alijs accepi scriptas 22 Aprilis." Unde dicendum, vel utramque epistulam 6. Maii, vel illam 5., hanc 6. Maii datam esse. Dies sane 6. Maii eo anno sabbatum erat; sabbatis autem, ut saepe monui, Canisius litteras Romam mittere consueverat.

Polancus Lainii nomine Canisio respondit 20. Maii 1564.

1063. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 6. Maii 1564.

Ex apographo, quod sub a. 1860 curante Boero ex autographo in Cod. „E. C. I." f. 476 (n. 135) posito exscriptum, a. 1902 cum eodem autographo diligenter collatum est.

Epistula usus est *Sacchinus*, Can. 210.

Cardinalis. Viatica dilingana. Canisius Lainium rogat, ut Rhemio praeposito scribat: Efficiat ipse, ut Augustae Societati aedes contingant ampliores, quo plures Socii ad contionandum etc. mitti queant. Ecclesiastici quidam invidia moti Canisium eiusque socium insectantur, quod iura parochiae violent, Iesuitissas colant etc. Qui propriam ecclesiam habere cupiunt. Videndum, ne Octavianus Fuggerus „fallat imagine pietatis".

† Pax Christi Admodum Reuerende pater.

Respondebo ad praecipua capita literarum, quas obsignatis alijs accepi scriptas 22 Aprilis. Nondum audimus de Cardinalis aduentu: reddentur autem literae P. Lodovico[4] cum venerit, et agemus coram inter nos de soluendis debitis nomine collegij Dilingensis Romae contractis[5].

a) *In archetypi marg. hic manu rom. notatum:* non heresiarcas, sed commentarios possunt retinere.

Oeniponte 1. Septembris 1564 datis: „Ecclesiastes noster . . solus in Parochiali templo contionatur" (ex archetypo. Cod. „G. Ep. V." f. 158^b).

[1] Hieronymus Velserus.

[2] Ioannem Georgium (?), in collegio germanico degentem. [3] Octaviano.

[4] De Mendoza S. J., Ottonis cardinalis Augustani comiti et confessario.

[5] Sociis collegio dilingano destinatis romani Socii viatica dederant; v. supra p. 503.

Ut domus uicina saepe promissa nobis accedat[1], Cardinalis efficiet ut spero, aliquid coram. Conferet etiam huc opera D. Vuolfangi Remi praepositi[2], ad quem literas R. P. T. dari cuperem[a] in hunc fere sensum: ex p. Natali[b] et Augustanis fratribus cognitum esse, quam ille fauentem se hucusque nobis praebeat, et quum Augustae nostri satis occupati videantur, subsidium illis adferendum videri: unde quosdam esse mittendos operarios in hanc amplam messem[3], qui contionandi quoque locum tenere possint. Cum uero maiores aedes quae antea promissae fuerunt, desiderentur[4]: rem nobis gratam fore, ut de ampliore habitatione res ipso duce quoad eius fieri potest, transigatur apud Canonicos etc. Multum enim in hoc uiro situm est, si uelit serio rem urgere, suamque nobis operam dare. Vbi non omittam addere, persecutionem aliquam ijs mensibus excitari nobis Augustae ab ecclesiasticis diligentiam nostram inuide calumniantibus, ut multi ex laicis hinc offendantur. Obijciunt filiabus confessionis quod sint Iesuiticae sectae, reprehendunt quod Eucharistiam porrigamus in hoc templo[5] petentibus[c], indigne ferunt tam frequentes accedere, ut P. Guilhelmo[6] aperiant conscientias. Canonici quoque nonnulli putant, nos altare contra altare erigere uelle[7], quasi parochiae sua jura detrahamus audiendo confessiones et administrando sacramenta[8]. Haec Catholici et clerici nobis et pijs obiectant, ut sit uelut aemulatio eadem, quae Joannis discipulis cum christi sectatoribus fuit[9]. Quae res conturbat aliquando M. Guilhelmum, sed consolor tristem et iubeo meliora sperare. Circumspicimus an templum nobis proprium possit contingere, sed non inuenimus[d]. Cardinalis absque morosis Canonicis ut uelit maxime,

a) *In margine, manu romana (cf. supra p. 477 b):* fiet cum venerit pater *[praepositus generalis Romam; v. infra p. 537].* b) *Tria vv. sqq. ab ipso Can. in margine addita sunt.* c) *In autogr. sequitur* nob, *oblitt.* d) *In marg., manu romana:* [uidea]tur, de templo.

[1] Domus, in qua habitabat, qui in schola ecclesiae cathedralis grammaticam latinam tradebat; v. *Can.* III 675.

[2] Wolfgangus Andreas Rhemius (Rhaemius, Rhem) tunc cathedralis ecclesiae canonicus et collegialis ecclesiae S. Mauritii praepositus erat; de quo v. *Can.* II 397[2] 409. [3] Cf Mt 9, 38; Lc 10, 2. [4] Vide infra monum. 487.

[5] In templo cathedrali. [6] Elderen.

[7] Cf. 3 Rg 12, 33; 4 Rg 16, 10—15; 1 Mach 1, 62 etc. *S. Augustinus* de Donatistis: „Erigentes altare contra altare.“ „Altare contra altare erexerunt.“ „Altare contra altare in eadem civitate primus erexit“: Epistola 43 (al. 162), c. 2, n. 4, et 76 (al. 171), n. 2; Contra Cresconium l. 2, c. 1, n. 2 (S. Aureli Augustini Epistulae, rec. *Al. Goldbacher* I, Vindobonae 1895, 87; II, Vindobonae 1898, 327. *Migne,* P. L. XXXIII 161 265; XLIII 468).

[8] Praecipuus Canisii et Elderensis accusator — id quod ex epistulis et monumentis infra proponendis cognoscetur — erat Ioannes Udalricus Halbmair sive Hallmair († 1602), Rottenburgo ad Nicrum (Rottenburg am Neckar) ortus, iuris utriusque doctor, cathedralis ecclesiae „scholasticus“ et parochus (ad S. Ioannis Baptistae); qui postea etiam praepositus capituli S. Gertrudis et fortasse etiam aliquamdiu vicarius generalis fuit (*Car. Stengelius* O. S. B., Mantissa ad Commentarium Rerum Augustan. Vindel., Augustae Vindel. 1650, 47. *Corbin. Khamm* O. S. B., Hierarchia Augustana P. I, Augustae 1709, 622. *Plac. Braun,* Die Domkirche etc. 173—176).

[9] Cf. Io 3, 25 26; Mt 9, 14; Mc 2, 18 etc.

non potest tamen nobis per omnia facere satis. Dominum rogo, ut cum tentatione proventum[1] tribuat.

De filio[2] Doctoris medici[3] monebimus patrem: et D. Fuggerum[4] etiam de Octauiano, quem cupio diligenter obseruari, ne fallat ut saepe fefellit imagine quadam probitatis.

De aliis proxime scribam plura. Dominus nos in suam conservet gloriam per sacrificia et preces R. P. T. et fratrum omnium. Augustae 6 Maij 1564. Seruus in Christo p. Canisius.

Admodum Reuerendo in Christo Patri, D. Jacobo Laynez, Praeposito Generali Societatis Jesu. Romae.

Lainius Canisio per Polancum respondit 20. Maii 1564.

1064. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO. Roma 6. Maii 1564.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „P. Canisio". Cod. „Germ. 1561" f. 90^b—91^b.

Ratio studiorum dilingana. Dilingae, quamvis severa vigeat disciplina, studiosorum numerus valde amplificatur; de qua re Bavariae dux monendus est, ut Ingolstadiensium licentiam coerceat. Nicolaus Servatius. Socii aliqui Ingolstadii creandi theologiae doctores; quos ubi ita promoti sint, iam philosophiam ibi tradere non debere Canisius censet. Archiepiscopo salisburgensi P. Stecordianum contionatorem petenti Lainius se excusat. Quinam per Bavariam et Oeniponte contionari debeant. P. Petrus Haupt. P. Cuvillonio peregrinatio ad aegritudinem animi depellendam concedi potest. Sinistris rumoribus per Germanos aliquot, daemonis suasu, disseminatis effectum est, ut et comes de Helfenstein Octavianum Fuggerum ex collegio germanico auferre vellet et cardinalis Madrutius nepotem ex eodem auferret; sed cardinalem facti iam paenitet. In collegio illo adulescentes faustissime et ad pietatem et ad litteras instituuntur, diligenter custodiuntur, bene aluntur. Octavianus ex turbatione illa animi iam recreatus, paenitentiae sacramentum frequentat; qui et laetus est et optime valet. De qua re eius parentes certiores efficientur.

Pax christj.

Quella de .V. R. de .17. del passato riceuemmo hjerj . alle precedenti de .14. si è fatta risposta, solo resta qui agiongere che le mutationi fatte circa li studij de dilinga pareno tutte bene, et per adesso potranno bastare insino à tanto che uenga lo Jllustrissimo Cardinale[5] . et dopoi poco à poco se fara il resto, ci rallegramo in questo mezzo che le cose de Dilinga uadino bene, et che tanto cresca il numero delli scholarj[6], essendo assaj seuera la disciplina[7] et pare

---

[1] 1 Cor 10, 13. [2] Balthasare. [3] Ioannis Thaumüller.

[4] Georgium Fuggerum. [5] Otto Truchsess a Waldburg.

[6] P. *Ioannes Cuvillonius* S. J. in *litteris quadrimestribus collegii dilingani, Dilinga 1. Maii 1564 datis: „Quod ad gymnasium hoc attinet, . . degunt hic . . . duo barones nepotes illustrissimi Cardinalis, Marschalcus imperatoris, Canonici complures, religiosi uariorum ordinum fratres nec pauci ex longinquis etiam regionibus ut Italia, Austria, Heluetia, studiorum causa huc aduentantes . venerunt et 10 alumni Reuerendissimi Episcopi Eustadiensis honesti adolescentes. Ac singulis fere hebdomadis octo uel nouem noui studiosi recens accedunt" (ex archetypo. Cod. „G. Ep. V." f. 140 141).

[7] Leges academicas ab Ottone cardinale a. 1554—1559 latas posuit *Specht* l. c. 615—636.

sera bene ricordar questo al Principe di Bauaria[1] accio che in Jngolstadio non pensi che la liberta ò licentia nimia delli scholarj fara piu prospera et numerosa la sua uniuersita, à mastro Nicolao[2] se scriuira animandolo à far con buen animo el su debito et .V. R. anche lo agiutj, et à mastro Joan domenico[3] speramo dara sanita et forze dio .N. Signor. Quanto al Collegio de Jngolstadio non ce seria difficulta in promouere al Doctorato maestro Alfonso, ne anche al suo tempo el mastro Henrico[4] senon per che pare mostra .V. R. che essendo loro doctorj non seruirebbono in quelli offitij che al presente seruono quantunque in altri luoghj non se reputarebbe inconueniente che li Doctori in Theologia legessino la Philosophia, quando se mandara un altro, per legere la philosophia in Jngolstadio potra il mastro Alfonso farsi Doctore, et leggere la Theologia, et in tal caso forse el D. Theodoro[5] potrebbe leggere in Vienna à altroue, di questo uolontieri intenderiamo se .V. R. sa la inclination di esso.

L' Arciuescouo Salisburgense ha scritto à .N. P. ricercando el maestro Martino per predjcator'[6]. N. P. si escusa hoggi rispondendo à sue lettere che lo ha promesso[a] perlo Jllustrissimo Princjpe de Bauaria. Tuttauia se giudicasse .V. R. che per discorrere la bauaria sarebbe più al proposito il mastro hermes[7] predjcatore de Hispruc se potria forse mandar el mastro Martino per predicar in detto Jspruc intanto che il mastro Hermes discorre perla Bauaria. Se pur .V. R. se resoluera de mandar mastro Martino per la Bauaria ueda anche lei qual compagno li uoglia dare et forse sarebbe bono el Padre Theobaldo[8], ma questo se rimette al juditio di .V. R. Mastro Pietro[9]

a) *In ap. sequitur* allo, *a libr. oblitt.*

---

[1] Alberto V.

[2] Servatio S. J., litterarum et humanitatis magistro dilingano.

[3] Facciardo S. J.

[4] Patres Alphonsum Guttierez sive Pinedanum et Henricum Arboreum; cf. supra p. 441 449. [5] Peltanus.

[6] *Ioannes Iacobus Khuen de Belasi*, archiepiscopus salisburgensis, „Saltzburgi . die .13. mensis Aprilis 1564." Lainio *scripsit: „Tametsi antea collegij uestri Societas apud nos ualuerit multum, nunc uero summa in illam affecti sumus beniuolentia." Se iam Societatis collegio constituendo locum delegisse; hunc vero, quod in media civitate non esset, P. Ioanni de Victoria S. J. probatum non esse. Attamen se, ubi opportunitatem nactus esset, alium locum esse provisurum. Ne tamen Salisburgum usque ad id tempus hominibus Societatis careat, „cuperemus tua uenia Martinum Stefordianum, artium magistrum, in Viennensi collegio nunc degentem, ad nos amandari, ut ipsius diligenti opera et concionando, et alijs, quae ad ecclesiae utilitatem spectant, uti possemus." Hanc autem epistulam archiepiscopi nomine composuerat Ioannes Baptista Fickler, qui ipsius primum secretarius, deinde consiliarius et cancellarius fuit (*Can.* III 468). Atque ipse *Ficlerus* Salisburgo 26. Novembris 1561 eidem Stevordiano, „apud Monacenses Concionatori", *scripserat: Inter se et Stevordianum, cum is Salisburgi moraretur, „coniunctissimam familiaritatem" ortam esse (ex utriusque epistulae apographis, quae exstant Monachii in bibliotheca regia, Cod. lat. 715[a] f. 39[b]—40[a] 44[b]—45[a]).

[7] Halbpaur. [8] Stotz. [9] Haupt.

Coloniense se non spera debia agiutarsj nella Prouincia de Bauaria, ne in Augusta si potra mandare à Treuere, et si uedera li se per qualche cosa· potra l' opera sua seruire. Circa il Padre Couillon non serebbe inconueniente concederli alcuna peregrinatione se lui la ricerca per che l' exercitio forse li giouuera per digerir la malencolia, et se lui se consolasse de andar à Fiandra ò à Francia haueriamo caro de intenderlo conle prime commodjta.

Di Bologna cj è stato scrjtto che certi Tudeschj sono passati di la quali han detto molto male de octauiano Fuccaro, et anche del jstesso Collegio[1], et cosi intendemo che al Jmbasciador del Re de Romani che qui stette[2] molto Amico del Signor Georgio Fuccaro li fu dato tanto mal raguagljo che luj trattaua de rimouer del Collegio detto octauiano et cosi è cosa facile che habia data mala enformatione al Signor Georgio et penso che per li medesimi rumorj il Cardinal di Trento[3] leuo un suo nipote che li teneua benche dopoi il medesimo ha mostrato trouando false le cose che li erano state dette, si ha mostrato pentito assai de hauerlo leuato con despiacer de hauer creduto à non so che putto. Intendo etiam che dicono che sta male del Corpo detto octauiano, et che lo ammazzano de fame etc. Et in summa .V. R. intenda che il demonio dolendosj de tanto bona opera et de[a] tanti peccati che euitano li giouani essendo in quel luogo ha procurato per qualche suo ministro dar mal nome al Collegio, essendo che in uerita è per molto laudar Iddio la purita di tanta giouentu come li si troua, et il buon fructo che fa nelle lettere et uirtu, et si usa tanta sollicitudine in obseruare detti giouanj, et leuarli de ogni occasion de male che non solamente ui sono il Superintendente, Rectore[4], Ministro, et altri officialj che uegliano sopra loro ma anche ogni camera doue stanno li puttj (hauendo suoi letti, et tauole[b] per studiare separate) ha uno de nostri per superintendente in modo che ne dentro ne fuora de casa possino in certo modo discostar se delli ochi delli nostri.

Quanto à octauiano in quel tempo che stette qui lo Imbasciador, et non so che altri Tudeschj li hanno messo non so che tentationj de scontentezza del detto Collegio, et pur come torno à casa et li parlammo exhortandolo à frequentar piu le confessionj, et darsi alquanto piu al spiritu subito se quieto, et sempre è stato contento et allegro, et frequenta la confessione ogni .15. di . et quanto al Corpo luj sta sano et gagliardo, et ha cresciuto tanto che credo sia piu longo di me, lui stesso penso scriua al Signor Suo Padre et anche il Rettor del Collegio Ger-

a) *In ap. sequitur* quanti, *a libr. oblitt.* b) *Duo vv. sqq. in ap. supra versum scripta sunt.*

[1] De collegio germanico; v. supra p. 514.

[2] Georgio ab Helfenstein; v. supra p. 515. [3] Christophorus Madrutius.

[4] Collegii germanici superintendens post P. Ursmarum Goissonium anno 1564 creatus est ipse P. Ioannes de Polanco (vide supra p. 457[13]); rector autem post P. Alphonsum Sgarilliam vicerectorem eodem a. 1564 esse coepit P. Ioseph Cortesonus (Card. *Steinhuber* l. c. I 83).

manico scriue à messer Andrea[1] che sta in Bologna una lettera la qual penso mandara al medesimo Signor Georgio in risposta de altre sue. Quanto al magnjare non accade dir altro senon che son benissime trattatj et à contento de tutti loro . senon uolessi alcuno excedere li limiti della modestia et sobrieta . di questo do auiso accio .V. R. sia informato, et possa informar della uerita quelli Signori Padre, et Madre sua[2]. Senon hauero tempo hoggi de scriuere altro sera conla prima opportunjta. Ci ricommandamo etc. Di Roma li .6. de Maggio 1564.

Quae Polancus in his litteris de collegio germanico scribit, *epistula illustrantur ab eodem *Polanco* eodem die 6. Maii 1564 Bononiam ad P. Franciscum Palmium S. J., huius collegii rectorem, data; ubi is: „Quei due Thedeschj", inquit, „che partirno dal Collegio Germanico procurorno di solleuare octauiano et in effetto fecero alcun mal officio con luj di maniera che lo turborno alquanto, pure a loro non riusci il disegno et partiti che furno octauiano se quieto et sta saldo et contento, et non mi marauiglio che quei due Thedeschi dicessero quel che non conueniua ne era uero di luj, et del Collegio germanico doue si procede rectissimamente per gratia de Jddio et al Padre Canisio darremo raguaglio accio che li istessi Thudeschj non faccino in Augusta il medesimo" (ex apogr. eiusdem temporis. Cod. „Epistolae Italiae [Praepp. Genn.] 1564 1565" f. 21).

Canisius Lainio rescripsit 20. Maii 1564.

1065. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, mandatu Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO.

Roma 9. Maii 1564.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „P. Canisio". Cod. „Germ. 1561" f. 92.

Mitti in Germaniam inferiorem P. Robertum Claryssonium, magnam, si convaluerit, animabus utilitatem allaturum. Mitti in Germaniam superiorem, quod in Italia commoda valetudine usi non sint, fratres Erasmum Volkerum, Iacobum Muntz, Christophorum Rosetum, Sigismundum Dominatium; qui Dilingae vel Ingolstadii docere vel philosophiam etc. audire possint. De eorum viaticis.

Pax christi.

Li portatori della presente saranno il Padre Roberto Claysonio[3], mastro Erasmo[4], Jacobo[5] Coloniense, Christoforo[6] bauaro, et Sigismundo[7] Bohemo, il primo che è il Padre Roberto ua de passo perla inferior germania[a] per conto della sanjta sua la quale se dio .N. Signor se degnara darlj sera molto fructuoso il suo talento come speramo in quelle bande ò in Francia, se si trouasse qualche compagnia per lui lo haueriamo caro .V. R. lo procurj.

Il mastro Erasmo saxone è buono sugetto et molto dotto in latino et greco, haueua incominciato il Corso[8] qui, ma parte perche non

a) *In ap., verborum ordine perperam inverso, haec sunt:* il primo ua depasso perla inferior germania che è il Padre Roberto.

---

[1] „Gia Maestro di Ottauiano": P. *Franc. Palmius* *Lainio, Bononia 13. Maii 1564 (ex autogr. Cod. „Epp. It. 1564" f. 313). [2] Georgium et Ursulam.

[3] De hoc et de iis, qui proxime nominantur, vide, quae sub ipsas has litteras dicentur. [4] Volkerus sive Völcker. [5] Muntz sive Müntz. [6] Rosetus.

[7] Dominatius sive de Pisnicz. [8] Cursum artium sive philosophiam.

si troua troppo sano, parte perche possa esser utile di la, si manda à .V. R. pareua che in Dilinga potrebbe udire il Padre Pietro[1] Vngaro, et insieme legger una lectione di greco il che luj fara con gran facilita.

Jacobo coloniense non si troua bene qui et si fa conto che prouj come si trouera in Bauaria, in Jngolstadio, ò Dilinga et trouandosi bene potrebbe finire il suo corso, quando non, starra in mano de uostra Reuerenza mandarlo oltre uerso il paese suo.

Christoforo. Non si è trouato quasi mai sano in Jtalia. V. R. uedera doue lo debbja mettere[a], forse in Diljnga ò Jngolstadio starria bene.

Sigismundo Boemo è bello ingegno, et haueua cominciato qua il corso ma non si troua sano in questo aere de Jtalia, et pero si manda in Germania, non conuenirebbe mandarlo in Bohemia per esser li suoi Padrj ussite, .V. R. uedera doue lo debbia mettere, Forse Dilinga sarebbe al proposito, per che se si troua con sanita potrebbe forse udire il Padre Pietro Vngaro. Il Viatico di questi .4. ultimj pare si deueria pagare compartendolo nella prouincia di .V. R. come meglio à lei parera, et con tanto per che de altre cose se scriue con l' ordinario resta solo etc. Di Roma li .9. di Maggio 1564.

Se il Padre Roberto hauera peso[b] [?] delli denari del suo uiatico alcuni per li compagni, V. Reuerenza li facci dar a lui altritanti, et asi potra miglio finir suo uiaggio.

Has litteras, ut ex ipsis intellegitur, Canisio tradidit P. Robertus Clayssone sive Clayssonius (1529—1601), Brugis (Bruges, in Belgio) ortus, Parisiis a. 1549 in Societatem admissus, homo exigui corporis et imbecillae valetudinis, sed magnae eloquentiae; qui 30 fere annis Antverpiae, Brugis, Parisiis, Tornaci etc. contionatorem egit atque etiam aliquamdiu Societatis collegiis brugensi et sanaudomarensi (Saint-Omer) rector praefuit (*Sacchinus*, Hist. S. J. III, l. 2, n. 47; l. 4, n. 202. *Imago* primi saeculi Societatis Iesu, Antverpiae 1640, 745 748. *Sommervogel*, Bibl. IX 50).

Cum Clayssonio in Germaniam inferiorem ire iusso Augustam hi venerunt Germaniae superiori destinati: 1. Erasmus Saxo, sive, ut ipse *Erasmus* in *litteris sua manu Venetiis 27. Maii 1564 ad Polancum datis scribit (Cod. „Epp. Italiae 1564" f. 102), „Erasmus Volkerus Saxo". De quo in **Catalogo* collegii dilingani, Dilingae 1. Ianuarii 1565 scripto, quem saepe dixi (cf. supra p. 501), refertur: „Erasmum Volckerum Thuringensem" modo 24 annos natum esse; eum a. 1559 Romae Societatem ingressum, a. 1560 ibidem Societatis vota nuncupasse, per tres annos Panormi artem oratoriam et litteras graecas tradidisse, modo Dilingae eadem docere; „in declamando et componendo excellit, est utcunque languidus" (l. c. f. 375[a]). 2. Iacobus Coloniensis; de quo in **Catalogo* collegii ingolstadiensis, Ingolstadii 1. Ianuarii 1565 scripto, refertur: Jacobum „Muntz" coloniensem „anno 1560. mense Julij in Societatem receptum fuisse, quo etiam tempore uota Scholastica fecit"; modo autem eum Ingolstadii philosophiae studere (Cod. „GSC 66" f. 373[b]). Muntz (vocatur etiam „Müntzius" et „Muns") ante Societatis ingressum per biennium Sociorum coloniensium discipulus fuerat, m. Aprili 1561 Colonia in collegium treverense, m. Augusto 1562 inde in romanum missus erat. P. *Leonardus Kessel*, rector colo-

a) *Sequitur* Seg, *a libr. oblitt.* b) *Sic ap.; corrigendum videtur* speso.

[1] Hernath, Dialecticae aristotelicae professorem; v. supra p. 496.

niensis m. Augusto 1560: „Videtur", inquit, „iuvenis ad multa aptus, bonus videtur futurus concionator et rhetor et philosophus, est annorum 18, ni fallor, estque nostri vicini filius et in schola rhetorica" (*Hansen* l. c. 358 363 389 394 441 777). 3. Christophorus. Cui nomen gentilicium „Rosetto" (Rosetus) fuisse ex Polanci litteris Roma 24. Iunii 1564 ad Canisium datis intellegitur; atque in **Catalogo* dilingano, 1. Ianuarii 1565 scripto, refertur: Christophorum „Rosetum", monacensem, 21 annos natum esse; eum 11. Maii 1562 Societatem ingressum, 22. Iulii 1562 Romae eiusdem vota nuncupasse; „nunc docet Dilingae pueros, quibus et germanice concionatur" (l. c. f. 375[b]). Atque ex * *Actis* universitatis et * *Catalogo* lectionum, de quibus supra p. 501 scripsi, cognoscitur, eum ineunte a. scholastico 1564/5 „praeceptorem infimae classis et catechistam germanicum diebus festis pro duabus classibus" fuisse et in infima illa sive „tertia grammatices classe" „declinandi, coniugandi, loquendi formulas cum Donato tradidisse". 4. Sigismundus Bohemus. Qui, ut ex ipsa hac epistula colligi potest, erat Sigismundus ille „Dominatius" sive „de Pisnicz", qui a. 1561 ex Hussita catholicus effectus, eiusdem anni m. Septembri Canisii iussu Romam missus erat (*Can.* III 231—232 286 719). In **Catalogo* collegii monacensis, Monachii 1. Ianuarii 1565 scripto, refertur, „Sigismundum Dominatium Pragensem" 1. Ianuarii 1562 Societatis vota fecisse, Romae logicam audire coepisse, Monachii eandem modo audire; „habet ingenium aptum ad fere omnia" (Cod. „GSC 66" f. 376[b]).

Una cum his litteris, ut ex Polanci epistula Roma 20. Maii 1564 ad Canisium data cognoscitur, Canisio a Lainio per hos Socios missus est „Index" tridentinus, Romae iam excusus (praepositis litteris pontificiis, Romae apud S. Petrum 24. Martii datis) in 4^0 atque, ut ferunt, etiam in 8^0 (*J. Petzholdt,* Catalogus „Indicis Librorum prohibitorum et expurgandorum", Dresdae 1859, 11). Editio in 4^0 paginarum est 72 atque sic inscripta: „Index | Librorum prohibitorum | cum Regulis | confectis per Patres a Tridentina Synodo | delectos, auctoritate Sanctiss. | D. N. Pii IIII. Pont. Max. | comprobatus. | Romæ | Apud Paulum Manutium, Aldi F. | MDLXIIII. | In Aedibus Populi Romani." Hunc titulum mecum communicavit R. P. *Ioseph Hilgers* S. J., a se descriptum ex editionis exemplo, quod exstat Romae in bibliotheca nationali (Vittorio Emmanuele), „68 . 8 . D . 8". Atque *idem* me monuit, in huius quidem exempli titulo sub verbo „comprobatus" imaginem ancorae comparere, in vaticana autem bibliotheca inter editiones „Aldinas" (377, 154) exemplum exstare eiusdem formae et eiusdem numeri paginarum atque etiam eiusdem tituli, nisi quod loco ancorae insigne Pii IV. esset. Plura v. apud *Hilgers* l. c. (cf. supra p. 320[1]) 500.

Ceterum notatu digna sunt, quae de novo „Indice" *Polancus* Roma 8. Augusti 1564 nomine Lainii Oenipontem ad P. Ioannem Dyrsium S. J., collegii rectorem, *scripsit: „Catalogum librorum prohibitorum mittere possem sed si non est promulgatum Concilium index iste non ad aliud nos obligabit, quam ius commune, si autem esset promulgatum Concilium et catalogus, tunc obligati essetis, sed putamus de promulgatione ista njhjl actum esse in germania" (ex apographo eiusdem temp. Cod. „Germ. 1561" f. 154[b])[1]. *Dyrsius* autem Merana, ubi cum reginis versabatur, 12. Decembris 1564 Romam ad Lainium *scripsit: „Jndicem librorum prohibitorum habuj a patre prouincialj, ille in Germania non est publicatus, nec curatur passim, quia omnia huiusmodj ridentur ab huius mundj hominibus, maxime in Germania, ubi credere et loquj licet quod placet" (ex autographo. Cod. „G. Ep. V" f. 165[a]).

1066. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 13. Maii 1564.

Ex epistulae Polanci apographo, eodem tempore scripto. „Germ. 1561" f. 110.

Polancus nomine Lainii Roma 13. Iunii 1564 Augustam ad Canisium scripsit: „Circha il Padre Couiglioni dimanda V. Reuerenza in certe sue lettere dei 13 di

---

[1] Theologi postea in hanc concesserunt sententiam: Legum promulgationem Romae factam ad omnes tenendos sufficere, nisi pontifex aliud statuisset; v. supra p. 475.

maggio, si saria bene mandarli[a] *[?] in altra banda."* *Ad easdem Canisii litteras pertinere videntur, quae Polancus in eadem epistula de convictoribus collegii germanici scribit. Canisii litterae iam non exstant.*

Ceterum ex Polanci epistula illa conicere licet — praesertim si cum eiusdem epistula 3. Iunii 1564 ad Canisium data conferatur, — Lainium per Polancum ad Canisii litteras, negotiis illis Cuvillonii et collegii germanici exceptis, respondisse 27. Maii 1564; quae epistula ne ipsa quidem nunc exstat.

1067. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, mandatu Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO (aliisque Societatis praepositis). Roma sub 20. Maii 1564.

Ex apographo eiusdem fere temporis. Cod. colon. „Litt. Epistt. var." (v. *Can.* I LIV) f. 136.

Hansen l. c. 497 ex eodem apographo brevem litterarum summam proposuit; in qua, quae de collegiis romano germanicoque dicuntur, ad alias, nisi valde fallor, litteras pertinent.

Litteris usus esse videtur *Sacchinus,* Hist. S. J. II, l. 8, n. 6 7 8—19.

Praefatio editoris. P. Ioannes Baptista Ribera S. J. hispanus, negotiorum Societatis Iesu procurator generalis, cum ad Carolum cardinalem Borromaeum, Pii IV. nepotem et archiepiscopum mediolanensem, a quo Romae pleraque negotia pendebant, saepe accederet, ea opportunitate ad pia cum eo colloquia miscenda utebatur. Quibus ille delectatus et sacris S. Ignatii exercitiis excultus, Riberam quam saepissime secum esse volebat. Ac Friderico comite Borromaeo, unico Caroli fratre, m. Novembri a. 1562 mortuo, Carolus, ne stirpis propagandae gratia ad ordinem ecclesiasticum relinquendum et uxorem ducendam adigeretur, sacerdotium clam susceperat et secundam missam aestate a. 1563 in Societatis domo professa dixerat; quae sacerdotii susceptio Pio IV. valde ingrata erat. Anno vero 1564 Carolus — verbis utor *Francisci Sacchini* — „in longe austeriorem, quam vel Ribera, vel quispiam de Societate auctor fuisset, sese disciplinam immisit. Oblectamenta quaedam honesta suoque consentanea loco laxamenta abdicare: non ad [corpus] exercendum auramque captandam egredi: raro apparere in publico: totos dies inter litterarum ac pietatis latere studia: de astringenda quin etiam rigidius domestica disciplina mensaque", dimittendis vectigalibus quibusdam — beneficiis ecclesiasticis a Pio IV. avunculo copiose instructus erat — etc. agere (*Sacchinus,* Hist. S. J. II, l. 8, n. 12. *Dan. Bartoli,* Dell' Istoria della Compagnia di Gesù. L' Italia l. 4, c. 13, Torino 1825, 179—185. *Sylvain* l. c. I 77—79. *Boero,* Lainez 303—306).

Carolus cardinalis Borromaeus, Pii IV. nepos, ad magnos in pietate progressus faciendos a Societatis hominibus institutus, postea aliorum religiosorum suasu in disciplinam se immisit rigidiorem et a Sociorum consiliis alienam. Fuerunt tamen, qui Socios cardinali tum haec, tum ut Societati maximam pecuniam vel etiam se ipsum daret, persuasisse dicerent, cardinalibus etiam quibusdam, ne ipsi quoque vitam reformare cogerentur, metuentibus. Unde Lainio significatum est, et ipsum et reliquos de Societate et maxime P. Riberam, quo familiarissime usus erat Borromaeus, huius commercio a Pio IV. esse prohibitos; ferebant etiam Roma pulsum iri Societatem. At pontifex unum Riberam prohibuerat; eodem fere tempore seminarii romani cura Societati demandata, absolvendi librosque prohibitos legendi facultates quaedam eidem denuo tributae, archiepiscopo moguntino litterae pontificiae ad collegia condenda concessae. Cum autem Lainius et Salmeron nuper ad Pium IV. accessissent, is clementissime eos excepit, arcana consilia cum eis communicavit, Sociis atque etiam Riberae omnem Borromaei adeundi potestatem dedit. Paulo post Tusculi cum cardinalibus in domum Societatis, ubi Lainius tunc versabatur, venit, ac cum Lainius, cardinale Carpensi mortuo, iam neminem ex cardinalibus singularem Societatis protectorem constituendum esse significasset, consilium probavit et Societatis protectorem se ipsum fore pronuntiavit.

a) *Sic ap.; quod corrigendum esse videtur:* mandarlo.

† IHESVS.

Quandoquidem etiam ad vos delatos esse rumores quosdam existimo quj primum hic tenuj auditione increbuerunt, non alienum a nostro instituto facere videor, si veritatem omnem rej, quomodo gesta est, vobis transcribam, vt si forte vsus incidat[a]. nostros ad defensionem adiuuare possit.

Cardinalis boromeus homo multarum virtutum, genere[b] [?] immaculatissimus[c], cum ab ineunte aetate ad omnem pietatem propensus extitisset, nouo nuper feruore accensus, vt quam maximos progressus in diuino seruitio faceret, cum nostris consilium de salute animae habere instituit. Ad hunc igitur vsum quasdam a nostris pias institutiones, quibus promouerj posset ab ipsis orthodoxis patribus ecclesiae desumptas accepit, Paulo post egit etiam cum alijs hominibus[d], vt audio religiosis, sed fortasse[e] plus aequo seuerioribus et quj nihil[f] [?] fragilitati naturae concedendum existimarent[1]. Ex quo factum est vt ipse Cardinalis siue illorum admonitionibus inductus, siue quod suapte natura tetricus et grauis in propria vitia animaduersor esset[g] multis voluptatibus [sibi] interdictis, etiam honestas quasque exercitationes animj, quibus remittj relaxarique curae solent, paulatim sibj subtrahendas putaret, atque studijs prolixioribus addictus ea faceret que nostrorum[h] consilijs fere contraria videbantur.

Et tamen inuentj sunt aliquj quj hanc rigidam, asperamque vitae rationem in Cardinale[i] nostris ascriberent, atque apud summum pontificem huiusce culpe [eos] insimularent, Cardinalis autem iam maiora etiam molitus in patriam secedere, atque beneficijs se quibusdam exonerare parabat vt quae superessent in pias eleemosinas conferre commodius posset, et domestica familia imminuta, quam pro dignitate splendidam et numerosam satis alebat sumptus facere frugaliores, quae cum aggredj statuisset fama non obscura orta est, quasi nobis auctoribus haec vniuersa fierent, erant quj dicerent eum sexcenta millia ducatorum Romano collegio nostro[k] quotannis dedisse, Alij decem millia in[l] praesentj pecunia, nonnullj Abbatiam, alij aliud, quidam[m] etiam eum, societatis institutum amplexurum credebant.

Quod autem ad veritatem totius negotij spectat ingenue confitemur neminem ex nostris extitisse, qui eum[n] vel vt societatj se ad-

a) *A libr. correctum ex* intendit. b) *Sic ap.; corrigendumne* genio? c) imaculatissimus *ap.* d) *Sequitur* aut, *oblitt.* e) *Duo vv. sqq. in ap. supra versum scripta sunt.* f) nimium *ap.; id quod falsum esse et ea quae antecedunt et ea quae sequuntur facile ostendunt; atque equidem suspicor, in archetypo italico fuisse* niente; *id quod interpres latinus perperam verterit in* nimium. g) *Sequitur* et, *oblitt.* h) *Sequitur* fere, *oblitt.* i) *In ap. corr. ex* Cardinalj. k) *In ap. sequitur* dedisse, *oblitt.* l) *Hoc v. supra versum scriptum est.* m) quidem *ap.* n) *Hoc v. supra versum scriptum est.*

[1] *Ioannes Petrus Giussano*, sacerdos mediolanensis et insignis Sancti Caroli Borromaei biographus, Carolum hoc tempore de rebus ad pietatem spectantibus cum „alcuni buoni Sacerdoti Spagnuoli, che poco prima vennero dal concilio di Trento“, et cum P. Francisco Forerio (Foreiro, Ferrero) O. Praed. lusitano egisse affirmat (Vita di S. Carlo Borromeo, Ediz. ampliata, Venetia 1613, l. 1, c. 8, p. 18—21; cf. etiam c. 5, p. 14).

diceret, vel aliquid daret, vel denique ad[a] hanc vitae immutationem vnquam adhortatus sit, longe enim aliter atque primum a nostris praeceptum[b] [?] acceperat se gessit; quj si consilium [nostrum] [?] [in ratione] [?] ad[ministrationis][c] [?] peragendae sequj voluisset, quemadmodum initio ab eo factum erat, quoniam res maximj momentj, et exactiorj iudicio discutiendae fuerant, nunquam tam feruide huc vsque processisset. Sunt quj putant[d] [?] nonnullis ex precipuis Cardinalibus, hanc in illo tam rigidam vitae conditionem minime placuisse, propterea quod ipsi quoque[e] morum vitaeque reformationem eius exemplo pretermittere nullo iure posse viderentur, atque [eos] [?] ob eam rem nonnullos excitasse[f] qui cum Summo Pontifice[g] [?] loquerentur et nos apud illum accusarent. Quicquid sit, illud vtique certum[h] [?] est, quemadmodum [?] Summus Pontifex, nostro generalj mandauit vt[i] [?] cum nepote suo, nisi prius ej collocutus esset neque ipse, neque nostrorum quisquam aut ageret aut tentaret aliquid, precipue autem is qui multus apud illum esse consueuerat, Sacerdos vnus ex nostris qui domj habitabat ab illius colloquio prohiberetur[1]. P. G.[2] cum propter Podagram qua tum misere conflictabatur[k] Summo Pontificj eo tempore neque adesse neque colloquj posset, ingens subito fama propter eam rem exorta est, quasi Roma nos eijciendos precepisset, aliaque id genus ab aemulis excogitata conuitia spargebantur. Jntellectum tamen est a nobis deinceps Summam[l] [?] Suam[m] Sanctitatem non omnes quj ex societate essent a Cardinalis congressu et colloquio prohibuisse[n] [?], sed eum tantum de quo paulo ante diximus quj ex domo nostra erat, cuius familiaritatem ex iniquis indicijs aliorum[o] ad se delatis hanc seueritatem Cardinalj imposuisse . et noxiam fore deinceps iudicabat. Accidit eodem tempore communj Cardinalium omnium quj huic rej preerant antegressa confirmatione, vt seminarium Reipublicae [?][p] quod recens institutum est a Sua[q] Sanctitate, nostrorum curae atque eruditionj committeretur[3].

a) *Supra versum scriptum.* b) praeceptis *ap.* c) *Locus obscurus et a libr. vel ab interprete latino corruptus.* d) *Sic ap.; corrigendum esse videtur* putent. e) *Sequitur* vitae, *oblitt.* f) *Hoc v. supra versum scriptum est.* g) *Aut ita corrigendum est* Pontificj, *quod est in ap., aut paulo supra* cum *omittendum.* h) *Vide infra adnot. 1.* i) ne *ap.; correxi propter ea, quae sequuntur.* k) conflectabatur *ap.* l) *Ita ap.; at propter vv. sqq. hoc v. oblitterandum fuerat; nam papa aut* Summus Pontifex, *aut* Sua Sanctitas *vocari solebat et solet.* m) *Hoc v. in ap. supra versum scriptum est.* n) *Sic corrigendum esse videtur* prohibitos fuisse, *quod est in ap.; nisi paulo supra ante* Suam Sanctitatem *omissum sit* per. o) *In ap. sequitur* de, *oblitt.* p) *Sic ap.;* Romanum? *vide infra adnot. 3.* q) *In ap. corr. ex* Summa.

[1] P. Ioannes Baptista Ribera (v. supra p. 530); ceterum hunc quoque locum a librario vel potius ab ipso interprete latino vitiatum esse suspicor; neque enim ullo modo „certum erat", omnes Socios per pontificem Borromaei commercio prohibitos esse; sed, ut ipse Polancus paulo infra refert, prohibitus erat tantum Ribera; is vero, quem pontifex ad Lainium ea de re miserat, „limites mandati non custodiens" locutus erat ita, ac si omnes essent prohibiti.

[2] Id est: Pater Generalis (Lainius).

[3] Pius IV., ut in decreto illo tridentino (v. supra p. 285) observando episcopis exemplo praeiret, Romae seminarium clericorum instituere m. Augusto a. 1563 in animum induxerat; quod ubi collocandum et quorum curae committendum esset, cardinales Rudolphum Pium Carpensem, Iacobum Sabellum, Marcum Antonium Amu-

Cardinalis item Alexandrinus[1] cum pro nobis intercederet vt priuilegia[a] quae Societas in libris auctorum prohibitorum[b] [?] [legendis][c] et [hominibus][d] a crimine hereseos absoluendis habere consueuerat, restitueerentur[e], erant enim reuocata generalj mandato[2], summa benignitate S. S.[f], vt[g] [?] ante[g] [?] pristinam in ea re facultatem reddidit[3]. Dedit ad hec Amplissimum rescriptum motu proprio vt vocant in quo principi cuidam Germano[4] duo collegia erigendi potestatem fecit, quorum[h] Alterum Societatis[i] [?], Alterum clericorum quorundam studijs addictum esset, qui tamen a nostris litteras docerentur adiecto stipendio honestissimo quod laboribus preceptorum satis esse videretur[5]. Sed cum .P. G. ad eum propter podagram venire differret, rogauit aliquoties quid esset causae[k] [?] quamobrem ad se non venisset[l] [?] . denique vbi iam melius habere cepisset[m], patre Salmerone comitante quj venetijs eodem die ad vrbem venerat[6] cum Summo Pontifice congressus et collocutus est, Quem vix credibile est quanta cum humanitate et beneuolentia ad pedes prostratum subleuarit et complexus sit: tum quoniam rectus a morbo exiuerat ad sedendum eum adhortabatur quod tamen minime fecit. Cumque breuitatem in[n] loquendo semper[o] amare videatur tamen cum patre ad integrae horae spacium et eo amplius colloquium protendit[p], singulari quadam liberalitate et honore[q] exhibito inter confabulandum, detectis

a) *In ap. corr. ex* priuilegij. b) *Vel:* in libris prohibitis; *ap.:* in libris auctorum prohibendis; *v. infra adnot. 3 huius pag.* c) *Vide infra adnot. 3 huius pag.* d) *Vide infra adnot. 3 huius pag.* e) *Hoc v. in ap. supra versum scriptum est.* f) *Ita libr. antiquus correxit, quae scripserat:* benignissimj summj Pontificis. g) *Ita ap.; sed vv.* vt ante *supervacanea esse videntur; sequitur enim* pristinam. h) *In ap. hoc v. supra versum scriptum est.* i) *Sic ap.;* Societati? k) *Haec 3 vv., cum sequatur* quamobrem, *supervacanea ideoque oblitteranda esse videntur.* l) *Sic ap.; corrigendum esse videtur* veniret; *Polancus Palmio (v. infra adnot. 3):* Demando algunas uezes el Papa si era uenido, y como no uenja .N. P. a le hablar. m) *Sequitur v. oblitteratum (*cum*?).* n) *Hoc v. supra versum scriptum est.* o) *Sequitur* amet, *oblitt.* p) *Sequitur v. obscurius (oblitteratum?).* q) *Sequitur* patri, *oblitt.*

lium, Carolum Borromaeum, Vitellotium Vitellium videre iusserat (*Lagomarsinius*, Pogiani Epistolae III 388 389. *Aug. Theiner*, Geschichte der geistlichen Bildungsanstalten, Mainz 1835, 104—107).

[1] Michael Gislerius O. Pr. (postea Sanctus Pius V. papa), supremus inquisitor.

[2] Litterae Roma 24. Martii 1564 datae, quibus Pius IV. id praestitit, exstant in *Bullario* Romano (ed. taur.-neap.) VII 279—281.

[3] P. Benedicto Palmio, provinciae Societatis longobardicae praeposito, *Polancus* Roma 6. Maii 1564 *scripsit: „Hauiendo sido generalmente reuocadas las licentias de absoluer de casos de heregia, y de leer libros prohibidos hablando el Cardenal Alexandrino inquisidor Maior à Su santidad para poder comunicar de nueuo esta licentia en las demas partes fuera de españa al General de N. Compañia y à los que el nombrase della [lo concedió] (ex apogr. eiusd. fere temporis. Cod. „Epistolae Italiae [Praepp. Genn.] 1564 1565“ f. 23[b]—24[a]. De haereticorum absolvendorum facultate Sociis denuo concessa v. etiam supra p. 492.

[4] Danieli Brendel, archiepiscopo et principi electori moguntino; v. supra p. 493.

[5] *Polancus* Palmio (v. supra adnot. 3 huius pag.) de Pio IV. *scripsit: „Aunque semejante despacho suele pedir composition todauia le concedio gratis.“ De pecuniae solutione, quam „compositionem“ vocant, v. supra p. 494[1].

[6] Lainium vel 1. Maii vel uno ex proximis 4 diebus cum Pio IV. fuisse *Polanci* ad Palmium *litterae, quas dixi, ostendunt.

etiam arcanis nonnullis que ad Ecclesiae propagationem atque ornamentum facienda putabat, Quod vero ad Cardinalem attineret aiebat non bene ab illo limites mandati custoditos esse quj talia detulisset. et quo animo erga Cardinalem affectus esse[t] ostendebat[a] [?]. Jtaque et illum deinceps[b] amauit plurimum, et innocentiam nostrae societatis vnice collaudauit[1], adiecta venia vt quoties vellent Cardinalem accederent et cum illo quecumque vellent loquerentur. Conuenit etiam Sacerdotem ex nostris qui quotidianam cum Cardinale consuetudinem habet[c] [et][d] [?] benigniter appellans omnj eum culpa et suspicione liberauit, quj postridie cum Cardinalj in conspectu omnium visus est. Ex quibus omnibus perspicuum est tum quem animum erga nostros summus Pontifex habeat, tum quam parum veritatis in se hi rumores per vrbem totam disseminatj continerent. Post paucos dies quam hec acta sunt .P. N. Tusculum[2] petijt, animj recreandj gratia, venit etiam eo Summus Pontifex et cum ad eum .P. N. colloquendi gratia nuncium[e] misisset ilico responsum est ne domo egrederetur, velle enim Suam sanctitatem eo venire, sicut et factum est, nam sub vesperam vna cum quinque Cardinalibus, quj comites itineris erant ad nostros venit, et primum templum visitauit; Deinde absoluta oratione in intimas aedes, atque inde in hortum processit, vbi aliquantisper commoratus ambulando est. Apud quem deinde P. N. in familiarj colloquio de morte Cardinalis Carpensis honorifice mentionem fecit[3]. Jlle[f] igitur quoniam protector extitisset nostrae societatis, et iam e medio sublatus vitam morte commutasset neque alterius iam cardinalis fauore auxilioque (tametsi omnes fauerent plurimum) peculiariter nostrj protegerentur, visum sibi fuisse faciendum vt suam Sanctitatem huius rej redderet certiorem, vt si commodum esset, alium cuius gratia et auxilio in rebus difficilibus vteretur substitueret; hanc cum rationem ipse innuisset[g] [?] tamen dubitare se num esset proponenda[h] [?], propterea quod ita se haberent res et negotia societatis nostrae vt diuino humanoque presidio, communitae satis viderentur, quj[i] [?] etiam si quid graue aut acerbum eueniret, non vnius potius quam omnium Cardinalium (que est illorum in societatem humanitas et beneuolentia)

a) *Hic fortasse aliqua a libr. omissa sunt; vide infra adnot. 1.* b) *Hoc v. supra versum scriptum est.* c) *In ap. corr. ex* habebat. d) *Hoc vel aliquid simile, ut* quem *vel* illumque, *supplendum esse res ipsa ostendit.* e) *Hoc v. supra versum scriptum est.* f) Jle *ap.* g) *Sic, ut videtur, ap.;* iniisset? insinuasset? h) *Sic ap.;* exsequenda? i) *Sic ap.; sed corrigendum esse videtur* quae *(i. e. Societas).*

---

[1] *Polancus* *Palmio (v. supra p. 533[3]): „Significo su mente quanto al recogimiento del Cardjnal la qual era tan iustificada quanto se pudia pedir, y assi .N. P. le dixo quello messmo que Su Santidad dezia era lo que se hauia de nuestra parte accordado al Jllustrjsimo Cardenal su sobrino."

[2] Tusculi (Frascati), quae urbs coelo apprime salubri est nec longe abest Roma, Societas a. 1559 domicilium quoddam incohaverat (*Sacchinus,* Hist. S. J. II, l. 3, n. 48).

[3] Rudolphus cardinalis Pius (Pio), ex principibus carpensibus (Carpi), 2. Maii 1564 supremum diem obierat (*Ciaconius-Oldoinus* l. c. III 620—621. *Sacchinus* l. c. l. 8, n. 4).

operam implorare possent[a] [?]. Respondit ad ea Pontifex multo omnium prudentissimum sibi viderj vt ad omnes aequaliter Societatis cura pertineret, neque de protectore nouo magnam sollicitudinem habendam, sed ipsum se quantus esset in[b] [?] patrocinium atque ornamentum nostrorum fore pollicebatur . quo dicto primum ipse Pater Generalis, mox Salmeronius atque alij tres patres qui vna huic Colloquio interéramus ad pedes Sue Sanctitatis prouolutj pro tanta humanitate gratias illj egimus immensas. Cardinales ipsi quj aderant[1] in optimam partem omnia acceperunt neque scilicet alium maiorem[c] [?] nostros accipere potuisse vlla ex re[d] [?] existimo atque eo modo sicut res accidit, quando si sub[e] [?] vnius protectoris auxilio societas se commisisset[f] [?] alij suum a nobis animum alienare potuisse[g] viderentur, nunc cum in[h] [?] se communem operam expetendam iudicauerit . procul dubio quid ab omnibus expectare debeat ostendit, Pontifici mirum in modum tum aedes nostrae tum hortus[i] non mediocriter placebant. Addidit insuper quod cum in ista loca excurreret sepius nostros colloquij causa visitaret. Hinc igitur apparet inuidiam Diaboli[2] coram diuina gratia diu subsistere non posse que nos et ceteros omnes sua protectione semper foueat atque tueatur: Amen.

In codicem monacensem „Resp.“ f. 90[a] caput quoddam *litterarum a *Lainio* Roma „1564 . 20. Maij“ „Jn Commune“ datarum relatum est, quod eiusdem prorsus argumenti atque epistulae modo positae extrema pars, et, ut mihi quidem videtur, eiusdem partis summa quaedam brevis sive compendium est; quod ego compendium, cum ad ipsas litteras modo positas intellegendas utile esse videatur, hic pono: „Nudiustertius vespere venit Papa cum quinque Cardinalibus in domum nostram Tusculanam [Fraschati] et oratione facta in templo, ingressus est domum et hortum, in quo cum aliquantum obambulasset, Pater noster ipsi insinuauit, quod defuncto Cardinale Carpensi nostro Protectore, multis de causis visum esset, ad S. Sanctitatem referre, num expediret, nullum habere peculiarem protectorem ex Cardinalib. quandoquidem, quae DEI gratia est, non contingant inter homines Societatis negotia, ad quorum decisionem necesse sit recurrere ad Protectorem: et ad agendum cum S. Sanctitate [nos] Cardinales Jllustrissimos beneuolos promotores experiri, omnesque nostros protectores etc. Respondit S. Sanctitas multum sibi placere eam mentem[k] quod nob. curae non sit de peculiari Protectore, seque ipsum Protectorem nostrum esse velle; et ita cum pedum osculo pro tanta benignitate erga Societatem nostram gratias agentib. Cardinales adstantes applaudere visi sunt. Et sane nominando vnum aliquem protectorem nostrum, multis ansam dabamus remittendi de sua in nos voluntate, sic, non nominando vllum pro particulari Protectore, habebimus omnes.“ Capitis huius brevem summam posuit *Hansen* l. c. 497[4].

Litteris, quas proposui, in codice coloniensi, a quo ad quem quando datae essent, ascriptum non est; sed ex ipsis rebus, quae in iis dicuntur, haud difficulter intel-

a) *Sic ap.; corrigendum esse videtur* posset; *cf. supra p. 534 adnot. i.* b) *Sic ap.; sed malim vel* in *omittere, vel paulo infra* nostris *pro* nostrorum *ponere.* c) *Sic; corrigendum fortasse:* protectorem. d) *Sic ap.; sed legere malim* parte. e) *Sic; sed fortasse v. hoc omittendum fuerat; sequitur enim* commisisset. f) *Sic; corrigendumne* constituisset? g) potuijsse *ap.* h) *Sic ap.; malim tamen legere* a. i) *Sequitur v.* authoritatem *vel simile, oblitt.* k) *Sequuntur vv.* quod non curaremus peculiarem protectorem, *postea oblitterata.*

---

[1] *Sacchinus* (l. c. l. 8, n. 7) adfuisse narrat cardinales [Iacobum] Sabellum, [Vitellotium] Vitellium, [Franciscum, nisi fallor] Gonzagam, cardinalem denique „Sanctae Florae“. [2] Sap 2, 24.

legitur, eas a Polanco Societatis secretario mandatu Lainii praepositi generalis haud multo post initium m. Maii a. 1564 ad Socios universos, eos saltem qui in Europa degebant, vel potius ad eorum praepositos provinciales — his enim eiusmodi epistulae mitti solebant — datas esse; accedit, quod capiti illi monacensi adnotatum est, litteras Roma a Lainio 20. Maii 1564 „in commune" datas esse. Fieri tamen poterat, ut eaedem in Germaniam vel aliquanto ante vel etiam post eum diem mitterentur; scripta enim huiusmodi oblata opportunitate neque ad singulas provincias eodem die mitti solebant. Ac de causa Borromaei et Riberae ad P. Benedictum Palmium, Longobardiae praepositum provincialem, iam 6. Maii 1564 litterae „communes" datae erant (v. supra p. 533[3]).

Cum autem harum litterarum verba omnemque sermonem considero, in hanc devenio opinionem: Non solum eum, qui eas in codicem coloniensem transcripsit, calamo saepius lapsum esse, sed ipsas litteras, a Polanco italice, non latine scriptas, in latinum ab alio aliquo eoque vel huius vel etiam utriusque linguae haud ita perito conversas esse. Hoc sane constat, huius generis litteras ad Canisium nonnunquam italice datas esse.

Haec Polanci epistula, si non rei summam — haec enim nota est — sed singula spectamus, complura, quae nova sunt, continet. Quam qui cum relationibus Sacchini, Bartoli, Boeri contulerit, fortasse iudicabit, hos hanc procellam eiusque sedationem cum aliis quibusdam iisque paulo posterioribus plus, quam aequum esset, in unum confudisse.

1068. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO. Roma 20. Maii 1564.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „P. Canisio." Cod. „Germ. 1561" f. 94[b]—95[a].

Quae pretia a quibus pro epistulis Romam perlatis vel perferendis solvi oporteat tabellariis venetis, bononiensibus etc. „Missionem" bavaricam Deo commendari. De P. Stevordiano, rectorum mutatione, Lainio Tusculum profecto, collegio herbipolensi. Pro caesare et Bavariae ducissa precationes fieri. Adversus collegium vindobonense aliqua praetexi potius quam serio proferri; desperandum de eo non esse. Qua ratione ob pestilentiam P. Halbpaur cum reginis Oeniponte abire, P. Dyrsius ibidem contionari possint; de Sociis inde transferendis. De convictoribus collegii germanici. Quae haereticorum de litteris et humanitate scripta adhiberi possint. In bello ab ecclesiasticis Augustae moto Socios bono animo esse debere; videndum iis esse, ut suam habeant ecclesiam.

Pax christi.

Due lettere di V. R. di 6. del presente si son riceuute per uia delli olgiatj[a] come intendo li qualj danno buon ricapito alle lettere, ma ci fanno pagar da poco in qua buon porto. Vn altro plico intendiamo esser arriuato à uenetia senza porto, ma per che era grande non celo mandorno con l' ordinario di uenetia à Roma che si paga molto in grosso et quasi à peso di argento[2], quelle[b] che dico delli .6. ci costorno incirca mezzo ducato, sera ben le cose che importono mandarle per uenetia, le altre che non sono importanti per altra uia et penso che quella de Bologna sarebbe à buon mercato perche de li

a) ogliati *ap.; cf. infra adnot. 1.* b) quella *ap.*

[1] Per Olgiatos, argentarios romanos; v. supra p. 342[1] 504.
[2] Vide supra p. 515.

sin à Roma costano poco, et faccia conto V. R. che qual si uoglia spesa de porti de lettere che si mandano qua lo han de pagar quelli che le mandano intanto che Roma sta pouera che altrimente solo per questa soma deli porti bisognarebbe una buon intrata. Aspetaremo le lettere che ho detto de Venetia per uia del tramezzino, intendjamo l' andata delli 4 Padrj per la Bauaria et come parse à quelli Signori che .V. R. restasse in Augusta. Dio N. Signor prosperi questa missione, et non si mancara de ricommandarla strettamente à Dio N. Signor nella casa et collegio Nostro et Germanico et in quelli de Jtalia.

Del restar el Padre Martino [1] in Jngolstadio dopo la peregrinatione si potra considerare dopo la tornata di esso ouero in sul tornare auisara .V. R. et seli respondera.

La mutation de Rectorj in Jngolstadio et Monachio et anche la causa di essa pare bene . del Collegio Herbipolense per esser N. P. absente in Frascata [a] [2] [?] per conto dela sanita non si puo mandar al presente risolutione, potrebbe .V. R. scriuere [b] in questo mezzo [c] come li pare si potria mettere in essecution questo Collegio et qual gente potrebbono dar di la et quale sarebbe necessario mandar di qua.

La sanita del Jmperatore [3], et la andata della Duchessa di Bauaria [4] sua figliola si racommandara à Dio N. Signor.

Quanto à quello [d] che disse l' aulico di Cesare del Collegio de Vienna [5] ci persuademo siano pretesti, et non le cause uere di quelli effettj, non habiamo cosi poca speranza qua, ne che Dio .N. Signor [non] [e] [?] habbia à conseruare quel collegio che siamo sollicitj del luoco alqual debbia transferirsi in euento che uscisse de Vienna, tuttauia è da ringratiare il buon affetto della Jllustrissima casa de Bauaria che ha promesso de accettarlo tutto intiero in caso che si hauesse à transferire.

Della peste de Jspruc, et del andata delle Regine in Brixina non sapeuamo niente insino à tanto che lo hauemo inteso perle lettere di sopra citate di V. R. si facessino instantia le Regine per hauer il mastro Hermes [6] constantemente non pare seli possa negare ma pare bisognarebbe che loro l' obtenessino [f] dal excelso regimine [7] et il Padre Dirsio potrebbe restare per Rectore non essendo obligato à predicare benche lo facessi quando li paressi poterlo fare per consolatione del populo, se ci è peste gagliarda, è da credere se diffaranno le schole.

a) *Sic ap.; quod nescio an corrigendum sit* Frascati; *ita certe nunc scribitur.* b) .V. R. scriuere .V. R. *ap.* c) *Sequitur* auisarcj, *a libr. oblitt.* d) *Sequuntur vv.* del aul et, *a libr. oblitterata.* e) *Hoc ut suppleatur, ipsa res exigere videtur.* f) optenessino *ap.*

---

[1] Martinum Stevordianum dicit.

[2] Tusculum, urbs „Campaniae" romanae; cf. supra p. 534 [2].

[3] Ferdinandi I. [4] Annae. [5] Vide supra p. 520. [6] Halbpaur.

[7] Ab Austriae superioris „regimine" Oeniponte constituto; de quo vide *Can.* III 169 [3].

ueda .V. R. se in tal caso per euitar il pericolo sarebbe da mandar parte deli nostri anche in Brixina ò altroue.

Jl figliolo del Console augustano sta bene, et anche octauiano[1].

Quanto alli libri delli hereticj gia si mando l jndice per alcuni nostri fratellj mandatj in Germania questi giornj[2]. quello che il patre Natal djceua de non tener libri de auctorj haereticj in humanioribus, dice luj che intendeua de heresiarchis, ma pur li commentarij, et scholij de tali non teneua per inconueniente se adoperassino al modo gia detto altreuolte[3], la lettera che V. R. ricerca per il preposito Remo si potra scriuere quando tornarà .N. P. P.

Della persecutione delli Ecclesiastici[4] ben che non ce marauigliamo pur ce rincresce per quel che tocca à loro. Dio N. Signor li dia suo spiritu et charita, et il Padre Guillelmo stia de buon animo che simili contradictioni sono buon testimonio pel fructo che si fa, pare ben serebbe al proposito la propria Chiesa se potessino hauerla, le incluse potra V. R. mandar à Dilinga. Di Roma li 20 de Maggio 1564.

Canisius Lainio respondisse videtur 3. Iunii 1564.

1069. CANISIUS **IACOBO LAINIO,** praeposito generali Societatis Iesu. Augusta Vindelicorum 20. Maii 1564.

Ex litterarum Polanci apographo eodem fere tempore scripto. Cod. „Germ. 1561" f. 101[b].

Polancus nomine Lainii Roma 3. Iunii 1564 Augustam ad Canisium scripsit: „Si non riceuute quelle di .V. R. di .29. de Aprile et 20. de Maggio quali uennero per uia de Venetia" etc. Ac cum Canisii epistula 20. Maii data perisse videatur (alteram illam v. supra p. 508—515), de ea videri oportet, quid Polancus in litteris, quas dixi, scripserit; per has enim Lainii nomine Canisio responsum est.

1070. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO. Roma 27. Maii 1564.

*Vide, quae sub Canisii litteras 13. Maii 1564 ad Lainium datas notata sunt (supra p. 530). Hanc Polanci epistulam, et fortasse aliquot alias, P. Franciscus Palmius S. J., collegii bononiensis rector, significasse videtur, cum Bononia 3. Iunii 1564 Romam ad Lainium *scriberet: „A quelle d'Alemagna per uia de Fuccari ho dato ricapito" (ex autographo. Cod. „Epp. It. 1564" f. 318[a]).*

---

[1] Ioannes Georgius Velserus (ut videtur) et Octavianus Fuggerus.

[2] Vide supra p. 529.

[3] In Indice tridentino „haeresiarcharum libri . . . cuiuscumque nominis, tituli, aut argumenti existerent, omnino" prohibebantur. „Versiones" autem scriptorum etiam ecclesiasticorum, quae usque ad id tempus „editae erant a damnatis auctoribus, modo nihil contra sanam doctrinam continerent", permittebantur. Similiter „prologi, summaria seu annotationes, quae a damnatis auctoribus libris non damnatis appositae essent", dummodo „a Catholicis Theologis Inquisitionis generalis auctoritate expurgati" essent, concedebantur: Regulae II. III. VIII. (*Index* Librorum prohibitorum . . . auctoritate Sanctiss. D. N. Pij IIII. Pont. Max. comprobatus, Coloniae 1564, f. A 5[b] A 7[b]).

[4] Bellum dicit, quod Augustae ab ecclesiasticis quibusdam adversus Canisium et P. Guilielmum Elderen motum erat: v. supra p. 523.

1071. CANISIUS **IACOBO LAINIO,** praeposito generali Societatis Iesu. Augusta Vindelicorum 27. Maii 1564.

Ex litterarum Polanci apographo, eodem tempore scripto. Cod. „Germ. 1561" f. 116[a].

Polancus nomine Lainii Roma 24. Iunii 1564 (litteris prioribus) Augustam ad Canisium scripsit: „Riceuemmo quella de .V. R. de .X. del presente et altra de .27. de Magio che tardo troppo nella strada, nella qual se fa mention di quel libro Tudescho per il qual ci han fatto pagar un ducato de porto" etc. De quo libro v. infra p. 549; de duabus autem hisce Canisii epistulis, quoniam utraque perisse videtur, vide Polanci, quam modo dixi, epistulam; hac enim Lainius Canisio respondit.

1072. CANISIUS **IACOBO LAINIO,** praeposito generali Societatis Iesu. Augusta Vindelicorum 3. Iunii 1564.

Ex litterarum Polanci apographo, eodem tempore scripto. Cod. „Germ. 1561" f. 134.

Polancus nomine Lainii Roma 15. Iulii 1564 Augustam ad Canisium scripsit: „Alle lettere dj V. R. de 21. et 24. del passato si fece risposta Martedi passato, adesso la faro ad altre piu uechie de .3. et .16. del medesimo Mese de Junio." De quibus Canisii epistulis, quia perisse videntur, Polanci, quam dixi, epistula videnda est; hac enim Lainius Canisio respondit.

1073. **P. IOANNES DE POLANCO,** secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO. Roma 3. Iunii 1564.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „P. Canisio." Cod. „Germ. 1561" f. 101[b]—102[b].

Magna epistularum Romam allatarum pretia. Videbitur, num Romae facultas haereticorum absolvendorum impetrari possit sacerdotibus Germaniae; in qua legem illam concilii tridentini mitigari convenit. Catechista Augustam mittetur, cum Sociis aedes ampliores fuerint etc. Collegium oenipontanum, si pestilentiae vis creverit, qua ratione sit dissolvendum. Reginae. „Missio" bavarica. P. Haupt Treverim mittendus. Mittuntur „Orthodoxarum Explicationum" Andradae Venetiis excusarum errata, in editione coloniensi, quam Canisius curabit, corrigenda. Magister Ingolstadium mittetur; in Germania Socii non germani male valent. Promotiones theologicae. P. Peltano in patriam, ut bonis se abdicet, eundum non est. Octavianus Fugger bene est; collegium germanicum valde frequentatur; Welser et Thaumüller quantum in eo solvant. P. Mendoza Dilingae manere iubetur, ut collegio necessaria provideat. Infirmis etiam aere alieno, si opus erit, prospici oportet; quid agendum cardinali, ut Dilingae plures dentur Socii. Curandum, ne ibi Socius quidam novas singularesve opiniones proferat; scholae ibidem Sociis distribuendae, ut Canisio visum erit. Servatius, Bosch, Facciardus, Haivodus. Videndum, ut Ingolstadii in locum philosophiae professoris externi officio abeuntis aliquis de Societate substituatur.

Pax christi.

Si son riceuute quelle di .V. R. di .29. de Aprile et 20. de Maggio quali uennero per uia de Venetia et ci hanno costato bon porto del che auiso perche lettere quadrimestrj quali ueneuano parecchie in detto plico non doueriano[a] per tal uia mandarsi ne altre de poca importantia.

quanto alla faculta di absoluere quelli che hanno absoluto altrj de casi reseruati in Bulla coenae[1] facil cosa sera che la impetriamo

a) *Sequitur* uenjr, *a libr. oblitt.*

[1] Vide supra p. 508—509.

per noj, ma tentaremo etiam se si potra impetrare per altrj alli quali possano li uescoui dar tal faculta non obstante quel decreto del Concilio che concede questa faculta[1] alli uescoui, et non à loro uicarij etc. perche in Germania pare non sia adesso tempo de usar tal rigore.

Jl cathechista Germano si potra mandare in Augusta ma pare doueriano prima hauer casa, et anche saria bene che la peste cessasse, in sul Autunno si mandara piacendo à Dio stefano Liberio per quello ò per altro effetto per che non ha odito Theologia, et potrebbe udirla, et insieme predicare ò in dilinga ò in Jngolstadio, ma questo dopoi si uedera.

Se la peste crescera in Jspruc, et il pericolo de nostri, oltra il mandar il Mastro Hermete[2] alle[a] [?] regine potra .V. R. far distributione dellj altri di quel Collegio come meglio li parera tanto del Rettore[3] quanto del resto lasciando quelli pochj che scriue nelle sua lettera potrebbono restare, et la uisita di quel Collegio potra differirla .V. R. per il tempo che lj parera.

De che la .R. V. non sia andato in Bauaria . ma li altri .4. è stato ben considerato . dio si degni darli gratia di far qualche buon frutto in quellj paesj tanto bisognosi et non si manca qua in Roma di supplicarlo alla diuina bonta. Mastro Pietro Coloniense[4] si potra mandare in Treuere procurando mandarlo —[b] quanto si potra, et non si manchi pero di dar auiso al Padre Antonio Vinch[5] . delle sue qualita, et potra esser che sia assai utile à loro, et grato al Arciuescouo Treuerense[6].

Qui si mandano à .V. R. certi errorj del libro del Dottor Payua[7] che il medesimo ci ha mandati de Genoua, et una simile si mando à Venetia, et gia si stampo, et andera conli librj stampati per Jordano; ma perche .V. R. dice che lo uol far stampare in Colonia si mandano, del mandare un Humanista bono per Jngolstadio si hauera cura benche è cosa un poco difficile mandar Jtalianj, ò de altra natione fuora de Germania poi che si trouano mal sanj di la tanti di loro.

si potra differir' la promotione de mastro Alfonso, et attenda un anno ò il tempo che parera conueniente alle lingue[c], quanto alla dilatione del Grado de mastro Henrico se intende il medesimo[8].

Non pare expediente che il Dottor Theodoro uadia al suo Paese[9], et .V. R. procuri di farlo capace, et anche de farli mandar quella

a) *Sic ap.; corrigendumne* colle? b) *Sequitur v. obscurius scriptum (*contento*)?* c) *Sequitur* qual, *a libr. oblitt.*

[1] Facultatem absolvendi ab haeresi „in casibus occultis" dicit; v. supra p. 509.

[2] Halbpaur. [3] P. Ioannis Dyrsii. [4] P. Petrus Haupt.

[5] Vinck, rectori collegii treverensis. [6] Ioanni von der Leyen (a Petra).

[7] „Orthodoxarum Explicationum" Didaci Payvae de Andrada, Venetiis a Iordano Ziletto excusarum.

[8] De PP. Pinedano et Arboreo Ingolstadii ad theologiae doctoratum promovendis scribit; v. supra p. 513.

[9] De hoc P. Peltani negotio v. supra p. 513—514.

donatione che luj fece della sua robba per opere pie nel suo Paese, et mancando quella potrebbe ancora auisar' li suoi del instituto suo.

quanto à Octauiano[1] mi rimetto à quello . che fu scritto un altra uolta diffusamente . luj sta sano et contento, et si agiuta nelle lettere, et anche nelli costumi, non ua anche squalido nel uestire, ma honestamente nel[a] [?] uestito, et ha tanto cresciuto che penso sia piu alto di me. Jl Collegio[2] anche ogni di è piu pieno di gente nobile, et tanti pretendono intrare che bisognarebbe fosse molto piu capace per poterli riceuere.

Quanto alle spese del figliolo del Console[3] ho detto[b] che si mandi il conto al suo Padre, il Collegio Germanico non ha se non li .4. ducati suoi al mese, il resto se spende in cose particolarj, et il figliolo del medico[4] con hauer comprato letto, et uestitosi tutto, et pagato il Collegio Germanico per un anno ancora li auanzano denari delli .80. ducati che[c] porto. Finalmente chj spende piu et chi meno nel uestire, et altri estraordinarij, adesso ho auisato al Rettor[5] che aduerta sia moderato nel spendere il detto figliolo del Console alquale si è mandata sua lettera con quelli .50. ducati. Circa li nostri de dilinga speramo si trouaranno meglio conla uenuta del Cardinale, et se scriuira al Padre Don Luigi[6], ouero Ludouico che tutto è un nome che se fermi di la questa estate per agiutar le cose temporali del Collegio col Cardinale.

Circa l'indisposti[7] .V. R. ne habbia cura che non seli lasci mancar niente del necessario[8] et che habbino anche le sue commodita de essercitio et recreatione, et non se guardi à far debito per tal conto che il Cardinal, non mancara de pagarlo ne se ligara alle intrate de questo anno, et poi che se maraueglia che non li han mandato .60. proueda de casa et sustentatione sufficiente et seli mandaranno. Circa le opinioni[9] noue, et differenti della commune scola che usa qualcuno

a) *Sic ap.; sed hoc* nel *supervacaneum et alienum esse videtur.* b) *A libr. corr. ex* scritto *vel ex alio verbo.* c) *Sequitur* hebbe, *a libr. oblitt.*

---

[1] Fugger. [2] Collegium germanicum; v. supra p. 514.

[3] Hieronymi Velseri filium (Ioannem Georgium, ut videtur) significat.

[4] Balthasar, Ioannis Thaumüller filius. [5] P. Iosephum Cortesone.

[6] Mendoza; vide quae ex epistula ad ipsum data sub ipsas has litteras proponentur. [7] Vide supra p. 520.

[8] *Polancus* nomine Lainii Roma 3. Iunii 1564 Dilingam ad P. Henricum Dionysium, collegii Societatis rectorem, *scripsit: „Si uini usus potius quam ceruisiae quibusdam conueniret uestra prudentia et charitas id considerabit et prouidebit (ex apogr. eiusd. temp. Cod. „Germ. 1561" f. 103[a]).

[9] *S. Ignatius* in Societatis Constitutionibus praescripsit: „Idem sapiamus, idem, quoad eius fieri possit, dicamus omnes, iuxta Apostolum. Doctrinae igitur differentes non admittantur, nec verbo in concionibus vel lectionibus publicis, nec scriptis libris" P. III, c. 1, n. 18. Quod praeceptum, paucis verbis omissis, etiam in „Summarium Constitutionum" Societatis relatum est (reg. 42.). Atque idem *S. Ignatius:* „Novae opiniones admittendae non sunt: et, si quis aliquid sentiret, quod discreparet ab eo quod Ecclesia et eius Doctores communiter sentiunt, suum sensum definitioni ipsius

delli nostri mandati di Roma .V. R. li dia ordine guardino la regola che ci è in questa parte, et per moderar questo si agiuti il Rettor del Conseglio del .D. Torres particularmente [1].

Conli nostri uenuti de Colonia et quelli che si mandorno di Roma si potranno bene conlo agiuto de dio trattener le Classi, et se, Mastro Gerardo [2] non sera necessario per le cose philosophjce si potra applicare alle lettere humane se luj se inclinara, finalmente per l' ordine dato di Roma non si manchi de far quel tanto che si giudjcara meglio tenendo conto col medesimo mastro Gerardo, et sua contentezza . haueriamo caro che mastro Nicolao [3] se diportasse tanto bene questa estate che seli potesse commettere la Rettorica lo autunno seguente, ma trattengasi per adesso, et dopoi se uedera quel che sia piu expediente, bisognera anche essercitar Leonardo [4] accio diuente piu pronto . de mastro Jo. Dominico [5] uedasi se passata la estate se potra ritenere in Jngolstadio per una lectione philosophica che se stesse sano la farebbe assai bene, sepur sera necessario che torni in Jtalia sara ben che V. R. ò el Rettor suo [6] auisi.

Hauemo caro riesca ben mastro Gasparo [7] nella lection Mathematica, et nelle prediche latine.

poi che la permutatione del Rettor de Monachio con quello de Jngolstadjo [8] riesce tanto bene, et se sodisfà nel officio del predicare à quelli de Monachio, si potra cosi la cosa continuare, et quantunque tornasse el Mastro Schurichio potrebbe studjar la Theologia in Jngolstadjo cosa della quale ne hauera de bisogno.

Pare bene non lasciar la occasione de pigliar quel luoco de professor de philosophia in Jngolstadio secondo li disegni gia altra uolta fattj [9]. Mastro Herjco [10] uada in Colonia al nome de Jddio.

Societatis debet subiicere . . . [Scholastici Societatis] sequantur in quavis facultate securiorem et magis approbatam doctrinam, et eos auctores, qui eam docent": Constitutiones S. J. P. III, c. 1, O; P. IV, c. 5, n. 4. Similiter P. *Hieronymus Natalis* S. J. in suo „Ordine Studiorum", ubi, qua ratione de rebus theologicis agendum sit, explicat: „Caueat quisque sedulo ne nouas opiniones, etiam in his rebus quae fidei non sunt, sequatur, sed facile communi opinioni adhaereat" (*Gomez Rodeles* l. c. 123).

[1] „Rector" significatur collegii dilingani (qui erat P. Henricus Dionysius); nam P. Hieronymus Torres sive Torrensis Dilingae erat.

[2] Gerardus Pastelius; v. supra p. 459 460 496.

[3] Servatius; v. supra p. 500. [4] Bosch; v. supra p. 432 507.

[5] Facciardo; quem *Prantl* (l. c. I 338 [448]) perperam „Ioh. Dom. Arboreum" vocat.

[6] Collegii ingolstadiensis rector erat P. Paulus Hoffaeus, vicerector P. Theodoricus Canisius. [7] Haivodus; v. supra p. 496—498. [8] Vide supra p. 517—518.

[9] Socii ingolstadienses a. 1561 ducis et academiae rogatu Logicam in universitate susceperant tradendam, sperantes, ut Canisius testatus est (*Can.* III 37—38), fore, ut inde aditus pateret ad totam facultatem artium Societati „paulatim uendicandam". Anno autem 1564 M. Sebastianus Reisacher, Oettinga Boiorum ortus, qui philosophiam (physicam, nisi fallor) per complures annos in universitate docuerat, officio se abdicavit (*Mederer* l. c. I 292).

[10] P. Henricus Hoch (Goch), ut videtur; v. infra p. 552.

Quj uanno alcune lettere come credo per dilinga, et forse per qualche altro luogo. Resta ricomandarci etc. Di Roma li .3. di Junio 1564.

Una cum his litteris, ut ex ipsis conicere licet, Canisio missa esse videtur *epistula a *Polanco* nomine Lainii Roma 3. Iunii 1564 ad P. Aloysium de Mendoza S. J., Ottonis cardinalis Augustani comitem et confessarium, data; in qua haec sunt: „Della uenuta in Roma sarebbe hor mai tardo, et cosi bisognera passar di la questi Mesi della estate, et non se perdera il tempo se .V. R. aggiutara appresso al Cardinale le cose del Collegio de Dilinga ilquale come intendiamo non ha casa che bastj per l'habitatione, ne tiene giardino doue possano li nostri pigliar alcuna recreatione, ne anche intrata ò prouisione sufficiente per quelli pochi che sono, et pur doueriano esser molto piu de nostri scholarj che non uene è quasi niuno essendoui tanti mastri mandati di Roma, et di Colonia oltra quelli che gouernano. .V. R. trattando col Padre Canisio Prouinciale delli ricordi che conuiene dar al Cardinal fara l'officio della Charita appresso di luj" (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1561" f. 102^b—103^a).

Canisius Lainio rescripsit 21. Iunii 1564.

1074. CATHEDRALE CAPITULUM AUGUSTANUM CANISIO.

Augusta Vindelicorum m. Iunio ineunte (die 5. vel paulo post) 1564.

Ex exemplis eadem manu, sed in foliis separatis, scriptis, quae videntur esse archetypa; utrumque in 2° scriptum et 1 paginae est. Exstant Augustae in archivo curiae episcopalis, Fasc. „Dompraedicatur. Correspondenz d. Card. O. Truchsess den Dompr. P. Canisius betr."

Quas querimonias Augustani, maxime ecclesiastici, adversus Canisium eiusque socium proferant: Ipsos esse turbulentos, superbos, inoboedientes; in confessione ab iis $5^0/_0$ sumentes non absolvi, interrogationes fieri curiosas et impudicas. Canisium sine licentia suggestum deserere, sero et diutius contionari. A Sociis mulieres in aedes admitti, odium in clerum concitari, desperationem induci, homines ab aliorum sacris abstrahi. Eos sacramenta administrare vetandos esse.

Cum sub m. Martium a. 1564 canonici nonnulli cathedralis ecclesiae augustanae aliique eiusdem urbis viri ecclesiastici, invidia moti, Canisium et P. Guil. Elderen ipsius socium, quod parochiae cathedralis iura violarent, Iesuitissas colerent etc., insectari coepissent (v. supra p. 523), capitulum 5. Iunii 1564 vel paulo post Canisio — id quod paulo infra ostendetur — litteras tradidit, quibus querelae sive „gravamina" adversus Socios augustanos prolata recensebantur. Ipsae quidem litterae adhuc exstare non videntur; exstant autem duo scripta, quibus litterarum quasi argumentum colligitur ipsaeque litterae aliqua ratione adumbrantur. Quae scripta hic pono:

[I.] „*Iesuitae*[a] *[?].*

Praedicatur.

Confessiones.

Communio.

. Murmurationes, cleri, ciuium, et Senatorum,

. Timendum scisma inter Catholicos, Commissio a Capitulo, quod prohibeatur[1] *administratio sacramentorum.*

Circa questiones in Confessione.

Circa absolutiones in vsura.

. Quod non obediunt Decano, vel alicui.

Nota de Censibus .5. pro cento.

a) *Verbum compendio scriptum.*

---

[1] PP. Canisio et Elderen.

Quod Canisius discedit sine licentia, et sine prouisione substituti [1].

Quod mulieres ingrediuntur ad aedes, et tamen nolunt haberi suspecti.

Quod in Contionibus [a] *et Confessionibus faciunt odiosos Clericos, indiscrete, et scandalose* [b].

Quod grauiter publice et priuatim inuehuntur in Clericos.

Quod non utuntur ministris ordinarijs, sed coniugatis.

Quod Guilielmus [2] *est factiosus et trahit deuotos ad suam Communionem.*

Petitio quod dimittant administrationem [3] *illis ad quos pertinet* [c],

Quod soli volunt boni videri,

Quod non volunt habere superiores,

Quod separant se ab alijs,

Quod neminem consolantur, semper desperationem inducunt.

[II.] Circa grauamina Societatis.

1 *De negata absolutione circa vsuras.*

2 *Circa mulieres grauidas.*

3 *Inquisitio sub spetie Confessionis de rebus priuatis Domesticorum.*

4 *Quod angustiant conscientias mulierum et ad desperationem inducunt, Nota quod tamen* [d] *[?] est sanae mentis.*

5 *Quod faciunt questiones impudicas et fraudulosas erga innocentes et juuenculas* [4].

6 *Quod remittunt confitentes ad missas Societatis auertendo ab aliis celebrantibus.*

7 *Quod aliquae mulierculae auocant personas tempore confessionis et Communionis, ad altaria Societatis.*

8 *Quod porrigunt cineres* [5].

9 *Quod* [6] *tarde ascendit sugestum et nimis diu contionatur, Nota de Fuggera, de eleuatione.*

10 *Nota de Altari maiori in Veteri Choro* [7], *Halbmair* [8].

11 *De Guilielmo* [9] *qui inuehitur verbis iniuriosis* [e], —

12 *De exprobratione facta a Canisio* { *De ignorantia Confessorum* / *De ignorantia Absolutionis* / *De ignorantia Celebrationis Missae.* }

13 *Quod Clerum reddunt odiosum.*

14 *De selectu personarum in eligendis confitentibus* [10].

15 *Redditus* [f] — *Welser* [11].

Canisius in litteris sub medium m. Iunium 1564 datis, quibus ad has querimonias respondet, complura duplicis huius scripti capita ad verbum vel paene ad verbum repetit; alia compendio, unum alterumve ne compendio quidem exprimit.

Hoc loco ad duas tantum querimonias aliqua adnotabo; deinde de praecipuis querimoniarum auctoribus dicam.

a) *Duo vv. sqq. supra versum scripta sunt.* b) scandole *comm.* c) pertinent *comm.* d) *Sic comm.;* tantum? tum? e) *Sequitur v. obscurius scriptum.* f) *Sequitur v. valde obscurum.*

[1] Qui pro ipso in cathedrali ecclesia contionatoris officium administret.

[2] Elderen. [3] Sacramentorum. [4] Vide, quae sub ipsum hunc querelarum indiculum sive litterarum adumbrationem dicentur.

[5] Vide, quae sub ipsum hunc querelarum indiculum dicentur. [6] Canisius.

[7] Socii in hoc altari sacrum fecisse videntur; v. supra p. 416.

[8] De hoc ecclesiae cathedralis canonico et parocho v. supra p. 523 [8].

[9] Elderen.

[10] Significari videtur „gravamen" sive querela a capitulo etiam medio vel exeunte m. Septembri 1564 Canisio proposita: Socios in confessionibus audiendis illustrium hominum praecipuam rationem habere, tenuiores ad pristinos confessarios remittere; v. infra n. 1082.

[11] Haec querela, cuius Canisius in responsione vel nullam vel obscuram tantum facit mentionem, ad Marcum Velserum spectasse videtur; de qua v. infra n. 1082.

Accusabantur Socii augustani, quod, cum peccatorum confessiones exciperent, „facerent questiones impudicas et fraudulosas". Qua in re haec memineris oportet: Augustae iusta peccata confitendi ratio adeo desierat in usu esse, ut a Canisio palam e sacro suggestu vituperari oporteret eos, qui in sacra confessione „nihil dicerent aliud", quam „peccauj contra Deum, Non obseruaui neque maximum neque minimum praeceptum . Deum et proximum non dilexi, es ist mir alles leyd, gibt mir die absolution" (Can. II 853). Atque ipse cardinalis *Otto Truchsess*, episcopus augustanus, in litteris publicis sive institutione quadam de sacramento poenitentiae 5. Martii 1565 data: „Animadvertimus", inquit, „haud absque gravi nostro dolore, cum alibi, tum in multis dioecesis Augustanae locis pessimam consuetudinem . . inolevisse, ut laici" sub Pascha „non quidem omnia et singula peccata sua . . . enumerent, sed generaliter solum se peccatores confiteantur, petentes super hoc absolutionem, idque ultimo die, quo Eucharistiae Sacramentum sumere deberent, catervatim ad Sacerdotem accedentes factitant" (*Ios. Ant. Steiner,* Acta selecta ecclesiae Augustanae, Aug. Vindel. 1785, 87—88). Eadem peccata confitendi ratio in Vindobonensium morem venerat (*Litterae* quadrimestres III 564) atque late per Germaniam percrebuerat (*Polancus*, Chronicon IV 241; V 231). Ut exemplum aliud afferam, ipso anno 1603 *Christophorus Andreas a Spaur*, episcopus brixinensis, in Constitutionibus synodi Brixinae eo anno habitae (De sacra Conf. et Comm. n. 7): „Magnus abusus et grande piaculum est", inquit, „peccata sua Sacerdoti solum in genere exponere, et nihil in specie velle fateri. Quem Nos eliminare cupientes" etc. (*Ios. Hartzheim* S. J. et *Herm. Scholl* S. J., Concilia Germaniae VIII, Coloniae 1769, 545). Hoc certe et ex ipsa natura iudicii, quod in sacramento poenitentiae exercetur, patet, et a *Concilio tridentino* (Sess. XIV. De Poenitentia c. 5 et can. 7) planis verbis definitum erat, in eodem sacramento „necessarium esse jure divino, confiteri omnia et singula peccata mortalia, quorum memoria cum debita, et diligenti praemeditatione habeatur", eaque non „in genere dumtaxat", sed „in specie", atque etiam „circumstantias, quae peccati speciem mutant". Quare Socii facere non poterant, quin homines „in genere" tantum se accusantes interrogarent idque etiam de sexto Decalogi praecepto; ac cum v. g. adulterium et incestus tum a simplici fornicatione, quam vocant, tum inter se specie differant, fieri poterat, ut quis, num cum nupta, cum propinqua etc. peccasset, interrogandus esset. Quae quaestiones hominibus haud bene institutis curiosae, „fraudulosae", „impudicae" videri poterant, cum revera non essent. Accusabantur Socii augustani etiam, quod „cineres porrigerent". Quod crimen Canisius in responsione, quam dixi, omittit, vel saltem non commemorat verbis perspicuis. Benedictionem sane et distributionem cinerum (quae initio sacrae Quadragesimae sive „feria IV. cinerum" fit) non esse „de iuribus mere parochialibus", sacra Rituum Congregatio decreto generali Roma 12. Ianuarii 1704 dato declaravit (*Al. Gardellini*, Decreta authentica Congregationis Sacrorum Rituum II, ed. 3., Romae 1856, 220 221, n. 3670, § 5). Ceterum dubitari vix potest, quin Canisius et Elderen, cum in ecclesia parochiali cineres imponerent, se parochi permissu et ut ipsius adiutores id agere censuerint.

Huiusmodi querelae potissimum a canonicis nonnullis capituli cathedralis et ab aliis quibusdam ecclesiasticis augustanis circumferebantur; hoc Canisius ipse semel atque iterum significavit (v. supra p. 523 et infra p. 566).

Erant certe Augustae clerici boni; Canisius ipse id testatur (v. infra p. 556); in quorum numero idem, Augusta 1. Decembris 1564 ad Lainium scribens, sacerdotes omnes monasterii Dominicanorum reponit; virtute et doctrina floruisse traduntur etiam Iacobus Köplin abbas monasterii SS. Udalrici et Afrae cum monachis benedictinis, Marquardus a Berg, capituli cathedralis praepositus, Wolfgangus Andreas Rhem, capitulorum cathedralis canonicus et mauritiani praepositus, Ioannes Egolphus a Knöringen et Ioannes Otto a Gemmingen, ecclesiae cathedralis canonici (*Can.* III 599[3]; *Braun,* Bischöfe III 602—605; IV 2—76), alii. Ad magnam autem cleri augustani partem magis minusve spectabat, quod *Zacharias Delphinus* apostolicus per Germaniam nuntius Spira 20. Aprilis 1561 Romam ad S. Carolum

Borromaeum de clero Germaniae rettulerat: Iudicabat, „che quel clero con tutto che facci professione di Catolico è pero più dannoso a la chiesa che non sono li scoperti heretici“ (*S. Steinherz,* Nuntiaturberichte aus Deutschland 1560—1572 I, Wien 1897, 350). In dioecesis augustanae visitationibus inde ab a. 1549 vel 1550 Ottonis cardinalis Truchsessii iussu habitis magna apud ecclesiasticos inventa est ignorantia et morum pravitas; erant parochi, qui baptismi, absolutionis, consecrationis formas nescirent; sacerdotes haud pauci concubinas habebant (*Braun,* Bischöfe III 403—404). Atque qui Ottoni in episcopatu augustano proxime successit, *Ioannes Egolphus a Knöringen,* litteris 13. Februarii 1574 per vicarium generalem ad decanos et camerarios dioecesis datis questus est: „Plerique Clericorum, quibus etiam animarum cura per hanc Dioecesin concredita est, . . . effraenata licentia et libidine in omne genus vitia et scandala indies magis ac magis prolabuntur, vino nimirum et crapulae jugiter propemodum, lasciviaeque impudenter dediti, contentionum insuper rixarumque magis, quam mansueti et mitissimi Christi Domini sui sectatores, et quod prorsus dicere pudor est, abominabili quoque ac damnatissimo concubinatus flagitio adeo immersi, ut omni prorsus deterso pudore, tales esse sese palam et profiteri, et ostentare haud vereantur, . . . atque utinam non etiam Monachos, incorporatis Monasteriorum parochiis praefectos, concubinarios . . . esse liquido deprehendi queat“ (*Steiner* l. c. 138—140). Conveniunt cum his litteris *illae, quas P. *Theodoricus Canisius* S. J. Dilinga 28. Februarii 1575 ad Everardum Mercurianum, Societatis praepositum generalem, dedit; ubi is de Ioanne Egolpho narrat: „Reuerendissimus Episcopus Augustanus . . . pleraque in hoc Episcopatu reformare coepit. Concubinas supra 300 sacerdotibus ademit“ (ex autographo. Cod. „Germ. Epp. 1575“ f. 157). Neque tamen vitium illud exstirpatum est; nam etiam *Marquardum a Berg,* qui Egolpho successit, in litteris Dilinga 18. Iulii 1581 ad Gregorium XIII. datis fateri oportuit: Multos dioecesis augustanae sacerdotes esse concubinarios (*Aug. Theiner,* Annales Ecclesiastici III, Romae 1856, in a. 1581 n. XIV) [1].

De cathedrali porro capitulo augustano *Ioannes Moronus* (Morone) episcopus mutinensis, cum pontificis in Germania nuntium ageret, Spira 8. Februarii 1542 Romam ad Alexandrum cardinalem Farnesium scripsit: „Venni a Tillingen, ove fa residenza il Vescovo et il Capitolo d'Augusta . Et . . feci dimora per cinque giorni . . . Fu necessario ammonire con maggior diligentia il capitulo unito et separatamente, delle concubine, dei convivii et ebrietà, dei giuochi et caccie, et dell' ignoranza et poco spirito, nei quali vicii alcuni peccano gravemente. Mostrarno ricevere volentieri l'ammonitioni et voler fare diligentia di mutare vita“ (*H. Laemmer,* Monumenta Vaticana historiam ecclesiasticam saeculi XVI. illustrantia, Friburgi Brisgoviae 1861, 402). „Quantum laboris erit reformare Ecclesias Cathedrales? . . . In omnibus Cathedralibus . . aliqui nunquam orant, alii raro horas Canonicas recitant, Theologiae nullus studet“ : Ita *Ioannes Eckius* theologus ingolstadiensis Eystadio 13. Martii 1540 Caspari cardinali Contareno scripserat (*Raynaldus* l. c. in a. 1540 n. 8). Atque satis dubium est, num canonici illi augustani ab a. 1540 ad a. 1564 ita multo meliores effecti sint quam ipsorum in vicinis ecclesiis cathedralibus col-

---

[1] Similibus morbis saeculo XVI. dioeceses vicinae laborabant; ut constantiensis, in qua etiam post concilium tridentinum multos clericos concubinarios fuisse ex visitationibus constat (*Aug. Kluckhohn,* Urkundliche Beiträge zur Geschichte der kirchlichen Zustände . . in der Diöcese Konstanz während des 16. Jahrhunderts, in „Zeitschrift für Kirchengeschichte“, herausgeg. von *Theod. Brieger* und *Bernh. Bess,* XVI, Gotha 1896, 595—625). In concilio provinciali a. 1549 Salisburgi habito „clerus . . . supplicibus verbis a concilio petiit, ne caput [decreti caesarei „Interim“] de concubinis dimittendis probetur; majora enim inde exoritura mala, neque illud ob moris vetustatem executioni facile mandari posse“ etc. (*Flor. Dalham,* Presb. e Schol. Piis, Concilia Salisburgensia, Augustae apud Vindelicos 1788, 328). De corruptis cleri bambergensis moribus v. *Joh. Looshorn,* Die Geschichte des Bisthums Bamberg V, Bamberg 1903, 29—33 72—75.

legae, ut frisingenses, ratisbonenses, passavienses, salisburgenses; quos vel annis 1574—1581, post tam multas visitationes, synodos, reformationes, per Felicianum Ninguardam O. Pr. nuntium apostolicum serio admoneri oportuit, ut (praeter alia vitia) concubinas tandem eicerent (*K. Schellhass*, Akten über die Reformthätigkeit Felician Ninguarda's in Baiern und Oesterreich 1572—1577, in „Quellen und Forschungen aus italienischen Archiven und Bibliotheken, herausgeg. vom k. preuß. historischen Institut in Rom" I, Rom 1898, 63 66 76; II, Rom 1899, 48; IV, Rom 1901, 128—129. *I. Schlecht*, Felician Ninguarda, in „Römische Quartalschrift für christliche Alterthumskunde und für Kirchengeschichte" V, Rom 1891, 73 127). Anno sane 1567 in synodo dioecesana Dilingae ab Ottone cardinale Truchsessio habita cathedrale capitulum augustanum concilii tridentini decreta ad cleri et nominatim capitulorum reformationem spectantia[1], quantum ecclesiae suae privilegiis, statutis, exemptionibus, consuetudinibus, iuribus officerent, recusavit atque, ut sibi eadem interpretari et moderari atque adversus ea ad metropolitanum et ad pontificem appellare fas esset, excepit (*Braun*, Bischöfe III 480).

Non libido tantum concitavit in Canisium aliquos; concitavit etiam invidia; neque novum hoc erat; similiter (quamquam in huiusmodi controversiis religiosos omni semper culpa vacare nequaquam dixerim) saeculis XIII., XIV., XV. in Gallia, Hibernia, alibi de Franciscanis, Dominicanis, aliis viris religiosis actum erat; id quod (ut vel unum exemplum ponam) epistulis illustratur ab Humberto de Romanis, magistro generali ordinis Praedicatorum, a. 1255—1257 datis, quas vulgavit P. *Ben. M. Reichert* O. Pr., Litterae encyclicae Magistrorum generalium Ordinis Praedicatorum, Romae 1900, 21—46. Atque Societatis sacerdotibus saeculo XVI. parochi aliique clerici huiusmodi molestias exhibuerunt Caesaraugustae, Tolosae, Duaci, Parisiis etc. (*Ant. Astrain* S. J., Historia de la Compañía de Jesús en la Asistencia de España I, Madrid 1902, 445—464. *Ol. Manareus* l. c. 52—55 88 109—110).

Canisius capitulo rescripsit sub medium m. Iunium 1564.

1075. CANISIUS **IACOBO LAINIO,** praeposito generali Societatis Iesu. Augusta Vindelicorum 10. Iunii 1564.

Vide supra p. 539 epist. n. 1071.

1076. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO. Roma 10. Iunii 1564.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „P. Canisio." Cod. „Germ. 1561" f. 107[a].

Cuidam, qui matrimonio consummato sacerdotium suscepit, neque supremus inquisitor neque maior poenitentiarius dispensationem, quam Canisius petebat, concedere voluerunt. Quae iam ab ipso papa petetur. Sed fortasse nuntius apostolicus eam dare potest. De casibus quoque Bullae Coenae sacerdotibus Germaniae remedium quaeritur.

Pax christi.

Non hauemo riceuuto questa settimana lettera di .V. R. questa sera per darli aujso che si è procurato la dispensatione per quel sacerdote[2] che hauendo contratto, et consumato il matrimonio dopoi si è

[1] Frisingae Ninguarda a. 1578 12 canonicos (reliqui 13 aberant) invenit, ex quibus 8 concubinas habebant; habebat suam etiam episcopus suffraganeus. Ninguardae monitu eas dimiserunt; sed aliqui vel antequam ipse ex Bavaria abisset, alii post eius discessum eas revocarunt (*Aug. Theiner*, Annales ecclesiastici II, Romae 1856, 361. *Schlecht* l. c. V 68). De canonicis ratisbonensibus v. supra p. 493.

[2] Vide supra p. 502.

separato con mutuo consenso, et si è fatto sacerdote, et non si è potuta ottenere da quelli che sotto il Papa sogliono hauer suprema auctorita, et ci han concesse molte altre dispensatjonj [1], lo tentaremo pero per uia del Papa, non so come ce riuscira . se il nuntio Apostolico [2] hauesse tal faculta . saria bene ricorrere à luj.

Hauemo anche tentato il Remedio perli preti che absoluono de casi reseruati in Bulla Coenae [3] et anche stamo aspettando l' esito . per altra auisaro. Ci ricommandamo etc. Di Roma lj .X. dj Jugno 1564.

Canisius Lainio rescripsit 5. Iulii 1564.

1077. IULIUS DE PFLUG, episcopus naumburgensis et imperii princeps [4], CANISIO. Citza [5] 13. Iunii 1564.

Ex archetypo (2⁰; $1^1/_2$ pp.; in p. 4. inscr. et sig.), cui Pflug ipse nomen subscripsit, quodque exstat Gothae in bibliotheca ducum saxo-gothanorum, Cod. 385 (Append. II. epistularum hosianarum) p. 218—221.

Ex archetypo epistulam primus evulgavit *Cyprianus* l. c. 563—564.

Canonici cuiusdam regularis ordinis S. Augustini, qui Ienae theologorum protestantium auditor fuit, rogatu a Canisio petit, efficiat, ut ille Ingolstadii vel alibi a Societatis hominibus ad theologiam instituatur.

Reuerende Domine .S. Quia Christianj hominis est, iuuare Christianos homines, vt errores peruersos uitare possint, non potuj Georgij Faiglij, qui has tibj litteras reddidit, voluntatj deesse. Ostendit hic, vt sacrae Theologiae operam dare posset, se de sententia amicorum in hanc regionem migrasse, et uenisse Jhenam Thuringiae, atque ibi consedisse. Sed cum animaduerteret, Doctores illius locj uarijs haeresibus inquinatos esse, coepisse ab eorum consuetudine abhorrere [6]. Statuit igitur istuc redire, et se uestris hominibus, qui sunt de societate Jesu, adiungere: vt possit sine periculo animae cum eis philosopharj, et ut in eam rem a me commendaretur tibj, mecum egit. Ego uero, quia consilium hominis probabam, parendum putauj honestae eius voluntatj. Commendo igitur eum ita, ut possit Jngolstadij aut alibj cum ijs, qui sunt societatis Jesu, aliquamdiu uiuere, et quae ad cognitionem Theologiae pertinent, haurire. Ac cum sit sodalis Collegij Canonicorum regularium ad s. Crucem Augustae, peto ut cum Praeposito illius Collegij [7] agas, quo per eum liceat huic studiorum causa

---

[1] Hi erant, nisi fallor, cardinalis Michael Gislerius O. Pr., supremus Inquisitor, et cardinalis Ranutius Farnesius („Cardinalis Sancti Angeli" in foro piscium), ordinis S. Ioannis Hierosolymitani, maior Poenitentiarius; v. supra p. 494 533 [3].

[2] Zacharias Delphinus, apostolicus apud Ferdinandum I. nuntius.

[3] Vide supra p. 509 539. [4] De hoc v. *Can.* I 384 [2]. [5] Zeitz.

[6] In universitate ienensi (Iena) a. 1548 (1558) a Ioanne Friderico „magnanimo" eiusque filiis, Saxoniae ducibus protestantibus, condita catholicus theologus nunquam docuerat; theologicae facultatis dominatum, Mathia Flacio, Simone Musaeo, Matthaeo Iudice, Ioanne Wigando pulsis, inde ab a. 1562 Melanchthoniani, ut Ioannes Stössel et Nicolaus Selnekker, habebant. Cf. *Janssen* l. c. IV 176—177.

[7] Canonicorum illorum regularium ordinis S. Augustini praepositus erat a. 1545 ad 1567 Bernardus Mörlin (*Stengelius,* Mantissa [cf. supra p. 523 [8]] 78).

aliquamdiu a Coenobio abesse. Quo ipso et de Georgio bene omnino merebere, et mihj rem longe gratissimam feceris. Vale, Citij, Idib: Junij, Anno M.D.LXIIII°.[a] Iulius confirmatus Numburgensis.

Reuerendo et excellentj viro, Domino Petro Canisio S. Theologiae Doctorj, ac Metropolitanae Ecclesiae Augustanae Concionatorj, etc. amico suo charissimo. D. Augustae Vindelicorum.

Dubito equidem, num epistula haec unquam vel Faiglio tradita vel per alios Canisio allata sit; nam ipsum archetypum nunc collocatum est (atque saeculo XVIII. ineunte eodem loco fuisse videtur; v. *Can.* III LX) in fasciculo quodam, qui epistulis archetypis Pflugio missis et apographis epistularum pflugianarum, in ipsius usum descriptis, constat.

Georgium „Faiglin" a. 1567, Mörlino mortuo, collegio S. Crucis praepositum esse idque muneris usque ad mortem, quam 29. Septembris 1572 obierit, tenuisse affirmat *Placidus Braun*, in *„Geschichte des Klosters der regulierten Khorherren des hl. Augustins zum hl. Kreuz in Augsburg" f. 30—35; qui liber manu scriptus exstat Augustae in archivo curiae episcopalis.

1078. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO. Roma 13. Iunii 1564.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „Padre Canisio." Cod. „Germ. 1561" f. 110.

Liber Augusta, magno vecturae pretio, advectus. Num — et qua ratione — P. Costeri de calice laicorum et coniugio sacerdotum scriptum typis vulgari convenit? Lugduni P. Edmundus Augerius apologiis pro Societate editis adversus protestantes eandem oppugnantes uti vult. Res catholica Lugduni incrementum capit. P. Cuvillonius vel in Germaniam inferiorem vel Oenipontem in P. Haii locum mitti poterit. Pecuniarum pro convictoribus collegii germanici solutionem tertio quoque mense anticipari expedit; Octavianus Fugger ibidem bene se gerit; et ipse tamen et alii in vestitu modestiores esse debebant. Plurimi iisque nobiles in eo collegio degunt.

Pax christi.

Jl sabato passato[1] fu scripto à .V. R. dopoi non si è riceuuta lettera sua ma solo uenne un libro Tudescho con un ducato de porto senza alcuna lettera dentro, et cosi non sappiamo ne anche per che ragione manda .V. R. il detto libro, et massime perla posta, et hauendo de pagar de qua il porto.

De Colonia ci auisano de un scritto contra doi articolj cio è de communione sub utraque et coniugio sacerdotum che ha fatto il Padre Costero et la uniuersita lo ha approbato et seguito pretendeuano alcuni amici fosse stampato .N. P. se rimette al judicio di .V. R. circa questo poi che è pratico delli Jngegni Tudeschj et potra judicare se detta opera sara uolontierj accettata et con frutto ò non, et se doueria forse limarla un poco . consideri anche .V. R. se deue stamparsi in nome de alcuno de nostri ò de qualche amico. Se pressupone che quel

a) *Quae sequuntur, apud Cypr. desunt.*

[1] 10. Iunii.

scritto lo hauera uisto .V. R. altrimente glielo mandariamo de qua[1]; quella ancora uedera se si debbia mandare alli nostri de Colonia quel libretto de communione sub utraque che fece il Dottor Paulo[2] conlo agiuto de .V. R.

Del Padre Emundo[3] hauemo lettere de Lion et desidera agiutarsi de quelli[a] [?], che hanno scritto alcuni amicj in fauor della Compagnia. Jl Payua[4] seli è mandato .V. Reuerenza veda se qualch' vn 'altro segli puo mandare di la . como sarebbe vno che lei fece jn Todesco[5] se mai fose voltato in latino ó altra linga che potessi intendersi in Lione perche si leuano li heretici con scritti contra li nostri di Lione[6] et cosi volontieri si agiutarebono delle fatiche d' altri . vanno pure le cose della Religione per la Diuina gratia in molto haumento et quelle delli heretici molto al basso como hauemo inteso per lettere de 4 del presente[7].

Circha jl Padre Couiglioni dimanda V. Reuerenza in certe sue lettere dei 13 di maggio, si saria bene mandarli[b] in altra banda, adesso si scriue sopra lui al Padre Euerardo[8]. Pur intendesi[c] [?], del medesimo Couiglione se andarebbe uolontieri in Jspruch per leggere quelle lectioni[9] che fà adesso jl Dottor Emondo[10] il quale si mandara forse à questo authomno in altro luoco, et scriuéci V. Reuerenza jl suo parere sopra à cio.

Circha alle prouisioni delli Todeschi[11] si potra far' quello che V. Reuerenza dice dell' Angarie et che al meno si pagano[d] [?] 3 mesi

a) *Sic ap.; aut corrigendum esse videtur* quello, *aut addendum* libri. b) *Sic ap.; corrigendum videtur:* mandarlo. c) *Sic ap.; corrigendumne* intendasi? d) *Sic ap.; quod corrigendum esse videtur:* paghino.

---

[1] A Sociis romanis hoc scriptum iam „satis probatum" erat; ita Roma 13. Iunii 1564 *Polancus* nomine Lainii Coloniam ad P. Leonardum Kessel, collegii rectorem, *scripsit (ex apogr. eiusd. temp. Cod. „Germ. 1561" f. 109[b]—110[a]).

[2] Hoffaei „Gründtlicher, Wahrer Bericht"; vide infra ep. n. 1187.

[3] P. Edmundum Augerium S. J. dicit; v. supra p. 304 341.

[4] Orthodoxae Explicationes.

[5] Librum cum nomine Ioannis Alberti Wimpinensis editum: „Von der Gesellschafft Jesu" etc.; v. infra monum. 580.

[6] Ita maxime Petrus Viretus (Viret), ex monacho franciscano minister calvinianus factus; qui sub id tempus Societatis homines in epistula dedicatoria cuiusdam libri sui („Instruction Chrestienne"?) calumniatus est (*Sommervogel*, Bibl. I 636. Dictionnaire historique et critique, par *Pierre Bayle*, 5[e] éd., par *des Maizeaux*, IV, Basle 1738, 451). Atque Viretum aliqui censent etiam auctorem esse libri anno 1564 sine loco, ut dicere solemus, adversus P. Antonium Possevinum S. J. a Calvinianis editi (pp. 119): „Ad cuiusdam Antoniani prof. Jesuitae, errores et mendacia de Missa ejusque sacrificio ad Lugdunenses apologia" (Catalogue LXXIX de la librairie ancienne de *Ludwig Rosenthal* n. 20051).

[7] Cf. *Friedr. Jos. Brand*, P. Edmundus Augerius S. J., Cleve 1903, 30—39.

[8] Mercuriano, praeposito provinciali Germaniae inferioris.

[9] Lectiones dicit theologicas, ad expositionem Sacrae Scripturae, doctrinae moralis etc. pertinentes; vide supra p. 199[4] 221.

[10] P. Edmundus Haius sub autumnum a. 1564 novi collegii parisiensis rector constitutus est (*Sacchinus*, Hist. S. J. II l. 8, n. 91).

[11] Pecunias dicit pro alimentis convictorum collegii germanici singulis „angariis" (quae nunc „quattuor tempora" vocari solent) dandas.

anticipati. De Ottauiano già si è scritto altre uolte che non gli achade seruitore, et lui si contenta, et camina asai bene . si vedera che con la prima comodita si mandino li conti delle spese, et non sara senon bene che l S. Suo Padre lo esorti alla frugalita per che fa vn poco del grande come ha portato alcuni panni[a] vn poco di tempo de non li uoler portar piu[1], e vero che circha alle spese superflue di questi giouini nel vestire già si è cominciato à dar ordine vniuersale. è tanto ricercato questo collegio et tanto pieno che dificilmente si crederebbe il che dico perla falza informatione che di la à datto quel giouine che parti di qua, et non so quali altri forastieri . ben so che mai tanta[b] gente et tanti nobili como è adesso ui e stato. Non occore altro perla presente senon raccomandarci tutti molto etc. Di Roma li 13 di Giugno[c]. Le incluse si mandino[d] [?] doue vanno[d] [?].

Annus quidem antiquo huius epistulae apographo ascriptus non est; sed eam a. 1564 datam esse, tum ipsae res, quae in ea dicuntur, tum locus, quo apographum in registro positum est, clare ostendunt.

Una cum hac epistula ad Canisium, ut ex huius litteris Oeniponte 5. Iulii 1564 ad Lainium datis cognoscitur, missae sunt *litterae a *Polanco* nomine Lainii Roma 13. Iunii 1564 Moguntiam ad P. Lambertum Auer S. J., collegii rectorem, destinatae; in quibus Polancus de negotio illo Danielis Brendel archiepiscopi et principis electoris moguntini (vide supra p. 494) haec refert: „Quanto al motuproprio non è ancora passato perche sua santita disse chè si proponesse in signatura[2], ma alla prima si uedera de spedirlo con la gratia del Signore.“ Nescire tamen Socios romanos, cur elector huiusmodi litteris pontificiis indigeat ad duo ista collegia (Societatis et adulescentum pauperum, qui Moguntiae ad sacerdotium instituantur) dotanda „uolendo farlo delle intrate sue non smembrando[e] cosa alcuna stabile della Mensa Archjepiscopale ma solo delli fruttj di quella quali potrebbe spendere in banchettj etc. secondo l'usanza. . . . Hor qua diciamo che forse hauera fatto qualche giuramento lo electore (benche non lo sappiamo) quando fu eletto dal Capitolo di non spender l'entrate senon in certo modo et cosi nel motu proprio si contengono .3. punti, uno è laudar queste sue opere de quali una ha cominciato l altra uol fare, la 2ª è confirmar cio che fara non obstante qualseuoglia promessa ò giuramento etc. la 3ª e che quando in uita non lo potessi finire possa lasciar in testamento tanto che basti per finirle et darli profectione[f] [?] delli frutti del suo Arciuescouato. Se qualche altra cosa ci fosse necessaria ha da saper uostra R. ci auisj“ (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1561“ f. 107[b]).

Canisius Lainio rescripsit 5. Iulii 1564.

1079. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO ceterisque Societatis praepositis. Roma 13. Iunii 1564.

Ex cod. „Def.“, Messe et orationi, in a. 1564.

De missarum sacrificiis aliisque precationibus faciendis pro mortuis.

a) pani *ap.* b) *Sequitur* fu *vel* fa, *a libr. oblitt.* c) Guigno *ap.* d) *Sic corrigi oportet, quae sunt in ap.:* mandi doueva; *nisi ex* Le incluse *corrigatur:* La inclusa. e) membrando *ap.* f) *Corrigendumne* perfectione?

---

[1] Octavianum Fugger significat. Convictores illi, cum fere omnes ex nobilitate essent, nobilium ornatu vestiebantur; togis utebantur rubris (Card. *Steinhuber* l. c. I 49).

[2] „Signaturam gratiae“ dicit; in qua de gratiis ab ipso pontifice concedendis consilia conferebantur.

In antiquo illo indiculo romano (v. supra p. 120) notatum est: „1564 A 13. di giugno si mandò l' ordine dei suffragij che si han di fare per li defunti daper tutto.“

Hic potissimum defunctos Socios (de fundatoribus v. supra p. 110 [1]) significari puto. De quibus *Ignatius* praescripserat: „Posteaquam quis exspiraverit, usque ad sepulturam eius corpus decenter, quamdiu conveniet, teneatur. Postmodum, absoluto officio, coram domesticis pro more sepeliatur: et mane proximo post eius mortem omnes Sacerdotes domestici pro eius anima Missae sacrificium offerant; reliqui vero peculiari oratione pro eodem divinam implorent clementiam; atque in eo perseverent ulterius, iuxta Superioris arbitrium, et cuiusvis privatam devotionem, et obligationes, quae in Domino intercedunt. — Reddantur etiam certiores alii de Societate in locis illis, quae Superior convenire iudicaverit, ut simile officium praestent“: Constitutiones S. J. P. VI, c. 4, n. 3 4. Quae praecepta postea magis explicata et definita sunt. Testatur P. *Hieronymus Natalis,* ita „declaratum esse“ a Lainio praeposito generali († 1565): „Vbi aliquis . . . diem suum obibit in Societate, singuli sacerdotes eius loci vbi morietur celebrent primo quoque tempore tres missas pro anima illius: in aliis locis eiusdem prouinciae duas, in aliis aliarum prouinciarum vnam“ (Epp. *Nadal* IV 425). Tertia autem Societatis *Congregatio generalis* a. 1573 Romae legem ita moderavit: „Servetur mos antiquus . . .: ut scilicet in eo loco, ubi quis decesserit, singuli Sacerdotes tria Sacra, et singuli Fratres tres coronas; in aliis vero eiusdem Provinciae locis duo Sacra faciant, et duas coronas recitent. Pro aliis autem, qui extra Provinciam obeunt, singuli Sacerdotes cuiusvis Provinciae semel in quavis hebdomada Missae sacrificium offerant, et singuli Fratres unam coronam recitent. Praeterea de obitu cuiusque, ut hactenus factum est, significetur extra Provinciam per universam Societatem, ut ubique omnes illius animam Domino Deo commendent: Sacerdotes quidem in Missis, vel per collectam, vel alia ratione; alii vero in suis precationibus pro uniuscuiusque devotione“: Congreg. III. decr. 40 (*Institutum* Societatis Iesu II 227—228).

1080. CANISIUS **P. EVERARDO MERCURIANO,** Societatis Iesu per Germaniam inferiorem praeposito provinciali.

Augusta Vindelicorum sub medium m. Iunium (ut videtur) 1564.

Ex Mercuriani epistula autographa.

Sociis in Germania superiore degentibus restituendum esse viaticum, quod dederint P. Henrico Hoch ob infirmitatem in Germaniam inferiorem remisso.

P. Everardus Mercurianus, Societatis per Germaniam inferiorem praepositus provincialis, Tornaco 27. Iunii 1564 Romam ad Lainium praepositum generalem haec scripsit de Canisio ac de P. Henrico Hoch sive Goch buscoducensi: „Scriue il padre Canisio che de questi nostri Collegi s' ha da cauar ciò che s' ha dato nela Germania superiore per viatico al padre Henrico Buscoducense quando si rimandò di lì a queste bande inutile et amalatto. Pare ad alcuni di questi nostri co' li quali ho conferito questo che sarebbe la cosa alquanto piu facile si quelli li quali si son godute le fatighe de gl' operarii fin che sonno stati atti ali trauagli le[a] conducessero al manco fin doue s' haueran da riceuere inutili et amalatti, però si farà quello ci ordinara V. P. et volontieri.“

Henricus Goch (Koch) vel, ut ipse in commentariolo quodam Moguntiae (initio a. 1567, ut videtur) P. Hieronymo Natali visitatori tradito scripsit (?), Hoch, boscoducensis (Boscoducum, Silva Ducis, 's Hertogenbosch in Hollandia), sub a. 1534, ut videtur, natus, exeunte a. 1557 in Italia ad Societatem admissus, cum in variis collegiis italicis degisset ac Fori Livii (Forlì) coquum, hortulanum, ianitorem, caementariorum famulum egisset, a. 1560 sacerdotio initiatus erat Vindobonae; ubi a. 1561 in pauperum studiosorum contubernio „praefectum“ agebat (Epp. *Nadal* II 555; III 385. *Can.* III 272 [2]).

a) *Sic aut.;* li?

Polancus nomine Lainii Roma 8. Augusti 1564 Mercuriano *rescripsit: „Quello che scriue .V. R. sopra il Viatico del Padre Henrico che quelli che hanno godute le fatiche di esso quando era atto alli trauagli doueuano à sue spese condurlo gia che era fatto inutile, ha ragione, uero è che dopoi che fú rimandato à sua casa, et di quella torno alla Compagnia non so che si possa laudar nessuno de hauer godute sue fatiche perche sempre è stato indisposto, et graue alli collegij ò case doue si è fermato, ma doueria ben lui del suo patrimonio cauar queste spese, et non lasciargljelo godere alli suoj grauando poi la pouerta de nostri Collegij in mandarlo, et rimandarlo à cauallo etc. per sua sanita" (ex apogr. eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1561" f. 150ª).

1081. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO ceterisque Societatis praepositis provincialibus. Roma m. Iunio (sub medium?) 1564.

Ex *Sacchino*, Hist. S. J. II, l. 8, n. 10 14 15.

In tota Societate per integrum mensem certas, praeter usitatas, precationes et paenitentias Deo offerri iubet, ut tempestate, Romae adversus Societatem ob parochiarum reformationem, collegii romani frequentiam, seminarii romani curam etc. excitatae, sedentur.

„Cardinalis Sabellus", inquit Sacchinus, „Pontificis in Vrbe Vicarius plurimum Societatis vtebatur opera. Quotquot vel sacros Ordines, vel munus ab eo Ecclesiasticum peterent, interrogari probarique ab hominibus nostris volebat. Eorumdem nuper ministerio tum ipse, tum Cardinalis Alexander Farnesius, cuius curae ad quadraginta paroeciae S. Laurentio in Damaso contributae commendatae erant, ad paroeciarum cognitionem ac reformationem vti coeperant. . . Ergo, quod necesse erat, nonnullorum animi Clericorum abalienati ab nostro sunt nomine, quasi vltro intruderent ipsi se Patres in ea munera: et architectarentur sponte sua, quae ingrata illis, ignominiosa et damnosa prouenirent. Ac Professores litterarum, Collegij Romani fama magis in dies inclarescente, pluribusque eo ad disciplinas confluentibus, dolebant videlicet vel scientiae laudem sibi, vel doctrinae quaestum praeripi; et aditum ad multorum gratiam, vnde olim crescerent, intercludi. Igitur ex his atque e Clero impotentissimi quique vbi cognouerunt Seminarium quoque Societati committendum, rem intolerandam rati, modis omnibus interuertere aggrediuntur. Homines e Clero praeter commemoratas causas, insuper illa vrebat, quae plerisque potissima videbatur, quod, si institueretur Seminarium, conferenda in sumptum certa ipsis quotannis pecunia esset[1]: nec rem facile processuram existimabant, nisi procuratio Societati committeretur. Atque hanc ob causam altioris quidam dignitatis, qui Abbatias intra fines eos habebant, ex quibus contribuendum erat, auctoritatis suae vmbram accommodasse coniuratis dicebantur. Haec causa minime palam explicabatur, sed initio id modo iactabatur, non esse e Romani Cleri dignitate sobolis in Clerum educandae institutionem alienis tradi. Similes a similibus optime institui: matrumque eas maxime laudari, quae per se ipsae suos liberos educarent. Non deesse in Ecclesiarum parente Ecclesia sacerdotes ad formandam moribus nouam prolem satis paratos, nec viros praestantes ad litteris imbuendam affatim instructos. Quod vt plane ostenderent, quos ad eam rem censebant aptissimos, nominatim in tabellam referunt, atque Pontifici tradunt . . . [Deinde] qui Seminarij disturbare coepta moliebantur, . . . obtrectare liberius, et interpretationes malitiosissimas comminisci. Non esse e Iesuitis solide doctum quemquam: e Seminarij adolescentibus praestantissima quaeque ingenia praecerpturos: nihil eos agere aliud, quam vt sacerdotiorum reditus suis Collegijs sine vllo fine modoue adiungant: denique paroecijs etiam Romanis imminere. . . At Lainius Dei plenus fiducia de more ad opem inprimis caelestem implorandam conuersus, cum interim nullum propitiandi Numinis cessaret genus; vnum tamen praecipue

[1] Ita concilium tridentinum constituerat (Sess. XXIII. de ref. c. 18).

deligi tota in Societate mensem iubet, quo mense in eam rem studiosius insistatur. Vt quisque eo mense praeter consuetas et ordinarias, et quas vltro cum assensu Moderatorum praeterea obiret pietatis actiones, ob eam nominatim causam quinquies verberaret se, ac tribus sextis ferijs ieiunaret: sacerdotes decies sacrosanctum offerrent sacrificium, decies laici pro quadam portione orarent: vnaque omnes ad vesperam Litanias[1] *quotidie pronunciarent. Iulius mensis Romae quasi piacularis hisce officijs et placamentis delectus est.*"

Bartoli de his officiis placamentisque refert: „Cominciaronsi in Roma al cominciar del Luglio: ne gli altri luoghi, quanto il prima poterono pervenirvi le lettere" (L'Italia l. 4, c. 13 [l. c. IV 186]). Quare equidem existimo m. Iunio (sub medium?) 1564 haec Societati per litteras Lainii nomine a Polanco ad praepositos provinciales datas praescripta esse. In hoc tamen et Sacchinus et Bartolus mihi videntur labi, quod has tempestates romanas cum illa quasi confundunt, cui eodem anno severior quaedam vitae ratio a cardinale Carolo Borromaeo inita causam praebuit; haec enim ineunte m. Maio iam erat sedata; v. supra p. 531—535.

Societatis preces irritae non fuerunt. Sub d. 15. Iulii cardinalis Sabellus Lainium certiorem fecit, pontificem nequaquam alieno a Societate animo esse nec de ea male sentire. Sub 27. Iulii ipse pontifex in consistorio cardinalium pronuntiavit, seminarii romani curam Societati traditam esse. Die 31. Iulii (quo die anno ante octavo S. Ignatius Romae mortuus erat) Pius IV. sex cardinalibus et multis praesulibus et viris principibus comitantibus ad Societatis domum professam, ad eiusdem collegium, ad collegium germanicum venit et magnopere Societatis instituta laboresque probavit (*Sacchinus* l. c. n. 16—18. *Bartoli* l. c. [IV 186—189]. *Raynaldus* l. c. in a. 1564, n. 53).

1082. CANISIUS suo et P. GUILIELMI ELDEREN S. J. nomine **CATHEDRALI CAPITULO AUGUSTANO.**

Augusta Vindelicorum sub medium m. Iunium (?) 1564.

Ex archetypo, quod a P. Guilielmo Elderen S. J. (ut videtur) scriptum, ipsius Canisii manu emendatum est; constat 9 ff. (in 2°) non signatis; folium, in quo caput VII. (eadem manu ac reliqua capita) scriptum est, libello postea insertum est; f. 8. vacuum est. Exstat Augustae Vindelicorum in archivo curiae episcopalis, Fasc. „Domprädicatur. Correspondenz des Card. O. Truchsess den Dompr. P. Canisius betr."

Maxima scripti pars primum typis exscripta est in „Pastoralblatt für die Diöcese Augsburg, herausgeg. von P. *Hermann Koneberg* O. S. B.", XXVI, Augsburg 1883, 266—267 274 283—284.

Ad varias querelas adversus se et P. Elderen ab ecclesiasticis quibusdam augustanis delatas respondet: 1. Confessionis et eucharistiae sacramenta administrandi facultas eaque ampla et a papa et ab episcopo ipsis data est; qua utentes tum ecclesiasticis tum fidelibus utilem se operam praestare censent; multos ad fidem reduxerunt vel in pietate confirmarunt. Neque ulla lex est, ut fideles extra paschatis tempus solum adeant parochum. 2. Quod reprehenduntur, a malis reprehenduntur clericis laicisque; qui crimina probare debebant. 3. Non dissidiis Socii student, sed concordiae; displicet vero quibusdam, aliquos ad pietatem ab ipsis institui, ipsorum missas frequentare etc.; si quid autem a mulierculis perperam agitur, Sociis invitis ita agitur. Qui neminem a parocho abstrahunt nec sua sacra reliquis anteponunt. Communionem singulis hebdomadis faciendam etiam Augustinus commendavit. 4. Licet suos Socii habeant praepositos, magistratus omnes reverentur; decanus familiariter iis utitur. 5. Ex sacro suggestu Canisius ecclesiasticorum in sacro faciendo irreverentiam et alia cleri vitia publica vituperavit, simul tamen et saepe cleri dignitatem et auctori-

---

[1] Litanias omnium Sanctorum; cf. *Can.* II 420.

tatem propugnarit; privatim de concubinariis et similibus cum decano egit. 6. Cum urbe abire deberet, curabat, ut alius suo loco contionaretur; contionatorem de Societate sibi adiungere ob aedium angustias nondum potuit. 7. Auditores non ad desperationem, sed ad Dei timorem, paenitentiam, morum emendationem, quae nunc maxime necessaria sunt, adducere studet. 8. Socii non possunt eos, qui peccata generatim tantum confitentur, non interrogare. Haud ita facile credendum hominibus Socios incusantibus. Illi in absolvendo faciliores non sunt; in feneratorum numero habent eos, qui 5% sumunt. 9. Coquam nunquam habuerunt; neque tamen facere poterant, quin honestae mulieres interdum aedes ingrederentur; quibus excipiendis iam exstructum est atriolum. Falso dicuntur se solos bonos putare et a reliquis se separare. 10. Famuli uxorem habentis opera nunquam usi sunt.

† Responsio ad Capita obiectionum, quae objjciuntur duobus de societate JESV sacerdotibus Augustae uersantibus:

I.[a] Male agunt Sacramenta Confessionis et Communionis sacrae administrando: unde illis haec administratio prohibeatur[1].

Primum quod illi hactenus circa Confessionis et communionis sacramenta populo administranda uersantur, nullus hucusque prohibuit Augustae, et rogati sunt aliquando a Pastore D. Adelgaiss, ut ad confessiones audiendas adferrent ei subsidium. Licuit[b] illis hoc facere, cum peculiarem in his facultatem habeant, tum a Pontifice Maximo[2], tum ab ipso ordinario Reuerendissimo Domino Cardinale[3].

Qui sunt huius societatis, hac potestate utuntur absque contradictione passim et in alijs etiam Ecclesijs Germanicis.

Nec possunt bona conscientia negare suam operam in his sacramentis dispensandis, cum huc rogantur a quibusdam, qui graues ob causas illorum consilia in confessione requirunt, et propter bonas rationes cupiunt ab illis in spiritu adiuuari, saepeque adiuuantur Domino cooperante[4], praesertim cum habeant etiam pleniorem quam ordinariam potestatem absoluendi poenitentes in quibusdam casibus[5].

Ab initio quidem uocatus et principaliter susceptus est D. Canisius ad concionandum Augustae, tamen cum hac functione non pugnat munus in confessione et communione sacra populo inseruiendi, et sperabat idem se in hoc gratificaturum Reuerendis Dominis de Capitulo, qui gaudere deberent qualicumque occasione colligi fructum uerbi disseminati[6].

Deinde grauatus ipse multis concionibus, praesertim in Aduentu et quadragesima, cooperatorem unum ex eadem assumpsit societate[7], qui spiritualem messem indies magis magisque crescentem, per dicta sacramentorum media, rectius excolere posset. Jam uero satis ostendit

a) *Primum hoc caput non est in „Pastoralblatt".* b) Licut *arch.*

---

[1] Cf. infra monum. 487 488. [2] Paulo III. et Iulio III.; v. supra p. 472.

[3] Ottone Truchsess, episcopo augustano. [4] Mc 16, 20.

[5] „Casus" sive crimina dicit in Bulla Coenae summo pontifici reservata, et maxime haeresim; v. supra p. 472—476 492 533[3].

[6] Act 13, 49. [7] P. Guilielmus Elderen potissimum significatur.

experientia, Dominum pijs illorum uotis adfuisse, per quos multi ad Catholicam Religionem Augustae reducti, et in uera pietate confirmati esse cernuntur, ut non pauci mirentur, paucis ab hinc annis tam praeclaram mutationem et conuersionem in multorum animis apparere, sicut et ipsi fatentur aduersarij[1].

Nunquam illis animus fuit, ut cum dispensarent haec sacramenta, cuiquam incommodarent, uel ut Parochialibus iuribus quid adimerent. Jmo iuuant et hucusque iuuarunt Parochum[2], qui etiamsi uellet, per se non posset nunc omnium excipere confessiones.

Neque obligantur Parochiani uni Parocho, nisi tempore Paschatis, sed possunt reliquo anni tempore ab alijs sacerdotibus in hoc preuilegiatis tum absolutionis, tum communionis percipere sacramenta, sicut apud Catholicos passim fieri cernimus[3]. Quapropter si magis aedificationem quam destructionem uel offensionem[4] Augustani populi quaerimus, non uidentur sane in proposito suo prohibendi ac impediendi dicti sacerdotes, ut qui uolunt ac possunt inseruire gratis et prodesse proximis ad Dei gloriam et salutem animarum, nihilque spectant aliud, quam ut Catholici tum numero, tum uirtute crescentes, per quamcunque occasionem[5] Augustae in diuino cultu promoueantur.

Meminerimus quod scriptura monet, Noli prohibere benefacere eum qui potest: Si uales et ipse benefac[6].

II.[a] Murmurant aduersus praedictos Clerus et Senatores cum Ciuibus[7]:

Sunt boni et mali Clerici et Laici Augustae. De malis uterque illorum sacerdotum dicere queat, Si hominibus placerem, Christi seruus non essem[8]. Si de mundo fuissent[b], mundus quod suum erat diligeret: quia uero de mundo non sunt[9] et ueritas odium parit[10], propterea odit eos mundus[11]. Non est autem seruus maior Domino suo[12]: Si illum persecuti sunt et uos persequentur[13].

De Christo quoque murmur multum erat in populo, ut alij dicerent, quia bonus est[14], alij uero negarent.

Caeterum[c] siue boni, siue mali obmurmurent, proferatur causa iustae murmurationis, ut responderi possit quod res postulat.

a) I. *Past.* b) *A script. correctum ex* fuissem. *Past. habet* fuissem. c) Ceterum *P.*

---

[1] Hoc etiam ipsum cathedrale capitulum augustanum compluries testificatum erat; v. *Can.* II 857 859; III 589—590.

[2] Ioannem Udalricum Halbmair, cathedralis ecclesiae parochum; de quo supra p. 523[8]. [3] Vide, quae sub ipsas has litteras dicentur n. 1.

[4] Rom 14, 19; 15, 2. 1 Cor 10, 32. 2 Cor 6, 3; 10, 8; 13, 10.

[5] Phil 1, 18. [6] Prov 3, 27. [7] Cf. infra monum. 486—499. [8] Gal 1, 10.

[9] Io 15, 19. [10] De hoc proverbio v. supra p. 204[6]. [11] Io 15, 19.

[12] Io 13, 16; 15, 20; cf. Mt 10, 24; Lc 6, 40. [13] Io 15, 20.

[14] Io 7, 12.

Sunt aliqui obtrectatores in utroque statu, sunt uicissim et laudatores multi et magni, tam in Clero quam in populo Augustano; quorum testimonia possent adferri in commendationem horum sacerdotum[1].

Jgitur sapientis non est curare, quid mali quantumuis multi obstrepent[a] [?], sed peruestigetur et ponderetur causa, cur quidam murmurare dicantur. Si ergo male[b] loquuti sunt uel fecerunt, testimonium de malo perhibeatur[c][2], ac deinde damnentur.

III.[d] Timendum erit schisma inter Catholicos. Nimium circa istos et istorum sacra homines afficiuntur:

Nullam schismatis causam dedit uel dabit Contionator[3], qui frequenter et serio exhortatur auditores ad unionem et charitatem christianam.

Neque potest negari, quin ab his duobus saepe concilientur dissidentes, ut redeant in gratiam mutuam, quin et mali conuertantur et boni confirmentur.

Nisi forte schisma dicemus, quod horum opera ex bonis etiam[e] meliores, ex Marthis Magdalenas[4], et ex secularibus spirituales ac Religiosas fieri personas non raro cernimus[5]. Hinc nonnunquam filij huius saeculi[6] obmurmurant[f], et pijs Magdalenis insultant, quia illae partem optimam elegerunt[7].

Alij torquentur misere, cum uident ad frequentem usum sacramentorum plures accedere, et uitam plane spiritualem meditari. Sed animalis homo, non percipit quae sunt spiritus Dei[8]. Jam qui pias mentes consolantur, et in spiritualibus studijs prouehunt, an illi schisma introducunt? Pium sane schisma a mundo ad Christum homines conuertere, et eos a carne ad spiritum transferre. De quo schismate Christus ipse dixit, Putatis quia pacem ueni mittere in terram? non dico uobis, sed separationem[9].

Aut schisma fortasse uocant, quod soleant ex pijs complures horum sacerdotum frequentare Missas, quae nimirum[g] hora commodiore et certiore tempore, quam ab alijs sacerdotibus recitantur.

Quid uero, si pro sua pietate nonnulli utriusque sexus amant, laudant ac defendunt horum pia studia, et lubentius istorum sacris

a) *Sic arch.; sed malim legere* obstrepant; *id quod est in P.* b) mali *P.* c) prohibeatur *P.* d) II. *P.* e) *Hoc v. deest in P.* f) abmurmurant *P.* g) nimium *P.*

---

[1] Testimonium Marci et Georgii Fuggerorum ac Georgii et Melchioris Ilsungorum vide infra monum. 495. [2] Io 18, 23.

[3] Petrus Canisius, cathedralis ecclesiae contionator.

[4] Cf. Lc 10, 38—42; Io 11, 19—45.

[5] Cf. *Can.* III 589—599 602—608 612—615 653—665 et supra p. 514 atque infra monum. 426 427 428 430 433 437 495. [6] Lc 16, 8; 20, 34.

[7] Lc 10, 42. [8] 1 Cor 2, 14.

[9] Lc 12, 51. Mt 10, 34. Canisius pios hosce homines etiam palam defendit in contione 3. Martii 1564 in templo cathedrali habita; v. infra monum. 447.

intersunt, quos putant fortasse non minus, quam plerosque sacerdotes uita integros, et religionis studio commendatos esse?

Verum concesso etiam, quod hac in parte Mulierculae quaedam humani aliquid patiantur[1], dum his impendio favent, et pro illis nimium fortasse certant: sit hoc uitium muliercularum loquacium et nihil moderate gerentium. Quid hoc ad istos? qui neque authores, neque incentores esse volunt, ad alendos eiusmodi[a] muliebres et inordinatos affectus, quos quidem moderari et omnino sanare, nemo facile possit. Varium enim ac mutabile semper foemina[b] [2].

Non abstrahunt a Parocho uel Parochia personas ullas, non sollicitant, ut a se sacramenta petant potius, quam ab alijs: immo grauantur potius accedentium multitudine, ut omnibus saepe non possint facere satis.

Sed qua fronte et modestia repellent uenientes? quomodo suam negabunt operam petentibus? qua charitate prohibebunt et impedient pia istarum ouium Christi uota? cum cupiant sane ac debeant omnia omnibus fieri[3], ut quod in ipsis est, omnes lucrifaciant.

Ridiculum est plane, quod fingunt quidam, propterea istorum sacra frequentari magis, uelut quae meliora et sanctiora sint, quam aliorum sacerdotum[4]. Queruntur, complures frequentius[c] ad sacram communionem accedere, quia diebus Dominicis et festis quibusdam nonnulli accedant.

Sed quis prudens alienas conscientias, et illarum pia studia damnet?

Diuus Augustinus hanc frequentem communionem diebus Dominicis accipiendam commendat omnibus[5]. Sic multi magno cum fructu fa-

a) cujusmodi *P.* b) femina *P.* c) Queruntur complures, frequentius *archet.*

[1] Cf. „grauamina“ proposita supra p. 544.

[2] „Eia age, rumpe moras: varium et mutabile semper Femina“: *Vergilius,* Aen. IV 569. [3] 1 Cor 9, 22.

[4] Ecclesia de sacramentis et missae sacrificio id semper tradidit, quod *S. Augustinus* (In Ioannis Evangelium Tract. VI, c. 1, n. 7 8) olim docuerat de baptismo instituto per Christum: „Petrus baptizet, hic est qui baptizat; Paulus baptizet, hic est qui baptizat; Judas baptizet, hic est qui baptizat. Nam si pro diversitate meritorum Baptisma sanctum est, quia diversa sunt merita, diversa erunt baptismata. . . Quare ergo si unus ab illo, verbi gratia, iusto sancto baptizetur, alius ab alio inferioris meriti apud Deum, inferioris gradus, inferioris continentiae, inferioris vitae, unum tamen et par et aequale est quod acceperunt, nisi quia *hic est qui baptizat* [Io 1, 33]?: *Migne,* P. L. XXXV 1428—1429. Atque ita P. *Hieronymus Natalis,* Societatis visitator, a. 1563 in collegio ingolstadiensi constituit, ne Socii, cum in funeribus ad missas pro mortuis in ecclesiis alienis dicendas invitarentur, eo irent. „Si vrgeant, potest illis primum responderi esse monachos pauperes, quos possunt aduocare, si velint, et dare illis eleemosinam; tanti esse illorum missam quanti nostram“: *Gomez Rodeles,* Monumenta Paedagogica 782.

[5] Dubitari vix potest (cf. *Can.* I 209; III 622), quin Canisii animo obversatus hic sit locus ille libri „De ecclesiasticis dogmatibus“ (c. 53) a *Gennadio Massiliensi* (saeculo V.) compositi: „Omnibus dominicis diebus communicandum suadeo et hortor, si tamen mens sine affectu peccandi sit“ (*Migne,* P. L. LVIII 994). Liber de ecclesiasticis dogmatibus eo tempore putabatur esse Augustini, et locus modo

ciunt alijs in locis, saepiusque faciebant in ueteri Ecclesia[1]. Quis pius non probaret magis ac proueheret quam impediret hoc uere pium et Christianum studium, quo dies festi maxime sanctificantur, et conscientiae plurimorum in amore Dei et omni deuotione plurimum corroborantur?

IIII.[a] Non obediunt Decano[2], neque superiores habere uolunt[3]:

Primum demonstrare oportebat, in quo illi debitam D. Decano obedientiam denegarint, qui neque unquam ab illis quid postulauit, neque leges ullas praescripsit obseruandas, quas contempserunt.

Deinde aduersus quem superiorem unquam exceperunt, qui reuerenter et obedienter se gerunt cum erga Praelatos omnes, tum erga Reuerendissimum et Jllustrissimum Cardinalem eiusque Ecclesiam cathedralem.

Libenter fatentur proprium sibi superiorem esse in societate JESV Praepositum Generalem[4] Romae, seque ex huius uoluntate et authoritate cumprimis pendere, iuxta formulam sui instituti.

Sicut autem alij Religiosi solent et debent, reuerentiam et obedientiam exhibent et porro exhibebunt omnibus superioribus utriusque status.

Putant se hactenus non defuisse uotis et iussis D. Decani, et sperant illum merito conqueri non posse, quod scientes et uolentes aut illum aut Dominos de Capitulo hactenus offenderint: Cuius rei argumento est, quod idem D. Decanus se illis ualde familiarem semper ostendit, et de huiusmodi querelis nunquam commonefecit.

V.[b] Publice et priuatim in Clericos inuehuntur, et horum uitia odiose perstringunt[5]:

Licet quidem pro[c] Concione non modo populi, sed etiam Cleri uitia[d] publica et communia taxare, praesertim ubi materia quae

a) *Hoc caput non est in P.* b) III. *P.* c) *In P deest* pro. d) *In arch. sequitur* praesertim, *oblitteratum.*

---

allatus tanquam sententia S. Augustini recitatur a *Gratiano* in Decreto (c. 13, dist. II. De cons.), a *S. Ignatio* in epistulis Roma m. Augusto vel Septembri 1540 ad cives Azpeitiae et Roma 15. Novembris 1543 ad Theresiam Rejadellam datis (*Monumenta Ignatiana* Ser. I, Epistolae I, Matriti 1903, 164 275), a *S. Francisco Salesio* in „Introduction à la Vie dévote“ (Philothée) P. 2, chap. 20, anno 1608 vel 1609 primum vulgata (Œuvres de Saint François de Sales III, Annecy 1893, 117). Ceterum longe aberat, ut Augustinus eos, qui singulis diebus dominicis eucharistiam sumebant, reprehenderet; qui ne cotidianam quidem communionem improbabat; cf. *Augustini* epistolam 54 (al. 118), c. 3, n. 4 (*Goldbacher* l. c. [cf. supra p. 523[7]] II 162—163; *Migne,* P. L. XXXIII 201—202).

[1] Id ostenderunt *Jul. Corblet,* Histoire dogmatique, liturgique et archéologique du Sacrement de l'Eucharistie I, Paris 1885, 403—407, et *Jak. Hoffmann,* Geschichte der Laienkommunion bis zum Tridentinum, Speyer 1891, 19—27 82—85.

[2] Christophoro a Freyberg, decano capituli cathedralis.

[3] Cf. supra p. 543 544. [4] Iacobum Lainium. [5] Cf. supra p. 544.

tractatur, commodam ad hoc praebet occasionem[a]. Ita Christus Pharisaeorum[b] et Scribarum uitia saepe reprehendit et grauiter quidem ac uehementer[1].

Verum quod uni homini praesertim malo, nimium et acerbum aliquando uidetur, id bono et probo uiro lene ac molle solet existimari. Quid uetat obsecro, quominus aliquando (licet hoc raro fiat) emendatio aliqua in uitijs sanandis Cleri postuletur, ut ne alioquin populus existimet se solum argui, et omnia Cleri uitia, quae in oculos etiam multorum incurrunt, semper excusari atque dissimulari, uelut Concionator peccantibus adblandiatur Ecclesiasticis[2].

Adhibeantur Censores concionibus, et moneant nomine Capituli Concionatorem, sicut nunquam fecerunt hactenus, et placebit[c] haec libertas admodum Concionatori.

Nuper tractatum fuit de sacrificio Missae, et inter alias causas neglecti passimque contempti sacrificij uix potuit praetermitti[d], quod irreuerentia quae ex parte Sacerdotum accedit, Missam nunc uulgo reddat magis odiosam et probrosam, neque adhuc Clerum in re tanta satis diligentem esse[3]. Quae sententia cordatos homines nihil offendet.

Hoc multi uere affirmabunt ex auditoribus, Praelatos et sacerdotes saepe defendi: illorum authoritatem aduersus Cleri hostes et haereticos omnes serio uindicari: tum[e] sacerdotalem dignitatem sic commendari, ut ea in malis etiam ac corruptis moribus reuerentiam et honorem propter Christum et ordinationem diuinam mereri dicatur[4].

Neque probari poterit, quod his uiris ulla sit consuetudo priuatim suggillandi Clericos, nisi quod aliquando cum ipso D. Decano tractatur familiariter de scandalis quibusdam[f], praesertim Concubinariorum apertis in hac Repub: submouendis, ut minus uituperetur sacerdotale ministerium[5] ab impijs Augustae aduersarijs.

Vnde[g] parum candide facere uidentur, qui dubia et incerta sicut ipsi fortasse audiunt ab alijs, non aliter quam pro ueris et certis affirmant.

a) occassionem *P.* b) Pharisaorum *P.* c) placecit *P.* d) pratermitti *P.* e) eorum *P.* f) *Septem vv. sqq. in P omissa sunt.* g) *Hoc v. et quae sequuntur, usque ad* Concionator neminem consolatur *etc. (c. VII.), non sunt in P.*

---

[1] Vide potissimum Mt 23, 2—38.

[2] Vide, quae sub ipsas has litteras dicentur n. 2.

[3] Canisius haec dixit in contione 2. Iunii 1564 (quae erat feria VI. infra Octavam Corporis Christi) habita. Eius verba, quae sane gravia sunt ac severa, ponam infra monum. 474.

[4] Canisium ex sacro suggestu mores quidem ecclesiasticorum nonnumquam reprehendisse, clerum tamen iterum ac saepius excusasse, defendisse, commendasse, etiam nunc codices contionum eius ostendunt; v. *Can.* II 849—852; III 633—635, et infra monum. 451 452 454. [5] 2 Cor 6, 3.

VI. Concionator aliquando relinquit Cathedram absque facultate, nec substituit alium cum discedit[1]:

Discessit semel et iterum uocatus a Caes. Maiestate[2] ut statim se in uiam daret[3]. Tum suscepit D. Jlsungerus[4] hanc Prouinciam, ut cum ipso D. Decano ageret, de aliquo substituendo concionatore. Nunquam abfuit Concionator, quin habuerit successorem in Cathedra. Accidit, raro quidem, ut interpellatus fuerit D. Decanus, de sufficiendo successore Reuerendo Domino Suffraganeo[5], aut Fratre Dominicano, qui ad tempus uicem illius suppleret in Cathedra[6]. Postea uero tale nihil accidit, ac ne inposterum accidat cauebitur sedulo.

Obtulit aliquoties D. Canisius operam suam[a] [?] se curaturum, ut haberet adiunctum sibi ex societate sua Concionatorem, qui aliquando uicem ipsius praesertim aegroti uel absentis supplere posset. Sed aedes Augustae[b] [?] prohibent hactenus, quominus plures eiusdem societatis personae hic possent[c] commorari[7], suamque dare operam ad euangelisandum et docendum, sicut multi sane graues uiri multum saepeque desiderarunt[8].

VII.[d] Concionator neminem consolatur, sed auditores potius ad desperationem inducit[9]:

Auditores concionum facile testabuntur, saepe consolationes ex Dei uerbo immisceri, Deique misericordiam suo tempore commendari. Si autem fuit unquam tempus a falsa consolatione homines reuocandi, et eosdem ad poenitentiam, et diuinum timorem excitandj, certe nunc est illud maxime, ubi doctrina de sola fide iustificante, falsaque persuasio de sola misericordia Dei saluante omnem fere Dei timorem et amorem excussit et profligauit ex peccantium animis, carnalem uero libertatem summamque securitatem induxit, et persuasit populo, ut audaces homines satis moneri non possint ad considerationem nouissimorum, quae sapiens in omnibus operibus[10] iubet meditari[11]. Haec causa est, quae contionatores omnes permouere debebat,

a) *Sic arch.; num rr.* operam suam *propter ea, quae sequuntur, oblitteranda, vel post ipsa* dicens *simileve v. addendum?* b) *Sic arch.; sed ex iis, quae sequuntur, in suspicionem venio, Canisium* angustae *scribere voluisse.* c) *Sic arch.; scribendum fuerat potius* possint, *aut paulo supra* prohibuerunt. d) IV. *P.*

[1] Cf. supra p. 544. [2] Ferdinando I.

[3] Cf. *Can.* II 751; III 586; et supra p. 45 129.

[4] Georgius Ilsung, patricius augustanus, a Ferdinando I. Suebiae partibus illis, quae Austriae principibus suberant, praefectus; v. *Can.* III 574[1].

[5] Michaele Dornvogel, titulari episcopo adramytano; v. *Can.* II 632 846 859 860; III 135 423 459 739, et infra monum. 441. [6] Cf. *Can.* III 423.

[7] Cf. *Can.* II 843 863; III 672 675 677 et supra p. 32 403 455 etc.

[8] Cf. *Can.* II 653 676 735 760[1] 866; III 20 55 79 245 599 672, et supra p. 43 358. [9] Cf. supra p. 544. [10] Eccli 7, 40.

[11] Canisius de novissimis hominis rebus et nominatim de morte contionatus est a. 1560 sacro Adventu; de summo autem iudicio tum particulari, quod vocamus, tum universali a. 1561 per Quadragesimam et compluribus Adventus diebus, a. 1562 per priorem Quadragesimae partem dixit (*Can.* II 847; III 619 622).

ad ardentem contra uitia orationem, ad peccatorum poenitentiam, ad timorem Dei nobis offensi maxime uulgo[a] commendandum.

Verum haec[b] sapientes intelligunt alio pertinere, quam ad desperationem inducendam, nisi forte Christum etiam fingimus ad desperationem quodammodo diuites induxisse, ubi dixit terribiliter, Facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare[c] in regnum coelorum[1]. Et rursum, Ve[d] uobis diuitibus, qui habetis hic consolationem uestram[2]. Beati autem pauperes, quoniam uestrum est regnum coelorum[3].

Gaudet Paulus propterea, quod Corintheos[e] contristauerit[4], ut ea tristicia[f] poenitentiam in salutem stabilem operaretur[5]. Vtinam gaudere possit et Canisius, quod Augustanos secundum Deum contristatos[6] uideret, ut hinc cum timore et tremore salutem operarentur[7], dignosque fructus poenitentiae facerent[8].

VIII.[g] Circa Confessionis Sacramentum redarguuntur, quod sunt rigidi, in quaerendo curiosi nimium, negantes quibusdam absolutionem[9], aut absoluentes aliquando vsurarios etc.[10]

Hic difficile fuerit respondere, quod nullus recte iudicare possit ac debeat de rebus, quae in foro interiore inter Confessarium et confitentem ipsum aguntur, praeterquam[h] ipsae personae dictae, quibus tantum notae sunt circumstantiae illic considerandae.

Fatentur complures aperte, quod multis annis et tota uita ueram[i] peccatorum suorum etiam grauissimorum confessionem ausae[k] non fuerint alijs confiteri[l] [?], et rogari cupiunt ac examinari de rebus conscientiae. Aliae personae, tum interrogatione, tum informatione illa indigent, quam probati Theologi et[m] Canonistae hic adhibendam esse docent.

Testatur experientia, ueram confitendi rationem apud plurimos in dissuetudinem abijsse, dum peccata sua tantum in genere confitentur, nihilque fere aliud petunt a Confessario, quam ut post generalem confessionis formulam, statim absoluantur ac dimittantur[11]. Cum his agere hac quidem[n] aetate difficilius est confessarijs, quam plerique suspicantur.

Quoniam Confessarius locum Christi tenet, et pro salutis conscientia Christo iudici rationem est redditurus, non potest non sollicitus[o]

a) *Hoc v. in arch. manu altera (quae ipsius Canisii esse videtur) additum est; in P deest.* b) hoc *P.* c) *Hoc v. ipsius Can. manu additum est;* introire *P.* d) Vae *P.* e) *Sic arch.;* Corinthios *P.* f) tristitia *P.* g) V. *P.* h) *Hoc v. et 10 sqq. in P omissa sunt.* i) uicia *P.* k) ausi *P.* l) *Sic arch.; corrigendum esse videtur* facere. m) *Deest in P.* n) *In arch. sequitur* tempestate, *oblitteratum.* o) sollitus *P.*

[1] Mt 19, 24. Cf. Mc 10, 25. [2] Lc 6, 24. [3] Lc 6, 20. Mt 5, 3. [4] 2 Cor 7, 8 9. [5] 2 Cor 7 10. [6] 2 Cor 7, 9. [7] Phil 2, 12. [8] Lc 3, 8; cf. Mt 3, 8; Act 26, 20. [9] Cf. supra p. 543 544.

[10] At contra inter „grauamina“ illa hoc comparet: „De negata absolutione circa vsuras“; v. supra p. 544. [11] Vide supra p. 545.

esse, ut inter lepram et lepram[1] caute discernat[2], et cognoscat uultum[a] pecoris sui[3], utque non absoluat alios, nisi qui peccata[b] sua mortalia explicate confitentur, et de ijs ex animo dolent[4]. Magnum enim esset sacrilegium, eos quos uere non poenitet[c], uel qui aliena restituere nolunt, absolutionis beneficio donare, et propter illos hoc sacramento abuti. Adhibetur ergo quibusdam rigor, quibusdam lenitas in confessione pro qualitate personarum et circumstantiarum, cum alij molliore, alij asperiore indigeant medicina.

Neque credendum est statim futilibus personis, quae sine causa facile conqueruntur de confessario, et praesertim cum ob iustas et graues causas negatam sibi uident absolutionem, obmurmurant et fingunt uaria. Et breuiter, ut se excusent ac uindicent aliquo modo, suum accusant et taxant apud alios Confessarium, sicut impatientes aegroti non raro Medicum indigne suggillant[d].

Quod ad Vsurarios attinet[5], quorum casus Augustae sunt (proh dolor) nimium frequentes, norunt[e] quid sit iuri diuino et humano consentaneum, quid etiam moderni Doctores et Canonistae sentiant. Ex horum praescripto iudicant, ne si aliter faciant, suas ipsorum et aliorum animas damnent.

Probari non poterit, quod indigne absoluant vsurarios, aut illos, qui propositum non habent restituendi ea quae secundum ius diuinum et humanum proximo debentur, sicut plurimis Augustae notum est satis.

Et pro casu usurario reputant, quod secundum communem uulgi usum nunc passim accipiuntur quinque floreni pro centum mutuo datis hac lege, ut creditori salua maneat summa capitalis, cum idem ipse uoluerit, repetenda.

Hanc enim consuetudinem in foro interiore fas non est excusare, quia mentalis et realis usura hic aperte committitur[6] diuinumque praeceptum uiolatur, Mutuum date, nihil inde sperantes[7]: Quicquid[f] tandem opponant quidam[g] Jureperiti, qui secundum prudentiam seculi[h] [8] multa huiusmodi dissimulanda esse putant, sed contra communem et receptam sententiam ueterum ac nouorum Theologorum et Canonistarum. Et hinc est quod Augustae plurium potius audiuntur querimoniae, quod vsurarij poenitentes non absoluantur, quam quod absoluantur ab his sacerdotibus[9].

a) vultu *P.* b) puncta *P.* c) *In arch. correctum ex* qui uere non poenitent. d) sugillant *P.* e) *In P sequitur:* (Jesuitae). f) quidquid *P.* g) quidem *P.* h) saeculi *P.*

---

[1] Dt 17, 8.

[2] Cf. Lv 13, 1—14 57; Dt 17, 8—13; Mt 8, 2—4; Mc 1, 40—44; Lc 5, 12—14; 17, 12—14. [3] Prv 27, 23; cf. Io 10, 14 27. [4] Vide supra p. 545.

[5] Vide, quae de hoc capite sub ipsas has litteras dicentur n. 3.

[6] Lucrum „usurae" macula inquinatum et mente voluntateque quaeritur, et re admittitur accipiturque. [7] Lc 6, 35.

[8] Cf. Lc 16, 8; 1 Cor 2, 6 etc. [9] Cf. supra p. 543 544.

IX.[a] Mulieres in illorum aedes ingrediuntur, nec uolunt haberi suspecti, imo soli fere boni, sunt superbi, factiosi, ab alijs separant sese:

Vtinam foeminae[b] in aliorum Sacerdotum aeque raro sicut in illorum aedes ingrederentur, maior esset tum Augustae castitas Ecclesiasticorum. Nullam hactenus ancillam uel Coquam hi domi sustinuerunt, prohibere autem non possunt, quominus ingrediantur missae aliquando ad ipsos[c] honestae personae, praesertim ex Fuggerana et Jlsingera[d] [?] familia, licet hoc raro fiat[1].

Jam uocantur ad confessiones audiendas, iam ut aegrotos[e] inuisant, iam ut alijs de rebus pijs respondeant monentur[f] per mulierculas[g], quae nonnunquam ex haeresi redeuntes domi etiam cupiunt magis quam in templo catechisari[h], praesente marito uel alia persona quidem honesta teste. Vnde si qui scandalisantur[i], aut nimium infirmi sunt illi, aut in scandalum Pharisaeorum[2] incidere uidentur.

Vt autem omnis scandali si quod esse potest, occasio tollatur, constructum iam est in ijsdem aedibus atriolum quoddam, ad excipiendas eiusmodi personas, quae statim post ingressum habent locum separatum et apertum tantum[k] ad colloquium, ne sit opus illas ad interiorem partem domus penetrare.

Sed uidemus paratam esse calumniam et obtrectationem aemulorum, siue hi cum mulierculis agant in templo, siue domi: in deteriorem partem rapiunt omnia, et ex se fortassis alios quantumuis innocentes metiuntur. Qualis enim quisque est, talia de alijs fere sentit et loquitur. N o l i t e a u t e m i u d i c a r e s e c u n d u m f a c i e m, s e d r e c t u m i u d i c i u m i u d i c a t e[3].

Jllud grauius est, quod affingunt, talem illorum arrogantiam esse, ut soli fere boni uelint uideri. Certe plerique nec uideri, nec esse

a) VI. *P.* b) faeminae *P.* c) ipsas *P.* d) *Sic arch.; quod nescio an corrigendum sit* Jlsungera; *familia certe „Jlsung" vel „Ilsunger" hoc loco significatur.* e) aegratos *P.* f) moventur *P.* g) mulierculaes *P.* h) catechizari *P.* i) scandalizantur *P.* k) hoc *P.*

[1] *S. Ignatius* constituerat: „Honestatis et decentiae ratione, convenit feminas non ingredi Domos nostras nec Collegia" (Constitutiones P. III, c. 1, n. 14). Sed cum Augustae primis illis annis fere 3—4 tantum Socii (diu 2—3 tantum, interdum 5—6; cf. *Can.* III 593 597 602 606 677, et infra monum. 426 428 430 433 437) habitarent iique in aliena domo vel potius in alienae domus parte altera (l. c. III 675), ac cum praeterea Canisium saepe diuque Augusta abesse oporteret, fieri vix poterat, ut disciplina religiosa, quod ad externas illas res attinebat, plene servaretur. Facilius quoque eo tempore praepositos sive superiores dispensare potuisse ex iisdem *S. Ignatii* constitutionibus (l. c. Decl. L) intellegitur. Atque licet inde a saeculo VI. magistratus ecclesiastici, ne mulieres in domos virorum religiosorum introducerentur, commendassent vel etiam sanxissent (aliquot huiusmodi locos collegit *Gratianus* in Decreto c. 20 22 23, C. XVIII. qu. 2), complura tamen eiusmodi praecepta hoc tempore in desuetudinem abierant; neque disciplina, quae hac in re nunc viget, ante Pium V. (1566—1572) et Gregorium XIII. (1572—1585) instituta est (*Zeg. Bern. van Espen,* Opera omnia canonica P. I, tit. 30, c. 2, n. 1—8, Venetiis 1769, 213). [2] Cf. Mt 15, 12; 1 Cor 1. 23; 8, 9. [3] Io 7, 24.

boni uolunt proh dolor: nunc qui et esse, et uideri uolunt pro ratione quidem sui instituti et officij sacerdotalis, reprehensionem effugere non possunt, tam iniquus et praeposterus est mundus in iudicando.

Nominantur superbi quoque et factiosi, et pharisaei, hoc est, qui sese ab alijs separant[1]. Eadem uero facilitate plura probra possunt immerentibus affingi, sed quae probare non aeque sit facile.

Vtinam uero maiora superbiae et factionum argumenta, quam in his duobus appareant nusquam tam in Clero, quam populo. Sed non cogitamus illud: Nolite ante tempus iudicare adusque[a] [?] ueniat Dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum, et manifestabit consilia cordium[2].

Et qua ratione ab alijs illi se separare dicuntur, qui quotidie a multis etiam Ecclesiasticis interpellantur, qui nullos cum illis et ciuibus congressus fugiunt, qui saepe ad consilia nobilium et bonorum euocantur[b], qui nunquam fere domi otiosi esse sinuntur?[c]

X. Non utuntur ministris ordinarijs sed Coniugatis:

Contrarium est uerum, nisi forte loquantur de uno qui ad tempus illis Coquus et Cibi emptor fuit, iamque esse desijt, homo quidem coniugatus antea, sed quem Domini Officialis[3] sententia ab vxore separauerat ob impotentiam scilicet ius coniugale reddendi[4], eumque Coquum illis adiunxerat familia Fuggerana.

Lucae 6°

Quid uides festucam in oculo fratris tui, trabem autem, quae in oculo tuo est non consideras? Aut quomodo dicere poteris fratri tuo. Frater sine eijciam festucam de oculo tuo, ipse autem trabem in oculo tuo non uides?[5]

Huic epistulae vel, ut rectius dicam, huic libello, quando a quo ad quem datus sit, manu scriptoris vel correctoris ascriptum non est. Hoc tamen tum ex ipsis rebus, quae in eo dicuntur, tum ex sermonis genere, tum ex emendationibus, quas supra p. 562 notavi, facile cognoscitur: Canisium libelli esse auctorem. Composuit autem libellum, ut ex ipso patet, paulo postquam 2. Iunii 1564 de sacrificio missae ac de sacerdotum in eo offerendo irreverentia et neglegentia contionatus erat (v. supra p. 560). Ex actis autem cathedralis capituli augustani haec intelleguntur: Die 3. Iunii 1564 Canisium eiusque socium (quos iam aliquot mensibus ante aemuli aliqui ex clero persequi coeperant [v. supra p. 523]) ab Ioanne Udalrico Halbmair

a) *Sic arch.;* quoadusque? b) convocantur *P.* c) *Quae sequuntur, usque ad* Quid uides festucam *excl., in P non sunt.*

[1] פְּרוּשִׁים hebraice, פְּרִישִׁים aramaice = separati. [2] 1 Cor. 4, 5.

[3] „Officialis" officium in episcopali curia augustana Dr Conradus Brunus (Braun) ab a. 1557 (?) usque ad mortem († 20. Iunii 1563), Theodorus Esser lovaniensis, iuris utriusque licentiatus, ab a. 1563 ad 1570 tenuisse traduntur (*Pl. Braun,* Domkirche 186—190).

[4] Notum est, eiusmodi impotentiam, cum nuptias antecedit, et ex ipsa rei natura et ex lege ecclesiastica impedimentum esse „dirimens" sive quo ipsum matrimonium irritum efficitur. [5] Lc 6, 41 42. Cf. Mt 7, 3 4.

cathedralis ecclesiae canonico et parocho ad capitulum, quod confessionis et communionis sacramenta administrando iura parochialia violarent et „schismata“ excitarent, delatos esse; die autem 5. Iunii capitulum tum hac tum „multis aliis de causis“ decrevisse, ut suo nomine Freybergius decanus et Rhemius canonicus Canisium adirent modesteque Socios monerent, in posterum sacramentorum ministratione abstinerent; fore enim, ut ea ipsis iam non permitteretur etc. (v. infra monum. 488). Ex altera autem parte Canisius in hoc scripto affirmat: Socios, ne sacramenta ministrarent, „nullus hucusque prohibuit Augustae“; eosdem Freybergius decanus „de huiusmodi querelis nunquam commonefecit“ (supra p. 555 559). Quare Canisio „capita obiectionum“, ad quae hoc libello respondit, tum proposita esse conicio atque opinor — neque enim certi quicquam definire audeo —, cum Freybergius et Rhemius legatione a capitulo 5. Iunii 1564 ipsis commissa fungerentur; atque hanc propositionem potissimum significari puto, cum in capituli litteris medio vel exeunte Septembri ad Canisium datis (infra n. 1134) dicitur, eundem a canonicis privatim amiceque monitum esse, antequam sententia „peremptoria“ (18. Augusti 1564; v. infra monum. 490) sacramentorum ministrandorum potestas a Sociis auferretur. Porro ea aetate huiusmodi negotia etiam inter homines eodem loco versantes tractabantur non colloquendo tantum, sed scripta tradendo (rei exempla vide *Can.* I 567—585; II 160—173 795—799). Atque accuratius consideranti „capita obiectionum“ in Canisii libello prolata eademque conferenti cum commentario supra p. 543 posito satis apparet, eadem a Canisio ex litteris ipsi traditis excerpta esse. Has igitur litteras vel 5. Iunii vel paullo post Canisio traditas esse, ipsum autem medio fere mense Iunio respondisse dixeris; accedit, quod ante illius mensis exitum Oenipontem, inde Monachium et Ingolstadium ivit neque Augustam rediit nisi post medium m. Iulium (v. infra monum. 519 530 535). Fateor tamen, esse aliqua, quae libellum hunc ineunte m. Septembri scriptum esse suadeant.

In archetypi pagina prima manu paulo posteriore scriptum est: „Responsiones [factae? scriptae? a] P.P. Soc: IESU Augustae versantibus ad obiecta illis Puncta“; et in postrema pagina altera manu, quae temporis ipsius Canisii esse videtur: „Handlung zwischen ainem Capitell vnd dem Hern Canisio.“ Atque libellum proxime et potissimum canonicis ecclesiae cathedralis a Canisio destinatum esse ipsa libelli verba patefaciunt. Interest sane inter scriptum, quod Canisius paulo post 9. Septembris 1564 ad canonicos misit (v. infra n. 1125), et scriptum hoc; illud in epistulae speciem compositum est, hoc minime. Fieri tamen poterat, ut Canisius similiter ageret, atque Augusta 23. Octobris 1562 ad Ferdinandum I. de calice laicorum referens egerat (*Can.* III 499—513): Ut libellum componeret huicque epistulam, quae praefationis instar esset, adiungeret; quod si fecit, epistulam perisse dicendum est. Sed fortasse cardinali, dixeris, Augustano libellus a Canisio primum missus vel traditus est. Esto; parvi refert. Capitulo certe proxime destinatus est.

Canisii adversarii his responsis non acquieverunt; id quod sequentes epistulae et monumenta ostendent.

Ceterum in his Canisii litteris tria capita sunt, quae, cum aliquid obscuritatis et difficultatis habeant, aliqua explicatione indigere videntur.

1. Canisius eiusque socii poenitentiae et eucharistiae sacramenta in ecclesia cathedrali administrando iura parochialia sibi arrogasse dicebantur. At ecclesia id quidem anno 1215 in oecumenico concilio lateranensi IV. (c. 21) constituerat, ut fideles „saltem semel in anno proprio sacerdoti“ peccata confiterentur; „si quis autem alieno sacerdoti“ vellet „iusta de causa sua confiteri peccata, licentiam prius postularet et obtineret a proprio sacerdote“ (*Corpus* Iuris Canonici c. 12, X. 5, 38 de poenitent. et remiss.). Sed illum „proprium sacerdotem“ non esse solum parochum in parochia sua, sed etiam summum pontificem in universa ecclesia et episcopum in dioecesi sua, theologi iam monuerant; ut Beatus *Angelus Carletus* (de Clavasio, † 1495) O. Min. (Summa angelica de Casibus Conscientiae, Argentinae 1489, f. L[a]) et *Dominicus a Soto* († 1560) O. Praed. (Commentarii in quartum Senten-

tiarum, dist. 18, qu. 4, a. 2; in ed. Venetiis a. 1570 facta t. I, f. 335[a]). Hanc licentiam Sociis Otto episcopus augustanus tribuebat (v. supra p. 555). Accedebant privilegia a *Paulo III.* litteris apostolicis Romae 18. Octobris 1549 concessa, quibus pontifex omnibus fidelibus potestatem faciebat peccata „Rectoris sui licentia minime requisita" Sociis confitendi et, festo Paschatis et „mortis articulo" exceptis, eucharistiam, „parochialium ecclesiarum Rectorum licentia minime requisita" ab iisdem Sociis „accipiendi" (*Litterae* Apostolicae etc. 48—49). Ac quod ad sacram eucharistiam attinet, interdixerat quidem, excommunicationis poena proposita, *Clemens V.* in concilio oecumenico Viennae a. 1311—1312 habito, ne religiosi sive regulares eam ministrarent nisi „habita parochialis presbyteri licentia speciali" (*Corpus* Iuris canonici, c. 1, Clem. 5, 7 de privileg.). Sed, ut de variis consuetudinibus postea inductis nihil dicam, ex concessionibus a Nicolao V. a. 1458, Paulo IV. a. 1555, Pio IV. a. 1561 factis Minores de Observantia, atque per „communicationem privilegiorum" alii quoque „Mendicantes" ut Dominicani et Iesuitae, singulis diebus, solo die Paschatis excepto, eucharistiam ministrare poterant (*Io. Bapt. Confettius*, Collectio Privilegiorum Sacrorum Ordinum, Florentiae 1598, 157. *Emman. Rodericus* O. Fr. Min., Nova Collectio Privilegiorum Apostolicorum Regularium, Venetiis 1611, 116 380. *Compendium* Privilegiorum Societatis Iesu, Antverpiae 1635, 42—43 74). Atque *Concilium Tridentinum* pronuntiaverat: „Optaret . . sacrosancta Synodus, ut in singulis missis fideles adstantes non solum spirituali affectu, sed sacramentali etiam Eucharistiae perceptione communicarent" (Sess. XXII. de sacrif. Missae c. 6). Ex quibus verbis complures theologi graves, ut *Augustinus Barbosa* (Collectanea Doctorum, qui super varia Concilii Tridentini loca incidenter tractarunt, Lugduni 1657, 161) et *Ludovicus Engel* O. S. B. (Collegium universi iuris canonici, Ed. 7. Venetiis 1733, 345) collegerunt, eos, qui extra tempus paschale devotionis causa, ut dicimus, sacram eucharistiam sumere vellent, non tantum a parocho, sed etiam ab aliis sacerdotibus sacrum facientibus eam accipere posse. Ac Canisius eiusque socius — id quod ex capituli cathedralis actis (v. supra p. 416) constat — sacri in ecclesia cathedrali faciendi licentiam acceperant; unde eucharistiae inter sacrum ministrandae licentiam eos sibi „praesumere", ut theologi loquuntur, potuisse dixeris, similiter ac nunc (excepta fortasse paschali communione) quivis sacerdos in quavis ecclesia, in qua sacri faciendi facultatem habet, eucharistiae quoque ministrandae licentiam habere censetur (*Ern. Müller*, Theologia moralis III², Vindobonae 1879, 206. *Aug. Lehmkuhl* S. J., Compendium Theologiae moralis⁴, Friburgi Brisgoviae 1899, 342). Certe episcopus augustanus atque ipse summus pontifex hanc Sociis potestatem tribuerant; v. supra p. 16—17 555.

2. Canisius fas sibi esse censebat, „pro concione . . etiam Cleri uitia publica et communia taxare", „ne alioquin populus existimaret se solum argui", atque ob alias causas graves; fortasse etiam cardinalis Augustanus ita ei mandaverat. Licet autem longe absit, ut de viris sanctis ego iudicium facere vel sententiam ferre audeam, fateor tamen, me nescire, num ea dicendi ratio ita plane congruat cum praecepto illo a *S. Ignatio* tradito: „Patrum etiam seu Superiorum decreta, mandata, traditiones, ritus et mores studiose probare [convenit]. Licet autem non reperiatur ubique ea, quae deberet esse, morum integritas; si quis tamen vel in publica concione vel in populari commercio ipsis obloquitur, generat potius damna et scandala, quam aliquid afferat remedii aut utilitatis; cum nihil aliud sequatur, nisi exasperatio et obtrectatio populi adversus Principes ac Pastores suos" (Exercitia spiritualia: Regulae aliquot . . . ut cum orthodoxa Ecclesia vere sentiamus; n. 10 [*Institutum* Societatis Iesu III 499]). Neque scio, num hoc tempore iam exstiterit regula illa „concionatorum" ex superiore illa regula quasi hausta: „Cum experientia doceat, et sanctae memoriae Pater Ignatius scriptum reliquerit, nihil vtilitatis percipi ex ijs concionibus, in quibus Principes, et Magistratus reipub., Praelati, et alij Ecclesiastici in particulari reprehenduntur, Concionatores nostri ab huiusmodi reprehensionibus abstineant: *Regulae* Concionatorum n. 12; in libello „Regulae Societatis Iesu" (Dilingae s. a. [sub a. 1584]) 89—90. Cf. etiam *Institutum* Societatis Iesu III 17).

3. Accusabatur etiam Canisius, quod in poenitentiae sacramento „rigidus“ esset; atque ipse in his litteris aperte profitetur, se „pro casu usurario reputare, quod . . passim accipiuntur quinque floreni pro centum mutuo datis hac lege, ut creditori salua maneat summa capitalis, cum idem ipse uoluerit, repetenda“. Augustae certe ita agere solebant. *Ioannes Eckius* praeclarus ille theologus ingolstadiensis, a. 1515 affirmavit, Augustae inde a 40 annis „contractum quinque de centum“ (quo pro 100 nummis 5 annui darentur et acciperentur) usitatissimum esse, etiam apud cives valde honestos, viros iurisperitos, sacrarum virginum monasteria, atque ita Augustanos magnas divitias acquisivisse (*J. Schneid*, Dr. Johann Eck und das kirchliche Zinsverbot, in „Historisch-politische Blätter“ CVIII 322 482 571—572). *Achilles Pirminius Gassarus*, eius aetatis medicus augustanus, in „Annalibus“ haec refert: „XXIV. Decembris [1559] . . . Senatus [augustanus] omnem inter cives usuram hic praeter quincuncem serio prohibuit“ (*Mencken* l. c. [cf. supra p. 467[5]] f. 1889). Neque id ita mirum. Nam negotiorum gerendorum et mercaturae faciendae rationibus saeculis XV. et XVI. valde immutatis et amplificatis, pecunia, quam medio aevo sterilem ducebant et saepe primo usu „consumebant“, magis magisque quasi fertilis esse fructusque reddere vel „producere“ sive res, cuius usus taxari et a domino vendi posset, effici incipiebat. Unde patebat, temperandam aliqua ratione esse antiquam illam regulam: Quicunque alteri pecuniam ea condicione daret, ut sibi postea aliquid supra ipsam illam sortem daretur, delictum illud fenerationis sive „usurae“ committere, quod et in Sacra Scriptura vehementer improbatur, et iure tum civili tum ecclesiastico, et ipsa etiam naturae lege proscribitur. Neque tamen huiusmodi temperamenta invenire ita facile erat; quare toto fere saeculo XVI. exstiterunt confessariorum dubitationes, theologorum et iuris peritorum disputationes, magistratuum ecclesiasticorum constitutiones variae eaeque saepe inter se discrepantes (cf. *Can.* II 763; III 139). Porro Canisium Lainius praepositus generalis a. 1562 per Polancum secretarium monuerat, in feneratorum numero non esse habendos, qui reditum 5 vel 6 nummorum centenis nummis pro regionis more emerent, dummodo vere et emptionis venditionisque ratio, et condiciones, quas doctores adiungerent, servarentur (*Can.* III 543—544); ac doctores quidem medii aevi hoc exegerant, ut reditus vel census esset „realis“ sive in certo aliquo agro vel domo aliave re fructum natura sua ferente collocatus et constitutus; quem censum a venditore redimi posse tradebant; atque inter „modernos Doctores et Canonistas“, quos Canisius vocat, etiam erant, qui realem censum „utrinque redimibilem“ et censum „personalem“ (in ipsis hominibus, qui eum labore vel aliis modis pararent, positum) admitterent (*Fr. X. Funk,* Geschichte des kirchlichen Zinsverbotes, Tübingen 1876, 55—56. *Schneid* l. c. 252. *E. van Roey*, Le Contractus germanicus, in „Revue d'histoire ecclésiastique“ III, Louvain 1902, 903—907). Hoc quoque Lainius eodem illo a. 1562 Sociis augustanis scribi iusserat: Etiam eos, qui pecuniam vere mutuam darent, posse „ratione damni emergentis uel etiam lucri cessantis“ vel „ratione penae in contractu assignatae“ vel aliis quibusdam „modis“ (ob periculum sortis?) „aliquid pro centenario“ exigere (*Can.* III 585). Neque dubitari potest, quin Canisius eiusque socius, quippe qui Lainii erant observantissimi, haec eius praecepta servaverint. Id quod sane salvis legibus adversus fenerationem ab ecclesia latis praestare poterant; feneratio enim, ut Canisius ipse Augustae ex sacro suggestu pronuntiavit, committitur, „quando quis solum ratione mutui petit temporale commodum“, „mutuando et accipiendo ultra summam capitalem, vber das haupt goet in krafft des layen“ (*Can.* II 855; III 585). Illud vero Canisius, ut ex ipsius contione quadam paulo ante Augustae habita intellegitur (l. c. III 585), non admittebat, quod complures ad fenerationis crimen purgandum proferebant: „Non punitur imo permittitur iure ciuili . . dare et accipere 5 a centum“ (l. c. 585). Hoc quoque ipsis verbis Canisii, quae supra posui, satis perspicue significari existimo: Improbasse ipsum, quod Ioanne Cochlaeo, aliis „humanistis“, iurisperitis, theologis contra dicentibus Ioannes Eckius defenderat: Feneratores non esse, immo recte agere posse, qui mercatori ad negotia gerenda 100 nummos darent, ab eodem ut 5 singulis annis

sibi solveret, et ut sors ipsa sibi salva esset, exigentes, idque pactione illa sive „contractu trino“ vel „germanico“, qui a B. Angelo Carleto O. Min. († 1495), Gabriele Biel († 1495), Martino Azpilcueta sive Navarro († 1586), aliis propugnatus, ab aliis theologis reprobatus, atque etiam, quod ad eius usum attinet, aliqua saltem ratione a synodis provincialibus Mediolani a. 1565 et Burdigalae (Bordeaux) a. 1583 habitis et a Sixto V. summo pontifice a. 1586 in bulla „Detestabilis“ improbatus vel notatus est (*Janssen* l. c. I 483—490. *Funk* l. c. 58—59. *Van Roey* l. c. 943 ad 945). Atque a. 1576 Gregorius XIII. sanxit, ne in Germania Societatis confessarii iis, qui 5% acciperent, absolutionem impertirentur (*B. Duhr* S. J., Die deutschen Jesuiten im 5%-Streit des 16. Jahrhunderts, in „Zeitschrift für katholische Theologie“ XXIV 223 228—229). Vide etiam Epp. *Nadal* IV 254.

1083. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu.
Augusta Vindelicorum 16. Iunii 1564.

Ex litterarum Polanci apogr., eod. temp. scripto et ex Theodorici Canisii epistula autogr. Codd. „Germ. 1561“ f. 134, „G. Ep. V“ f. 189[a].

De motibus Societati in universitate ingolstadiensi allatis.

Polancus nomine Lainii Roma 15. Iulii 1564 Augustam ad Canisium scripsit: „Alle lettere dj V. R. de 21. et 24. del passato si fece risposta Martedi passato, adesso la faro ad altre piu uechie de .3. et .16. del medesimo mese de Junio.“ Atque Canisii epistulam 16. Iunii 1564 Lainio missam significare videtur etiam P. Theodoricus Canisius S. J., collegii ingolstadiensis vicerector (cf. supra p. 518 542), cum Ingolstadio 20. Iunii 1564 Romam ad Lainium scribit: „Tragoedia contra nos ab vniuersitate excitata, sopita videtur. Non minima interim bona per eam Dominus operabitur, vti speramus. Reuerendae P. T. expectamus iudicium de rebus ijs quas occasione harum turbarum isthuc scripsit R. P. Prouincialis.“

Haec Canisii epistula perisse videtur. Ex Polanci autem litteris, quas dixi, hoc colligitur (vide infra n. 1098): Erant in universitate ingolstadiensi, qui Societatis homines vel theologiam vel res ad „facultatem artium“ pertinentes in eadem universitate tradentes ex „consiliis“ earundem facultatum vel etiam ex consilio sive senatu academico excludere vellent. Ad facultatis autem theologicae consilium omnes theologiae professores admitti solebant; de facultate artium a. 1539 decretum erat, ut eius consilio „quinque lectores cum paedagogo“ interessent; quibus alii „ex magistris praedictis“ addi possent, dummodo „denarius numerus non excederetur“. De universitatis autem consilio, apud quod suprema potestas erat, in „Statutis“ anno 1522 renovatis sancitum erat, ut eidem interessent „Rector, Doctores, et Licentiati ordinarie in Theologia, Jure, et Medicina legentes, Decanus Facultatis Artium cum tribus Magistris gravioribus per eandem Facultatem ex Consilio suo eligendis“ (*Mederer* l. c. IV 185; cf. I xxxi. *Prantl* l. c. II 184).

Exstant *litterae a „*Theodorico Canisio*, Rectore Collegij de Societate IESV Ingolstadij“, nec loco nec tempore ascriptis, ad consiliarios, qui „Academiae Ingolstadianae Patroni“ a duce constituti erant, datae; quas m. Novembri a. 1564 datas esse satis certum est; earum hic pono partem illam, qua haec de senatu et consilio controversia, m. Iunio agitata, Octobri vel Novembri instaurata, illustratur. „Scripto“, inquit Theodoricus Canisius, ducis „ac Priuilegio declarari ualde rogamus, ut eo ipso, quod[a] nostri ad profitendi munus admittuntur. Ad facultatem quoque et ad uniuersitatis Concilium instar aliorum professorum admissi censeantur. Non enim possent studiosorum commodis inseruire, nisi apud eosdem studiosos constet, illis existimatio et autoritas, quae cadat necesse est, ut sane docet experientia, nisi studiosis persuasum sit, se professorum quos audiunt calculo uel recipiendos uel a promotione reijciendos esse, nisi praeterea norint eorundem professorum vota et sententias apud Dominos de uniuersitate non prorsus uanas esse. Quare ut audito-

a) quo *ap.*

ribus utilem nostri nauent operam, necessarium esse uidetur, ut alijs professoribus in hac parte neutiquam postponantur, sed aliorum more suum etiam in Concilijs facultatis et uniuersitatis locum habeant, licet emolumenta quaedam nulla inde uel accipiant, uel expectent. Et posito illo, quod professores non omnes ad facultatem, uel qui[a] facultatis sunt, non ad uniuersitatis concilia posthac admitterentur. Tamen decere putamus, ut non minor nostrorum quam aliorum professorum ratio habeatur. Vnde si quatuor duntaxat ex antiquioribus uel examinatorum officia subire, uel ad facultatum aut uniuersitatis concilia admitti debeant, precamur, ut suus etiam in hoc professorum ordine locus nostris relinquatur, nec possint[b] inde a Collegis[c] suis sine graui uel iusta causa amouerj. Non enim rationi consentaneum fore uidetur, ut qui pares habent cum alijs in profitendo labores, inferiores alijs habeantur, etsi ut diximus, nulla suorum laborum praemia requirant. Neque causam ullam uidemus, cur alij aut metuant, aut querantur de nostrorum in Concilio multitudine, cum uix unum aut alterum ad eiusmodi concilia Senatus Academici mittere soleamus, quemadmodum experti sunt hactenus alij professores" (ex apographo eoque cura P. *Floriani Riess* S. J. sub a. 1860 Monachii exscripto ex Cod. monac. „Lat. 1606").

1084. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO. Roma 17. Iunii 1564.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „P. Canisio". Cod. „Germ. 1561" f. 111[b].

Cum P. Fulvius Cardulus Romae in schola rhetorica occupatissimus sit, per cardinalem Augustanum efficiendum est, ut illius loco Iulius Pogianus, vir latinae linguae peritissimus, epistulas Indicas latine vertendas suscipiat. Ab eodem cardinale Metelli, qui ipsius secretarius fuit, nepos in collegio germanico collocatus erat; cui victum ab eodem cardinale praebitum iri sperabatur. At iam iuvenem illum ob errata quaedam statim dimitti opus fuit.

Pax christi.

Sabato et anche Martedi passato[1] si è scritto à .V. R. dopoi non hauemo receuuta alcuna sua lettera . ma la presente se scriue per doi effectj. L' uno è auisar la che le[d] [?] lettere del Jndia che haueuano a farsi latine si ua molto adagio perche il Padre Fuluio[2] è molto occupato conle sue quotidiane lectioni . si è pensato in mezzo che sarebbe molto al proposito per espedire la translation de dette lettere et è che lo Jllustrissimo Cardinal di Augusta scriuessi una lettera al suo messer Julio Pogiano[3] che sta in Roma persona molto dotta, et che ha molto bel stilo[e] in latino raccommandandolj attendesse luj alla translation di dette lettere per il ben commune et anche per l' honor del medesimo interprete cui stilo sarebbe molto conosciuto etc. Hor .V. R. per charita faccia questo officio se starra presente, et senon, lo ricommandi al Padre Don Luygi[4] che lo fara bene.

a) quae *ap.* b) possit *ap.* c) Collegijs *ap.* d) *Sic ap.; legendumne* che nelle? e) *Sequitur* nelle, *a libr. oblitteratum.*

[1] Diebus 10. et 13. Iunii.

[2] P. Fulvius Cardulus S. J., rhetorices magister in collegio romano (Epp. *Nadal* II 442, et v. supra p. 364 450).

[3] De hoc vide *Can.* II XLIX. [4] De Mendoza.

La 2ª cosa, è chè Messer Metello[1] gia Secretario del Jllustrissimo Cardinal ha tenuto un Nipote nel Collegio Germanico il quale ha messo il Cardinal dicendo forse si farebbe le spese . cosi è stato in circa de un anno che non ha dato niente perle sue spese, et quantunque li Mesi passatj mi par haueua scritto il Padre Don Luygi che si potrebbe licentiar quel giouene, non hauendo il Cardinal forse troppo commodita de pagarli le spese tuttauia si è trattenuto insin adesso aspettando resolution piu chiara del detto Padre Don Luygi della mente del Cardinal ma è accaduto questa settimana che si sono scoperti certi excessi tanto importantj del detto giouene che si è giudicato senza aspettar altro douerse mandare fuora del Collegio, et cosi si è fatto. Potrebbe esser che se lamentasse messer Metello presso il Cardinal benche non lo uoglio credere ma se si lamentasse è ben che sappia Sua Signoria Jllustrissima che non si è leuato fuora per conto delle spese ma si ben perli ditti excessi et di questo sera anche ben auisar el Padre Don Luygi etc. Di Roma li 17 di Giugno 1564.

Canisius Lainio rescripsit 5. Iulii 1564.

1085. CARDINALIS **STANISLAUS HOSIUS,** episcopus princeps varmiensis, CANISIO. Heilsberga sub 20. Iunii 1564.

Ex litterarum Eldereni exemplo, eodem tempore scripto. Cod. guelpherb. „36. 24. Aug.“ f. 101.

Canisium in Borussiam ad se arcessit.

P. Guilielmus Elderen S. J., unus ex Canisii sociis augustanis, in domus S. J. augustanae litteris quadrimestribus, Augusta m. Septembri 1564 datis, de Canisio refert: „Reuerendissimus Cardinalis Hosius huc literas misit quibus ad menses aliquot Patrem in Prussiam erigendi Collegij et consilij capiendi gratia euocat.“

Hosius 20. Iunii 1564 ex arce sua heilsbergensi (Heilsperg, Heilsberg), quae episcoporum varmiensium sedes erat, Dilingam ad Ottonem cardinalem Augustanum scripsit, se in oppido suo braunsbergensi (Braunsberg) collegium Societatis condere statuisse eiusque rei causa gratissimum sibi fore, si Canisius ad tempus sibi concederetur (*Cyprianus*, Tabul. 363—364). Quare ipsi quoque Canisio ab Hosio hoc loco et tempore scriptum esse censeo.

Canisius Hosio rescripsit 8. Augusti 1564.

1086. CANISIUS **IACOBO LAINIO,** praeposito generali Societatis Iesu. Dilinga 21. Iunii 1564.

Ex litterarum Polanci apographo eodem tempore scripto. Cod. „Germ. 1561“ f. 132ª—133ª.

---

[1] Nescio an is fuerit ille Ioannes Matalius Metellus, iurisperitus burgundus sive sequanus, qui Bononiae litteris studuit, Leodii et Coloniae multum temporis egit, Georgio Cassandro, Laevino Torrentio, Octavio Pantagatho, Guilielmo Sirleto familiariter usus est (*Lagomarsinius,* Pogiani Epistolae I 27; III 6. *Jöcher* l. c. III 479). Metellum Societatis hominibus amicum non fuisse ostendunt ipsius litterae, Colonia sub a. 1564 Duisburgum ad Georgium Cassandrum et Colonia 31. Ianuarii 1565 Xantum ad eundem missae (Illustrium et clarorum *Virorum Epistolae selectiores,* Lugduni Batavorum 1617, 291—296 329—330).

Polancus nomine Lainii Roma 10. Iulii 1564 Augustam ad Canisium scripsit: „Rispondero per questa a due lettere di V. Reuerenza di 21 è 24 del passato, de Dilinga et Augusta." Quae epistulae cum exstare non videantur, vide, quid de iis scripserit Polancus in epistula, quam dixi; hac enim Lainius Canisio respondit.

Canisius, ut ex Polanci litteris colligitur, in alterutra epistula narravit, scripta quaedam aliasque sarcinas ab iter agentibus amissa esse. Quae a Sociis paulo ante ex Italia in Germaniam missis esse amissa, intellegitur ex iis, quae * *Polancus* nomine Lainii Roma 4. Septembris 1564 de P. Roberto Clayssonio (v. supra p. 528) ac de libello Constitutionum S. J. et de „Indice" (v. supra p. 529) eidem traditis ad P. Everardum Mercurianum S. J., Germaniae inferioris praepositum provincialem, scripsit: „Se le constitutioni et indice delli libri prohibiti che furno date al P. Roberto, restorno con le altre bagaglie delli altri compagni che si erano perse gia saranno comparse in Augusta, perche si ritrouò quella somma de scritti et altre cosette et de Venetia la mandorno in Augusta doue scriueremo conla occasione la mandi [mandino?] à V. R., ouèro se mandaranno di nouo di Roma con la occasione" (ex apogr. eiusd. temp. Cod. „Germ. 1561" f. 175[b]. Ubi perperam, ut equidem censeo, d. 4. Augusti 1564 epistulae ascriptus est).

Valde etiam verisimile mihi, Polanci, quas dixi, litteras consideranti, efficitur, Canisium his litteris Lainio, rebus coram visis, ea narrasse, quae de Ottone cardinale Augustano refert *Sacchinus*, Hist. S. J. II, l. 8, n. 107: „Mense Iunio [1564] ex Hispanica et Austriaca profectione . . . Dilingam rediens, cum a cuncta ciuitate pompa magnifica, et gratulatione laetissima exciperetur, vbi Sociorum globum, qui pariter certo loco venientem veneraturi constiterant, vidit, ad eos se totum illico vertit: ibidemque fratrum nomine amantissime compellatis manus exosculandas, spectante interim ac mirante plurimum nobilitate praebuit: deinde Collegium visens non solum familiariter conuiuam se dedit, verum etiam cuncta singillatim cubicula circumiens diligenter spectauit, num satis haberent commode; multisque repertis haud qualia pius patronus optasset, extructurum se nouum Collegium vltro est professus."

1087. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO. (Epistula prior.)
Roma 24. Iunii 1564.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „P. Canisio." Cod. „Germ. 1561" f. 116[a]—117[a].

Litterae sero et cum fraudis suspicione allatae. Lainius Breve, quo Germanis sacer calix concessus est, videre cupit, ut Socios, quomodo cum calicem petentibus se gerere debeant, instituere possit. Mutationes personarum (PP. Peltanus, Sterordianus, Seidel). De collegio herbipolensi sub autumnum statuetur. Lainius de Sociorum aedibus augustanis Rhemio praeposito scribere non vult; res per cardinalem et Canisium urgenda est. Cardinali, si post Mendozae discessum confessarium ex Societate petierit, is concedatur ita, ut neque cardinalem iter facientem sequatur, neque in eius aedibus habitet. Socii aliqui in patriam remittendi. P. Cuvillonius. Canisius Socios sanos tantum et ad laborandum idoneos habere vult; quem infirmis et parum aptis patientiam et caritatem exhibere oportebat. Viatica. „Indice" promulgato, Societati librorum prohibitorum legendorum facultas denuo data est. „Excommunicationes" Indicis. Pecuniae Ioannis Velseri et aliorum.

Pax christi.

Riceuemmo quella de .V. R. de .X. del presente et altra de .27. de Magio che tardo troppo nella strada, nella qual se fa mention di quel libro Tudescho per il qual ci han fatto pagar un ducato de porto, quando uerranno qua alcuni nostri ò amici confidenti si potra mandar qualch' libro simile, et non piu per quella uia, ho suspition che queste

lettere de .27. uennero insieme con detto libro, et ce le han retenute per[a] pigliar dà per se il porto del libro.

Auanti che risponda ad altri punti, diro che N. P. hauera caro se se publicara la concessione del Calice concesso come dicono da sua Santita[1] che .V. R. procure hauer una Copia per ueder le conditionj conle quali si concede accio si possa dare qualche auiso del modo che hanno à tener li nostrj con quelli che usassino il tal calice.

Quanto alla mutatione del Dottor Peltano[2], pare doueria farsi in caso che il Padre Martino hauesse à uenire in Jngolstadio[3] hor si muti col Dottor Zaidel de Vienna[4], hor con alcun altro de Dilinga ò de altra banda, et se questa mutatione fosse djfficile bisognarebbe procurar col duca che se contentj che il Padre Martino non stia in Jngolstadio, ò farlo realmente mettendolo in Augusta ò doue paressi, et alle uolte potrebbe seruire per la Bauaria.

Quanto al Collegio de herbipoli tuttuja[b] [?] bisognera andarsi trattenendo col Vescouo[5], et secondo quello che si uedera poterse fare in sul autunno si fara resolutione.

Gia[c] crediamo seranno arriuati il Padre Roberto[6] conli Tudeschi, le lettere de .N. P. per il Praeposito Remo haura caro poterse scusar de scriuerle, et[d] li pare che bastara il Cardinale[7] et anche .V. R. potra far à nome de Nostro Padre l' officio che li parera conueniente, il padre Don Luygi[8] non partira questa state dj la insino al settembre. Se alhora ricercara un Confessor deli nostrj non selj puo negare et sentirà sua confessione alcuna persona intelligente de Dilinga ò de Augusta, non si meua[e] [?] pero del suo luogo per seguitare il Cardinale ne stia in sua casa ma nelle nostre. Quel Venceslao Bohemo de Jspruc si mande con dio[9], et senza denarj ò con denarj come parera à .V. R. piu expediente. Paulo Senense[10] ancora si puo rimandare in Jtalia, qua andaro procurando de hauerli uiatico dalli suoj perche dubito che non potra uenjre à piede, selo haueremo se lo faro[f] [?] bono al Collegio onipontano.

Mastro Joan domenjco[11] si puo anche rimandare uerso il settembre in Jtalia poi che di la si straccano delle sue infirmjta. Quanto al

a) *Sequuntur vv.* quel ducato, a *libr. oblitterata.* b) *Sic ap.; corrigendum esse videtur* tuttauia. c) *Antecedit* Le, *a libr. oblitt.* d) *Sequitur* che, *a libr. oblitt.* e) *Sic;* moua? f) *Sic ap.; sed* fara *ex* faro *corrigendum, aut* se, *quod post* haueremo *positum est, omittendum esse videtur.*

---

[1] Vide, quae de hoc Pii IV. „Brevi" sub ipsas has litteras extremo loco dicentur.

[2] P. Theodori Peltani S. J., theologiae professoris in universitate ingolstadiensi.

[3] Eckius cancellarius petierat, ut Stevordianus Ingolstadii contionatorem ageret; v. supra p. 519.

[4] De P. Ioanne Seidel (Zeydel) v. *Can.* II 353[3] 728; III 547 809.

[5] Friderico a Wirsberg. [6] Clayssone; v. supra p. 527.

[7] Otto Truchsess. [8] De Mendoza S. J., Ottonis confessarius.

[9] Distingui hunc oportet ab egregio viro Venceslao Sturmio (Ssturem) S. J. bohemo; de quo v. *Can.* II 307[2] 440[1]. [10] De hoc v. supra p. 457[6].

[11] Facciardus, Ingolstadii degens; v. supra p. 520 542.

Padre Couillon quando sara tornato[a] dalla peregrinatione[1] si ritenga pure nella prouincia doue ha serujto insino à tanto che sj habia risposta del Padre Euerardo[2] alquale se hà scrjtto, et quantunque sia da desiderare che li subditj siano sanj, et obedientj, et sufficienti per lauorar nella ujgna del Signor ricordisi .V. R. che è nelli Superiorj necessaria la patientia, et longanimita massime con quelli che non per colpa, ma per infirmita sono poco utilj anzi onerosj, et non credo faria mal nesuno alli Superiori della Germania far l' animo un poco largo, che pare piglino ad litteram quello della scrittura, ut sciat reprobare malum, et eljgere bonum[3] . et pur conli sugetti boni et utilj è necessario trattener ancora alcuni altrj che diano qualche essercitio della patientia et della Charita.

Se scriuera alla inferior Germania che paghjno li uiatjcj del Dottor Strobellio, et mastro Benedetto[4].

La licentia che haueuamo quanto alli librj, dopo l indice publicato, ci fu confirmata[b][5], quando nel detto indice si parla de poena excommunicationis se non si explica reseruate in bulla coenae . non se intende che per uigor del detto indice sia reseruata in Bulla Coenae[6], ma se li libri sono haereticj hanno la sua scommunica non gia quella del Jndjce, solamente, ma etiam quella della bulla in Cena Dominj[7].

Quando uenne à Roma Joanne figliolo del Console Augustano[8] pago per christophoro Rosetto[9] la summa che ua in questa poljsetta[c] . questo e quello che si e rimandato poco fa con Erasmo[10]. La Prouincia di la debbe pagarlo, quj ancora si pagaranno doi ò .3. fiorinj spesi per il Padre Georgio Fabro[11] nel uenjr qua, ouero non so in che modo, questo peso di qua lo pigliaremo, et se li pagaranno, qui ua una lettera per Moguntia che importa .V. R. per charita la mandi à ricapito. .N. P. P. etc. De Roma li .24. de Giugno 1564.

Una cum his litteris, ut ex ipsis atque ex Canisii litteris 12. Iulii 1564 Polanco missis intellegitur, Canisio missa est *epistula Roma 24. Iunii 1564 a *Polanco* nomine Lainii ad P. Lambertum Auer S. J., collegii moguntini rectorem, data; in qua Polancus primum quidem refert: Ad Danielem Brendel electorem et archi-

a) tornata *ap.* b) confirmato *ap.* c) *Sequuntur vv.* .V. R., *a libr. oblitt.*

[1] Cum P. Schorichio in Bavariam inferiorem profectus erat; v. supra p. 519.

[2] Mercuriano, Germaniae inferioris praeposito provinciali. [3] Is 7, 15.

[4] P. Christophorus Strobellius (Strobelius, Strobel), bavarus, ex „Raytenpuech" (Raitenbuch), ut ipse notavit, ortus, Romae in Societatem admissus et theologiae doctor creatus, aliquamdiu etiam in Lusitania versatus, sub m. Octobrem a. 1563 ex Italia Treverim missus erat (Epp. *Nadal* II 249 424 451 545). — Benedictus autem ille nescio an fuerit „Benedictus Kirchoff Cochemensis", quem a. 1558 Coloniae in gymnasio trium coronarum sub Sociorum disciplina litteris studuisse constat (*Hansen* l. c. 317[3]. Cf. etiam Epp. *Nadal* III 186 192). [5] Vide supra p. 533[3].

[6] Ita, ut a solo romano pontifice solvi possit; cf. supra p. 508[1].

[7] Cf. supra p. 509.

[8] Ioannes Georgius Velserus, Hieronymi Velseri filius, a. 1562 in collegium germanicum convictor venerat (*Can.* III 419[3] 425 537).

[9] De hoc v. supra p. 529. [10] Völcker. [11] Vide supra p. 455.

episcopum moguntinum „Motu proprio“ illud, quod ipse desideret, nondum esse datum; moram autem in eo esse, quod Socii singillatim exponere non possint, quonam vel pacto vel iureiurando vel lege Daniel se Societatis et pauperum studiosorum collegiis dotandis prohiberi putet; deinde Polancus de cardinale Ranutio Farnesio scribit: „Il Summo Penitentiario Cardinal de .S. Angelo come ho scritto altre uolte ha leuato questi scropolj in foro conscientiae con auctorita apostolica quale lui tiene . . . non deueria pero differire l' Arciuescouo la fundation di quest' opera“ (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1561“ f. 112).

Magni momenti erant litterae pontificiae de concessione calicis datae, quarum exemplum Lainius hac epistula a Canisio petit. Quoniam in proximis epistulis concessionis illius saepe mentio fiet, haec de ea notanda esse censeo: „Breve“ hoc Pii IV., Roma 16. Aprilis 1564 (non 1565, ut scribit *Drews* l. c. 117) datum, archiepiscopis coloniensi, moguntino, pragensi, salisburgensi, strigoniensi, treverensi, et episcopis gurcensi et naumburgensi (*Knöpfler* l. c. 138) atque, ut in Cod. „G. Ep. V.“ f. 128 manu eiusdem temporis *notatum inveni, etiam archiepiscopo bremensi (Georgio duci brunsvico-luneburgensi) missum est. In quo *Pius IV.* sic constituit: Ferdinandum I. imperatorem „diligentissime exposuisse“ sibi „ingens, evidensque periculum“ catholicae religioni in iis provinciis imminens eo, quod catholici, nisi sacer calix ipsis concederetur, ab ecclesia essent defecturi; ideo Ferdinandi I. et Alberti V. rogatu se archiepiscopo (vel episcopo) concedere, ut „si ita esse et saluti animarum expedire cognoverit, in quo conscientiam“ ipsius pontifex „oneret“, et ipse et, qui ab ipso „maturo rectoque judicio subdelegandi“ sint, catholicos sacerdotes ad utramque speciem „illam ex devotionis fervore petentibus“, „omni offensione vitata“, ministrandam „eligant et deputent“, „dummodo ii, qui illam petierint: cum Sancta Romana Ecclesia communionem habeant: et cum caeteris in rebus fidem ejus, doctrinamque sequantur: tum hoc quoque confiteantur, profiteantur, et credant: in sanctissimo eucharistiae Sacramento, tam sub una, quam sub utraque specie verum et integrum Christi corpus esse: nec Rom. Eccl. errasse aut errare: quae exceptis duntaxat sacerdotibus celebrantibus, caeteros tam clericos, quam laicos sub specie tantum panis communicat. Et praeterea contriti, ac confessi, munere Sacramentalis absolutionis accepto, ad ipsam sub utraque specie communionem sumendam accedant.“ Simul pontifex archiepiscopo (episcopo) et sacerdotibus ab ipso „subdelegatis“ permittit, ut hominibus in haeresim lapsis post „abjurationem secretam“ (nisi „abjurationem publice fieri“ magis expedire ipsi vel subdelegatis visum sit) plenam absolutionem impertiantur. Hoc quoque pontifex mandat, ut populus sub utraque specie communicaturus sedulo doceatur moneaturque, ut integrum Christum „tam sub una, quam sub utraque specie contineri“ credat et confiteatur (*Ioh. Christ. Lünig*, Spicilegium Ecclesiasticum des Teutschen Reichs-Archivs I, Leipzig 1716, 507—508. Breve excusum est etiam in compluribus aliis libris, ut in „Codice Diplomatico Anecdotorum Res Moguntinas etc. illustrantium“ t. IV, ed. *Val. Ferd. L. B. de Gudenus*, Francofurti et Lipsiae 1758, 709—711).

Canisius Lainio rescripsit 12. Iulii 1564.

1088. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO. (Epistula altera.)

Roma 24. Iunii 1564.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „Padre Canisio.“ Cod. „Germ. 1561“ f. 113b.

Epistula usus esse videtur *Sacchinus*, Can. 332.

Cardinalis Hosius, quod Canisius sibi non scriberet, questus est; cui ea in re satisfieri debet; collegium Societatis is meditatur. Fr. Erasmus Volckerus aegritudinem simulasse et de Societate deserenda cogitare dicitur; qui tamen cum et doctum et probum se praestiterit, id haud facile creditu est. Scholae graecae praefici is poterit.

Pax christi.

Hauemo lettere del Cardinal Vuarmiense[1] nelle qualj si dole che .V. R. non risponde à sue lettere. .N. P. hauera caro che selj scriua officiosamente et si sadisfaccia à suo desiderio, in questa parte del scriuere, uole far un Collegio in una sua terra credo la piu populosa, pur scriuera dice, piu à pieno come habia parlato al nuntio commendon che andaua là[2].

Gia penso saranno arriuatj di la li ultimi che si mandorono con il Padre Roberto Claysonio fra li qualj era [Erasmo][a][3] delo quale hauemo inteso qui che fingeua star piu male che in effetto staua accio fossi mandato in Alemagna, et quel che è peggio, che non mostro a qual che uno de li tudeschi troppo uolonta di perseuerare nella uocatione sua. Questo non lo dico come certo . ma accio .V. Reuerenza l'habbia l'occhio sopra, et se si mettera in Dilinga, o in Jngolstadio a studiare li superiori serano sopra di se; non li mostrino pero diffidenza, che forse fu una tentatione, et non deliberatione, cio che lui parlò, sara anche forse bene farli leggere alcuna cosa, et seruir al ben comune, come sarebbe in greco, il che lui disse potria fare sanza impedimento d'altri studij: et è realmente dotto et sempre s'è diportato con ediffication qùi et in Sicilia, et questo fa che non si creda facilmente che ha mal animo[4], ma forse qual che tentatione. 24 di giugno .1564.

Cardinalis Hosii litterae, quae huius epistulae praecipua quaedam causa fuerunt, d. 14. et 16. Aprilis 1564 ad Lainium datae erant; id enim ex litteris Roma 24. Iunii 1564 datis, quibus Lainius Hosio rescripsit, intellegitur; quas Lainii litteras vulgavit *Cyprianus* l. c. 361—362. *Hosius* autem suas de Canisio querimonias iteravit in *epistula Heilsberga 11. Iunii 1564 ad Lainium data; in qua: „Putabam ego", inquit, „qui se socios illius profitentur, quo nihil fuit promptius ad ea omnia officia praestanda quaecunque salutem humano generi adferre possent, eos non minus fore promptos ad hoc illius exemplum imitandum. Nunc nescio quomodo, etiam in his uulgaribus officijs, praestant se satis difficiles ac ne ad respondendum quidem literis amicorum, se ualde promptos exhibent. Quod ego tamen de Paternitate uestra queri non audeo, verum de Patre Canisio quin querar, tenere me non possum. Quanquam, nec a P. vestra totos iam duos menses literarum quicquam accepi, non sine quadam animi mei molestia" (ex litteris archetypis, ab ipso Hosio subscriptis. Cod. „Epp. Cardd. I" f. 532[a]).

Ipso autem die 24. Iunii 1564 *Polancus* quoque Roma ad Hosium *scripsit; qui hoc, praeter alia, ad eum rettulit: „De rebus Germaniae scribet fortassis Pater

a) *In ap. hic unius fere verbi locus vacuus relictus est, idque aut eo, quod librarius verbum illud in archetypo positum legere non potuit, aut — id quod mihi magis probatur — quod Polancus ne in archetypo quidem, antequam a libr. in registrum transcriptum esset, nomen illud ponere volebat; de rebus enim ignominiosis agebatur. Ceterum in arch. ad Can. misso hoc loco nomen* Erasmo *fuisse, et ea, quae supra p. 528 dicta sunt, et ea, quae infra dicentur, ostendunt.*

---

[1] Vide, quae ex his Hosii litteris sub ipsam hanc epistulam proponuntur.

[2] Ioannes Franciscus Commendonus, apostolicus in Polonia nuntius, Hosium 20. Maii 1564 convenit et duos fere menses (Frauenburgi et maxime Heilsbergae) apud eum mansit (*Eichhorn,* Hosius II 174—175).

[3] Volckerus; v. supra p. 527—528.

[4] Erasmum reapse malum pravumque fuisse, postea rerum eventus monstravit.

Canisius diligentius, certe quidem nomine Patris .N. Praepositi hodie eidem iniungetur, ut sit officiosior in scribendo D. V. Jllustrissimae" (ex archetypo, ex parte ab ipso Polanco scripto, quod exstat Cracoviae in museo principis Czartoryski, Cod. 1608 p. 147—150).

Praeterea eodem die *Polancus* *epistulam ad Fr. Erasmum Volckerum illum dedit et, ut omnino videtur, Canisio misit, Dilingam ipsius cura perferendam; quae epistula caritate plena est: Polancus nullam facit mentionem simulationis illius et in suscepto vitae genere inconstantiae, de qua ad Canisium rettulerat. Gratulatur autem Erasmo, quod et ante in itinere siculo, et modo in itinere germanico ex maris tempestate salvus emerserit; deinde sic pergit: „hor guardateui della .3ª tempesta che si ben siate in Germania la potresti incorrere à non lasciarui ben gouernar sotto la diuina protectione et sancta obedientia . . . non lasciate qualche uolta de scriuercj, et auisarci del uostro ben stare . . . . racommandateci anche à Dio .N. Signor nelle oratione uostre come qua uj ricommandaremo nelle nostrae come quello che tuttj molto amamo" (ex apogr. eiusd. temp. Cod. „Germ. 1561" f. 114ᵇ).

Canisius Lainio rescripsit 12. Iulii 1564.

1089. CANISIUS **IACOBO LAINIO,** praeposito generali Societatis Iesu.
Augusta Vindelicorum 24. Iunii 1564.

Ex epistularum Polanci apographis, eodem tempore scriptis. Cod. „Germ. 1561" f. 132ª—133ª 135ᵇ.

De Scotis in Societatem admissis etc.

Polancus nomine Lainii Roma 10. Iulii 1564 Augustam ad Canisium scripsit: „Rispondero per questa a due lettere di V. Reuerenza di 21 è 24 del passato, de Dilinga et Augusta." Atque posteriorem hanc Canisii epistulam Polancus etiam significasse videtur, cum nomine Lainii Roma 15. Iulii 1564 Oenipontem ad P. Edmundum Haium S. J. scriberet: „De Duobus alijs Scotis scribit Pater Prouincialis quod Oenipontum uenerint, et sint admissi in societatem, libenter intelligemus quomodo se gerant, et quod talentum ad societatis ministeria prae se ferant." Ceterum, quoniam Canisii litterae non exstant, vide Polanci, quam dixi, epistulam; hac enim Lainius Canisio respondit.

Scotorum unus nescio num fuerit Thomas, de quo Canisius 7. Octobris 1564 ad Lainium scripsit („Anglum" eum lapsu memoriae vocans?). De altero idem *Haius* Oeniponte 27. Augusti 1564 Romam ad Polancum *scripsit: „Venit ad nos colonia andreas quidam scotus probus Juuenis et in literis vtcumque institutus. Hic olim mihi in seculo (vt ego nunc illi in domino) seruiuit. Vixit apud nostros Coloniae partim illorum charitate, partim mea opera adiutus. Tandem ad societatem vocatus, cupiebat rem prius mecum communicare. Missus igitur huc a patribus Coloniensibus, dum vellet romam proficisci, jubente R. P. Canisio, hic est detentus, et strenue in spiritu proficit" (ex autographo. Cod. „G. Ep. V" f. 162ª). In **Catalogo* domus S. J. augustanae a. 1569 scripto affirmatur „Andream Kock (alias Scotum)" Augustae iam tertio fere anno officia „Janitoris, Credentiarii, Sacristae" tenere (Cod. „GSC 66" f. 356).

P. *Robertus Clayssonius* S. J. Augusta 22. Iunii 1564 Romam ad P. Polancum *scripsit: Sibi multum quidem viatici iam non esse; sed P. Canisium sibi provisurum; hunc eo ipso die Dilinga Augustam redisse; FF. Volckerum, Muntzium, Rosetum, Dominatium (v. supra p. 527) Dilingam iam esse profectos; se autem 23. Iunii cum „Maestro Pietro di Colonia" et „Edmondo hyberneze", qui valde infirma valetudine sit, Moguntiam petiturum esse. „P. Canisius septem Coronatos aureos mihi numerauit, quos pro fratribus in itinere expenderam: cum octo florenis germanicis, quos a P. Dirsio numeratos ab ipsa summa subtraxi" (ex autographo. Cod. „G. Ep. V." f. 142). Petrum autem Coloniensem illum fuisse P. Petrum Haupt (cf. supra p. 540), ex eo patet, quod P. *Theodoricus Canisius* S. J. Ingolstadio

20. Iunii 1564 Romam ad Lainium *scripsit: „P. Petrus Coloniensis, socium a Patre Prouinciali designandum expectat indies, cum quo hinc discedat, sanus nunc ipse est (ex autographo. Cod. „G. Ep. V“ f. 189[a]). Edmundum Hibernum S. J. a. 1564 cum Richardo Creagh archiepiscopo armachano (Armagh) in Hiberniam missum esse affirmat *Sacchinus*, Hist. S. J. II, l. 8, n. 98 99. Qui Edmundus idem esse videtur ac P. Edmundus O'Donnell (Donallius, Donaldus, Donatus) S. J., Limerico (Limerick, Hiberniae urbs) ortus, et Corcagiae (Cork in Hibernia) a. 1575 (alii a. 1581 ponunt) pro fide catholica martyrium passus (*Math. Tanner* S. J., Societas Iesu usque ad sanguinis et vitae profusionem militans, Pragae 1675, 7—9. *Edm. Hogan* S. J., Hibernia Ignatiana I, Dublin 1880, 15 20; *H. Foley* S. J., Records of the English Province of the Society of Jesus VII[1], London 1882, 205. *The Month* LXVIII, London 1890, 361 362. *Alph. Bellesheim*, Geschichte der katholischen Kirche in Irland II, Mainz 1890, 235).

1090. **REGIMEN AUSTRIAE SUPERIORIS** CANISIO.

Oeniponte ineunte m. Iulio 1564.

Ex litteris Crispi archetypis. Cod. „G. Ep. V“ f. 158[b].

In collegio oenipontano pueros prima elementa docendos esse.

P. „Georgius Crispus“ (Kraus) S. J. in collegii oenipontani litteris quadrimestribus Oeniponte 1. Septembris 1564 datis haec refert de re scholastica eiusdem collegii, ab Austriae superioris „regimine“ Oeniponte constituto (de quo v. Can. III 169[3]) primum cum P. Ioanne Dyrsio rectore verbis, deinde cum Canisio, dum praepositus provincialis collegium „visitat“ (v. infra p. 583), litteris tractata: „Senatus, qui nobis fauet, Rectori primum insimulauit, placere sibi ut alphabetarijs in scholis nostris locus concederetur; et nuper a praesente Prouinciali scripto idem uehementius contendit. Jtaque non potuit hoc officij genus denegari postulantibus, praesertim cum populus etiam nos incusaret, quod neglectis plebeis, nobilibus tantum industria nostra gratificaremur.“

Crispus haec addit: „Decretum est igitur a Dominis, ut supra iam reliquas classes duae nouae construantur, quo in labore opifices iam sedulo occupantur.“

1091. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu.

Oeniponte 5. Iulii 1564.

Ex archetypo (2°; 2½ pp.; in p. 4. inscr. et pars sig.), cui Canisius ipse nomen („Servus“ etc.) subscripsit.

Epistula usus est Card. *Steinhuber* l. c. I 71[3].

Oenipontem venit. Dolet epistulas suas Romam recte non perferri; postarum magister aliique promissis non stant; fortasse „falsi fratres“ epistulas aperiunt. Dispensatio. P. Costeri de calice et de sacerdotum coniugio scriptum. P. Hoffaei de communione liber. Canisius Ioannis Alberti librum de Societate scriptum Lugdunum mittet. P. Cuvillonius non est aptus ad habendam Oeniponte scholam theologicam; quam etiam proceres urbis audiunt. P. Edmundus Haius Oeniponte haud facile est avocandus, tum quia doctrina et pietate collegium sustentat, tum ob consiliarios et ipsum caesarem, qui collegio litteras modo dedit fundationis, tum ob Ferdinandum archiducem Oenipontem ad Tirolim regendam brevi venturum. De pecunia a convictoribus collegii germanici statis temporibus solvenda leges ferendae sunt. Octaviano Fuggero neque in ornatu neque in aliis rebus quicquam est indulgendum. Ursula Fuggera. Pogianus. Metelli nepos. Professores ingolstadienses. Communio bonorum spiritualium Veltmillerae concedenda. Collegium oenipontanum querelis causam non praebet, licet animi multorum a Societate alieni sint. Canisius Magdalenam reginam adiit, Societatis patronam et in religione constantissimam. Reginae solis Sociis peccata fatentur, sacramenta frequentant, a splendore ad pietatem misericordiamque

convertuntur, collegii sacellum pulcherrime ornarunt. Zottus consiliarius filium, eumque optimum, in collegium germanicum admitti cupit; similia alii petunt. Magdalena regina curante collegii exstructio progreditur; rector bene praeest. Canisius Socios exhortatus est eorumque et confessiones et vota excepit. Incohabitur schola elementaris, intermittetur oratoria. A rebus quibusdam petendis Socii debent se abstinere, ne caesaris aerarium nimis gravetur. Iisdem pacem nec quicquam aliud cum Franciscanis esse Canisius iussit. Collegium oenipontanum Austriae superiori, quae reliquis omnibus caesaris provinciis melior est, valde est necessarium.

Ihesus. Pax Christi. Admodum Reuerende in Christo Pater.

Essendo io uenuto con la gratia del Signore in Jnspruch, ho riceuuto quella de 10, 13, et 17. di Giugno, oltra le altre aggionte per Maguntia, Treuire, et altri lughi. Non so perche le nostre non arriuano a Roma secondo l' ordinario, perche non manchiamo mai de scriuere al sabbato. Il Mastro delle Poste m' ha ingannato, promittendo mandare gratis quello plico, nel quale era un' libro Thodesco, ne uedo alchun' modo di poter mandar' più altri libri Thodeschi, sicome mi fu scritto, poiche tanto costa la uettura; uederemo pur' che per mezo del Illustrissimo Cardinal' di Agosta, vadino più sicuramente, et con manco spesa che sinadesso è stato fatto con nostro gran' dispiacere, dimodo che non ci confidiamo più di questj Signorj Fuggeri et Velserj, uedendo che sempre le poste fanno pagare la Compagnia in Roma fuor' dela usanza passata; et mi dubito, se le nostre littere qualche uolta si cerchino, et aprino de falsis fratribus[1]. Dio ci facci prudenti in scriuere et negociare in questi tempi tanto pericolosi.

Ringratiamo de la cura et diligenza fatta per quel' sacerdote maritato et senza dispensatione ordinato[2].

Preghiamo anchora, che si dia l' facoltà d' absoluere di casi riseruati in bulla Coenae, come tanto è necessario per li nostri et altrj sacerdoti in queste bande.

Quanto al scritto Coloniense contra doi Articolj, non lo tengo, et se piacerà á la V. P. hauendolo, dirò et scriuerò il mio poco parere al Dottor Costero[a]. Presto uederò in Monachio, si habbino incominciato á stampare quell' libro Thodesco de Communione[3], et dapoi si mandarà á Colonia. Similmente mandaressimo uolentieri a Lion' quell' libro Thodesco stampato contra Chemnitio[4], sicome ho mandato al P. Emondo[5] quell' del D. Paiua di Augusta. Ma essendo tantj Thodeschi in Lion, credo che basterà mandar detto libro Thodescho, poi che non l' hauemo in Latino, ó Italiano, ne par' anche che sia molto succulento.

a) *Hic in margine archetypi antiqua manu romana (Polanci?) ascriptum est:* se lo mandi si se trova.

[1] 2 Cor 11, 26. Gal 2, 4. [2] Vide supra p. 502—503 547—548.
[3] P. Hoffaei librum „Gründtlicher, Wahrer Bericht" etc.; v. supra p. 487 518.
[4] Librum „Von der Gesellschafft Jesu" cum Ioannis Alberti Wimpinensis nomine Ingolstadii a. 1563 vulgatum; v. infra monum. 580.
[5] Augerio S. J.; v. supra p. 550.

Quanto al D. Couillonio, che anche resta col P. Schorichio in Bauera, non pare che lui uolesse ó potesse star bene in Ispruch[a], per rispetto de la sua debilità, et perche non tiene piu gratia di leggere in Theologia, massime innanzi di questi gran' Signori, li quali mai innanzi sono uenuti tanto frequenti, come adesso a la lettion' Theologica[1]. Il medesimo Padre dette a se et a gl' altri non poco fastidio leggendo qualcheu[olta] in Dilinga. Pur si potrà scriuere per intendere dal medemo D. Couillonio, s' andarà uolentieri in Ispruch. Pare che il P. Euerardo[2] habbia buona ragione per desiderare più il D. Edmondo[3], che il D. Couillonio in sua Prouincia. Ma forse non uede, li bisogni di questa Prouincia.

Hor quanto al detto D. Edmondo, non uolemo impedire il ben' comun' che si pretende, quando lui sia mandato altroue. Ma questa mutatione darà non poco danno á questo Collegio, essendo il D. Edmondo quasi la Colonna principale, tanto del Collegio quanto de la schuola: 2º essendo lui da questi Signori reputato assai, et sentito con' gran' piacere et applausi: 3º questi signori pigliarebbeno grand' occasione di lamentarsi, come spesso han' fatto de la mutatione de i Professori: 4º Andando le cose de la Religione come uanno con grandissimi pericoli per la concessione del calice, et hauendo d' uenir qua una nuoua Corte del Archiduca Ferdinando[4] anchora Catholico, molto importa d' hauer' almancho un' buono et gratioso Theologo in questa prouincia. Di modo che non uorressimo per adesso contristar questi Signori Catholici, come né anche dare occasione á Sua Maiestà che pigliasse sinistra information' et oppinion' di questo Collegio, poi che adesso adesso [*sic*] hauemo hauuto lettere et il sigillo de la fondatione et dotatione di questo Collegio[5]. 5º Saria molto difficile trouar' un'

a) *In marg., ut supra (adnot. a p. 579): — [verbum vel vv. aliquot obscura]* del andar al Varmiense.

[1] Vide supra p. 550. P. *Georgius Crispus* S. J. in *Litteris quadrimestribus collegii oenipontani, Oeniponte 1. Septembris 1564 datis: „Continuatur . . festis diebus, ut prius, lectio Theologica . . . Praeter Vicedominum" Georgium comitem ab Helfenstein [*Hirn* l. c. I 341 461], „qui ad audiendum accessit, Cancellarius" Christophorus Klöckler [*Hirn* I 463] „cum alijs Excelsi Regiminis septem uel octo nobilitate doctrinaque conspicuis uiris, nunquam abest . . . Aliquot Dominorum ex Jmperatorio consilio, et eorum qui thesauro Jmperatoris praesunt, crebrius nostris peccata sua fatentur" (ex archetypo. Cod. „G. Ep. V." f. 158[b]).

[2] Mercurianus, Germaniae inferioris praepositus provincialis.

[3] P. Edmundum Haium, qui Oeniponte hoc tempore „lectionem theologicam" habebat; cf. supra p. 550.

[4] Anno 1563 constitutum erat, ut Ferdinandus, Ferdinandi I. caesaris filius, qui diu Bohemiam administraverat, inde iam Oenipontem veniret, ad Austriam superiorem sive Tirolim cum Austria antica primum, dum pater viveret, huius nomine, deinde propria auctoritate regendam; haec enim Austriae pars ipsi testamento patris assignata erat. Neque tamen Ferdinando archiduci contigit, ut ante a. 1567 Oeniponte assidue habitaret (*Hirn* l. c. I 54—57 64).

[5] Hae *Ferdinandi I.* caesaris *litterae (quibus ad 20 Socios sustentandos 1500 floreni annui assignantur) germanice scriptae et Oeniponte 20. Maii 1564

altro Theologo che potesse tanto contentar' con sua lettione et eloquenza, et pronteza, come il D. Edmondo. Vero è pur che meritaria hauer' un auditorio piu solenne, et Auditori piu capaci; ma sopra cio V. P. vedrà quello che sia piu espediente, massime in questi pericoli de la Religione; et essendo il detto dottore qùi tanto necessario, non solamente per la dottrina, ma anche per l' esempio per edificar, et conseruar' questo Collegio, doue assai manchano simili persone.

Circa le prouisioni de li Thodeschi[1], credo saria buono, come io scrissi per altra uolta, se alcune Regole nuoue si facessero, et si mandassino per li Thodeschi conuittorj a' li suoi Parentj, come per buone ragioni é stato determinato che per tutti si paghi tre mesi anticipatj, ó circa le angarie.

Quanto á l' Ottauiano, se puo dire che sia la commissione espressa de li suoi parentj, che nel uestire non habbia piu de li altri, et che in nissuna maniera, uoglono, che li sia fatta alcuna indulgenza, anzi che tuttauia sia ritenuto abasso, et mortificato ne le cose de la pompa et honor' humano. Pur' sopra ciò parlaremo con li parenti in Agosta. Iddio dia forze á la Signora Fuggera[2], la quale tornando adesso da le Therme, pare ch' habbia molto perso, delle forze corporalj.

Quanto al M. Giulio Poggiano, procuraremo che li sia scritto da parte del Cardinale di transferire le lettere Indice[a]; Item quanto al nepote del Segretario Metello, non dubbitiamo chè l' Cardinale sarà contento de la sua dimissione.

Che scrisse V. P. al Rettor Paolo[3], circa li Professori d' Ingolstadio[4], non ho da replicare niente, perche tutto mi pare molto ragioneuole, et spettiamo la patente per quella benefattrice, et Vedoua Vrsula[5], et sopra tutto si potrà ragionar' piu doppo pochi giorni quando starò in Monachio et Ingolstadio, con l' aiuto diuino.

Quanto à questo Collegio Œnipontano, ringratio á Dio Signore Nostro che conserua tutti quasi sanj, et anche mostra li Signori, et padroni nostri contentj di quello che si fa per li nostrj ne la Chiesa, et ne la schuola, dimodoche non si sente nissuna querela et reprensione de li forestierj, anchor' che moltj, non troppo amano la Compagnia et uolentierj dicono male d' essa. Ma la Serenissima Regina Madalena, è sopra tuttj li amici, in promouere, et defender' la Compagnia molto zelosa, et ardente. Son' stato due uolte con essa[6], et

a) *In marg., ut supra (v. adnot. a p. 579):* non accade se li scriva.

datae sunt; quarum apographum antiquum Oeniponte in archivo praefecturae caesareae inter monumenta Societatis exstat, Cod. „Urbarium Docum. lit. A" f. 40—41.

[1] De pecuniis scribit pro alimentis puerorum, qui Romae in collegio germanico inter „convictores" educabantur, solvendis; v. supra p. 541 550.

[2] Ursulae Fuggerae. [3] Hoffaeo. [4] Cf. supra p. 569.

[5] Canisius per Hoffaeum a Lainio petierat, ut Ursulae Veltmillerae, Ioannis Veltmiller professoris ingolstadiensis viduae, communio bonorum Societatis spiritualium, quam ipsa petierat, concederetur; de qua re plura dicentur infra monum. 518. [6] Cf. infra monum. 535 536.

parlò molto familiarmente di varij segreti, mostrando sempre un' animo heroico et immobile circa le cose de la Religione, non spectans carnem et sanguinem [1]. Molto siam' obligati à questa buona Regina, et à l' altre sue sorelle massime le più uechie [2], essendo esse tanto affettionate, alla Compagnia che pare non potranno et uorranno hauer altri confessori si non de li nostri, et adesso cominciano confessarsi et comunicarsi spesse uolte, lassando anchora piu et piu la pompa et uanità secolare et molto attendendo á lé cose sacre, et á l' opre pie, di modo che sarà dificile trouar' in queste bande Virgini piu pure et spiritualj et zelose. Onde prego V. P. che uoglia dette Regine specialmente raccomandare a Nostro Signore che confirmet in illis quod coepit mirabiliter ad suam gloriam [3]. Hanno la cappella del Collegio con tanti ornamenti fornita, et instrutta, che non sapria, trouare altroue tanto splendore nel altar' et Casole. Credo che adesso non habbino piu de le ueste molto pretiose.

Quanto al D. Sotto patron' nostro [4], molto prega V. P. che sia contenta di riceuere suo figliolo [5] nel Collegio Germanico, et pensa di mandarlo con il Padre Luigi [6] nel autumo seguente, E un' giovine raro et il più dotto scolare di questa schuola. Non mancharebbono anch' altri Thodeschi che uenerebbono presto in Roma, si potessero hauer' luogho et le spese nel detto Collegio, com' io scrissi per altra uolta.

La fabrica nuoua di questo Collegio, è andata molto innanzi, per l' instanza de la Regina Madalena, et anche la casa, é ben' proueduta quanto á le cose necessarie á li fratellj, di modo che il Rettore si mostra un' buono Padre di famiglia, gouernando anche con buona quiete, et ordine, il Collegio et la schuola, Iddio sia lodato. Io qui ho fatto alchune esortationj a tuttj et poi sentito le Confessioni di tutta la Casa, accio con maggior frutto tutti rinouassino li suoi votj, si come è fatto ne la festa de la Visitatione de la Madonna [7], con singolar consolatione de li Padri et fratellj. Anche s' ha dato ordini per diuerse occorrenze et massimè circa la futura renouatione de li studij nela quale si aggiongerà una Classe nuoua de li bassi abcedarij,

---

[1] Cf. Eccli 17, 30; Gal 1, 16; Eph 6, 12 etc. Canisius hic significare videtur Maximilianum II., Romanorum regem et Magdalenae fratrem; qui superioribus annis protestantium fautorem, ne dicam protestantem, se praebuerat, et quem post patris mortem (quae iam proxime instabat) palam ab Ecclesia catholica defecturum esse protestantes complures sperabant.

[2] Margarita et Barbara; cf. supra p. 111. [3] Cf. Ps 67, 29; Phil 1, 6 etc.

[4] De Sebastiano Zott de Pernegg, regiminis Austriae superioris consiliario, P. *Ioannes Dyrsius* S. J., collegii oenipontani rector, Oeniponte 7. Februarii 1564 Romam ad Lainium *scripsit: Est „membrum particeps bonorum operum Societatis", „peculiaris fautor Societatis et syncerus per omnia Patronus nobis" (ex autographo. Cod. „G. Ep. V." f. 150 151). Cf. *Can.* III 339.

[5] Huic nomen fuisse Godefrido ex iis, quae paulo infra dicentur, patebit.

[6] De Mendoza.

[7] Die 2. Iulii. De hac collegii visitatione cf. etiam infra monum. 534 535.

con cio sia cosa che li Signori del Regimine specialmente questo richiedono, et anche li Cittadinj il medemo, molto tempo fà, assai desiderano. Quanto a le Classi maggiori, non si uede il successo desiderato et sperato, trouandosi qui tanto pochi scholari capaci de la Rhetorica et Dialectica. Onde ci è parso di non legger' la Dialectica in questa inuernata[a]. Et perche adesso si fanno grandissime spese in questa nuoua fabrica, non par' conueniente, di far piu instanza per alchun' altre comoditadi, le quali si potrebbero per li nostri desiderare, come saria hauer una Casa et Vignia di fuora, la Chiesa più larga, una Casa deli Conuittorj, ecc. Si lamentano di questi Frati Francescanj, per che loro desiderano tanto un suo nuouo Monasterio, che qualche uolta si potria dubitare, de lor' fermeza in questo luogho[1]; Io confirmo li nostrj, che oltra la pace non habbino altro niente che fare con loro.

Molto raccomando á la V. R. P. questo Collegio, senza il quale non so, come questa Prouincia potrà star' bene, si come li Signori confessano, et siamo di buona speranza di conseruare li megliori et più Catholici in questa Prouincia, et de l' altre aggionte, che saranno gouernate dal Archiduca Ferdinando, megliori dico che in tuttj l' altri Regni, et Regionj al Imperator sottoposte, si Iddio ci aiutarà. Dominus nobiscum per sacrificia et praeces R. P. V. et omnium Patrum ac fratrum.

Di Inspruch alli 5. di Luglio, nel quale vo anche á Monachio per uisitar li nostrj. 1564. Servus in Christo P. Canisius.

† Al Molto Reuerendo In Christo Padre, il Padre .M. Iacomo Laynez Praeposito Generale de la Compagnia Jesù. Jn Roma.

Lainius Canisio per Polancum respondit 5. Augusti 1564.

1092. CANISIUS **HENRICO ZIBERTO DUNGHEN**, theologiae doctori et canonico antverpiensi.

Augusta Vindelicorum inter m. Iunium et Augustum a. 1564.

Ex Canisii ad Hosium epistula archetypa, de qua plura infra n. 1105.

Canisius Augusta 8. Augusti 1564 ad Stanislaum cardinalem Hosium haec scripsit de „Confessione", quae Antverpiae ex officina stelsiana denuo cum aliis Hosii scriptis, plagulas corrigente doctore Henrico Dunghen canonico antverpiensi et poenitentiario apostolico, in lucem proditura erat: „Habent nunc Antuerpiae quod misi confessionis opus correctum, et nouam praeterea quae nobis allata est eiusdem operis

a) *In margine, ut supra (v. adnot. a p. 579):* fiat.

[1] Oeniponte „collegium novum" et templum Sanctae Crucis, a Ferdinando I. caesare aedificata (v. *Can.* III 166—167), cum alii habitatores idonei frustra quaesiti essent, sex fratribus ordinis Minorum Venetiis arcessitis tradita erant. At ne cum illis quidem res satis prospere successit; v. *Hirn* l. c. I 247—249. *Polancus* Lainii nomine Roma 1. Aprilis 1564 Oenipontem ad P. Ioannem Dyrsium S. J., collegii rectorem, *scripserat: „Gaudemus de Franciscanorum aduentu et cum eis amicitiam in Domino initam quam et conseruare [conseruari?] cupimus" (ex apogr. eiusd. temp. Cod. „Germ. 1561" f. 75[a]).

accessionem. Commendauj causam D. Henrico, nec dubito, quin aduigilabit ille, ut satis fiat tuae pietatis expectationj."

Antverpiae igitur „in aedibus viduae et heredum Ioannis Stelsii" anno 1566 haec „Operum" Hosii editio vulgata est; quam ipse Hosius praefatione nova ornaverat (*Hosii* Epistolae II 1003—1008).

1093. CANISIUS **ALBERTO V.**, Bavariae duci.

Monachio inter 7. et 13. Iulii 1564.

Ex Hoffaei litteris autographis. Cod. „G. Ep. V." f. 172.

Tria a duce petit: 1. Ingolstadium mittendi, qui coram agant cum professoribus Socios accusantibus, quod in universitate imperium appetant, protestantes promovere nolint, scholasticos in professorum scholas non mittant, parochiarum officia divina impediant etc. 2. Efficiendum, ut professores Socios neque ex consilio universitatis excludant, neque ad leges academicas violandas cogant. 3. Sacelli S. Catharinae liber plenusque usus Sociis concedendus.

P. Paulus Hoffaeus S. J., collegii monacensis rector, Monachio 15. Iulii 1564 Romam ad Lainium praepositum generalem haec, praeter alia, scripsit de rebus paulo ante (inter 7. et 14. Iulii) a Canisio Monachii, quo etiam P. Theodoricus Canisius collegii ingolstadiensis rector evocatus erat, gestis: „Li di passati fu qui il R. P. Prouinciale et D. Theodorico . . . Quanto al Collegio d' Jngolstadio . . . dirò io in breue ciò che passò. Gli Conseglieri ci mandorno le querele Professorum Jngolstadiensium, vna di quelle[a] *era come gli nostri affectarent principatum in Academia 2 come erano troppo rigorosi non volendo promouer' gli haeretici et volsero si mutasse il iuramento catholico accio non si grauassero li promouendi 3° volsero che li scholari nostri fossero obligati d' andare in parochiam ad celebrandum chorum. 4 che li professori nostri fossero bene de facultate, ma non de concilio academico*[1]. *5. che li scholari nostrj fossero obligati a sentir anche le lettioni Professorum Academicorum 6. si lamentorno come noj impediremus templi nostrj officijs productioribus*[b] *Parochiarum officia. A tutti li puntj hauemo risposti credo con satisfactione. Et oltra cio si fece vna supplica tudescha al Jllustrissimo in nome del R. P. Prouinciale doue si*[c] *domandorno 3. cose, l' una accio S. E. mandasse Commissarij in Jngolstadio accio coram tractentur querele et praecidantur occasiones inutiles contra nos conquerendj 2ª ne Professores excluderent nostros e Concilijs Academicis et illos non cogerent agere contra statuta reformata Vniuersitatis et formam iuramenti quae promouendis proponitur*[2]. *3. accio ci fusse libera la capella et si facesse altro ingresso in Vniuersitatem*[3]. *L' ultimo fu differito, alli doj primi articulj espettamo la risposta.*"

Ad haec Hoffaei verba intellegenda conferunt, quae *Mederer* (l. c. I 292) notat: Professores hic facultatis artium ingolstadiensis 5. Iulii 1564 Monachium ad Erasmum Vendium, ducis consiliarium, litteras dedisse scribit, quibus querebantur:

a) quella *Hoff.* b) *V. ab H. in marg. additum.* c) *Sequitur* diss, *ab H. oblitt.*

[1] Cf. supra p. 569. [2] Vide quae sub ipsas has Hoffaei litteras dicentur.

[3] P. *Theodoricus Canisius* S. J., collegii ingolstadiensis rector, in *litteris, quas supra (p. 569) dixi, haec scribit de sacello Sanctae Catharinae Alexandrinae in ipsa domo universitatis ad portam collocato, quod Sociis ad officia divina assignatum erat: „Saepe proposuimus causas, quae non solum nos, sed etiam multos Ingolstadij bonos urgent, ad desiderandam sacelli nostri amplificationem. Notus est communis, quotidianus et prophanus ille transitus studiosorum, qui nos et alios frequenter impedit in sacris, cultuque diuino. Quare per Christum reuerenter oramus, ut hic quoque tum fratrum spirituali consolationi, tum aliorum piorum aedificationi consulatur, aliaque [et aliqua?] ratio noui ad scholas ingressus parandi, constituatur, [et] ut sacellum hoc nobis integrum consignetur."

Primum quod „Domini de Societate IESV“ — professorum verba haec sunt — „neminem ad honores et gradus scholasticos admittendum censeant, nisi qui recta atque repente falsam de pietate“ — Mederer hic recte adnotat: ‚religionem intelligunt‘ — „opinionem abiurauerit. Qui rigor et asperitas, cum lenes, modestos et tractabiles animos iuuenum potius exulceret, atque obstinatos reddat, quam mitiget; scholariumque et praecipue candidatorum numerum vehementer imminuat, rogamus D. T.“ etc. Deinde querebantur, quod iidem Socii „M. Ioannem Albertum Wimpinensem contra omnem consuetudinem hucusque seruatam Collegio Philosophico, antequam esset in gremio, obtrudere nitantur, eam saltem, vt credibile est, ob caussam, quo asperi et rigidi sui propositi Patronum, atque defensorem sibi comparent.“

Quod porro ad iuramentum illud attinet, iam in primis universitatis „statutis“ a. 1472 conditis cautum erat, ut, qui „in Artibus“ essent „licentiandi“, iurarent, se, „si in materia orthodoxe fidei se disputare contingeret“, „veritatem, non errorem inducere velle, et partem tueri saniorem“ (*Mederer* l. c. IV 93). Atque anno 1562 in „Statutis reformatis“ edicebatur: „Prohibemus, nequis vel Professorum, vel auditorum extra Theologicum Collegium, et citra ejusdem voluntatem de fidei rebus disputet, declamet, aut peroret. Ritus etiam, decreta, et ceremonias sanctae Religionis Christianae, ac veram Catholicam nostram doctrinam nemo neque publice neque privatim in conventiculis, conviviis, commessationibus etc. in dubium revocet, laceret, contemnat, rejiciat, vel etiam irrideat“ (*Mederer* l. c. IV 300).

Mederer ad ea, quae de professorum ingolstadiensium litteris Vendio inscriptis narraverat, haec subiunxit: „Vendius nona eiusdem“ m. Iulii 1564 „respondit, atque vnis etiam literis totam tempestatem difflauit, non ad vota quidem Artistarum; cum inueniam Serenissimi Ducis auctoritate alteram lectionem philosophicam, quae propter discessum Reisacheri vacabat, Iesuitis collatam, atque Henrico Arboreo Ioannem Dominicum adiunctum fuisse“ (l. c. I 292).

Ceterum confer Canisii litteras Monachio 12. Iulii 1564 ad Lainium datas.

1094. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, Societatis Iesu praeposito generali (?).

Monachio inter 7. et 13. Iulii 1564.

Exstat Libellus (in semifolio, 8 pp.) Romae manu antiqua (saeculi XVI. vel XVII.) scriptus, in quo refertur, quae epistulae anno 1564 a Societatis hominibus ex Germania, Belgio, Gallia Romam ad supremos Societatis moderatores missae exstent in Codice „T. 3. 1564“; asserit autem Libelli auctor, epistulas „Monachio“ mense „Luglio“ a „Pietro Canisio“ datas exstare in codicis foliis 338 et 389. At codex postea solutus est, et ego tantum epistulam folii 389, quae 12. Iulii ad Lainium data est, nactus sum; vide infra p. 589. Fortasse epistula folii 338 eodem die, atque illa, data, alii tamen, ut Natali vel Polanco, inscripta erat; neque enim temporis ordo in antiquo illo codice diligenter servatus erat. Canisius sub 7. Iulii 1564 Monachium advectus, inde sub 13. Iulii discessit; v. supra p. 583 et infra p. 593.

1095. **P. IOANNES DE POLANCO**, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO.

Roma 10. vel 11. Iulii 1564.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „Augusta Canisio“. Cod. „Germ. 1561“ f. 132ᵃ—133ᵃ.

Erravit Canisius, hibernum quendam Socium in provincia sua non retinendo. Viatica restitui debent. Muli ruber et albus. Cardinalis Augustanus ad collegium dilinganum factis iuvandum est inducendus. Dilingae P. Henricum Dionysium et collegii S. Hieronymi et universitatis rectorem constitui convenit, ita tamen ut externus aliquis, isque auctoritati Societatis subiectus, externam curet disciplinam; collegium autem Societatis a P. Mendoza regendum esse videtur. Fr. Servatium iam ex Societate honeste dimitti oportet. Scripta aliaque amissa. Collegium romanum

pecuniis ad annonam sibi providendam indiget. Fr. Liberius. Novi magistri ingolstadienses. Itali ob infirmitatem in patriam remittendi. Condiciones concessioni calicis additae bonum sunt antidotum; Lainius Socios austriacos, quid in ea re agere deberent, docuit. Sacerdotes germani, qui a criminibus pontifici reservatis homines absolverunt, excommunicationis poena vacui sunt ob legis ignorantiam. In collegium germanicum 2—3 alumni mitti possunt.

Jhesus. Pax christi etc.
Molto Reuerendo [in christo Padre][a].

Rispondero per questa a due lettere di V. Reuerenza di 21 è 24 del passato, de Dilinga et Augusta, et intendemo la ariuata del Padre Ruberto[1] conli altri, et come si mandaua oltra alla volta di Fiandra Emondo hiberno[2], il che era ordinato d' altra sorte cio è che lui restasi in vno delli Collegij di Germania per vedere como si trouarebbe, et non si trouando meglio sarebbe mandato alla volta del paese, forsa V. Reuerenza non hauera inteso bene l' ordine datoli. Quanto alle spese non intendiamo bene il conto .V. Reuerenza lo facia fare pigliando sopra della sua Prouincia la spesa di quelli che restano in essa. Il Padre Ruberto fara bono le spese sue se qualche cosa gli è stato[b] [?] dato[c] [?] de piu. Il Mulo[d] rosso[e] intendiamo che l a pigliato el Cardinale[3] il che esendo cosi crediamo che fara bono il prezo che la bestia è bona, ben che non forse tanto, per caualcare quanto per[f] —. Jl bianco potra tornare à Roma.

Circha il collegio di Delinga non dubitamo che jl Cardinale hauera bonissimo animo; ma bisogna tirarlo alle opere destramente, et cominciando perle cose che piu importano, ò per lequali si debba cominciare.

N. Padre è risoluto che si pigli l' asonto del collegio d' santo Jeronimo[4], et che jl Padre Enrico[5] sia Rettore di quello, et della vniuersita . quando suauemente si potra mandare via el Rettor' vechio[6]. et quantunque alcuna persona graue seculare debbia hauer cura della esterna polizia, et disciplina, et castigo delli scholari tuttauia conuera che jl tale dependa dalla Compagnia quanto al eser' rimosso di tal officio, o ritenutò in esso, ó quanto[g] alla dilectione[h] [?].

Per jl Collegio de nostri[i], è ben necessario che ci sia altro Rettore et pare che per questi principij sara al proposito el Padre Don Luigi[7]

a) *Haec supplenda esse intellegitur ex aliis Polanci epistulis; cf. Can. III 541 560 et supra p. 107 116 123.* b) *Sic ap.;* stata? c) *Sic ap.;* data? d) Mullo *ap.* e) roso *ap.* f) *Sequitur v. obscurius scriptum.* g) quanta *ap.* h) *Sic ap.;* delectione? electione? i) *A libr. correctum ex* Collegio nostro.

---

[1] Clayssone S. J. [2] O'Donnell? Vide supra p. 578.

[3] Otto cardinalis Augustanus.

[4] De hoc adulescentum litteris operam dantium contubernio ab Ottone cardinale Dilingae condito cf. supra p. 331[1]. Cornelius Herlen non solum universitatis, sed etiam huius collegii rector erat (v. infra monum. 511); in quo eum habitasse ex Polanci litteris 7. Octobris 1564 ad Canisium datis cognoscitur.

[5] P. Henricus Dionysius, collegii Societatis dilingani rector.

[6] Cornelius Herlen.

[7] De Mendoza; vide quae sub ipsas has litteras dicentur.

il quale potra aiutare asai col Cardinale nelle cose della fundatione. et anche gouernare li fratelli nostri secondo la disciplina consueta nella quale ragioneuolmente deue hauer' pratica esendo stato alla longa nel collegio di Roma, et qualche uolta con cura ò vero qualche gouerno d'altri, et poi il tempo insegnera quel che conuenga.

Circha à Nicolao[1] non achade perdere piu tempo, trattengassi in sino à tanto che si possa hauer' vn' sucessore alla sua schola, et dipoi si mandi à [casa][a] con Dio amoreuolmente è V. Reuerenza lo puo absoluere liberamente delli suoi voti.

Ci rincresce il caso de quelli scritti, et sacri[b] [?] persi[2], almeno ci auessinno scritto doue perche hauessimo aiutato con qualche diligentia per recuperarli se la cosa richiede rimedio.

Circha alli denari mandati da Moguntia, et si cè altro subsidio che possa mandarsi al collegio di Roma non achade dir altro senon che pigliaremo quello seci mandara, almeno cio che si è speso perli viatici [di quelli che furno][c] mandati à Dilinga. sarebbe bene l' auesimo quanto prima che ad esso è tempo far' prouisione di granno il quale va in 6 scudi el Rubio, et pure l' altro anno con manco de 3 se comperaua el Rubio. Pur' Iddio N. S. è rico.

Mastro Stefano[3] si mandera verso l' automno, si è mandato à Tiuoli per questi caldi non si trouando lui ben sano in Roma. et pur' non sta anche troppo male.

Partendosi V. Reuerenza per Jspruch forse questa lettera lo trouara[d] [?] di la. ma tutta uia credo la drizaro in Augusta, et perche forse sara V. Reuerenza partito[e] [?] di Jspruch quando tornara[f].

De mandare doi lettori in Jngolstadio si procurara questo settembre piacendo à Dio. ma senon si pigliano forastieri dificile ò imposibile cosa sara trouarli Thodeschi, farassi finalmente quello si potra.

Mastro Domenico et Giosephe[4] poi che si trouano tanto male in Germania si possono rimandare [in][g] Jtalia, et al suo tempo si auisara à qual parte.

Quanto al calice la concessione si è publicata in Austria[5]. ma le conditioni se si obseruanô sono vn bon antidoto, forsa mandoro qui la copia di quello che N. Padre ha scritto alla prouincia de Austria del modo che li debbano vsare, vero è che credo sara differente il negotio in altri statti, perla diuersa dispositione delli principi[h], et

a) *Hoc supplendum esse res ipsa ostendit.* b) *Sic ap.;* sacci? c) *Haec vel similia supplenda esse colligitur ex iis, quae supra p. 522 528 scripta sunt.* d) *Sic ap.;* la trouara? e) *Sic ap.;* tornato? tornata? *Cf. infra adnot. f.* f) *Sic ap.; sed malim legere* arriuarà. g) *Deest in ap.* h) principij *ap.*

---

[1] De Fr. Nicolao Servatio luxemburgensi scribit; v. supra p. 500 542.

[2] Vide supra p. 572. [3] Liberio; v. supra p. 510 540.

[4] Ioannes Dominicus Facciardus et Iosephus Siculus, Societatis fratres scholastici Ingolstadii degentes; cf. supra p. 400[1] 421[8] 435 542.

[5] Promulgata est Vindobonae 18. Iunii, Pragae 23. Iunii 1564 (*Bucholtz* l. c. VIII 683 685).

forse de Popoli, credo che V. Reuerenza hauera riceuto de Austria le conditioni, altrimenti le mandaremo.

La faculta di absoluere quelli che hauessino absoluto altri de casi riseruati considerata ben la clausola della detta bulla cene, non trouamo che ci manchi à noi la tal faculta perche propriamente non si posino dire quod praesumserint absoluere stante la ignorantia loro che non pare grassa ne suppina [1]. ma per piu chiareza solicitaremo tutta uia di hauer perli nostri et anche per altri piu espressamente questa faculta.

Quanto à quelli che desiderano venire al collegio Germanico non pagando le spese si possono mandar doi, o tre per lo Automno, et sia vno de loro quello de Ingolstadio del quale si è scritto al Padre Paulo [2], credo è il medesimo che scriue V. Reuerenza. Non occore altro per questa senon raccomandarci tutti molto etc. De Roma li 10 [a] [?] di Luglio 1564.

Apographo quidem, quo usus sum, d. 10. Iulii ascriptus est; in apographo vero epistulae 15. Iulii 1564 a Polanco ad Canisium datae (quod apographum eiusdem generis est atque superius illud) legitur: „Alle lettere dj V. R. de 21. et 24. del passato si fece risposta Martedi passato"; qui erat dies 11. Iulii. Fortasse litterae illae 10. Iulii scriptae, 11. Iulii tabellario traditae sunt.

Una cum his litteris Canisio missa est* epistula die 10. (vel 11.) Iulii 1564 a *Polanco* nomine Lainii Dilingam ad P. Aloysium de Mendoza S. J. data; in qua haec sunt: „Ci ralegramo in Domino segli confaccia tanto bene l'aria et vito de Dilinga poi che anche la ceruosa gli piace tanto et piu chell vino, Lor esendo questo cosi risoluessi di fermarsi adagio, et di pigliare anche la cura del collegio nostro quando glielo dira il Padre Prouinciale et jl Padre Enrico sara Retor di Santo Gieronimo et della vniuersita" (ex apogr. eiusd. temp. Cod. „Germ. 1561" f. 133 [a]).

Quod autem Polancus scribit, se fortasse cum his litteris, quae Lainius ad Societatis provinciam austriacam de sacra eucharistia sub utraque specie administranda scripserit, Canisio missurum esse, dubito equidem, num eiusmodi praecepta tunc miserit; neque enim in Lainii registris, quae vocamus, alia inveni nisi ea quae Roma mense Septembri anni 1564 ab eo data sunt; quae, quia eorum exemplum vel integrum vel in compendium quoddam redactum Canisio quoque suo tempore missum esse aliqua est ratione verisimile, hic pono. *Polancus* nomine Lainii Roma 2. Septembris 1564 *scripsit ad P. Nicolaum Lanoium, provinciae austriacae praepositum: „Si è intesa la publicatione del breue de S. Santita laqual sta bene, ma quanto al administrar il santo sacramento sub utraque bisognerebbe supplicare al nuntio [3] mantenga la promessa che haueua fatta che li nostri non sarebono sforzati à tale administratione del Calice, et quando non si potesse far d'altra sorte se insista nel confessar noi istessi quelli alli quali administriamo la communione, et si procuri che ci lascino usare nostra usanza, et quando ne anche questo se permettessi procurisi tuttauia l'altare separato ma la conclusione ultima sia che non si rompa con l'Jmperatore [4] gia che questa cosa sapiamo esser de iure positiuo, et

a) *Sic ap.; fortasse corrigendum est* 11; *vide, quae proxime sub ipsas has litteras dicuntur.*

[1] Ita nunc quoque theologi omnes sentiunt. Quae sententia copiose et abunde confirmatur iure ecclesiastico; ubi *Bonifacius VIII.:* „Ut animarum periculis obvietur, sententiis per statuta quorumcumque ordinariorum prolatis, ligari nolumus ignorantes: dum tamen eorum ignorantia crassa non fuerit, aut supina" (l. 1, tit. 2, c. 2 in VI). [2] Hoffaeo, rectori collegii ingolstadiensis.

[3] Zachariae Delphino. [4] Maximiliano II.

se hauessi à seguitare scandalo à non pigliar questo rito nouo approuato per la sede Apostolica ò impedirsi notabil seruitio de dio, non si creda sarebbe cosa grata alla . M. D. lo abstenersene de tal rito; quando pur probabilmente si potessi pensare che quello che uiene alla communione non sia catolico, non bisognarebbe administrarlj la communione sub utraque, ne sub una.“ Idem *Polancus* Lainii nomine eodem die P. Laurentio Magio S. J., collegii vindobonensis rectori, *scripsit: De communione sub utraque ministranda ad P. Lanoium scribi; „mà è la summa che haueria caro nostro Padre se si potessi senza rompere con l' Jmperatore, et perturbar la pace che niuno communicasse sub utraque nella Chiesa nostra come ci promesse el Nuncio, non si potendo, che si procuri si confessino in casa nostra, perche non siamo noi parrochiani, et non essendo obligati à darli [il] Sacramento della Eucharistia nostra consuetudine et anche deuotione è de dar la communione à quelli che si confessano in chiesa nostra, et quando pur bisognasse ancora concederli questo punto per non perturbar li principi non si accetti almeno alla communione se non chi porta testimonio de persona le RR. VV. ben cognoscono ò ben sanno che sia catholico dellequali credo ne sia una gran carestia fra li Pieuani de austria, et consideresi bene il breue Apostolico accio non si proceda contro le conditioni di esso“ (ex apographis eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1561“ f. 170 171).

Canisius Lainio respondit 29. Iulii 1564.

1096. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu.
Monachio 12. Iulii 1564.

Ex apographo, quod sub a. 1860 curante Boero ex archetypo (2°; 2 ff; Canisius sua manu nomen [„Seruus“ etc.] subscripsit) in Cod. „E. C. I.“ f. 389 390 (n. 137) posito exscriptum, a. 1902 cum eodem archetypo diligenter collatum est.

Epistula usus est, ut videtur, *Sacchinus*, Can. 208.

Timendum est, ne in sacro calice laicis ministrando condiciones illius concessioni adiunctae neglegantur. Clerus Bohemiae recte constituit, ut calicem sumere volentes ad ecclesias Utraquistarum adirent. Archiepiscopus salisburgensis synodum provincialem habebit, in qua, num expediat usum induci calicis, deliberetur. Quem et Vindobonae episcopus gurcensis, et aliis Austriae locis alii propinarunt. Cassandri „Consultatio“ refutanda; qua multi perturbantur. Calicis concessio Germanis erit infesta, sicut Bohemis damnum attulit. De collegio herbipolensi iam est statuendum; mittendus, qui res praeparet. Scripta iam reperta. Canisius veniam petit, quod morosos infirmosque Socios patienter non ferat. Socii aegroti. Aes alienum. Germanorum Sociorum valetudini Romae prospiciendum est. Alumni convictoresque collegium germanicum petentes. Hermannus Faber. Servatius. Cardinalis Hosius. Volckerus. Georgius et Octavianus Fuggeri. Magistri collegiorum oenipontani et ingolstadiensis; litterae graecae. Canisius Monachii Sociorum confessiones et vota excepit. P. Menginus novicios bene instituit; ad quos alendos reliqua quoque collegia aliquid conferre debebant. Ducis uxor. Socii ex Bavaria inferiore revocantur. Apud consiliarios Societas adversus universitatis ingolstadiensis querelas conatusque defensa est. Sacellum ingolstadiense. Canisius Ingolstadium abit. Iure Augustani postulant, ut sit, qui, Canisio absente, eius loco contionetur.

Pax Christi Admodum Reuerende Pater.

Accepi 24º Junii datas, et Moguntiam perferendas curaui fideliter alias[1]. Mittemus exemplum concessionis, cum primum illud nacti fuerimus de calice dispensando. Magnum est periculum, ne conditiones annexae[2], quas ex parte cognoui, supprimantur, et populis tantum calix permittatur citra Pontificis et conditionum ullam mentionem.

---

[1] Vide supra p. 574. [2] Has vide supra p. 575.

Merito laudandi sunt Ecclesiastici in regno Bohemiae, qui post multam disputationem in eam venere sententiam, quod in Catholicis Ecclesijs retinere uelint usum unius speciej: si qui[a] [?] vero Catholicorum propter nouam concessionem calicem quoque petet, hunc iubent ad Hussiticas ire Ecclesias bibendi causa[1]. Nunc Archiepiscopus Salsburgensis breui conuentum indicet[2], et in eo tractabit cum Episcopis et pastoribus Bauariae, expediatne calicis usum hoc tempore introduci, sicut permittit Pontifex Pragensi, Salsburgensj, Moguntino, Treuerensi et Coloniensi Archiepiscopis, hac lege, ut pro sua ipsi conscientia uideant et iudicent, quid in suis prouincijs expediat magis. Sed priusquam res iudicata esset, uoluit Episcopus Gurcensis, qui ualde causam hanc in aula Caesarea urgere dicitur, calicem propinare Viennae[3], sicut etiam in Austriae multis locis nunc eundem usurpare coeperunt. Misi nuper libellum Cassandrj[4], quem rei Catholicae multum incommodare, et bonis etiam uiris scrupulos non leues inijcere dolemus, ut cupiamus illum a nostris breuiter saltem confutari. Perturbati sunt animi plurimorum, nec uideo quid potuerit hac aestate[b] [?] nobis Catholicis accidere tristius, quia furiosis ueluti gladium esse datum cernimus, et mox venturam[c] expectamus Babylonem[5] in his reliquijs Jsraelis[6], ut idem tandem experiamur, et periculosius quidem, quam[d] Bohemis accidit concesso semel illis calice per Concilium Basiliense[7]. Calix enim qui regno cladem ingentem attulit, mordicus fuit retentus,

a) *Sic ap.;* quis? b) *Sic ap.; quod nescio num corrigendum sit:* aetate. c) *In arch. correctum ex* vecturam. d) *In arch. corr. ex* quod.

---

[1] Censuisse vel potius posuisse videntur, Utraquistas illos sive Calixtinos — ita enim eos vocabant — ecclesiae catholicae iam esse conciliatos; v. *Bucholtz* l. c. VIII 684—685. Ceterum P. *Henricus Blyssemius* S. J., collegii pragensis rector, Praga 25. Ianuarii 1565 Lainio *scripsit: „Nos in ferijs natalitijs communionem sub vtraque specie porrigere coepimus in sacello quodam templi nostri" (ex autographo). Plura de hoc cleri bohemici negotio v. infra p. 607[4].

[2] Ioannes Iacobus Khuen de Belasy archiepiscopus concilium provinciale primum quidem (29. Iunii) in 2. Augusti, deinde (6. Augusti) in 28. Augusti indixit (*Knöpfler* l. c. 139).

[3] Urbanus Pfaffstetter (Austriacus), episcopus gurcensis et administrator episcopatus vindobonensis, Vindobonae 18. Iunii 1564 calicis concessionem promulgavit (*Bucholtz* l. c. VIII 683. *Knöpfler* l. c. 141[1]). Asserit quidem *Th. Sickel* (Archiv für österreichische Geschichte XLV, Wien 1871, 57) et post eum *O. H. Hopfen* (Kaiser Maximilian II. und der Kompromisskatholizismus, München 1895, 62[158]), Canisium in aliis quibusdam litteris affirmasse: Urbanum, „satis alias de Lutheranismo suspectum", pontificiam illam concessionem „satis ambigue" promulgasse; „ita enim" eum „assuefactum esse". At litteras illas non a Canisio, sed a Bernardo Thanner, contionatore pragensi, datas esse, et *Nic. Paulus* ex *Cypriano* (l. c. 26 318), qui eas typis exscripsit, ostendit (Historisches Jahrbuch XVI, München 1895, 601), et ipsae litterae autographae confirmant, quae adhuc exstant Gothae in bibliotheca ducum saxo-gothanorum, Cod. 385, p. 186—189.

[4] „Consultationem" etc.; v. supra p. 484[5]. [5] Cf. 4 Rg 25, 1—21 etc.

[6] 2 Par 34, 9. Ier 6, 9. Ez 9, 8. Mich 2, 12 etc.

[7] De hac concessione, a. 1437 facta, et de condicionibus eidem adiunctis vide *Can.* III 501 508.

conditiones vero quae praescriptae illis fuerant, nullas obseruare uoluerunt. Concedat nobis Christus meliora tempora.

Quod ad Collegium Herbipolense attinet, existimarim[a] plus quam tempus esse, ut certi[b] aliquid constitueremus, an hoc uel sequenti anno illud inchoandum esse uideatur. Nam opus esset primum, ut scripsi, ex nostris aliquem proficisci, collegium et scholas apparare, et cum Episcopo[1] de rebus alijs necessarijs concludere[c]. Id nisi mature fiat, incommode quidem nostrj qui hoc anno mittentur, habituri[d] sunt, et uix per hyemem se recte component ad scholam instituendam, cuius quidem causa uel maxime desiderantur.

Deo uisum est, ut inuenerint nostri tandem et miserint scripta P. Ruberti[2] et aliorum quatuor postremo missorum in Germaniam. Ea scripta nunc e Venetijs accepimus, et partem quoque mittemus Viennam.

Mereor et accipio lubens reprehensionem, quod patientiam et charitatem et longanimitatem morosis et aegrotis fratribus debitam, ego non adferam, uelut sciens reprobare malum et eligere bonum[3] literaliter et non spiritualiter[4]. Igitur supplex veniam peto neglectae charitatis, et apertae impatientiae meae. Non dicam toties querelas, verum patientius haec onera feram. Oret pro nobis tantum R. P. T. et pro Iosepho Siculo[5], qui in morbum caducum incidit, et pro Christophoro[6] Monachiensi, qui simile quidem[e] [?] expertus dicitur Dilingae. Utrumque inuisam, ut spero, breuj. Exsoluemus quae idem Christophorus debet filio Consulis Augustanj[7], quae praeterea M. Georgius Faber. Valde cupimus hunc ipsum et M. Gregorium Germanum[8] Romae incolumes viuere, aut alioquin a cursu philosophico potius abstrahi, quam cum vitae periculo et phtisis principio Romae uersarj. Audimus uenturum ad nos Stephanum Liberium, sed non sine morbo. Fiat domini voluntas[9] cum omnibus.

Scripsi aliquando et responsum expecto, de sequentibus. Primum possitne sacerdos quidam magnae spei ad collegium mitti Germanicum[10], et praeter illum scholastici quidam pauperes. Postulat Cancellarius[f] [?] Principis secundus, ut liceat ipsi suum quoque filium, in eodem Collegio

a) *In arch. sequitur* put, *oblitt.* b) certe *ap.* c) *In archetypi margine hic manu romana eiusdem temporis notatum est:* per questo anno non si puo, e pensamo per l'altro che [de?] si e vedase se qualch' uno potria dar [darse?] per questo anno. d) habitari *ap.* e) *Sic ap.;* quiddam? f) *Sic ap;* Consiliarius? *Vide infra p. 592* [1].

---

[1] Friderico a Wirsberg. [2] Claissonii. [3] Is 7, 15.

[4] Cf. 2 Cor 3, 6; Rom 2, 29; 1 Cor 2, 13 14 etc.

[5] Ingolstadii is litteris operam dabat. Cf. supra p. 421 [8] 425 435.

[6] Roseto. Cf. supra p. 529 574. [7] Ioanni Georgio Velsero.

[8] P. Gregorium Roseffium; qui, ut Polancus notavit, magister quidem artium sive doctor philosophiae erat, sed philosophiam haud multum callebat (Epp. *Nadal* II 405 410 419). [9] Act 21, 14. Cf. Mt 6, 10; 26, 42 etc.

[10] Philippum Doberainer significari opinor; de quo plura in proximo volumine dicentur.

nutrire, et in autumno proximo mittere[1]. Secundo, possitne retinerj a nobis Hermannus Faber Coloniensis dioecesis, et ad nostram societatem transire, et dispensationem sibi necessariam obtinere propterea quod mensibus aliquot habitum gestauit monasticum apud Carthusianos[2]. Quanquam (ut verum fatear) dotes plus quam mediocres animj in illo non conspicimus, posset tamen in scholis utilem nobis operam nauare, in hac praesertim penuria professorum Germanicorum. Tertio, sitne dimittendus plane Nicolaus[3] Dilingae, cum diutius retineri non posse nec debere uideatur, sicut nostrorum litterae de hoc missae satis ostendunt.

Scribam posthac saepius ad Cardinalem Warmiensem, ad quem litteras mittere hactenus mihi difficile fuit. Faxit Deus, ut habeamus operarios quales desiderat illa messis in medio Haereticorum.

Observabitur M. Erasmus[4], uti prudenter moniti sumus, et praecauebimus periculum, si quid fortasse monstri alat, uti non speramus.

Quod ad Octauianum Fuggerum attinet, miratur Pater puerum tam raro scribere, quem singulis mensibus aliquid mittere[a] decebat. Expectat rationes etiam sumptuum, ut explicate norit, quantum et pro quibus puer debeat, quemadmodum istorum mos est ad rationes omnia plene[b] [?] referre.

Veniunt in mentem quae postremo[c] [?] litteris Oeniponti scriptis praetermisi de statu illius Collegij plenius explicando. Deest in schola Graecus Professor, unde Rector[5] graece docere cogitur, et incommode quidem ob frequentes occupationes alias. Deesset Rhetor quoque, si P. Georgius[6] in urbem abiret, ut illi aliquando promisisse uidetur P. Natalis. Sed non putamus hoc anno illum esse mittendum, utpote qui sit ualetudinarius, ut a phtisi ueniat illi metuendum, Scholae autem Oenipontanae nunc maxime consulit. Expectat collegium Oenipontanum et Ingolstadiense aliquid subsidij in autumno sequente, ut ex urbe habeant in Rhetoricis et graecis lectores, quoad eius fierj potest Domino auxiliante.

Venio ad hoc Collegium Monachiense[7], in quo recte et tranquille fratres habent Dei gratia, quorum omnium confessiones excepi, quibus etiam uota sua renouantibus sacram Eucharistiam impartiui cum mea et ipsor. consolatione spirituali. Quae ad renouationem studiorum faciunt, et ad mutationem seu translationem quorundam fratrum in alia Collegia pertinent, de his modo deliberamus. Probe fungitur

a) *In arch. corr. ex* litera. b) *Sic ap.;* plane? c) *Sic ap.;* postremis?

[1] Guilielmus Lösch? Is certe et ex praecipuis Alberti V. consiliariis et magister aulae („Hofmeister") erat et — id quod paulo infra ostendam — Guilielmum filium autumno a. 1564 Romam petere iussit, ut in collegio germanico convictor esset; quamquam tunc is Italiae ingressu per pestilentiam prohibitus est.

[2] V. supra p. 424. [3] Servatius. [4] Volckerus. [5] Dyrsius.

[6] Crispus (Kraus); vide Epp. *Nadal* II 226 243 552 et supra p. 445[10].

[7] De rebus a Canisio hoc tempore Monachii gestis v. etiam infra monum. 530.

munere suo Pater Dominicus[1] magister Nouitiorum, qui magnam nobis in Domino spem pollicentur de iuuanda Germania tempore suo, suntque illorum nunc plures quam unquam, nimirum septendecim, ad quos recte alendos collegia reliqua dependant aliquid necessum erit, ne plus aequo grauetur sumptibus hoc unum Collegium, quod aliorum quoque nouitios non sine sumptibus fouet. Salutauimus Ducissam[2], Princeps enim domi non est, et primarios consiliarios. Apud hos egimus et impetrauimus, ut nostrj qui sunt in Bauaria inferiore cito reuocentur, et Ingolstadij manere possint[3]. Verum de P. Martino scribam proxime. Deinde quoniam nouae contra nostros querelae a Gymnasio Ingolstadiensi allatae fuerunt, partim uiua uoce, partim scripto tutati sumus nostrorum innocentiam, praesente simul Rectore Ingolstadiensj fratre meo[4], quem huc euocauj[5]. Obtinuimus, ut nostri loco suo a reliquis professoribus non moueantur, ut semel et iterum illi facere coeperunt. Diluimus obiecta nobis argumenta, et scholam collegij defendimus, ut Consiliariorum iudicio fuerit satisfactum. Intercessimus pro templo integro[6] nobis concedendo, idque se facturos pollicentur, collectis decimis anno sequenti[7]. De reliquis Rector Paulus[8] plura scribet, ego nunc propero Jngolstadium, ut adsim quoque fratribus uota sua renovaturis. Absum diutius uereor ab Augustana cathedra et offendam idcirco Cardinalem et alios, qui omnino postulant, ut adsit e nostris Augustae concionator qui absenti mihi substituj possit. Idque iustum esse uidetur, tantoque magis necessarium, quo plura uidemus incommoda suboriri, cum absum ego a cathedra. Dominus in suam gloriam convertat omnia, nosque participes reddat sacrificiorum et orationum R. P. Tuae simulque Patrum et fratrum istic omnium, quibus in Domino cupimus esse commendati. Monachii 12. Iulij 1564. Seruus in Christo P. Canisius.

† Al molto Reuerendo in Christo Padre M. Iacobo Laynez Praeposito General della Compagnia de IESU. In Roma.

Lainius Canisio per Polancum respondit 5. Augusti 1564.

1097. P. IOANNES DYRSIUS S. J., collegii oenipontani rector, mandatu Canisii IACOBO LAINIO, praeposito generali Societatis Iesu.

Oeniponte 14. Iulii 1564.

Ex autographo. Cod. „G. Ep. V." f. 155ª—156ª.

---

[1] Menginus; de quo v. *Can.* II 151[3]; III 539[7]. [2] Annam.

[3] PP. Georgius Schorichius, Martinus Stevordianus, Ioannes Cuvillonius, Theobaldus Stotz (v. supra p. 519) revocati quidem sunt ex Bavaria inferiore; sed Schorichius et Stevordianus paulo post eodem redire debuerunt; v. infra p. 616 et monum. 621. [4] P. Theodorico Canisio.

[5] De his controversiis, quas professores quidam universitatis ingolstadiensis cum Societate habebant, vide supra p. 569 584.

[6] Sacellum Sanctae Catharinae dixit; v. supra p. 584[3].

[7] Pius IV. a. 1562 duci concesserat, ut a clero Bavariae binas exigeret decumas in collegiorum Societatis dotationem impendendas; v. *Can.* III 380 et supra p. 306[1]. [8] P. Paulus Hoffaeus, collegii monacensis rector.

De duobus collegii oenipontani iuvenibus; alterum in Italiam revocandum, alterum ex Societate dimittendum videri.

P. Ioannes Dyrsius S. J., collegii oenipontani rector, Oeniponte 14. Iulii 1564 Romam ad Lainium epistulam dedit. Cuius eam partem pono, quae de Paulo Senensi et Ioanne Vienensi, eiusdem collegii fratribus (vel noviciis) scholasticis (de quibus supra p. 205[10] *573), est; haec enim a Dyrsio scripta sunt mandatu Canisii, qui paulo ante (v. supra p. 579) collegium illud visitaverat.*

De Paulo Senensj scripsit R. Vestra patrj Prouincialj: Hic autem remittit me ad R. Vestram ut scribam et vrgeam negocium ne omnino hic maneat, quia non bene habet ut ipse ait omnes quantumuis, quaecunque adhiberj ex Medicj consilio potuerunt, expertus medicinas. De hoc expectabo mentem Reuerentiae Vestrae. Respirare [*sic*] ipse videtur ad Jtaliam. De Joanne Viennensj idem scribj iussit p. Prouincialis, ut Reuerentia Vestra de eo aliquid certj constituat: Hic non proficit nec in interno nec externo homine, parum aut nihil in studijs, remissus ad omnia: Jdem est qui fuit alibj, non potest excitarj ad anteriora sicut nec ego. Videbatur dicere P. Prouincialis eum ineptum fore ad Societatem multas ob causas, de quibus latius scribere poterit pater Prouincialis.

Polancus de Paulo illo Senensi Roma 10. Maii 1564 Oenipontem ad Dyrsium *scripserat: „De Paulo scriptum est sepius quod pro arbitrio Patris Canisij Prouincialis in alio collegio suae Prouinciae debebat periculum facere an non[a] [?] melius valere posset." (Ex apogr. eiusd. temp. Cod. „Germ. 1561" f. 93[b].)

1098. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO. Roma 15. Iulii 1564.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „P. Canisi". Cod. „Germ. 1561" f. 134.

Epistulae Canisii tardius allatae. Res dilinganae: Collegium S. Hieronymi; mutatio rectorum; curandum, ut capitulum cathedrale collegii Societatis dilingani dotationem probet (et Augustae Sociis domum det); agendum cum cardinale de eodem collegio amplificando et de disciplina scholastica; Fr. Servatius dimittendus. Patrem Bauzek, quia caesaris impensis educatus est, ex universitate vindobonensi in dilinganam (in locum Swagerii) transferri non convenit. Itali in patriam remittendi. Iis, qui Ingolstadii professores Societatis ex consilio universitatis excludere volunt, enixe resistendum est; novi magistri ingolstadienses. P. Peltanus in universitatem vindobonensem transferendus. Ioannes Gallus. Libri veneti, dum in Germaniam perferuntur, amissi. Magistri dilingani.

Pax christi.

Alle lettere dj V. R. de 21. et 24. del passato si fece risposta Martedi passato[1], adesso la faro ad altre piu uechie de .3. et .16. del medesimo Mese de Junio benche in breue per hauer alhora scritto piu

a) *Vel* facere num; *obscurius scriptum est.*

[1] Die 11. Iulii; vide tamen supra p. 588.

penamente[a], il disegno de pigliar lo assunto de Santo Hieronimo[1] piace procedendo pur ciuilmente col Rector Vechio[2], et anche rimettere[b] [?] in suo luoco il Dottor Henrico[3], et nel Collegio el Padre Luygi[4] per adesso.

Il procurar consenso delli canonjci quanto alla fundatione de Dilinga pare molto bene, et anche quanto alla casa de Augusta. Le altre cose che V. R. dice deuesi[c] [?] concludere col Cardinale del aumento dell' numero de nostri et consequentemente della intrata et casa, et anche della disciplina delli scholarj de fuora, et di quelli di Santo Hieronimo tutto pare molto bene, et percio haueriamo piu caro che restassi di la el Cardinale che se uenesse à Roma. à Nicolao Seruatio potra .V. R. dar' la absolution delli suoj uotj et mandarlo con dio honestamente quando hauera successore, mandar el Padre Conrado[5] à Vienna et il Dottor Alberto[6] à Dilinga per boni respettj non pare à nostro Padre conuenjente massime per che essendo alleuato qui detto Adalberto à spese della Maesta Cesarea è iusto serua nelli suoi paesj.

Mastro Joan Dominico et Josepho[7] se rimandaranno in Jtalia al fin della estate, et se dira doue se debbiano drizzare, quanto allo assunto del trouarsi nelli consegli dela Vniuersita de Jngolstadio[8] piu liberi sariamo se lo lasciassemo, ma per il ben del[d] vniuersita et della relligione non conuiene far mutatione, ma resistere conle rationj, et conlo essempio de altre Vniuersita et quando el Duca[9] non se contentasse se dia auiso[e] à .N. P. ma per lettere piu fresche pare intendiamo che il Duca non uol far mutatione.

De lector de philosophja et doi de humanita per Jngolstadio se hauera cura de mandarlj per questo autunno.

La mutatione del Dottor Theodoro[10] si potra fare mandandolo in Vienna, et .V. R. li dica che si è[f] fatto disegno di mandarlo la per che conuiene in quella Vniuersita in tali tempi hauer un lector ueterano[g] come lui et perito delle lingue, et cosi forse se hauera il Dottor

a) *Sic ap.;* pienamente? b) *Sic ap.; sed malim legere* di mettere *vel* il mettere. c) *Sic ap.;* deuensi? douersi? d) *A libr. antiquo correctum ex* della Vni. e) auisa *ap.* f) *Supra versum scriptum.* g) *Sequuntur vv.* per quella uniuersita, *a libr. oblitt.*

---

[1] De dilingano illo adulescentum litteris operam dantium contubernio, cui a S. Hieronymo nomen erat, per Societatis homines regendo scribit; v. supra p. 586.

[2] Cornelius Herlen a Rosenthal et collegii S. Hieronymi et totius universitatis rector erat. [3] P. Henricum Dionysium.

[4] De P. Aloysio de Mendoza Societatis collegio dilingano praeficiendo scribit; v. supra p. 586—587.

[5] Conradum Swagerium S. J., theologiae professorem dilinganum.

[6] P. Adalbertum Bauzek vel Bautek, a. 1563 Roma Vindobonam ad theologiam et mathematicam in universitate vindobonensi tradendas missum (*Can.* III 310[4]. Epp. *Nadal* II 423 426 527—529).

[7] FF. Ioannes Dominicus Facciardus et Ioseph Siculus; v. supra p. 587.

[8] Vide supra p. 569 584. [9] Albertus V. Bavariae dux.

[10] Peltani, theologiae in universitate ingolstadiensi professoris.

Zaidel per altri bisognj della Germania. Di quel Giouanni Gallo[1] ci auisi .V. R. che ne è fatto la prima uolta che se absento, et la 2ª delli libri comprati in Venetia non so che djre[2], hauemo ben scritto al Rettor di la[3] che non paghe li denarj al giordano[4] insino à tanto che se dia ragione di quella soma, è pur cosa insolita et caso molto raro, la tal perdita.

El Padre Don Luygi[5] accenna de restar mastro Gerardo[6] nella Classe de mastro Joan Domenjco[7] l'anno che uiene, ma meglio pare à .N. P. che lui cominci il Corso delle artj.

Se qui andaranno alcune lettere per Dilinga ò altra parte .V. R. lj faccia dar ricapjto etc. Di Roma li XV. de Julio [1564][a].

Una cum hac epistula, ut in ipsa significatur, Canisio missae sunt *litterae Roma 15. Iulii 1564 a *Polanco* nomine Lainii ad P. Paulum Hoffaeum datae, in quibus ille haec notat de Hermanno Fabro, ex tirocinio ordinis cartusiani (moguntino?) ad Societatem transgresso: „La dispensatione per quel Hermano si hebe quanto alla Cartusia" (ex apogr. eiusd. temp. Cod. „Germ. 1561" f. 134ᵇ).

Eodem die (15. Iulii 1564) *Polancus* nomine Lainii Roma Vindobonam ad P. Laurentium Magium S. J., collegii rectorem, *scripsit: „Al Padre Canisio si è scritto mandj il Dottor Theodoro peltano in Vienna il quale è assai stimato in Jngolstadio et con difficulta seli cauara à quelli Signori de Bauiera, è dotto nelle .3. lingue, benche de conditione è alquanto difficjle et pero è parso spediente leuarlo dj la; et alhora se potra el Dottor Zaidel mandar' altroue como lo scriuira el Padre Canisio del quale haura etiam .V. R. informatione magiore del Dottor Theodoro" (ex apogr. eiusd. temp. Cod. „Germ. 1561" f. 135ᵇ).

Canisius Lainio rescripsit 29. Iulii 1564.

1099. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu.
Augusta Vindelicorum 25. Iulii 1564.

Ex apographo litterarum Polanci, eodem tempore scripto. Cod. „Germ. 1561" f. 165.

De rebus augustanis etc.

Polancus in litterarum Roma 26. Augusti 1564 nomine Lainii ad Canisium datarum „Postscripto", quod vocamus: „Alle lettere", inquit, „de V. R. de 25. de Julio doue discurre in utramque partem sopra le cose de Augusta non accade dir altro senon che" etc. Plura vide in ipso illo Postscripto; nam Canisii epistula iam non exstat.

a) *Pol. epistulis annum ascribere solebat; atque a.* 1564 *hic supplendum esse, et res, quae scribuntur, et locus registri, in quem haec epistula transcripta est, ostendunt.*

---

[1] Nescio utrum significetur „Gallus" ille Societatis frater (Ludovicus?), qui initio a. 1564 Monachii rhetoricae studebat (v. supra p. 498[7]), an „Ioannes", qui m. Septembri a. 1563 in collegio oenipontano degebat (Epp. *Nadal* II 377), an Ioannes Holonius (de quo supra p. 513[1]). Holonius modo „Ioannes Holonius Virdunensis" (Verdun in Gallia), modo „Ioannes Verdunensis", modo „Jo. Verdunensis Gallus" vocatur (*Hansen* l. c. 348 350[1] 505 775. Catalogus collegii S. J. ingolstadiensis, manu P. *Nicolai Lanoii* rectoris [sub initium a. 1562?] scriptus, in Cod. monac. „Ies. Ing. 1359/I" f. 120ª; cf. *Mederer* l. c. IV 326); v. etiam supra p. 171.

[2] Vide supra p. 505. [3] P. Caesari Helmi.

[4] Iordano Ziletto, typographo veneto. [5] De Mendoza.

[6] Pastelius. V. supra p. 459 496 542.

[7] Facciardus Dilingae rhetoricam docuerat; v. supra p. 400[1].

1100. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu.
Augusta Vindelicorum 29. Iulii 1564.

Ex apographo epistulae Polanci eodem tempore scripto. Cod. „Epistol. Jtaliae [Praepp. Genn.] 1564. 1565" f. 140b.

Polancus mandatu Lainii Roma 12. Augusti 1564 Augustam ad Canisium scripsit: „Hieri fu riceuuta quella de V. R. de .29. del passato." Quae Canisii litterae cum iam non exstent, vide de iis Polanci, quam dixi, epistulam; hac enim Lainius Canisio respondit.

1101. **MAGDALENA**, Serva Dei, Austriae archiducissa, CANISIO.
Oeniponte m. Iulio et (ineunte medioque?) Augusto 1564.

Ex Haii litteris autographis. Cod. „G. Ep. V" f. 162b—163a.
Haii litteris usus est earumque partem germanice vulgavit *Duhr*, Jesuiten an Fürstenhöfen (cf. supra p. 219[3]) 72.

„Edmundus Hayus scotus" S. J. Oeniponte 27. Augusti 1564 Romam ad P. Ioannem de Polanco S. J. de Magdalena Ferdinandi I. caesaris filia eiusque sororibus Margarita, Barbara, Helena, Ioanna Meranam (Meran, oppidum tirolense) cum PP. Hermete Halbpaur contionatore et Ioanne Dyrsio collegii rectore profectis haec scripsit: „Nunc pestis ciuitatem ingressa, abegit reginas nostras . . . morabuntur in quadam ciuitate, quam moronum vocant, in finibus comitatus, quoad pestis in his locis sese remiserit . multum institerunt apud P. Canisium vt praeter concionatorem, qui etiam illarum confessiones accipit, haberent etiam R. P. rectorem . quod ille, ipsarum tandem precibus fatigatus, concessit."

Magdalena inter quinque illas „reginas" natu maxima erat et reliquarum quasi matrem agebat, ideoque ipsam Canisio semel atque iterum hac de re scripsisse existimo perinde atque paulo post de simili negotio Lainio scripsit; v. infra, monum. 538 540.

1102. **P. IOANNES DE POLANCO**, secretarius Societatis Iesu, mandatu Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO.
Roma 5. Augusti 1564.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine epistulae, eadem manu: „P. Canjsio"; in margine „Postscripti": „P. Canisio". Cod. „Germ. 1561" f. 144a—145b 146a.
Epistula usus esse videtur *Sacchinus*, Hist. S. J. II, l. 8, n. 101, et Can. 332.

Pro Ferdinando I. caesare, 4 collegiorum fundatore, iam mortuo singuli sacerdotes 12 missarum sacrificia, reliqui de Societate totidem precationes Deo offerre debent. Deus etiam singulariter pro Maximiliano II. imperatore est orandus. Canisius litteris consolari debet cardinalem Hosium. Qui cum collegio Societatis in Varmia incohando Canisium impetrare non possit, P. Henricum Dionysium sibi mitti cupit. Id quod et cardinali Augustano et Canisio commendatur; Dilingae autem praeesse poterunt PP. Mendoza, Darbishirus, Seidel, Peltanus. Fr. Volckerus, Dilinga abire cupiens, in Borussiam mitti poterit. Salva facultate absolvendi ab haeresi ante concessa, Germaniae provincialibus et rectoribus data est facultas hominum a peccatis in Bulla Coena reservatis solvendorum. Costeri de calice etc. scriptum. P. Augerio Payvae liber traditus non est. P. Haius Oeniponte avocabitur. Ratio solvendi pro alimentis convictorum collegii germanici. Octavianus Fugger. Ursula Veltmillera. Magdalena regina eiusque sorores. Godefridus Zott. Alumnos 4—5 in collegium germanicum mittere licet. Ex quo Andreas Stör, Canisii scriptor, dimittitur; qui, licet parum oboediens fuerit, et Delphino nuntio, et Canisio commendatur. Superintendens et scholae oenipontanae. Herbipolense collegium incohari nondum potest. P. Roseffius et alii in Italia versantes. P. Menginus fortasse in Galliam arcessetur. Num P. Cuvillonio ad Hosium, a quo amatur, ire placet?

Pax christi.

Riceuette N. P. quella di V. R. de 5.[a] et 12 del passato . et ce marauigliamo de non hauer le piu fresche benche le hauemo cercate diligentemente, ne anche de dilinga le hauemo senon uechie . prima de respondere alle predette lettere auisaro che V. R. nella sua prouincia faccia dir 12 messe ad ogni sacerdote per l' anima del Jmperatore come fundatore de 4. Collegij nostri[1] et altre tante uolte faccino [oratione][b] li fratelli secondo le costitutionj nostre[2], bisognera etiam de aparte, et seriamente pregare la diuina bonta per il successore nel imperio[3] che dio N. Signor li dia la gratia di ben gouernarlo insieme conlj altri suoi statj como conuiene per l honor et culto suo[c], nella relligione catolica, et perla salute dei subditj suoj.

Jl Cardinal Varmiense[4] desidera esser uisitato con lettere de V. R. che li causan[d] gran consolatione, et al contrario quando se interlascia tal officio non poco dispiacere .V. R. si ricordj et procuri de consolarlo, Detto Jllustrissimo Cardinal Varmiense ha fatto instantia à Nostro Padre per hauere un Collegio nel suo Vescouato questo Autunno benche per il principio dice bastara mandar 8., et per amor di esso, et per che realmente li bisogni de quel paese sono grauissimi N. P. ha giudicato non seli poter negare questo Collegio. Jl quale il buon Cardinale [uolendo][e] fundare, desidera grandemente ueder .V. R. per alcuni mesi di la[5], ma perche non pare habja speranza de ottenerlo perli impedimenti giustissimi che ui sono dimanda il Padre Dottor Henrjco Dionisio[6] de cui predicationi in Colonia ne ha hauuto[f] molto buon odore et cosi prega molto seli conceda detto .D. Henrico almeno per tener[g] [?] [insino a][h] questo aduento nella sua diocesi, et se si potessi cauare de Dilinga senza detrimento importante .N. P. è inclinato à consolare il Varmiense, et prouar quel fructo che sj potrebbe fare in quelle bande doue la lingua del detto Padre è molto propria, et cosi scriue all Jllustrissimo Cardinal de Augusta sopra de dar licentia al .D. Henrico et anche io lo scrjuo per sua commjssione a .V. R. accio se consideri se si puo questo fare pressuposto che il Padre Don Luygi[7] li ha de succedere nel Rettorato del Collegio nostro, et per quello de S. Hieronimo et della Vnjuersita se la lingua Tudesca non fussi necessaria, habiamo qui un Dottor Jnglese persona nobile et di molto

a) *A libr. correctum ex* 15. b) *Hoc vel simile v. supplendum esse ex ipsis Societatis constitutionibus intellegitur; cf. infra adnot. 2.* c) *In ap. sequitur* catolico, *oblitt.* d) *Sic vel* causano *omnino videtur corrigendum esse ex* causa, *quod est in ap.* e) *Hoc vel simile v. supplendum esse ipsa res suadet.* f) *A libr. corr. ex* hautto. g) *Sic ap.;* tenerlo? h) *Haec supplenda esse intellegitur ex Lainii litteris eodem die ad cardinalem Augustanum datis; v. infra monum. 614.*

[1] Ferdinandus I. imperator, Societatis collegiis Vindobonae, Pragae, Tyrnaviae, Oeniponte conditis, 25. Iulii 1564 Vindobonae admodum pie mortuus erat (*Turba* l. c. III 276).

[2] Constitutiones S. J. P. IV, c. 1, n. 4. Plura vide *Can.* III 353.

[3] Maximiliano II. [4] Stanislaus Hosius. [5] Vide infra monum. 613—615.

[6] Rectorem collegii S. J. dilingani. [7] De Mendoza.

buon giudicio, et che gia ha exercitato qualche dignjtà[1] ilquale se intende potrebbe far ben questo officio per quanto se potesse fare in latino, et potrebbe star à obedientia del Rettor del Collegio nostro, et se mandarebbe à spese del Cardinal Varmjense insino à Dilinga come anche il Dottor Henrico insino à Prusia. Quando ad ogni modo fosse necessario alcun Tudesco non sappiamo chj sarebbe al proposito, pensi .V. R. del Dottor Theodoro Peltano se forse sarebbe questa uia bona per leuarlo de Jngolstadio, et pur potria far anche una lectione et star à obedientia del Rector de nostro Collegio, cosi anche occorreua el Dottor Zaidel benche non essendo necessaria la lingua Tudesca piu presto lo Jnglese gia detto [potrebbe essere Rettor della Vniuersita][a], et se potrebbe far un altro se bisognasse Rectore, ò Vice Rectore per gouernare il Collegio de Santo Hieronimo. Finalmente ueda .V. R. quello che si potra fare per[b] consolare il buon Cardinal Varmjense, et diace auiso quanto prima si puo per che al fin de questo mese al piu tardo doueriano partire quelli che si hanno de mandar de Roma, et per che Erasmo[2] Saxone scrjue de trouarse male in Dilinga, et quantunque si mostra pronto alla obedientia tocca del esser mutato in praga Treuere, ò Moguntia doue l' aere è piu simile al suo natale che in Dilinga, ueda .V. R. se saria bono mandarlo anche lui in Prussia accio se djscostassi piu della Saxonia ò tuttauja retenerlo in Dilinga, et del tutto aspettaremo auiso quanto prima.

Adesso respondero alle lettere di V. R. La faculta de absoluere de casi reseruatj in Bulla cenae l ha concessa sua Santita perli Prouinciali et Rectorj delli Collegij nostri della Germania, per sacerdoti forastierj non pare si sia obtenuta secondo che mostra il testimonio del Cardinal alexandrino[3], et questa ultima gratia non solamente si estende à casi de heresia, ma etiam alli altri reseruati in Bulla cenae, et non sj è leuata la faculta che prima teneuamo quanto alli casi de heresia[4].

a) *Haec vel similia a libr. antiquo omissa esse, tum quae antecedunt, tum quae sequuntur, ostendunt.* b) *Sequitur* conseruare, *a libr. oblitteratum.*

---

[1] Hic ab *Agricola* quidem (l. c. I, Dec. 3, n. 132 133) „Thomas Barbyschius" vocatur; ipse vero a. 1563 vel 1564 P. Hieronymo Natali scripto affirmavit, se „Thomam Darbishirum" vocari, Notinghamiae (Nottingham) natum, iam annorum fere 40, sacerdotem et iuris civilis doctorem esse, episcopi londinensis cancellarium fuisse aliaque officia ecclesiastica administrasse; sed „tandem", inquit, „omnibus istis exutus, fuga vitae consulere cogebar per fidei catholicae hostes, cum quibus mihi ab ineunte aetate semper pugna gravis fuit . . Primo Maij anno Domini 1563 Rhomae fui receptus in Societatem" (Epp. *Nadal* II 586). Atque Thomam Darbyshire Edmundi Bonner, qui inter catholicos dioecesis londinensis episcopos postremus fuit et pro ecclesia mortem obiit in vinculis, nepotem, archidiaconum essexiensem (Essex), londinensis ecclesiae S. Pauli primum canonicum, deinde decanum fuisse aliunde quoque constat (Epp. *Nadal* III 185—186. *Foley,* Records [cf. supra p. 288] III 705—706). [2] Völcker.

[3] Hoc testimonium ipsis hisce litteris subiungetur.

[4] Haec omnibus Societatis sacerdotibus (non superioribus tantum) a praeposito generali tribui poterat; v. supra p. 492 533.

Jl scrjtto delli Colonjensi sopra lj doi articoli[1] forse si mandara qui accio possa dir il suo parere .V. R. sopra quello.

Jl Padre Emundo[2] non ha riceuuto in Lione quel libro[a] del Payua[3] mandato da V. R. ne anche un altro mandato da noi de Roma, ne un altro mandato de Venetia, almeno alli .18. de Julio non lj haueua riceuuti, non so se dopoi li riceuera, et spero che si, leuandosi il Padre Emundo[4] de Jspruc si uedera de mandar buona riconpensa perche realmente in altri luoghi, et de altro officio pare l' opera sua sara de piu importanza peril seruitio djujno.

La regola che V. R. dice perli Tudeschj che pagano[5] le sue spese penso mandaro conla presente, quel pagare tre mesi anticipatj piupresto pare cosa de consuetudine che de regola.

Quanto à octauiano[6] si hauera cura che non sia troppo largo nel spendere.

La patente perla uedoua benefatrice[7] forse andera col primo spaccio che non uadi per uia de uenetia per che li porti son grauj.

Della affectione delle Serenissime Regine, et specialmente della magiore[8] uerso la Compagnia nostra siamo informatj, et non si mancara secondo il nostro debito di ricommandarle à Dio .N. Signor.

Jl figliolo[9] del Dottor Soto sera riceuuto uolontierj, et di quelli che non hanno il modo de farsi le spese scrissi à .V. R. che si potrebbono mandar .3. adesso li dico che sino à 4 . o, cinque potranno mandarsi pur che siano de boni ingegnj, et de bona indole quanto alla uirtu, et quanto si potra auanzati nelle lettere, almeno siano atti per la Retorica ò per cominciare il Corso[10], Se rimandano alcunj in Germania in fra li quali etiam sera uno Andrea stor[11] amanuense de .V. R. ilqual da se stesso ha dimandato licentia, et inuero seli da non troppo mal uolontierj, per che si è mostrato assai contumace, et poco obediente nel Collegio, tuttauia procuramo de mandarlo con quel testimonio bono che si puo, et con ricommandatione al nuntio Apostolico[12] che li dia ajuto se[b] hauera qualche cosa perle mani non curata[13] accio possa finire li suoi studij, Seli da etiam Viatico per tornare, V. R. ueda l' aiuto Che li potra dare, et non li dica che ha receuuto

a) *Sequitur* Tudes, *a libr. oblitt.* b) *Sequuntur vv.* ua come *vel similia, a libr. oblitt.*

---

[1] P. Francisci Costeri de communione sub utraque specie et de coniugio sacerdotum scriptum; v. supra p. 549.

[2] Auger S. J. [3] Orthodoxas Explicationes. [4] Hay S. J.

[5] Pro collegii germanici convictoribus; v. supra p. 581. [6] Fugger.

[7] Litterae communicationis bonorum spiritualium Societatis, Ursulae Veltmillerae concessae; v. supra p. 581[5]. [8] Magdalenae.

[9] Godefridus Zott, quem pater in collegium germanicum mittere volebat convictorem. [10] Philosophiam.

[11] De hoc v. *Can.* III 234 235 674—676. [12] Zachariae Delphino.

[13] Si vacaret beneficium aliquod ecclesiasticum, quocum cura animarum coniuncta non esset, et cuius collatio (ob „mensem papalem“ vel aliam rationem) penes nuntium esset.

informatione troppo male[a] [?] contro di luj[b]. — — — — alqual[1] non pare espediente se mandj superintendente[2] per che meglio si crede fara senza hauer la[c] [?], del comjnciar lj la Classe delli Abecedarij, et lasciar la lectione dialectica sta bene.

De cominciar Collegio in Erbipoli questo anno non pare cosa possibile essendoui tanti altrj assumpti, mastro Giorgio Fabro, et mastro Gregorio[3] germano stanno assai bene de sanita in Roma, et non troppo male stefano Ljberjo benche fuora de Roma accio ricuperi forze in Tiuoli. Si uedera se si potra dar lector de greco per Jspruc massime se si leua di la el Padre Georgio[4].

Del buon stato del Collegio Monachiense ci rallegramo, et quantunque sia[d] bene occupato il Padre Dominico[5] conlj nouitij, è pur da considerar si per il bisogno quasi estremo che hauemo in Francia, se potessi mandar un altro in suo luoco, et leuarlo dj la.

La inclusa per Treuere si ricommanda molto à .V. R. nelle cui orationi et sacrificij .N. P. P. et li altri tuttj molto ci ricommandiamo . de Roma li .5. de Agosto 1564.

Poi che[e] si è pensato de mandar fra laltri al Cardinal Varmiense el Padre Doctor Couillon .V. R. li dimandi come andara uolontierj chè gia sa che il Cardinal li è amico[6].

Una cum hac epistula Polancus Canisio vel misit vel saltem mittere voluit (v. infra p. 613) exemplum *litterarum, quas huc transcribo ex apographo saeculo XVI. Romae in domo professa S. J. scripto (Cod. „Decreta et Instructi. 1540 ad 1573" f. 244^{a}): „Nos Michael Ghislerius Tituli sanctae Mariae super Mineruam .S. R. E. Presbyter Cardinalis Alexandrinus Nuncupatus ac contra haereticam prauitatem a sede Apostolica supremus inquisitor specialiter deputatus fidem facimus, et attestamur, quod Sanctissimus Dominus Noster D. Pius[f] dijujna prouidentia Papa IIIj nobis proponentibus Viuae uocis oraculo concessit Praeposito Generali Societatis Jesu ut praepositos Prouinciales ac Rectores Collegiorum eiusdem Societatis in Regnis, et Prouincijs Germaniae commorantes[g] quos ipse[h] pro tempore nominauerit constituere possit confessarios cum facultate absoluendj ab omnibus et singulis casibus etiam in Bulla Caenae Domini reseruatis [, praeterquam ab excommunicatione ab homine lata quando persona est specialiter et nominatim excommunicata,][i] [?] in foro conscientiae tantum quascumque utriusque sexus personas salu-

a) *Sic ap.; corrigendum videtur* mala. b) *Hic in ap. spatium, quod paene duos versus aequat, vacuum relictum est; sequitur* alqual *etc., ut supra. Ceterum v. infra adnot. 1 huius pag.* c) *Sic ap.; sed corrigendum esse videtur* lo. d) *Vel* sta; *nam alterum ex altero correctum est.* e) *In ap. sequuntur vv.* il Padre Couillon; *sed, quae proxime post* Varmiense *sequuntur, vv. illa librario oblitteranda fuisse ostendunt.* f) *Sequuntur vv.* Papa IIIJ, *a libr. oblitt.* g) *Sequitur* ut, *a libr. oblitt.* h) *Sequitur* nominaret, *a libr. oblitt.* i) *Haec vv. vel prorsus similia supplenda esse conicio ex harum litterarum „regesto" vel brevi summa, quae exstat in libro (apud bibliopolas non veniali) „Synopsis Actorum S. Sedis in causa Societatis Iesu 1540—1605", Florentiae 1887, 35—36. Cf. etiam infra adnot. c p. 602.*

[1] P. Ioannem Dyrsium, collegii oenipontani rectorem, significari, ex iis, quae Polancus de schola elementaria addit, intellegitur; cf. supra p. 582. Ceterum, quae hic a librario antiquo omissa sunt, ab iis multum discrepare non puto, quae 8. Augusti 1564 a Polanco ad Dyrsium scripta exstant infra monum. 537.

[2] De officio „superintendentis" in Societate olim usurpato v. *Can.* III 260[1].

[3] Roseffius. [4] Crispus. [5] Menginus, lotharingus (*Can.* II 151[3]).

[6] Hosius Tridenti tempore concilii (a. 1562) cum Cuvillonio egerat (*Can.* III 408 433—434 476 495[2] 737—738).

tarj poenitentia ad ipsorum arbitrium imposita[a], in quorum fidem has patentes literas manu nostra subscriptas ac sigillo nostro consueto munitas dedimus Romae in[b] domo nostrae solite residentiae anno Domini [MDLXIIIJ][c] die [XXIII][d] mensis Julij[e] Praefati Patris ac Sanctissimi D. N. Pij Papae IIIJ[f] anno .V."

Praeterea cum his litteris Augustam ad Canisium missa est *epistula a *Polanco* nomine Lainii Roma 5. Augusti 1564 ad P. Henricum Dionysium, collegii Societatis dilingani rectorem, data, in qua ille de Erasmo illo Volckero scribit: „Salutet .R. V. seorsum magistrum Erasmum cuius litteras accepimus dilingae scriptas, et bono animo ipsum esse iubeat; memores quidem erjmus ipsius, et si loci mutatio erit necessaria non ei negabjtur, sed ea de re cum Patre Prouinciali agetur" (ex apogr. eiusd. temp. Cod. „Germ. 1561" f. 143[b]).

Missa est etiam *epistula ab eodem *Polanco* mandatu Lainii ad P. Ludovicum de Mendoza S. J., cardinalis Ottonis confessarium, data, in qua Polancus de Fr. Christophoro Roseto, paulo ante ex Italia Dilingam misso, monet: „Circa christophoro mandato de Roma, se parera espediente mandarlo à Monachio, nostro Padre se rimette al Padre Prouinciale, aduertasi pero che ha li parentj hereticj. Per il Collegio nostro de Dilinga .V. R. ha de restar per Rettore come gia si è scrjtto" (ex apogr. eiusd. temp. Cod. „Germ. 1561" f. 142[b]—143[a]).

Canisius Lainio respondisse videtur 18. Augusti 1564.

1103. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu.
Augusta Vindelicorum 5. Augusti 1564.

Ex epistulae Polanci apographo eodem tempore scripto. Cod. „Germ. 1561" f. 164[b].

Polancus nomine Lainii Roma 26. Augusti 1564 Augustam ad Canisium scripsit: „Si è riceuuta la lettera de .V. R. de .5. del presente." *Quae litterae quoniam perierunt, vide de iisdem Polanci, quam dixi, epistulam; hac enim Lainius Canisio respondit. Cf. etiam infra p. 609.*

Dubitari non potest, quin Canisius una cum suis litteris Romam miserit *epistulam Augusta 5. Augusti 1564 a P. *Ioanne Cuvillonio* S. J. ad Lainium datam, quae adhuc exstat autographa (Cod. „G. Ep. V." f. 143 144). In ea autem Cuvillonius haec, praeter alia (v. supra p. 516[2] 519[12]), refert: Ad Bavariam inferiorem contionibus et aliis sacris ministeriis excolendam (v. supra p. 516) se et P. Georgium Schorichium 5. Maii 1564 profectos esse; brevi post secutos esse PP. Martinum Stevordianum et Theobaldum Stotz; duos quoque sacerdotes saeculares operam contulisse. Vilshovii P. Schorichius et ego „apud ecclesiae collegiatae eiusdem vrbis praepositum[1] sic ipso nos orante tribus fere mensibus mansimus". Cum autem iam paene „sesquimensem" Vilshovii fuissemus, allatum est mandatum Alberti V. ducis, quo monasteria Vilshovio „circumiacentia" visitare iubebamur; itaque 14 visitavimus monasteria, quae erant Canonicorum regularium S. Augustini, Cisterciensium, Benedictinorum, Praemonstratensium. „In omnibus exceptis tribus aut quattuor miseranda facies conspici poterat, aut abbas et praepositus soli erant, aut secum alterum habebant monachum, tum vita nihil minus quam religiosa, scholae monasteriorum aut nullae erant, aut magistros habebant Lutheranos." Addit Cuvillonius, post aliquod tempus iterum eiusmodi sacram expeditionem susceptum iri.

Cuvillonius monasteriorum nomina non posuit; ex quorum numero fuisse canoniam praemonstratensem Osterhofen satis certum est; visitatas esse praeterea conicio

a) *Sequuntur vv.* uel ex, *a libr. oblitt.* b) *Sequuntur 2 vv. oblitterata, quae legere non potui.* c) *Hunc annum supplendum esse et ex his Polanci litteris et ex „Synopsi" (v. supra adnot. i p. 601) patet. In ap.* MDLIIIJ *scriptum, deinde oblitteratum est.* d) *Suppletum ex Syn.; in ap. lacuna est.* e) *Sequitur* 1564, *oblitt.* f) *Sequuntur vv.* Anno Ponti., *oblitt.*

[1] Huic nomen fuisse Michaëli Harer intellegitur ex *Relatione quadam ipso hoc mense a *Ioanne Pfister* canonico frisingensi scripta, quae exstat Monachii in archivo regni bavarici, „Freising. Hochst. Lit. III C/1 204" n. 50.

has canonias canonicorum regularium ordinis S. Augustini: Ransbofen, Reichersperg, Suben, et monasteria benedictina: Aspach, Niederaltaich, Vornbach, et cisterciensia: Aldersbach, Fürstenzell. Monasteria Bavariae ea aetate misere iacuisse confirmatur monumentis „visitationum" annis 1558 et 1559 habitarum, quibus usi sunt S. Sugenheim, Baierns Kirchen- und Volks-Zustände im sechszehnten Jahrhundert, Giessen 1842, 53—55; *Knöpfler* l. c. 56—57; *J. Hollweck*, Zur Geschichte des bayerischen Schulwesens im 16. Jahrhundert, in „Historisch-politische Blätter für das katholische Deutschland" CXIV, München 1894, 718—749. *Felicianus Ninguarda* O. Pr., nuntius per Germaniam apostolicus, in relatione „de visitatione et reformatione" episcopatus passaviensis sub a. 1583 scripta affirmavit: In eodem „multa existunt monasteria Benedictinorum et Canonicorum regularium in quorum plurimis et notorius concubinatus viget et circa fidem religionemque varia emergunt scandala" (*Bruno Albers* O. S. B., Aus Vaticanischen Archiven, in „Studien und Mittheilungen aus dem Benedictiner- und dem Cistercienser-Orden" XXI, Brünn 1900, 198). Ceterum ne tunc quidem a Bavariae monasteriis pietas vel doctrina prorsus aberant; v. *Knöpfler* l. c.; *Janssen* l. c. V 217; *K. Schrödl*, Passavia sacra, Passau 1879, 398—402.

1104. CANISIUS **IOANNI FRANCISCO COMMENDONO**, episcopo Zacynthi, apostolico in Polonia nuntio.

Augusta Vindelicorum sub 8. Augusti 1564.

Ex Canisii ad Hosium epistula archetypa, de qua vide infra n. 1131.

Canisius Augusta 20. Septembris 1564 haec scripsit ad Stanislaum cardinalem Hosium, litteras „prolixas" Augusta 8. Augusti 1564 ad eundem a se datas (quas vide infra p. 605) commemorans: „Scripsi nuper et prolixe quidem de statu rerum, simulque literas adiunxi proprias ad Reuerendissimum meum D. Commendonum." Quae Canisii ad Commendonum litterae num adhuc exstent ignoro.

1105. CANISIUS CARDINALI **STANISLAO HOSIO**, episcopo principi varmiensi.

Augusta Vindelicorum 8. Augusti 1564.

Ex archetypo (4½ pp.) ipsius Canisii manu subscripto, quod exstat Gothae in bibliotheca ducum saxo-gothanorum, Cod. 384 f. 23—26.

Epistulam ex archetypo primus evulgavit *Cyprianus* l. c. 34—38; ex quo particulam posuit *A. Eichhorn*, Der ermländische Bischof Martin Kromer, in „Zeitschrift für die Geschichte und Alterthumskunde Ermlands" IV, Braunsberg 1869, 46 [5], partes epistulae germanice versas posuerunt *Riess* l. c. 329 [3] 331, *Drews* l. c. 118 ad 119, *Karl Hartmann*, Der Prozess gegen die protestantischen Landstände in Bayern unter Herzog Albrecht V. 1564, München 1904, 226, *Soffner* l. c. 81 [1]. Epistula usi sunt *Eichhorn*, Hosius II 176, et *Janssen* l. c. IV 458—459.

Praefatio editoris: In priore harum litterarum parte de Alberti V. Bavariae ducis in coërcendis protestantibus severitate et de „conspiratione" in eum facta aliqua significantur obscurius, quam ut ita facile intellegi possint. Quare haec praefari velim: Albertus dux — iure usus, quod ipsa illa „pace religionis augustana" a. 1555 ei tributum erat — identidem professus erat, se catholica tantum sacra in Bavaria fieri permittere. At aliqui ex Bavariae nobilitate, inter quos praecipui fere erant Ioachim comes ab Ortenburg, Wolfgangus Theodoricus de Maxlrain, Achatius a Laiming, Pancratius a Freyberg, Oswaldus ab Eck, protestantismum invito duce et vi adhibita in regiones suas inducere statuerunt. Inprimis autem Comes Ortenburgensis Ioannem Fridericum Coelestinum, qui ex Franciscano Lutheranorum minister hagensis (Haag) effectus erat, Ortenburgi primum Lutheranorum „parochum" instituit (*Riezler* l. c. IV 526; *W. Geyer*, Graf Ladislaus von Fraunberg, in „Beiträge zur bayerischen Kirchengeschichte", herausgeg. v. *Th. Kolde*, I, Erlangen 1895, 213). Coelestinus, comite iuvante, tum libellis disseminatis, tum nuntiis circummissis vallium danubianae, rottanae (Rott), vilsanae (Vils) incolas induxit,

ut ducis sui et praecepta et milites neglegentes, catervatim armati Ortenburgum excurrerent et, iureiurando etiam interposito, sponderent, se in posterum neque missam audituros neque eucharistiam aliter quam protestantium ritu sumpturos esse (*Aretin* l. c. 132—133). Contionatorem Lutheranorum in comitatu ortenburgensi sub m. Martium 1564 agere coepit Thomas Rorer (Rhörer) ingolstadiensis, ex canonia ordinis praemonstratensis windbergensi (Windberg, in Bavaria inferiore), ut ipse fassus est, ad Lutheri castra transgressus et minister rennertshovensis (Rhenhartzhoven, nunc Rennertshofen, in Suebia bavarica) effectus (*J. G. Schelhorn,* Ergötzlichkeiten aus der Kirchenhistorie und Literatur III, Ulm und Leipzig 1764, 960—979). Atque comitatum ortenburgensem, quem ducatus Bavariae continebat potius quam „attingebat“ [1] (nunc provinciae vel „circuli“ Bavariae inferioris), ipse quidem Ioachim comes soli imperatori, non Bavariae duci subiectum esse asserebat; at dux contra dicebat, et eo tempore sub iudice lis erat; praeterea comes complures alias possessiones habebat, quas ne ipse quidem negabat duci esse subiectas (*Aretin* l. c. 133 134). Et hoc quoque pace religionis augustana graviter interdictum erat, ne quis imperii ordo (princeps, civitas libera etc.) homines aliorum ordinum ditioni subiectos in rebus ad religionem spectantibus turbaret. Comes autem, cum Alberto duci „homagium“ sive sacramentum, quod patronis dicitur, dixisset, homines ducis imperio subiectos adversus ipsum incitaverat. Albertus V. igitur ineunte a. 1564 arces ortenburgensem et neoortenburgensem, iure usus per antiqua diplomata sibi concesso, vi aperiendas curavit; atque cum m. Maio 1564 arcem maticoviensem (Mattigkofen), quae et ipsa comitis ortenburgensis erat, occupasset, ex plurimis nobilium tum bavarorum tum externorum atque etiam ministrorum protestantium epistulis ibi repertis intellectum est, bavaros illos nobiles tum inter se tum cum externis in vim Alberto duci afferendam atque in catholicam religionem ex Bavaria exstirpandam coniurasse. Suspicio etiam esse coepit — ne nunc quidem de facto constat — Ortenburgium cum Guilielmo Grumbachio capite illo equitum rebellium (v. supra p. 362[3]) adversus ducem conspirasse (*Goetz*, Beiträge 296 308—311. *Aretin* l. c. 131—132. Optime *Hartmann* l. c. 102 230—234). Quare m. Iunio 1564 a duce nobiles magistratusque plus 50 Monachium arcessiti et causae iudices constituti sunt; qui illos „crimen laesae maiestatis“ commisisse iudicarunt, duci tamen, ut clementer cum eis ageret, commendarunt (*Hartmann* l. c. 109). Aliqui igitur Monachii in turrem falconum, in quam proditores et perduelles includi solebant, coniecti, alii aliter custoditi; Ortenburgii arces ademptae, donec ille a. 1566 ducis veniam certis cum condicionibus impetravit; omnes in rebus religionem spectantibus duci morem gerere coacti, nonnulli severius habiti sunt (*Aretin* l. c. 131—141. *Janssen* l. c. IV 455—458. *Riezler* l. c. IV 523—532. *Knöpfler* l. c. 150—153. *Hartmann* l. c. 96—99 152—205. *Joh. Ferd. Huschberg,* Geschichte des herzoglichen und gräflichen Gesammt-Hauses Ortenburg, Sulzbach 1828, 373—399).

Facere non possum, quin hoc loco alteram quoque difficultatem, quae in altera harum litterarum parte occurrit, commemorem et quasi praeveniam. Constat, Calvinum 27. Maii 1564 Genevae placide — quod ad externam quidem hominis speciem attinet — mortem obisse. At Canisius in his litteris: „De Caluini morte“, inquit, „Herodiana legimus“ [2]; eum, vermibus et pediculis ipsius carnem corrodentibus, desperabundum horrenda morte exstinctum esse. Neque tamen Canisius haec confinxit. Alii similia legerunt vel audierunt.

---

[1] Hoc verbo Canisius, ubi in his litteris de hoc comitatu scripsit, usus est.

[2] Herodem „infanticidam“ praeter alios morbos putredo quaedam, ex qua vermes oriebantur, exstinxit (*Flavius Iosephus*, Antiquitates Iudaicae l. 17, c. 6, n. 5). Herodes Agrippa, occisor Iacobi maioris apostoli, „consumptus a vermibus“ („*γενόμενος σκωληκόβρωτος*“) „expiravit“ (Act 12, 23). Quos vermes fuisse pediculos (Laüse) dixerunt aliqui, ut *Cornelius a Lapide* S. J., Commentaria in Acta Apostolorum, Antverpiae 1647, 222.

Antonius Sarron, qui Perrenotio de Chantonney, Philippi II. Hispaniarum regis apud Carolum IX. Galliae regem oratori, ab epistulis erat, Lugduno 16. Iunii 1564 rettulit: „Calvin mourut le jour de la Feste-Dieu. Aulcuns ont dit qu'il mourut enraigé, et qu'il fut lyé deux jours en ung poteau, et qu'il se mangeait les mains, mais aultres dient, qu'il n'en est riens“: Mémoires de Condé, ou Recueil pour servir à l'Histoire de France etc. II, A la Haye 1743, 204. *Laurentius Surius* O. Cart. asserit, Calvinum mortuum esse „diuina maiestate in illum per extremae vilitatis vermiculos animaduertente. Obijt enim morbo pediculari“ (Commentarius brevis rerum in orbe gestarum, Coloniae 1586, 742). Quae Surii verba *Raynaldus* in „Annales Ecclesiasticos“ transcripsit (l. c. in a. 1564, n. 60). Apud Lutheranos quoque haec circumferebantur; ut cum Iulio duci brunsvicensi († 1589) ab universitatis helmstadianae facultate theologica traditum est scriptum, quo asserebatur, Calvinum a pediculis corrosum vita cessisse (*C. A. Wilkens*, Tilemann Hesshusius, Leipzig 1860, 245); et aliquanto post *Conradus Schlüsselburg*, lutheranus ille „superintendens“ raceburgensis et „Megapolensium Ecclesiarum generalis Inspector“, narravit; „Deus manu sua potenti, adeo hunc Haereticum percussit, vt desperata salute, Daemonibus inuocatis iurans, execrans et blasphemans, miserrime animam malignam exhalarit. Obijt autem Caluinus morbo pediculari, vermibus circa pudenda, in apostemate, seu vlcere foetentissimo crescentibus, ita vt nullus assistentium, foetorem amplius ferre posset“ : Theologiae Calvinistarum Liber secundus, Francofurti 1592, 72. Neque id ita mirum videri debet. Ea enim aetate Catholici de Lutheranis et Calvinianis, Lutherani de Catholicis et Calvinianis, Calviniani de Catholicis et Lutheranis sic agere consueverant: Cum quis ex adversariis insignioribus diem obisset supremum, eum in morte desperasse, mugivisse ut taurum, foetorem horrendum exhalasse, sagittis hastisque igneis a daemone confossum subito perisse etc. spargebant; ita de Hieronymo Emsero catholico, Ioanne Oecolampadio zwingliano, aliis multis Martinus Lutherus; ita de Iacobo Latomo catholico Philippus Melanchthon; plurima alia huiusmodi facta collegit *Nic. Paulus*, Luthers Lebensende, Freiburg i. Br. 1898, 1—66.

Canisius collegia visitavit, ut concilii tridentini (quod in Germania non promulgatur) praescripto satisfaceret. Albertus V. Bavariae dux nobiles, qui in ipsum Lutheranismi inducendi gratia conspiraverant, in vincula coniecit, comitis Ortenburgensis arcem occupavit, contionatores lutheranos expulit. Eodem auctore quattuor de Societate Bavariae inferiori, ubi parochiae et monasteria pessime administrantur ac plerique sub neutra specie communionem in missa sumere volunt, operam navant; libri pravi auferuntur, boni importantur. Communio sub utraque, in Austriam inducta, a Bohemiae clero non admittitur. Ex qua communione vix boni quicquam consequetur. Synodus salisburgensis. Ferdinandi I. caesaris mors. Spes de Maximiliano II. Pflugio mortuo elector Saxoniae episcopatum naumburgensem occupavit. Nuntiatum est, Calvinum pediculis corrosum et desperantem interisse. Hosii liberalitas. Delectati sunt Otto cardinalis, Eckius cancellarius, alii rebus, quae ab Hosio, boni pastoris officio fungente, cum Braunsbergensibus acta sunt. Canisius Hosio, Socios in Varmiam arcessenti, operam et ipse ibidem praestare paratus est. P. Henricus Dionysius. Disputatio adversus Schmidelinum ingolstadiana. Staphylus.

† Pax Christi. Illustriss. Domine Patrone.

Cum mihi nunciatum est, D. Cromerum discessisse Vienna[1], constituere apud me non potuj, qua ratione literas isthuc commode destinarem. Sed quia Romanj patres ut scribam admonent, tentabo sane non expectato diutius cliente aut familiarj, quam ab amplitudine

[1] Martinus Cromer iam diu sua apud Ferdinandum I. imperatorem legatione levari cupiebat; cui, si non paulo ante, certe Ferdinando 25. Iulii 1564 mortuo Vindobona in Poloniam abire contigit (*Eichhorn*, Kromer l. c. IV 79—81).

tua huc mittendum esse arbitrabar. Fuj aliquantisper Oeniponti, apud nostros etiam uixi Monachij et Ingolstadij, sicut antea Dillingae ob nouum constitutum illic e nostris collegium haesi, ut proinde ad tempus reliquerim Augustanam cathedram, ad quam his ego diebus me recepj. Etsi enim quae sacrum concilium Tridentinum nuper decreuit, ea ne promulgentur quidem usquam in Germania, sed neque in Italia, ut audio: tamen studemus obseruare, quemadmodum patres optime statuerunt, ut conuentus et societates hominum religiosorum, qui apud nos sunt, subinde uisitentur, et a suis superioribus coram officij suj admoneantur[1]. Auspicabor autem a principe Bauariae[2], qui, si ullus alius, in Germania tuetur Catholicismum, et Lutheranis ob id inuisus est maxime, quod nouatores in sua ditione comprimit, sectarios excedere iubet, et primarios ex nobilitate uiros in uinculis tenet. Hi non ita pridem Religionis ergo aduersus principem ipsum conspiratione facta, nescio quas turbas concitare moliebantur. Sed patefacta est haec proditio, quam animo conceperant hostes primum Ecclesiae, deinde principis suj: quj examinata causa, crimen confessj sunt publice, et quam supplices petebant ueniam, non impetrarunt, coniectj statim in eum[a] carcerem, qui proprius est hominum sceleratorum. Incertum an uitae periculum euasuri sint perfidj homines: certe proposita in nobilibus paucis seueritas permultis metum injjcit, et Bauaros in Religionis officio diligentiores facit.

Comes ab Ortenburg Bauariae fines attingit ditione sua, qui mutata Religione concionatorem Lutheranum rusticis dederat: ad hunc audiendum turmatim uicinis e pagis plaerique confluebant, nimirum doctrinae nouae, quae carnalis est, lenocinijs blandisque promissis delectatj. Princeps comprehendj iussit concionatores huiusmodj duos, accepta ab illis etiam iuramentj fide, ut Bauariam hoc loco perturbare cessarent. Arcem deinde comitis occupauit. Cuj optimo principj nostras operas denegare non potuimus, cum postularet quatuor e nostris in Bauariam inferiorem Theologos et concionatores mittj[3], ut sanarent corruptos in fide vulgj animos, eosque restituerent Ecclesiae matrj, a qua multj ad exemplum finitimae Austriae se ipsi segregauerant[4]. Ergo pergunt nostrj docendo Bauaris prodesse, iamque ad sacra Missae mysteria paulatim redit populus, et falsas de pietate opiniones magis magisque deponit, tum monasteria et scholae uisitantur, Episcopo[5]

a) *Hoc v. a Can. ipso ascriptum est.*

---

[1] Concilium tridentinum „superioribus" regularibus praeceperat, ut „visitationes" „suis temporibus facerent", in iisque „omnem curam et diligentiam adhiberent", ut a votis praeceptisque religiosis, „communi vita, victu ac vestitu" „non recederetur": Sessio XXV, De Reg. et Mon. c. 1.

[2] Vide, quae de his Alberti V. rebus in harum litterarum „praefatione" dicuntur.

[3] Missi sunt (Vilshovium, Pfarrkirchium, Landaviam etc.) PP. Georgius Schorichius, Martinus Stevordianus, Ioannes Cuvillonius, Theobaldus Stotz (cf. supra p. 519—520). De quorum laboribus plura dicentur infra ep. n. 1156.

[4] Iud 19. [5] Urbano a Trennbach, episcopo passaviensi.

quidem annuente. Nunc scribitur, parochos ut plurimum indoctos, monachos circa cultum diuinum negligentes admodum, plaerosque in legendis haereticorum libris occupatos, sacerdotes in excipiendis confitentium peccatis supra modum ineptos reperirj, ut aliquando [1] ne formam quidem absoluendj proferre norint. In popularibus uariae opiniones et sectae uigent. Inter octo millia plebeiorum inuentj sunt 340, unius speciej communione sacra contentj, duplicem uero speciem postularunt 101: sed eorum quj neque sub una neque duplicj specie communionem in Missa expeterent, 2281. sese nostris obtulerunt. Quos offenderunt haereticorum libros apud sacerdotes, eos tum confringendos, tum exurendos curarunt: nunc inuehuntur librj Catholicorum a nobis designatj [2], ut norint miserj pastores errantem gregem rectius pascere, seque et alios in sana Ecclesiae doctrina confirmare.

Haec de principe Bauarico. Non libet porro de calice in Austriam [a] [?] aperte porrecto, et Viennae publicato [3] dicere: quae res catholicos animos magis [b] offenderet, nisi Pont. max. authoritas accessisset. Sed credo hac de re isthuc ex urbe perscriptum esse: ut repetitione mea opus non sit apud sapientem. Boemicum clerum laudo, qui concessionem oblatam respuit, et expedire non putauit, calicis usum in suas Ecclesias inuehj: quodsi quidam catholicorum calicem expetant, hos iubent ad Ecclesias Hussiticas ire, bibendj calicis gratia [4]. Salisburgae modo celebratur conuentus procerum Ecclesiasticorum [5], et uix caverj poterit, ut opinantur, quin permittatur etiam Bauaris usus calicis, ob eandem quam dixi Pontificis Max. concessionem. Faxit Dominus ut hac ratione sanentur aegrj, et nouatorum seditiosi conatus minime confirmentur. Facilius fuerit praescribere, quam obtinere conditiones in sumendo calice necessarias.

Requiescat in Sancta pace Catholicus Imperator [6], de cuius morte nihil dubito, quin cognouerit celsitudo tua. Reliquum est ut bene precemur successorj D. Maximiliano Caesarj, ut paternae pietatis insistat uestigijs, et rem catholicam catholicus perpetuo tueatur. Bene illi cum Pont. Max. conuenire gaudemus. De Numburgensj Episcopo .D. Iulio illud cognouimus, quod ex hac uita et ipse migrarit: sit

a) *Sic arch.; quod corrigendum esse videtur* Austria. b) *A Can. corr. ex* minus.

---

[1] *Drews* in hac relatione germanice a se versa hoc verbum omisit (l. c. 118).

[2] Cf. infra p. 616. [3] Vide supra p. 590.

[4] Hac de re ex Bohemia ad Canisium vel eius amicos recte relatum esse non existimo; nam Antonius Brus archiepiscopus pragensis in litteris de hoc negotio ad Iulium Pflugium episcopum naumburgensem datis (apud *Cyprianum* l. c. 18—25) hoc cleri consultum non memorat; ac clerus catholicus Bohemiae communionem sub utraque in suas ecclesias admisit; v. *Ant. Frind*, Urkunden über die Bewilligung des Laienkelchs in Böhmen unter Kaiser Ferdinand I., in „Abhandlungen der königl. böhmischen Gesellschaft der Wissenschaften vom Jahre 1873“ 6. Folge, VI. Bd., Prag 1874, 10—42.

[5] Synodus haec provincialis, ab archiepiscopo in d. 2. Augusti 1564 indicta, die 6. Augusti in 28. dilata est; v. supra p. 590[2]. [6] Ferdinandus I.

Christus illius animae propitius: quodque Saxoniae princeps Elector occuparit Ecclesiam: nimirum ut has etiam Catholicorum reliquias Christus amittat, et nullus extet[a] Episcopus, ubj nouum regnat idolum[1].

De Caluini morte, ut sic dicam, Herodiana legimus, quod mensibus aliquot miser homo cum uarijs et laetalibus morbis grauiter conflixerit, et postremo uermibus et pediculis infoelicem carnem corrodentibus resistere non potuerit: sic desperabundus et praesentj ultione iratj Dej percussus uitam doctrinamque perditam horrendo fine conclusit[2], cuius memoria est eritque semper in maledictione[3].

Accepi tandem, priusquam has absoluerem, quae misit ad me et Illustr: Cardinalem nostrum[4] Celsitudo tua. Ingentes ago gratias de adiunctis duobus aureis. Habent nunc Antuerpiae quod misi confessionis opus correctum, et nouam praeterea quae nobis allata est eiusdem operis accessionem. Commendauj causam D. Henrico[5], nec dubito, quin aduigilabit ille, ut satis fiat tuae pietatis expectationj. In me nulla futura mora est, ubicunque tali ac tanto patrono possum gratificarj. Vidimus Acta Braunspergensia[6], et singulares egimus gratias diuinae bonitatj, quae nobis ob oculos statuit veterum illorum Episcoporum exemplum, qui nihil non curae et operae et diligentiae adhibebant, errantes ut oues[7] in suum ouile reuocarent, suasque ut

a) *A Can. corr. ex* extat.

---

[1] Iulio de Pflug, episcopo et principe naumburgensi, cuius terra electoratu saxonico continebatur et in Augusti Saxoniae electoris tutela et patrocinio erat, mortuo Augustus, pacem religionis et litteras a Ferdinando I. a. 1559 ad episcopatum illum defendendum datas violans, urbem arcemque citziensem (Zeitz), ubi novus episcopus eligendus erat, praesidiis occupavit atque ita tandem effecit, ut canonici 25. Septembris 1564 ipsius filium Alexandrum, hominem 11 fere annorum eumque lutheranum, sibi „postularent" episcopum (*Ritter* l. c. I 192—194). Atque haec quidem certa sunt; Pflugium autem reapse ante 8. Augusti 1564 iam esse mortuum certo affirmare non audeo; nam omnes, quotquot vidi, scriptores eum initio (d. 2. vel 3.) Septembris e vita cessisse asserunt (*Häberlin* l. c. VI 96; *Gams* l. c. 296; *E. Fr. Mooyer*, Onomastikon Chronographikon Hierarchiae Germanicae, Minden 1854, 74; *Fr. W. Ebeling*, Die deutschen Bischöfe bis zum Ende des sechszehnten Jahrhunderts II, Leipzig 1858, 323; *Weber*, Pflug, in „Kirchenlexikon" IX 1982).

[2] Canisius ad haec narranda falsis quibusdam rumoribus adductus est; vide quae ipsis hisce litteris praefatus sum. [3] Eccli 41, 12. [4] Ottonem Truchsess.

[5] Dunghen, canonico antverpiensi; v. supra p. 583.

[6] Braunsbergae (Braunsberg), quae inter urbes sub civilem episcoporum varmiensium iurisdictionem subiectas praecipua erat, haud pauci ex primoribus novas illas doctrinas secuti inde ab aliquot annis vel ab eucharistiae communione omnino se segregaverant vel eam extra urbem sub utraque specie sumpserant. Quare Hosius paulo postquam ex concilio rediit, urbem petiit atque institutionibus et exhortationibus tum publicis tum privatis id tandem effecit, ut omnes communionem paschalem catholico ritu sumerent praeter duos, qui tandem excommunicati et Varmia exsulare coacti sunt. Cuius rei cum magna esset fama, *Hosius* ipse „De Actis cum Brunsbergensibus" scripsit, scriptumque Borromaeo et Truchsessio cardinalibus, Lainio, aliis misit (*Rescius* l. c. l. 2, c. 19; *Eichhorn*, Hosius II 160—168); quod scriptum exstat vulgatum in *Hosii* „Operibus omnibus" (cf. supra p. 68) II 92—100.

[7] 1 Pet 2, 25. Cf. Is 53. 6; Ps 118, 176.

animas pro dilectis ouibus ponerent[1], Christj nimirum summi pastoris formam imitantes. Audiuit eadem acta praelegj sibj Cancellarius[2] et Concionator Principis[3] Bauaricj: Magnaque sunt uoluptate perfusj, pulchram et iucundam sane narrationem intelligentes. Cupiebant ea sibj transcribj omnia: sed sedulo cauimus, ne aliquid transcriberetur, cum ita uisum esset tuae dignitatj. Placuit idem scriptum in aula Illustr: nostrj Cardinalis, quem nos etiam gaudebamus hoc praeclaro exemplo magis et magis excitarj atque confirmarj in officio suo pastorali.

Caeterum non potest mihi non esse gratum hoc studium tuae pietatis, quod societatis nostrae tangatur desiderio, cupiatque nonnullos ex fratribus, et in his Canisium suum isthuc accedere. Quare scripsi Romam, et commendauj hoc institutum Reuerendo Patri nostro Generali[4], qui sane celsitudini tuae, ut par est, libenter gratificatur. Quod ad me attinet, non ego grauatim in Prussia uiuam duce sancta obedientia, meamque polliceor operam opt. Patrono debitam, etsi parum ego fortasse isthic uidear effecturus. Fiat autem Dominj uoluntas[5]: a cardinale ad cardinalem, ex Sueuia in Prussiam Christus me transferat, si hoc nomini suo sancto gratum, et Ecclesiae commodum esse queat. In illo beneualeat celsitudo tua Illustriss. cuj me commendo reuerenter. Augustae 8. Augusti 1564.

Vt addam aliquid de P. Henrico[6], quem nominatim expetiuit Celsitudo tua, reliquit ille Cathedram Coloniensem, et alibi[7] praeest nostris, utilem sane operam Collegio nauans. Adiunxi de Majestate christj nouam disputationem, quae nostris authoribus Ingolstadij aduersus Smidelinum nuper habita fuit[8]. De morte D. Staphili[9] non attinet repetere, Christus illj propitius esse uelit.

Seruus in Christo P. Canisius.

Reuerendissimo in Christo Patri . et Illustrissimo Domino .D. Stanislao Hosio Cardinali et Episcopo Varmiensi Patrono amplissimo. etc. Ad manus propias.

Inscriptioni huius epistulae manu eiusdem temporis (secretarii, cuius opera Hosius tunc utebatur?) adnotatum est: „recepta 7 decembris 1564. resp. —" [sequitur signum obscurum]; aliunde vero constat, Hosium 12. Decembris 1564 Canisio respondisse.

Canisius una cum his litteris, ut ex ipsis intellegitur, Hosio misit libellum, qui inscribitur: „Dispvtatio De Maiestate hominis Christi, in celebri academia Ingolstadiana ad normam veræ piæq; doctrinæ per Theses explicata, aduersus impias Andreæ Schmidelini Theses, de hac eadem hominis Christi Maiestate, Tubingæ propositas publicèq; defensas. Aequus iudicet[a] Lector, et ueritatem contra falsi-

a) indicet *Somm.*

[1] Io 10, 11. [2] Simon Thaddaeus Eck.
[3] P. Ioannes Gressenicus O. Pr.? Georgius Lauterius? Cf. *Knöpfler* l. c. 158 159. [4] Iacobo Lainio. [5] Act 21, 14. Mt 6, 10 etc.
[6] Dionysio S. J. [7] Dilingae.
[8] Vide, quae sub ipsas has litteras notantur. [9] Obiit 5. Martii 1564.

tatem ingenuè tueatur. Excudebant Weissenhornij fratres. Ingolstadij 1564" (4°; 61 pp.). Libelli exemplo cuidam haec manu antiqua adnotata sunt: „Sub præsidio Theodori Peltani Soc. Jesv, Doctoris Theologi, proposuit publicèque defendit M. Alphonsvs Pinedanvs Philosophiæ Professor ordinarius" (*Sommervogel*, Bibl. VI 458). Quae ostendunt, Peltanum libelli esse auctorem. Theses autem illae Iacobi Andreae (cf. supra p. 317[5] 351—352) germanice quoque propositae sunt et cum hac inscriptione vulgatae: „Hundert vnnd Siben | Schlußreden, von der Maiestet des | Menschen Christi, vnd seiner war- | hafftigen, wesentlichen Gegen- | wertigkeit im H. | Nachtmal. | Hieuor auff der Hohenschul zu Tübingen offentlich | disputiert, yetz aber auff begeren viler gut- | hertziger Christen in die Teutsche | Sprach verdolmetschet | worden. | Durch | Jakobum Andree, D. Probst vnd | Cantzler der Vniuersitet zu | Tübingen. | Getruckt zu Tübingen, M. D. LXIIII." (4°; 104 pp., addito folio titulari. Libri exemplum vidi Berolini in bibliotheca regia). Neque dubitari potest quin idem Andreae Christophoro Wurttembergae duci copiosissimas illas litteras Pfulinga (Pfullingen) 7. Septembris 1564 ad Albertum V. datas quasi inspiraverit, quibus Christophorus ei persuadere conabatur, in „Disputatione" illa Sociorum ingolstadiensium Zwinglianismum propugnari et theologos illos ingolstadienses in Bavariae ecclesias scholasque Zwinglianismum inducere (*Goetz*, Beiträge 312). P. *Hieronymus Natalis* S. J. rebus ingolstadiensibus inspectis haec de Societatis hominibus, qui in ea universitate theologiam tradebant, ac de eorum disputationibus testatus est 1. Februarii 1564: „Presiden nuestros theólogos en muchos actos de theología que ellos mismos hazen y dan á sus discípulos y á los que están en licencias, para disputar; y cierto son de muy buena doctrina y muy necessaria para estos tiempos, y muy buenas resoluciones y de mucho prouecho: de manera que de muchas partes de Alemañia los chatólicos embian á pedir aquellas conclusiones y se les embian" (Epp. *Nadal* II 492).

1106. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO. Roma 8. Augusti 1564.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „P. Canisio." Cod. „Germ. 1561" f. 152.

Epistulae mittuntur, Moguntiam etc. perferendae. P. Henricus Dionysius in Borussiam ad res novi collegii brunsbergensis cum cardinale Hosio constituendas abeat omnino necesse est. Volckerus eodem ne mittatur; ibunt autem — per Pragam vel Gedanum — aliqui ex collegiis moguntino, treverensi, coloniensi; quibus Hosius viaticum providit. In locum P. Edmundi Haii, qui Oeniponte Scripturam Sacram interpretabatur, P. Cuvillonius est substituendus.

Pax christi.

Jl Sabato che fu .3. di sono si è scritto à .V. R. in risposta delle sue lettere, et pero ce sera tanto manco da dire nella presente. Le incluse per Moguntia, et Colonia et Treuere mandi .V. R. per charita à buon recapito per che andiamo con bisogno de breue espeditione dj quelli che se hanno de mandare à Prussia[1] accio auanti li freddi grandi siano la, tuttauja pare necessario che ad ognj modo uada el Padre Henrico djonisio non potendo andar per questi principij, ne .V. R. ne il Prouinciale de Austria[2], si che .V. R. ad ogni modo lo mandj se ben fosse necessario che il Rector uechio[3] ui stessi ancora per alcun tempo, quando non se giudicasse el Dottor Thomasso[4] Anglo

---

[1] Braunsbergam, in Varmiam; v. supra p. 576 598. [2] P. Nicolaus Lanoius.
[3] Cornelius Herlen, universitatis et collegii S. Hieronymi dilingensis rector.
[4] Darbishirus (Darbyshire).

hauesse de pigliar la cura della Vniuersita et Collegio de Santo Hieronimo benche qua non ci pare li manchi altro che la lingua Tudesca, et conla latina potra forse ben supplir questo mancamento.

Quello che fu scritto de mandare Erasmo[1] Saxone non si faccia perche se accostara forse alla sua Saxonia troppo . io li scriuero una lettera se non posso hogi un altra uolta.

Potra aspettare dopo questa receuuta alcuni giornj il Padre Dottor Henrico et dopoi sene andara à Praga per pigliar la uia del Cardinal Varmiense, et dar ordine de assettare le cose necessarie perle schole, et de comprar' libri necessari in Anuersa.

De Treuere et Maguntia hanno de andare il Dottor Christophoro Strobellio[2], et mastro Simone[3] Pruteno li quali forse aspettaranno in Praga el Padre Dottor Henrico, et andando insieme che cosi seli scrisse, et le spese che faranno tuttj andando commodamente noi le pagaremo, et .V. R. li potra dar à nostro conto che hauemo receuuto dal Cardinale il uiatico, comprandoli anche un Cauallo . scrisse il Varmiense che trouarebbono li nostri uno suo in Cracouia che li menarebbe, ma quella strada pare bona per quelli de Vienna, ma troppo lunga per quelli de stessino in Augusta ò Colonia, et per questo pareua piu expediente la uia de Praga, Se .V. R. intendesse altro dia auiso à quelli de Treuere et Moguntia, et anche à quelli de Colonia de doue bisognera mandino doi mastri de Classi inferiorj, et uno, o doi coadiutorj, potriano pur loro pigliare la uia per mare de Ghedano[4] ouero uenire à Maguntia et Praga per non passar per mezzo de saxonia etc.

Fu scritto à .V. R. de parlar al Padre Couillon per far questa giornata, ma dopoi è parso che hauendo à leuarse el Dottor Emundo[5] de Jspruc, non se potria mettere vn altro li che meglio legesse una lectione della scrittura che il detto Padre Couillon et cosi, .V. R. li faccia hauer la lettera qúi inclusa, et li dia buon animo per andar al detto luoco, et questo si fa à sugestion del Padre maestro Natal il qual crede sodisfara molto bene questo Padre à quello assumpto, massime non si legendo Dialectica, et potra far uersi, etc. et questo si faccia quanto prima auanti che sene caui el Padre Emundo accio che se uedessimo che non riesce se pigli altro partito.

Qui credo andera la Quadrimestre[6], et qualche altra cosa commune se ci sera . ci ricommandiamo tutti molto etc. De Roma li 8 de Agosto 1564.

Polancus, ut ex ipsius litteris 12. Augusti 1564 ad Canisium datis intellegitur, hanc epistulam alia via atque superiorem (v. supra p. 598) Canisio misit, atque,

---

[1] Volckerum; v. supra p. 599. [2] Vide supra p. 574[4].
[3] Hagenau (Epp. *Nadal* III 45 161. *Eichhorn* l. c. II 177. *Can.* III 520 540 553).
[4] Gedanum, polonice Gdansk, germanice Danzig (Dantzig), Borussiae occidentalis urbs praecipua, prope mare balticum (Ostsee) sita. [5] Haius.
[6] Litterae quadrimestres romanae.

ut videtur, eo maxime consilio has litteras dedit, quo certius et celerius P. Henricus Dionysius ad cardinalem Hosium mitteretur.

Canisius Lainio respondisse videtur 26. Augusti 1564.

1107. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO. Roma 12. Augusti 1564.

Ex apographo eiusdem temporis: in margine, eadem manu: „P. Canisio." Cod. „Epistolae Italiae [Praepp. Genn.] 1564. 1565" f. 140[b]—141[a].

In collegium germanicum 5 alumni idonei mitti possunt. Calicis concessio fortasse retractabitur. Collegiorum rectores maiorem caritatem fratribus, qui ea indigent, praestare debent. Octavianus Fugger, etiamsi aliqua temere dixit, contentus est et multum profecit. Socii itali in Italiam remittendi. Canonici Socios eucharistia in ecclesia cathedrali ministranda prohibere non debebant; quodsi cardinalis Socios in eo ministerio pergere omnino volet, suaviter efficiendum, ut canonicis id probetur; praestat vero Sociis suam esse ecclesiam. Omnino curandum, ut cardinali Hosio P. Dionysius mittatur; mittuntur Brunsbergam etiam Socii colonienses etc. Episcopo herbipolensi ante annum proximum collegium mitti nequit, aliquos tamen Socios mitti convenit. Facultas ad Bullam Coenae spectans.

Pax christi.

Hieri fu riceuuta quella de V. R. de .29. del passato, la precedente era de .XII.[a] del medesimo, nel mezzo tempo crediamo hauera scritto V. R. altre per che adesso ce portano un plico ilquale non è aperto per non esser in casa nostro Padre . credo sia piu uechio[b] che la sopra detta de .29. in luoco delli dui ò .3. Tudeschi per il Collegio Germanico[1] si possono mandar cinque essendo de bona Jndole, et buon principio de lettere che possino almeno sentire la prima Classe, ò cominciare il Corso . che non se habino à trouar bene li populi con la concessione del Calice non sera cosa noua à noi[c], et cosi potrebbe essere che la concessione fossi reuocata trouando con esperientia che non riesce bene.

L' essortatione che .V. R. scriue si faccia alli Rectorj di essercitar la Charita etc. con lj fratelli bisognosi etc. sj potra fare, ma si crede che non hauera mancato in questa parte .V. R. de far il medesimo officio.

non hauemo uisto li denari che .V. R. dice ha mandato il Signor Giorgio Fuchero à suo figljolo Octauiano ilquale potria ben essere che in qualche tentatione hauessi detto alchune cose, ma dopoi lui si è agiutato nel spiritu, et si mostra molto contento, et li nostri anche stanno contenti del suo procedere quantunque li tengano l' ochio sopra et io per me non dubito njente che habia fatto assai profitto, se hauera cura non faccia excesso nel uestire. Josepho Siciliano uenga in buon hora, et anche Paulo Senese . et se dara ordine, ad alcuni delli Collegij de cio che si deue far di loro.

a) .XI. *ap.; v. supra p. 593.* b) *Sequitur* de, *a libr. oblitt.* c) *Sequitur* quando, *a libr. oblitt.*

[1] Alumnos gratis sustentandos significat; v. supra p. 600.

Li canonicj pare non doueriano impedire la administratione del Santo Sacramento della Eucaristia, ne pensare che noi siamo per erigere altare contra altare[1]. Tuttauia sarebbe da desiderare che con bona gratia loro si facessi quello che si fa nella Chiesa sua, et leuandoli la suspitione che hanno, quando pero paressi al Cardinale che si douessi ad ogni modo perseuerare nel administrare il Sacramento negotijsi per mano de sua .S. Jllustrissima ad instancia delli secolarj sempre mostrando suauita dal canto nostro, et desiderio de compiacerlj, et si[a] leuarebbeno pur le questioni se si trouassi chiesa propria per noj.

Quanto al Collegio che ricerca il Cardinal Varmiense[2] gia si è scrjtto per due uie[3] à .V. R. che N. P. lo ha acceptato per non sconsolar al buon uechjo, et anche per che il bisogno pare molto grande, et della gente che se ha de mandare si è scritto come ad ognj modo pareua espediente mandar per alcun tempo il Dottor Henrico Dionisio in luoco delquale si poteua mandar di qua il Dottor Thomaso[4] Anglo .V. R. procuri de gratia che il Cardinal li dia bona licentia. Et forse il sabato che uiene[5] se scriuira una instructione de quello che ha da fare detto Padre Dionisio, quello che ci preme è che non hauendo qui mastri delle Jnfime schole siamo forzati ricorrere à Colonia domandando doi ò .3. mastri di quella ljngua Coloniense che sera bona in Prussia, et uno, ò doi coadiutorj li quali tutti deuono uenire à Maguntia, et li si congiongeranno col Dottor Christophoro strobellio, et mastro Simone[6] Pruteno, et per che sogliono alle uolte tardar troppo le lettere ò hauer mal recapito forse che andaran qui le copie per Colonia Treuere et Moguntia. V. R. de gratia li faccia hauer ricapito.

Quanto al Herbipolense[7] .V. R. li potra scriuere che questo anno non si puo mandar Collegio, ma che il seguente seli mandara conlo aiuto diuino, ueda anche .V. R. se in questo mezzo seli potria mandare un paio di persone che lo trattenessino col predicare, ò legere, et disponessino le cose per il futuro Collegio . Gia si mando la faculta di absoluere delli casi reseruatj in Bulla Caenae. —

In codice quidem — registrum, quod vocamus, id est epistularum a supremis Societatis moderatoribus et Polanco Societatis secretario a. 1564 et 1565 ad Socios aliosque in Italia degentes missarum — apographo huius epistulae tempus ascriptum non est; vix tamen possum dubitare, quin illa 12. Augusti 1564 data sit; nam in codice temporis ordo servatur, et tum antecedentibus tum sequentibus epistulis dies 12. Augusti 1564 adnotatus est; praeterea Polancus sabbatis Canisio scribere solebat; ea autem hebdomade is erat dies 12. Augusti.

Canisius Lainio respondisse videtur 26. Augusti vel 8. Septembris 1564.

a) *Supra versum additum.*

---

[1] Vide supra p. 523 543 556.

[2] Cardinalis Hosius Brunsbergae collegium condere volebat; v. supra p. 598.

[3] Vide supra p. 611. [4] Darbyshire. [5] 19. Augusti. [6] Hagenau.

[7] De Friderico a Wirsberg episcopo herbipolensi scribit.

1108. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu.
Dilinga (?) 18. Augusti 1564.

Ex epistulae Polanci apographo eodem tempore scripto. Cod. „Germ. 1561“ f. 178[b].

De rebus dilinganis.

Polancus nomine Lainii Roma 5. Septembris 1564 Augustam ad Canisium scripsit: „Riceuette .N. P. quelle de .V. R. de .18. del passato che sono le ultime et per quelle si è inteso la solenne translatione del Rectorato della Vniuersita nel Padre Dottor Henrico.“ Rettulit igitur Canisius ad Lainium, quae 17. Augusti gesta erant Dilingae; ubi ipse Canisius nomine Societatis ab Ottone Truchsess cardinale et episcopo augustano universitatis ac collegii Societatis et contubernii S. Hieronymi libere administrandorum potestate instructus erat ac P. Henricum Dionysium universitatis rectorem constituerat (v. infra monum. 509—512). Atque in eadem illa epistula Polancus easdem Canisii litteras significare videtur, cum de rebus dilinganis scribit: „Dice .V. R. che il mese seguente cio e settembre uno dellj nostri cominciara à cantar Messa li giorni de feste dimandandolo el Cardinal il quale anche dimanda un predjcator Tudescho.“ Plura de his Canisii litteris — perisse hae videntur — vide in Polanci, quam dixi, epistula; hac enim Lainius Canisio respondit.

Canisium ante vesperum diei 18. Augusti redisse Augustam non est probabile; quare eum Dilinga ad Lainium scripsisse conicio.

1109. CANISIUS **IOANNI IACOBO KHUEN A BELASY**, archiepiscopo salisburgensi, imperii principi.
Augusta Vindelicorum paulo post medium m. Augustum 1564.

Ex Eckii epistula archetypa, quae exstat Monachii in archivo regni bavarici, „Bayrische Religions-Akten, Abteil. 14. Tom. IV“ f. 285 286, et ex Pfisteri autographo, quod exstat ibidem, „Freising. Hochst. Liter. III. C/I 204“ n. 13.

De „Libello Agendarum“, quod archiepiscopus Canisio miserat recognoscendum.

Albertus V. Bavariae dux per Martinum Eisengrein et Christophorum Elsenheymer ineunte m. Augusto 1564 Salisburgum missos Ioanni Iacobo Khuen a Belasy archiepiscopo hoc, praeter alia, commendaverat, ut „Libellum Agendarum“ salisburgensem Canisio traderet recognoscendum atque ita recognitum denuo typis exscribi iuberet (v. infra monum. 597—601). Qui libellus, cum in ipsa urbe salisburgensi recognitus et, paululum saltem, immutatus esset, inde paulo post d. 6. Augusti Augustam ad Canisium missus est, ut denuo recognosceretur (v. infra monum. 598). Monachio autem 22. Augusti 1564 Simon Thaddaeus Eck, ducis cancellarius, Salisburgum scripsit ad Elsenheymerum, qui ibidem ecclesiasticae provinciae salisburgensis synodo in diem 28. Augusti indictae ducis nomine erat interfuturus (Knöpfler l. c. 139): „Verner schickh ich hiebei ein schreiben von Canisio . der khan das agendpuechel auf den tag nit vertigen.“ Atque Ioannes Pfister, cathedralis ecclesiae frisingensis canonicus et Ottonis cardinalis Augustani consiliarius, cum initio m. Augusti 1564 Ottonis mandatu Salisburgi cum archiepiscopo de religionis causa egisset et 24. Augusti Augustae de ecclesiasticae provinciae salisburgensis rebus cum Canisio contulisset (v. infra p. 623), hoc, praeter alia, sua manu notavit de hac deliberatione „Cum D. Canisio“ habita: „Quod ad Agendas expectat Responsum a Reuerendissimo.“ Ex quibus rebus haec conicio atque colligo: Canisius Augusta paullo ante d. 22. Augusti 1564 epistulam dedit ad Eckium, qua „Libelli Agendarum“ salisburgensis recognitionem usque ad synodum provincialem („auf den tag“) a se absolvi posse negabat, simulque Eckium rogabat, curaret, ut litterae adiunctae Salisburgum perferrentur et per Elsenheymerum archiepiscopo traderentur. Neque dubitari potest, quin Canisius de Libello Agendarum archiepiscopo scripserit. Aliis quoque temporibus inter eundem archiepiscopum et Canisium epistularum commercium fuit; v. Can. III 176 467—468.

1110. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO. Roma 19. Augusti 1564.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „P. Canisio.“ Cod. „Germ. 1561“ f. 161[a].

Non sunt allatae ullae Canisii litterae. P. Mendoza officium rectoris dilingani valde deprecatur. P. Dionysio cito in Varmiam eundum est. Epistula P. Natalis. Rhetorica quaedam a Benedicto Aria Montano Societati amicissimo versibus tradita aut in Germania excudi aut in Italiam remitti debet. Sociorum Roma in Germaniam mittendorum viatica mitti oportet Sociis romanis; quibus viatica dilingana nondum sunt restituta. Hosius.

Pax christi.

Hauemo receuuto questa settimana lettere de Dilinga de .6. del presente . ma de V. R. non ne hauemo alcuna, et non sappiamo qual uia se piglia de scrjuere che ne alla posta, ne alli ogliati [1], ne per uia del agente del Cardinale [2] receuemo lettere sue . el[a] Padre Don Luigi [3] ricusa fortemente la cura del Collegjo, et haueriamo hauuto caro intendere il parere de V. R. prima de farli resposta. Qui ua una lettera peril Dottor Henrico dionisio per darli qualche informatione di quello che ha da fare [4] .V. R. la potra uedere et dar gliela, et agionga li ricordi de piu che lj pareranno, et procuri che presto se metta in uiagio, gia sopra questa materia si è scritto due ò tre uolte, et pero non repeto le cose medesime, un' altra ua quì del Padre maestro Nadal, et un pljchetto per Anuersa .V. R. de gratia lo mandi a recàpito . de un certo libro del Arte Rettorica in uerso penso hauer scritto qualche uolta per parte de nostro Padre che di la se uedessi de[b] emendar alcuni errori se ui erano, et stamparlo ò se questo non si fa rimandi il libro in Jtalia perche è de un grande amjco nostro [5], et .N. P. ne ha sollicitudine, et diuerse uolte dimando se si risponde sopra questo punto.

Gia si ua mettendo in ordine moltj per andar in Germania specialmente nella prouincia de .V. R. de Bauaria, et se di qua hauessimo un poco de piu commodita per darli Viaticj usariamo anche piu diligentia in mandarlj presto, ma insino adesso non si è pagato quello de Dilinga che ci da piu da fare che quasi tutti li altri Collegij in cercar sugettj como .V. R. sa, et anche nelle spese del uiagio ci fan patire, meglio ha fatto in questa parte il Cardinal Vuarmiense benche non ricerca tante cose, se scriuera piu un altra uolta hauendo receuute lettere de .V. R. nelle cui orationj etc. De Roma li .19. de Agosto 1564.

Polancus cum hac epistula, ut ex ipsa cognoscitur, ad Canisium * litteras misit (Roma 17. Augusti 1564) P. Henrico Dionysio S. J. destinatas; in quibus ait: Tibi

a) *A libr. correctum ex* detto. b) *Sequitur* emendarlo, *a libr. oblitteratum.*

---

1 Apud Olgiatos argentarios romanos.
2 Per Antonium Lorenzinum? Cf. supra p. 355 [9]. 3 De Mendoza.
4 In Varmia apud cardinalem Hosium, Societatis collegium Brunsbergae parantem.
5 De hoc Benedicti Ariae Montani libro v. supra p. 491 [2].

in Varmiam profecturo „dabit etiam literas Pater Prouincialis ad Cardinalem Warmiensem" (ex apogr. eiusd. temp.; Cod. „Germ. 1561" f. 156[b]).

Idem *Polancus* hanc epistulam cum iis, quarum in eadem epistula mentionem facit, per cursores fuggericos Augustam misisse videtur; nam 19. Augusti 1564 Bononiam ad P. Franciscum Palmium S. J., collegii rectorem, de „magistro Andrea", qui Bononiae Octaviani Fuggeri praeceptor fuerat, *scripsit: „Qui si manda un plico de lettere per mastro Andrea, credo anche ui seranno alcune per il Padre Canisio che si potran dare al medesimo accio le mandj in Augusta" (ex apogr. eiusd. temp.; Cod. „Epistolae Italiae [Praepp. Genn.] 1564 1565" f. 147[a]).

Canisius Lainio respondit 9. Septembris 1564.

1111. CANISIUS **SIMONI THADDAEO ECKIO**, Alberti V. Bavariae ducis cancellario.

Augusta Vindelicorum paullo ante d. 22. Augusti 1564.

Vide supra p. 614 ep. n. 1109.

1112. PP. GEORGIUS SCHORICHIUS et MARTINUS STEVORDIANUS, S. J., mandatu CANISII, **SIMONI THADDAEO ECK**, Alberti V. Bavariae ducis cancellario.

Monachio [?] inter d. 18. et 23. Augusti 1564.

Ex archetypo (2°; 1 p.), quod exstat Monachii in archivo provinciali Bavariae superioris („Kreisarchiv für Oberbayern"), Gener.-Registr. 256, n. 1.

Litteras ex archetypo primus evulgavit *C. Th. Heigel* in „Publikationen des Börsenvereins der Deutschen Buchhändler", Neue Folge. Archiv für Geschichte des deutschen Buchhandels I, Leipzig 1878, 183—184. Litteris usi sunt *Reusch*, Der Index I 471 et *Hilgers* l. c. (v. supra p. 320[1]) 203.

Canisius Sociis in Bavariam inferiorem redituris haec censet esse curanda: Parochi et ecclesiae visitandae. Bibliopolae significandum, quos libros afferre debeat. Praefectis mandandum, ut Sociis victum provideant et homines ad contiones convocent. Magistri et sacerdotes inepti amovendi. Ornamenta sacra et libri boni suppeditandi. Seminarium Ingolstadii condendum. Monasteriis monachi et ludi litterarii restituendi.

† Ex quo nobis in inferiorem Bauariam redeundum est uisum fuit .P. D. Canisio ut prius proponeremus Magnificentiae Tuae sequentia.

Primo utile fore putabat ut pastores inuiseremus, libros, et templorum ornamenta diligenter conscriberemus.

2° iudicabat Bibliopolam[1] non esse mittendum cum libris nisi prius Magnificentia Tua a nobis catalogum librorum, quos[a] [?] habent et indigent accipiat.

3° necessarium videtur ut habeamus mandatum generale ad omnes praefectos ne se excusent ipsi cum ad ipsos ueniemus.

4° Vt vbique ipsi praefecti nobis prospiciant de rebus necessarijs, alias faciemus magnos sumptus.

a) *Nescio an hic supplendum sit* non.

[1] Samuel Weissenhorn, typographus et bibliopola ingolstadiensis, parochias Bavariae inferioris libris instruere iussus est (*C. Th. Heigel*, Archiv für Geschichte des deutschen Buchhandels I, Leipzig 1878, 183—184).

5° Magistri haeresi infecti videntur ablegandi et sacerdotes inepti ad ordinarium[1] deferendi.

6° Statim Domino Cancellario[2] significare oportet nomina templorum et locorum in quibus non sunt ornamenta ad missam celebrandam.

7° Serio admonendi sunt praefecti uel Judices, ne nobis desint tempore concionum, et vt etiam subditos ad illas vocent.

.8. magnopere fuerit Sacerdotibus utile si loci communes Echij imprimantur germanice[3].

9 Serio cogitandum est de seminario bonorum adolescentum qui Ingolstadij ex vacantibus beneficijs alantur ut possint postea ecclesijs prodesse, quales adolescentes nonnullos in inferiore[a] Bauaria nouimus.

10 Videndum an possent passim in domibus postillae haereticae quas priuatim legunt prohiberi et auferri, et pro illis catholicae dari[4].

11 Ad restitutionem monasteriorum prodesset vt cogerentur redire Monachi ad sua monasteria relictis concubinis.

12 vt habeatur cura scholarum in monasterijs quae iam fere omnes collapsae sunt.

His litteris, a quibus, ad quem, unde, quando datae sint, ascriptum non est; ex ipsis tamen intellegitur, eas a sacerdotibus Canisii imperio subiectis datas esse, qui in Bavariam inferiorem, in qua fuerant, cum ducis auctoritate redituri erant; hos autem fuisse Patres Georgium Schorichium et Martinum Stevordianum ex Canisii epistula 23. Septembris 1564 ad Lainium data et ex Stevordiani litteris m. Septembri 1564 datis, quas Canisius 23. Septembris 1564 Romam misit, cognoscitur. Scripsit autem Canisius Monachio 12. Iulii 1564 ad Lainium, se, ut Socii in Bavaria inferiore versantes — versabantur autem ibi PP. Schorichius, Stevordianus, Cuvillonius, Stotz (v. supra p. 519[12]) — „cito" (a duce) revocarentur, iam impetrasse; id quod paulo post etiam per P. Paulum Hoffaeum Lainio nuntiatum est (v. infra monum. 530). Ac 5. Augusti 1564 Cuvillonius Augustae morabatur (v. supra p. 602). Die autem 5. Septembris 1564 *Polancus* nomine Lainii Canisio ad litteras 18. Aug. 1564 datas respondens: „Del rimandare in Bauaria", inquit, „mastro Martino, et mastro Schurjchio non ci è obljgo perla promessa fatta, ma pare bastarebbe mandar l'uno" etc. Die igitur 18. Augusti Canisius, ut videtur, nondum statuerat eos in Bavariam inferiorem remittere. Attamen paulo post Canisium ducis eos a se repetentis precibus cessisse, tum ex eiusdem Canisii epistula 23. Septembris 1564 ad Lainium data, tum ex Stevordiani et Schorichii relationibus mensibus Septembri et Novembri de missione hac scriptis, de quibus infra suis locis dicetur, colligi potest.

a) inferior *arch.;* inferiori *Heig.*

---

[1] Ad episcopum dioecesis, cuius sunt; parochiae autem illae vel omnes vel pleraeque Urbano de Trennbach, episcopo passaviensi, subiectae erant.

[2] Landishutano? Schorichius et Stevordianus Pfarrkirchium ituri erant (vide supra p. 519[5] et infra ad n. 1132), quod oppidum ad provinciam („Rentamt") landishutanam pertinebat. Straubingam quoque venturi erant; cuius praefecturae cancellarius erat Michael Volckhammer; Landishuti Wolfgangus Viepeckh id muneris tenebat (*Hartmann* l. c. [cf. supra p. 603] 103). Cf. infra ep. n. 1156.

[3] Vide, quae sub ipsas has litteras extremo loco dicentur.

[4] Ab ipsis sacerdotibus Postillae sive contionum libri a Philippo Melanchthone, Antonio Corvino, Ioanne Spangenbergio, Caspare Huberino theologis protestantibus conscriptae legebantur; v. infra epp. n. 1132 1156.

Atque Schorichii epistula, quam infra n. 1156 ponam, etiam satis certum efficitur, eos 24. Augusti iter ingressos esse. Quare hanc Schorichii et Stevordiani epistulam inter d. 18. et 23. Augusti 1564 datam esse censeo. Data est autem, ut ex ipsa patet, ad aliquem ex maioribus Bavariae magistratibus; quem equidem existimo fuisse Simonem Thaddaeum Eckium, praecipuum Alberti V. cancellarium; hunc enim in hac religionis causa curanda et administranda principem fuisse, apud omnes constat; quocum etiam de librorum negotio, de quo Schorichius et Stevordianus scribunt, Samuel Weissenhorn bibliopola ingolstadiensis paulo post per litteras egit (*Heigel* l. c. 181—183). Eckius porro Monachii degere solebat; quare eo ipso, quod locus huic epistulae ascriptus non est, probabile efficitur, eam ex Societatis collegio monacensi datam esse; cui Schorichius ascriptus erat.

Commendatur in hac epistula, ut clarissimi illius doctoris Ioannis Eck (Mair), theologiae professoris ingolstadiensis, „Loci communes adversus Lutheranos" (latine primum a. 1525 excusi) „imprimantur germanice"; id quod ipse quidem Eccius iam a. 1530 praestandum curaverat; sed is liber, omnibus exemplis distractis, iam non erat venalis. Anno igitur 1565 curante Georgio Lauterio, aulico contionatore monacensi, qui et ipse aliquamdiu Bavariae inferiori operam navaverat (v. supra p. 517), Ingolstadii apud Alexandrum et Samuelem Weissenhornios excusum est iterum „Enchjrjdjon Locorum communium. Einred und Gegenwürf der Sectischen wider die Catholische Religion. Vnd Wie entgegen ein Catholischer Christ denselbigen stattlich begegnen, vnd sie ablaynen künde. Durch weyland den . . . Herrn Johann von Eck" etc. (*Theod. Wiedemann*, Dr. Johann Eck, Regensburg 1865, 550—551).

1113. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO.

Roma 21. Augusti 1564.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „Augusta . Canisio." Cod. „Germ. 1561" f. 162ᵃ.

Andreas Stör ex collegio germanico, quia manere non vult, remittitur, per cardinalem Borromaeum Delphino nuntio commendatus. Quem Canisius quoque, ut litterarum studia prosequi possit, iuvabit.

Pax christi etc.

Jl portatore di questa è Andrea stor gia allumno di .V. R.[1] il quale è stato nel collegio Germanico vn anno et mezo, et ha fatto frutto nelle lettere, et volendo tornarsene in Germania per certe cause che lui forsa dira à V. Reuerenza non è parso ritenerlo contra sua uolunta et si manda con viatico, et anche con darli lettere per il Nuntio[2], del Cardinale Borromeo de parte de S. Santita accio li proueda de qualche beneficio simplice ó pensione per poter continuare li suoi studij in Jngolstadio, ò Delinga ò altra vniuersita. Non dubitamo della charita de V. Reuerenza che lo aiutara de sua parte, quantunque non riuscise troppo fruttuosa la raccomandatione fatta al Nuntio et perche delle cose occurente si scriue perli correri non diro altro in questa senon che N. Padre et tutti molto ci raccomandiamo. De Roma li 21 di Agosto 1564.

---

[1] Vide supra p. 21 600.

[2] Zachariam Delphinum, apostolicum apud imperatorem nuntium, significat.

1114. CANISIUS **IOANNI PFISTER**, iuris utriusque doctori, cathedralis ecclesiae frisingensis canonico.

Augusta Vindelicorum 25. Augusti 1564.

Ex Canisii epistula archetypa (2°; 1 p.; in p. 4 inscr. et sig.) a P. Guilielmo Elderen S. J. scripta et ab ipso Canisio subscripta („Seruus" etc.), et ex eiusdem Canisii „instructione" archetypa (2°; 10 pp.); cuius partem priorem idem P. Elderen, alteram, ut omnino videtur, Magister Georgius Gastelius, qui Landishuti (Landshut in Bavaria inferiore) scholam ecclesiae S. Martini regebat, scripserunt, Canisius ipse recognovit et emendavit, Pfister postea addendo et oblitterando etc. immutavit. Utrumque scriptum exstat Monachii in archivo regni bavarici, in fasciculo „Freising. Hochst. Liter. III C/I 204" n. 5 15 16 17.

Editoris praefatio. Quo melius haec scripta, quae usque adhuc ignota fuerunt, intellegantur et aestimentur, aliqua puto esse notanda, quae et ipsa magnam partem ex fontibus hausta sunt nondum vulgatis: Nuntiatum erat Ottoni Truchsess a Waldburg cardinali et episcopo augustano, Ioannem Iacobum Khuen a Belasy archiepiscopum salisburgensem synodum indixisse provincialem d. 2. Augusti 1564 Salisburgi incohandam, in qua cum de aliis disciplinae ecclesiasticae capitibus, tum maxime de communione sub utraque specie ex concessione illa Pii IV. (v. supra p. 575) in episcopatus illos inducenda ageretur (cf. supra p. 590); pertinebant autem ad ecclesiasticam provinciam salisburgensem dioeceses brixinensis (Brixen), chiemensis (Chiemsee), frisingensis (Freising), gurcensis (Gurk), lavantina (Lavant), passaviensis (Passau), ratisbonensis (Regensburg), seccoviensis (Seckau); augustana dioecesis archiepiscopo moguntino subiecta erat. Otto tamen, quo erat religionis studio, Salisburgum mittere statuit duos ex consiliariis suis: Thomam Seld, iuris utriusque doctorem, et Ioannem Pfister, qui iuris utriusque doctor et ipse erat atque eo tempore, ut ex *Commentario quodam m. Augusto 1564 ipsius manu subscripto constat, Frisingae tum canonicatum ecclesiae cathedralis tum praeposituram ecclesiae collegialis S. Andreae, in pago isnensi (Ysen, Isen, Bavariae superioris) praeposituram ecclesiae collegialis S. Zenonis tenebat; idem sub a. 1557 aliquamdiu Augustae in curia episcopali „officialem" egerat (*Braun*, Domkirche 186—190). Ex „*Instructione" porro legatis hisce tradita (cuius vel archetypum vel apographum eodem tempore scriptum exstat in fasciculo monacensi, quem supra dixi, n. 8, summa autem brevis ponitur a *Braun*, Bischöfe III 465—468) cognoscitur, Ottonem episcopis illis amice persuadere voluisse, ne quid statuerent, quo leges consuetudinesve probatae vel apostolicae sedis auctoritas minuerentur, maxime autem ne ad sacrae communionis ritum immutandum faciliores essent; de concessione autem illa Pii IV. cardinalis dolere se affirmavit, „quod Sua Sanctitas non habuerit meliorem magisque fundatam informationem de statu Germanicae Nationis". Ceterum in eodem illo fasciculo exstat etiam (n. 10) „*Memoriale" ipsius *cardinalis Ottonis* manu scriptum (2°; $1^1/_2$ pp.) et Ioannes Pfisteri manu sic inscriptum „Declaratio Jllustrissimi Card. Augustanj super Concessione Calicis"; quod „Memoriale", licet „Instructione" illa aliquanto posterius sit — sub m. Septembrem a. 1564 scriptum esse videtur —, hoc tamen loco a me commemoratur, quia ad ipsam Ottonis „Instructionem" explicandam utile est; in eo enim Otto: „Was ich", inquit, „gen Saltzburg geschriben vnd werben lassen, hab ich ebenmessig, meinem gnedigisten herren, der alten vnd neuwen khayserlichen Maiesteten vnd meinem herren vnd freundt, Hertzog Albrechten [1], newlich selbs, mermals, vnd yetz lestlich zu wyen, vnd Mynchen, clar gesagt, ia auch der Bapst: hayligkhait, vnd dem gantzen Collegio, Cardinalium selbs, vnd bin entlich der maynung, quod exitus acta probabit, et ex fructibus cognoscemus errorem [2], non ita facile emendabilem, vnd ist gar nit mein mainung, bringt es auch mein Instructio, vnd meiner gesandten werbung nit mit, das man dem Breue soll

[1] Ferdinando I. et Maximiliano II. imperatoribus atque Alberto V. Bavariae duci.
[2] Cf. Mt 7, 16 20; 12, 33 etc.

was zu wider thon, allain warne ich, vnd bins schuldig, das man aufs dem Breue nit schreite, id est, quod usus Calicis non concedatur, nisi maturo et recto Consilio, et si videbitur saluti animarum prodesse, in quo grauatur conscientia Episcoporum". Hac igitur Ottonis „Instructione" muniti Pfister et Seld suam aggressi sunt legationem; de qua aliqua pono ex „*Relatione" a *Pfistero* suo et collegae nomine scripta et Dilingae sub d. 21. Augusti 1564 cardinali Ottoni tradita, cuius commentarium ab ignoto scriptum atque a Pfistero recognitum et amplificatum exstat in fasciculo, quem dixi, n. 48. Atque primum quidem Frisingae 3. Augusti Mauritium a Sandizell episcopum adierunt, qui animum suum a rebus novis inducendis et a „concessionibus" faciendis abhorrere significavit. Salisburgum advecti 5. Augusti, tunc primum cognoverunt, synodum in d. 28. Augusti dilatam esse. Aderant tamen Martinus Eisengrein et Christophorus Elsenheymer, a Bavariae duce ad eandem synodum legati. Atque Eisengrein haec, praeter alia, Pfistero narravit: „Des Nuncij Apostolici defs herrn Delphini auditor ein Niderlender, vnd Doctor Antonius Cauchius geheysen, Lige ietzt ettliche tag alhie vnd halte bey dem Ertzbischouen auff das hefftigisten an das Jr F. Gn. als Metropolitanus den vsum Calicis sub ritu et forma wie es allbereith zu wien vnd jn Esterreich gehalten [1], jn das werckh richten welle, vnd nach uolgendts praescriptum ritum jren suffraganijs tanquam subdelegatis zuschickhen, das sie es jn jren Bistumben auch anrichten, vnd sey ainicher vorgeender versaumblung [nit] vonnöthen. Dan der Auditor besorge wan die Coepiscopi sollen zusamen khomen, vnd die vota colligirt werden, das dise sach dadurch möchte verhindert werden. Souil den Ertzbischoue belangt, gebe jr Fl. gn. dem Auditori zuuerstehn, das sie das breue in khein weg wellen disputirn lassen, aber welle difs werckh one zusamen berueffung der suffraganeorum huius prouinciae nit anstellen. Vnd souil er an dem Ertzbischouen befindt halt er gentzlich darfur das sein F. gn. das Breue in das werckh zu khommen lassen bedacht sey, wiewol er sie gegen jm vermeldet es geschehe wider sein willen, vnd werde durch dise permissionem Calicis zu ainigkheit der Religion wenig ausgericht werden. So khindt er vns auch verthraulich nit verhalten, das die Jesuiter zu Wien den Vsum Calicis auff der Canzl auch verkhinden, vnd das inen solchs von der Bäbstlicher heyligkeit per Breue auch aufferlegt vnd beuolchen worden, das sie auch in iren khirchen wie andere den Calicem Laicis dispensirn sollen, Er habe gleichwol difs Breue an den Jesuitern noch nit gesehen [2]. Er khindt vns auch nit bergen, das sein gnediger Furst vnd Herr Hertzog Albrecht gesinet, vnd bedacht sey, den Vsum Calicis in seinem Landt, allain an denen orthen da es bifsheer, ane das in dem brauch gewest zulassen werdt. Aber sonst ander orth, da es noch nit in gebrauch gewest, als zu Munchen, Jngoltstatt, Landfshuett [a] werde sein Fl. gn. gar nit zulassen, ob schon an selbigen orthen etliche vnderthonen solchen gebrauch bifs heer haimlich getriben, auch khonfftigclich offentlich begern wurden. Souil dan vnser furbringen belangt, Sech man daran clerlich ehur Hochw. Fl. gn. Christenlich vnd Vetterlichs gemieth, vnd sey an ime selbste die gantze warheit, vnd hielt dafur, wan bey yttlichem Bischouen, diser Prouinz, sonderlich aber bey dem Pasauiensj [3], ehe der tag gehalten, solche Ehur Hochw. Fl. gn. trewe vermainung anbracht wurde, das es verhoffenlich ohne frucht nit [b] abgen wurde." Refert deinde *Pfister*, sibi et Thomae Seldio ab archiepiscopi salisburgensis cancellario [Doctore Sebastiano Höflinger [4], puto] haec, praeter alia, narrata esse: „Nun . . sey auff den letzten Iunij Jr Fl. gn. [5] ein Breue Apostolicum, darin die Communion sub vtraque, certis conditionibus, zu-

a) *Hoc v. a Pfistero additum est.* b) *Hoc v. a Pf. insertum est.*

---

[1] Vide supra p. 590.

[2] Non per Breve pontificium, sed per litteras Iacobi Lainii praepositi generalis ita iussi sunt agere; v. supra p. 588 et infra p. 635.

[3] Is erat Urbanus a Trennbach. [4] *Goetz,* Beiträge 5 304 [1] 314 [3] 921 etc.

[5] Archiepiscopo salisburgensi.

gelassen wurdet, durch den Herren Doctor Selden gewesen Vice Cantzler[1] jnsinuirt vnd beneben ein furschlag de modo administrandi anzaigt auch das Jr Fl. gn. difs breue jn jrer Prouintz ohn verzug in das werckh richten wolte, alles aus beuelch der Rö: Kay: Maij: Seligster gedechtnus."[2] At negasse archiepiscopum id fieri posse, antequam in conventu aliquo, cui etiam caesaris et Bavariae ducis legatos interesse conveniret, ea res a se cum episcopis suffraganeis deliberata esset; atque hoc responso accepto Seldium 3. Iulii Salisburgo abisse. Die autem 18. Iulii archiepiscopo litteras Ferdinandi I. caesaris traditas esse, „darinen ir May: vermelden, das sie ein wunder darob tragen, das sein gn. Herr das Breue nit furdersamer in das werckh richte, vnd das vnnöthen ein Congregation vnd ferrere berathschlagung zuhalten, Darumben dan ir May: niemandt schickhen, sonder sich der Execution vnd volziechung defs Bebstlichen beuelchs versehen welten." Verum archiepiscopum in proposito susceptoque consilio permansisse, conventum tamen, quod Ferdinandus I. 25. Iulii mortuus esset, ex d. 2. in 28. Augusti distulisse; advenisse porro 2. Augusti Eisengreinium et Elsenheymerum; eosque, cum calicis negotium eo tempore tractari non posse cognovissent, de aliis rebus egisse, ut de clero reformando, Agenda conscribenda, seminario Ingolstadii instituendo. Addidisse eundem cancellarium salisburgensem: „Auff bestimpte zeit sey sonst niemandt mehr alhie [khomen] dan allain Des Herrn Delphini Bäpstlicher heyligkeitt Nuncij auditor, der hab aus beuelch seines herren, zum aller aussersten die Execution des breuis solicitirt, vnd gegen seinem gnedigisten herrn dermassen jnportune gehalten, vnd reden gehn lassen, welche jme nit zuerzelen weren, Das wan sein gn. Herr defs Herrn Nuncij halben nit respect tragen sollen, sich villeicht anderst gegen dem Auditori erzeigt hette. Nun aber were solcher Auditor mit einem beschaidt, dessen er woll zufriden sein muesste, widerumb abgeschaiden vnd sey wegkh getzogen. So khönde er vns auch ferner nit verhalten das sein gnedigister herr glaubwurdig bericht, wie die Jesuiter zu Wien disen ritum communicandi auch angenommen, vnd publicirt hetten, auch den Conditionibus (in disem Breui uerleupt[a]) noch ettliche conditiones additionales hinzugethon, die gleichwol seiner erachtens (wo sie auff die wag gelegt) ring genueg weren." Haec *Pfister* de primo illo duorum legatorum augustanorum cum cancellario congressu. Narrat deinde, se 7. Augusti cum eodem egisse solum atque id tandem ab eo impetrasse, ut 8. Augusti secreto secum communicaretur „das bedenckhen, de modo administrandi Calicem, mit sampt den Additionalib. Jesuitarum, so auff khonfftigen congregation tag solle berathschlagt werden" (libelli huius apographum eodem tempore scriptum exstat in fasciculo, quem dixi). Ab archiepiscopo ipso se et Seldium 7. et 8. Augusti ad colloquium admissos, 7. Augusti etiam in convivium adhibitos esse; ad cardinalis autem legationem ab *Archiepiscopo* non verbis, sed scriptura ipsius mandatu (a cancellario, puto) composita et oratoribus tradita responsum esse. Cuius *scripturae apographum eodem tempore scriptum in fasciculo, quem saepe dixi, comparet (n. 30—32); haec porro ex eadem intelleguntur: Archiepiscopus in episcopis convocandis id solum spectaverat, ut de „modo administrandi calicem" consilia conferrentur, non ut de coniugio sacerdotum vel de „esu carnium" ageretur. Atque ipsi archiepiscopo iam erat omnino persuasum, fieri non posse ut in Austria et Bavaria atque etiam in terris, in quibus ipsi esset „iurisdictio utraque", sacra et civilis, communio sub una tantum specie retineretur (es sei „der Articulus communionis sub una specie nit zuerhallten"). Instíterant ei Ferdinandus I. imperator et Albertus V. Bavariae dux ac maxime Zacharias Delphinus apostolicus apud imperatorem nuntius, qui litteris 23. Iulii 1564 datis eum magnopere hortatus erat, ut Breve pontificium exsequeretur et „subdelegationes" ad calicem ministrandum faceret, „mit dem verrern ausgedruckhten vermelden, das zu angeregtem modo administrandj die vätter aufs der gesellschafft Iesu, über das

a) *A Pf. corr. ex* vnuerleupt.

[1] Georgium Sigismundum Seld significat; cf. supra p. 56[1] 418[1].

[2] Ferdinandi I.

so hieuor bedacht, auch etliche artikel hin zue gethon, vnnd das die publicatio den drissigisten negstuerschinen monats Julij zu wienn beschehen sein soll." Atque Delphini auditor archiepiscopum coram et vehementer monuerat, ut statim et omnes episcopos suffraganeos, et archidioecesis salisburgensis archipresbyteros omnes, „decanos rurales" omnes, alios ad calicem ministrandum subdelegaret; Ioannes Iacobus hoc quidem eo, quod prius de modo calicis administrandi reliquos episcopos consuli oporteret, recusaverat, illud autem, litteris ad singulos episcopos datis, praestiterat. Hoc quoque archiepiscopus cardinali de Brevi illo Pii IV. proponit considerandum: „Wie . . . zu wien vor gutter zeit solches publicirt, vnnd zu werch gezogen, auch die de societate Iesu solches gleichsfals gethan haben sollen."

Relationi, quam supra memoravi, Pfister alteram adiecit, suo tantum nomine compositam, cuius commentarium, a Gastelio (maximam partem) scriptum, ab ipso Pfistero recognitum in fasciculo, quem saepe dixi, est (n. 50). In hac *Relatione *Pfister,* quid post suum et Seldii ex urbe salisburgensi discessum praestiterit, cardinali exponit: Ipse solus 12. Augusti Passavium profectus, Urbano a Trennbach episcopo cardinalis „instructionem" ostendit, sed haec fere ex eo audivit: „Necessitatj parendum et Temporj inseruiendum esse." Ratisbonae tamen, in quam urbem Pfister 14. Augusti advenit, Vitus a Fraunberg episcopus instructionis exemplum petiit et se in sequendum, quae cardinalis dabat, consilia inclinare significavit. Postridie eius diei Pfister Landishuti, ut ipse sua manu in relationis commentario notavit, „M. Georgium Gastelium, Ludimoderatorem ad S. Martinum ibidem" [1], „assumpsit", „vt eo in hoc negotio, veluti amanuensj, quod eo, hoc tempore neque doctiorem, neque magis fidelem quenquam habere potuerit, vteretur". Quocum recta Dilingam petiit ibique 21. Augusti 1564 relationem cardinali tradidit. Die tandem 24. Augusti eum Augustae cum Canisio egisse ex litteris, quas infra ponam, patet; • exstant etiam in fasciculo, quem dixi (n. 13), aliqua ipsius *Pfisteri* manu *notata de deliberatione „cum D. Canisio" a se habita; quae licet admodum festinanter et obscure scripta sint, hoc tamen facile legitur: „Jtem [D. Canisius mittet] instructionem scriptam pro me." Quam instructionem vel Pfistero, vel cardinale, vel etiam utroque petente compositam (ut equidem censeo) et ex parte manu Georgii Gastelii (quem a Pfistero huius ipsius rei causa Augustae relictum esse puto) scriptam Canisius una cum litteris suis per eundem Gastelium, ut omnino videtur, Frisingam ad Pfisterum misit.

Epistula: Commentarium sive „Instructionem" mittit de causa calicis laicorum Salisburgi in conventu episcoporum tractanda a se festinanter compositam, a Pfistero supplendam et valde circumspecte adhibendam. Aliquorum episcoporum animos a calice concedendo abhorrere.

Instructio: Negotii gravitas et pericula. Quaestio prima: Ritusne communionis sub una specie magni faciendus? Respondet: Est is 1. licitus et salutaris, 2. antiquus, 3. lege firmatus, 4. ubique receptus, 5. catholicae unitatis signum, 6. commodior et securior. Quaestio altera: Ritusne communionis sub utraque specie in ecclesiasticam provinciam salisburgensem ex concessione Pii IV. inducendus? Respondet: 1. Pontifex eum non praescribit, sed tantum permittit, ut episcopi, si ipsi ita expedire iudicaverint, eum certis cum condicionibus concedant; at non expedit, maxime, quia homines condicionibus illis non stabunt. 2. Non decet illos episcopos primos a reliquis se seiungere, neque licet iis sacrum calicem iis dare, quorum maxima pars haeresibus infecta est; consulendi primum archiepiscopi electores vel ipse pontifex; episcopus gurcensis ob calicem ministratum male audit. 3. Novi ritus inductione ecclesiarum pax et concordia turbabuntur. 4. Ex eadem apud catholicos episcoporum

---

[1] Eccenfelda (Eggenfelden in Bavaria inferiore) is ortus erat. Latino sermone a. 1564 Ingolstadii orationem „in laudem pueri Iesu", a. 1566 Dilingae orationem „in laudem Beati Martini", Monachii orationem de re scholastica edidit (*Reinhardstöttner* l. c. [cf. supra p. 299] IV 113 147).

dicioni subiectos dubitationes, rixae, cleri contemptus orientur; reliqui, ut de Husitis compertum est, non meliores, sed ad nova expetenda et ad seditiones audaciores efficientur, condiciones concessioni adiectas recusabunt, eucharistiam sacrilege sument. Si, id quod Bavariae dux meditatur, calix aliquibus tantum concessus erit, reliquorum animi offendentur.

† Pax Christi[a] Reuerende Domine Praeposite.

Mitto scriptum praepropere quidem absolutum, et cui plura non licuit adiungere, quemadmodum res ipsa postulabat. Nam occupationes impediebant. Vnde prudentiae tuae fuerit ea quae desunt, et de quibus heri monebar, adiungere. Hoc unum ualde rogo, ut a nullo transcribantur quae mittimus, et ut cum magno delectu fidis hominibus ea ipsa communicentur. Scriptum est autem ad me, quosdam Episcopos a concessione Calicis abhorrere, nec facile cessuros esse Austriacorum importunitatj. Certe non uideo, qui facile conuenire possint in modo communicandi rite et conuenienter praescribendo. Deinde pergratum mihi fecerit noster Gastelius, si transcribat nostra et exemplum ad me bona fide mittat. Dominus in suam gloriam uertat pietatis tuae conatus, cuj me commendo reuerenter. Augustae 25. Augusti 1.5.64.

Seruus in Christo P. Canisius.

Reuerendo Domino, Joanni Pfistero, Praeposito apud D. Andream et Canonico Frisingensj, Frisingae[b].

Annotationes quaedam ad causam rectius Salisburgae tractandam de usu calicis[c].

Grauis et magnj sane momentj erit haec Patrum[d] deliberatio, quae ut bene ac foeliciter cadat hisce difficillimis temporibus, precandus est inprimis Deus Opt. Max. Huius honor et gloria prae oculis pure habeatur, neque locus detur respectibus et affectibus humanis, ubj de salute tot mille animarum, de dignitate sanctissimj ac uere tremendj Sacramentj, ac de utilitate communj multarum et insignium Ecclesiarum agendum est.

Quodsi male cadet haec consultatio, ingens periculum et perpetuum fere praeiudicium creatur rebus Ecclesiasticis: ipsaeque personae iam definientes, grauamen suis conscientijs maximum adferunt. Non enim solum qui malefaciunt, sed etiam qui consentiunt malefacientibus, digni sunt morte Apostolo teste[1].

Vt uero praesens consultatio rectius intelligatur, et maturius perpendatur, fructumque maiorem praebeat, duabus illa quaestionibus breuiter[e] comprehendj posse uidetur. Nam primum hic[f] quaeritur,

a) Christe *arch.* b) *Inscriptioni manu Pfisteri ascriptum est:* Reuerendo in Christo Patri, D. Petro Canisio *(sequitur* Canisnico, *a Pf. oblitteratum)*, S. Theol. Doctorj, amico suo honorando. c) *Inter hunc et sq. versum A manu, ut puto, Pfisteri, positum est.* d) *Ita arch.; Pfister ex* haec Patrum *correxit:* de Calicis vsu permittendo. e) *Pfister ex* duabus illa quaestionibus breuiter *correxit* vna hac quaestione*; simul signis quibusdam sive uncis tum hic ante* Nam primum, *tum infra post* Nunc ad alteram quaestionem quae principalis est, descendemus *positis significavit se priorem hanc quaestionem omittere.* f) *Hoc v. Canisius ipse supra versum scripsit.*

[1] Rom. 1, 32.

cur[a] communio sub una specie, quae hactenus in his Ecclesijs Salisburgensis prouintiae obtinuit, sit magni facienda? Deinde[b] uero, Cur non expediat Patres ritum communicandj sub una specie abrogare aut relaxare, neque nouum[c] illum sub utraque specie communicandj ritum approbare, et in Ecclesias eiusdem Prouintiae Salisburgensis introducere, etiamsj summus Pontifex ut ita fieret indulget[d] atque concedit?[e] Quod igitur ad priorem quaestionem attinet, multj etiam Catholicj non satis expendunt, quare communicandj sub una specie ritus bonis omnibus debeat comprobarj, et in precio[f] retinerj.

Primum enim ut ex multis aliquas rationes hic repetamus, est ritus ille per se licitus, omnibusque Laicis, et [Clericis][g] [?] non conficientibus[1] utj legitimus sane permissus, et quj secure absque ullo peccatj periculo cunctis commendarj[h] et cum fructu salutis aeternae cuique Christiano sufficere possit. Nam siue Christum ipsum totum et integrum, siue fructum tantj Sacramentj spiritualem et proprium requirimus, sub una quidem specie id totum continetur et accipitur. Qui manducauerit ex hoc pane, uiuet in aeternum[2].

Secundo hic ritus sub una specie communicandj non solum est licitus et salutaris, sed etiam antiquus, et in ueterj Ecclesia receptus, adeo ut illius initium ne ab aduersarijs quidem possit demonstrarj, imo pie creditur et asseritur a doctiss. uiris, uiuis adhuc Apostolis illum ritum introductum et approbatum fuisse[3].

Tertio non solum testimonium habet uenerandae antiquitatis, sed etiam ritus idem lege Concilij Constantiensis, Basiliensis et Tridentinj fuit a Patribus et tota Ecclesia confirmatus et ita commendatus, quod consuetudo communicandj Laicum populum sub una specie, quae ab Ecclesia et sanctis Patribus rationabiliter introducta, et diutissime obseruata est pro lege habenda sit, quam non liceat reprobare, aut sine Ecclesiae authoritate pro libito mutare[4].

a) *Pf. ex* Nam primum hic quaeritur, cur *correxit:* An videlicet. b) *A Can. ipso correctum ex* Postremo*; quod P. Elderen scripserat.* c) *A C. ipso corr. ex* relaxare, nouunque d) *A C. corr. ex* indulgeret. e) *A C. corr. ex* concederet. f) *A C. corr. ex* praecio. g) *Concilium Tridentinum, ubi haec tractat, bis praeter „Laicos" memorat „Clericos non conficientes" (Sessio XXI. De comm. c. 1 et can. 2). Quos tamen Concilium Constantiense tantum „conficientes" vocat (Sess. XIII.).* h) *Ita Can. sua manu correxit vv. ab Eld. scripta:* commendarj possit.

---

[1] I. e. Qui non conficiunt, in missae sacrificio consecrando, sacramentum eucharistiae. [2] Io 6, 52 59.

[3] Praeter communionem utriusque speciei eam quoque, quae sub specie panis tantum fit, inde ab ipsorum apostolorum tempore permissam et probatam esse, docuerant *Ioannes Eckius,* Enchiridion locorum communium c. X, resp. ad 2, Antverpiae 1535, f. F[a]—F2[a]; *Stan. Hosius,* Confessio Catholicae fidei Christiana c. XL, Opera, Parisiis 1562, f. 34[a]; *Ioannes Fabri* O. Pr., Ein ernstliche Christliche ermanung an das Edel Bayerland, s. l. 1557, f. CXV[b]—CXIX[b]; *Guilielmus Lindanus,* Panoplia Evangelica l. 4, c. 56, Ed. 2. Coloniae 1563, 475—476.

[4] *Concilium Constantiense* in Sessione XIII., 15. Iunii 1415 habita: „Cum hujusmodi consuetudo ab ecclesia et sanctis patribus rationabiliter introducta, et diutissime observata sit, habenda est pro lege, quam non licet reprobare, aut sine ecclesiae auctoritate pro libito mutare." Et *Concilium Basileense* in Sessione XXX.,

Quarto hic ritus non solum lege et consuetudine confirmatus ad nos peruenit, sed etiam in omnibus Ecclesijs S. Romanae Ecclesiae adhaerentibus solum obtinet, idque magno sane consensu omnium nationum et prouintiarum, nullo etiam in his ante Lutherum contradicente, praeter Hussitas quos idem Lutherus idcirco arguit, quia se a reliquo Christiano orbe propter usum calicis segregauerunt[1].

Quinto ritus idem singularem adfert utilitatem, ut sit praeclarum uelutj Symbolum, quo Catholicj hodie a Sectarijs maxime dignoscuntur. Nam Sectarij licet inter se ualde dissectj, tamen in hoc signo fere conueniunt omnes seque produnt, quod non una sed sub utraque specie communionem amplectuntur ac tuentur mordicus. Contra uero Catholicj unius speciej communione contentj, se germanos Ecclesiae filios esse declarant. Est altera utilitas, quod ita communicantes testimonium verae fidej ostendunt contra istorum pernitiosum errorem, qui putant sub una specie non uerum et integrum Christum continerj ac sumj. Est et ille usus et fructus huius communionis, quod omnes quj de uno pane[2] edunt, singularem Ecclesiae matrj obedientiam deferunt, et eo ipso testantur se maiorum suorum in eadem[a] Religione filios, uerosque fratres omnium similiter in toto orbe communicantium esse.

Sexto Hic ritus ut est commodior, ita etiam securior quam alter ille sub utraque specie. Arcet enim et excludit periculum effusionis dominicj sanguinis, uariasque prophanationes, neque potest indignum aut poenitendum aliquid accidere circa species uinj, quae facile acescerent, si diutius aliquanto reseruarentur. Vt omittamus id genus alia incommoda et pericula, quae circa Excellentiss. hoc Eucharistiae Sacramentum satis cauerj non possunt, praesertim apud promiscuam illam hominum multitudinem, qui partim sanj partim infirmj, iuuenes et senes, quantumuis agrestes et incompositj, ad calicem bibendum essent admittendj[3]. Constat autem experientia teste, uulgus hominum

a) *Sequitur* fide, *ab Eld. oblitt.*

---

23. Decembris 1437 habita: „Laudabilis consuetudo communicandi laicum populum sub una specie, ab Ecclesia et sanctis patribus rationabiliter introducta, et hactenus diutissime observata, et a doctoribus divinae legis sacrarum scripturarum atque canonum multam peritiam habentibus, jam a longaevo tempore commendata, pro lege habenda est, nec alicui licitum est eam reprobare, aut sine auctoritate Ecclesiae ipsam immutare" (*Mansi* l. c. XXVII 727—728; XXIX 158. *Harduinus* l. c. VIII 381 1244). Denique *Concilium Tridentinum* in Sessione XXI., 16. Iunii 1562 habita: „Sancta Mater Ecclesia . . . hanc consuetudinem sub altera specie communicandi approbavit, et pro lege habendam decrevit, quam reprobare, aut sine ipsius Ecclesiae auctoritate pro libito mutare non licet" (De Comm. c. 2).

[1] In libello a. 1520 primum vulgato: „Verklärung D. Martin Luthers etlicher Artikel in seinem Sermon von dem heiligen Sacrament" (D. *Martin Luthers* Werke. Kritische Gesamtausgabe VI, Weimar 1888, 79—81).

[2] 1 Cor 10, 17.

[3] Haec pericula memorantur etiam in S. *Thomae Aquinatis* Summa theologica III. q. 80, a. 12.

in amore et timore diuino, multo quam unquam antea frigere, et circa cultum diuinum negligentius agere, omnemque nunc irreuerentiam Sacramentis exhibere, quemadmodum si prophanj magis quam Christianj essent. Nonne igitur hic communicandj ritus magnj pendj et sedulo retinerj atque defendj debet? quia non est prohibitus sed licitus et salutaris: non recenter excogitatus, sed antiquissimus: non ab obscuris testibus, sed a tota Ecclesia in sanctis Concilijs confirmatus: non a paucis, sed a Christiano orbe et occidentalibus Ecclesijs omnibus receptus, et vnanimiter tot seculis obseruatus: non incommodus, sed multas et magnas commoditates adferens: non periculosus denique sed ualde securus, sj cum altero ritu conferatur.

Nunc ad alteram quaestionem quae principalis est, descendemus an videlicet expediat, ut praesentes in hoc conuentu Patres abrogata uel relaxata lege et consuetudine sub una specie communicandj, de qua nunc diximus, uelint nouum illum communicandj ritum approbare, et in Ecclesias prouintiae Salisburgensis introducere[a], praesertim cum huc[b] faueat summj Pontificis concessio. Vbj[c] breuiter ostendemus[d] nequaquam expedire, ut haec concessio simpliciter approbetur, et in dictas Ecclesias introducatur[e], atque ita consequenter uel abrogetur uel relaxetur communio unius speciej. Hoc autem ostendj potest petitis[f] argumentis primum ex parte dictj Pontificis, secundo ex parte Patrum seu Episcoporum[g] praesentium, tertio ex parte Ecclesiarum pro quarum utilitate nunc agitur, quarto ex parte subditorum siue sint Catholicj siue Sectarij[h], quibus consultum cupiunt in suis Ecclesijs dictj Patres Prouintiae Salisburgensis.

Principio quantum ad pontificem ipsum attinet, non est quicquam ab illo praeceptum et iniunctum, sed sub conditione propositum, quod patres si[i] iudicent sic expedire consideratis considerandis, tum sub periculo suarum conscientiarum[k] acceptare et promulgare possint dictam concessionem. Et expresse conditiones addit Pontifex, sine quibus uetat et illicitum uiderj uult[l], relaxarj ueterem, et introducj in hanc Prouintiam nouum ritum communicandj[1]. Facit enim Pontifex quod debet, uolens authoritate sua et praesentj concessione nihil committj

a) *Pfister haec ita mutavit:* an videlicet expediat, ut nouus ille communicandj ritus in Ecclesias prouintiae Salisburgensis introducatur; *reliqua omittenda esse significavit.* b) *In* „*Meditatione“, *quam Pf. ex hac Canisii Instructione excerptam ad complures episcopos misit (vide infra p. 632), post* vna hac quaestione (*v. supra p. 623 adnot. e) haec sequuntur:* An uelint super hac re deliberantes aut etiam censeant: nouum illum Communicandi ritum, ceu medium et pharmacum quoddam certum, quo multorum Conscientiae, hoc uno errore tumultuantes ac quasi laborantes multumque anxiae sedentur, sanentur atque etiam tranquillae reddantur; recipiendum, inque Ecclesias prouintiae salisburgensis introducendum, praesertim cum huic faueat summj pontificis concessio: comprehendj posse uidetur. c) *A C. corr. ex* ubi. d) *Pf. hoc v. mutavit in* ostendendum. *Med. habet:* ostendam. e) *Pf. 10 vv. sqq. omittenda esse significavit.* f) *Pf.* petitis *in* sumptis *mutavit.* g) *Pf. v. sequens omittendum esse significavit; in Med. pro eo posita sunt vv.:* reliquorum, qui hoc fierj in suis Diocoesibus concedant. h) *Pf. omittenda esse significavit, quae sequuntur, usque ad* Principio *excl. In Med. autem haec sunt:* sectarij, quibus consultum cupiant ac uelint hoc permissu, eorum Magistratus et superiores. i) *A C. corr. ex* quod si patres. k) *Pf. in margine notavit, pro 3 vv. sqq. ponendum esse* subdelegare. l) *Pf. 3 vv. sqq. omitti vult.*

[1] Pii IV. verba vide supra p. 575.

ad destructionem potius, quam ad aedificationem[1] Ecclesiarum[a] Germanicarum. Vnde totum hoc pondus negocij reiecit in ordinarios locorum[2], qui haud dubie rectius possunt et debent in specie considerare commoda et incommoda utrinque occurrentia, priusquam certj aliquid de calice definiant[b], et in suis Ecclesijs faciant promulgarj. Quodsj Pontifex ipse coram adesset, et uel spectaret uel audiret praesentia pericula et incommoda, cum noua calicis concessione coniuncta, procul dubio nullum Episcoporum cogeret aut inuitaret, ut[c] concessionem eiuscemodj contra conscientiam propriam, uel contra salutem subditorum inueheret atque publicaret[d].

Nam scopus Pontificis non alio sane spectat, sicut in ipsa concessione satis expressum est, nisj ad reducendos errantes et lapsos, quibus in Germania uellet consultum irj, sicut quidam consulj posse sibj alijsque persuadent[3]. Verum sapientes facile uident, talem nunc hominum in his Ecclesijs seductorum faciem apparere, ut ab his obtinerj non possint conditiones, quas Pontifex a communicaturis sub utraque specie postulat, maioraque mala quam commoda Ecclesiarum ex mutatione ritus huiusmodj consecutura esse[e], utj declarabimus. Igitur contra Pontificis mentem facerent Patres, si liberalj concessione tantj Patris abuterentur, et quod in remedium datum est, sibj alijsque uerterent in toxicum, nempe grauando suas conscientias, et Ecclesias potius distrahendo quam aedificando.

Secundo quod ad ipsos[f] patres seu Episcopos[g] iam congregatos attinet[h], etiamsi longe prudentiores et doctiores forent, tamen non poterunt illj suum honorem satis tuerj apud bonos et posteros omnes, quod hac leuj tentatione[i] oppugnati, seipsos a reliquis Episcopis Catholicis segregant[4], quodque uoluerint statim concludere tantumque subire periculj in re tantj momentj, non communicato interim prius concilio[k] [?] cum alijs Episcopis et Archiepiscopis Germanicis[l] quorum sane non minus interest quam ipsorum, de communi hoc germanicae nationis negocio consultare atque statuere. Quid quaeso difficilius, quam certum[m] et conuenientem communicandj modum, pro

a) *Quae sequuntur, usque ad* Sed ponamus, ita esse, ut *etc. excl., in Med. exemplo desunt.* b) *Pf. omnia quae sequuntur, usque ad* scopus Pontificis non *etc. excl., vult omitti.* c) *Hoc v. a C. supra versum scriptum est.* d) *Ita C. correxit ex* inuehere atque publicare. e) *Pf. omnia, quae sequuntur, usque ad* Secundo *excl., omitti vult.* f) *Pf. hic supra versum scripsit* Reuerendissimos. g) *Pf. 2 vv. sqq. omitti vult.* h) *Pf. omnia, quae sequuntur, usque ad* ius diuinum facturj uidentur *incl., omittenda esse significavit, et in margine notavit:* Notandum Communicandum cum alijs Episcopis. i) *Sequuntur vv.* tantumque subire periculum, *ab ipso Eld. oblitt.* k) *Ita Eld.; corrigendum videtur* consilio. l) *A C. corr. ex* germanicis. m) *Duo vv. sqq. ab ipso C. supra versum scripta sunt.*

[1] Rom 15, 2. 2 Cor 10, 8; 13, 10. [2] In episcopos dioecesium illarum.

[3] Affirmat *Pius IV.* in eo Brevi: A Ferdinando I. caesare expositum sibi esse: Catholicos „non paucos jam ad haereticos sese ob eam ipsam causam contulisse", quod maximo „desiderio communicandi sub utraque specie tenerentur"; „a quibus Catholicae fidei veritatem abjurare coacti sint"; de reliquis vero idem timendum esse. Atque ita se, „ut nutantes confirmet, lapsos erigat, errantes in salutis viam reducat", eam calicis concessionem facere (*Lünig* l. c. [v. supra p. 575] 508).

[4] Gal 2, 12. Iud 19.

temporum horum ratione constituere, ut maxime iam definitum esset ex concessione pontificis calicem omnibus liberum facere? Adde quod contra ius diuinum facturj uidentur patres concedendo calicem indignis[a], quos uident et sciunt passim in suis Ecclesijs uarijs erroribus implicatos, et sine confessione et poenitentia illotis uelutj pedibus[1] ad calicem bibendum accurrere. Nolite autem dare sanctum canibus, et margaritas ne spargatis ante porcos inquit Dominus[2]. Ex decem uix vnus reperitur, qui calicem petat hodie citra haeresim, dum putant omnes iure diuino sub utraque specie communicandum esse, et alios praeterea errores admiscent, praesertim indigne admodum de sanctissimo Missae sacrificio, et de autoritate summj pontificis et Episcoporum sentientes[b]. Quomodo igitur patres bona conscientia poterunt hanc aperire fenestram, ut Catholicj sacerdotes illis inseruiant, simulque Catholicis et Sectarijs calicem sacrum porrigant? At[c] longe tutius et prudentius patres facerent[d], si uel suspenderent, uel ad alios, praesertim Reuerendissimos Archiepiscopos, Electores[e][3] adeoque ad Sanctissimum D. N. hoc referrent negotium, neque primj frangerent duram hanc glaciem cum tanta summarum Ecclesiarum mutatione[f] et bonorum perturbatione, Alioquin[g] in eandem incident reprehensionem cum[h] Reuerendissimo Episcopo Gurcensi, qui male audit passim, idcirco, quod unus et primus in Ecclesia Viennensi, praesumpserit Calicem publicare atque porrigere priusquam Metropolitanj uel aliorum Episcoporum sententiam adhibuisset[4].

Tertio quod ad Ecclesias ipsas attinet, nulla quidem in his maior, tranquillitas aut disciplina melior sperarj, potest: sed contrarium sequetur potius ex Calicis introductione. Opus[i] erit nouis Calicibus[k], nouis Canonibus, nouis Ceremonijs, nouis Consilijs, nouis remedijs et cautelis, cum noua subinde incommoda et pericula sese offerent apud

a) *Pf. haec ita (omissis vv. antecedentibus) mutari vult:* Videant patres ne concedant calicem his. b) *Pf., quae sequuntur, usque ad* Tertio quod ad Ecclesias *excl., omittit.* c) *A C. corr. ex* Igitur. d) *Quae sequuntur usque ad ultimas huius libelli sententias excl., manu Gastelii scripta sunt.* e) *Quae sequuntur, usque ad* hoc *excl., ab ipso C. in margine addita sunt.* f) *Tria vv. sqq. a C. ipso in marg. addita sunt.* g) *A C. corr. ex* alioquin. h) *A C. corr. ex* , quam. i) *A. C. corr. ex* , opus. k) *Pf. vv.* sed contrarium *etc. sua manu in margine significavit ita esse mutanda:* Sed nouae inde, hae difficultates, et incommoda orientur: Nouis opus erit Calicibus *etc.*

---

[1] 2 Reg 19, 24. Cf. Io 13, 1—11. [2] Mt 7, 6.

[3] Moguntinum, coloniensem, treverensem; qui „calici laicorum" haud multum favebant (*Bucholtz* l. c. VIII 663—668; *Riess* l. c. 325[1]).

[4] *Bernardus Thanner*, Antonii Brus archiepiscopi pragensis in contionando vicarius, Praga ex curia archiepiscopali 24. Iunii 1564 Citzam (Zeitz) ad Ioannem de Monte canonicum sic scripsit de Urbano Pfaffstetter (Austriaco), episcopo gurcensi et administratore episcopatus vindobonensis: „Proximo die 18. mensis huius Episcopus Gurcensis, satis alias de Lutheranismo suspectus, Viennae pro concione publicauit indultum apostolicum de permissione calicis et satis quidem ambigue, ita enim assuefactus est" (*Cyprianus* l. c. 26). Licere autem sibi non consultis reliquis episcopis eam concessionem promulgare Urbanus eo, puto, existimaverat, quod ipse quoque suum de concessione illa Breve (eius apographum exstat in Fasc. „Freising. Hochst.", quem supra p. 619 dixi) accepisset, neque in eodem pontifex, ut rem prius cum aliis episcopis conferret, exegisset.

sanos et aegrotos in Calicis sumptione: Apparebit noua Ecclesiae facies, tum[a] [?] alij sub una, alij sub vtraque specie uolent Communicare in eodem Templo circa idem Altare, sub eodem Misse sacrifitio, Ita[b] fiet, ut quod[c] Christus dedit symbolum vnitatis[1], in symbolum uertatur diuisionis atque dissensionis, utque[d] poculum salutis[2], mortis poculum efficiatur[e]. Demum quam erit ignominiosum, ut Ecclesiae prouintiae huius, non ad sobrietatem[f] sed plus quam oportet sapientes[3], ab[g] Ecclesijs alijs tam multis et praeclaris[h] imo Catholicis omnibus in hoc ritu primum in uniuersum segregent sese[4], priusquam, cum Pontifice maximo, sua contulerint[i] consilia: illumque de omnibus in re tanta[k] merito considerandis fecerint[l] certiorem[m].

Quarto si spectamus subditos, quibus Calicem dare continget, hi partim Catholicj, partim non Catholicj et Sectarij penitus inueniuntur. Catholicis mutare ritum Communionis non attinet imo ualde nocebit, quia multiplex illis occasio malj prebetur. Quidam enim praesertim simplices dubitare incipient, an recte hactenus ipsj maioresque nostrj crediderint . sub una tantum specie Communicando et an uetus Ecclesia rite statuerit unicum illum ritum omnibus retinendum esse. Alij ut in vulgo fierj solet, sola[n] nouitate et noua curiositate pellecti[o] procurrent ad bibendum Calicem, Nouitas autem cum ubique suspecta uiderj debet[p], tum in sacris rebus est in primis periculosa, magnasque turbas et seditiones in populo solet concitare, sicut huius temporis exempla nimium probant: Alij disputabunt atque contendent, uter modus Communicandj sit melior et magis consentaneus Verbo Dej. Nec fierj potest, quin suum quisque morem libenter defendat et quae ipse facit, laudarj[q] gaudeat, An[r] non plurimj cogitabunt et dicent. En[s] iam cernimus, non temere clamatum esse ab Aduersarijs, ut omnes ex Calice bibant, Tandem veritatem, inquient, agnouit et confitetur uel inuitus Papa, Episcopus Clerus qui hactenus pertinaciter se opposuerunt Aduersarijs, Christj institutionem praeceptum et Exemplum urgentibus.

a) *Sic G.; corrigendum videtur* cum *vel* dum. b) *A C. corr. ex* ita. c) *Pf. vv.* Ita fiet *etc. mutari vult (ut supra adnot. k p. 628) in:* Sicque timendum erit ne fiat vt id quod *etc.* d) *Pf. ex* utque *corrigit* ipsumque. e) *Pf. haec ita corrigit:* poculum vt efficiatur. f) *Sequitur* sapientes, *ab ipso Gastelio oblitteratum.* g) *Hoc v. a C. supra versum scriptum est.* h) *Tria vv. sqq. ab ipso C. in marg. addita sunt.* i) *Correxi ex* contulerunt*; sequitur enim:* fecerint. k) *V. sequens a C. ipso in marg. additum est.* l) *Sequitur* certum, *a Gast. oblitt.* m) *Pf. postremas hasce sententias, incipiendo* a Demum quam erit ignominiosum, *omittendas significat, ita tamen, ut in marg. notet:* Notandum Cum Pontifice conferenda consilia. n) *Tria vv. sqq. a C. supra versum scripta sunt.* o) *A. C. corr. ex* ductj. p) *Hoc v. a C. in marg. additum est.* q) *Sequitur* gaudeant, *a G. oblitt.* r) *A C. corr. ex* gaudeat, an. s) *A C. corr. ex* dicent, en.

---

[1] Cf. 1 Cor. 10, 17. „O Sacramentum pietatis! o signum unitatis! o vinculum charitatis!“: *S. Augustinus*, In Io. Tract. XXVI, n. 13. Cf. etiam *eiusdem* in Io. Tract. XXVII, n. 6 (*Migne*, P. L. XXXV, Parisiis 1864, 1613 1618).

[2] In „Canone Missae“ post consecrationem sacer calix vocatur „calix salutis perpetuae“; et sacerdos, cum sanguinem Domini bibiturus est, verba illa: „Calicem salutaris accipiam“ (Ps 115, 13) recitare in Missali Romano iubetur.

[3] Rom 12, 3. [4] Gal 2, 12. Iud 19.

Jam si alios respiciamus, qui Catholicj non sunt, tantum illj pro
ficient ex hac concessione, quantum in Bohemia Hussitae et in Ger
mania sectarij profecerunt hactenus, cum Calix illis aliquando a Concili
Basiliensi[1] et his a Pontifice Paulo tertio concessus fuit[a][2]. Atqu
nulla inde utilitas, nulla Sectariorum conuersio consequuta fuit, Jmo
peiores hinc[c] fient sectarij et audatiores ad petenda reliqua in quibu
putant ipsi multa esse de iure positiuo remittenda et relaxanda, u
de Caelibatu sacerdotum, de lege ieiuniorum, et de Caeremonijs etc
Multi[d] augebunt rebellionem et pertinaciam[e], uelutj sicut[f] in hoc
uno Articulo cesserunt praelati, sic etiam paulatim in alijs sint sequu
turj et amplexurj doctrinam protestantium, ac proinde minus curabun
Catholicam Religionem eiusque defensores ac professores, Jmo[h] dicen
Catholicos quoque variare sententias nec apud illos constare vnitatem
concordiam et firmitudinem piae Doctrinae, qua Catholicj solent hac
tenus, et merito quidem, contra sectas istas tot modis inter se dis
sectas plurimum gloriarj[i]. Igitur Calicem istis concedere nil sit aliud
quam phraeneticis porrigere gladium et laetaliter aegrotantibus fo
mentum morbi praebere[k]. nihil inquam aliud quam istorum auger
licentiam[l], qui Conditiones et[m] leges a Pontifice propositas non ob
seruabunt et semel per Episcopos[n], introductum in Ecclesias Calicem
nunquam sinant[o] reuocarj, quicquid tandem pontifex aut Episcopu
aut Concionator uociferetur . Sic[p] Hussitae concessionem a Concili
factam egregie iactant in hunc diem usque, sed reuocationem eiusdem
Concessionis, quae[q] Rebellibus[r] paulo post opposita[s] fuit[3] plane con
temnunt . et nunc nihil minus obseruant quam Conditiones annexa
Concessionj[4], imo Archiepiscopum ipsum Pragensem exuerunt[t] boni
omnibus[u]. mutarunt Religionem, noua templa constituerunt . multos
que in Clero tum gladio tum igne crudeliter extinxerunt[5].

a) *Sequitur* Atque, *a G. oblitt.* b) *A C. corr. ex* , imo. c) *A C. corr. ex* nunc. d) Muti (
e) *A C. corr. ex* pertinatiores fient. f) *A C. supra versum scriptum.* g) *Pf. haec in marg. i*
corrigit: pertinaciam suam, sic statuentes apud se, Sicut in hoc *etc.* h) *A C. corr. ex* imo. i) *P*
super 2 vv. sqq. scripsit: Et calice concesso; *sed haec ipse postea oblitteravit.* k) *Quattuor vv. sq*
a C. in marg. addita sunt. l) *Pf. haec mutavit in* augeatur licentia. m) *Sequitur* legeres *v*
simile v., a G. oblitt. n) *Pf. in marg. notavit, verba haec, incipiendo ab* Igitur Calicem, *sic mutand*
esse: Adde quod Calicis vsu concesso nihil aliud apud plaerosque efficiatur quam quod animus ill
addatur licentia augeatur, vt conditiones et leges a Pontifice propositas, non obseruent, et sem
per Episcopos *etc.* o) *A C. corr. ex* sinent. p) *A C. corr. ex* sic. q) *Sequuntur vv.* post Con
cessionem, *oblitt.* r) *Duo vv. sqq. a C. in marg. addita sunt.* s) *A C. corr. ex* addita. t) *Se*
quitur postea, *oblitt.* u) *Quinque vv. sqq. a C. in marg. addita sunt.*

---

[1] Synodus basileensis 15. Ianuarii 1437 „Compactata“ iglaviensia probavi
quibus communio sub utraque specie Bohemis et Moravis concedebatur (*Hefele* l. c
VII 625). [2] De Pauli III. concessione v. supra p. 150[2].

[3] *Pius II.* in Bulla Roma 26. Iunii 1464 data sollemniter pronuntiavit: Com
pactata illa a sede apostolica nunquam esse confirmata, neque Bohemos conditionibu
stetisse; ideo eos sub panis tantum specie eucharistiam sumere debere (*Hefele-Hergen*
röther l. c. VIII 175—181).

[4] De his condicionibus v. *Can.* III 508.

[5] Sedis archiepiscopalis expilatio reliquaque illa facinora potissimum primi
post Ioannem Hus condemnatum (1415) decenniis perpetrata sunt.

Magnum profecto nephas[a] istis operam dare[b] ut Calicem bibant, tum in intellectu tum in affectu, nec sani nec purj reperiuntur, m[c] plaerique in fide claudicant[1], in erroribus ab Ecclesia dam- ;is persistunt, de multis et magnis fidej rebus male sentiunt, Ec- siae Authoritatem negligunt, neque seipsos probant[2] et pur- nt[3]. ad haec tremenda mysteria progredientes. Quomodo igitur 'sterium fidej[4] porrigetur ijs, qui fide carent? quomodo san- nem Dominicum bibent, qui rej sunt corporis et sanguinis minj[5], sibique manducant et bibunt iuditium?[6] Quae ientia, sic[d] paucis consulere, ut multos[e] in discrimen adducas?[f] ie pietas, ob incertam spem paucos lucrifaciendj, multos amittere? ae iustitia, importunitatj quorundam cedere ut[g] bonos offendas[h], clesias perturbes[i], imo[k] ut et Christum Christique corpus et san- nem plaerisque prophanandum permittas[l]. Vident ergo sapientes, spectent ista consilia quorundam, qui pro Calice inuehendo Cae- et terram miscere uelle uidentur[m]. Nescitis cuius spiritus tis[7] inquit Christus nescitis quid petatis[n][8].

Sed[o] ponamus ita esse ut publicetur[p] facultas sub utraque specie nmunicandj[q]. An[r] licebit id omnibus?[s] Illustrissimus princeps uariae[9] non putat expedire[t] ut in primarijs Ciuitatibus suis[10] Calix rigatur, Et[u] re uera non expedit, quia Communio unius speciej abrogaretur et uiolarentur ea, quae optime statuit Concilium Tri- ntinum[v][11]. An igitur quibusdam tantum licebit utj Calice? indigne ent hoc alij praesertim uicinj[w] quibus non licebit, et sibj quoque

a) *Pf. haec ita mutavit:* Magna profecto difficultas. b) *Sequitur* et, *oblitt.* c) *Verbum sq.* *supra versum scriptum est.* d) *A C. corr. ex* ut. e) *A C. corr. ex* consulas, multos. f) *A C.* *ex* adducere. g) *A C. corr. ex* et. h) *A C. corr. ex* offendere. i) *A C. corr. ex* perturbare. *loc v. et 2 sqq. a C. supra versum scripta sunt.* l) *A C. corr. ex* permittere. m) *Novem vv. sqq.* *pso C. addita sunt.* n) *Pf. haec omnia, incipiendo a* Quae sapientia, sic paucis, *omitti vult.* *ntecedit* uidentur, *oblitt.* p) *Pf. pro* publicetur *ponit* sub praescriptis condicionibus; *Med. habet:* ositis et praescriptis conditionibus. q) *Pf. addit* detur. r) *A C. corr. ex* an. s) *Pf. haec* *dit:* passim vbique locorum vbi veri Catholicj degunt? An etiam quibusuis presbyteris, absque uia vlla examinatione ab Ordinario seu eius vices gerente facta. Jtem an non danda sit pres- ris subdelegandis ab Ordinario modus et forma seu instructio etiam in scriptis qualiter se in inistrando et conseruando sanguine dominico Jtem qualiter se apud infirmos gerere debeant, remo qualiter in confessione communicare volentes examinare debeant. Jtem an non presbyterj qui hactenus propria authoritate clam vel publice sub vtraque laicos communicarunt, quia Jrre- res sunt, absolutione indigeant, et quia Ordinariorum non sit illos ab Jrregularitate absoluere, ion procurare debeant sibi talem etiam potestatem a Summo Pontifice concedj. Jtem an non cum ;ifice Max. conferenda sint consilia, illeque de omnib. in re tanta merito considerandis, prae- m ad exonerandas conscientias suas, quamprimum per Nuncium nomine prouinciae deputandum per literas (Negotio tamen non dilato) certior sit faciendus. t) *Pf. supra vv.* non putat ex- re *scripsit:* nunquam concedet; *deinde autem hanc sententiam, incipiendo ab* Illustrissimus *usque* igatur *incl. uncis inclusit, eam omittendam esse significans.* u) *A C. corr. ex* et. v) *Nescio* *Pf. hanc quoque sententiam, incipiendo ab* Et re uera, *omittere voluerit; qui sane post* Triden- n *uncum finalem (ut ita dicam) posuit, neque tamen uncus initialis comparet. In Med. haec quoque* *ntia omissa est.* w) *Sequitur* et, *oblitt.*

---

[1] Cf. Hebr 12, 13. [2] 1 Cor 11, 28; cf. etiam 2 Cor 13, 5. [3] Eccli 7, 34. [4] 1 Tim 3, 9. Atque ita sacer calix in ipsis verbis consecrationis, quae liturgia ana ex vetere memoria habet, vocatur. [5] 1 Cor 11, 27. [6] 1 Cor 11, 29. [7] Lc 9, 55. [8] Mt 20, 22. Mc 10, 38. [9] Albertus V. [10] Monachii, Ingolstadii, Landishuti; vide, quae ex relatione Pfisteri posui ra p. 620. [11] Vide supra p. 624[4].

permittj[a] uolent passim tantumdem libertatis et iuris, propter suam scilicet conscientiam et priuatam deuotionem. Ita nouas grauesque turbas, dabit Calix in quadam Bauariae parte concessus, in alia uero negatus, et erunt peiora posteriora prioribus[1 b]. Verum haec omnia prudentius et bonorum iuditio rectius perpendenda relinquuntur[c].

Dominus[d] gratiam tribuat Patribus, ut Sanctissimo Sacramento debitam reuerentiam non minuant sed augeant, utque non communicent peccatis alienis[2] sed potius populum a peccatis et erroribus liberent Christo JESV propicio, cuj sit laus honor et decus in secula seculorum . Amen[e].

Canisius in litteris huic „Instructioni" additis monet, se non absolutum perpolitumve mittere libellum, sed argumenta potius quaedam, eaque a Pfistero ex colloquiis Augustae secum habitis supplenda et amplificanda (v. supra p. 623). Itaque Pfister, id quod „lectiones variantes" Instructioni modo subiectae ostendunt, priore illius parte omissa, alteram, quam et ipse Canisius „principalem" vocat (v. supra p. 626), ad litteras quasdam componendas adhibere statuit. Atque in fasciculo monacensi, quem saepe dixi, exstant reliquiae commentarii a Gastelio scripti, quo adumbrabatur „* Pij et Catholicj cuiusdam virj, de vsu Calicis permittendo Meditatio"; reliquiae, inquam; nam folia tantum primum et ultimum praesto sunt; reliqua perisse videntur. Quae porro in primo folio leguntur, ita scripta sunt, ut Pfister in ipsa Canisii Instructione notaverat esse scribendum; pauca tantum aliter sunt scripta, eaque ita, ut in lectionibus variantibus dixi; ultimum quoque folium cum Pfisteri adnotationibus et additionibus, si res ipsae spectantur, convenit: Quaeritur, num, si calix concessus fuerit, futurum sit, ut omnibus eundem sumere liceat ubique, etiam locis omnino catholicis; fore ut dubitationes inde oriantur etc. Monentur episcopi de sacerdotibus, qui usque ad id tempus calicem populo sua auctoritate praebuerint, irregularitate solvendis eorumque solvendorum potestate a pontifice impetranda, atque etiam de nuntio vel litteris, quibus idem pontifex de condicionibus calici adiectis et de eiusdem administrandi ratione certior efficiatur atque consulatur, Romam mittendis, ut episcoporum conscientiae „exonerentur" etc.; v. supra p. 631[8]. Adduntur praeterea haec: „Non minori etiam cura prouidendum, ut ei rei docti pij et rerum periti in fideque constantes praeficiantur presbyteri ac subdelegentur, ut ij non solum in administrando conseruandoque[f] —, sed et sumentium conscientijs iuxta formam et modum ab ordinario suo uel congregatione praescribendam examinandis[g] offitio suo satisfacere queant, quique confitentes rite audiant eorumque animos et sententiam de reliquis Catholicae Ecclesiae Articulis inuestigent atque explorent, salutarem denique exhortationem et informationem adhibeant." Hanc igitur „Piam Meditationem" *Pfister*, ut ipse notavit, Salisburgum misit ad Ioannem Iacobum Khuen a Belasy archiepiscopum, Urbanum a Trennbach episcopum passaviensem, Vitum a Fraunberg episcopum ratisbonensem, Christophorum Schlattl episcopum chiemensem, qui cum Petro Persico episcopo seccoviensi (hunc Pfister iam 9. Augusti 1564 litteris ex monasterio Mansee datis ad veterem disciplinam ecclesiasticam diligenter conservandam hortatus erat, ut ipse ad cardinalem Ottonem rettulit) et Michaele Wagner Ioanneque Lorichio episcopi frisingensis oratoribus et Christophoro Elsenheymer Bavariae ducis legato a d. 29. Augusti ad 5. Septembris consilia conferebant. „Monitioni" autem *Pfister* * litteras addidit Fri-

a) *Sequitur* solent p, *oblitt.* b) *Pf., ut omnino videtur, has quoque sententias, incipiendo ab* An igitur quibusdam, *omitti voluit; nam post* prioribus *uncum finalem posuit, unco initiali omisso; atque fortasse superior ille uncus finalis lapsu calami positus est pro initiali, qui verbum* An *amplecti debuerat.* c) *Pf. addito unco finali hanc quoque sententiam, ut videtur, omittendam significavit.* d) *Hoc v. et sqq., usque ad* seculorum *incl., a P. Elderen scripta sunt.* e) *Hoc v. a C. ipso scriptum est.* f) *Sequuntur 2 vv. obscura;* dominico sanguine? g) examinando *comm.*

[1] Mt 12, 45. Lc 11, 26. 2 Pet 2, 20. [2] 1 Tim 5, 22.

singa 28. Augusti 1564 ad episcopos illos datas; in quibus affirmat, se de „communi causa Ecclesiae“ multum cogitasse „cumque longe se prudentioribus, Ecclesiaeque Catholicae optime consultum cupientibus ea de re“ consilium habuisse; iam se mittere Salisburgum, „quae maxime, in praesentis et grauissimj negotij deliberatione consideranda adeoque spectanda sibi alijsque sint uisa“. Ad ea autem mittenda se moveri sincero divinae gloriae studio, non vanitate ambitioneve, „aut“, inquit, „quod ego, quae a Reuerendissimis Illustrissimisue D. Vestris iam consultantibus, uix ullo alio modo retineri posse facile uideam, : ea violentia aliqua tentanda, sicque Christianam Rempublicam in maximum aliquod discrimen adducendam esse, meaue sola aliqua arte et consilio rei modum inueniri posse putem“ (ex litterarum ad archiepiscopum datarum commentario a Gastelio scripto et a Pfistero recognito, quod exstat in fasciculo illo monacensi n. 7).

Episcopi, praeter multa alia ad ecclesiasticam disciplinam spectantia, statuerunt, ut in provincia salisburgensi (in Bavaria tamen aliquibus tantum locis a duce designandis) laicis sacri calicis sumendi facultas fieret; ut „modus administrandi communionem sub utraque“ vindobonensis adhiberetur; ut, si quid forte postea visum esset constitui oportere, quod episcoporum potestatem excederet, summus pontifex consuleretur. *Pfister*, ut ex *Relatione eius autographa intellegitur, 9. Septembris 1564 iterum archiepiscopum adiit eique Ottonis cardinalis litteras tradidit (l. c. n. 39); neque tamen quicquam effecisse videtur. Ceterum anno 1571 idem ille Ioannes Iacobus archiepiscopus salisburgensis calicis concessionem a se factam revocavit et irritam esse iussit, quod plus detrimenti, quam utilitatis ecclesiae attulisset (*Knöpfler* l. c. 140—141 214). Similiter reliqui episcopi egerunt.

Simul cum hac instructione vel saltem paulo post a Canisio aliud quoque scriptum ad Pfisterum missum est; de quo haec noto: Qui calicem laicis dandum esse censebant, ad sententiam confirmandam, ut ex Pfisteri relatione illa intellegitur (v. supra p. 620 621), hoc quoque proferebant, Vindobonae ipsos etiam Societatis homines calicis concessionem promulgasse. Nuntiaverat, puto, Canisio hoc Iesuitarum vindobonensium factum ipsa fama, idque, ut fieri solet, amplificatum; neque dubitari potest, quin de eodem cum Canisio contulerit Pfister (v. supra p. 623). Atque *Pfister* de deliberatione Augustae 24. Augusti „cum D. Canisio“ a se habita, de qua supra p. 622, hoc quoque *notavit: Canisius relationem „publicationis a JESVITIS Viennae factae mittet, quae dispergatur vbique contra maleuolos pro honore ordinis“. Promissis stetit Canisius; nam in fasciculo monacensi, quem saepe commemoravi, duo exstant huius **Relationis* exempla eadem manu scripta, quorum unum (A) a Pfistero sic inscriptum est: „De JESVITIS quatenus confirmarunt Communionem sub vtraque . Copia“ (2°; 1½ pp.); alterum (B) ab eodem inscriptum est: „De Jesuitis quatenus confirmarunt Communionem sub vtraque specie“ (2°; 1½ pp.); tertium exemplum (C), eodem fere tempore scriptum, vidi Ratisbonae in archivo urbis (Kast. II. eccles. Fach 1, n. XX), inter epistulas ad Nicolaum Gallum, qui eo tempore Ratisbonae „superintendentem“ Lutheranorum agebat, missas (2°; 1½ pp.); quartum Moguntiam ad P. Lambertum Auer S. J., collegii illius rectorem, missum esse videtur (*Hansen* l. c. 510[2]); quintum Monachii in archivo regni bavarici inter „Acta religionis austriaca“ (t. I) asservatur (*B. Duhr* S. J., Zur Geschichte des Jesuitenordens I, in „Historisches Jahrbuch“ XXV 164). Litteras, vel potius eam litterarum partem, quae adhuc exstat, pono ex apographo, quod primo loco commemoravi. Ex loquendi porro ratione, quae in litteris hisce apparet, mihi probabile efficitur, neque eum, qui eas dedit, neque eum, ad quem datae sunt, de Societate fuisse; ille tamen ex ipsis, puto, Sociis vindobonensibus totum rerum eventum audivit ac fortasse ab iisdem ad scribendum impulsus est. Ita igitur ille: — — „Caeterum quod ad Iesuitas Viennenses attinet qui nouum communicandj modum in Ecclesia sua[1] publicasse et vsurpasse dicuntur, breuiter dicam quod res

[1] In ecclesia, quae monasterii carmelitani Beatae Mariae Virginis fuerat et nunc parochiae „Novem chororum angelicorum“ est (*Can.* I 446[3] 448[1]).

est ne forte alijs hac de re falso narrantibus[a] aut male sentientibus nimium tribuatur[b]. Episcopus Gurtzensis[1], quem nosti administratorem Ecclesiae Viennensis esse, potestatem in primis accepit a Ponti.[c] Max. vt Sacrum Calicem laicis porrigere possit. Delegit ergo sibi dictus Episcopus tria templa Viennae, et in his vnum Societatis Jesu, ut[d] tribus illis in locis, prima fieret nouae concessionis proclamatio. Venit idcirco ad Rectorem Iesuitarum[2], sed nihil obtinuit, cum postularet apud ipsos eandem concessionem publice proclamari[3]. Allatum est postea scriptum Romanum[4], quo Rector idem admonebatur ne prorsus obsisteret vrgentibus publicationem eius rei, quum iam illicita esse desijsset, Pont. Max. accedente consensu, praesertim postquam eiusdem concessionis publicatio alibi cum Episcopi authoritate facta fuisset. Duobus autem in templis Viennae palam Episcopus promulgauerat vsum Calicis, et iterum uehementer instabant[e] [?], ut apud Jesuitas idem fieret, si saluam obedientiam vellent esse. Jllj hactenus consenserunt quidem, vt explicandas in ipsa publicatione susciperent conditiones, quas Pontifex prudenter addidit, et sine quibus Episcopi calicis vsum nullis laicis concedere [possunt]. Constat autem has conditiones eas esse, vt apud nullos fere qui nunc vrgent Calicem iuxta mentem Pontificis reperiantur. Absoluta iam concione, quae magnam habuit auditorum frequentiam, accessit vnus qui communionem sub vtraque specie dari sibi postulabat. Verum repulsam ille tulit, et iussus est s e ipsum recte p r o b a r e[5], et propositas conditiones obseruare, quas Pontifex in ipsa concessione a communicantibus exigit. Atque ita nec illo primo die nec postea fuit quisquam, qui sub vtraque specie apud Jesuitas communicaret. Conditiones autem, quas Pontifex exigit, et communicantes adferre debent hae sunt praecipue[f]: Primum vt profiteantur fidem et Religionem Ecclesiae Catholicae Romanae. Secundo ut confiteantur communicantes sub vtraque non plus accipere quam alios sub vna specie. Tertio, ut credant Ecclesiam hactenus non errasse dum praecepit Sacerdotes in Missae sacrificio sub vtraque laicos[g] autem[h] sub vna specie communicare etc.[i] Cum porro quidam[6] de modo communicandi nouas leges proponerent, quae in Austriacis Ecclesijs circa vsum calicis obseruandae essent, annotarunt[k] Jesuitae quae illic desiderarent, sicut et alij multa illic reprehenderunt. Quare sapientes intelligunt, quod a Jesuitis ex obedientia semel factum est, id eo recte torqueri non posse, velut ipsi aut calicis usum commendent, aut aduersus receptum, et probatum[l] communicandj morem, quem etiam Sacra Synodus postremo approbauit[7], noui quicquam instituant aut moliantur. Haec te latere nolui uir amiciss. Nos breui coram in aula nostri Principis[8] acturi[m] quidem[n] de his plura. Vale foelix Viennae 12 Augusti 1564."

Etiam *Otto Truchsess* cardinalis Socios vindobonenses excusavit et defendit. Ita enim ille in "*Memoriali" autographo, de quo supra (p. 619) scripsi: „Ia man sagt die Iesuuiter habens zu wyen publiciert. O wolt gott es hette yedermann solche notwendige firsehung wie die Iesuuiter, welche fleissig die personen mit trew examiniern, vnd dem Breue gestracks nach gangen, haben aber vor 8 tagen noch nit

a) narantibus *ABC*. b) tribuat *A*. *In B* tribuatur *correctum est ex* tribuat. c) Pont: *C*. d) et *A*. e) *Ita ABC; corrigendumne* instabat? f) praecipuae *BC*. g) laico *ABC*. h) *Hoc v. in C deest*. i) Communicare rem *AB*. *In B tamen ex* rem *correctum est* etc. k) anotarunt *A*. l) receptum ut probatur *A*. *In B* receptum vt probatur *corr. est ex* receptum vt approbatur. m) actur *A*. n) *Deest in C*.

[1] Urbanus Pfaffstetter (Austriacus).

[2] P. Laurentium Magium.

[3] Delphinus nuntius apostolicus promiserat, effecturum se, ut in Societatis ecclesia communionem sub utraque administrari non oporteret; v. supra p. 588 589.

[4] Litterae Lainii praepositi generalis significari videntur, de quibus supra p. 587 dictum est. [5] 1 Cor 11, 28.

[6] Urbanus episcopus gurcensis, puto, significatur; cf. supra p. 621 628.

[7] Vide supra p. 624[4].

[8] Monachii in aula Alberti V.? Dilingae in aula cardinalis Ottonis?

ein : gefunden der bey inen das Sacrament hab empfahen wellen dann an den Conditionibus stost es sich hefftig."

Haec omnia et confirmantur et illustrantur *litteris a *Polanco* nomine Iacobi Lainii praepositi generalis Roma 3. Octobris 1564 Coloniam ad P. Leonardum Kessel S. J., collegii illius rectorem, datis; in quibus Polancus: „Quod ad communionem sub utraque specie attinet, si viderint Reuerentiae Vestrae litteras concessionis Pontificis, eam satis limitatam iudicabunt, et si conditiones illae obseruarentur quae in Apostolicis litteris exprimuntur, uel pauci uterentur calice, aut forte nulli, uel si qui uterentur sine detrimento religionis Catholicae id facerent. Nostris Viennensibus et Pragensibus qui uehementer urgebantur, permissum est, imo et iniunctum ut concessionem Pontificiis promulgarent simul cum illis conditionibus quae in litteris apostolicis continebantur, ita tamen ut ipsi abstinerent a ministrando calice quantum citra scandalum fieri posset, et si cui essent ministraturi, ut prius eius audirent confessionem, et in altari separato bene dispositis tantum possent calicem ministrare, et ita nemini hactenus quod sciamus ministrarunt." Atque idem *Polancus* Roma 2. Ianuarii 1565 ad Socios lovanienses *scripsit: „Li Nostri ne in jspruc ne altroue, non hano administrato mai detto Calice, et perche si trouano molti inconuenienti non so se durera la concessione" (ex apographis eodem tempore scriptis. Cod. „Germ. 1561" f. 190 232[b] — 233[a]).

1115. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 26. Augusti 1564.

Ex epistulae Polanci apographo, eodem tempore scripto. Cod. „Germ. 1561" f. 181[a].

Polancus nomine Lainii Roma 9. Septembris 1564 Augustam ad Canisium scripsit: „Riceuette N. P. quelle di V. R. de 26. del passato". Perisse videntur hae Canisii litterae. De quibus vide Polanci, quam dixi, epistulam; hac enim Lainius Canisio respondit.

1116. **P. IOANNES DE POLANCO**, secretarius Societatis Iesu, mandatu Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO.

Roma 26. Augusti 1564.

Ex apographo eiusdem temporis, a duobus librariis scripto; in margine epistulae „P. Canisio"; in margine „Postscripti": „P. Canisio Prouincial". Cod. „Germ. 1561" f. 164[b] — 165[b].

Professores ingolstadienses. Canisius bene agit, quod cardinali Augustano, quae in synodo salisburgensi proponenda sibi viderentur, exposuit; cum tamen eiusmodi consilia dabuntur vel cum de rebus ad Maximilianum II. pertinentibus dicetur scribeturve, curandum erit, ne consilii auctor cognoscatur. Maximilianus II. erga res religionis bene affectum se praebet. Non expedit, Canisium a cardinale ad electores vel ad episcopum herbipolensem legari. Probatur, veterem universitatis dilinganae rectorem eiusdem „gubernatorem" constitui, ita tamen, ut ex pacto rector Societatis, non cardinalis officium ei tribuat. Cum ex eodem pacto unus idemque et universitatis et collegii Societatis rector esse debeat, neque homo ad ea aptus praesto sit, nondum, quando universitas in Societatem transferenda sit, definiri potest. P. Dionysius in Varmiam eat oportet. P. Mendoza recte recusavit, quo minus collegii dilingani rector crearetur; cui Romam veniendum est. Canisius praepositi provincialis officium retinens, etiam collegii universitatisque dilinganae rector sit necesse est, donec alius rector mittatur. Mittendusne P. Crucius? Dilingae P. Rabenstein ministrum, P. Darbishirus regentem, Augustae P. Stevordianus contionatorem agere poterunt. Roma magistri et scholastici mittentur. Viatica. Dilinganis contionator germanicus non datur; cardinalis in collegium illud plus impendere debebat, sed, multos alios sumptus faciens,

vix impendet. Placet, Socios Augusta non abire; ubi alia ecclesia domusque quaerantur oportet; timendum, ut capitulum fundationem dilinganam ratam habeat. Nicolaus Gallus. Volckerus. Reginas Oeniponte discedentes unus tantum de Societate comitetur. Convenit, ut controversiae cum capitulo augustano ortae cardinalis opera componantur et ut Canisii loco nonnunquam alius contionetur.

Pax christi.

Si è riceuuta la lettera de .V. R. de .5. del presente, et 8. giorni innanzi si erano hauute altre[a] [?] della medesima data del P. Aluigi[1], non so doue consiste questa tardita, de .12. del presente si son riceuute anche adesso de Dilinga.

Mastro Joan Dominico resti in bonhora et Dio .N. Signor dia buon successo al suo corso[2]. Resti anco il Dottor Theodoro[3] se sera cosi necessario . ben fece .V. R. in dire il suo parere al Cardinal Augustano quanto à quello che si doueua proponere in Salisburgo[4], aduertasi pero in queste instructionj che non sia noto lo autore maxime in materie odiose, et sempre chẽ si parla ò scriua de cose appartenenti al nouo Jmperator[5] .V. R. habia respetto perche intendiamo che nelle cose della Relligione da molto bone mostre et non conuiene exasperarlo in quello che si potra scusare[6], et per questo fra li altri motiui pare bene à nostro Padre che .V. R. non uadi ne alli electorj[7] ne al Erbipolense[8] doue trattaua el Cardinal mandarlo.

Che resti il Rector uechio[9] per Consiliario et gouernatore[10] sotto il Rectore nostro sta bene obseruandosi la forma del Contratto del Cardinal per essempio de altrj in modo che[b] il Rettor della Compagnia lo metta et non il Cardinal accio li successori suoi non pretendano poterlo fare.

a) *Hoc v. vel* lettere *vel simile omnino videtur esse ponendum pro* innanzi, *quod in ap. hic perperam repetitum est.* b) *Antecedit* che *a libr. oblitteratum.*

[1] De Mendoza.

[2] „Cursui“ philosophico, quem Facciardus in universitate ingolstadiensi tradere iussus est; v. supra p. 585.

[3] Peltanus, theologiae in eadem universitate professor.

[4] Episcopi quidem augustani archiepiscoporum moguntinorum, non salisburgensium, „suffraganei“ erant; sed ad dioecesim augustanam pertinebat pars aliqua Bavariae; cuius maiorem partem ecclesiastica provincia salisburgensis comprehendebat; atque a. 1544 Salisburgum ad synodum provincialem etiam Otto cardinalis Augustanus invitatus accesserat (*Can.* I 120[6]); atque ad synodum modo indictam Ioannem Pfister et Thomam Seld legaverat; v. supra p. 619.

[5] Maximiliano II. [6] Sacrae communionis sub utraque specie administrationem Polancus significare videtur.

[7] Electores sine dubio significantur ecclesiastici, iique vel omnes vel, id quod mihi magis probatur, hi duo: Ioannes von der Leyen treverensis et Daniel Brendel moguntinus archiepiscopi; quorum collega erat Fridericus a Weda archiepiscopus coloniensis.

[8] Canisius, antequam hae litterae in Germaniam perlatae essent, ad Fridericum a Wirsberg episcopum herbipolensem iam erat profectus; v. infra monum. 616 617.

[9] Cornelius Herlen.

[10] Huius erat iurisdictionem academicam in rebus tum civilibus tum criminalibus administrare (*Specht* l. c. 79; cf. infra monum. 511).

Circa il tempo della Translatione della Vniuersita non pare si possa fare delliberatione ferma insino à tanto che si troui il suggetto che debbia esser Rettore del Collegio nostro, et insieme della Vniuersita gia che secondo il contratto fatto con el Cardinale il medesimo deue esser Rettor del Collegio nostro et della Vniuersita, et non di quello di Santo Hieronimo, et della Vniuersita . questo adunque non potra esser il Dottor Henrico parte per ragion del suo talento piu proprio il quale è di predicare etc. piu che de simili gouernj, parte per esser destinato perla prussia como gia si è scritto piu uolte, et quando questa arriuara se lui non è partito non pare douera indugiare piu che gia seli mando col spatio passato la lettera de .N. P. per il Cardinal Varmiense et qualche instructione [1]. Jl P. Aloigi [2] non sera anche Rettore parte perle ragioni che lui ha scritte à nostro Padre, quali sono efficacj, et senza preiudicio della obedientia luj ha fatto ben de repljcare . parte per che ce siamo accorti che secondo il contratto il medesimo deue esser Rettor de nostro Collegio et della Vniuersita, et luj realmente non ha talento appropriato per tal assunto in modo che à .N. P. pare che luj non sia Rettore [a], ma che uenga à Roma.

quanto alli altri punti che tocca .V. R. de luj li potra dar li recordj che li pareranno benche uenendo à Roma qua sera auertito etc.

Tornando al Rettor de Dilinga non trouamo della lingua Tudesca ne anche de altra natione chi si possa mandar per il presente et sia qual si ricerca per tal luoco, non se potendo leuare il Dottor Theodorico Canisio [3], ilquale aljoqui sarebbe molto al proposito, ne il Dottor Paulo [4], resta dunque che .V. R. porti questa Croce per questo Principio, et retenendo lo assunto de Prouinciale sia anco Rectore dil Collegio nostro et Vniuersita de Dilinga insino à tanto che si mandj un altro ilquale gia si ua cercando di qua et di la, et ci occorreua il Padre Lutio Croce superintendente del Collegio de Venetia. dica .V. R. che gliene pare ò si conosce altro fuora de quelli che nomino el Padre Aloygi lo nomine [b], per minjstro senon li pare sufficiente el Fischerio [5] ueda se seria espediente metterui il . P. Rebasteyn [6] quando finira il suo Corso che si crede sera adesso auanti la renouatione delli studij, et il Dottor Thoma [7] Anglo che si mandara

a) *Sequitur* quanto, *a libr. oblitteratum.* b) momine *ap.*

[1] Antequam ipsae illae litterae romanae (5. Augusti datae), quibus primum P. Henricus Dionysius ad Hosium proficisci iussus erat (v. supra p. 598), Canisio traditae essent, hic Dilingae (17. Augusti) nomine Societatis universitatis curam susceperat et Dionysium rectorem eiusdem universitatis constituerat; v. infra monum. 510 511. [2] De Mendoza. [3] Rector collegii ingolstadiensis.

[4] Hoffaeus, collegii monacensis rector.

[5] P. Ioannes Piscator; v. supra p. 21 [3] 435 479.

[6] P. Ioannem Rabenstein; quem ineunte m. Septembri 1564 in universitate dilingana physicae (aristotelicae) professorem fuisse ex eiusdem universitatis * *Actis* constat (Cod. diling. „Acta ac. Dil.“ p. 68). [7] Darbyshire.

presto potra esser regente ò superiore del Collegio de Santo Hieronimo solamente che è persona prudente, et ha exercitio in agibilibus, et perche non resti Augusta senza predicatore uenga il Padre Martino [1] ilquale crediamo non mancara de agiutar uolontierj la Compagnia et il ben commune in questo bisogno.

Di Roma oltre mastro Stephano ljberio si mandano .3. buoni sogettj per legere la Rettorica in Dilinga Jngolstadio et Jspruc, et li doi de loro sono anche atti à legere il corso, uno Pruteno, altro Jtaliano, si mandano anche alcunj altri boni sugettj per auditori de logica et Phisica, et per agiutare in alcune Classi piu basse [2], et era cosa ragioneuole che hauessimo hauuto il uiatico per loro ma lo pigliaremo di quello che' l [a] Cardinal Varmiense ha mandato che seran poco manco de .300. ducati secondo che mi pare . et di la .V. R. dara el bisogno al Padre Henrico [3], et à questi che de Roma si mandano in Prussia quando arriuaranno la, et se fara bono conto poi, del tutto.

Del dar predicatore in Tudesco al Cardinal [4] non pare conueniente che pigliamo questo peso alquale non siamo obligatj massime essendo tanto poco numero de nostri in Dilinga, et tantj altri oblighj che non serebbe cosa tolerabile senon fosse la speranza del frutto et anche del aumento della fundatione et fabrica laqual speranza pero se debilita assaj uedendo che fa tante spese el Cardinale in altre cose che non lj resta troppo commodita de farle in questa [5].

Del non uscire de Augusta li nostri [6] come per altri [b] [?] si è scrjtto pare bene à .N. P. et che non se contentando li Canonicj che stiamo con nostra liberta et al modo della Compagnia si troui un altro tempio, et habitatione doue questo si faccia, Jl magior inconueniente è che forse il Capitolo non confirmara quello che ha fatto el Cardinale in Dilinga [7], non so pero se in tal caso bastarebbe la confirmatione del papa.

Del mandar Nicolao Francese [8] in Francia se lui è sano et atto per legere .V. R. lo puo mandare drizzandolo al Padre Emundo [9] à

a) quello del *ap.* b) *Sic ap.; legendumne* altre *[i. e. lettere]?*

[1] Stevordianus.

[2] De his plura in Polanci epistulis proximis dicentur. [3] Dionysio.

[4] Dilinganis huiusmodi contionatorem dari volebat; v. supra p. 411.

[5] Cum Otto non solum cardinalis, sed etiam imperii princeps esset, ex illorum temporum instituto et multi ab eo aulici sustentabantur et domus eius hospitibus patebat. Praeterea Otto aedificator erat et plurimos alebat symphoniacos (*Duhr*, Die Quellen etc. [v. supra p. 358 [1]] 184—186).

[6] Canisius propter controversias de administratione sacramentorum inter ipsum et capitulum cathedrale ortas Augusta cum suis discedere cogitaverat; v. infra monum. 489.

[7] Capitulum cathedrale ante a. 1606 hanc fundationem ratam non habuit (*Specht* l. c. 62—63 75—77).

[8] Has litteras si cum epistulis a Polanco 16. Septembris 1564 ad Canisium et ab hoc 7. Octobris et 4. Novembris 1564 ad Lainium, ineunte m. Novembri 1564 ad Vinckium datis contuleris, Nicolaum Servatium illum, de quo saepe, ut supra p. 587, dictum est, significari collegeris. [9] Augerio.

Lione ò al Padre Oliuerio[1] à Parigi, mastro Erasmo[2] potra attender' ad studiare il resto della philosophja, et far anco una lectione greca[a],

Se le Regine[3] partessino de Jspruc sera assaj che menino seco uno dellj doj ò il Padre Dirsio, ò il Padre Hermete[4]. Non dirro altro[b] per questa senon che postdomane potria esser' se mettessino in uiagio lj nostri tutti . ci ricommandamo molto nelle orationi et sacrificij di .V. R. etc. Di Roma li .26. de Agosto 1564.

Qui uanno due lettere peril Padre Don Luigi una, et altra per il Rettor de Monachjo.

Alle lettere de V. R. de 25. de Julio doue discurre in utramque partem sopra le cose de Augusta non accade dir altro senon che è bene dare assetto à quelle difficulta[5] per uia del Cardinale et in questo mezzo se puo andar considerando la commodita de altra Chjesa benche non se concluda, et del mettere in suo luoco altro predicatore alle uolte etiam restando con la Cathedra de Augusta pare bene.

Una cum his litteris, ut ex ipsis intellegitur, ad Canisium missa est *epistula a *Polanco* nomine Lainii Roma 26. Augusti 1564 Dilingam ad P. Aloysium de Mendoza S. J. data; in qua haec, praeter alia, sunt: „Si son riceuute quelle de .V. R. de .5. 6. et .12. del presente et intese le ragionj che la meueno per non restar in Dilinga .N. P. le accetta et si contenta torne jn Jtalia questo autunno. . . . Della traduction delle lettere dell' Jndia non accade che il Cardinal scriua à messer Julio[6] per che luj ha preso l' assunto uolontierj et ua bene innanzi.“ (Ex apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1561“ f. 165[b]).

Canisius Lainio rescripsit 30. Septembris 1564.

1117. P. IOANNES DE POLANCO S. J., secretarius Societatis Iesu, CANISIO. Roma sub d. 27. Augusti 1564.

Ex regesto et apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1561“ f. 167[a].

Commendatur Canisio Vitus Krepser palatinus, ex collegio germanico rediens isque dignus, qui (nisi Societatem ingredietur) ab archiepiscopo moguntino, cui praeclara officia praestare poterit, canonicatu ornetur.

In antiquo „Registro“ epistularum a praepositis generalibus Societatis Iesu datarum manu unius ex librariis scriptum est: „P. Canisio. Vn altra si scrisse in ricommandatione del medesimo Maestro Vito“. Antecedit autem haec verba proxime apographum epistulae Roma 27. Augusti 1564 a P. Ioanne de Polanco S. J. collegii germanici „superintendente“ (v. supra p. 457[13]) Moguntiam missae, qua is P. Lambertum Auer S. J., collegii moguntini rectorem, monet: Epistulam suam ipsi traditum iri per „Magistrum Vitum Germanum“; hunc in terra haereticorum parentibus haereticis ortum, Vindobonae ad fidem catholicam conversum, inde Romam in collegium germanicum missum, philosophiae studia ibidem admodum prospere absolvisse et, cum per annum theologiae scholasticae haud sine fructu operam dedisset, ob valetudinem aeris romani parum patientem in patriam redire voluisse. Modo igitur illum dirigi ad [Danielem Brendel] archiepiscopum et electorem moguntinum; hunc enim homines

a) *Sequuntur vv.* se le, *a libr. oblitt.* b) altra *ap.*

---

[1] Manareo. [2] Völcker; qui Dilingae versabatur (v. supra p. 599 611).
[3] Magdalena eiusque sorores. Oenipontem pestilentia urebat. [4] Halbpaur.
[5] Difficultates dicit, quas cathedrale capitulum augustanum Sociis parabat; v. supra p. 543—547. [6] Iulius Pogianus; v. supra p. 570.

aliquot idoneos petisse; Vitum autem et modestum et ad contionandum aptum et eum esse, qui philosophiam atque etiam aliquid theologiae tradere possit, ideoque eum canonicatu aliquo dignum censeri, nisi tamen Societatem ingredi velit; id quod Sociis gratum sit futurum.

In antiquissimo collegii germanici **Catalogo* notatum est, „Vitum Krepser Palatinum" 8. Octobris 1560 in collegium admissum esse (Cod. rom. „All. coll. Germ." p. 14). Krepser († 1594), quem Hirschavia (Hirschau, in Palatinatu superiore) ortum esse ferunt (*Wegele* l. c. [cf. supra p. 405[3]] I 174), a Iulio Echter de Mespelbrunn, episcopo et principe herbipolensi, a. 1574 consiliarius, sub a. 1575 etiam collegialis ecclesiae Novi Monasterii (Neumünster) canonicus (postea decanus fuit) constitutus, universitati, quam Iulius Herbipoli condere statuerat, Romae approbationem privilegiaque pontificia impetravit; in qua universitate etiam primus facultatis iuridicae decanus, annis 1591/2 et 1592/3 rector, aliquamdiu „procancellarius" fuit; atque a. 1580 Iulius Krepserum (qui etiam Protonotarius apostolicus nominatus est) cancellarium episcopalem creavit. „Offenbar", inquit *Wegele* (l. c. I 174), „gehört er zu den fähigsten und vertrautesten ‚Dienern' Julius Echter's im letzten Viertel des 16. Jahrhunderts" (*Ign. Gropp* O. S. B., Collectio novissima Scriptorum et rerum Wirceburgensium, Francofurti 1741, 63. Card. *Steinhuber* l. c. I 77 254—255. *Wegele* l. c. I 160 174 198 272—273).

Canisius ad hanc epistulam rescripsit 30. Septembris 1564.

1118. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu. Dilinga 29. Augusti 1564.

Ex epistularum Polanci apographis eodem tempore scriptis. Cod. „Germ. 1561" f. 183[a] 183[b], et ex apographo recenti epistulae canisianae 23. Septembris 1564 datae, de quo infra, n. 1132, dicetur.

De P. Theodorico Canisio rectore collegii Societatis dilingani, P. Henrico Dionysio regente contubernii S. Hieronymi constituendis etc.

Polancus nomine Lainii Roma 16. Septembris 1564 Augustam ad Canisium scripsit: „Riceuette N. P. quella de .V. R. de .29. de Agosto et stando lei de partita per Herbipolj, et si è ancora uista altra del Cardinal et altra del Padre Don Luygi del medesimo sugetto". Dilinga autem Canisium scripsisse satis certum est; nam constat, eum Herbipolim ab episcopo evocatum, d. 27. Augusti, contione Augustae in ecclesia cathedrali habita, equo vectum esse Dilingam (v. infra, monum. 491). Accedit, quod una cum Canisii litteris Romam perlatae sunt epistulae eiusdem argumenti ab Ottone cardinale Augustano et a P. Aloysio de Mendoza S. J. datae; quos eo tempore Dilingae fuisse constat.

Ad hanc Canisii epistulam spectare videntur etiam, quae de P. Theodorico Canisio, collegii ingolstadiensis rectore, Polancus nomine Lainii Roma 16. Septembris 1564 Dilingam ad P. Aloysium de Mendoza S. J. scripsit: „Si è approbato il disegno del Padre Canisio de far che il Dottor Theodorico sia Rector del Collegio Nostro, et il medesimo potrebbe esser anco della Vniuersita." Atque ipse Canisius Augusta 23. Septembris 1564 ad Lainium de dilingano Societatis collegio per Theodoricum Canisium ac de collegio S. Hieronymi per P. Henricum Dionysium regendis: „Rectius huic collegio et nostris etiam, ut plane putamus, [consuletur,][a] si quod ante scripsimus obtineat, nimirum ut frater meus Rectorem agat collegii nostri simulque juvet D. Henricum in collegio Hieronymiano commorantem una cum P. Rabenstein[b] . . . Non repetam quae hac de re scripsimus" etc.

Ceterum, quoniam Canisii litterae perierunt, vide de iis Polanci epistulam 16. Septembris 1564 ad ipsum datam; hac enim Lainius ei respondit.

a) *Hoc vel simile v. supplendum esse tum quae in epistula antecedunt, tum quae proxime sequuntur, plane ostendunt.* b) Rabenstim *ap.*

1119. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO.

Roma 29. Augusti 1564.

Ex apographo eiusdem temporis; apographo epistulae in margine eadem manu ascriptum est: „P. Canisio . Padre Lanoy"; sed verba „P. Canisio" linea transmissa oblitterata sunt; „Postscripto" autem (quod eadem manu transcriptum est) in margine eadem manu adnotatum est „P. Canjsio", idque, ut omnino videtur, correctum ex „P. Lanoio". Cod. „Germ. 1561" f. 167[b] 168[a].

Socios aliquos mitti operam Germaniae superiori naraturos. De Sociis ex Italia et Germania in Borussiam ad cardinalem Hosium ire iussis.

Pax christi.

La presente portaranno alcuni nostri fratelli li qualj hanno à serujre, perla Prouincia de .V. R. secondo che perli Corrieri seli è scritto [1], et pero non parlaro piu della diuisione loro presupponendola, et anche remettendola al arbitrio de .V. R.

Del uiatico loro se scriuira etiam de aparte . uanno insieme .3. deputati perla Prussia, il Padre Arnoldo, et il mastro Roberto schoto, et Paulo Lamberto [2] liqualj non doueriano perder tempo, ma quanto prima auiarsj la uolta de Praga quale reputamo qui la migliore per andare à Prussia massime per radunarsi con quelli de Colonia Moguntia et Dilinga che uanno dal Cardinal Vuarmiense [3]. Li .3. caualli quantunque hanno seruito in bona parte à quelli de Germania sono pur delli .3. de Prussia, et cosi selli diano se staranno per far' tal uiagio, ouero li dia .V. R. quel miglior indrizzo che potra, et tutto quello che li mancassi del Viatico lo supplisca .V. R. à conto nostro che si potra sottrarre [a] delli Viaticj della Germania, et non essendo questa per altro effetto resta solo ricommandarci tutti molto nelle orationi et sacrificij di .V. R., et de tutta sua Prouincia. Di Roma lj .29. de Agosto. 1564.

Dopo questo scritto si è mutato parere quanto al Viagio delli .3. che uanno à Prussia, et anderanno per Vienna et Cracouia, quanto allj altrj uedasi di la se sara piu espediente vadino per praga come si è scrjtto, ouero piglino anco la uia de Cracouia, che pare in uero longa [b].

Licet in registro, quo usus sum, verba „P. Canisio", quae huic epistulae ascripta erant, postea oblitterata sint, tamen et ipsae res, quae in ea tractantur, et epistulae, quae in eodem registro hanc epistulam eiusque „Postscriptum" proxime sequuntur, eam ad Canisium datam esse ostendunt.

a) sotare *ap.* b) longo *ap.*

---

[1] De horum nominibus et indole etc. Polancus 5. Septembris 1564 ad Canisium scripturus erat; quas litteras ad eundem sciebat citius perlatum iri quam illas, quas 29. Augusti Sociis illis in Germaniam destinatis traditurus erat.

[2] De Arnoldo Concho sive Conchio et Roberto Abercrombio v. *Can.* III 217 et supra p. 287. Paulus Lambertus italus erat (*Eichhorn*, Hosius II 177).

[3] Vide supra p. 613.

1120. CANISIUS **OTTONI TRUCHSESS DE WALDBURG,** cardinali, episcopo augustano, imperii principi.

Ex itinere herbipolensi inter d. 28. et 31. Augusti 1564.

Ex apographo saeculo XVI. Augustae scripto. Cod. monac. „Augsb. Domk.“ p. 123—128; cf. p. 118.

Epistula usus est et particulam ex ea posuit *Schellhass*, Nuntiaturberichte IV xx.

Canisius Herbipolim excurrens, ad scriptum cathedralis capituli augustani cardinali traditum breviter respondet. Socii nihil contra capitulum moliti, controversiam sibi cum canonicis esse dolent. Quorum ipsi privilegia non violabunt, sed sua quoque sibi salva esse cupiunt neque impedire possunt, quominus capituli facta ab hominibus vituperentur. Socii iura parochialia non usurparunt, immo parochiam iuvarunt; parochiale tamen officium suscipere nequeunt. A rixis abhorrentes, per aequos iudices iudicari volunt. Canisius neque insignibus tantum hominibus sacramenta ministrare, neque P. Elderen cum ignominia amandare potest; cuius tamen errata, si quae erunt, corriget. Socii, cathedrali templo relicto, aliam ecclesiam domumque quaerere parati sunt, id unum rogantes, ut Societatis more homines adiuvare sinantur, capitulo semper honorem et caritatem exhibituri.

Pax christi Ihesu Reuerendissime et Illustrissime Domine.

Non ignorat amplitudo tua, quibus de causis obsecutus sim Domino Cancellario Herbipolensis Episcopi [1]. Rogo igitur Cels: tuam vt me excusatum Augustae habeat, quod Herbipolim excurram toties expetitus, Et quoniam temporis angustia non permittit, ut Reuerendis Dominis de Capitulo, eorumque scripto quod postremo accepi [2] respondeam, satis fore putaui, si breuiter ad articulos scripti mentem meam declararem, et amplitudinis tuae judicio subijcerem, vt quidquid illa de toto negotio censeret ad maiorem Dei gloriam et populj aedificationem pertinere, hoc unum sequi possemus. Primum bona fide testarj possumus nos [a] hactenus dum Augustae sumus, contra Venerabile Capitulum nihil molitos esse, aut molituros presertim apud Illustrissimam [b] D. V. Igitur cupimus reuerenter ne judicemur a dominis jta seuere, quod accusatorum partes sustineamus. Nouit satis amplitudo tua, nos multis modis accusatos hactenus ac judicatos etiam fuisse in Capitulo peremptorio [3], priusquam auditi fuerimus. Nouit praeterea quomodo sepe dolentes ostenderimus displicere nobis institutam hanc actionem. Vt quae ad destructionem [c] fidelium [4] et ad distractionem animorum maxime spectaret. Secundo quod ad priuilegia

a) no *ap.* b) Illustrissimum *ap.* c) daestructionem *ap.*

---

[1] Collegii Herbipoli praeparandi gratia (v. supra p. 613) Canisius eodem arcessitus est a Balthasare de Hellu belga (*M. Lossen* in „Forschungen zur deutschen Geschichte“ XXIII 354), qui et Friderici a Wirsberg et praeclari illius, qui ei in episcopatu successurus erat, Iulii Echter a Mespelbrunn, cancellarius fuit (*Wegele* l. c. I 90 153).

[2] Huius libelli — recta quidem et proxime cardinali destinati — quae fuerit summa, et ex iis, quae Canisius hic respondet, et ex actis capituli, quae infra monum. 490 ponentur, colligi potest.

[3] Sessionem „peremptoriam“ sive eam, cui canonicos omnes interesse et in qua hanc causam iam ante tractari coeptam definiri oportebat, capitulum habuit 18. Augusti 1564; v. infra monum. 490. [4] Cf. 2 Cor 13, 10.

tum Dominorum de Capitulo, tum nostra pertinet, nunquam nobis jn animo fuit illorum priuilegia quae neque vidimus, neque audiuimus unquam, violare, et impugnare, sed ex animo cupimus illa salua manere, et si qua ex parte negligantur a nobis, intelligere. Vicissim autem rogamus ut Dominj gratiose concedant, nos priuilegijs quoque nostris utj, sicutj societas Ihesu alijs in locis vtitur ad Ecclesiae tantum aedificationem[1] cum authoritate et consensu principum vtriusque status, Nouit autem Reuerendissima D. V. nos tantum rogatos partem unam priuilegij seorsim exhibuisse[2], neque mentem nobis illam tamen exhibendo fuisse quae nobis atribuitur.

Tertio cum pari reuerentia postulamus ne facile nobis imputentur sicut multa nunc imputantur, quae alij aut fingunt, aut adferunt per calumniosam interpretationem contra Iesuitas, aut etiam contra Reuerendos Dominos de Capitulo. Verbi gratia multis jn ore est impediri Cultum diuinum per nouam[a] prohibitionem Dominorum Iesuitis factam ut ne possint sicut antea pijs sacram porrigere Eucharistiam[b], putant enim hinc fieri, vt pauciores ad templum D. Virginis[3], et ad vsum sacramentorum accedant, vtque male animentur ad sacra. Nos neque authores neque incentores unquam erimus, vt quisquam minimo verbo laedat venerabile Capitulum[c], sed nec impedire possumus quo minus Augustae offendantur infirmj et vulgus hominum libere dicat quod sentit de summis etiam Magistratibus.

Quarto cupimus ab aequis viris judicarj, an hoc sit in iura parochialia inuolare, quod admittimus[d] volentes a nobis iuuari in sacramento Confessionis et communionis extra tempus paschatis[4], In alijs neque offendimus[e] [?] jura parochialia scientes, Tantum [non][f] [?] obfuimus parochiae[g] hac tenus vt post nostrum aduentum plures ad eam accesserint et accedant quam antea: utque maiorem deuotionem tum circa sacramenta tum circa sacra praebeant Augustae. Sit nomen Domini benedictum[5].

Quinto gratias agimus venerabilj Capitulo curam parochialem quodam modo nobis offerentj, sed vocatione nostra contenti, et ut

a) nouum *ap.* b) Eucharaestiam *ap.* c) Capitulo *ap.* d) admitimus *ap.* e) *In ap. sequitur,* neque; *id quod perperam positum esse censeo; fortasse legendum est:* Neque in alijs offendimus. f) *Hoc supplendum esse videtur, nisi Canisius ironice dicat; atque ita eum dicere mihi satis probatur.* g) parochio *ap.*

---

[1] 1 Cor 14, 12; cf. Rom 15, 2; 2 Cor 10, 8 etc.

[2] Socii 11. Augusti 1564 per cardinalis legatos capitulo scriptum exhibuerant, quo ex Pauli III. Bulla „Licet Debitum" plurima Societatis privilegia comprehendente excerpta erant privilegia illa, quibus potestas tribuebatur omnibus fidelibus peccata „rectoris sui licentia minime requisita" Sociis confitendi et, festo Paschatis et „articulo mortis" exceptis, eucharistiam, „Parochialium Ecclesiarum Rectorum licentia minime requisita", ab iisdem Sociis „accipiendi"; v. infra monum. 489.

[3] Ad ecclesiam cathedralem, quae tunc „ecclesia b. Mariae", inde a saeculo XVII. „ecclesia B. M. V. sub titulo Visitationis" appellabatur (*Hoeynck* l. c. 254).

[4] Vide supra p. 555 566—567. [5] Ps 112, 2.

pluribus inseruire possimus, putamus non expedire et instituto nostro repugnare, haec munera[a] et onera propter multas grauesque causas[1].

Sexto valde dolemus, ita persuasos esse dominos veluti contentiose hic agamus[2] cum aduersarijs, nos contra nullum aduersarium causam agimus, modeste tantum respondimus [Dominis][b] de Capitulo, priusquam audiremus, neque scimus adhuc qui sint actores quibus nos possimus opponere . Hoc unum rogamus ut aequos habeamus iudices, praesertim R. D. V. vti ordinarium utque consideretur non quid hic, aut ille dicat, contra Iesuitas, sed quid[c] legitime probari possit non solum in iudicio, sed etiam extra judicium: ne alioquin falsum dicatur testimonium[3] contra fratrem et infirmi scandalizentur[4].

Septimo petimus et rogamus, ne cogant Canisium contra suam conscientiam in eo agere ut personas tantum jnsigniores ad sacram confessionem, et communionem admittat[d], atque ita circa vsum sacramentorum debeat acceptor esse personarum[5]. Deinde ne moleste ferant Domini precamur, si ea vtamur potestate, quam nobis ad aedificationem Deus dedit[6], et quam Canisius adimere non potest alijs qui sunt a superioribus ad munus Confessariorum electi, Quod si de abusibus M. Guilhelmi[7] corrigendis agitur promittit[e] Canisius operam suam vt si qui tales reperiantur ac assignentur semoueantur protinus: vt autem M. Guilhelmum reijciat, ac velut re male congesta[f] [?] quasi cum jgnominia dimittat[g] neque iustum id videtur petere, neque dignum hoc tempore concedere.

Octauo[h] ut certius agnoscant Dominj[i] nos pacis et tranquillitatis amantes[k] esse, qui de scandalis nunc excitatis et de commotis contra nos dominorum animis grauiter sane dolemus hoc medium offerimus considerandum Reuerendissime D. V. nimirum vt bona venia relinquamus templum Cathedrale B. Virginis ne omnino cuiquam oneri simus[8], circumspiciemus etiam de habitatione alia, propter nos exorta tempestas est, si creditur aduersarijs, proijciamur in mare[9], et

a) mune *ap.* b) *Hoc ut suppleatur, res ipsa postulare videtur.* c) quod *ap.* d) admitat *ap.* e) promittet *Schellh.* f) *Sic; corrigendum videtur* confecta. g) dimitat *ap.* h) Quarto *ap.* i) *In ap. a libr. correctum ex* dui. k) tranquilitatis amantis *ap.*

[1] *S. Ignatius* constituerat: „In Collegiis Societatis nec curae animarum, nec obligationes ad Missas celebrandas, neque aliae huiusmodi admittantur, . . . quemadmodum neque in Domibus aliis vel ecclesiis Societatis professae, quae, quoad eius fieri potest, expedita ad Sedis Apostolicae missiones obeundas, aliaque opera ad Dei obsequium et animarum auxilium esse debet: Constitutiones S. J. P. IV, c. 2, n. 4. Ideo a. 1558 prima Societatis congregatio generalis (decr. 124) praeceperat, ut collegium conimbricense, cui parochiales ecclesiae iunctae erant, parochiali illa cura quam primum se liberandum curaret (*Institutum* S. J. II 184). [2] Dt 31, 27.

[3] Mt 19, 18. Lc 18, 20; cf. Ex 20, 16; Dt 5, 20 etc. [4] Cf. 1 Cor 8, 9 13.

[5] Act 10, 34. Cf. Dt 10, 17; Rom 2, 11 etc. [6] 2 Cor 10, 8.

[7] Elderen S. J. [8] 1 Thess. 2, 7.

[9] Canisius verba illa Ionae prophetae (Ion 1, 12) ad se accommodavit, perinde atque olim Sanctus Gregorius Nazianzenus, qui a. 381, ut Constantinopoli in synodo

ex oculis multorum submoueamur qui nos jn Clero sic inuisos habere dicuntur.

Postremo jllud obsecramus per Christum Dominum [1], vt permittamur [a] esse sacerdotes de Societate Iesu, qui pro sui instituti ratione possint, verbo et sacramento gratis et sedulo Dei promouere gloriam, et proximum aedificare [b] jn Augustana Ecclesia, sicut passim alibi per hanc Ihesu societatem fieri solet . Deinde ne cogamur cum mala conscientia contra nostra uenire priuilegia, ad quae non minus obligati sumus quam alij ad sua priuilegia, et statuta conseruanda.

Haec in jpso jtinere scripsi: Illustriss: Domine que non cupio cuiquam opponi, nec in vllius jniuriam cedere: sed veritatis tantum explicandae gratia, et ut sententiam nostram indicaremus breuiter proposui. Nihil autem aliud [c] ab Illustr: D. V. rogo nisi ut causam totam ad Dej Opt: Max: gloriam dirigat pro sua singularj sapientia . vtque sathanae conatus impediat qui certe tum animorum contra nos acerbitates tum populj scandala videt perlubenter et fouet more suo, nostrum erit pro reuerendis Dominis Capitulj Christum orare sedulo, et reuerenter illos honorare, ac amare continenter nulloque modo patiemur vt oblatam Charitatis et patientiae exercende occasionem amittamus. Fiat autem Domini Voluntas [2] qui scrutatur Corda et renes [3]. Ipsius queratur honos et gloria semper

Seruus in Christo P. Canisius.

Reuerendissimo in Christo patri et Illustrissimo Domino Domino Cardinalj et Episcopo Augustano patrono Ampliss:

Hae litterae, ut ex ipsis intellegitur, a Canisio, cum „Herbipolim excurreret", ad cardinalem datae sunt ex „jpso jtinere", herbipolensi; quod Canisius die 27. Augusti ante meridiem, Augusta Dilingam discedens, erat ingressus (v. infra monum. 491); cardinalis autem earum apographum Dilinga 4. Septembris 1564 Augustam ad capitulum cathedrale misit (Cod. monac. „Augsb. Domk." p. 118—128, et infra monum. 493). Ex Polanci porro epistula 16. Septembris 1564 ad Canisium data colligi posse videtur, Canisium Dilingae per integrum diem 28. Augusti atque saltem per partem aliquam diei 29. mansisse; quare eum Dilingae vel 28. vel 29. Augusti has litteras scripsisse verisimile est idque etiam ea de causa, quod ita intellegitur, cur neque ipsis his litteris locus vel tempus ascripta sint, neque in earum inscriptione

a) permitamur *ap.* b) aedifficare *ap.* c) alliud *ap.*

---

oecumenica II. dissidia quaedam episcoporum componerentur, et episcopatu constantinopolitano et urbe ipsa cessit, episcopos, ut *Rufinus Aquileiensis* narrat, sic allocutus: „Si propter me est ista tempestas, tollite me, et mittite me in mare" (Historia ecclesiastica l. 2, c. 9. *Migne,* P. L. XXI 520), vel ut ipse *Gregorius* de se refert:

„Τάδ' εἶπον· . . . .
Ἐγὼ δ' Ἰωνᾶς ὁ προφήτης γίνομαι.
Δίδωμ' ἐμαυτὸν τῆς νεὼς σωτηρίαν,
Καίπερ κλύδωνος τυγχάνων ἀναίτιος.
Ἄραντες ἡμᾶς ῥίψατε κλήρου φορᾷ."

(Carmina l. 2, sect. 1, n. 11 [De vita sua] v. 1828 1838—1841. *Migne,* P. Gr. XXXVII 1157 1158). [1] Cf. Rom 15, 30; 1 Cor 1, 10 etc.

[2] Act 21, 14; cf. Mt 6, 10. [3] Ps 7, 10. Apc 2, 23.

locus positus sit. Poterat tamen etiam fieri, ut Canisius loco aliquo inter Dilingam et Herbipolim sito (inter 29. et 31. Augusti) scriberet; atque ita facilius explicueris, cur cardinalis Canisii litteras Augustam non miserit ante d. 4. Septembris.

Capitulum in sessione 9. Septembris habita, cum Canisi litterae recitatae essent, statuit, ut suo nomine cum ipso Canisio ageretur. Ita capituli acta habent (Cod. monac. „Augsb. Domk." p. 118—128).

1121. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO.

Roma 5. Septembris 1564.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „P. Canisio". Cod. „Germ. 1561" f. 178[b]—180[a].

P. Henricum Dionysium, cum universitatis dilinganae rector institutus sit et sanguinem exspuerit, ad cardinalem Hosium mitti non posse. Quinam in Varmiam ad Hosium mittantur (PP. Fahe, Strobel etc.). Qui modo ex Italia et Germania inferiore Oenipontem, Ingolstadium, Dilingam ad docendum vel discendum mittantur (P. Avantianus, Poloni, Angli etc.). De contubernio S. Hieronymi; de rectoribus, ministris, cubiculorum praefectis, consultoribus dilinganis. Socios Dilingae neque in aliena ecclesia missam cantare vel contionatores agere, neque chorum habere debere; cardinalem Augustanum nimium ab iis petere, collegium dilinganum non fundare, ne viatica quidem solvere; eum, ut nimiis et inutilibus sumptibus faciendis tandem abstineat, serio monendum esse. Satis fore, si unus ex Sociis in Bavariam inferiorem ad contionandum etc. revertatur. P. Cuvillonium in Germaniam inferiorem non esse mittendum. Num P. Petrum Haupt, vitae communi ineptum, dimitti et electori alicui ecclesiastico concedi conveniat.

Pax christi.

Riceuette .N. P. quella[a] [?] de .V. R. de .18. del passato che sono le ultime et per quelle si è intesa la solenne translatione del Rectorato della Vniuersita nel Padre Dottor Henrico [1], et se un poco piu se aspettaua sariano state receuute le lettere nellequali seli ordinaua andasse dal Cardinal Varmiense secondo che lui con instantia lo adimandaua, ma con questo bene detto Rectorato, et con quello che .V. R. toca per transennam che li sia rotta una uena, et che habia sputato sangue, et lj sia prohibito il predicare, pare si rende molto importuno questo uiagio, et pero .N. P. si risolue che restj, et si tenga cura de sua sanita, et .V. R. con lettere officiose ueda de sodisfare al buon Cardinal Vuarmiense quanto alla persona del P. Dyonisio auisandoli como si era scritto resolutamente lo mandassi, et che pigliasse .V. R. el Rectorato, ma che perla[b] uena Rotta essendo inhabile al poter predicare oltre lo hauerlo fatto Rectore dela Vniuersita questi di non era parso conueniente metter lo in tanto longo uiagio cosi indisposto maxime non potendo esser utile in Prussia conla predicatione per causa del pecto. Hor per mandare una persona che habia qualche dono per predjcare dela[c] [?] lingua Tudesca, et

a) *Sic ap.; sed corrigendum esse videtur* quelle*; nam sequitur:* sono le ultime et per quelle.
b) mache macheperla *ap.* c) *Sic ap.; corrigendumne* nela?

[1] Dionysio; v. supra p. 614.

che habia qualche maturita de anni ci trouamo assai impicciatj, et nostro Padre si è risoluto scriuere à Colonia che uada el Padre Pietro Phae ilquale gia fu pastor' de Popardia persona molto da bene et di eta conueniente [1]. Si manda anco per Rector como gia penso hauer scritto il Dottor Christophoro Strobelio, et menara seco mastro Simon [2] Pruteno ilquale potra anche predicare, di Roma non si è mandato niuno della lingua Tudesca per che si guardano quelli pochi che ui sono per la Germania et sono giouani, et nel Corso dellj studij, si mando uno Fiandrese, et uno scoto con uno Jtaliano solamente [3], tutti boni sugettj, ma li Tudeschj si pigliano dalle parti che ho detto [4], et principalmente de Colonia.

Quanto al Collegio et Vniuersita de Dilinga lo aiuto che si è potuto mandare questo autunno si è mandato [a], — — — cio è per Jspruc in luogo del Dottor Emundo [5] Scoto che ua per Rectore à Parigi si manda el Dottor Andrea Auantiano bonissimo sugetto quanto alla bonita et prudentia, et Doctrina in humanita, philosophia, et Theologia, fratello del nostro mastro Erardo bonae memoriae [6]. legera li la scriptura, et potrebbe legere un Corso de Arti, et anche de Theologia, et è atto al gouerno .etc. [7] il .2º per Jspruc è mastro Bernardino Guana [8] che ha letto la prima Classe alcuni anni in Nola, et è buon grego, et ha sentjto la logica, si è leuato del [b] Corso benche era dellj bonj perli bisogni della Germania . como habia seruito uno ó .2. anni potra continuare il detto corso di la, questo potra succedere al mastro Georgio [9] se sera necessario et quando non potrebbe altroue nella Prouincia de .V. R. fare il medesimo officio.

a) *Hic in ap. vitio librarii aliqua omissa esse res ipsa ostendit; videntur autem haec fere a Polanco scripta esse:* quelli che si mandano adesso sono destinati per altri collegij della Germania superiore. b) *Sequitur* Costo *vel* Corso, *a libr. oblitteratum.*

---

[1] De P. Petro Fahe (Phaë, Vahe), qui Boppardiae (Boppard) parochus fuerat, v. *Can.* II 488 [1] 494—495; III 6 et quae *Nick* scripsit in „Bopparder Volkszeitung" 6. Jahrg., Boppard 1898, n. 69 (II.) et 86.

[2] Hagenau; de hoc et de Strobelio v. supra p. 574 611 613.

[3] De Concho, Abercrombio, Lamberto v. supra p. 641.

[4] Vide supra p. 613. [5] Hay; v. supra p. 580 600.

[6] P. Erardus Avantianus, cum in collegio vindobonensi rhetoricae professor et noviciorum magister fuisset, Romae a. 1557 vita decesserat (*Can.* I 451 [2] 528; II 134; III 180).

[7] Andreas Avantianus leodiensis a. 1551 Coloniae in Societatem admissus, inde a. 1552 Romam, inde sub a. 1555 Conimbricam missus, Laureti quoque aliquamdiu versatus, anno 1565 primus collegii virdunensis (Verdun, in Gallia) rector constitutus est (Epp. *Nadal* II 152 535; III 608. *Hansen* l. c. 178 183 203. *Epistolae* Mixtae ex variis Europae locis etc. II, Matriti 1899, 144 332. *Polancus,* Chronicon II 585; VI 744. *Sacchinus*, Hist. S. J. III, l. 1, n. 86).

[8] Bernardinus Guana bormiensis (Bormium, italice Bormio, oppidum Lombardiae), 19 fere annos natus erat; qui Romae sub a. 1559 in Societatem admissus, Neapoli, Nolae, Romae degerat (Epp. *Nadal* II 545; III 170).

[9] P. Georgio Crispo, ex collegio oenipontano avocando; vide supra p. 445 592 et infra p. 648.

Jl .3º per Jspruc è Matthia Viennense[1] leuato del Corso della phisica che gia quasi ha finita per che non si trouaua troppo ben con questo aere, et lui se inclina ad andarui per agiutare in qualche Classe, et si faceua conto succederebbe al Ziglero[2] che lege gramatica in Jspruc accio luj andasse à Jnglostadio ò Dilinga à studiare Theologia perche è molto buon giouane et apto al predicare, et al gouerno . il medesimo se intende del mastro Georgio de Jspruc gia detto, pur quando li bisogni stringessino . V. R. se potra agjutare di loro, etiam in altre cose, Per ingolstadio si manda per legere Retorica, ouero humanita Matheo Pollono[3] ilquale ha ingegno facundo, et nato alla eloquentia, di la lo uederanno, et se agjuti di luj .V. R. como meglio li parera, è alquanto giouane, ma non si potette trouar altro, conuiene anche hauerli l' ochjo di sopra per che non è troppo mortificato.

El .2º è Mastro Luca[4] Polono, et potra esser auditor de Theologia, è bonjssimo giouane et potra agiutar matheo, et altri Poloni se ui seranno nella Vniuersita, et pigliar li ordinj alli suoi tempi, è persona nobile nel suo paese, il .3º per Jngolstadio ò Dilinga è mastro stephano liberio[5] ilqual ua assai bene .V. R. sa il resto, sarebbe atto per udir Theologia et predicare, et se anche se applicasse potria legere nella prima classe, il .4º è Vincenzo[a] Anglo[b] che ha finjto el .2º anno della Phjsica[6], il Vº mastro Guillelmo anglo che ha finito

a) Vinenzo *ap.* b) *Sequitur* del, *a libr. oblitt.*

---

[1] „Matthiam Lakner Viennensem Austriacum" 4. Octobris 1560 Romae in collegium germanicum admissum esse ex collegii illius catalogo antiquissimo constat (*Can.* II 736[5]). Atque eum in eodem collegio duos annos degisse ac poeticae et rhetoricae etc. studuisse, Societati autem a. 1560 nomen dedisse et eius vota a. 1561 nuncupasse ex **Catalogis* collegii ingolstadiensis exeuntibus annis 1564 et 1566 (quibus Lakner ibidem versabatur) datis cognoscitur (Cod. „GSC 66" f. 374[a] 407[b]). Laknerum (Lackner) a. 1572—1577 collegii halensis (Hall, in Tiroli) rectorem fuisse asseritur in **Catalogo* rectorum halensium sub a. 1725 scripto, qui exstat Monachii in archivo regni bavarici, Iesuitica, Hall., Fasc. 71, n. 1344.

[2] Christophoro Ziegler S. J., de quo *Can.* III 494—495.

[3] Matthaeus „Michonis" cracoviensis „Andreana ciuitate oriundus" (Andrychow in Galicia, haud procul ab urbe cracoviensi), sub a. 1545 natus, a. 1560 vel 1561 Romae Societatem ingressus, ibidem litteris et humanitati operam dederat: **Catalogi* collegiorum ingolstadiensis, ibidem 1. Ianuarii 1565, et dilingani ibidem 31. Decembris 1566 conscripti (Cod. „GSC 66" f. 373[b] 403[b]).

[4] Lucas Cracovius (Crassovius); de quo v. *Can.* II 604[2]; Epp. *Nadal* II 459; *Sommervogel*, Les Jésuites etc. f. C[b]. Is postea P. Francisci Sunerii S. J. viceprovincialis Poloniae socius sive adiutor fuit et a. 1571 Vilnae, ubi pestilentia urbem urente omnium, quicumque se offerrent, confessiones excipiebat, pestilentia et ipse exstinctus est (*Sacchinus*, Hist. S. J. III, l. 7, n. 51 52).

[5] De hoc vide supra p. 587.

[6] Vincentium „Pouuel" „Britannum", sub a. 1540 natum, „Walliensem ex provincia Vangoriensi" (Bangor, oppidum Valliae [North Wales]) fuisse, 4. Octobris 1562 Romae in Societatem intrasse, 1. Ianuarii 1563 eiusdem vota simplicia nuncupasse, ex collegii ingolstadiensis **Catalogis* exeuntibus a. 1564 et 1566 (quibus ille Ingolstadii erat) compositis intellegitur (Cod. „GSC 66" f. 373[b] 406[a]—408[b]).

el corso et si è anco graduato[1], potranno sentire l' uno Theologia, l' altro Philosophja, [il .6º è][a] Melchior Tudescho che non si trouaua troppo bene qui, era Rhetorico, et la se potra applicare al corso ò come parera à .V. R.[2] .7º e Vualtero hayo[3] scoto fratello del Dottor Emundo de Jspruc ilquale potra sentire la Rhetorica ò il Corso como parera a V. R. non seli confaceua questo aere, et per cio si è mandato benche sia sano del resto.

Per Dilinga sj è scritto al Padre Prouincial de la Jnferior Germania[4] mandi con ognj diligentia il mastro Gerardo Gerardino[5] che ha letto la prima Classe in Tornay, et era designato per legere la Rhetorica in Auignone, ma perla peste si differiranno le schole almeno questa Jnuernata, et pero si potra quello mandare in Dilinga che è un buon sugetto, hoggi si scriue dj nouo al Padre Euerardo lo mandj, et V. R. potra per uia de Augusta scrjuerlj sopra di lui offerendo il Viatico etc . Jl .2º per Dilinga è il Dottor Thomaso[6] Anglo del quale altre uolte si è scritto persona bona, et prudente, et intelligente, et pare sara molto atto per gouernare il Collegio de Santo Hieronimo, dandoli il Piscatore, ò alcun altro che a .V. R. parera della lingua Tudescha per ministro, seli potrebono ancora dare qualcuno di quelli che si mandano di Roma per[b] esser prefetti delle camere delli conuictori como lo usamo in Roma nel Collegio Germanico et cosi oltre de agiutare il regente et li Conujctorj sgrauarebbono anche de spese nostri Collegij.

Per rector del Collegio nostro et insieme dela Vniuersita potrebbe restare il Padre Henrico Dyonisio, et darli per ministro el P. Rabestein[c] quanto al Collegio nostro . nelle cose della Vniuersita lo agiutarebbe el Rector uechio[7] col suo nome de Gouernator . Ecco qua il disegno che qui ci occorreua restando el detto Padre Henrico, et per

a) *Haec supplenda esse ex iis, quae antecedunt et quae sequuntur, facile patet.* b) *Sequitur* hauer, *a libr. oblitt.* c) Rebastein *ap.*

Povellus (Powell) pro nomine Griphonis vel Gervini („Griffin") Romae Vincentii nomen accepisse videtur (*Foley* l. c. VII 1447; cf. etiam Epp. *Nadal* II 589).

[1] Guilielmus Stubbs? In antiquissimo collegii germanici **Catalogo* notatum est, 3. Novembris 1562 „Guilhelmum Stubbeum Anglum Herfordiensem" (Hereford, Angliae episcopatus et comitatus) in collegium admissum esse (Cod. rom. „All. coll. Germ." p. 16). Exeunte a. 1565 „Guilielmus Anglus" (idem?) Ingolstadio ad collegium Pultoviae (Pultusk) incohandum profectus est.

[2] „Melchior Sandinger", dioecesis „viennensis", sub a. 1544 natus, a. 1561 Vindobonae Societatem ingressus, ibidem 29. Iunii 1561 Societatis vota nuncupaverat: **Catalogus* collegii dilingani 1. Ianuarii 1565 (quo tempore Sandinger ibidem degebat) compositus (Cod. „GSC 66" f. 375[b]). Qui autumno a. 1562 Praga Romam missus esse videtur (*Can.* III 517[2]).

[3] Hay; cf. *Pollen,* Papal Negotiations etc. (v. supra p. 287) 484 500.

[4] Everardo Mercuriano.

[5] Gerardus Gerardinus (Girardin?) leodiensis, 25. Maii 1558 in album universitatis coloniensis relatus, a. 1561 in eadem universitate magister artium creatus erat (*Hansen* l. c. 362 775 777 778).

[6] Darbyshire; v. supra p. 599[1]. [7] Cornelius Herlen.

conseglio agiutarebbe el Dottor Torres, et Dottor Conrado[1]. et .V. R. li potra uisitare spesso, et instruire il Rectore quia nemo nascjtur Artifex, et luj conl' uso diuentara buon Rectore etiam de nostri se Dio li da sanjta.

Dice .V. R. che il mese seguente cio e settembre uno dellj nostri cominciara à cantar Messa[2] li giorni de feste dimandandolo el Cardinal il quale anche dimanda un predjcator Tudescho . non pare à .N. P. conueniente che ci caricamo con tanti oblighj ne che si dica la messa per ordinario cantata senon nella Chjesa nostra propria quando l haueremo, et manco si doueranno impicciar nel coro li nostri . Et se ben queste cose se faccino nelli proprij Collegij[a] et Chjese doue ci è gente assaj de nostri, essendo la Chiesa aliena et li nostri[b] Collegiali tanto[c] pochi et tanto grauati non selj deue metter questo peso[d] adosso, et il Cardinal potra cercar un altro predicator como faceua prima, et in uero si è notato che li pesi che ci carica sono molto graui, et bisognarebbe che ui fossero .100. Collegiali da poter supportarli, et far anche seminario de altri che succedano che non se ha de far conto de spogliar sempre li altri Collegij per uestir quello de Dilinga de tanti operarij como sono necessarii et pur non uediamo che il Cardinal pigli uerso de far la fundatione che ha promesso nel Contratto per che intendiamo spende troppo[3] et non smjnuisce li debitj, et quello che ci fa perder piu animo nel fatto suo è uedere che insino adesso non ha pagato ne anche il uiatico de quelli che seli mandorno la prima et 2ª. et 3 uolta senza questi de adesso, et se in cosa tanto piccola, et tanto debita manca che speranza haueremo de cose grandj como bisognarebbe perla fundation del Collegio, et se non potessi, si potria hauer meglio patientia, ma potendo sgrauarsi de altre spese superflue, et nonlo facendo[e] et consequentemente rendendosi impossibile la fundatione ci debilita molto la speranza, et non accade pero che lui faccia conto che la Compagnia resti con questo peso alla longa senon uede che lui piglia il uerso de sgrauarsi de altre spese non necessarie per attendere à queste tanto necessarie et obligatorje, et perla Conscientia di esso, et anco perl honore, et reputation sua, et anche per quello che toca alla Compagnia nostra, et .V. R. ò el Padre Don Luigi[4] douerebono[f] [?] uedano de far intendere la sustantia di questo al Cardinale como meglio, et piu conuenientemente li parera.

a) *Duo vv. sqq. a libr. supra versum addita sunt.* b) *Sequitur* schola, *a libr. oblitt.* c) *Sequitur* pochj, *a libr. oblitt.* d) pese *ap.* e) *Sequitur* anzi, *a libr. oblitt.* f) *Sic ap.; sed hoc v., puto, oblitterandum fuerat; nam libr. primum quidem, ut videtur, scribere voluerat* .V. R. ò el Padre Don Luigi douerebbono far intendere; *deinde autem maluit scribere* .V. R. ò el Padre Don Luigi uedano de far intendere.

---

[1] PP. Hieronymus igitur Torrensis et Conradus Swagerius P. Dionysii rectoris designati sunt „consultores"; de quo officio S. Ignatius statuerat in „Constitutionibus" S. J. P. IV, c. 10, n. 7; c. 17, n. 1 et B; P. IX, c. 6, n. 14.

[2] Dilingae. [3] Vide supra p. 638[5]. [4] De Mendoza, Ottonis confessarius.

Del rimandare in Bauaria mastro Martino [1], et mastro Schurichjo non ci è obljgo perla promessa fatta, ma pare bastarebbe mandar l' uno et che l' altro agiutassj la .R. V. in Augusta predicando in suo luoco etc. Circa il Steuordiano pare à .N. P. tuttauia si procuri de agiutarlo nella Compagnia.

Jl Padre Couillon potra seruire ancora nella Prouincia de .V. R. à quella della Jnferior germania non conuiene mandarlo massime uerso il suo paese per che tiene tanto nome, che è di temer quod praesentia minueret famam [2] con poca edificatione, piu presto se bisognassi se mandarebbe in Francia.

Non scrjuo al Padre Don Luigi, ne anco ad altro dela Prouincia de .V. R. Le Jncluse [a] per Colonia Treuere, et Moguntia faccia .V. R. de gratia mandare à ricapito et presto.

De mastro Pjetro [3] Coloniense dubitamo se seria de qualche scandalo perli nostri licentiandolo dela Compagnia donarlo allo Elector Maguntino [4] ò à qualche altro Principe Ecclesiastico gia che non è apto per congregatione et pur ha talento per agiutare il prossimo .V. R. dia auiso à N. P. del suo parere etc. De Roma li [b] 5. de settembre 1564.

Una cum hac epistula, ut ex ipsa cognoscitur, *Polancus* ad Canisium *litteras misit eodem illo d. 5. Septembris 1564 P. Leonardo Kessel S. J., collegii coloniensis rectori, destinatas, in quibus de P. Petro Haupt monet: „Molestus est nostris ubicunque uersatur, et ad uitam agendam in aliorum congregatione ineptus apparet, non tamen alioqui uir malus, nec sine talento ad animas iuuandas praedicatione, et alijs modis.“ Atque pridie eius diei *Polancus* Lainii nomine P. Everardo Mercuriano, Germaniae inferioris praeposito provinciali, Roma de eodem Hauptio *scripserat: „Maestro Pietro Coloniense dia VR. auiso, giache non pare atto per Congregatione et del resto é bona persona et ha talento bono per aggiutar li prossimi, se li pare sarebbe spediente darli licentia dell' Compagnia et assetarlo con l' electore Electore Moguntino ò Treuerense [5], faccendoli dare qualche beneficio curato“ (ex apographis eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1561“ f. 176ᵃ. 177; ubi epistulae ad Mercurianum datae d. 4. Augusti 1564 perperam, ut videtur, ascriptus est).

Socii, quos ex Italia in Germaniam mitti Polancus his litteris ad Canisium rettulit, in duas distributi sunt turmas, ne una euntes collegia, per quae transirent, nimis gravarent; priori turmae praepositus est P. Avantianus; cui *mandatum est ut cum duobus Sociis Oeniponte maneret. „Li altri .4. che uanno con esso li auiara la uolta de Augusta ò doue stara il Padre Canisio, col uiatico che li auanzara, et qualcuno del altra Turma del Padre Tomaso si potra congiongere se accadera con questi“. Alteram enim turmam ducebat P. Thomas Darbishirus; in cuius *„Jnstructione“ ita praecipitur: „Cum ad Patrem Canjsium Prouincialem erit peruentum ipse destinabit dilingam D. Thomam et alios quosdam, reliquos uero retinebit Jngolstadij, uel Augustae uel ubi ipsi uisum fuerit expedire“ (ex apographis „Instructionum“ saeculo XVI. Romae scriptis. Cod. „Decreta et Instructi. 1540—1573“ f. 211ᵇ. 212ᵃ.

Canisius Lainio rescripsit 23. Septembris 1564.

a) La Jnclusa *ap.; sed constat, Canisio cum hac epistula minimum duas alias missas esse.*
b) *Sequitur* 2., *a libr. oblitt.*

---

[1] Stevordianum. De bavarica hac missione vel visitatione v. supra p. 616.
[2] „Minuit praesentia famam“: *Claudius Claudianus*, De bello Gildonico l. 1 (XV), v. 385. [3] Haupt; vide quae sub ipsas has litteras dicuntur.
[4] Danieli Brendel. [5] Elector treverensis erat Ioannes von der Leyen.

1122. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu.
Augusta Vindelicorum 8. Septembris 1564.

Ex litterarum Canisii proxime sequentium apographo, de quo infra n. 1123 dicetur, et ex litterarum Polanci, quas infra dicam, apographo eodem tempore scripto, quod est in Cod. „Germ. 1561" f. 185^b—186^a.

De P. Mendoza, profectione sua herbipolensi, capitulo augustano etc.

Canisius litteras Augusta 9. Septembris 1564 Lainio missas ita exorditur: „Nunc adferuntur scriptae 19 Augusti, et cum his aliae ad D. Henricum, ad Cardinalem Vuarmiensem et Antuerpiam datae". Deinde sic pergit, P. Ludovicum sive Aloysium de Mendoza S. J. significans: „De P. Aloysio scripsi hesterno die satis." Polancus autem Lainii nomine Roma 23. Septembris 1564 Augustam ad Canisium scripsit: „Quelle de .V. R. de .9. del presente si sono riceuute, et ci rallegramo della sua ritornata de Herbipolj con sanita, uederemo se le cose si assettano bene in quella Citta, et lo aiuto che seli potra dare seli dara. Quanto allj trauagli col Capitolo Augustano" etc. Cum vero Canisius in epistula 9. Septembris 1564 ad Lainium data, quam proxime ponam, neque rerum herbipolensium, neque capituli augustani etc. mentionem faciat, dicendum est, Polancum verbis illis „Quelle de .V. R. de .9." etc. etiam Canisii epistulam pridie eius diei datam comprehendisse; id quod certe facile fieri poterat; nam Augusta tabellarii sabbatis Romam proficisci solebant; ea autem hebdomada dies 9. Septembris sabbatum erat; quare duas illas epistulas una Romam missas esse certum est. Ceterum de prioribus hisce Canisii litteris, quae perisse videntur, vide plura in Polanci quam dixi epistula; hac enim Lainius Canisio respondit.

1123. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu.
Augusta Vindelicorum 9. Septembris 1564.

Ex apographo, quod sub a. 1860 curante Boero ex archetypo (2°; 2 ff; Canisius sua manu nomen [„Seruus" etc.] subscripsit) in Cod. „E. C. I" (f. 48 [3?] et sq. non signato, n. 138) posito exscriptum, a. 1902 cum eodem archetypo diligenter collatum est.

Epistula usus est *Sacchinus*, Can. 215, et Hist. S. J. II, l. 8, n. 41.

Epistulae allatae. Ariae Montani Rhetorica versibus tradita non est excudenda, quia vitiis laborat. Mittuntur viatica bavarica. Aliqua Romae in usum provinciae S. J. Germaniae superioris transcribenda. Cardinalis Augustanus pecunias non solvit. Videndum, ut per pontificem caveatur, ne in posterum in universitatibus Italiae vel Germani protestantes ad medicinae iurisve doctoratum promoveantur vel Germanorum catholicorum fides moresve depraventur.

Pax Christi. Admodum Reuerende Pater.

Nunc adferuntur scriptae 19 Augusti, et cum his aliae ad D. Henricum[1], ad Cardinalem Vuarmiensem[2] et Antuerpiam datae. De P. Aloysio[3] scripsi hesterno die satis. Remittetur liber poetae[4] cum primum licebit[a]; multa et crassa in eo uitia nostri deprehenderunt, ut excudendus non uideretur ob authoris honorem.

D. Velseris numerauimus 50 ducatos in uiaticum eorum, qui mittuntur Bauaricis collegiis. Coronatum redemimus 93 quarantanis[b][5][?]

a) *Antiqua manu romana in margine ascriptum est:* venga. b) *Ita ap.; sed Canisio scribendum fuisse puto* quadrantanis *vel* quadrantinis*; v. infra adnot. 5.*

[1] Dionysium S. J. [2] Stanislaum Hosium. [3] De Mendoza.

[4] Benedicti Ariae Montani Rhetorica versibus tradita, quam Lainius in Germania typis exscribi cupiebat; v. supra p. 491[2] 615.

[5] Crucigeros (Kreuzer) significari puto; cruciger olim sexagesima pars floreni

Si quid supersit pecuniae, uerti id cupimus in usum scriptoris, quem proposuit nobis P. Natalis, ut excipiat scripta huic prouinciae in primis profutura[1]. Quod Cardinalis[2] non soluit, more suo facit, ut nostri etiam Dilingae idcirco saepe conquerantur. Vrgebimus Causam Dilingae.

Addam[a] pauca de bono publico Germaniae promouendo, ut mihi sane uidetur. Primum magni referret admoneri Vniuersitates Italicas, ne posthac doctorem Iuris et medicinae ullum crearent, nisi quem Catholicum et Rom. Ecclesiae adhaerentem esse constet. Redeunt enim multi Lutherani et haeretici ex his Vniuersitatibus cum laurea, et ad Ecclesiae pernitiem abutuntur honore doctorali, ita ut et promouentes qui dicuntur questum spectare, et promoti propter perfidiam duplicem excusari non posse uideantur.

Secundo in ijsdem Vniuersitatibus Catholici cum ueniunt e Germania, non minus quam in medio Germaniae tum in fide tum in moribus corrumpi solent, Daturque opera ut boni et insignes adolescentes dediscant potius quam addiscant in Italia probitatem, religionem et disciplinas: tantae uigent passim corruptelae, et ea cernuntur exempla licentiae et libidinum in praecipuis quibusque Academiis: Imo parati sunt alicubi pestilentes magistri, ut audio, qui seducant adolescentum divitum et nobilium, cum hi primum accedunt, simplices animos. Vnde Pontifex Maximus praeclare quidem de gymnasiis istis mereretur, si contra hos graues morbos et abusus, tum nouas leges, tum remedia seria opponeret. Idque ut fiat Dominum precamur, et opem R. P. T. imploramus, quae nobis suas etiam preces ne deneget quaeso. Augustae 9 Septembris 1564.

Seruus in Christo p. Canisius.

Al molto Reuerendo in Christo Padre il P. Maestro Jacomo Laynez Praeposito Societatis Jesu Generalj . Romae.

Ex verbis epistulae huic Romae ascriptis (vide infra adnot. a) — quae ipso Lainio consulto ascripta esse ipsa rei natura ostendit — et ex litteris Roma 3. Octobris 1564 eiusdem Lainii iussu ad Canisium datis intellegitur, Lainium, quae Canisius de universitatibus italicis Germanos protestantes ad gradus academicos promoventibus et Germanos catholicos in fide moribusque corrumpentibus his litteris narraverat, Romae in commentarium quendam relata ad Sanctum Carolum Borromaeum et Ludovicum Simonetam cardinales deferenda curasse, ut ipsi pontificem ad

a) *Manu illa romana in margine ante* Addam *scriptum est:* diase memoriale al Cardinale borromeo et Simoneta.

---

rhenensis erat, sicut „quadrantinus" vel „quadrantanus", italice „quattrino" vel „quadrino", olim sexagesima pars librae erat. In lege autem nummaria a Carolo V. Augustae Vindelicorum anno 1551 lata „coronae" venetae, florentinae etc. 87 crucigeris aequatae erant (*Io. Christ. Hirsch,* Des Teutschen Reichs Münz-Archiv I, Nürnberg 1756, 344—365).

[1] „Instructiones" P. Natalis, regulas etc. significari puto; v. supra p. 443.

[2] Cardinalis Augustanus Sociis romanis viatica Sociorum ex Italia Dilingam missorum restituere debebat; v. supra p. 503 638 650.

leges adversus corruptelam illam ferendas incitarent. Ita Canisius non unicus quidem (P. Antonius quoque Possevinus S. J. similia monuerat [*Sacchinus*, Hist. S. J. II, l. 8, n. 41]), sed fortasse praecipuus auctor Pio IV. fuit, ut Romae 13. Novembris 1564 bullam ederet, qua sanciebat, ne in posterum quisquam vel clericus vel laicus theologiam, ius, medicinam, philosophiam, grammaticam, alias artes liberales traderet neve scholares in eisdem facultatibus vel artibus magistri sive doctores crearentur, nisi magistri „iam ad cathedras et lecturas recepti, in Italia, infra tres; extra vero illam, infra sex menses a die publicationis“ ipsius bullae „computandos“, reliqui vero ante officii „receptionem“ vel ante „promotionem“ ex forma in eadem bulla proposita fidem catholicam professi essent (*Bullarium* Romanum [ed. Taur.] VII 523—527).

Minus autem recte *Boero* affirmat, Canisium hanc bullam eo impetrasse, quod „scrisse al Papa una lunga sua lettera pregandolo ad interporre la sua autorità“ etc. (Can. 276). Neque enim usquam huiusmodi Canisii ad Pium IV. epistula vel comparet, vel commemoratur.

Lainius Canisio per Polancum rescripsit 23. Septembris et 3. Octobris 1564.

1124. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO.

Roma 9. Septembris 1564.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „Al Padre Canisio.“ Cod. „Germ. 1561“ f. 181ª—182ª.

De litteris non allatis suo tempore, Octaviani Fuggeri alimentis, collegio Braunsbergae, cardinalis Hosii rogatu, iam incohando. Socios curribus in Poloniam vectum iri. P. Henricum Dionysium valetudinis causa, si opus fuerit, in patriam remittendum esse. De PP. Theodorico Canisio, Dionysio, Darbishiro, Haio collegiis et universitati dilinganis ac collegiis ingolstadiensi et parisiensi praeficiendis. Quae Dilingae a „gubernatore“ sint praestanda. Reginas Meranam alterutrum tantum e Sociis oenipontanis secum abducere debuisse, Monachii neutro indigere. Augustae Societati per cardinalem ecclesiam assignandam esse, in qua libere ministeria sacra exerceat. Episcopo plocensi domum reditusque offerenti collegium promissum esse. P. Torrensem professionem sollemnem emittere debere.

Pax christi.
Molto Reuerendo in christo Padre.

Riceuette N. P. quelle di .V. R. de 26. del passato, alle precedenti si è fatta resposta per uia del corriero ordinario martedi passato [1].

Quelle nostre che mancauano doue ci andaua la facolta de assoluere in casibus reseruatis in bulla Cenae [2], speriamo le hauera riceuute [a], quà anchora uenne la prouisione per ottauiano Fucaro [3], almeno sappiamo che arriuò à Bologna.

Circa il Collegio de Prussia [4] per la jnstantia che faceua il Cardinal che li fossi mandata la gente subito, ci siamo sforzati [b] di farlo

a) riceuuti *ap.* b) sforcati *ap.*

[1] Die 5. Septembris; v. supra p. 646. Diebus Martis tabellarii publici Roma in Germaniam proficisci soliti esse videntur; v. *Can.* III 71.

[2] Vide supra p. 599 601—602.

[3] Pecunia pro alimentis, quae in collegio germanico ei dabantur, soluta.

[4] Collegium, quod cardinalis Hosius Braunsbergae in Varmia conditurus erat, significatur.

questo anno, et se le lettere hanno bon recapito questi mesi di settembre et ottobre potrebbono bastare per quel uiaggio massime che intendiamo si ua per carri nella polonia, et forse anchora de Moguntia potrebbono trouar simil comodita insin' à Pragha, il desegno che si faceua del D. Enrico [1] fu anchora perla instantia particolare del medesimo Cardinale, ma per il Rettorato dell' Vniuersità che li hanno imposto et piu anche per la sua infirmità fu scritto gia il martedi che non andassi lui, bisognarebbe pure si attendesi à curarlo et non lo lasciare troppo affaticarsi, et quando si giudicasse che l' aria natiua [a] li fossi necessaria [b] per deffendersi dall' Thisica, bisognarebbe possponere il respetto del Rettorato, il che tanto piu facile sarrebbe, uenendo il D. Theodorico Canisio per Rettor del Collegio nostro in Tilinga, perche il medesimo [potrebbe] [c] esserlo dell' uniuersità, et il Dottor Thomaso [d] [2] Anglo sarebbe reggente del Collegio di S. Geronimo, et se hauessi tanta sanità il D. Henrico che bastassi per esser rettor del Collegio d' ingolstadio, massime hauendo un buon ministro, pare le cose se accomodarebbono finalmente. V. R. uedera la gente che tiene, e, non si fermando il D. Andrea [3] in Jspruch, (come seli scriue non se fermi) potra anche lui agiutare in qualche gouerno, de qua per adesso non accadera aspettar altro Rettore, et il P. D. Emundo [4] conuerra che uada quanto prima à Pariggi, perche stano li senza Rettore et gia non ci sara difficolta in Jspruch poiche le lettioni cessano [5] et non bisognera perdere questa occasione di leuar di la il detto P. D. Emundo.

Quanto all' officio del Gouernatore [di] [e] [?] Mastro Cornelio [6] si [f] [?] po cauare del contratto che si fece col Cardinale [7] la summa [et] [g] [?] é, che non administrando il Rettor nostro per se stesso la giustitia ciuile ne criminale, questo gouernatore sara in questa parte ministro del Rettore et del Cardinal ó futuro Vescouo, finalmente uedassi il contratto.

Le Regine [8] se doueriano contentare de hauer seco nell' bauaria uno delli doi, o il P. Tirsio, o, il Padre Hermete [9], et è da marauigliar che tutti doi l' habbino sforzati à seguitarle, ma sempre sara [h] in mano de V. R. leuarli l' uno, et se fossino in Monachio potriano forsi leuarsi tutti doi, poiche ui saranno li nostri di là.

Quanto al negocio con li canonici de Augusta quello che altre uolte si è scritto, pare anchora al presente, se altra chiesa si pigliara

a) natiuo *ap.* b) necessario *ap.* c) *Hoc supplendum esse ipsa rei natura ostendit.* d) Thomago *ap.* e) *Hoc equidem dixerim esse supplendum; quamquam res non ita clare patet. Poterat fortasse etiam scribi:* Gouernatore Mastro Cornelio po cauare *etc.* f) *Vide supra adnot. e huius pag.* g) *Vel hoc v., vel* ciò *supplendum, vel post* Cardinale *comma ponendum esse videtur.* h) sempesara *ap.*

---

[1] De P. Henrico Dionysio. [2] Darbyshire. [3] Avantianus; v. supra p. 647.
[4] Haius. [5] Pestilentia urbem urebat; v. supra p. 597.
[6] Cornelius Herlen 17. Augusti 1564 universitaiis dilinganae „gubernator" esse coeperat; v. infra monum. 510 511. [7] Ottone Truchsess.
[8] Magdalena eiusque sorores. [9] Halbpaur.

legitimamente per mano del Cardinal come Vescouo doue si possano liberamente exercitare li nostri ministerij pare sarebbe molto al proposito, il tutto guidi Iddio N. Signor.

Il Vescouo plocense nel Regno di Polonia[1] ha ricercato dal nostro Padre un Collegio peril quale da una bona casa, è .600. fiorini de entrata della moneta di quel Regno .et perche quella prouincia chiamata Mazouia, e, de gente catholica, nobile, et pouera et nelli confini di Lituania[a] et Prussia si, e, pensato che si aprirebbe una bona porta[2] al diuino seruitio et pero si e, accettato detto Collegio promettendo gente per l' anno che uien, bene uertat dominus.

Il D. Torres[3] non, e, anchora professo .VR. lo accetti à professione et cosi l' ordina nostro Padre, ilquale con tutti noi si raccomanda molto nelle orationi et sacrificij de .V. R. et de tutta sua prouincia . de Roma li 9. de settembre 1564.

Canisius Lainio rescripsit 30. Septembris 1564.

1125. CANISIUS **CATHEDRALI CAPITULO AUGUSTANO.**

Augusta Vindelicorum paulo post 9. Septembris 1564.

Ex apographo (A) sub a. 1860 Romae a P. Iosepho Boero S. J. scripto; qui unde epistulam hauserit, ignoro.

Exstat etiam alterum apographum (B), saeculo XVIII. vel XIX. manu, ut videtur, italica, scriptum et sic inscriptum: „Responsio Ven. viri Petri Canisii S. J. Theologi ad gravamina quaedam a Reverendissimo Capitulo Ecclesiae Cathedralis Augustanae contra illum producta.“ Quod apographum italica illa manu perductum est tantum usque ad haec verba: „Reverendus Dominus Suffraganeus locum absentis suppleverit“ ; reliqua a Boero suppleta sunt.

Ad capituli scriptum, quo de sacramentis in ecclesia cathedrali per Societatis homines non ministrandis etc. agitur, Canisius non potuit prius scripto respondere. Qui quae coram dixit, non repetet. Cardinalem Socii adierunt sui defendendi, non capituli accusandi gratia. Huius privilegia ipsi non violabunt; sed sua quoque salva esse cupiunt. Sunt quidem, qui per capitulum divinam gloriam minui dicant; sed Socii horum sermonum non sunt auctores. Tantum abest, ut ipsi de iuribus parochialibus detraxerint, ut et parochum iuverint et religionem pietatemque in parochia amplificaverint; sed exstiterunt aemuli. Parochiale officium suspicere instituti sui ratione vetantur. A contentionibus abhorrent, hoc tantum petentes, ut sibi potestate a pontifice et episcopo data uti liceat. Neque fieri potest, ut Canisius solus sine socio confessiones excipiat easque nobilium tantum, reliquis prohibitis, quominus vel extra Pascha ad confessarios et peritia et ampla potestate praeditos accedant. Canisio cordi erit, ut sibi socius, qui contionari possit, addatur. Quod ipse aliquas contiones omisit, omisit graves ob causas, et alio qui suo loco diceret proviso, atque alias contiones, ad quas

a) confini de li Tuania *ap*

---

[1] Andreas Noskowski, episcopus plocensis (Płock, olim provinciae masovicae regni polonici, nunc imperii russiaci urbs) iam exeunte a. 1558 Piotrcoviae (Pieterkow) in regni polonici comitiis cum Canisio de collegio Societatis Pultoviae sive Poltoviae (Pultusk, nunc imperii russiaci oppidum) incohando egerat; sed eo tempore tum quia Societas hominum penuria laborabat, tum quia episcopus integrum collegium constituere non volebat, conatus successu caruerant (*Can.* II 338 353 360; III 17 19). [2] Cf. 1 Cor 16, 9; 2 Cor. 2, 12 etc.

[3] P. Hieronymus Torrensis S. J., theologiae professor in universitate dilingana.

non tenebatur, commodo tempore habuit. Socii errata corrigere, capitulo reverentiam exhibere sunt parati.

Pax christi, amplissimi Domini. Egerunt meum Reverendi viri D. Decanus et D. Praepositus Remus[1], scriptumque obtulerunt totius venerabilis Capituli vestri nomine confectum, quod ad nos duos, qui de Societate Iesu hoc loco versamur, sacerdotes[2] proprie pertinet[3]. Ad hoc scriptum responsurus non repetam, quae apud praedictos Dominos heri purgationis causa deposui, certoque mihi persuadeo sat illa esse, ut intelligant Domini, quod nullius contemptus aut superbiae causa responsum meum in hunc usque diem prorogaverim. Dixi praeterea, quae mihi commodior simpliciorque[a] ratio videretur ad causam totam, de qua controvertitur, facile transigendam, si nobis in hac[b] [?] Ecclesia locus concederetur. Sed his modo praetermissis, quoniam scriptum responsorium adhuc postulatur, Reverendos Dominos meos rogo, ut patienter et benigne audiant respondentem. Quamquam doleo sane ad hoc scribendi genus mihi descendendum esse, et rogo in primis Deum Opt. Max. ut hos motus valde intempestivos in optatam convertat tranquillitatem.

Primum tractasse dicimur cum Reverendissimo et Illustrissimo D. Cardinali et Episcopo nostro de praesenti controversia. Tractavimus utique, non autem ut accusaremus, sed ut accusati et moniti veritatem ipsam profiteremur; neque ut dissensionis[c] aut distractionis[d] ullius essemus auctores, sed ut pressi tanta Capituli auctoritate, et post latam contra nos sententiam, consilium et remedium ab eo acciperemus, qui nos operarios in hanc vineam[4] primum induxit.

Proferuntur etiam nobis privilegia et statuta huius Ecclesiae Cathedralis[5]. Haec nobis fuerunt adhuc[e] [?] ignota[f] [?]; unde scientes

a) sempliciorque *B.* b) *Ita quidem et A et B; sed cum litteras a Canisio ad cardinalem Ottonem et a Lainio ad Canisium datas (supra p. 613 644) considero, in suspicionem vehementem — fere dixerim persuasionem — venio, a librariis* hac *perperam positum esse pro* alia. c) dissentionis *A.* d) *Hoc est in B; et in epistula ad cardinalem Ottonem data, qua idem fere argumentum simili ratione a Canisio tractatur:* ad distractionem animorum*; v. supra p. 642. A habet:* detractionis. e) *Vel* hactenus*; quod est in B.* f) *Vel* incognita*; quod est in B.*

---

[1] Christophorus a Freyberg, cathedralis capituli decanus, ac Wolfgangus Andreas Rhem, collegialis capituli S. Mauritii praepositus simulque cathedralis capituli canonicus inter 19. et 26. Augusti Canisium adisse videntur; v. supra p. 614 645 et infra monum. 490 491. [2] Ad Canisium et ad Guilielmum Elderen.

[3] Obtulisse eos opinor scriptum illud, quo capitulum Ottoni cardinali Augustano ad ipsius legationem 11. Augusti 1564 Dilinga sibi missam respondendum esse in sessione 18. Augusti habita censuerat; cuius scripti summam brevem v. infra monum. 490; quae ceteroquin etiam ex ipsis his Canisii litteris satis cognoscitur.

[4] Mt 20, 1 2 etc.

[5] Sicut canonici illi hoc tempore, ne Canisius in cathedrali ecclesia populi confessiones excipere vel eidem eucharistiam distribuere posset, sua „iura et privilegia“ obstare causabantur, ita a. 1567 in synodo dioecesana Dilingae ab Ottone cardinale Truchsess habita eadem „iura, privilegia, exemptiones, consuetudines“ etc., ne ab eodem ex decretis concilii tridentini reformarentur, excipiebant ac praetendebant (*Braun,* Bischöfe III 480).

contra illa non deliquimus. Caeterum quod ad privilegia nostra pertinet, minimam sane particulam postulanti Illustrissimo D. Cardinali transcripsimus [1]: neque ex verbis illis, quae citata fuere, iudicium de praesenti controversia sumi postulamus. Integra Dominis meis manent et manebunt per nos sua privilegia. Dignentur vicissim eadem in nos uti aequitate, et permittant inviolata nobis manere iura privilegiaque nostra, quibus ad aedificationem Ecclesiae [2] passim uti solemus, neque sine consensu et approbatione summorum in utraque republica Principum et Magistratuum [3]. Quod autem obiicitur, Dominos a nobis accusari, veluti [a] [?] qui Pontifici Maximo sese opponant; scire non possumus, unde figmentum hoc proficiscatur.

Arguimur etiam, quod Dominos dicamus cultum impedire divinum. Audimus id quidem ab aliis passim proferri, qui putant factam nobis prohibitionem, ne sanctissimum Sacramentum aliis impertiremur, eo spectare, ut multorum devotio, cultusque divinus impediatur potius, quam promoveatur. Quid vero, si haec aliaque plura multi spargunt? Sicut summis etiam Magistratibus obtrectare minime verentur. Haec sentiendi, loquendique libertas, quae nimium frequens est Augustanis, alios sane quam nos habet auctores.

Rursum [b] [?] incusamur, quod in iura parrochialia involare velle videamur, sine ordine, sine discrimine. Respondemus, nos ab ea voluntate per Dei gratiam alienos esse, qui cupimus et debemus cuique quod suum est tribuere. Nos gratiam inire sperabamus apud venerabile Capitulum et ipsum dominum Pastorem [4], quod pro recepto Societatis nostrae more veluti cooperatores hic ageremus in sacris ministeriis, quodque una cum illo in hac vinea Domini [5] laboraremus, nulli petenti nostram negantes operam, sed gratis etiam dantes, quod gratis accepimus [6]. Et huius quidem operae diligentiaeque nostrae tanto minus nos poenitet, quanto certius intelligimus maiorem ex ministerio nostro fructum ad plurimos rediisse [7], Domino cooperante [8]. Parrochiam [c] antea pauciores adibant; non erat haec frequentia poenitentium, sacris non adeo delectabantur, minor erat populus in concionibus. Non nobis, sed nomini Iesu sit omnis gloria [9]. Verum insurrexerunt aemuli, et quod pii laudant, acerbe insectantur, nostrumque studium omne in odium et invidiam detorquere conantur. Dolemus tantum sic valuisse sathanam, qui bonorum conatus semper oppugnat, et inter fratres more suo serit dis-

a) *Vel* velut; *quod est in B.* b) *Vel* rursus; *quod est in B.* c) Parochiam *A.*

---

[1] Hanc v. infra monum. 489. [2] 1 Cor 14, 12; cf. Rom 15, 2; 2 Cor. 10, 8.
[3] Cf. supra p. 567. [4] Ioannem Udalricum Halbmair.
[5] Is 5, 7; cf. Ps 79, 15; Mt 20, 1 etc.
[6] Mt 10, 8.
[7] Hoc ipsi canonici ac nominatim Christophorus de Freyberg capituli decanus compluries scriptis luculenter testati erant; v. *Can.* II 857 859; III 589—590 601 602.
[8] Mc 16, 20. [9] Ps 113, 1bis (LXX: 113, 9; Hebr.: 115, 1).

cordias. Sed dabit Dominus cum hac tentatione quoque proventum[1].

Agimus porro gratias, quod nobis adhuc parrochiae[a] administrandae offertur conditio. Sed nostri instituti ratio non fert, ut his oneribus[b] alligemur[2], qui aliis Ecclesiae ministeriis sumus destinati, et hac vocationis nostrae simplicitate contenti, nihil proprium aut magnificum appetimus, ac per Dei gratiam maiores etiam dignitates oblatas recusamus[3]. Neque dubitent Domini, quin salvum perpetuo cupiamus christianae unitatis et charitatis vinculum[4], quo nihil pulchrius, nihil necessarium magis potest desiderari. Iam absit procul, ut rem privatam et humanos affectus magis, quam Dei gloriam et aliorum aedificationem in re tanta spectemus; nihilque nobis commune[c] esse volumus cum contentiosis, qui evangelium pacis[5] aliis nunciamus[d] [?], Deoque peccatores reconciliare[6] debemus. Tantum ne graventur nostrae et aliorum, quae[e] a nobis iuvari volunt et possunt, conscientiae. Scriptum est enim: noli prohibere benefacere eum qui potest: si vales, et ipse benefac.[7] Acceptum a Deo talentum cum fructu proximi cupimus erogare[8], et quam in Ecclesia potestatem habemus a Pontifice Maximo et Ordinario ipso confirmatam, hac uti nos convenit ad aliorum aedificationem[9], ne contra vocationem nostram in fertili messe servi inutiles[10] esse videamur.

Venio ad moderationem illam, ut Canisius potestatem habeat accipiendi confessiones dumtaxat excellentium personarum, eisque porrigere possit sacram Eucharistiam. Primum non intelligo, cur excludantur mediocres, pauperes et alii simplices, qui saepe non minore quidem egent consolatione, et ope spirituali, quam divites ac nobiles. Non decet sane circa dispensationem sacramentorum nos personarum acceptores[11] esse: sed communis, quae omnibus offertur, in Sacramentis Dei gratia, cunctis petentibus liberaliter et ex aequo est impertienda. Deinde occupationibus et concionibus impedior ego frequenter, ut operam meam dare non possim iis, qui forte cupiant a

a) parochiae *A*. b) omnibus *A*. c) comune *B*. d) *Vel* annunciamus*; quod est in B et mihi magis probatur; quia est in Is 52, 7 et Nah 1, 15.* e) *Ita A B.*

[1] 1 Cor 10, 13. [2] De hac re vide supra p. 644[1].

[3] Ita Canisius ipse episcopatum vindobonensem, P. Claudius Iaius S. J. († 1552) episcopatum tergestinum, Lainius officium „coadiutoris et successoris“ episcopi labacensis, S. Franciscus Borgias cardinalatum recusaverant (*Can.* I 47 500 etc. *Polancus,* Chronicon I 150. *Nic. Orlandinus* S. J., Historiae Societatis Iesu prima Pars, Romae 1615, l. 11, n. 1; l. 12, n. 2—4; l. 14, n. 80 81). Atque omnes Societatis professi Deo vovere debent, se nullum dignitatis honorem unquam admissuros esse, nisi eius imperio adigantur, qui peccati vinculo detrectantes obstringendi potestatem habeat (*Constitutiones* S. J. P. 10, c. 6). [4] Os 11, 4; cf. Eph 4, 3.

[5] Eph 6, 15; cf. Is 52, 7; Nah 1, 15; Rom 10, 15.

[6] Rom 5, 10. 2 Cor 5, 20 etc. [7] Pv 3, 27. [8] Cf. Mt 25, 14—30.

[9] Cf. 2 Cor 10, 8; 13, 10. [10] Mt 25, 30.

[11] Act 10, 34; cf. Dt 10, 17; Rom 2, 11 etc.

me usum Sacramentorum. Hic cur non liceat, quaeso, per collegam efficere, quod per me ipsum aliquando praestare non possum? Si negamus petitas operas, nonne contra divinum praeceptum linum fumigans extinguemus[1], proximum offendemus, conscientias perturbabimus, et destruemus magis quam aedificabimus?[2] Addo rem gravem, nec minus periculosam videri, si novum hoc onus et duram legem invehimus, ut confessuri non possint extra tempus Paschatis eligere sibi quem velint Confessarium[3], ex his maxime, qui plenam habent potestatem ad poenitentes absolvendos in casibus etiam, quos vocant, reservatis[4], quique non minus fortasse talenti, quam reliqui, a Deo acceperunt[5] ad rite solvendum et ligandum[6], ad infundendum vinum et oleum[7], ad bene consulendum et opitulandum aegrotis atque perplexis animis poenitentium. Annuncietur Christus et salus animarum studiose promoveatur, ut Paulus monet, per omnem occasionem[8]. Nullum quidem ut confiteatur nobis peccata sua invitabimus; tantum ultro venientes et iustis aliquando de causis nos consulentes non prohibeantur, neque impediantur, sed gaudeant sua et christiana libertate, quam ius quoque divinum et canonicum in hac parte concedit.

Optatur porro aliquis e nostris Germanus, qui possit etiam[a] praeesse cathedrae concionando. Optamus et nos quidem in hac parte[b] Dominis gratificari, et libenter de hoc ipso scribemus in Urbem[c], ubi non desunt theologi Germani[d], etsi non vacat difficultate pro uno duos dare concionatores, qui passim hodie desiderantur. Transigatur modo de re principali, ut sciamus an et quomodo simus hoc loco mansuri.

Fateor me hactenus conciones aliquas[e] [?] intermisisse et graves quidem ob causas, uti multi norunt. Sed curatum est tamen ut Reverendus D. Suffraganeus[9] locum absentis suppleverit. Ac praeterea videor mihi magis hic mereri veniam, quod extraordinarias conciones, quibus obstrictus non sum, eo tempore habeam, quo maior est populo commoditas audiendi, praesertim in sacra quadragesima. Itaque tractavi de catechismo, de Passione Domini, de sacrificio Missae his diebus, quibus solitum non est concionem ullam haberi[10]. Quo magis oro

a) *Hoc v. deest in A.* b) hac in parte *B.* c) Urbe *A B.* d) germani theologi *B.* e) *Vel* aliquot*; quod est in B.*

---

[1] Is 42, 3. Mt 12, 20. [2] Cf. 2 Cor 10, 8; 13, 10.
[3] De hac re vide supra p. 566—567. [4] Vide supra p. 601.
[5] Cf. Mt 25, 15—28. [6] Mt 18, 18. [7] Lc 10, 34. [8] Phil 1, 18.
[9] Michael Dornvogel, titularis episcopus adramytanus.
[10] Ita Canisius annis 1560 et 1561 et sacri Adventus tempore quater singulis hebdomadis contionatus est, et per Quadragesimam praeter 4 contiones singulis hebdomadis haberi solitas sua sponte 2 vel 3 catecheticas in gratiam puerorum atque rudium, multis tamen etiam aliis adstantibus, habuit, atque iisdem annis 1560 et 1561 Augustae, quamquam sex fere menses abfuit (ad concilium tridentinum etc. arcessitus), 210 fere contiones habuit (*Can.* III 593 615—618 623 626). Similiter 18 fere mensibus illis, per quos annis 1563 et 1564 et ineunte a. 1565 (m. Ianuario)

Dominos meos, ut modeste ferant, praesertim ob publicas utilitates et necessitates, me a summis etiam Principibus evocatum[a], unam forte atque alteram concionem aliquando neglexisse: idque posthac ne[b] fiat, Deo duce, facile cavebitur.

Haec mihi ad praecipua scripti oblati capita pro huius quidem temporis ratione satis dicta esse videntur, eaque ut boni consulantur, etiam atque etiam rogo. Hoc unum ad extremum peto per Christum Dominum ut ignoscant Reverendi Domini, si quid hactenus a nobis commissum vel omissum est indecore. Pollicemur reverentiam et observantiam debitam; amplectemur etiam moderationes honestas, quae nobis proponentur. Salvas interim nobis cupimus conscientias, ne quid contra vocationis nostrae officium admittere cogamur, quod superioribus nostris et obedientiae sanctae repugnet. Invitis autem Dominis hoc loco versari et cum illorum indignatione labores istos in praesenti templo perferre, vel ullam ullis causam offensionis dare[1], nobis quidem molestissimum esset. Dominus in suam gloriam vertat omnia, et Reverendis Dominis meis adsit spiritu suo: quibus nos reverenter commendamus in Christo Jesu Domino nostro.

Servus in Christo Doctor Petrus Canisius.

Tempus quidem his litteris ascriptum non est; sed eas Augusta a. 1564 datas esse facile patet; atque aliunde constat, Canisio „temporis angustiam non permisisse", ut capitulo hoc daret responsum, antequam Herbipoli redisset (v. supra p. 642); rediit autem sub 7. Septembris. Ne ante diem quidem 9. Septembris has litteras ad capitulum dedit; nam in capituli sessione 9. Septembris habita nulla earum fit mentio (Cod. monac. „Augsb. Domk." p. 118—128). Cum autem capitulum in eadem sessione, ut cum ipso Canisio de controversiis illis ageretur, statuerit, verisimile est, vel ipso d. 9. Septembris vel paulo post ita actum esse; quare Canisium vel 10. Septembris vel certe medio fere m. Septembri scripsisse censeo.

Ceterum ex hac epistula, praesertim si cum superiore illa ad cardinalem Ottonem data epistula conferetur, cognoscetur, *Boerium* haud recte affirmasse: Canonicos, dum Canisius Augustae moraretur, non esse ausos quicquam adversus eum constituere; eo autem ad collegia visitanda profecto ipsos litteras Dilingam misisse, quibus Canisius confessionibus in templo cathedrali promiscue audiendis prohiberetur etc. (Can. 271—272).

Capitulum Canisio sub medium vel exeuntem m. Septembrem a. 1564 rescripsit.

1126. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO.

Roma 16. Septembris 1564.

Ex apographo eiusdem temporis; in marginibus epistulae et „Postscripti", eadem manu: „P. Canisio." Cod. „Germ. 1561" f. 183.

Epistulae Canisii, cardinalis Augustani, P. Mendozae Lainio traditae. Herbipoli proximo anno collegium incohabitur. Pro P. Dionysio P. Fahe in Varmiam ibit.

a) avocatum *B.* b) *In A a Boero correctum ex* non.

Augustae degebat, ibidem fere 200—210 contiones habuit (v. infra monum. 441); anno 1564, atque, ut videtur, etiam a. 1563 per Quadragesimam similiter, atque superioribus annis fecerat, praeter usitatas contiones singulis hebdomadis 2—3 catecheticas habuit; v. infra monum. 442. [1] Cf. 2 Cor 6, 3.

Collegium episcopi plocensis. Ad controversiam cum capitulo cathredrali componendam haec iuvabunt: Curabitur, ut pontifex et imperatori Societatem commendet, et canonicos augustanos per litteras serio moneat; curatum, ut Philippus II. Societatem caesari commendaret; capitulum per Bavariae ducem et per proceres augustanos monendum est; P. Elderen post aliquod tempus Augusta amovendus; Sociis Augustae ecclesia, in qua libere agant, quaerenda, ita tamen, ut in cathedrali, si canonicis placuerit, contionari pergant et hosce cum laicis reconcilient. Canisio, si ipsi visum erit, ad tempus in provinciae collegia vel in Varmiam abeundum. Alimenta pro convictoribus collegii germanici. Canisii scriptor. Ariae Montani Rhetorica.

Pax christi.

Riceuette N. P. quella de .V. R. de .29. de Agosto et stando lei de partita per Herbipolj, et si è ancora uista altra del Cardinal et altra del Padre Don Luygi[1] del medesimo sugetto. Rispondero per la presente, et prima quanto al andata al Herbipolense sia à gloria de Dio, credo non se ligara .V. R. con la promessa piu stretta di quello che li fu scrjtto che mi pare fosse dar speranza perlo anno che uiene disponendosi le cose di la.

Quanto al Dottor Henrico[2] intesa la sua infirmita oltra la occupatione del nouo Rectorato .N. P. si è risoluto che non uada et hogi si scriue à Praga che non lo aspettino li Compagni. chi debia andare in suo luogo per predicare auisai che sarebbe el Padre Pietro Fae gia pastor de Popardia[3], Dio N. Signor supplira doue le forze nostre mancano. Per l' anno che uiene si è accettato il Collegio del Vescouo Plocense[4] in Mazouia, per alhora dio N. Signor prouedera de sugettj; quanto al negotio del Clero Augustano di qua occorreuano à N. P. alcunj mezzi, uno che Sua Santità scriuessi de sua mano al Jmperatore raccommandandoli strettamente le cose de nostra Compagnia[a] [5] et anche scriuessi alli Canonici de Augusta[b] una buona admonitione ricordandoli il seruitio che si è fatto à Dio nella sua Chiesa per mezzo della Compagnia, et exhortandoli alla unione delli animi con quella, et à darli il fauore che conuiene secondo il loro instituto, et se hanno cosa alcuna per laquale si dogliano de alcuno de nostri che la possono trattare[c] auanti il suo Vescouo come ordinario etc.[6] 2º Si è procurato che il Re Catolico[7] scriuessi anco al Jmperator di sua mano in genere al tenor che fu detto di sopra del Papa. 3º pareua che il Duca de Bauiera[8], et altri potenti in Augusta como li Signori Fuccari doueriano far buoni officij col Capitulo accio pigliasse piu a cuore[d] la protectione dela Compagnia, 4º pareua douerse mu-

a) *Sequitur* altro, *a libr. oblitteratum.* b) *Sequitur* raccomandandolj, *a libr. oblitt.* c) *Sequitur* con, *a libr. oblitt.* d) *In ap. correctum ex* accuore.

---

[1] Epistulas Ottonis cardinalis Augustani et P. Aloysii de Mendoza S. J. dicit.
[2] Dionysio. [3] Vide supra p. 647[1]. [4] Andreae Noskowski; v. supra p. 656[1].
[5] Pius IV. ita ad Maximilianum II. scripsit Roma 30. Septembris 1564; quarum litterarum brevis summa exstat in „*Synopsi* Actorum S. Sedis" (v. supra p. 601[1]) I 36.
[6] Hoc Pii IV. Breve vide infra monum. 496.
[7] Philippus II. Hispaniae rex. [8] Albertus V.

tare il Padre Guillelmo[1] non adesso, ma con un poco de tempo come sarebbe mandandosi el P. Theobaldo[2] in Augusta accio pigliasse la pratica, et potesse restar in luoco di esso Padre Guillelmo ilquale passato qualche mese se ne potrebbe andare à Monachio ò doue parera à .V. R. V° pareua molto bene si cercasse una Chiesa fuora della Cathedrale doue li nostrj potessero conseruare sua liberta nel administratione [de][a] li sacramenti quanto [si] potessi pero senza nota del Capitulo et senza parer quod erigamus[b] altare contra altare[3], et percio pareria bene che quando il Capitulo cosi lo uolessj non si mancassj de continuar la predicatione nella sua Chiesa et che li nostrj parlassino bene di loro, et facessino boni officij per reconciliare li catholici secolari con loro, ut carbones conijceremus super caput[4] eorum etc.

.6° ueda .V. R. se quanto alla sua persona saria bene sene andassi fuora ó per uisitar li Collegij, ó per recrearsi, ouero per respetto del Cardinal Vuarmiense[5] andando fin la et mettendo in suo luoco el Padre Martino, o el Padre Scurrichio[6], questo pur se rimette al Judicio de .V. R. et fara como meglio in Domino li parera, gia ho auisato como si hebero quelli denarj per il figliolo[7] del Signor Georgio Fuccaro, et anche credo si hebe quello del figliolo del consolo[8]. etc. Di Roma li .16. de settembre [1564][c]. Non pare à N. P. cosa sicura che tenga .V. R. per Amanuense quel nicolao[9] che intendiamo meno seco in Herbipolj[d].

Penso altre uolte si è riccommandato à V. R. de parte de N. P. il procurar fossi emendato se ci fossi alcun fallo quel libro del Dottor Arias Montano[10], et poi farlo stampare, ma quando questo non si potesse far di la uorrebbe .N. P. che il libro ci fossi rimandato et che il Padre Don Luygi lo potrebbe portare .V. R. adunque cosi lo facci.

Canisius Lainio rescripsisse videtur 7. Octobris 1564.

1127. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO et reliquis Societatis praepositis provincialibus. Roma m. Septembri (ut videtur) 1564.

Ex apographo eiusdem temporis. Cod. „Epistol. Hispan. [Praepp. Genn.] 1564. 1566“ f. 16[b].

Cum Romam scribetur, de negotiis per procuratorem generalem expediendis semper seorsum scribatur; quod praeceptum singulis collegiis mittatur.

a) *Aut hoc supplendum, aut* administrare *ex* administratione *corrigendum esse videtur.* b) dirigamus *ap.; cf. supra p. 523*[7]. c) *Polancus epistulis annos ascribebat; hanc autem epistulam a. 1564 datam esse res ipsae plane ostendunt.* d) *Sequuntur vv.* N. PP. etc., *oblitt.*

---

[1] Elderen. [2] Stotz. [3] De his verbis v. supra p. 523[7]. [4] Rom 12, 20.
[5] Stanislai Hosii. [6] Martinum Stevordianum vel Georgium Schorichium.
[7] Octaviano. [8] Ioannis Georgii, filii Hieronymi Velseri. [9] Servatium.
[10] Ariae Montani Rhetorica carmine heroico tradita et per libros quattuor digesta (cui Antonius Morales episcopus mechoacanensis [Valladolid de Mechoacan in republica mexicana] „Adnotationes“ addidit) a. 1572 Antverpiae apud Christophorum Plantinum (in 8°) edita est (*Nic. Antonius* l. c. I 209).

Pax christi.

Para que las letras de Negocios se puedan dar al procurador[a] dela Compañia que los ha de tratar es bien que siempre se escriuan en letras particulares que no contengan otras materias aunque pueden uenir enderezadas à nuestro Padre General y la copia desto embie .V. R. à todos los Collegios de su Prouincia.

De P. Ribera, qui usque ad a. 1564 Romae Societatis „procurator generalis" fuerat, *Polancus* scripsit Roma 7. Augusti 1564 *P. Antonio Possevino: „Jl Padre Baptista de Ribera è andato al Jndia, ma il Padre Doctor Joanne de Victoria fara molto ben quello che conuiene" etc. Et Roma 5. Septembris 1564 *P. Nicolao Goudano: „Quja Pater Victoria procurator generalis scribit R. V." etc. (ex apographis eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1561" f. 147[b]. 178[a]).

Tempus quidem his litteris in Lainii praepositi generalis registro hispanico ascriptum non est; sed ex ipso codicis loco, quo litterae comparent, conicere licet, eas datas esse m. Septembri 1564; cui rei congruit, quod paulo ante P. Ioannes de Victoria procuratoris generalis officium susceperat.

Licet autem hae litterae in Lainii registro germanico gallicoque atque, nisi fallor, in italico quoque registro frustra quaerantur, ipsa tamen argumenti, quod in eis tractactur, natura verisimile efficitur, eas (italice vel latine scriptas) reliquis quoque Societatis provincialibus praepositis missas esse. Ac cum in registro illo hispanico aliis epistulis manu librarii antiqui in margine adnotatum sit „Comun para los Prouinciales de España", „per li Prouinciali di spagna", „Comun para los 4. Prouinciales" [de España], litteris supra positis ascriptum est „Per li Prouinciali" (Cod. „Epistol. Hispan. 1564 1566" f. 38[b] 122[b] 192[a] 244[a] 16[b]). Aliunde quoque compertum est, epistulas communes, quae omnibus vel saltem compluribus provinciis destinatae erant, nequaquam in singularum provinciarum vel terrarum registra semper esse transcripta.

1128. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu. Augusta Vindelicorum 17. (16.?) Septembris 1564.

Ex epistulae Polanci apogr. eodem temp. scripto. Cod. „Germ. 1561" f. 190[b].

Polancus nomine Lainii Roma 3. Octobris 1564 Augustam ad Canisium scripsit: „Riceuette N. P. quella [quelle?] di VR. di 17. de settembre". Ubi fortasse pro „17." scribendum fuerat „16."; certe dies 16. Septembris sabbatum erat; sabbatis autem, ut identidem monui, non dominicis diebus, Canisius Lainio scribere solebat. Ceterum, quoniam hae Canisii litterae adhuc exstare non videntur, vide Polanci, quam dixi, epistulam; hac enim Lainius Canisio respondit.

1129. CANISIUS **P. CAESARI HELMI S. J.**, collegii veneti rectori. Augusta Vindelicorum post medium m. Septembrem (ante 24.) 1564.

Ex exemplo, de quo infra p. 668 dicetur.

Ne Socios in Germaniam, quippe quam pestilentia urat, ire sinat.

Canisius litteris Roma 5. Septembris 1564 datis per Polancum certior factus, P. Andream Avantianum ac fratres Bernardinum Guanam et Mathiam Lackner ex Italia in collegium oenipontanum mitti (v. supra p. 647), Augusta 23. Septembris 1564 Romam rescripsit: „Quod ad fratres Oenipontum destinatos attinet, monuimus Rectorem Venetum, ne sinat illos in Germaniam progredi, sed accedentes retineat potius aut retinendos curet in Collegiis Italicis. Serpit enim magis magisque pestis Oeniponti et cogit nostros ex suo migrare collegio, si se salvos esse uelint." Canisii epistula periit.

a) *Duo vv. sqq. supra versum addita sunt.*

1130. CANISIUS **P. EVERARDO MERCURIANO**, provinciae Societatis Germaniae inferioris praeposito.

Augusta Vindelicorum post medium m. Septembrem (ante 24.) 1564.

Ex Polanci litteris, de quibus supra p. 649, et ex exemplo epistulae ad Lainium datae, de quo infra p. 668.

De Socio quodam mittendo.

Polancus Roma 5. Septembris 1564 Augustam ad Canisium scripsit: „Per Dilinga sj è scritto al Padre Prouincial de la Jnferior Germania mandi con ognj diligentia il mastro Gerardo Gerardino . . . hoggi si scriue dj nouo al Padre Euerardo lo mandj, et V. R. potra per uia de Augusta scrjuerlj sopra di lui offerendo il Viatico etc." Canisius autem ad has Polanci litteras Augusta 23. Septembris 1564 respondens: „De Magistro", inquit, „Gerardo Gerardino jam scripsimus ad P. Everardum Prouintialem". Canisii epistula perisse videtur.

1131. CANISIUS CARDINALI **STANISLAO HOSIO**, episcopo principi varmiensi. Augusta Vindelicorum 20. Septembris 1564.

Ex archetypo (2°; 2 pp.; in p. 4. inscr. et sig.), a P. Guilielmo Elderen S. J. scripto et manu ipsius Canisii subscripto („Seruus" etc.). Cod. goth. „383" f. 42 43.

Epistulam ex archetypo primus evulgavit *Cyprianus* l. c. 372—374. Epistulae particulas (ex Cypriano) posuerunt *Lagomarsinius*, Pogiani Epistolae III 432[ii] et *Riess* l. c. 332 (germanice) atque (ex Riess) *Janssen* l. c. IV [15—16] 459. Epistula usi sunt *Eichhorn* l. c. II 176 177 et *Drews* l. c. 119.

P. Henricum Dionysium infirma valetudine impediri, quominus ad Hosium veniat. Mitti autem, praeter alios, P. Petrum Fahe. Ne Canisium quidem venire posse. De Commendono et Hostovino. De „Confessionis" nova editione antverpiensi. Maximilianum II. caesarem catholice se gerere. Albertum V. Bavariae ducem eiusque familiam pietate excellere. Alberti animum, licet archiepiscopus salisburgensis cum suffraganeis ad communionem sub utraque concedendam paratus videatur, ab ea esse alienum. Timeri de proximis Bavariae comitiis. Multas terras pestilentiae flagello a Deo castigari. Novos libros exspectari.

† Pax[a] Christi Jllustrissime Domine Patrone.

Doleo sane praeter nostram et Reuerendi P. nostri Praepositi[1] expectationem id accidisse, ut D. Henricus Dionysius in Prusciam uenire non possit, quemadmodum amplitudo tua desiderauit[2]. Mitto literas Patris nostri, sed intempestiue scriptas; nimirum cum haberet ille persuasum sibi aliter quam res erat, de ualetudine dicti D. Henricj, qui a phtisi modo parum abesse uidetur. Egimus apud Illustrissimum Cardinalem nostrum[3] et impetrauimus tandem, ut mitteretur ac donaretur tuae dignitati, licet illius opera Dilingae sit haud parum utilis, sicut et antea Coloniae fuit. Quamobrem maiorem in modum rogo, ut hanc consiliorum mutationem Diuinae prouidentiae ac necessitati potius sapientia tua, quam nostrae uoluntati aut inconstantiae imputet. Mittetur autem loco D. Henrici, uir bonus et in concionando peritus[4], qui multis etiam annis in aula Reuerendissimi Domini Archi-

a) *Hoc v. et 4 sqq. a Cypr. omissa sunt.*

[1] Iacobi Lainii. [2] Vide supra p. 598 609. [3] Ottonem Truchsess.
[4] P. Petrus Fahe; v. supra p. 647.

episcopi Treuirensis[1] egit Ecclesiasten, priusquam ad nostrum institutum ille transiret. Speramus hunc aliquanto rectius, quam dictum D. Henricum, a populo isthic posse intelligi[2]. Cum eodem alij nouae scholae[3] futurj magistri proficiscentur, quemadmodum ex Romanis literis cognoscetur. Optauj ego sane, uel ante illos, uel cum illis ipsis ad Jllustrissimum Dominum meum Cardinalem Varmiensem iter ingredi, et hoc uotum meum Cardinali nostro Illustrissimo patefeci. Sed obstant sane multa, quominus me uelint abesse hoc tempore uiri sapientes, et credo idem Deo Opt. Max. uisum esse, cuius Ecclesiae inseruire studemus. Illius fiat in nobis uoluntas perpetuo, cui uni debemus omnia.

Scripsi nuper et prolixe quidem de statu rerum, simulque literas adiunxi proprias ad Reuerendissimum meum D. Commendonum, quem cupio[a] una cum D. Balthasare[b] [4] reuerenter ex me salutatum irj. Misi praeterea semel atque iterum Antuerpiam, ut noua Confessio in lucem exeat cum noua illa recognitione, quam misit ad me D. Thomas Blasa[5]. Miror autem a D. Henrico Ziberto[6] nihil mihi esse responsum.

Agimus Diuinae bonitati gratias, partim noui Caesaris nomine, qui uarijs exemplis et argumentis Catholicam pietatem sibi cordi esse declarat: unde Concionatorem quoque Zittardum[7] retinet auditque libenter[8]:

a) *Verba sqq., usque ad* reuerenter *excl., ab E. in margine addita sunt.* b) *Correxi ex* Balthare*; vide infra adnot. 4.*

---

[1] Ioannis von der Leyen (*Can.* II 488[4]) ac fortasse etiam Ioannis ab Isenburg († 1556), qui illum proxime antecessit.

[2] Dionysius noviomagus erat; Fabe ex archiepiscopatu treverensi ortus esse videtur. [3] Braunsbergensis.

[4] Hostovino S. J., qui Commendonum nuntium comitabatur; v. supra p. 504.

[5] Thomas Plaza sive Plasa († 1593) iam anno 1555, cum Martini Cromeri secretarius esset, Hosium in „Confessione" perpolienda adiuverat (*Hosii* Epistolae II 549 681). Postea parochus ecclesiae ad S. Stephanum cracoviensis et canonicus vislicensis (Vislicia, Wiślica) constitutus, Societatem Cracoviam induxit eique templum domumque parochialem suam ad tirocinium instituendum tradidit (*Io. Wielewicki* S. J., Historicum Diarium Domus professae cracoviensis S. J., in „Scriptores Rerum Polonicarum" VII, Cracoviae 1881, 4—5 21 55 169).

[6] Dunghen; v. supra p. 380.

[7] P. Mathiam Sittardum (Cythardum) O. Praed.; v. supra p. 217[2] 303[1].

[8] Maximilianus II. more suo in utramque partem claudicabat; ita *Ioannes Udalricus Zasius* ipsius consiliarius 17. Septembris 1563 Augusto principi electori Saxoniae scripsit: Maximilianum 8. Septembris 1563, cum Hungariae rex coronaretur in eaque sollemnitate Nicolaus Olahus archiepiscopus strigoniensis antiquum iusiurandum praeiret, repetere, quae in eodem de beata Maria virgine et omnibus Sanctis sunt, bis recusasse, in eorum locum verbum „evangelium" alta voce substituendo (*Karl von Weber,* Archiv für die Sächsische Geschichte III, Leipzig 1865, 330—331). Atque 8. Aprilis 1564 *Maximilianus* Christophoro, Wurttembergae duci et theologorum lutheranorum patrono singulari, scripsit: „So übersenden wir D. L. hiemit einen Römischen Abdruck von allen Decreten des säuberlichen Tridentinischen Concilii nicht darum, dafs D. L. grossen Trost oder Besserung daraus zu fassen, sondern dafs D. L. und derselben fromme treffliche Gelehrte sich darinn ersehen" etc. (*Joh. Frid. le Bret,* Magazin zum Gebrauch der Staaten- und Kirchengeschichte IX,

partim ob Principem Bauariae[1], in cuius quidem familia singularem lucem ac uirtutem Catholicae sinceritatis uideo elucere. Dixeris lilium inter spinas[2], et luciferum in medio nebulae[3] insigniter apparere. Igitur cum posset eadem uti concessione calicis quam ex Pont. Max. authoritate Austriacj usurparunt[4], tamen quia uidet licere hoc magis quam expedire[5], non fert promulgationem dictae concessionis in sua Prouincia. Reuerendissimus Archiepiscopus Salisburgensis in conuentu quem habuit cum suis Suffraganeis[6], conniuere uidetur, et liberam omnibus facere potestatem bibendi calicis[7]. Neque Princeps tamen ita cedit, sed Catholicis confirmandis non minus quam haereticis lucrifaciendis consulendum esse putat. Ideoque suspectam habet hanc communionis mutationem. Nunc omnia pendere dicuntur ex comitijs proximis, quae nondum tamen indicta sunt, et a[a] quorum euentu sapientes plurimum metuunt causae religionis. Verum haec aliaque id genus futura in manu Dei sunt omnipotentis[8].

Dici non potest, quam late, quam saeue grassetur pestis per totam fere Germaniam: infecit et Galliam, attigit Hispanias, Constantinopoli horrenda est. Magnum hoc et generale flagellum irae diuinae interpretor, quo utinam rite correcti homines redeant tandem ad percutientem[9] in spiritu humilitatis et animo uere contrito[10].

Expectamus nouos authores et libros e nundinis[11], et si quid magni erit in illis momenti, postea significabimus. Nunc satis fuerit, diuinam bonitatem precarj, ut Illustrissimam Cels. tuam diu nobis incolumem seruet, foelicemque faciat noui e nostris Collegij fundatorem, ad perpetuam Varmiensis Ecclesiae utilitatem. Augustae 20. Septembris . 1564[b]. Seruus in Christo P. Canisius.

a) *Ab Eld. correctum ex* ex. b) *Quae sequuntur, apud Cypr. non sunt.*

Ulm 1785, 190—191). Ceterum vide *Theod. I. Schery*, Ueber die religiöse Entwicklung Kaiser Maximilians II. bis zu seiner Wahl zum römischen Könige, Würzburg 1903, 97—107. [1] Albertum V. [2] Cant 2, 2.

[3] Eccli 50, 6. [4] Vide supra p. 590 628. [5] Cf. 1 Cor 6, 12.

[6] Synodo huic a d. 29. Augusti ad 5. Septembris 1564 Salisburgi habitae praeter Ioannem Iacobum Khuen de Belasy archiepiscopum intererant episcopi Vitus a Fraunberg ratisbonensis, Urbanus de Trennbach passaviensis, Christophorus Schlattl chiemensis (Chiemsee), Petrus Persico seccoviensis (Seckau); Mauritius autem a Sandizell episcopus frisingensis Michaelem Wagner canonicum et Ioannem Lorichium cancellarium, Albertus V. dux Christophorum Elsenheymer consiliarium ad synodum legaverant (*Knöpfler* l. c. 140).

[7] Alberti tamen ducis rogatu in synodo constitutum est, ut litterae pontificiae, quibus calix concedebatur, in Bavaria non ubique, sed aliquibus tantum locis, quorum indiculus archiepiscopo tradendus esset, promulgarentur (*Knöpfler* l. c. 142).

[8] Sap 3, 1. Eccli 10, 4 5. 2 Mch 6, 26 etc. [9] Is 9, 13.

[10] Dn 3, 39.

[11] Francofurti ad Moenum mercatus autumnalis hoc ipso tempore habebatur; v. supra p. 335[1].

Reuerendissimo in Christo Patri et Jllustrissimo Domino .D. Stanislao Hosio, Cardinali et Episcopo Varmiensi Patrono amplissimo. Ad manus proprias.

Inscriptioni manu eiusdem temporis adnotatum est: „Redditae 18 octobris 1564. Heilsperge", et alia manu eiusdem temporis: „resp. 21."

1132. CANISIUS **IACOBO LAINIO,** praeposito generali Societatis Iesu.
Augusta Vindelicorum 23. Septembris 1564.

Ex exemplo, quod sub a. 1892 exscriptum est ex apographo sub a. 1860 a P. Iosepho Boero S. J. scripto; quod apographum unde exscriptum sit et ubi nunc exstet ignoro.

Epistula usi sunt *Sacchinus,* Hist. S. J. II, l. 8, n. 105, et *Kröss,* Can. 172.

Collegium braunsbergense. Socii Oenipontem destinati in Italia subsistant oportet. Ob pestilentiam et Oeniponte et Moguntia Socii emigrarunt. Socii varii. Pestilentia plurimos exstinguit, Augustam denuo urit; Deus orandus. Cardinalis Augustanus, ut collegium dilinganum dotet neve idem nimis gravet, monebitur. Socii quidam Dilingae collegiis praeficiendi. P. Dionysio haud ita bene res succedit cum universitate, gubernatore, cardinale. Universitatis frequentia. Novus rector ingolstadiensis. Missio bavarica. Calicis concessio, a pontifice et episcopis facta, in Bavaria non promulgabitur. P. Cuvillonius in Galliam vel Italiam mitti, P. Haupt dimitti potest. Querelae de collegio germanico. In quod filii Ernesti Bavariae ducis, mareschalli (?) bavari etc. mittentur. Patritii augustani a cardinale petunt, ne Socios urbe moveri patiatur. Viatica dilingana.

Pax Christi nobiscum Admodum Reuerende in Christo Pater.

Quinto Septembris datas accepi cum aliis in Belgicam destinatis. Gaudemus nos tandem liberatos esse diuturna sollicitudine collegii Pruttenici [1] et pro D. Henrico [2] Rectore qui nondum est restitutus mitti concionatorem M. Petrum Phae. Iuvet Christus Rectorem Strobelium aliosque tarde proficiscentes in Prusciam [a]. Nunc ego scripsi ad Cardinalem Warmiensem et excuso mutationem consilii, et dicti D. Henrici absentiam [b], scribet quoque noster Cardinalis [3].

Quod ad fratres Oenipontum destinatos [4] attinet, monuimus Rectorem Venetum [5] ne sinat illos in Germaniam progredi, sed accedentes retineat potius aut retinendos curet in Collegiis Italicis. Serpit [c] enim magis magisque pestis Oeniponti et cogit nostros ex suo migrare collegio, si se salvos esse uelint. Igitur heri ad nos quinque missi venerunt, et plures nunc expectamus quos in vicina haec collegia distribuemus. Unde nihil dubito quin probabit R. P. T. ne longius procedant illi, qui promissi sunt collegio Oenipontano, et aegre locum tam multi reperirent in reliquis collegiis quae tum Moguntini [6] tum

a) *Sic ap.; cf. supra p. 665.* b) abscentiam *ap.* c) *In ap. sequitur* scripsit, *oblitteratum.*

[1] Collegium braunsbergense dicit. [2] Dionysio. [3] Otto Truchsess.

[4] Vide supra p. 647—648. [5] P. Caesarem Helmi S. J.

[6] Iam exeunte a. 1563 collegii moguntini scholas pestilentia inquietaverat. Qua urbem urere pergente Socii aestate a. 1564 ad tempus emigrarunt (*Hansen* l. c. 492 502).

Oenipontani collegii fratres nunc oppleverunt, ut nesciam quomodo tam multi possint hac hyeme commorari. Verum quod alios Dilingam et Ingolstadium destinatos [1] attinet, non deerit illis locus cum venerint etsi difficilis modo sit profectio per Comitatum Tyrolensem et [a] [?] frequentem pestis contagionem. Jndigemus quidem Rethore [b] Mattheo [2] Polono et concionatore Liberio praeter alios. De Magistro Gerardo Gerardino jam scripsimus ad P. Everardum [3] Prouintialem. Et quoniam multa hominum millia passim pestis extinguit, quae nunc etiam Augustam rediit, cupimus valde pro nobis et Germanis Deum rogari, ut flagellum hoc, si ferendum est, bonis et malis salutare reddatur.

Fuit apud me P. Aloisius ut Collegio suo [4] necessaria coemeret et cum illo contuli sedulo de his quae scripta sunt ad collegium Dilingense pertinentia. Habet causam R. P. T. cur Cardinalem [5] segniter promoventem collegii [c] negotium, reprehendat et admonebitur ille suo tempore, ut quae in ipso desideramus [d] [?] intelligat simulque ad promovendam collegii fundationem magis impellatur. Agemus etiam cum illo de cantu, de choro, de Concionatore Germano ut minus nostri graventur his novis oneribus quoad ejus fieri poterit [6]. Praecipua difficultas superest quis collegii fratrum [7] sit Rector futurus, quis Regens in collegio altero Hieronymiano, nam quod scribitur de D. Thoma [8] ut Regentem praebeat [e] [?] non satis consultum putamus, si tamen liceret libere judicare. Rectius huic collegio et nostris etiam, ut plane putamus, [consuletur,] [f] si quod ante scripsimus obtineat, nimirum ut frater meus [9] Rectorem agat collegii nostri simulque juvet D. Henricum in collegio Hieronymiano commorantem una cum P. Rabenstein [g], quem idcirco munere profitendi liberabimus [10]. Non repetam quae hac de re scripsimus, tantoque libentius Confirmamus hanc sententiam quo certius experimur D. Henricum qui nunc Rector est Universitatis, ad gubernandos fratres non adferre talentum, multoque magis illum nunc impediri non solum quia sit debiliusculus, sed etiam difficilem sustinet rectoratus administrationem in hac tanta studiosorum turba quae magis ac magis in dies confluit. Accedit quod non optime conveniat inter hunc ipsum et Gubernatorem [11], qui sibi plus-

a) *Sic ap.; fortasse legendum* ob. b) Rectore *ap.; vide infra adnot. 2.* c) *In ap. correctum ex* collegium. d) *Sic ap.; fortasse corrigendum* desideremus. e) *Ita vel similiter corrigendum esse censeo* postulet, *quod est in ap.; cf. supra p. 649.* f) *Hoc v. vel simile ut suppleatur, tum ea quae antecedunt, tum quae sequuntur, plane suadent.* g) Rabenstim *ap.*

---

[1] Vide supra p. 648—649.

[2] Matthaeum Michonis significat (v. supra p. 648 [3]); quem Ingolstadii magistrum rhetorices constitutum esse ex huius collegii **Catalogo* 1. Ianuarii 1565 composito patet (Cod. „GSC 66" f. 373 [b]).

[3] Mercurianum, Germaniae inferioris praepositum provincialem.

[4] P. Aloysius de Mendoza S. J. in collegio dilingano versabatur.

[5] Ottonem Truchsess. [6] Vide supra p. 650. [7] Collegii Societatis.

[8] Darbishiro. [9] Theodoricus Canisius, rector collegii ingolstadiensis.

[10] P. Ioannes Rabenstein physicam (aristotelicam) in universitate dilingana tradebat; v. supra p. 637 [6]. [11] Cornelium Herlen.

culum permittit ut nostri putent neutiquam expedire quod M. Cornelium in Collegio[1] diutius morari sinamus. Utinam vero is esset D. Henricus qui unum gubernare Collegium posset. Dolemus nullam illi gratiam esse apud Cardinalem, qui moribus boni patris minime delectatur. Ego qui praesertim in Adventu et hyemali tempore non saepe possum excurrere Dilingam necessariam eidem D. Henrico praebere operam saepe intermitterem et[a] [?] partim in Universitate[b] partim in utroque collegio, hinc multa incommoda uideo[c] [?] sane consecutura esse. Scribet suam quoque sententiam P. Aloisius de his aliisque, omnibus valde considerandis si susceptum hoc grande onus Dilingae ad Dei gloriam perferre velimus.

Quod si vero Rector Ingolstadiensis Dilingam transferretur[d] [?], intelligit R. P. T. alium nobis necessarium esse Rectorem, quem aut P. Aloisium aut D. Thomam Anglum Ingolstadii constituamus . ac proinde nihil Dilingae mutabitur nisi de hoc certi aliquid accipiamus.

Ex adjunctis quadrimestribus P. Martini[2] et P. Schorichii satis constabit non temere Principem[3] hoc postulare ut uterque in Bavaria visitanda et repurganda retineatur. Placeret alioquin mihi vehementer, ut alter illorum ex messe ampla reversus Augustae in concionando mihi adjutor esset. Sed hanc consolationem ego fortassis non mereor, et Principi serio istos occupanti, in hac tanta Bavariae necessitate, aliquid est indulgendum. Speramus bonum principem non comissurum[e] ut concessione tum Pontificis tum Episcoporum istorum utatur ad calicem Bavaris offerendum. Dixit mihi Cancellarius[4], his diebus concessionem dictam in Bavaria publicandam non esse etsi Salisburgae conventus Episcoporum ita fieri permittat si Princeps cupiat[5].

Expectamus reditum utriusque doctoris P. Covillonii[f] et P. Edmundi[6] ex Collegio Oenipontano. Primus videtur et mihi in Belgica non satisfacturus, expectationi, et praestare puto ut aut maneat in hac provintia P. Covillonius[g] aut in Galliam ille mittatur. Mallet ille in aliquo collegio Italico versari et forte non inutilis esset Laureti, tum ad confessiones audiendas, tum ad legendum de casibus conscientiae.

a) *Aut ita corrigendum est ex* ut, *quod est in ap.; aut ex* uideo, *quod in ap. paulo infra positum est, corrigi debet* uideam. b) in Universitate in Universitate *ap.* c) *Sic ap.;* uideam? *Vide supra adnot. a huius pag.* d) *Sic ap.; corrigendum fortasse:* transferetur. e) concessurum *ap.* f) *Vel* Covilloni*; ap. perperam:* Cavillioni*; cf. infra adnot. g huius pag.* g) Cavillonius *ap.*

---

1 S. Hieronymi, ut videtur; cf. supra p. 586[4].

2 Stevordiani. Vide, quae ex his litteris sub ipsam hanc epistulam proponentur.

3 Albertum V. 4 Simon Thaddaeus Eck.

5 De hoc conventu v. supra p. 632—633. *Otto Truchsess* cardinalis Augustanus, ad cuius episcopatum pars aliqua Bavariae pertinebat, Dilinga 20. Novembris 1564 ad cardinalem Hosium scripsit: „Dux Bauariae, cum quo, vt dixi, nuper fui, nihil mihi se mandaturum, vt in Bauaria calicem concedam, serio affirmauit. Nam qui malorum, quibus affligimur, olim hoc remedium fore sperabat, nunc cum illius administrationem in sua prouincia concedendi facultatem habeat, sententiam immutauit, et neque concedit, neque concessurum prae se fert“ (*Cyprianus* l. c. 379).

6 PP. Ioannis Cuvillonii et Edmundi Haii.

Quod ad M. Petrum[1] Coloniensem attinet non valde metuendum puto scandalum si recipiat ipse oblatam[a] sibi R. P. T. dimissionem ob quasdam causas honestas illi proponendas ac praeterea si commendetur Archiep. Moguntino[2] vel alii praesuli. Non erit alioquin aut sibi aut nobis in collegio utilis, sed oneri potius ubicumque vivet ut mihi sane videtur.

Venerunt huc M. Gregorius et meus Andreas[3] cras Viennam profecturi[b] ut aliquid a Reuerendissimo Nuntio[4] impetrent. Conquerebantur[c] de P. Ursmaro[d], et de Rectore ni fallor Alphonso[5]; graviter autem illos monui de hac amarulentia deponenda. Doleo in P. Ursmarum[e] istos similesque tam male animatos. Monuit me Cancellarius D. Echius brevi forte venturos esse Romam filios Ducis Ernesti qui patruus fuit Alberti Principis[6]. Iidem ante Pragae[f] cum nostris vixerunt, et nunc ambo forte ex Bononia in Collegium Germanicum transferentur[g]. De his[h] brevi aliquid certius. Eiusdem Principis Alberti Marechalchus[7] suum etiam filium propediem dicitur esse mis-

a) oblatum *ap.* b) prafecturi *ap.* c) conquerebumtur *ap.* d) Usmaro *ap.* e) Usmarum *ap.* f) Praegae *ap.* g) transferrentur *ap.* h) *In ap. sequitur* forte, *a libr. oblitt.*

---

[1] Haupt. [2] Danieli Brendel. [3] Stör; v. supra p. 618.

[4] Zacharia Delphino; v. supra p. 600 618.

[5] Goissonio, collegii germanici superintendente (v. supra p. 225 450 457[13]). P. Ioanne Perusco collegii eiusdem rectore a. 1563 collegium florentinum regere iusso, P. Alphonsus Sgarillia per aliquot menses „vicerector" fuit, donec a. 1564 collegii germanici rector constitutus est P. Ioseph Cortesonus (*Steinhuber* l. c. I 82—83).

[6] Ernestus (1500—1560), Guilielmi IV. Bavariae ducis frater, primum episcopus passaviensis, deinde (1540—1554) archiepiscopus salisburgensis fuerat, sed, quia sacerdotio initiari nolebat, officio tandem cedere coactus, in comitatum glacensem (Glatz, in Silesia), quem sibi emerat, se receperat (*Marc. Hansiz* S. J., Germaniae Sacrae Tomus I, Augustae Vindelicorum 1727, 603—614; Tomus II, Augustae Vindelicorum 1729, 608—619; *Riezler* l. c. IV 442—445). Cuius filii Iustinus et Iustinianus Pragae in contubernio adulescentum Canisii opera instituto collocati erant (*Wenc. Czerwenka*, Notitia Collegii Convictorum Societ. Jesu Pragae ad S. Bartholomaeum, Pragae 1674, 24). Eos postea Bononiam ad litterarum studia missos, inde Romam venisse iussos esse *Polanci* *litterae Roma 21. Aprilis 1565 ad Canisium datae ostendunt (ex apogr. eiusd. temp. Cod. „Germ. 1561" f. 284[a]—285[b]).

[7] Alexander a Wildenstein hoc tempore mareschallus aulicus erat (*Goetz*, Die bayerische Politik 95—96; Beiträge 246[2] 273[1] 314[3]). Sed equidem conicio Canisium hic errasse; nam iuvenem Wildensteinium sub illud tempus Romam in collegium germanicum venisse vel venire voluisse nunquam inveni; ex epistula autem a cardinale *Truchsess* Dilinga 6. Februarii 1565 ad S. Franciscum Borgiam et ex *litteris a *Canisio* Dilinga 7. Februarii 1565 ad P. Ursmarum Goissonium S. J. et 10. Februarii 1565 ad Borgiam, a *Polanco* Roma 24. Martii et 21. Aprilis 1565 ad Canisium, a *Borgia* Roma 24. Martii 1565 ad Truchsessim datis (siquidem inter se collatae erunt) intellegetur, autumno a. 1564 iter hoc ingressos esse Godefridum, Sebastiani Zott caesarei consiliarii oenipontani filium, et Guilielmum de Lösch (Lesch), „qui Patrem habet Bavaricae aulae praefectum [Guilielmum Lösch], ut Canisius ait, sive „figliolo del mastro de casa dell' Jllustrissimo [Duca] di Bauiera", ut Polancus scribit (ex *Aug. Theiner*, Schweden und seine Stellung zum heiligen Stuhl II, Augsburg 1839, 308—309, et ex apographis recentibus epistularum

surus et veniet D. Zott quoque filius[1]. Profectus est vir nobilis ad Cardinalem et litteras adfert a patriciis quibusdam Augustanis subscriptas quibus illi magnopere contendunt ne permittat Cardinalis nos Augustae privari cathedra et loco excludi sicut Canonici isti cupere videntur[2]. Faxit Deus ut huic negotio finem dari commodum videamus sicut multi pii nobiscum exoptant. Commendamus[a] nos plurimum sacrificiis et precibus R. P. T. in Christo Jesu Domino nostro.

Augusta 23 Septembris 1564.

Quod Cardinalis mittit viaticum tardius in causa esse videtur P. Aloisius qui sperabat se[b] mature discedere[3] et hoc ipsum secum in urbem adferre volebat. Servus in Christo[c] P. Canisius.

Canisius una cum hac epistula, ut ex ipsa intellegitur, Romam ad Lainium misit litteras „quadrimestres" PP. Martini Stevordiani et Georgii Schorichii, quae de rebus erant in Bavaria inferiore per Societatis homines gestis (cf. supra p. 616). Atque adhuc exstat huiusmodi *litterarum a *Stevordiano* „ex Pfarkyrchen" (cf. supra p. 617[2]) „mense Septembri 1564" datarum exemplum, idque, nisi fallor, vel Augustae curante Canisio, vel Romae per Polancum, saltem quod ad dicendi genus attinet, emendatum; ex quo exemplo (cf. etiam supra p. 519[5]) haec iuverit poni: „Missi sumus duo in hanc Bauaricam messem operarij, et nobiscum D. Couillonius una cum M. Theobaldo sacerdote et fratre nostro[4]. Sed ad tempus hi nobiscum egere, nunc in Collegium reuocati. P. Schorichio et mihi totum hoc munus et onus duntaxat incumbit. . . . P. Canisius noster Prouincialis . . quatuor, ut dixi, misit initio ad inferiorem Bauariam, quae magis laborat. . . . Principis mater et coniunx[5] . . . abeuntes monuerunt sedulo, ut in suscepto munere patientes essemus operarij. . . . Sacerdotum bona pars rite et expedite legere nescit, concubinas et proles habent in propatulo: nonnulli legitimas uxores putantur agnoscere. . . . Lutherum aliqui sanctum Doctorem Martinum et pretiosum Dei virum appellant. Concionantur ex libris Philippi Melanchtonis[6], Coruini, Spangenbergij, Huberini[7], et id genus pestilentissimorum scriptorum. Legitimis Sacramentorum formis, praesertim absolutionis, perpauci, ex mera quidem inscitia, utuntur. Nonnulli his solis uerbis poenitentes absoluunt, Misereatur nostri Deus. Alij sic dicunt, Ego miserator Deus omnipotens, absoluo ex

a) Commedamus *ap.* b) me *ap.; v. infra adnot. 3.* c) Chro *ap.*

Canisii archetyparum [in Cod. „E. C. I." n. 150 152 positarum] et ex reliquarum epistularum apographis eod. temp. scriptis, quae sunt in Cod. „Germ. 1561" f. 274[b] ad 275[b] 284[a]—285[b]). [1] Godefridus; v. supra adnot. 7 p. 671.

[2] Has Georgii et Marci Fuggerorum ac Georgii et Melchioris Ilsungorum litteras Dilingam ad cardinalem Ottonem (per Georgium Ilsungum?) perlatas vide infra monum. 495. [3] Mendoza discessurus erat; v. supra p. 639.

[4] PP. Ioannem Cuvillonium et Theobaldum Stotz significat.

[5] Iacoba Badensis, Alberti V. mater, atque Anna, eiusdem uxor et Ferdinandi I. caesaris filia.

[6] Huius „Kurtze Postill" germanice a. 1545 tribus tomis vulgata erat.

[7] Lutheranismi propagandi gratia Antonius Corvinus sive Rabe vel Rabener (1501—1553) ex monacho cisterciensi minister lutheranus effectus, multos libros homileticos vulgaverat. Ioannes Spangenberg (1484—1550), superintendens lutheranus, primum a. 1542—1544 „Postillam" in lucem emiserat, quae postea quoque saepe excusa est. Atque etiam Cyriacus ipsius filius (1528—1604) contiones (v. g. 70 de matrimonio, Islebii 1561) edidit. Casparis Huberini (1500—1553) Lutheranorum (Augustae et alibi) contionatoris exstant Contiones catecheticae primum sub a. 1550 editae, expositiones Scripturae etc.

diuina authoritate, et diuinitatis Patris et Filij et Spiritus sancti, Pax tecum. Alij simpliciter omissis reliquis omnibus, hoc pacto, Ego absoluo te in nomine patris. Alij uero in hunc modum: Ego miserator Deus omnipotens absoluo ex diuina authoritate, et dimittatur in nomine Patris et filij, et spiritus sancti, Pax Christi. Alij aliter, sed ineptissime[1]. . . . Neque tamen alij quam Catholici habentur, et haberi uolunt isti, per quos Ecclesiae Bauariae hactenus administrantur. . . . Jtaque dimidia fere pars Bauarorum in his locis neque Deum neque homines curat amplius . . Jn eo belle consentiunt, summum Pontificem pro Antichristo habendum; Missae sacrificium uelut abominationem reijciendum esse. . . . [Homines huius regionis] examinamus a iudice uocatos et tutis in locis, ubi praefectos nobis conciliatos habemus. . . . Excurrimus in uicinos saepe pagos, et ubi maiorem populi frequentiam conuenire nouimus, cathedram adimus. . . . Multorum haereticorum libros sustulimus: Nouos et Catholicos authores curauimus ex Augusta et Jngolstadio huc importari atque pastoribus tradi. . . . Cum semel Monachium redijssemus, non tulit Jllustrissimus Princeps nos diu morari, sed uoluit ut M. Schorichius et ego rursus sine mora in inferiorem Bauariam reuerteremur, et quod coepimus maiore cum fructu promoueremus. Egit tum nobiscum amice admodum et familiariter ad duas fere horas, de rebus uarijs colloquens, et audiuit perlubenter nostra consilia de iuuandis populis in hac Bauariae parte. Discedentibus adiunxit currum proprium, sed et equitem virum fortem et Catholicum nobis adesse uoluit, ut securiores essemus. . . . Et licet in hisce, quibus modo versamur, partibus obstinatiores haereticos reperiamus, reduximus tamen uarijs admonitionibus ad Principis obedientiam circiter trecentos, qui alioqui extra Bauariam erant expellendi. His articulos controuersos explicauimus per aliquot dies, quibus in carceribus detinebantur: fassi sunt se nunquam antea quid Missa esset intellexisse. Ad conciones nostras nunc maximus est hominum concursus" (Cod. „G. Ep. V." f. 190 191).

Lainius Canisio per Polancum rescripsit 7. Octobris 1564.

1133. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO.

Roma 23. Septembris 1564.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „Padre Canisio." Cod. „Germ. 1561" f. 185^b—186^a.

Particulam epistulae ex eodem apographo vulgavit *J. Hungerford-Pollen* S. J., Papal negotiations with Mary Queen of Scots 1561—1567, Edinburgh 1901, 483.

Herbipolenses a Societate, quantum fieri poterit, adiuvabuntur. Socii effecerunt, ut Pius IV. Societatis commendandae gratia cathedrali capitulo augustano scriberet. Augustae Socii ecclesiam, in qua sacramenta libere administrent, quaerant, contiones tamen in templo cathedrali, si capitulum ita voluerit, habeant, et in hoc se praebeant officiosos. Collegiorum dilingani et ingolstadiensis rectores novi. P. Mendoza. Facultates absolvendi. Quaeretur, num legibus „Indicis", quae de bibliis etc. sunt, Germani quoque comprehendantur. P. Haius. Magistri dilingani. Viatica; equi.

Pax christi.

Quelle de .V .R. de .9. del presente si sono riceuute, et ci rallegramo della sua ritornata de Herbipolj con sanita, uederemo se le cose si assettano bene in quella Citta, et lo aiuto che se li potra dare seli dara.

---

[1] Formae similes atque etiam magis mendosae in visitationibus a. 1558 et 1559 habitis (v. *Can.* II 269[5]) comparuerunt; v. *Knöpfler* l. c. 59. Ceterum in ipsa Italia, in dioecesi bononiensi (Bologna) multi inventi sunt sacerdotes formam absolutionis nescientes (*Litterae* quadrimestres IV 62—63).

Quanto allj trauagli col Capitolo Augustano oltra di quello che fu scritto la[a] settimana passata ci è da dire che sua Santita ha scripto un breue como noj lo hauemo saputo dimandare al detto Capitolo[b], non andara hogi perche non è espedito, como credo, ma conla prima commodita si mandara[1], et pero[c] non pare per adesso si debia abandonare Augusta ma piupresto pigliar un altra Chiesa per administrare li Sacramenti della Confessione et communione, et quanto al predicare se loro uorranno che si faccia nella sua Chjesa si potra far in quella, et senon in altra mostrandoli sempre à loro buona Amjcitia, et parlando di loro il ben che si puo.

Me rimetto nel resto à quello [che] fu scritto l' altra settimana.

Quanto al Padre Dottor Theodorico[2] fu scritto che pareua bene fossi Rectore de Dilinga, il Dottor Thomaso[3] Anglo sara bono per Regente delli conuictori di Santo Hieronimo . per Jngolstadio si potrebe prouare ad tempus il Dottor Pisa se parera à .V. R. ouero il Dottor Andrea Auantiano che si mandaua per Jspruc uisitandoli quando .V. R. quando il Dottor Theodorico, Finalmente faccia como meglio[d] li parera, ma non si metta per Rectore el Padre Don Luygi[4], anzi crediamo che auanti che questa arriui sera partito per Jtalia.

La ultima faculta absoluendi à casibus in bulla coenae reseruatis non si estende ad altri che alli prouinciali et Rectorj, non leua pero le faculta prima obtenute perli altri sacerdotj[5].

Qua ce informaremo se nel Jndjce ultimamente fatto si comprendono etiam li Tudeschj massime quanto al Testamento nouo etc.[6]

Jl Dottor Emundo[7] scoto con occasion del absentia dele Regine, et di quelli Signori del Ex. Regimine si potra tanto piu facilmente leuare et mandar la uolta di Francia.

a) lo *ap.* b) *Sequitur* et, *a libr. oblitteratum.* c) *Sequitur verbum a libr. oblitt. ita, ut iam legi non possit.* d) megli *ap.*

[1] Hoc Pii IV. Breve, Roma 30. Septembris 1564 ad capitulum Augustanum datum, ponetur infra monum. 496. [2] Canisio. [3] Darbyshire. [4] De Mendoza.

[5] Vide supra p. 474 492 533[3].

[6] Haec si cum Polanci litteris 20. Octobris 1564 ad Canisium datis conferentur, intellegetur, Canisium dubitasse, num etiam in Germania observanda essent, quae in „Indice“ Pii IV. praescribebantur „Regula IV“: „Cum experimento manifestum sit, si sacra Biblia vulgari lingua passim sine discrimine permittantur, plus inde, ob hominum temeritatem, detrimenti, quam vtilitatis oriri, hac in parte iudicio Episcopi, aut Inquisitoris stetur: vt cum consilio Parochi, vel Confessarij Bibliorum, a Catholicis auctoribus versorum, lectionem in vulgari lingua eis concedere possint, quos intellexerint ex huiusmodi lectione non damnum, sed fidei, atque pietatis augmentum capere posse: quam facultatem in scriptis habeant. Qui autem absque tali facultate ea legere seu habere praesumpserit; nisi prius Biblijs Ordinario redditis, peccatorum absolutionem percipere non possit. . .“ Et Regula VI.: „Libri vulgari idiomate de controuersijs inter Catholicos et haereticos nostri temporis disserentes, non passim permittantur: sed idem de ijs seruetur, quod de Biblijs vulgari lingua scriptis statutum est. . .“ (Index Librorum prohibitorum . . . auctoritate Sanctiss. D. N. *Pij IIII.* Pon. Max. comprobatus, Coloniae 1564, f. A 6[b] A 7[a]).

[7] Haius; cf. supra p. 580 597 655.

Poiche mastro Erasmo[1] legera in Dilinga et anche mastro Bernardino[2] potra agiutar' non legendose in OEniponto pare non sarebbe necessario che mastro Gerardo[3] uenesse di Fiandra, et sopra questo .V. R. lj mandi la Jnclusa.

Rengratiamo .V. R. del uiatico mandato per quelli de Bauaria delli .50. ducati . Ma quello che auanza .V. R. lo potra considerare intendendo delli XI, ò 12 mandati quello che si è speso con loro che li hauemo comprati .4. Caualli, et dati piu de 100 . ducati perle spese del uiagio . non ho tempo de stender mi piu . ricommando à .V. R. la[a] [?], inclusa[b] [?] per Moguntia et Treuere . N. P. P. etc. Di Roma li .23. de settembre .1564.

Polancus una cum his litteris, ut ex ipsis intellegitur, *epistulam misit nomine Lainii a se Roma 23. Septembris 1564 italico sermone ad P. Antonium Vinck S. J., collegii treverensis rectorem, datam, in qua haec exponit: Lainium praepositum generalem constituisse: Ut Germania inferior in duas Societatis provincias divideretur; ut illam, quae collegia coloniense, treverense, moguntinum comprehensura et nomen „del Reno" (provincia Rheni sive rhenana) habitura esset, Vinck cum potestate praepositi provincialis regeret; ut reliqua collegia in posterum quoque cum nomine „Inferioris Germaniae" P. Everardo Mercuriano praeposito provinciali parerent; ut P. Hermannus [Thyraeus] collegii treverensis esset rector; ut et Thyraeus et Vinck statim inciperent officiis fungi; litteras tamen „patentes" per alios tabellarios ipsis missum iri (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1561" f. 186[a]).

Canisius Lainio respondit 7. Octobris 1564.

1134. CATHEDRALE CAPITULUM AUGUSTANUM CANISIO.

Augusta Vindelicorum sub medium vel exeuntem m. Septembrem 1564.

Ex exemplo (A) manu saeculi XVI. scripto, quod harum litterarum vel commentarium (Concept, brouillon), vel apographum est; exstat Augustae in archivo curiae episcopalis, Fasc. „Dompraedicatur. Corresp. d. Card. O. Truchsess den D. P. Canisius betr." n. 31.

Exstat earundem litterarum exemplum (B) alterum, idque alia manu saeculi XVI. scriptum, et a priore illo, praesertim in extrema parte, nonnihil discrepans; ac cum litteras has etiam Dilingam ad Ottonem cardinalem Augustanum missas esse constet (v. infra p. 681) et in altero hoc exemplo cardinalis planius et magis recta oratione (ut ita dicam) quam in priore appelletur („gibt ain Thumcapitl Jrn fgn. selbs zueermessen" etc.), equidem altero hoc exemplo litteras exhiberi puto in eam redactas formam, qua cardinali traditae sunt. Exstat hoc exemplum in archivo, quod dixi, l. c. n. 32.

Lectiones aliquot variantes exempli B, quae maioris momenti sunt, non infimae margini ascribam, sed in ipsis litteris ponam, quo clarius pateat, qua ratione alterum exemplum ex altero mutatum sit. Summarium autem hic ponam copiosius, quia litterae haud ita faciles sunt intellectu.

Canonici ad Canisii litteras ita ex communi sententia respondent: De Societatis privilegiis disputare nolunt. Initio quidem capitulum sacramenta in ecclesia cathedrali per Canisium eiusque socios administrari permisit, quia modeste agebatur, nulla inde discordia oriebatur, fructus animarum colligebatur. Aliquanto vero post per personas

a) b) *Sic ap.; sed videtur esse corrigendum* le incluse*; nam minimum duas epistulas huic adiunctas esse dixeris.*

---

[1] Volckerus. [2] Guana. [3] Gerardinus.

Iesuitis deditas, quae horum missas et sacramenta meliora quam aliorum sacerdotum esse censebant et se ipsae aliis praeponebant, factum est, ut et iis, qui parochiam curant, obtrectaretur, et inter parochianos dissidia excitarentur, et apud capitulum varii etiam ex urbis primoribus conquererentur. Neque Canisius extra culpam est; nam ita ex sacro suggestu est locutus, ac si reliqui sacerdotes neque confessiones, ut par est, exciperent neque missae sacrificium rite offerrent. Accedunt, quae simili ratione a Sociis vel privatim disputata, vel in confessionibus suggesta sunt. Unde iam alii quoque contionatores catholici haec e suggestibus tractare cum catholicae unanimitatis discrimine coeperunt. Atque ita capitulum, cum privatim amiceque Canisium monendo nihil profecisset, tandem a Sociis potestatem antea tributam sententia „peremptoria" auferret necesse fuit; Canisio tamen concessum est, ut in posterum quoque illustriorum hominum confessiones in cathedrali templo exciperet; horum enim etiam antea Socii praecipuam rationem habebant, tenuioribus ad confessarios pristinos redire iussis. Et licet se gratis ministrare iactent, salarium tamen admittunt, quo duos tresve contionatores alueris, et ad ipsorum altare plus fere stipis, quam ad reliquam omnem parochiam, affertur; ne opulenta quidem monasteria, cum obtigerint, ab iis reiici compertum est. Quare Canisius eiusque socius capituli decreto acquiescant oportet; neque enim ille ad aliud quam ad contionandum in ecclesiam cathedralem arcessitus est, neque capitulum quemquam alium ex Societate ad parochialia iura in templo cathedrali exercenda admittere unquam cogitavit. Quoniam igitur in eodem templo duo parochi esse nequeunt, praesertim cum alter eorum nemini vult esse subiectus, et quoniam Canisius parochiale officium recusat, (A:) capitulum non adversatur, quominus — id quod cardinalis Augustanus faciendum proposuit — Sociis propria assignetur ecclesia, in qua sacris, absque contemptu tamen cleri, operentur; similiter enim de Societatis hominibus alibi quoque constitutum est; atque ita Augustae concordia stabit, capitulum incolume erit, Iesuitae reipublicae utilem operam navabunt; quibus capitulum favorem amicitiamque omnem exhibebit. (B:) Capitulum cardinali proponit, ut ipsum et Canisius publicis litteris inter se paciscantur, quid alteri per alterum sit praestandum; atque ita pax et caritas restituentur ac stabilientur.

Replicen[a].

Es hatt ain Erwurdig Thumbcapittl, dess herrn D. Canisij antwortt, vff desselben jme zugestelte schrifften[1], durch die verordnete herrn[2] empfanngen, vnnd jnnhalts hören lesen[3], vnnd sich darauff der notturfft nach, bedechtlich vnnderredt, vnnd nachuolgennder mainung, ainhellikhlichen entschlossen,

Fur das Erst. halt ain Erwurdig Thumbcapitl vnuoneten sein, sich vf des herrn Canisij weitleuffige schrifften, mitt vilen wortten, Nachlenngs Einlassen, sonnderlich deren Puncten[b] [?] vnnd Priuilegia[c] belanngenndt, welche ain Capitl von khurtzwegen, vf jnen selbst, vnnd also jrem werd, vnnd vnwerde beruhen last.

Souil aber den hauptstritt, die administration der hailigen Sacramennten belanngt, dero sich ain zeittlanng, Jnn der Thumbkhirchen, gedachter herr Canisius, vnnd sein Collega[4] angemast, wolte hierinnen

a) *In A haec „replica" ita inscripta est:* Eins ETC Antwurt vff des Canisij begern. b) *Fortasse corrigendum:* deren Jesuiter Rechten; *cf. supra p. 658.* c) seine Entschuldigung vnnd Priuilegia *B.*

[1] Vide supra p. 555—565 657—661.

[2] Per Christophorum a Freyberg et Wolfgangum Andream Rhem; v. supra p. 657. [3] Cf. infra monum. 493—500.

[4] P. Guilielmus Elderen.

ain Capitl, So wenig als sie die Jesuiter selbst yemanndts ghern an seiner gaistlichen wolfardt, oder auch sie die Jesuiter an dem Jhenigen, so jren orden vnnd ampt beruert verhindern, So lanng ain solliches zu guetem, vnnd aufbawen gelanngen mag. Wie dann Ein Erwurdig Thumbcapitl anfennckhlich, vnnd ein guete zeitthero Domino Canisio vnnd seinem gesellen (ob er Canisius, gleich wol allain zu ainem Prediger, vnnd khainem mitthelffer der Pfarr bestelt worden) die Administration der Sacramennten guetlich zugelassen, vnnd nitt widersprochen haben, alledieweil man desshalber bösserung vnnd frucht gespurt, Es auch beschaidennlich, vnnd one vermessennliche aindringung vnnd verachtung der Pfarr, vnnd derselben verwaltern, auch ohne der Pfarrkhinder Spaltung, vnnd misshellung zugangen ist, Als sich aber ein guete zeitt hero zugetragen, das ettliche weibs Personen[1] [*B*: etliche Personen, so Jnen den Jesuitern fur ander anhengig] sich mitt wortten vnnd werckhen dermassen vnruewig erzaigtt haben, das nitt allain darauss den rechten Pfarrverwaltern verkhlainerung entstannden, sonnder auch die Pfarrkhinder vnnder Jnen selbst zu widerwillen vnnd vnainikhait geraten, Welches auss dem furnemblichen eruolget, das die so den Jesuitern anhengig die wurdikhaiten vnnd khrafft der hailigen mess vnnd Sacramennten, zuvil vf die Personen der Jesuiter deuten, vnnd transferieren, vnnd Jren gotzdiennst fur höher vnnd bösser, dann annderer Priester repputiern[2], auch hingegen anndere ringer achten, vnnd sich selbst fur gaistlicher vnnd bösser, dann anndere halten wellen, Welches den anndern guethertzigen Pfarrkhinden zu ainem verdruss vnnd Ergernus geraicht, vnnd derhalber hin vnnd wider allerlay scharpffe reden ganngen[3], dären sich [*B*: darinn sie] zuletst die Menner [*B pro:* die Menner *habet:* andere] vnnd nitt khlains ansehens vnnd gewaldts, vss den Catholischen diser Statt auch gelegt, von welchen dann meermalen dergleichen khlagen, alss fur ain vnleidennlich ding, an die herrn dess Capitels gebracht

---

[1] Dubitari vix potest, quin his verbis, praeter alios, Ursula Fuggera significetur; cf. *Can.* III 653—655 679—680, et supra p. 37 377 397 514.

[2] Sacramentorum quidem et sacrificii eucharistici valorem fructumque ex ministri probitate pendere a theologis negatur, atque ipsum *Concilium tridentinum* in sessione VII., 3. Martii 1547 habita, definivit: „Si quis dixerit, ministrum, in peccato mortali existentem, modo omnia essentialia, quae ad Sacramentum conficiendum, aut conferendum pertinent, servaverit, non conficere, aut conferre Sacramentum; anathema sit" (Sess. VII. de sacram. can. 12). At tum ex plurimis ecclesiarum visitationibus medio fere saeculo XVI. in Germania habitis tum ex aliis testimoniis constat, fuisse ea aetate sacerdotes haud ita paucos, qui ne „essentialia" quidem illa novissent (cf. supra p. 607 673), qui homines ab iis absolverent criminibus, a quibus absolvendi potestatem non habebant (cf. supra p. 508), qui ad sacramentum poenitentiae administrandum imperiti iudices medicique animarum accederent, qui concubinatus vitio inquinati, excommunicationi aliisque poenis ecclesiasticis obnoxii sacra leviter ac sordide facerent; cf. supra p. 410 546—547.

[3] De huiusmodi dissidiis Canisius conquestus est in contione Augustae 3. Martii 1564 habita; v. infra monum. 447.

worden[1], Neben dem dass nach[a] disem allem, vss dess herrn Canisij Predigen offenntlich abzunemen gewest, das solliche oberzelte der Weiber [*B*: der Jesuiter anhang] presumption, vnnd der Priester vnnd jres Gotzdiennst verkhlainerung, beuorab der Pfarrverwaltern, mechten vrspringkhlich von Jnn den Jesuitern heergeflossen sein, dieweil meer ermelter herr Canisius, vf der Canntzl sich vernemen lassen, als solten die anndre Priester mitt beicht hören, absoluieren vnnd mess lesen den sachen nitt recht thun khunden etc.[2] zu dem khumpt dann auch, was vngeuarlich auf solliche mass[b] Jn priuatis colloquijs vnd Mensis hin vnnd wider durch sie geredt, vnnd disputiert worden, was aber in ipsorum confessionibus den leuten disfals eingebildet. jst leichtlich Ex precedentibus zuuormutten. vnnd gibts auch der oberzelten Personen hanndlung, geberde, wortt vnnd werckh khlarlich zu erkhennen. darauss dann weitter geuolgt, das die Catholischen Prediger, von sollichen dingen . offennlich jnn jren Predigen zu dem volckh anfahen meldung zu thund, vnnd wa solliches nitt zeittlichen furkhomen, das nitt zu khleiner weitterung, vnnd zerrittung der Catholischen Comun diser Statt hette gedeyen mögen.

Dieweil dann auss disem allem wie obsteet . Ein Erwurdig Thumbcapittl leichtlich Ermessen, vnnd abnemen khunden, das ain solliches Jnn die harr nichts guets geperen, noch auch lennger (Ergers zu furkhommen) zu gedulden sey, Nachdem bei jme Domino Canisio vnnd seinen gesellen getrewe priuat warnungen, vnd freintlichs vnndersagen nichts erspriessen mögen, jst ain Capitl zuletst not halber getrungen vnnd verursacht worden, das jhenige so sie biss daheer, den jesuitern, jnn jrer Pfarr vnnd Thumbkhirchen, vonn besserung wegen, vnnd aufbawung dess volckhs zugelassen, Dieweil solliches wie vor augen, zum widerspil, auch trännung, vnnd absunderung, der Catholischen Comun geraten wellen, widerumb abzustellen, nitt der mainung, yemanndts dardurch zuuerhindern, ne bene faciat Sunder zuuerhueten, Ne bonum non bene fiat dieweil das so guet an jme selbst ist, nisi bene fiat, nitt mag guet gehaissen, noch nutz, vnnd Gott gefellig sein.

Vnnd haben demnach, vnnd auss erzeltenn vrsachen, dem herrn Canisio vnnd seinem gesellen, jungst ains Capitels desshalber in capitulo peremptorio[3] auss gueten beweglichen vrsachen, gefasten beschaidt zu vberanntwortten beuolchen, der zuuersicht er vnnd sein gesell . solten dessen, billich zufriden, vnnd ersettiget gewest sein, vnnd selbst nitt begeern, zu ob erzelten zerrittungen vrsach zu geben,

a) *Ita B;* auch *A.* b) *Ita AB.*

[1] Quibus de rebus quomodo aliqui conquesti sint, vide supra p. 543—544 et infra monum. 488 490 491 493 495 497.

[2] Quid Canisius hac de re ex cathedralis ecclesiae suggestu docuerit, vide infra monum. 472 474 475.

[3] In sessione 18. Augusti 1564 habita; v. infra monum. 490.

vnnd dess souil meer. dieweil dannocht ain Capitl von merer der Jesuiter glimpfs wegen, dem herrn Canisio fur sein Person Sacramentorum administrationem, gegen den furnemen Personen so das an ine begeerten zugelassen vnnd in sollichem ime vf sein selbst gethon ansuechen, auch in bedennckhung, das er annderer seiner geschefft halber, der vile nitt vorsteen[a] [?] khan, vnnd sie ohne das sich allwegen sollicher merern Personen furnemblichen vor anndern beflissen, vnnd die schlechtern zu jren alten beuchvättern gewisen vnnd geschickht haben, wie wol er jnn seiner antwortt solliches nitt meer fur annemblich helt[1], nitt ohne bedennckhlichen beschwerden, willfaren wellen, Wie sie dann auch ir mhue vnnd arbait (vnangesehen was sie sich alhie rumen) gleich so wenig als anndere Ecclesie Ministri gratis thuen, So man sie doch dermassen bis hieheer besoldet . das man ettwa sonnst wol drey [*B:* zwen oder drej] Prediger daruon erhalten, vnnd meer opfer auf jrem althar, dann schier die gantz Pfarr aufheben thuen, auch biss daheer souil bey jnen dannocht wol gespurt worden, das sie die guete reiche Clöster, wo jnen solliche gedeyen mögen, auch nitt aussgeschlagen hetten.

Dieweil dann Ein Erwurdig Thumbcapitl vss erzelten vrsachen, bey sich annderst nitt befinden khan, dann das zu erhaltung frid vnnd ainikhait, auch bösserer aufbawung der Catholischen gemaindt, zum bösten where, [daß][b] Dominus Canisius vnnd sein gesell, sich dess gegebnen wolmainende Entschidts ersetigen lassen, wie dann nochmalen[c] Ein Capitl freuntlich bitten ist, sollichen guetlichen anzunemmen, Wie es dann[d] anfennckhlich als er Dominus Canisius, zu verwaltung der Predicatur vfgenommen, allweg also verstannden, ime dermassen fur gehaltenn, vnnd allain der Predigstuel[e] beuolchen worden, wie sich dann ain[f] Erwurdig Thumbcapitl, ainer sollichen newerung [*B:* newerung Jnn Pfarrlichen Rechten], auch aigens gewalts einfuerung merer von jnen hieheer onberuefter Personen mitt nichten versehen . vnnd ain Capitl auch das jhenig . so jnn capitulo peremptorio beschlossen, zu enndern nitt wissen [*B:* nit macht haben].

Doch soll er Canisius schliesslichen wissen [*B:* Daher dan Dominus Canisius zueerachten], das ain Erwurdig Thumbcapittl, ausserhalb seiner des Canisij aignen Person, auch so lanng er jnn verwaltung der Predicatur ist . mitt nichten gedacht[g] . ainichen anndern . auss seiner societet in dem[h] Thumbstifft, oder desselben Pferlichen rechten . vnnd administrationem sacramentorum einzulassen.

Da aber je das bey jnen nitt Statt haben möchte . vnnd dann fur vnrhattsam, vnthunlich, auch vnfruchtbar erkhennt werden muess, das jnn einer kirchen zwayerlay seelsorger vnd Pfarrherrn seien,

a) *Ita AB; sed malim legere* vorseen *vel* verseen. b) *Supplevi ex B.* c) *Sic B;* Nachmaln *A.* d) *Loco horum 3 vv. B habet:* so doch. e) alweg also verstanden. das Jme allain der Predig Stuel *B.* f) vnd sich ain *B.* g) nit bedacht *B.* h) den *B.*

[1] Vide supra p. 644 659—660

Sunder da ain thail wider den anndern sinderungen suecht . vnnd anhanng macht, vnnd der ain thail . seiner gaistlichen oberkhait . jm stifft vnderworffen . der annder aber Niemanndts alhie fur sein oberkhait erkhennen, sonnder frey sein, auch alles nach seinem gefallen anrichten, thun vnnd machen will, vnnd dann neben dem allem der herr Canisius die angebottne Pfarr anzunemen verwaigert, vnnd die anndere Pfarrhelffer neben jnen . vss oberzelten vrsachen . nitt ministrieren khunden noch wellen,

[A]

So ist einem Capitl nitt zuwider . das dem herrn Canisio, vermög vnnsers gnedigsten herrns des Cardinals furschlag ettwa vsserhalb des Thumbs vnnd seinem zugehör, ain aigne kirchen Eingegebenn werde[1]. alda er vnnd die seinen vnuerhindert annderer leutt, jren gotzdienst [halten][a] [?] vnnd jnn vinea Domini arbaiten mögen, doch das sollichs dannocht durch sie dermassen Christenlich vnnd fraterne angestelt werde . das bey jnen contemptus cleri nitt gespuret, vnnd sie anndere Neben Jnnen, die es gleich so guet, als sie mainen . auch ettwas sein vnnd gelten lassen.

Wie dann Ein Capittl guete erfarung hatt, das an anndern meer ordten, da die Jesuiter eingelassen worden, nach der gleichen furgefallnen zwaiungen vnnd entstandnen khlagen, der gleichen wege, auch fur die hanndt genommen worden, vnnd yederzeitt der Pfarlichen[b] [?] rechten[c] [?] Jre Jura parrochialia allennthalben Jllibata vnnd die Pfarrkhirchen frey vnnd mitt den Jesuitern vnuermenngt bliben, vnnd erhalten worden seien.

Da nun solliches alhie auch beschehen[d] [?], möchte verhoffennlich allennthalben bösserer verstandt vnnd ainikhait gepflanntzt . diser Thumbstifft bey seinen alten loblichen vnnd

[B]

gibt ain Thumcapitl Jrn fgn. selbs zueermessen . was jm dem Thumstifft darauss fur absurda necessaria[e] eruolgen miessen, Derhalbn dan ain Capitul zue abstellung furwesenden Irrungen, vnd furkomung zuekünfftiger, zum dienstlichsten hielte wo ain Erw. Thum Capitul vnd er Dominus Canisius . sich ainer verprieffthen wissentlichen vnd aussgetruckten Tractation . wie sonst mit andern jnn dergleichn fällen, auch vast allenthalben geprewchlichen vergleichn kondten das Jeder thail wissen kondt, was er sich gegen dem andern zuhalten vnd zueuersehen hetten[f], vnd zuthun schuldig wäre, Dardurch verhoffenlich ain Capitl vnd die Jesuiter, auch die Pfarverwaltther rhuewig bei ainander bleiben mochten, Do sonst der ain

a) *Hoc vel simile v. ut suppleatur, ipsa res postulare videtur.* b) c) *Sic A; fortasse corrigendum:* der Pfarrherren. d) *Sic A;* beschehe? beschehen wurde? beschehen sollte? e) necessaria *B.* f) *Sic B;* hette?

[1] Cardinalis Otto litteris 4. Septembris 1564 ad capitulum datis affirmaverat, se, si capitulum Socios in cathedrali templo sacramenta administrare prorsus vetaret, aliam iis ecclesiam provisurum esse; v. infra monum 493.

gueten ordnungen vnzerrit, vnnd ainer[a] [?] seiner[b] [?] Gaistlichen Pollicey vnuerhindert vnnd vnturbiert bleiben vnnd die Jesuiter alhie[c] von Gott verlihen Talentum ruewiger gebrauchen, vnnd nitt weniger dann vor, ainer Christennlichen gemain dienen, welches ain Erwurdig Thumbcapittl, jres thails nitt allain gern sehen, sonnder gehörter gestalt mulichs fleiss befurdern, auch dem herrn Canisio, vnnd seiner societet . Sammt vnnd sonders allen gunst . freundtschafft . vnnd genaigten gueten willen . yederzeitt zu beweisen wol gesinnet vnnd erbutig ist.

oder der ander thail nit zue Erhalten . vnd ain Capitl nichts liebers sehen wölten, dan bede thaill wo muglich dermassen mit ainander zuevergleichen, das hinfuran zwischen jnen . frid vnd ainigkait vnd guetter verstandt angericht, mit wölchem dan dem Cristenlichen Volckh alhie auch geholffen . vnd vor widerwillen vnd absönderung verhiet vnd also Bruederliche Lieb vnd freundtschafft allenthalben angestelt vnnd gepflantzt werden möchte.

Canonicos augustanos ad epistulam a Canisio paulo post 9. Septembris ad se datam his litteris respondisse ex ipsis intellegitur. Ex capituli autem **Actis* colligere licet, litteras ante d. 3. Octobris scriptas earumque apographum sub d. 7. Octobris 1564 a capitulo Dilingam ad cardinalem Ottonem per legatos missum esse (Cod. monac. „Augsb. Domk." p. 141). Atque si post 2. Octobris scriptae essent, tum libelli illius a patriciis augustanis hoc de negotio adversus capitulum compositi (v. infra monum. 495), qui canonicis 3. Octobris ostensus eorum animos vehementer commovit, planior, puto, et magis perspicua facta esset mentio, tum moderationum illarum sive condicionum pacis, quas cardinalis eodem die per legatos capitulo commendavit (v. infra monum. 497), maior habita esset ratio. Quare has litteras sub medium vel exeuntem m. Septembrem a. 1564 datas esse conicio.

1135. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 30. Septembris 1564.

Ex apographo sub a. 1860 curante Boero scripto et a. 1902 collato cum altero apographo ipsius Boero manu scripto, quod exstat in Cod. „E. C. I" n. 140.

Epistula usus est *Kröss*, Can. 171 172.

Advenerunt Socii ex Italia missi; unus ex iis minus constans est. Adiuvatur Vitus Krepser, ex collegio germanico remissus. Canisius a cardinale Augustano evocatus Dilingam venit. Wolfgangus Palatinus dux neoburgensis petiit, ut coram se et cardinale Canisius et alius theologus cum duobus Lutheranis disputarent; de qua re cardinalis pontificem consulit; Theodorico Canisio nemo ad disputandum aptior. P. Haius cum sociis Parisios mittitur. Provincia Germaniae superioris, licet aere alieno gravetur, viatica Romam mittit. Magistri rhetorices. Concionatores germani Romae morantes. Socii Oenipontem destinati. P. Dionysius Dilingae rectorem agere aliquamdiu perget; in cuius locum Theodoricus Canisius succedet. P. Crucius ad rectoris ingolstadiensis munus expetitur; ubi theologiae professores turbas excitant. Contubernium S. Hieronymi dilinganum. Socii varii. Oeniponte Reginae ob pestilentiam duos Socios Canisio invito Meranam secum abduxerunt; satis fuerat unus. Socii Oenipontani. Controversiae cum capitulo augustano; Socii in domum aedemque novam migrabunt. Ex Bavaria inferiore Socii, in quos rustici conspiraverunt, brevi revocabuntur.

a) b) *Sic A; fortasse* ainer *omittendum fuerat.* c) *Supplendum esse videtur* ir.

Pax Christi.

Admodum Reverende Pater

Accepi 26.[a] mensis Augusti scriptas ac tarde redditas. His erant adiuncta[b] [?] quibus P. Aloisius[1] in Urbem revocatur, ut iam diu ille desiderabat. Et post venerunt ad nos fratres incolumes (Deo sit gratia) D. Thomas[2], M. Stephanus[3], Lucas[4], et Melchior[5]. Hos 4. nunc Dilinga tenet. quintum nempe Mathaeum[6] Rectori dedimus Jngolstadiensi[7]. de cuius constantia nonnihil dubitatum est sicut et Romae. Utinam quos aegros Roma dimittit, sanare possit Germania. Accessit cum his M. Vitus[8], cui parata nunc est conditio, sed qua non videtur delectari, ut privatis studiis suis consulat, et in patria primum suos invisat. Nos illi libenter gratificabimur, ob R. P. T. singularem commendationem.

Reverendissimus Cardinalis[9] me rursus Dilingam evocavit[10], et rogatus dixi et scripsi quae voluit per P. Aloysium Romae transigi apud Sanctissimum D. N. et aliquot Cardinales. Obtulit praeterea mihi et fratri[c] disputationem coram Principe Palatino habendam[11], ut ille ipse postulavit de Iustificatione et Coena Domini, nec vellet alios interesse disputationi aut colloquio potius, quam Cardinalem et se cum duobus ex utraque[d] parte theologis, et consiliariis. Cardinalis promisit se facturum ita. Palatinus me nominatim expetivit, quem de nomine cognitum libenter audiret. Fructum huius collationis praecipuum Cardinalis promittit nobis, ut Catholicam doctrinam bonus Princeps aliquando audiat, et ex parte cognitam minus detestetur, cum idem fateatur, se neque audisse, neque legisse Catholicum aliquem. Postea vero Cardinalis cogitavit Pontificem forte in malam partem accepturum hoc colloquium cum adversariis de causa Religionis institutum, atque ita deliberavit[e] negotium in Urbem referre et Pontificem consulere. Ego facile alii locum dabo, qui ad eam disputa-

a) *Ita corrigendum esse censeo* 28., *quod est in ap.; nam in antiquo Lainii registro tum Polanci ad Canisium litteris tum eiusdem Polanci ad Mendozam epistulae, quae una cum illis missa est, d. 26. Augusti ascriptus est, v. supra p. 639; qui dies sabbatum erat; sabbatis autem Polancum Canisio scribere consuevisse iam monui.* b) *Sic ap.; corrigendum esse puto* adiunctae. c) *Ita corrigendum esse ex* fratris, *quod est in ap., sententiae proxime sequentes ostendunt.* d) utroque *ap.* e) declaravit *ap.*

---

[1] De Mendoza. [2] Darbishirus; de hoc eiusque sociis v. supra p. 599[1] 648. [3] Liberius. [4] Cracovius (Crassovius). [5] Sandinger. [6] Michonis.

[7] P. Theodorico Canisio.

[8] Krepser, collegii germanici alumnus; v. supra p. 639. [9] Otto Truchsess.

[10] Dilingae fuit, puto, inter 24. Septembris sive Dominicam XVIII. post Pentecosten et 29. Septembris sive diem festum S. Michaelis; his enim diebus Augustae in templo cathedrali contionatus esse videtur; cf. infra monum. 441.

[11] Wolfgangus princeps bipontinus (Zweibrücken) et dux neoburgensis (Neuburg an der Donau), ex familia Palatinorum, Bavariae principibus cognata, dogmatum lutheranorum tenacissimus erat. Terrae Ottonis et Wolfgangi imperio subiectae sibi finitimae erant, atque Neoburgum Dilingae satis vicinum est. Inter Ottonem et Wolfgangum de hac disputatione habenda convenerat Dilingae sub 8. Septembris 1564; v. infra monum. 619.

tionem instructior accedat, et ex tempore possit reddere rationem de variis capitibus, quae libenter in disputando commiscent adversarii. Nullum ego video apud nos promptiorem fratre meo Rectore Jngolstadiensi, qui cominus pugnare possit cum huiusmodi hominibus. Neque faciam quidquam nisi monitus a R. P. T. in hoc negotio, quod mihi non leve esse videtur, et neque omnino diffugiendum esset, si utilitas inde possit undecumque sperari Domino cooperante[1]. Venit huc quoque D. Edmundus[2] ex Collegio Oenipontano, quem licet in hac provincia retinere percuperemus, tamen quoniam sic visum est obedientiae sanctae, mittetur 2ª Octobris recta Parisios una cum Nicolao Gallo de quo scripsi alias, et cum Thoma coquo, qui non posset alteri sacerdoti nisi Anglo vel Schoto peccata sua confiteri[3]. His tribus donabitur equus polonicus, quem fratres quinque supra dicti adduxerunt. Accipient etiam viaticum et vestes necessarias. Eadem ratione anno superiore et praesenti multa expendimus in provinciae Belgicae fratres transeuntes. Nihil autem respondent, quantumvis admoneantur. Igitur provincia nostra nunquam eguit magis, maioribusque debitis fuit obstricta. Nuper tamen misimus 50 ducatos in viaticum fratrum. Reddet P. Aloisius Romae alios 20 ducatos, ex quibus 12 forte accepti liberabunt nos debito viatici. Reliqui 8 servire poterunt P. Natali pro scriptoribus[4], ut p. Aloisius latius coram explicabit. Scriptum est ad nos mitti rhetoricos[a] [?] 3 praeceptores. Ego vero in his quos dixi, nullum reperio, nisi Mathaeum[b] forte, quem putant humilitati potius discendae, quam rhetoricae docendae adhibendum esse. M. Stephanus cupit curare valetudinem suam, quam ex Urbe afflictam[c] retulit . Dolemus non saniores esse concionatores Germanos M. Georgium et M. Gregorium[5], quia diutius forte in Urbe retinentur. Dominus in suam gloriam omnia[6].

Scripsi proxime quod cupiamus D. Andream[7] cum reliquis fratribus in Germaniam non progredi. Non enim video ubi locum illis reperiamus in his collegiis, quae fratres Oenipontani oppleverunt. Fiat autem voluntas Domini[d][8]. Nihil de illorum quidem adventu accepimus.

Disputatum est Dilingae quem novum Rectorem constitueremus. Putavimus tandem R. P. T. gratius fore, si D. Henricus[9] utrumque Rectoratum Collegii et Universitatis ad tempus sustineret, neque repente mutaretur qui publice et solemniter in Rectorem Gymnasii fuit

a) *Sic ap.; fortasse corrigendum* rhetorices. b) Matheaum *ap.* c) aflictam *ap.* d) Dni *ap.*

[1] Mc 16, 20. [2] Haius.

[3] „Thomas Anglus" ille in collegio oenipontano degebat; v. infra p. 692.

[4] Vide supra p. 653.

[5] PP. Georgium Fabrum et Gregorium Roseffium significat; v. supra p. 120 340 591 601 et Epp. *Nadal* II 405. [6] Cf. supra p. 512[2].

[7] P. Avantianum eiusque socios ex Italia Oenipontem destinatos; quam urbem pestilentia urebat; v. supra p. 647 651 668.

[8] Act 21, 14; cf. Mt 6, 10; Lc. 22, 42 etc. [9] Dionysius.

electus, et ab ipso Cardinali confirmatus. Omitto rationes alias, quas P. Aloisio coram explicandas committimus. Placet haec quoque Cardinali sententia, ut ex Urbe responsum expectemus, nimirum de transferendo Dilingam fratre meo, circa festum Natalitium[1]. Nam illius adventus huic Collegio simul et Gymnasio[a] multis modis fructum afferet . Ego interea, ut potero, D. Henricum adiuvabo, sed qui sane ad praxim parum idoneus videtur, ut ex eodem P. Aloisio rectius intelligetur.

Cuperemus autem vehementer loco D. Theodorici[2] discedentis, Rectorem Ingolstadii dari P. Crocium[3], si alius commodior non reperietur, Nam valet idem satis, ut putamus, tum doctrina tum prudentia usuque rerum, ut possit eo rectius moderari fervorem immodicum nostrorum doctorum[4] eo in loco, qui novas subinde turbas domi et foris solet adferre, sicut novit P. Natalis. Quod ad D. Thomam Anglum attinet, superabit nostram fortasse expectationem in Collegio Sancti Hieronymi bene gubernando . Adiungitur illi P. Rabestein[b][5] tanquam Viceregens, ut Germanus ad Germanos rite tractandos se melius accommodet[c]. In Collegio nostro meliorem non reperimus Ministrum quam P. Seph[d][6] ex Monachio ut scripsi vocatum, pro quo remisimus P. Piscatorem tali quidem ministerio imparem, ut cum incommodo collegii satis sumus experti.

Displicet nobis etiam quod Reginae nobis invitis abstulerunt P. Dyrsium, et P. Hermetem[7], qui tamen non inviti[e] ut credo apud illas detinentur, et nunc ambo apud illas in oppidulo Meran[f][8] concionantur, neque sine fructu spirituali in Reginarum aula versantur. Facilius illis donarim D.[g] [?] Dyrsium, qui talem libertatem iam diu quaesivisse videtur, et nunc scribit se decies quam antea saniorem[h] esse: facilius inquam, quam P. Hermetem concionatorem et qui egere videtur bono gubernatore . Sed permittet R. P. T: ne fiat circa illos ambos hac hyeme mutatio. Redibunt autem tardius Oenipontum Reginae, quia pestis in illarum arce quosdam extinxit et multos adhuc corripit. In collegio nostro 10. tamen[i] [?] supersunt ex nostris fratri-

a) *In ap. correctum ex* Gynasio. b) *In ap. corr. ex* Rabenstein*; cf. infra adnot. 5.* c) accommedet *ap.* d) *Ita correxi ex* Soph*, quod in ap. ex* Seph *vel* Saph *correctum comparet; v. infra adnot. 6.* e) *In ap. correctum ex* insecti. f) Marani *ap.; v. infra adnot. 8.* g) *Corrigendum esse videtur* P.*; neque enim Dyrsius* D. *sive Doctor (theologiae) erat.* h) sacriorem *ap.* i) *Sic ap.; quod nescio an corrigendum sit:* tantum.

---

[1] 25. Decembris. [2] Canisii. [3] Vide supra p. 637.

[4] PP. Alphonsi Pisani et Theodori Peltani, theologiae in universitate ingolstadiensi professorum. [5] P. Ioannes Rabenstein; v. supra p. 669.

[6] In * *Catalogo* collegii S. J. dilingani 1. Ianuarii 1565 conscripto refertur, huius collegii ministrum esse P. Ioannem „Seeff" (de quo supra p. 171 519), eumque 28 fere annos natum et „languidum utcumque". Eum a. 1563 in collegio ingolstadiensi „subministrum" fuisse et „privatim studuisse humanitati" ex * *Catalogis* eiusdem collegii 31. Augusti 1563 et 2. Ianuarii 1564 datis cognoscitur (Cod. „GSC 66" f. 374[b] 392 393). [7] Halbpaur.

[8] Meranum sive Merana, germanice Meran, in Tiroli.

bus. Quanquam consultum esset fortasse ut R. P. T. Reginas monendas curaret, quod hac hyeme patres illi duo possent cum illis ibi manere, sed [postea][a] [?] ob Collegiorum necessitates, alio saltem alterum esse mittendum. Ego sic egi in hoc negotio, ut illis nunc durior esse videar, quod noluerim facile assentiri in P. Hermetis profectionem. Dominus[b] benevertat conatus P. Georgii[1] utcumque concionantis apud Oenipontanos. Scribit D. Covillonius se mansurum non illibenter in Collegio, ut Vicerectori P. Paulo[2], et Concionatori dicto suam dare operam possit.

Nondum composita lis est cum Canonicis, sed Cardinalis promittit seriam operam, quia mittet[c] [?] Cancellarium[3], ut omnino sciant ipsi nobis quaerendam esse habitationem aliam, si nostram porro impedient libertatem in sacro ministerio. Speramus igitur brevi fore, ut aliam habitationem et aedem sacram adeamus, sed nondum de loco constat. Commendamus nos et Augustanos peste laborantes sacrificiis et precibus R. P. T. in Christo Jesu Domino nostro[4].

Augustae Prid. Kal. Octobris 1564. Oremus quaeso pro P. Martino[5] et P. Schorichio, qui scribunt rusticos in ipsos velut conspirasse, ut tuto non possint egredi ad concionandum. Promisit autem mihi Cancellarius[6] se facturum ut cito revocentur. Utinam vero possit hoc a Principe Bavaro[7] impetrari, ut M. Martinus Augustae concionaretur, sicut indicare videtur R. V. quod nobis quidem difficile fore videtur.

Servus in Christo P. Canisius.

Lainius Canisio per Polancum respondit 20. Octobris 1564.

1136. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO.

Roma 3. Octobris 1564.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine epistulae, eadem manu: „Padre Canisio Prouincial"; in marginibus utriusque „Postscripti", eadem manu: „P. Canisio". Cod. „Germ. 1561" f. 190^{b}—191^{a} 192^{b} 193^{b}.

Epistulae aliquae tardius afferuntur. Frater quidam laicus ex Societate dimittitur. Alii Socii. Mittitur Breve a Pio IV. ad Capitulum augustanum pro Sociis datum; P. Elderen Augusta amovendus etc.; amicitia inter Capitulum et Socios conservanda. Viaticorum restitutio. Guilielmus Anglus. P. Vischerius, si in Germania superiore manere noluerit, Pragam vel in Varmiam erit mittendus. Ioannes Hosius, cardinalis nepos, Romae graviter aegrotat. Iacobus Muntz, nisi Societati magis se accommodaverit, cum caritate dimittatur oportebit. Dilingae nova onera haud facile admitti debent; cardinali Ottoni scribetur, ut, si Socios Dilingae manere velit, collegium dotet, reditus emendo etc. Ariae Montani liber. Universitatibus Italiae remedium quaeretur.

a) *Totus sermo mihi quidem videtur exigere, ut hoc* postea *(= post hiemem) suppleatur; nisi paulo supra post* illi duo *suppleatur* non. b) Dns *ap.* c) *In ap. incertum, utrum* mittet *an* mittat *scriptum sit.*

---

[1] Crispi; v. supra p. 592 648. [2] Hetzcovaeo.

[3] Christophorum Forstenheuser; v. infra monum. 497.

[4] Rom 6, 11 23; 8, 39. 1 Cor 15, 31 etc.

[5] Stevordiano, in Bavaria inferiore cum Schorichio contionante et ecclesias visitante; v. supra p. 672. [6] Simon Thaddaeus Eck. [7] Alberto V.

P. Elderen Monachii magistro noviciorum adiungendus. Breve mittitur a Pio IV ad Maximilianum II. datum.

Pax christi etc.
Molto Reuerendo in christo Padre.

Riceuette N. P. quella[a] [?] di VR. di 17. de settembre[1]. altre che dice scriuera il P. Aloisio[2] non son uenute all' mani nostre insin' adesso. et mi maraueglio che le nostre[3] non erano anche ariuate, perche le mandamo ò per uia dell' agente[b] del Cardinal[4] ò delli ogliati[5].

Quanto à Hieronimo pistor Eluetio[6] à nostro Padre pare bene seli dia licentia, perle raggione che VR. dice, massime parendo[c] desiderare anche lui.

Circa l' altro[7] seli scriue la lettere che VR. qui uedera et pare potra continuare le sue lettioni.

Gia fu scritto che restasse il Dottor Henrico[8] et non andassi nella Prussia, et che il P. D. Theodorico[9] fossi Rettor de Tilinga ad tempus, non uoglio repetere le altre cose, sperando che seben sarano tardate le lettere sarano pur gionte.

Quanto al negocio delli canonici qui se manda un breue de S. Santità per loro[10] et anche la copia. uedera .VR. et giudicara se se li debbia dar il breue per mano del Cardinal ò de qualche amico mercante, ò altra persona. potra essere che si quietino, massime cambiandose il P. Guilelmo col P. Theobaldo[11] come gliel a promesso il Cardinal et sepur si potra hauer chiesa separata per il ministerio de sacramenti lo haueremo à charo et tanto piu se li Canonici si contentassino con liquali sempre è bono procurar de ritener amicitia, et se uorranno che sia continuata la predica nella sua cathedrale si potra fare.

Qui si manda à VR. il conto di questi ultimi uiatici, quello che deuono gli Viennensi et la inferior Germania è bono si tenga notato perche come haueranno commodità pagerano, tenendosi bon conto. in padoa restò amalato Mastro Guilelmo Jnglese[12] che era uno de

a) *Sic ap.; sed malim legere* quelle; *sequitur enim:* altre. b) *Ita omnino censeo corrigendum esse ex* dell' mano, *quod est in ap.* c) *Sequitur* anche, *a libr. oblitteratum.*

---

[1] Vide supra p. 664. [2] De Mendoza.

[3] Polancus litteras 26. Augusti 1564 a se ad Canisium datas significat; vide supra p. 636—639.

[4] Per romanum Ottonis cardinalis Augustani procuratorem (Antonium Lorenzinum? Cf. supra p. 355 615). [5] Per Olgiatos; v. supra p. 536 615.

[6] Hieronymus Helvetius aestate a. 1561 in Oibino degebat (*Can.* III 190), ineunte a. 1564 in collegio ingolstadiensi coquum agebat (* *Catalogus* collegii ingolstadiensis 2. Ianuarii 1564 scriptus; cf. supra p. 684[6]).

[7] Erasmum Volckerum significari intellegitur ex Polanci litteris 7. Octobris 1564 ad Canisium datis; v. infra p. 695. [8] P. Henricus Dionysius.

[9] Canisius. [10] Hoc Pii IV. Breve vide infra monum. 496.

[11] PP. Guilielmum Elderen et Theobaldum Stotz dicit.

[12] Stubbeus? V. supra p. 649[1].

quelli che si mandauano per Jnglostadio, quando[a] Dio li dara la sanità potra continuare suo uiaggio.

Il P. Ioanne Vischerio mostra desiderio di uscire della prouincia della superior' Germania, nellaqual mostra non star uolontieri con parerli che non pò satisfar alli Superiori di essa, se lui si quietara e .VR. uorra agiutarse della opera di esso, in Monachio ò altroue sia in bonahora, quando non si quietassi pare à N. Padre si mandi à Pragha, o uero alla Prussia dal Cardinal Varmiense[1], benche andando à Pragha sara anche nella uia per andar dal detto Cardinal cui nepote Joanne osio teniamo grauemente amalato et con assai pericolo della uita, benche se usi tutti li rimedij possibili per agiutarlo[2]. VR. lo faccia raccomandare à Dio N. Signore.

Quanto à Jacomo Coloniense non pare senon bene hauerlo alligato ad una Classe[3] et se in quello ò altro modo si lasciara agiutare l haueremo caro gia che si e presa tanta faticha per lui nella Compagnia, quando non bastassi si po mandar libero delli uoti à casa sua che realmente la natura sua è difficile come in Colonia, Treuere, Roma et di la anche si è prouato, ma si ben bisognasse licentiarlo facciase amoreuolmente, perche é ben nato il giouene et tiene anche bone parti.

Jl peso del Collegio di Tilinga in uero è molto graue, benche non siamo noi obligati à tanti mastri et predicatori et Rectori come .VR. scriue peril contratto che si fece col Cardinal et conuiene andar circumspettamente nel pigliar assunto di quello á che non siamo obligati intanto che il Cardinal non fa la fundatione proportionata

a) *Sequitur* sara, *a libr. oblitt.*

---

[1] Litteras a Polanco eodem hoc d. 3. Octobris ad Vischerium (Piscatorem) datas ipsis hisce ad Canisium litteris subiungam.

[2] Dubitari non potest, quin hic „Ioannes Hosius" natus sit ex Ioanne Hosio, germano Stanislai cardinalis Hosii fratre, atque ita iam tollitur dubium editoribus Epistolarum *Hosii* (II LXXXVI[1]) ortum, utrum cardinali reapse nepos, nomine Ioannes Hosius, fuerit an dicendum sit Stanislaum Rescium, cum in *Hosii* Operibus id affirmaret, memoriae lapsu Ioannem Hosium pro Ioanne a Watt, quem Hosii nepotem anno 1564 obisse constet, posuerit. „*Theodorus Lindanus* Nouiomagensis" Heilsberga 27. Augusti 1564 Romam ad Polancum *scripsit: „Joannis Hosij, Cardinalis nepotis parentes admodum soliciti sunt. Eos P. Balthazar [Hostovinus S. J.] consolatus est. Dum Collegij Germanici rationem eis expono, plurimum consolantur" (ex autographo. Cod. „G. Ep. V." f. 25[a]). Atque Ioannem in collegio germanico educatum esse testatur etiam *Polancus* in *litteris Roma 13. Octobris 1564 datis; in quibus tamen simul narrat, optimum illum iuvenem in domo „Domini Gregorii" (Georgii Ticinii, qui Cardinalis Hosii procuratorem agebat) admodum pie vita cessisse. „Nec a nostris diu noctuque unquam relictus est, qui in corporalibus et spiritualibus omne ministerium ei impenderent. . ." „Quod cum nullo externo a nostra Societate hactenus feceramus", Ioannem in ecclesia nostra „inter nostros fratres . . . sepeliuimus" (ex apogr. eiusd. temp. Cod. „Germ. 1561" f. 195).

[3] Iacobus Muntz (de quo supra p. 528) ineunte a. 1565 in collegio ingolstadiensi philosophiae studebat (* *Catalogus* ingolstadiensis 1. Ianuarii 1565 scriptus. Cod. „GSC 66" f. 373[b]).

al peso del Collegio et secondo le promesse del Contratto per parola fatto[a] [?]. Si è risoluto di scriuerlj chiaramente che conuiene se li nostri hano di perseuerare in Tilinga che attenda alla detta fundatione si bensi habbia à restringere in altre spese deputando un tanto ogni anno per[b] comprar intrata, et se lui tenesse alcuna ò seculare ò Ecclesiastica della qual potesse desponere perpetuamente seria buono la obligassj per che non deue star in tanta incertezza un opera de tal qualita.

uenga quel libro di quel poeta[1] poi che di la non pare conueniente se stampi.

Si uedera di dar ricordo à chi puo prouedere quanto à quello che V. R. scriue delle Vniuersita de Jtalia . Dio .N. Signor uoglia che ui si metta qualche remedio efficace[2]. Ci ricommandamo molto nelle orationi et sacrificij di .V. R. à chj piacera dar recapito alle incluse per altre bande. De Roma li .3. de ottobre .1564.

Leuandosi el Padre Guillelmo[3] de Augusta per Monachio pare douerebbe pigliar la pratica del Padre Dominico de aiutar li nouitij accio che trouandosi atto li possa col tempo succedere[4].

Qui ua una lettera per il Rettor de Vienna[5]. V. R. la potra uedere insieme conla copia del breue per l'imperator[6] et do poi quanto prima potra la mandj à Vienna.

Una cum his litteris, ut ex ipsis colligere licet, Canisio missa est *epistula a *Polanco* nomine Lainii Roma 3. Octobris 1564 ad P. Theodoricum Canisium, collegii ingolstadiensis rectorem, data; in qua Polancus de rectoratu dilingano Theodorico subeundo (v. supra p. 640) et de P. Martino Stevordiano haec scribit: „Quanto all' andata della .R. V. à Dilinga facci pur con buon animo cio che li imponera el Padre Prouinciale, ben si uede il gran peso di quel opera, et sopra questo se scriue al detto Padre Prouinciale, pero non lo replico. . . . El Padre Martino potra andar à predicare, dipoi uedera el Padre Canisio doue lui conuenientemente possi stare, et forse che in Augusta bisognera predichj in luoco del Padre Canisio" (ex apogr. eiusd. temp. Cod. „Germ. 1561" f. 191[b]).

Missa est, nisi fallor, etiam *epistula ab eodem *Polanco* eodem d. 3. Octobris 1564 P. Paulo Hoffaeo rectori collegii monacensis destinata; in qua de Alberto V. Bavariae duce haec dicuntur: „Ci rallegramo in Domino che lo Jllustrissimo Duca dopo la morte del Jmperator Ferdinando uoglia esser il primo protectore della Compagnia nostra. Dio N. S. lo sera de lui et delle cose sue" (ex apogr. eiusd. temp. Cod. „Germ. 1561" f. 192[b]).

Missa esse videtur Canisio haec quoque *epistula, „P. Jo: Fischerio", qui paulo ante Dilinga Monachium missus erat (v. supra p. 684), a *Polanco* mandatu Lainii

a) *Sic ap.; corrigendumne* fatte? b) *Sequuntur vv.* le spese, *a libr. oblitt.*

---

[1] Benedicti Ariae Montani Ars oratoria versibus tradita; v. supra p. 663.

[2] De libello Ludovico Simonetae et Carolo Borromaeo tradito et de bulla a Pio IV. 13. Novembris 1564 hac de re edita vide supra p. 653—654. [3] Elderen.

[4] In **Catalogo* collegii monacensis 1. Ianuarii 1565 scripto refertur, P. Dominicum Menginum ibi esse praefectum noviciorum, confessarium „domus" (i. e. Sociorum in collegio degentium), „Consiliarium Rectoris" (Cod. „GSC 66" f. 376[a]).

[5] P. Laurentio Magio.

[6] Hoc Pii IV. Brevi Societas et nominatim collegium vindobonense Maximiliano II. commendabatur; v. supra p. 662.

destinata: „Pax christi. Perlectis Tuae .R. litteris constituit P. N. P. ut quod facto opus esset .P. P. Canisio scriberetur prout et scribitur. ipsum ergo conuenjes aut uerbo, aut literis, et quae nomine .P. N. P. significauerit bono animo facies prout uirum religiosum deique seruum decet, sciat tamen tua Reuerentia commendatam esse nobis spiritualem consolationem tuam, et profectum quodque bene speremus cum dei gratia quod uel in Superiori germania uel alibj pacem animj retinebis et Domino fidele obsequium praestabis. commendamus nos interim orationibus et sacrificijs Tuae Reuerentiae. Romae die .3. octobris 1564" (ex apogr. eiusd. temp. Cod. „Germ. 1561" f. 191[a]).

Canisius Lainio respondisse videtur 20. Octobris 1564.

1137. **P. HENRICUS DIONYSIUS S. J.**, universitatis et collegii dilingani rector, CANISIO.

Dilinga ineunte m. Octobri (ante d. 7.) 1564.

Ex apographo litterarum Canisii, de quo infra p. 690.

De cardinale Augustano.

De P. Henrico Dionysio S. J., qui Dilingae universitatem et Societatis collegium regebat, et quem Ottoni cardinali Augustano haud ita gratum esse Canisius 23. Septembris 1564 ad Lainium rettulerat (v. supra p. 670), idem Canisius Augusta 7. Octobris 1564 Lainio scripsit: „Post" P. Aloysii de Mendoza S. J. „discessum coepit Illustrissimus Cardinalis paulo familiarius uti Rectore Henrico sicut ad me scribit". Mendoza ineunte m. Octobri Dilinga in Italiam discessit (v. infra p. 690). Dionysii autem litterae perierunt.

1138. CANISIUS **CASPARI A LOGAVIA**, episcopo vratislaviensi, imperii principi.

Augusta Vindelicorum initio m. Octobris (ante 8.) 1564.

Ex litterarum a Canisio ad Lainium datarum apographo, de quo infra p. 690.

Zachariam Feuerkorn, ex collegio germanico redeuntem, ei commendat.

Canisius Augusta 7. Octobris 1564 Romam ad Lainium scripsit: „Dimisimus non solum Gregorium et Andream ex Collegio Germanico venientes, sed et postea quoque Zachariam, cui litteras adjunximus ad Episcopum Uratislauiensem." Quae litterae perierunt.

In antiquissimo, quem saepe dixi, **Catalogo* collegii germanici refertur, 8. Octobris 1560 in collegium receptum esse „Zachariam Feuuerkorn Sylesium Wratislauiensem" (Cod. rom. „All. coll. Germ." p. 14). Ac *Polancus* Romae 30. Augusti 1564 magistro „Zaccaria Collegiale del Collegio Germanico" *litteras commendaticias ad P. Nicolaum Lanoium, provinciae Societatis austriacae praepositum, dedit, in quibus dicit: Zachariam esse „persona uirtuosa et quieta"; eum Romae et integrum philosophiae cursum audivisse et per annum theologiae scholasticae operam dedisse, iam autem in patriam redire „per mancarli la uista de un ochio" etc.; convenire igitur, ut Socii eum adiuvent; optandum certe esse, ut ecclesiae cathedrales et collegiales canonicos Zachariae similes habeant; eum epistulam secum auferre a P. Victoria ad episcopum vratislaviensem datam (ex apogr. eiusd. temp.; Cod. „Germ. 1561" f. 169[a]).

Caspar Logus sive a Logavia (von Logau) episcopatum vratislaviensem (Breslau), qui a protestantibus vehementer affligebatur, a. 1562—1574 haud ita magna cum prosperitate rexit. Episcoporum vratislaviensium sedes ea aetate erat Nissa Silesiorum (Neisse, nunc Silesiae borussicae urbs).

1139. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu.
Augusta Vindelicorum 7. Octobris 1564.

Ex apographo, quod sub a. 1860 a P. Iosepho Boero S. J. ex altero apographo, quod eodem Boero curante scriptum exstat in Cod. „E. C. I" n. 141, exscriptum, sub annos autem 1892 et 1902 cum eodem illo apographo collatum est.

P. Mendoza Canisii scriptorem secum abduxit in collegium germanicum recipiendum. Iter italicum pestilentia impeditur. Cardinalis Augustanus et rector dilinganus. Socii Augustae et alibi aegrotantes. Ob pestilentiam collegia hominibus non necessariis et aere alieno gravantur. Orandus Deus pro optimo P. Alphonso Pinedano graviter aegro. Cardinalis cum capitulo augustano de controversia Sociorum agit; quibus domus et ecclesia erunt mutandae; ipsi caritatem capitulo praestabunt; Canisium Augustae manere expedit. Novus eius scriptor. Ariae liber. Socii Parisios missi. Iuvenes ex collegio germanico domum remissi a Canisio adiuti sunt. Pestilentia Augustam urit; P. Elderen ab amicis augustanis avelli haud ita consultum est. Sociorum Meranae cum reginis degentium oboedientia incerta.

Pax Christi admodum Reverende Pater.

23[a]. Septembris datas accepi, quo tempore fere discessit P. Aloisius[1] adjecto sibi meo scriptore, qui ad Germanicum Collegium proficiscitur. Fuit autem is tractabilior et obsequentior Andrea[2], quem nuper ducatis aliquot donatum Viennam abire permisimus. Dignus autem videtur Ioannes Ulmensis, quem adducit P. Aloisius, ut Germanis reliquis adjunctus, docte et pie instituatur. Veremur tamen, nec fortassis P. Aloisius repulsam patiatur in hac profectione, cum audiamus ex Germania venientes in solum Italicum admitti aegerrime[3]. Post illius discessum coepit Illustrissimus Cardinalis[4] paulo familiarius uti Rectore Henrico[b][5] sicut ad me scribit.

Venerunt tandem, quos in Italia retineri cupiebamus D. Andreas et reliqui quinque fratres[6], ex quibus adhuc Augustae decumbunt primus et Walterus Scotus[7] D. Edmundi frater et quotidie a medico invisuntur. Reliquos 4. in collegia vicina distribuimus ut potuimus. Auxit nobis difficultatem, quod Oenipontum nullus mitti possit, imo mittuntur ex eo loco fratres Augustam ut nunc . 7 illic tantum supersint in medio pestis versantes. Monachii lata lex est ut dicitur, ne ullus Jesuita sinatur ingredi, cum suspectis e locis et collegiis passim mitti dicuntur[c] [?]. Unde cognosci facile potest quam misere agatur cum utroque collegio Dilingensi et Ingolstadiensi cum partim Oenipontani profugi, partim ex Urbe recens missi alio mitti non possint,

a) *Ita omnino censeo corrigendum esse 28., quod est in ap.; nam ex vv. sqq. cognoscitur, romanas has litteras paulo ante 7. Oct., si non prius, Augustam perlatas esse; neque tamen tabellarii tam cito litteras perferre consueverant; praeterea in registro Lainii litt., quae 28. Sept. ad Can. datae sint, non comparent; comparent vero litt. 23. Sept. datae (v. supra p. 673); atque his responsum hoc Canisii congruit, neque alia epistula, qua Can. ad litt. 23. Sept. datus rescripserit, praesto est.* b) Hnrico *ap.* c) *Sic ap.; corrigendum esse videtur* dicantur.

---

[1] De Mendoza. [2] Stör. [3] Pestilentia Germaniam urebat.

[4] Otto Truchsess.

[5] P. Henrico Dionysio, qui Dilingae universitatem et Societatis collegium regebat. Cf. supra p. 670. [6] Vide supra p. 647—648 651 668.

[7] P. Andreas Avantianus (cf. infra monum. 440) et F. Gualterus Haius.

quam in haec ipsa duo collegia. Ac proinde rogamus ut saltem Guilielmus[1] Paduae[a] retineatur, ne homo admodum male sanus molestias istas augeat, quas sane non vulgares nunc cogimur experiri, cum tot inexpectati prorsus, minimeque necessarii fratres alendi, vestiendi et conservandi sunt, praesertim ubi tot debitis gravamur, ut viatici[b] [?] quidem sumptus reddere non possimus. Quare Christus nobis donet patientiam, per sacrificia et preces R. P. T.

Petimus etiam orationes peculiares pro Alphonso Jngolstadii Professore[2], cui extrema timemus, ob febriculam quotidianam eamque hecticam[c] ut putat[d] [?], et sanguinem expuit vel ex putrido pectore vel ex pulmone putrefacto ut medicus opinatur. Fiat voluntas Domini[3], de hoc optimo patre, de quo magna nobis promittebamus, ob singularem ejus doctrinam, vitaeque candorem. Vereor ne immodicis studiis se se confecerit . Male habet D. Theodorus[4] etiam, sed minus est periculi.

Venio ad negotium quod nobis est cum Augustanis Canonicis. Misit huc Cardinalis Vicarium et cancellarium suum, per quos proposuit scriptum Canonicis, graviter, sane et serio admonens, ut missas facerent has turbas, nobisque permitterent eam libertatem, quae[e] antea fuit, in sacramentis administrandis[5]. Illi promittunt scripto se responsuros, et satis declarant suam in eo esse sententiam ut alibi templum accipiamus Augustae, retenta solum Cathedra, in qua cupiunt me conservare concionatorem. Ego etiam judico sic[f] expedire, ut simul domicilium ac templum alibi reperiamus, et bonos istos Canonicos cum suo templo valere sinamus. Expectabimus tamen responsum quod ab illis accipiet Cardinalis[6] quo cum conferre licebit postea, de his mediis, quae diligenter consideravit R. P. T. ex parte Pontificis, Regis Catholici, Ducis Bavariae[7], ac nobis erit hoc studium, ut nullam amarulentiae significationem erga istos proferamus, sed potius super illorum capita carbones congeramus[8]. Etsi vero R. P. Tua pro benignitate sua permittit, ut hinc possim secedere, tamen mutatio nunc omnis mihi cavenda videtur, nisi forte ad tempus mihi substituerem ex nostris aliquem, ut P. Martinum[9] si ex Bavaria rediisset, aut M. Stephanum Liberium, qui Dilingae versatur et coepit[g] [?] concionari. Circumspiciam de adjungendo mihi scriptore alio quam

a) Padua *ap.* b) *Vel* viaticorum; *ap.*: viatico. c) hacticam *ap.* d) *Sic ap.; sed malim legere* putant. e) quam *ap.* f) six *ap.* g) *In ap. notatur, aut* coepit, *aut* cupit *legendum esse.*

---

[1] Anglus (Stubbeus?); cf. supra p. 649[1].

[2] Significatur, ut ex proximis litteris intellegetur, P. Alphonsus Guttierez sive Pinedanus S. J., logices in universitate ingolstadiensi professor.

[3] Act 21, 14; cf. Mt 6, 10 etc. [4] Peltanus.

[5] Ioannes Schencking vicarius generalis et Christophorus Forstenheuser cancellarius haec proposuerunt in sessione capituli 3. Octobris 1564 habita; plura vide infra monum. 497. [6] Capituli responsa vide infra monum. 498 499.

[7] Pii IV., Philippi II., Alberti V.; v. supra p. 662.

[8] Rom 12, 20. [9] Stevordianum.

Nicolao[1], qui hactenus quidem se modeste apud nos gerit, et promptus est ad obsequium, nulli molestus ut antea in collegio, sed utinam utilis quoque sibi.

Dedimus P. Aloisio librum D. Arias [*sic*] Montanj[2] in Urbem perferendum, in quo nostri ut saepe scripsi, multa desiderarunt, et corrigendum magis quam edendum judicarunt.

Non repetam quae scripsi de D. Edmundo[3] hinc misso Lutetiam, et adjunximus illi Equum D. Thomae[4] Angli. Comites habuit 3. ex nostra Societate nempe Nicolaum Leodiensem, qui fuerat Monachii, Thomam Anglum qui vixerat cum illo Oeniponti, nec alteri poterat confiteri[5]; et postremo Germanicum ex Oeniponto cum eo profectum, ut se dedicaret societati.

Dimisimus non solum Gregorium[6] et Andream[7] ex Collegio Germanico venientes, sed et postea quoque Zachariam[8], cui litteras adjunximus ad Episcopum Uratislauiensem[9]. M. Vitus[10] suscepit Augustae conditionem tres Patricios ad quadriennium instituendi[a].

Male habuit his diebus M. Guilielmus[11], sed nunc rectius valet. Dominus in utroque homine nos tueatur, praesertim peste magis ac magis grassante tum Augustae tum alibi. Quare cupimus reverenter[b] [?] commendari Patrum ac fratrum sacrificiis ac precibus, in primis autem R. P. T. Augustae 7. octobris 1564[c] [?].

Quod ad P. Guilielmum attinet, si domicilium ac templum nobis mutandum erit, ut futurum sane videtur minus esset opus illum Augusta discedere, quia non offenderet Canonicos. Domina Fuggera[12] putat complures offensum iri hoc patre mutato, ut qui plurimorum animos Augustae habet sibi conciliatos. Accedit quod aegre laturus videretur ipse, si Monachium aut alio mitteretur, nisi major forte causa sese offerret. Unde nosse cupio mentem Reverendae[d] P. T. sitne ille alio transferendus et ei P. Theobaldus[13] substituendus.

a) instituendos *ap.* b) *Sic ap.; fortasse corrigendum est* vehementer. c) *Cum paulo infra iterum legatur:* Augustae 7. octobris 1564, *puto haec priore loco oblitteranda fuisse; si tamen postremae litterarum sententiae „Postscriptum", quod vocamus, fuerint, verba illa priore loco ponenda fuisse, posteriore repetenda non fuisse existimo.* d) Reverende *ap.*

[1] Gallo (Servatio?). Vide supra p. 638 683.

[2] Rhetoricen versibus traditam; v. supra p. 663[10] 688.

[3] Haio. [4] Darbishiri.

[5] Fratrem laicum sive coadiutorem; v. supra p. 683.

[6] Is, ut *Polancus* Roma 21. Augusti 1564 ad P. Nicolaum Lanoium S. J. *scripsit, prope Cassoviam (Kassa, Kaschau, urbs Hungariae) inter haereticos natus, Vindobona ante complures annos in collegium germanicum missus, doctus, probus, ad religionem in archiepiscopatu strigoniensi iuvandam paratus erat et litteras S. Caroli cardinalis Borromaei secum attulerat, quibus Zacharias Delphinus nuntius apostolicus beneficium ecclesiasticum ei providere iubebatur (ex apogr. eiusd. temp. Cod. „Germ. 1561" f. 161[b]). [7] Stör. [8] Feuerkorn; v. supra p. 689.

[9] Casparem a Logau. [10] Krepser; v. supra p. 639 682. [11] Elderen.

[12] Ursula Fuggera, cui — id quod infra ostendam — P. Guilielmus Elderen a sacris confessionibus erat. [13] Stotz.

Jnter alia discedens P. Edmundus[1] monuit de P. Hermete[2], quod nimium libenter is Reginis adhaerere videretur; aegre fortasse illas relicturus[a], etiam si huc moneretur. Ego non video quid mihi de utriusque P. Dirsii et P. Hermetis[3] obedientia[b] polliceri possim, si ad obedientiae regulam exacte observandam reuocarentur. Dominus imbecillitatem nostram in virtutem[c] spiritus benigne convertat. Augustae 7. octobris 1564[d] [?]. Servus in Christo P. Canisius.

Lainius Canisio per Polancum respondit 20. Octobris 1564.

1140. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius S. J., nomine Iac. Lainii, praep. generalis, CANISIO. Roma 7. Octobris 1564.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „P. Canisio." Cod. „Germ. 1561" f. 193[b]—194[b].

Epistula usus est *Sacchinus*, Can. 216.

P. Theodoricus Canisius rector dilinganus erit. Canisio Socios Oenipontem missos inde ob pestilentiam avocare licet. Qui in Bavaria sumptibus collegii oenipontani ali poterunt, domo etiam, si visum erit, conducta. Precationes pro Germania institutae. Regens contubernii S. Hieronymi. P. Dionysius alio mitti poterit. In locum Herleni „gubernatoris" dilingani alius substituendus vel Herleno extra contubernium habitandum. Missio bavarica. Calice et Bavari et Colonienses abstinent. Coloniensis senatus pietas. Spes de Maximiliani II. imperatoris religione; qui Societati promisit favorem. P. Cuvillonius in Italiam arcessitur. P. Haupt. Nova provincia Societatis rhenana. De collegii germanici praepositis temere alumni quidam conquesti sunt; huius collegii et seminarii romani „superintendentes"; ex collegio germanico haud pauci adulescentes in seminarium romanum transferantur necesse erit. Canisius laboribus moderari debet. Contubernium dilinganum paulatim ad Societatis rationem componendum. Aegroti.

Pax christi.

Si è riceuuta quella de .V. R. del .23. del passato dopo la quale hauera inteso como il Padre Dottor Theodorico[4] doueua ad tempus pigliar la cura del Collegio de Dilinga che non accade repetere adesso. Non poteua esser à tempo la lettera che .V. R. scrisse à Venetia per ritener quellj de Jspruc essendo gia par passatj oltre, ma potra .V. R. chiamarli de Jspruc, et forse che il Padre Dottor Andrea[5] fara qualche buon officio in Jngolstadio per che è persona prudente et dotta, et etiam atta per il gouerno, et di una rara bonta, et quantunque fossi graue peso alli Collegij de Bauaria hauer tanta gente potrebbono esser allegeritj nella spesa delle intrate de Jspruc gia che sono Collegiali di quel Collegio benche djspersi, et se dentro

a) relicturas *ap.* b) obbedientia *ap.* c) virtute *ap.* d) *Vide supra adnot. c p. 692.*

---

[1] Haius. [2] Halbpaur.

[3] *Polancus* nomine Lainii Roma 3. Octoris 1564 Meranam ad P. Ioannem Dyrsium *scripsit: „Satis esse uideretur si cum serenissimis alter ex uobis maneret, sed de his scriptum est ad P. Prouincialem. . . Quod ad indicem librorum prohibitorum attinet, petat .R. V. a P. Prouinciali exemplum concessionum quae ab hac sede Apostolica hactenus obtinuimus" (ex apogr. eiusd. temp.).

[4] Canisius. [5] Avantianus.

del Collegio non potessino star tutti si potrebbe pigliar qualche casa uicina ò far como di la iudicaranno piu espediente.

il pregar perla Germania gia si è cominciato, et si continuara.

Per regente del Collegio de Santo Hieronimo forse troueranno atto il Dottor Thoma[1] quando lo prouaranno, facciasi finalmente quel che si potra, et del panno che si è mandato tagli .V. R. come meglio iudicara espediente, et se il Dottor Henrico[2] non parera hauer talento proportionato per Dilinga[a] lo hauera molto bono per altre bande.

Non essendo mastro Cornelio[3] che[b] chiamano Gouernatore al proposito bisognarebbe pensare in un altro seculare ouero che lui stesso habitassj fuora del Collegio[4] in casa del Cardinale ò altroue guardata la subordinatione conueniente al Rectore. Rengratiamo Jddio N. Signor del frutto ricolto nella Bauaria perli Padrj Martino et Scurrichio[5], et del buon animo che muostra la .E. del Duca[6] de non publicare la concessione della Communione sub utraque . anche de Colonia intendemo el simile, et che il Senato se monstra molto Catolico[7], hauemo anche molto buone noue della buona mente del Jmperatore nel dar fauore alla Relligione catolica, et sequitar li Vestigij del Jmperator Ferdj. suo Padre . speramo anche sia per dar fauore alle cose de nostra Compagnia como lo scriue in una lettera in resposta de altra che .N. P. scrisse à .S. Maiesta[8].

Qui ua una lettera per il Dottor Couillon per laquale è chiamato in Jtalia, potra ueder .V. R. la lettera per lui et poi mandargljela[9].

a) *Sequitur* sera, *a libr. oblitteratum.* b) *Sequitur v. a libr. oblitt. ita, ut iam legi non possit.*

---

[1] Darbyshire. [2] Dionysius. [3] Herlen.

[4] Eum Dilingae in contubernio S. Hieronymi habitasse intellegitur ex postremo huius epistulae capite.

[5] Per PP. Martinum Stevordianum et Georgium Schorichium.

[6] Ducis Excellentia, i. e. Albertus V. Bavariae dux.

[7] P. *Ioannes Rethius* S. J. in collegii coloniensis litteris quadrimestribus Colonia 1. Septembris 1564 datis: „Senatus huius reipublicae quosdam primarios viros in religione suspectos a curia removit et die 20. Augusti in concionibus publicari fecit per singulas parochias civitatis, quod, si quis sacramenta contemnens sine illis moriatur, sepeliri non debeat cum christianis in loco sacro, sed sumptibus eorum, qui cum eiusmodi haeretico habitarunt, et eius, qui tali domum elocavit, eferri debeat extra civitatem in agrum Judaeorum sepulturae assignatum, et si quis contra hoc venerit, quod mulctae loco 25 daleros pendet. . . Duo ad patibulum publicum, alius in agro, ubi canes mortui excoriantur, rursus alius, et ille quidem ex nostra vicinia, iuxta locum, in quo equorum cadavera abiici solent, humatus est. Judei enim tales inter sua sepulchra ferre recusabant": *Hansen* l. c. 500—501.

[8] *Maximilianus II.* in his litteris, Vindobona 11. Septembris 1564 ad Lainium datis, haec, praeter alia, scripsit: „Ignota . . nobis antehac minime fuit praeclara ista societatis vestrae erga . . . parentem nostrum amantiss. observantia animique devotio . . . [Societatis vestrae] e re et commodo quae vere sunt perbenigne amplectimur" (*Hopfen* l. c. [cf. supra p. 590[3]] 212—213). Ceterum cf. supra p. 666[8].

[9] Vide quae ex epistula illa Cuvillonio missa sub ipsas has litteras proponentur.

De mastro Pietro Coloniense la cosa si è rimessa al Padre Antonio Vink fatto dj nouo Prouinciale del Rheno cioe di Colonja Treuere et Maguntia[1], mastro Gregorio[2] et Andrea[3] hanno hauuto poca occasione al mio parere de lamentarsi del Padre Vrsmaro[4] ne del Padre Alfonso[5], ma piu presto della propria natura poco quieta, et poco atta à congregatione . basta lor son gia fuora, dio li aiutj . non è piu Rettore il Padre Alfonso che si mando per Rector del Collegio di Fiorenza, et era inuero molto amato dal Collegio Germanico . El Padre Vrsmaro anche hauera la Superintendenza del Seminario[6] et cosi la lasciara del Collegio Germanico del quale è gia Rectore el Padre Josepho Cortesone de Forlj[7], et io hauero à continuare nela Superintendentia che un pezzo fa me impose Nostro Padre . Si ueranno per detto Collegio quelli giouani che V. R. scrjue si riceueranno uolontierj quantunque è tanto pieno, et tanti altri pretendono intrare che credo bisognera cauare un buon numero, et passarli al Collegio del Seminario accio resti luoco per altrj.

Per il Corriere Martedi si mando il breue de sua Santità per il Capitolo de Augusta et la copia accjo .V. R. la uedessj[8].

Al Padre Aluisio[9] non si scriue perche probabilmente à questa hora lui sera gia partito, et ad ogni modo la sua lettera è informatione et non ricerca troppo risposta, ma ben auisaro à .V. R. che detto Padre Luigi reputa troppo graue la fatica che .V. R. suole pigliare, et pero .N. P. lj ricommanda molto la moderatione et che si faccia giutare[a] [?].

Quanto à mastro Erasmo me rimetto alle ultime, et anche quanto à Hieronimo[10].

Del Collegio de Santo Hieronimo bisognera poco à poco far disegno de accommodarlo al nostro modo, et leuando di la il mastro Cornelio[11], et li uechi che gouernauano si potra piu ageuolmente fare . non altro per questa senon che N. P. et tuttj ci ricommandamo etc. Di Roma li .7. de ottobre 1564. Jl padre Natal sta indisposto et il Padre Emanuel[12] grauemente ammalato etc. degnisi Jddio N. Signor darli sanita.

Una cum his litteris, ut ex ipsis intellegitur, Canisio missa est *epistula a *Polanco* nomine Lainii Roma 7. Octobri 1564 ad P. Ioannem Cuvillonium S. J. data; in qua Polancus: „Intendendo . . como se inclina“, inquit, V. R. „à uenire à Jtalia si è pensato un luoco doue credemo stara .V. R. molto consolato et questo è quello

a) *Sic; corrigendum videtur* agiutare.

---

[1] Vide supra p. 675. Ex *Polanci* *litteris Roma 3. Octobris 1564 ad Vinckium datis cognoscitur, Societatis praepositos magnopere dubitasse, utrum P. Petrus Haupt ex Societate esset dimittendus — „lui lo desidera“, inquit *Polancus* — an in ea retinendus (ex apogr. eiusd. temp. Cod. „Germ. 1561“ f. 192[a]).

[2] Vide supra p. 692[6]. [3] Stör. [4] Goisson. [5] Sgarillia.

[6] Seminarii romani, quod Pius IV. instituebat; v. supra p. 532 553.

[7] De hoc v. Card. *Steinhuber* l. c. I 83. [8] Vide supra p. 686.

[9] De Mendoza. [10] Cf. supra p. 686. [11] Herlen. [12] Saa.

de messer Antonio Altano che uol dare alla Compagnia, è luoco amenissimo et quantunque sia solitario ce sera dentro di casa buona conuersatione del medesimo messer Antonio et de hospiti diuersj che di la passano et anche si puo andare le feste à predicar'à diuerse Terre Vicine, et quando .V. R. uorra uisitare il Collegio de Padua ò quello de venetia lo potra fare, et dopoi tornare al detto luogo. Quello che ricerca messer Antonio Altano è hauer un Theologo apresso di se che li passi Santo Thomasso cosa che la fara V. R. con facilita, et con puoco studjo massime che tiene una bellissima libraria" (ex apogr. eiusd. temp. Cod. „Germ. 1561" f. 193ᵇ). De hac bibliotheca v. *La Civiltà Cattolica* A. LVI, II, Roma 1905, 54—55.

Sacchinus in vita Canisii (Can. 216), ubi res a Canisio anno 1564 gestas exponit, haec iis adnotat: „Quocunque enim ferretur [Canisius], non secus ac sacra illa *nauis institoris*[1] perferebat esurientibus populis, et gratuito diuidebat *panem vitae*[2]: adeo quidem se se, humanamque oblitus infirmitatem, vt monendus a Lainio fuerit, videret vt *rationabile obsequium*[3] suum faceret, afflictandoque corpori ita moderaretur, vt *sacrificium sale condiret*[4]. Cui vir germano candore, et antiqua simplicitate, non vt quidam superba modestia magnitudinem infitians, aut eleuans aerumnarum, sed accusationem amplians, clausula illa respondit. De moderandis meis laboribus paternam admonitionem non possum non reuerenter amplecti. Vtinam ego discretionem Virtutum matrem in re vlla tenere possem, qui neque mihi, neque aliis satisfacio saepe. Sed spero tamen meliora intercedentibus pro me sanctis Patrum precibus apud diuinam Maiestatem." Haec Canisii responsio a Sacchino ad verbum transcripta est ex litteris Augusta 28. Octobris 1564 datis, quibus Canisius Lainio ad epistulam italicam a Polanco eiusdem Lainii nomine 7. Octobris 1564 datam et a me modo propositam respondit (cf. infra p. 708). Unde patet, Sacchinum, cum Canisium per Lainium ad „rationabile obsequium faciendum" et „sacrificium sale condiendum" monendum fuisse affirmaret, non ipsa ipsius Lainii verba reddidisse, sed oratoria quadam vel potius biblica veste ornasse ea, quae Lainii mandatu Polancus in epistula 7. Octobris 1564 data Canisium monuerat, scribens: „Auisaro à .V. R. che detto Padre Luigi reputa troppo graue la fatica che .V. R. suole pigliare, et pero .N. P. lj ricommanda molto la moderatione et che si faccia giutare [agiutare?]" (v. supra p. 695). Haud igitur recte Sacchini verba intellexit *Dorigny* (l. c. 412); qui, se Lainii verba ponere ipsa typorum forma significans, ita scribit: „‚Songez', luy écrivit un jour le Pere Laynez son General, ‚que le sel entroit autrefois dans les Sacrifices, et qu'ainsi dans celuy que vous voulez faire de vous-même à Nôtre-Seigneur, il faut de la Prudence, dont le sel est le symbole'". Quibus Dorignii verbis, nisi fallor, in errorem inductus ipse etiam P. *Franciscus Xaverius Schmalzgrueber* S. J., praeclarus ille iuris canonici magister, in *Commentario, quem de Canisii „Beatificatione" conscripsit (cf. *Specht* l. c. 330), ad heroicas ipsius virtutes illustrandas haec, praeter plurima alia, protulit: „Sic . . . ad eum P. Laynius Generalis, audita ejus, qua innocens corpusculum tractabat, severitate, scripsit: Meminisse debet, salem olim in Sacrificijs fuisse adhibitum: in eo, quod R. Vestra de se facit DEO, volo, ut ne desit sal, volo, immoderatio absit" (Cod. „[Processus] *Beatificationis* Ven. Dei Servi Petri Canisii" n. 261. Dilingae in bibliotheca lycei regii). *Python* quoque (hoc usus codice?) Lainium iisdem prorsus Canisio scribentem inducit verbis (l. c. [cf. supra p. 180] 342—343). Quorum aliqua etiam posita sunt a *Riess* l. c. 343 et a *Boero*, Can. 278.

Canisius Lainio respondit 28. Octobris 1564.

1141. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu.
Augusta Vindelicorum 14. (?) Octobris 1564.

Ex litterarum Polanci apogr. eod. temp. scripto. Cod. „Germ. 1561" f. 201ᵇ.

---

[1] Pv 31, 14. [2] Io 6, 35 48; cf. Pv 31, 14. [3] Rom 12, 1. [4] Lv 2, 13.

Polancus nomine Lainii Roma 20. Octobris 1564 Augustam ad Canisium scripsit: „Respondero insieme à .3. lettere de .V. R. de primo 7. et .14. [?] del presente.“ Ex quibus epistulis prima (30. Septembris 1564 data) et secunda adhuc exstant (v. supra p. 682 et 690); tertia autem perisse videtur; de qua vide Polanci, quas dixi, litteras; per has enim Lainius Canisio respondit.

Canisius certe, si usitatam scribendi rationem servavit, 14. Octobris (quod erat sabbatum) Romam scripsit, neque praeter epistulam, quam Polancus hic commemorat, alia, quam Canisius 14. Octobris Romam miserit, comparet. Ex altera autem parte satis certum est, tabellarios ordinarios 6 diebus litteras Augusta Romam perferre non potuisse, neque certo affirmare audeo, cursorem „extraordinarium“, quem vocamus, id praestare potuisse. Tempore concilii tridentini in litteris Tridento Romam perferendis tabellarii ordinarii 7 dies, cursores extraordinarii 3—4 dies insumere solebant (*Th. Sickel*, Römische Berichte III 134—136). Fieri sane poterat, ut vel librarius antiquus vel ipse Polancus memoriae calamive lapsu „14“ poneret pro 10 vel 11 etc.

1142. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO.

Roma 20. Octobris 1564.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „P. Canisio“. Cod. „Germ. 1561“ f. 201[b]—202[a].

Convenit, Canisium Augustae in ecclesia cathedrali munus contionatoris retinere, alium, cum ipse contionari non poterit, in locum suum substituendo; ad sacramenta autem administranda alia ecclesia et domus quaerenda; Patri Elderen Augustae manendum. P. Theodoricus Canisius ad tempus Dilingam ibit. P. Cox dimittendus. Ab inquisitoribus petita est facultas libros novi Testamenti et controversiarum germanicos iis, qui peccata Sociis confiterentur, permittendi. Universitatibus italicis remedium adhibebitur. Ab haeresi Socii omnes, a reliquis peccatis in Bulla Coenae reservatis tantum provinciales et rectores absolvere possunt. Liber a Flacio Illyrico contra Societatem scriptus eiusque similes Romam mittendi. PP. Stevordianus et Schorichius ex Bavaria inferiore revocandi; P. Schorichius litteris studere, idque fortasse Romae, debebit. Si quid novi de Turcis nuntiatum erit, Romam scribatur. P. Mendoza in Italiam penetravit cum iuvene collegio germanico destinato; alii iuvenes ob pestilentiam repulsi; qui Canisio commendantur. Curandum, ut P. Cuvillonius in Marcam foroiuliensem veniat. Guilielmus Anglus mortuus. Sociis ob pestilentiam Moguntia et Oeniponte ad tempus in Bavariam missis domus conduci potest, sumptibus ipsorum. Walterus Haius. Eximii P. Pinedani valetudo diligenter curanda, etiam, si expediet, mutatione aëris. Efficiendum, si suavi ratione effici poterit, ut reginae alterum ex Sociis Merana abire sinant; qui ad contionandum per vicos cum aliis mitti poterit. Canisio coram Wolfgango principe Palatino non disputandum, antequam pontifex consenserit etc. Scriptores P. Natalis. Viatica. Rhetorices magistri. In collegio romano disputationes theologicae haberi coeptae sunt.

Pax christi.

Respondero insieme à .3. lettere de .V. R. de primo[1] 7. et .14.[a] [?][2] del presente, et quanto al negocio conli Canonicj la miglior resolutione pare che .V. R. resti pure in Augusta con l' officio del predicare, et uedendo de hauer un sustituto quando lej non lo potra

a) *Sic ap.; fortasse corrigendum* 10 *vel similiter; v. quae notavi supra ep. n. 1141.*

---

[1] Epistulam significat pridie Kalendas Octobris a Canisio datam; v. supra p. 682.

[2] 10.? 11.? Vide supra adnot. a huius pag.

fare, et che pur si pigli un altra Chiesa, et habitatione fuora[a] [?] doue possano administrar li Sacramenti ritenendo la liberta de Nostra Compagnia et in questo modo non accadera che si parta el Padre Guillelmo[1] de Augústa ma che .V. R. li dia quelli boni ricordi che li pareranno.

Circa la mutatione delli Rettori de Dilinga, et Jngolstadio si potra suspendere se lo fa bene quel de Dilinga[2], qua pur pareua buon disegno che il Dottor Theodorico[3] ui andasse in Dilinga ad Tempus. Circa el Padre Joan Anglo[4] si scriuira al Prouincial della Jnferior Germania[5] che si non li pare al proposito li diano licentia.

Si è dato all' Jnquisitorj[6] un memoriale sopra il concedere nella lingua uolgare li libri del nouo Testamento et altri che trattano de controuersie à quelli de fuora della Compagnia che si confessano da noj[7], non hauemo ancora resposta, ma intendiamo pur che si prouede quanto à quel altro abuso delle uniuersita de Jtalia del qual scrisse V. R.[8]

Quanto à nostri confessorj tutti possono hauer la faculta de absoluere de Haeresia, siano pur instrutti quelli che non sono molto pratjchi del far abiurar li errorj[b] in quel foro della Conscientia, se pur fossino altri casi reseruati in Bulla coenae non[c] hanno faculta altri che Prouinciali et Rectorj[9].

Li Pasquilli et altri libelli famosi che Jllirico, et altri hereticj de nome spargono contro di noj non sarebbe male che .V. R. cele mandasse conla commodita pero, à Roma[10].

Procurisi siano reuocati di quella sua missione li Padrj Martino, et Scorrichio[11], et l' ultimo è bene attenda à studiare doue non è

a) *Sequitur* del, *a librario oblitteratum; qui etiam v.* fuora, *puto, oblitterare debuerat.* b) *Sequitur* quando, *a libr. oblitt.* c) *Sequitur* l', *a libr. oblitt.*

---

[1] Elderen. [2] P. Henricus Dionysius.

[3] P. Theodoricus Canisius, rector ingolstadiensis.

[4] Ioannes Cox, „Anglus, prouinciae Wintonensis" (Winton), fere 25 annos natus, sacerdotio initiatus, in universitate lovaniensi theologiae baccalaureus creatus erat, cum 2. Novembris 1562 Tridenti in Societatem admissus est; Romam ad theologiam absolvendam missus, multum ibi aegrotabat; quare aestate anni 1563 de eo Oenipontem vel in aliam Germaniae urbem mittendo agebatur; atque aliquamdiu eum Oeniponte degisse ipsius scripto constat (Epp. *Nadal* II 126 250 283 292 307 319 364 561). Cf. supra p. 129. [5] P. Everardo Mercuriano.

[6] Supremus inquisitor erat Michaël cardinalis Gislerius O. Pr. (postea S. Pius V.).

[7] De hac re vide supra p. 674[6]. Ioannae, Philippi II. Hispaniae regis sorori, S. Franciscus Borgias a. 1554 per S. Ignatium facultatem pontificiam impetravit sacram Scripturam hispanice versam legendi (Cartas de *San Ignacio* IV 384. *Polancus*, Chronicon V 541). [8] Vide supra p. 653—654. [9] Vide supra p. 533[3] 601.

[10] P. *Theodoricus Canisius* Ingolstadio 11. Octobris 1564 Romam ad Lainium de Flacio Illyrico *scripsit: „Aeditus est ab Jllyrico libellus contra capita nonnulla Catechismi P. Canisij, Titulus vero libelli est . Ethnica doctrina IESVITARVM". Quibus verbis *Polancus* *ascripsit: „mittant hunc commode" (ex autographis. Cod. „G. Ep. V" f. 188). Plura de hoc libro v. infra monum. 596.

[11] Martinus Stevordianus et Georgius Schorichius, in Bavariam inferiorem missi; v. supra p. 685.

conosciuto per predicatore, et se si obtenessi licentia[1] non sarebbe forse male che uenesse à Roma l' anno che uiene, pur in questa inuernata potra prouar como li riesce il studio di la in Jngolstadio ò dilinga.

Le noue che .V. R. scriue del Turco in parte si sono anche udite qui, uolontierj intenderemo se altro se sapra di la sopra di questa materia[2].

Jl Padre Don Luygi[3] aspettamo qui alla giornata con Joanni ulmense ilquale sera uoluntierj accettato nel Collegio Germanico, altri tre che menaua[a] seco detto Padre Don Luigi intendiamo l' habbia rimandato indietro, non potendo loro passare in Jtalia, per rispetto della fama della peste de Alemagna[4], et detto P. Don Luigi[b] non passò senza pericolo per certe montagne, se si trouassi qualche uia[c], de incaminarli, credo che V. R. hauera cura et specialmente se li raccomanda l' andata del Padre Couiglione peril Friuli paese de Venetiani, doue sta quel loco che si uol dare alla Compagnia chiamato il Muraio de uilla de Cordignano[5] et é di messer Antonio Altano fundator di quella opera, senon potessi passare fin' à Padoa ò Venetia, forsa potrebbe andar dritto al detto loco che sara una giornata et piu discosto di Venetia.

Il bon mastro Guglielmo Jnglese non grauera li Collegij de Germania, perche de quel di padoa sene andó al Collegio del Cielo, V. R. lo faccia raccomandare à Dio N. Signore[6] . Li altri sollicitando il Padre maestro Natale, si erano mandati in fora di qualchuno alquale l' aria di queste[d] bande non si confaceua, et non si sapeua che i nostri d' Jspruch et de Maguntia douessino grauare li Collegij di Bauaria, nelli quali se non possono stare commodamente tutti, si potrebbe pigliare qualche casa uicina et il Collegio de Jspruch douera pagare le spese delli soi dispersi . sia raccomandato à V. R. Vualtero[7] scoto per amor del suo fratello il D. Emundo.

Molto compatiamo alla infirmità de maestro Alfonso[8] et oltre de allegerirlo de ogni faticha se fossi espediente la mutatione dell' aria,

a) chemeneua *ap.* b) *Sequitur* uenne, *a libr. oblitt.* c) *Sequitur* credo che V., *a libr. oblitt.* d) *A libr. correctum ex* quelle.

---

[1] Ab Alberto V. duce, qui Schorichium in Bavaria retinere volebat; cf. supra p. 685.

[2] Ioannes Sigismundus Zápolya, Transsylvaniae princeps, in Hungaria adversus Maximilianum II. imperatorem bellabat; cui Solimanum Turcarum imperatorem opem laturum esse dicebant (*Ioh. Graf Mailáth*, Geschichte des östreichischen Kaiserstaates II, Hamburg 1837, 203—204. *Fr. Krones*, Handbuch der Geschichte Oesterreichs III, Berlin 1879, 278. *Turba* l. c. III 282). [3] De Mendoza.

[4] Ex horum numero Godefridus Zott et Guilielmus Lösch erant; v. supra p. 671[7].

[5] Cordignano nunc ad provinciam tarvisinam (Treviso) regni italici pertinet.

[6] His verbis iam tollitur dubitatio, quam de hoc Guilielmo Anglo Pultoviam misso posui supra p. 649[1]. [7] Hay.

[8] P. Alphonsi Guttierez (Pinedani) S. J., logicae professoris in universitate ingolstadiensi.

VR. non lasci di farlo agiutare, poiche la sua uirtù et pieta et dottrina merita sene habbia ogni cura.

Li mandati à Parigi uadino al nome de dio. Quanto á leuare uno delli doi nostri che stano con le Regine[1], à N. P. pareua fossi bene procurar che dessino loro licentia al Padre Hermete, contentandosi col Padre Thirsio . et si uedera VR. che questo si possa far' commodamente, scriua lei, senza usar' pero mezzi troppo uiolenti, o de parte delle Regine, ò uero del medesimo mastro Hermete, ilquale si per conto della peste hauessi paura di uenire in Augusta, potrebbe forsa andar' à qualche altra parte, à far alcun frutto, et cosi forsa potrebbono spargersi[a] altri con molta utilita delle anime per diuersa Castella et una cosa simile si è fatta per occasione della peste, in qualche luogo in spagna, et é riuscito un admirabile frutto.

perla disputatione col principe palatino[2] pare bene à N. P. si aspetti il consenso di S. Santità et quando quella si contenti si scriuera cio che pare á N. Padre circa li compagni de VR.

quelli denari che V. R. manda per certi scrittori, staranno à requisitione del Padre Natale . delli conti delli uiatici mi rimetto al Padre Petrarcha[3].

Dice VR de 3. Rhetorici non trouarse senon[b] uno, il 2º pero é il mastro Bernardino[4] della Valtelina, del 3º mi remetto à quello che gia fu scritto, forse sará mastro Gerardo[5] che doueua uenire de Fiandra, ma gia non sara troppo necessario.

Il P. Lucio Croce non si po mandare in Jngolstadio, et senza quello lo potrano ben passare al modo che si è scritto.

Hoggi son cominciate le disputte Theologice che precedono la renouatione delli studij, ne altro occorre giunger per questa, senon che le Conclusioni istesse si mandaranno peril Corriero ordinario[6], La Jnclusa per Cristoforo alunno[c] del Collegio Germanico[7] si è raccomandata al Rettore di Jngolstadio[8], alquale et ad altri si scriuera quando ci sara piu tempo . N. P. et tutti ci raccomandiamo molto alle[d] orationi et sacrificij de VR. et de tutta sua Prouincia, di Roma li .20. di ottobre .1564.

Canisius Lainio respondisse videtur 4. Novembris 1564.

a) spargesi *ap.* b) non trouarseLon *ap.; cf. supra p. 683.* c) à l' uno *ap.* d) *Vel* nelle; *obscurius scriptum.*

---

[1] PP. Ioannes Dyrsius et Hermes Halbpaur Meranae apud reginas versabantur.

[2] Cum Wolfgango Palatino, duce neoburgensi etc. et Lutheranorum patrono; v. supra p. 682.

[3] De P. Francisco Petrarcha S. J. cf. *Can.* III 213—214 etc.

[4] Guana; v. supra p. 647[8].

[5] Gerardus Gerardinus; v. supra p. 649.

[6] De his thesibus v. infra p. 714—715.

[7] Christophoro Rastperger? Cf. *Can.* III 48 192[5] 203—204.

[8] P. Theodorico Canisio.

1143. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu.
Dilinga 20. Octobris 1564.

Ex epistulae Polanci apographo eodem tempore scripto, quod est in Cod. „Germ. 1561" f. 205[b], et ex apographo A litterarum Canisii, de quo infra p. 711, et ex libello, de quo supra p. 585.

Epistula usus esse videtur *Sacchinus*, Can. 213—214, et Hist. S. J. II, l. 8, n. 106.

De pace cum Capitulo augustano inita, novis sacerdotibus etc.

Polancus nomine Lainii Roma 7. Novembris 1564 Augustam ad Canisium scripsit: „L'ultima de .V. R. è de .20. del passato, et hauemo uisto la resolutione del Capitulo laquale ci è parsa buona" etc. Easdem litteras suas Canisius ipse commemorat, cum Augusta 4. Novembris 1564 Romam ad Lainium scribit: „Putabamus superatam esse crucem Augustae, quia cessissemus bonis Canonicis ac eorum templo, ut alias perscripsi"; et in eadem epistula, paulo supra, de PP. Stephano Liberio, Gasparo Haivodo, Petro Hernath: „Hos enim sacerdotes tres novos habemus, ut antea scripsi, Dilingae". Aliunde autem (v. infra, monum. 501) constat, Canisium 20. Octobris 1564 Dilingae fuisse; atque in antiquo illo epistularum canisianarum indiculo (cf. supra p. 585) refertur, Canisium m. Octobri 1564 epistulam aliquam Dilinga ad Societatis moderatores romanos dedisse, neque alia huiusmodi epistula comparet, nisi ea, quam dixi.

Certum igitur est, Canisium 20. Octobris 1564 Lainium de pace eo ipso die Dilingae opera Ottonis cardinalis Augustani inter ipsum et legatos cathedralis capituli augustani composita certiorem fecisse; cuius pacis tabulas ponam infra, monum. 501. Hic tantum noto, praecipuas pacis condiciones has fere fuisse, ut Canisius in ecclesia cathedrali contionatoris munus retineret, ita tamen, ut urbe non abiret nisi decani permissu et altero, qui pro se contionaretur, substituto; ut Socii sacramenta paenitentiae et eucharistiae in templo cathedrali et ecclesiis ad illud pertinentibus ministrare omnino desinerent; quid tamen Sociis permittendum esset aliis locis, capitulum cardinalis arbitrio permitteret.

Scripsit etiam Canisius, collegium dilinganum iam tres novos habere sacerdotes, Magistros Stephanum Liberium, Gasparum Haivodum, Petrum Hernath. Ad quae haec adnoto: In brevi quadam *„*Historia* Collegij Dilingani Societatis Iesu", quae sub exitum a. 1572 Dilingae scripta, Romam ad Societatis vicarium generalem missa est, narratur: Die 16. Octobris (qui erat dies festus S. Galli) 1564 Dilingae ab ipso cardinale Ottone Petrum Hernath, Ioannem Rabenstein, Gasparum „Heyuodum" sacerdotio initiatos esse (Cod. „Ass. Germ. Fund. I" f. 46[a]). Ubi tamen Ioannem Rabenstein perperam pro Stephano Liberio positum esse, tum ex Canisii litteris, tum ex **Actis* universitatis dilinganae intellegitur; in his enim notatum est, Dilingae 1. Septembris 1564 astantibus cardinale Ottone, archiepiscopo hiberno [Richardo Creagh, archiepiscopo armachano], aliis proceribus a P. Henrico Dionysio S. J. rectore academiae Rabensteinium Societatis Iesu „presbyterum" et physices in universitate professorem cum aliquibus aliis baccalaureum theologiae creatum esse (Cod. diling. „Acta ac. Dil." 68).

Canisii litterae perisse videntur; de quibus vide plura in Polanci epistula, quam supra dixi; hac enim Lainius Canisio respondit.

1144. CARDINALIS **STANISLAUS HOSIUS**, episcopus princeps varmiensis, CANISIO. Heilsberga 21. Octobris 1564.

Archetypis litteris 20. Septembris 1564 a Canisio ad Hosium datis manu eiusdem temporis adnotatum est, ad eas, „Heilspergae" 18. Octobris 1564 Hosio traditas, 21. Octobris responsum esse (v. supra p. 665); quo die Hosius Heilsbergae moratus esse videtur (Eichhorn, Hosius II 178 179). Hosii autem epistulam non inveni.

Martino Cromero (v. supra p. 605[1]) *Hosius* „Heilssperg“ 23. Octobris 1564 *scripsit: „Si te meus hic tabellarius in aula reperiet, accipies ab eo literas, et in Vrbem, et ad Canisium scriptas, et vt recte perferantur curabis“ (ex autographo. Cod. cracov. „60“ p. 563).

1145. P. IOANNES VISCHER S. J. CANISIO.

Monachio inter d. 16. et 27. Octobris 1564.

Ex epistulae Canisii apographo, de quo infra p. 706 dicetur.

Locum mutare et magister creari vult.

Canisius Augusta 28. Octobris 1564 Romam ad Lainium haec scripsit de P. Ioanne Vischerio (Piscatore) S. J., in collegio monacensi versante, qui a Lainio, ut ex provincia Germaniae superioris in aliam Societatis provinciam mitteretur, petierat (v. supra p. 687): „Scribit ad me P. Vischerius[a] velut sollicitus de loci mutatione. Hortor illum ut quietus maneat Monachii, et quae sunt vocationis curet. Adspiravit ad Magisterii gradum, et nescio quid sublimius sentire de se videtur. Parum sane praestare potest.“ Vischerii litterae perierunt.

1146. P. ALOYSIUS DE MENDOZA S. J. CANISIO.

Tridento (ut videtur) sub 23. Octobris 1564.

Ex apographo epistulae Canisii, de quo infra p. 706 dicetur.

Se et comites collegio germanico destinatos ob pestilentiam Italia prohiberi.

Canisius Augusta 28. Octobris 1564 Romam ad Lainium haec scripsit de P. Aloysio de Mendoza S. J., qui ineunte fere m. Octobri 1564 Dilinga Romam versus profectus erat atque eodem adulescentes aliquot, in collegium germanicum recipiendos (ex quorum numero erant Ioannes Ulmensis et Godefridus Zott atque Guilielmus Lösch; v. supra p. 671[1]), perducere volebat, sed tunc quidem propter pestilentiam Germaniam urentem Italiae ingressu prohibebatur (cf. supra p. 699): „Nunc scribit ad me P. Aloysius, se nulla ratione progredi posse, sed Tridento redeundum videri, etsi hoc invitus faciat. Remisit ergo D. Zotti filium et famulum; redierunt et alii qui ad Collegium Germanicum iter instituerant. Veneti bonis exuerunt, adeoque suspenderunt quosdam in Italiam penetrantes. Sed P. Aloisius ex Tridento in Urbem haud dubie scripsit.“

Ex Canisii epistula, quam dixi, patet, eum inter scribendum Mendozae litteras accepisse; quare has sub 23. Oct. 1564 Tridento datas esse conicio; cf. supra p. 333[2].

1147. ERASMUS VOLCKERUS S. J., rhetorices et litterarum graecarum in universitate dilingana professor, CANISIO.

Dilinga inter 21. et 27. Octobris 1564.

Ex apographo, quod sub a. 1886 ex autographo excriptum est; litterae ipsae in 4° (2 pp.) sunt; in p. 4. manu antiqua (Canisii?) scriptum est: „M. Erasmi Saxonis ad suum provintialem scriptum“; „Postscriptum“ („Summopere“ etc.) in scidula separata (12°; 1 p.) additum est. Litteris ipsis Canisius aliqua ascripsit; quae vide infra p. 710.

Ex Societate dimitti vult; nam se ad „sponsam in uxorem ducendam“ divino praecepto adigi sentit; quae etiamsi forte iam sit mortua, ipse tamen animo est ad ecclesiasticum vitae genus minus propenso, a religioso autem alienissimo. Quare Canisio curandum, ut Roma brevi, qui sibi in docendo substitui possit, mittatur.

† Non opus esset eandem eamque ingratam cantilenam toties jam ante decantatam denuo repetere, nisi ita voluisset Vestra Re-

a) Vicherus *ap.*

verentia. Faciam igitur id, quod jussus sum. Et ut paucis expediam, ad tria haec capita rem totam revoco, ex quibus plane, quis meus sit animus, Vestra Reverentia cognoscere poterit. Primum erit: Quid facere statuerim sponsa adhuc vivente; secundum: quid ipsa mortua; tertium, quid de discessu cogitem.

Quod ad primum attinet: is plane est meus animus, quem alias Vestrae Reverentiae et Patribus Romanis declaravi: nempe ut fidem datam liberem, et sponsam in uxorem ducam. Neque enim video, quo alio modo et Deo et hominibus hujus rei consciis et meae ipsius conscientiae satisfacere possim. Quod si doctores inquiunt, matrimonium religionis ingressu rescindi et professione: verum est id quidem, si sane et recte intelligatur, nempe, quemadmodum iidem doctores asserunt et ratio ipsa dictare videtur, si id fiat cum utriusque conjugis consensu et voto utriusque: quae conditio si desit, non efficitur certe, nisi alia subsit causa, ut dirimatur conjugium, quando id, quod Deus conjunxit, homo non debet separare[1]. Jam si ad casum nostrum veniamus, non video, qua fronte aut qua conscientia possim vota in religione emittere, invita altera conjuge et illa in saeculo permanente, cum praeceptum divinum me cogat, fidei, quam ei dedi, facere satis, ne tanto tempore videar ipsam ludificatus. Neque me illud excusat, quod matrimonium necdum est consummatum: quia consensus utriusque facit coram Deo et hominibus consciis conjuges, sive illi postea consumment, sive ambo castitatis votum Deo nuncupent, ut de quibusdam Sanctis legimus. Illud etiam considerandum venit, quod si mansero in Societate, videbor ei dedisse occasionem et causam praebuisse vel ad committendam aliquam turpitudinis iniquitatem, vel ad nubendum alteri, quorum utrumque est atrox peccatum: cum illud in sacris literis toties damnetur et hoc ab ecclesia, quae non admittit conjugum separationem, nisi penes thorum et cohabitationem[2].

Quod ad secundum attinet: difficile est nunc statuere quicquam; semper tamen, sicut et alias dixi, propensiorem animum habui ad statum saecularem quam ecclesiasticum, non quod illum huic anteponam, sed quia experientia me docuerit, ad hunc quam ad illum minus esse me aptum. Ad religionem autem quantumvis probatam et receptam me ineptissimum comperio et animum habeo longe alienissimum. Video enim, quantae sit molis, in religione bene progredi, cum homo in non hominem sit transmutandus, et satius esset nunquam cognovisse nomen religionis, quam in religione sine regularum observantia vivere. Itaque nolo me tanto discrimini objicere, ne forte in illo mihi sit pereundum.

Quod ad tertium attinet, jam antea novit Reverentia Vestra, me ob aliam causam nullam hic mansisse, nisi ut commode prospiceretur

---

[1] Mt 19, 6; Mc 10, 9.

[2] Vide, quae de hoc Erasmi negotio sub ipsas has litteras dicentur.

meae scholae[1] de alio praeceptore, et ut ego sine offensione discipulorum abire possem. Existimavi autem, id quam commodissime fieri posse in renovatione studiorum, sive ea fiat circa Pascha[2], sive circa festum Sancti Hieronymi[3]. Ac proinde commisi Vestrae Reverentiae, ut commode tractaret hoc negotium et me dimitteret, quando vellet. Arbitror tamen, commodissime fieri posse proximo Paschatis tempore, cum negocium ipsum moram non admittat . Ex his, puto, cognoscet Vestra Reverentia meum animum; quae eo liberius scripsi, quia ipsa ita voluit et jussit.

† Summopere rogatam velim Vestram Reverentiam, ut meo nomine Romam scriberet serioque negocium tractaret, ut mature aliquis, qui mihi in legendi munere succedat, possit mitti . Nam et ego non satis recte valeo (quia meum apostema his diebus rursum coepit intumescere), et aegre certe meo munere fungor, et Vestra Reverentia ipsa potest judicare, rem meam non pati moram ad autumnum, propter varia expedienda negocia, quae certe difficile esset rejicere ad hyemis difficultates. Erasmus.

Hanc epistulam (cui nec locus nec tempus ascripta sunt) ab Erasmo Volckero S. J. ad Canisium datam esse ante 28. Octobris 1564 intellegitur ex Canisii litteris ipso illo die Augusta ad Lainium datis, quibus Canisius hanc Erasmi epistulam adiunxit; neque vero ante 20. Octobris data esse videtur; nam eo die Canisius Dilingae versabatur indeque Lainio scripsit; tunc igitur si Erasmi epistulam iam habuisset, eam, puto, etiam cum suis litteris Romam misisset; nam negotium urgebat.

Erasmo isti, qui Canisium et theologos „romanos" de rebus theologicis edocere conabatur, res sane haud ita prospere successit. In Societatis tirocinium intraverat ille anno 1559 (v. supra p. 528), atque tum ex Societatis legibus et consuetudine, tum maxime ex iis, quae Canisius sub 28. Octobris 1564 sua manu his Erasmi litteris ascripsit (v. infra p. 710), certum efficitur, eum in Societate „vota scholasticorum", quae vocantur, (perpetuae paupertatis, castitatis, oboedientiae etc.) nuncupasse; quae qui nuncuparunt, vere ex eorum, qui iure canonico „religiosi" censentur, numero sunt sive ad ordinem religiosum pertinent[4]. Modo vero, „ut fidem datam liberaret, sponsam in uxorum ducere" volebat. Sponsalia igitur fecerat, antequam Societatem ingrederetur. At sponsalia, ut *Dominicus Soto* O. Praed., illorum temporum aequalis, loquitur, „legitime dirimuntur per ingressum religionis" (Commentariorum in Quartum Sententiarum T. II [Venetiis 1570, f. 52[b]] dist. 27, q. 2, a. 5), sive, ut ante ipsum *S. Thomas Aquinas* dixerat, „per mortem spiritualem", „scilicet cum quis ad religionem confugit" (In IV. Sent., dist. 27, q. 2, a. 3 ad 1). Atque ita doctores omnes tradunt, neque ulla ratione hi condicionem illam Erasmi adiungunt: „si id fiat cum utriusque coniugis consensu et voto utriusque"; immo planis verbis contra dicunt, ut antiquus ille et praeclarus sacrorum canonum magister *Gratianus* in

[1] Volckerus in universitate dilingana rhetoricam et litteras graecas tradebat; v. supra p. 639 675 et infra p. 710.

[2] Id a. 1565 die 22. Aprilis futurum erat. [3] Circa d. 30. Septembris.

[4] *Gregorius XIII.* postea (in Bulla „Ascendente Domino" Romae 25. Mai 1584 data) sollemniter definivit, omnes, qui in Societate „biennio probationis peracto" vota illa paupertatis, castitatis, oboedientiae perpetuae „tametsi simplicia" emisissent vel emissuri essent, „vere et proprie religiosos fuisse, et esse, ac fore, et vbique semper et ab omnibus censeri, et nominari debere" (*Litterae* apostolicae Societatis Iesu 236—237. *Bullarium* Romanum VIII 463, § 21).

Decreto: „Sponsi sponsarum suarum non exquisito consensu continentiam valent profiteri“ (c. 26, C. xxvii, q. 2); et *Petrus Lombardus* in Libris Sententiarum ea aetate usitatissimis: „Liquet licere sponsis sine consensu suarum sponsarum, et e conuerso continentiam profiteri (Sententiarum libri IIII, Parisiis 1564, f. 355ª [l. 4, dist. 27, G]). Atque etiamsi forte Erasmus ea, quae minus proprie vocantur, sponsalia fecerat sive feminam illam per verba „de praesenti“, ut dicunt, non „de futuro“, sive per ea verba quibus iura coniugalia traduntur, non solum promittuntur, uxorem sibi delegerat (quod ne fieri posset, nisi coram parocho et testibus, ante decretum illud tridentinum [v. supra p. 389] nondum erat sancitum), et si postea (saltem si proximo bimestri tempore) Societati nomen dederat, in eadem manere debebat, nisi qua singularis prorsus ratio aliud exigebat; manere, inquam, debebat et curare, ut vel ipse suo tempore ad sollemnem trium vel quattuor votorum professionem admitteretur, vel matrimonium suum a summo pontifice solveretur. Nam ita in matrimonio rato quidem, sed nondum (per concubitum) consummato erat; porro ad huiusmodi quoque sponsos Gratiani et Lombardi, quas modo memoravi, sententias spectare, ex rationibus, quibus easdem confirmant, intellegitur; atque Gregorius IX. in corpus Decretalium recepit sententiam illam *Alexandri III.:* „Post consensum legitimum de praesenti, licitum est alteri, altero etiam repugnante eligere monasterium (sicut sancti quidam de nuptiis vocati fuerunt) dummodo carnalis commistio non intervenerit inter eos, et alteri remanenti (si commonitus continentiam servare noluerit) licitum est ad secunda vota transire“ (c. 2. X, l. 3, tit. 32); quare *Concilium tridentinum* definivit: „Si quis dixerit, matrimonium ratum, non consummatum, per sollemnem religionis professionem alterius coniugum non dirimi, anathema sit“ (Sessio XXIV, de sacram. matr. can. 6); coniugibus autem ad deliberandum, num ita matrimonium solvi velint (sive iure divino et ab ecclesia proposito, sive potestate a Deo ecclesiae tributa solvi dicatur), ab ecclesia concessi sunt proximi duo post matrimonium initum menses [1], iique ex constitutione eiusdem *Alexandri III.*, quae et ipsa inter Decretales Gregorii IX. (c. 7, X 3, 32) relata est (cf. etiam *S. Alphonsum de Ligorio*, Theologia moralis l. 6, n. 958); quamquam erant, qui etiam post bimestre illud tempus transitum ad ordinem religiosum non solum „validum“, sed etiam licitum esse affirmarent; ut *Thom. Sanchez* S. J., De sancto Matrimonii Sacramento I², Venetiis 1693, 137 (l. 2, disp. 24, q. 6). Ipse autem *Canisius*, quicquid tandem de postrema hac quaestione sentiebat, hoc Augustae ex sacro ecclesiae cathedralis suggestu ipsius huius anni 1564 die 27. Decembris, quo S. Ioannis Evangelistae memoria recolitur, *affirmare non dubitavit: „Habent virgines pulchrum in Ioanne exemplum ad contemnendas nuptias et carnales voluptates. . . . Sic adhuc obseruatur in Ecclesia, quod separarj possit sponsus a sponsa volens religionem intrare uel perfectus fierj Christj discipulus si matrimonium non consumetur“ (ex commentario contionis, ab ipso Canisio recognito. Cod. otting. „Lib. Can.“ f. 79ᵇ).

De solo igitur matrimonio rato et consummato dici possunt, quae Erasmus de sponsalibus vel de matrimonio rato non consummato asserit: „Ecclesia non admittit conjugum separationem, nisi penes thorum et cohabitationem.“ Atque de huiusmodi tantum maritis pontifices olim constituerant, ne in ordinem religiosum reciperentur, nisi uxore quoque ad vitam religiosam transeunte vel, si eius esset aetatis, ut sine suspicione incontinentiae extra monasterium vivere posset, saltem continentiam vovente, atque ut mariti ad uxores redire cogerentur, si sine earum consensu religiosam vestem induissent (*Gregorius Magnus*, Epistolarum l. 11, n. 50 [alias 44] apud *Migne*, PP. LL. LXXVII 1169; etiam in Decreto *Gratiani* c. 21, C. xxvii, q. 2; *Alexander III.* et *Innocentius III.* in Libro Decretalium *Gregorii IX.*, c. 4 et 13, III 32). Ac *S. Ignatius* planis verbis sanxerat, ne quisquam, cum matrimonium consum-

[1] Ita fit, ut „Sponsalibus, etiam de praesenti, insit haec tacita conditio, ‚nisi Religionem intravero‘“: *Vit. Pichler* S. J., Summa Jurisprudentiae Sacrae universae (Ed. 3, Augustae Vindelicorum 1733) II 19.

masset, uxore non consentiente in Societatem ulla ratione admitti posset (Constitutiones S. J. P. 1, c. 3, n. 6, F). Haud igitur prudenter Erasmus iste verba illa Christi „Quod Deus coniunxit, homo non separet" (Mt 19, 6. Mc 10, 9), quae de matrimonio humana auctoritate non dirimendo sunt, ad sponsalia sua traducere conatus est, quae divina auctoritate per professionem religiosam dirimebantur. Debuerat ille potius meminisse, de votis suis religiosis dicta esse verba illa sacrae Scripturae: „Si quid vovisti Deo, ne moreris reddere; displicet enim ei infidelis et stulta promissio; sed quodcumque voveris, redde" (Eccle 5, 3). Et haec de primo capite litterarum erasmianarum; reliqua adnotationem non merentur. Recte prorsus Canisius (v. infra p. 707) in hunc hominem verba illa Scripturae transtulit: *„Occasiones quaerit, qui vult recedere ab amico"* (Prv 18, 1). Simul tamen fateamur oportet, ipsa illa sponsalia ratumve matrimonium causam esse potuisse, propter quam Erasmus ex Societate per eiusdem moderatores, siquidem discedere ipse vellet, facilius posset dimitti.

1148. P. DOMINICUS MENGINUS S. J., magister noviciorum provinciae S. J. Germaniae superioris. CANISIO.

Monachio sub exeuntem m. Octobrem (ante d. 28.) 1564.

Ex apographo epistulae Canisii, de quo infra n. 1149 dicitur.

Sigismundum Dominatium vix a se posse emendari.

Canisius Augusta 28. Octobris 1564 Romam ad Lainium scripsit de Fr. Sigismundo Dominatio S. J. et de P. Dominico Mengino S. J. (v. supra p. 529 601): „Sigismundus Dominatius permultum quoque negotii facessit. . . . Missus est Monachium et inter novitios locum accepit, cum Dilingae intollerabilis videretur. Nunc scribit ad me P. Dominicus Magister novitiorum, difficile videri prorsus hunc emendare puerum, ut qui plenus sit propria voluntate, immortificatione, pigritia, et nescio quibus aliis vitiis assuefactus."

Dominatius postea ad meliorem frugem rediit; v. Epp. *Nadal* III 255 260 265—266.

1149. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 28. Octobris 1564.

Ex apographo epistulae, quod sub a. 1860 a P. Iosepho Boero S. J. ex apographo recenti et in Cod. „E. C. I" n. 142 posito exscriptum, sub annos 1892 et 1902 cum eodem apographo collatum est, et ex apographo adnotationis a Canisio litteris Volckeri additae, quod sub a. 1885 ex autographo exscriptum est.

Particulam epistulae posuerunt: *Sacchinus*, Can. 216; *Riess* l. c. 343—344 (germanice); *Boero*, Can. 278 (italice); *Michel* l. c. 290 (gallice). Epistula usus esse videtur *Sacchinus* etiam Can. 214—215 et Hist. S. J. II, l. 8, n. 106.

Epistulae haud recte perferuntur; pretia vecturae; difficultas pecuniaria. Socii in Varmiam profecti. Fr. Volckerus Dilingae corpore tantum in Societate versatur. Fr. Bosch Dilinga venit, ut ianitoris officio levaretur, homo solis litteris incumbere volens, praefectis molestus, ex Societate dimittendus. Fr. Dominatius Monachium ad novicios amandatus, vitiis vix potest liberari. P. Mendoza, cui et cardinalis Augustanus et Canisius multa commiserunt Romae exponenda, per pestilentiam Italia prohibetur. Eadem de causa P. Cuvillonio Oeniponte manendum. Bohemiae concessio calicis infesta est. Canisius de moderandis laboribus monitus valde se demittit. Iuvenes, quominus in collegium germanicum veniant, pestilentia impediuntur. Aliqui Italiam ingressi severe sunt puniti. P. Vischerium, qui alio mitti cupit, Monachii mores emendare oportet. Augustae Socii iam in templo S. Catharinae confessiones excipiunt; quibus propterea novae aedes sunt quaerendae. Canonici Canisium ad mensam invitant. Orandum pro matrona in Socios beneficentissima, vita functa. Canisius litteras mittit Fr. Volckeri; qui vota renovare noluit et brevi dimittendus est.

Pax Christi admodum Reverende Pater

Accepi 7. hujus mensis datas cum aliis quae novo Provinciali prope Rhenum[1] et P. Lamberto[2] nec non Colonien. destinabantur. Dolemus autem nos toties falli cum litteras procuratori Cardinalis[3] damus; et hae[a] tamen per D. Olgiatum[b] isthuc[c] perferuntur[d] [?]. Feremus[e] sumptus hinc emergentes, etsi non minus aliorum Collegiorum quam[f] hujus Provinciae litterae soleant[g] collectae transmitti[4]. De aliis sumptibus nescimus quem admonere procuratorem debeamus. Saepe scripsi in quas sumus angustias modo redacti, hac insperata fratrum multitudine, quibus alendis tam multa sunt necessaria. Paulatim vero de solvendo curabimus[h], Deo adjuvante.

Scribunt e Praga nobis, Colonienses advenisse patres, jamque mitti eos in Prusciam[i] [5], non expectato amplius D. Henrico[6]. Scribunt et Colonienses de illorum aut forte aliorum in Prusciam quoque[k] discessu. Faxit Dominus[l] ut salvi ad novum perveniant Collegium, atque satisfaciant optimi Cardinalis[7] expectationi.

Adjunxi litteras M. Erasmi Saxonis ad me datas[8], quae satis ostendunt verum esse illud, occasionem quaerit qui vult recedere ab amico[9]. Manet ille nobis corpore, sed animo jam diu a nostris discessisse videtur, nec facile sinet, ut arbitror se invitum diutius quam ipse statuit hoc est ad festa usque Paschatis detineri. Igitur cupio scire, quomodo sit ille tractandus qui nihil boni spiritus prae[m] se ferre videtur, et tantum studiis immersus est.

Venit huc Leonardus Boschius[n] [10], quod cuperet ad me mitti a suo Rectore Dilingensi, nec alia quidem de causa, nisi quod absolvi postulat a munere janitoris. Multa sumus in hoc fratre experti remedia; missus ad peregrinationem fuit, ad exercitia rediit, publice reprehensus

a) *Ita legendum esse puto; in ap. vel* et hac *vel* et hae *correctum est ex* hae; *cf. supra p. 686.* b) *In ap. corr. ex* Olgiati. c) *Ita ap.* d) *In ap. ex* perferuntur *correctum est* perferri; *legendumne* perferri curantur *vel* perferri iubentur? e) Ferremus *ap.* f) *In ap. ex* quam *corr. est* quae! g) *In ap. ex* soleant *corr. est* solvant; *cf. infra adnot. 4 huius pag.* h) *In ap. ex* curabimus *corr. est* curabamus! i) *In ap. corr. ex* Prussiam. k) *In ap. supra versum scriptum.* l) *In ap. corr. ex* Deus. m) *In ap.* per *corr. est ex* pre! n) Bostrius *ap.; vide infra adnot. 10.*

---

[1] P. Antonio Vinck. [2] Auer S. J., rectori collegii moguntini.

[3] Procuratori Ottonis cardinalis Augustani; videtur autem romanum procuratorem (Antonium Lorenzinum?) significare; cf. supra p. 359[9] 615.

[4] Polancus Augustam ad Canisium non solum epistulas collegiis dilingano, ingolstadiensi etc., quae ad Societatis provinciam „Germaniae superioris" pertinebant, destinatas, sed etiam epistulas collegiorum treverensis, moguntini etc. uno fasciculo collectas, mittere solebat (cf. supra p. 610 651 675); pro quibus omnibus Canisium vecturae pretium solvere necesse erat.

[5] In Varmiam, ad collegium Braunsbergae incohandum; v. supra p. 641.

[6] Dionysio. [7] Stanislai Hosii.

[8] Vide, quae de his Erasmi Volckeri litteris sub ipsam hanc epistulam dicentur.

[9] Prv 18, 1.

[10] Leonardus Boschius (de quo *Can.* III 494 495) „ad studendum propensissimus" Dilingae physicam (aristotelicam) audiebat: * *Catalogus* collegii dilingani 1. Ianuarii 1565 scriptus. Cod. „GSC 66" f. 375[b].

et privatim admonitus saepe. Pergit tamen suo more litteris incumbere, atque sic valde offendit valetudinem, recusat aliis ministeriis operam dare, duri et indomabilis est fere ingenii, valde gravis superioribus, et de quo nullam fere utilitatem societati promittere possumus. Putarim ejusmodi homines, qui nobis valde sunt oneri et inutiles, posse dimitti, priusquam in graves morbos labantur.

Sigismundus [1] Bohemus permultum quoque negotii facessit. P. Aloisius [2] sollicite in morbis illius curandis laboravit, sicut et alii confessarii. Missus est Monachium et inter novitios locum accepit, cum Dilingae intollerabilis videretur. Nunc scribit ad me P. Dominicus [3] Magister novitiorum, difficile videri prorsus hunc emendare puerum, ut qui plenus sit propria voluntate, immortificatione, pigritia, et nescio quibus aliis vitiis assuefactus. Unde judicet R. P. T. quid remedii talibus possemus [a] [?] adferre, quos neque Roma correxit, neque frequentes et seriae admonitiones ad meliora permovere possunt. Oret pro illis et nobis R. P. T.

Scribitur ad nos de P. Aloisio, quod cum suis Comitibus [4] Tridento redire cogatur, quia pestis periculum non sinit attingi ditionem Venetorum. Quare si ad nos ille redeat, multa erunt, scribenda diligentius, quae coram explicanda ille acceperat, non a nobis tantum, sed a Cardinali etiam, verum certiora quaedam expectabimus.

Unde tempus ipsum prohibet, quominus D. Cuvillonius in medio pestis Oenipontanae constitutus, nunc mittatur in Italiam, sicut litterae ad illum datae postulant [5]. Credo hac quidem hieme illum Oeniponti posse subsistere, ubi est fratribus consolationi, seque libenter versari scribit.

Adjunxi quaedam de statu religionis in Bohemia [6]; et ex illis facile colligent sapientes, quem fructum, proh dolor, adferat nova concessio de Calice. Ignoscat Deus turbatoribus Religionis Catholicae, qui reliquias catholicismi quantumvis exiguas, in his locis zelo suo nescio quali auferre videntur, ut sathanismus demum occupet omnia.

Propitius sit Dominus P. Emanueli [7], et P. Natali, quos cupimus revalescere.

De moderandis meis laboribus, paternam admonitionem non possum non reverenter amplecti. Utinam ego discretionem virtutum matrem in re ulla tenere possem qui neque mihi neque aliis satisfacio saepe. Sed spero tamen meliora, intercedentibus pro me sanctis patrum precibus apud divinam maiestatem.

De Collegio Dilingensi multa scripsi proxime, et alias plura dicam.

Non venient hoc anno ad Collegium Germanicum, quos mittere sperabamus, quia difficilis est transitus in Italiam ut antea dixi.

a) *Sic ap.;* possimus?

---

[1] Dominatius; v. supra p. 706. [2] De Mendoza. [3] Menginus.
[4] Vide supra p. 690 699. [5] Vide supra p. 695. [6] Haec non repperi.
[7] Saa; cf. supra p. 695.

Nunc scribit ad me P. Aloysius, se nulla ratione progredi posse, sed Tridento redeundum videri, etsi hoc invitus faciat. Remisit ergo D. Zotti filium[1] et famulum; redierunt et alii, qui ad Collegium Germanicum iter instituerant. Veneti bonis exuerunt, adeoque suspenderunt quosdam in Italiam penetrantes. Sed P. Aloisius ex Tridento in Urbem haud dubie scripsit. Scribit ad me P. Vischerius[a] velut sollicitus de loci mutatione[2].

Hortor illum ut quietus maneat Monachii, et quae suae sunt vocationis curet. Adspiravit ad Magisterii gradum, et nescio quid sublimius sentire de se videtur[b]. Parum sane praestare potest. Unde non arbitror illum hac hyeme mittendum esse aliquo, sed ad perfectiora[3] potius adducendum.

Nunc effectum est Augustae per Cardinalem, ut nobis contigerit templum apud D. Catharinam, quod est Monialium[4] et Caesaris quoque, cum agit hoc loco et amplum satis. In eo templo caepimus jam confessiones audire[5]. Gaudet Domina Fuggera[6] se ab eo templo non procul abesse et sperat brevi fore, ut vicinam habitationem inveniamus. Procul ab Ecclesia Cathedrali templum hoc[c] distat, ut idcirco domicilium mutare cogamur et templo propinquiores esse. Faxit Dominus[d] ut haec mutatio, quae nonnullos offendit, bene cedat. Canonici ad suas mensas me invitare caeperunt, ut veterem in me benevolentiam declarent post Dilingensem illam concordiam[7]; quamquam illis molestum erit ut arbitror, cum alibi paratam nobis messem et liberam sacramentorum administrationem esse compererint. Commendamus nos plurimum sacrificiis et precibus R. P. T. ac patrum fratrumque omnium ut Domini voluntatem intelligamus et faciamus. Augustae ostium magnum est apertum et adversarii multi[8]. Petimus etiam supplicationes fieri pro singulari benefactrice nostra et vere pia matrona, quae paucis abhinc diebus, praesente P. Guilielmo[9] et multis admirantibus religiosam vitam sancto fine conclusit. Requiescat in sancta pace[10]. Augustae 28. Octobris 1564.

Pragenses litteras quia non reperimus, proxime mittemus.

Servus in Christo P. Canisius.

Canisius una cum hac epistula, ut ex ipsa intellegitur, Romam ad Lainium misit litteras paulo ante Dilinga ab Erasmo Volckero S. J. ad se datas una cum „Postscripto" (v. supra p. 703—704), haec adnotans:

a) Vicherius *ap.* b) *In ap. 3 vv. sqq. linea subducta est.* c) *In ap. corr. ex* hoc templum. d) *In ap. corr. ex* Deus.

---

[1] Godefridum. [2] Vide supra p. 687—689. [3] Hebr. 6, 1.

[4] Templum hoc et monasterium erat virginum ordinis dominicani; quibus ad severiorem disciplinam adducendis et ad omnem virtutem instituendis Canisius a. 1562 et 1563 faustam dederat operam; v. *Can.* III 614—615 686.

[5] Coepisse eos existimo 27. Octobris, quae erat vigilia Apostolorum Simonis et Iudae. [6] Ursula, Georgii uxor. [7] Vide supra p. 701. [8] 1 Cor 16, 9.

[9] Elderen. [10] Ps 4, 9.

Haec sua manu scripsit, uti sentit, M. Erasmus Saxo, ac proinde jam bis subduxit sese, occulte tamen, cum reliqui fratres vota communiter coram Provinciale suo renovarent[1]. Res ipsa nondum aperta est . Si dimittendus erit, mature dimitti hominem male religiosum cuperemus, hoc est, ad festum Paschatis[2] potius, quam mense Augusto vel Septembri. Verum successorem illius tum in Rhetorica, tum in Graecis nullum dare possumus ex hac provincia . An vero propterea sit diutius retinendus ille, cupit scire, qui haec scripsit, Canisius.

Ceterum haec Erasmi difficultas et abeundi cupiditas Dilingae adeo occultabatur, ut ne ipse quidem P. *Henricus Dionysius*, collegii rector, eius rationem perspiceret; is enim Dilinga 7. Februarii 1565 Romam ad Borgiam de votis religiosis 2. Februarii a Sociis dilinganis coram Canisio renovatis hoc, praeter alia, *rettulit: „Erasmus . . . non renouauit cum alijs vota qua de causa non mihi, sed Reuerendo p. prouintiali compertum esse existimo (ex autographo. Cod. „G. Ep. VI“ f. 115[b]).

Lainius Canisio per Polancum respondit 27. Novembris 1564.

1150. P. ALOYSIUS DE MENDOZA S. J. CANISIO.

Venetiis (?) sub exeuntem m. Octobrem 1564.

Ex apographo A epistulae Canisii, de quo infra p. 711 dicetur.

Qui Meranae apud reginas sunt Socii, non vivunt ex Societatis instituto.

Canisius Augusta 4. Novembris 1564 Romam ad Lainium haec scripsit de P. Aloysio de Mendoza S. J. Dilinga Romam versus profecto et de PP. Ioanne Dyrsio et Hermete Halbpaur, S. J., qui Magdalenam reginam eiusque sorores Oeniponte ob pestilentiam Meranam abeuntes ipsarum rogatu secuti erant (v. supra p. 684): „Nullas accepimus proxima septimana. Lubenter autem intelleximus P. Aloisium ad Venetos tandem, etsi non sine discrimine, pervenisse. . . Scripsit ad me P. Aloysius offensus illo vivendi more quem repperit in P. Dyrsio et P. Hermete Meranae. Judicat illos ab hujus Instituti ratione deflectere, et nescio quid aliud suspicatur, ut ex eodem cognoscere licebit clarius, quam ego ex litteris percipio.“

Mendoza paulo ante 7. Octobris 1564 Dilinga vel Augusta discessit (v. supra p. 690); die autem 28. Octobris Canisius has Mendozae litteras nondum habuisse videtur (v. supra p. 709). In margine porro epistulae canisianae, quam dixi, hoc loco *manu romana* eiusdem temporis (Polanci?) *notatum est: „Non è [tanto] [?] e pare seguitar il star fuora del collegio. lui l'amonisca.“ Atque ita Polancus Lainii mandatu 27. Novembris 1564 Canisio scripsit.

1151. CANISIUS IOANNI VON DER LEYEN, archiepiscopo et principi electori treverensi.

Augusta Vindelicorum paulo ante d. 5. Novembris 1564.

Ex epistulae a Canisio ad Lainium datae apographo B, de quo infra p. 711.

---

[1] Anno 1564 Socii dilingani vota religiosa coram Canisio praeposito provinciali „renovaverant“ m. Ianuario (d. 16., puto) et 14. Septembris (v. supra p. 441 et infra, monum. 513). Quotquot enim in Societate nondum sunt professi vel „coadiutores formati“, ex Constitutionum praescripto bis singulis annis vota religiosa, quae biennio probationis absoluto primum nuncupaverunt, „renovare“ debent. „Quod quidem“, inquit *S. Ignatius*, „non est obligatione nova se obstringere, sed eius, qua obstricti sunt in Domino, recordari, atque eamdem confirmare“; perpetua enim paupertas, castitas etc. iam in prima illa votorum nuncupatione promittuntur (Constitutiones S. J. P. IV, cap. 4, n. 5; P. V, cap. 4, n. 4 6). Volckerus a. 1559 Societatem ingressus erat; v. supra p. 528. [2] Pascha a. 1565 futurum erat 22. Aprilis.

Nicolaum Servatium ex Societate dimissum ei commendat.

Canisius Augusta 4. Novembris 1564 de Nicolao Servatio luxemburgensi, ex Societate per ipsum dimisso (v. supra p. 595), haec Romam ad Lainium scripsit: „Hodie Nicolaus discedet a nobis, ad Archiepiscopum Trevirensem profecturus, cui commendatur nostris litteris ut ipse rogavit.“

Has litteras vel a Canisio vel ipsius mandatu datas esse facile patet. Servatius, nisi fallor, postremis hisce hebdomadis Augustae Canisii scriptorem egerat (v. supra p. 691—692). Ioannes a Petra sive von der Leyen de religione catholica in archidioecesi treverensi, quam ab a. 1555 Ioannis ab Isenburg coadiutor, ab a. 1556 ad 1567 archiepiscopus rexit, optime meritus, Canisium, si non ante, in comitiis imperii a. 1559 Augustae habitis cognoverat et magni facere coeperat (*Can.* II 376 580—581).

Optabat Canisius, ut Servatio archiepiscopum adituro — archiepiscopi treverenses Confluentibus (Confluentes, Coblenz) sedem habebant — etiam Socii treverenses litteras commendaticias darent; at hi eas dare abnuerunt. Ita enim P. *Antonius Vinck,* provinciae rhenanae Societatis Iesu praepositus, Treveris 14. Decembris 1564 Romam ad Lainium Societatis praepositum generalem de hac re *scripsit, simul etiam factum illud (Can. III 176) Ionae Adler commemorans, qui ex Societate dimissus et ab archiepiscopo treverensi aulae sacellanus vel contionator creatus, gulam sibi praesecare conatus erat et ex fenestra saltum in profundum fecerat (postea certo probatum est, eum mente alienatum ita egisse): „Fu mandato dal Reuerendo P. Canisio a treuere Jl Nicolao seruatio de nittel [1]. Desideraua il .P. canisio che li hauessimo date lettere raccommandatitie al Reuerendissimo Archiepiscopo treuerense per luoi, io monstrai difficulta et l'adhortai ad altra vita che quella della corte, in fine sin ando al Reuerendissimo sensa lettere nostre et quasi in quel medesimo tempo che accadette [a] questo caso del Jona, io mi sono molto contento adesso de non hauerli [b] dato lettere raccommandatitie ne facilmente le daro a simile persone“ (ex autographo. Cod. „G. Ep. VI“ f. 134[a]).

1152. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu.
Augusta Vindelicorum 4. Novembris 1564.

Ex apographo (A) sub a. 1860 a P. Iosepho Boero S. J. scripto, quod sub a. 1887 cum archetypo (2°; 2 pp.; in p. 4. inscr. et sig.) ipsius Canisii manu subscripto et paucis locis emendato collatum est; deest tamen in hoc apographo caput: „Hodie Nicolaus“ etc. usque ad „vix quidem speramus“ incl.

Alterum apographum (B) idque, ut videtur, valde recens, exstat in Cod. „E. C. I“ n. 146. Apographum A sub a. 1902 cum eo collatum et ex eo suppletum est.

Epistula usus est *Sacchinus,* Can. 214—215, et Hist. S. J. II, l. 8, n. 106.

P. Mendoza Venetias advectus. Cardinalis Augustanus. Prima sacra Sociorum dilingensium. Canisius Ingolstadium a cancellario evocatus. P. Pinedani infirmitas. P. Mendoza Sociorum apud reginas versantium moribus offensus. Augustae ecclesiastici ex ecclesia S. Catharinae exturbare student Socios; quibus et catholici et protestantes obloquuntur; clerus sibi metuit a Sociis; hi eucharistia administranda superioribus mensibus abstinuerunt. Duae Fuggerae Sociis peccata confiteri coeperunt et animas omnino tradunt regendas; Ursulae Fuggerae pietas; Georgius Fuggerus missam audire coepit. Alii Sociis dediti. Servatius ad archiepiscopum treverensem humanissime dimissus. Volckerus. P. Avantianus.

a) accadetto *aut.* b) hauerlo *aut.*

---

[1] Nittel, vicus ad Mosellam situs, nunc Borussiae rhenanae.

† Pax christi admodum Reverende pater.

Nullas accepimus proxima septimana. Lubenter autem intelleximus P. Aloisium[1] ad Venetos tandem, etsi non sine discrimine, pervenisse. Is commodus erit rerum nostrarum interpres, ac praesertim de Collegio dilingensi et Cardinali nostro explicabit, quae saepe scripsi ad res nostras bene constituendas plurimum pertinere.

Idem nunc Cardinalis catharro laborat, ut non potuerit primis interesse sacris M. Stephani et M. Gaspari: promisit tamen se cohonestaturum primitias M. Petri Hungari. Hos enim sacerdotes tres novos habemus[2], ut antea scripsi, Dilingae.

Intra biduum proficiscar Ingolstadium, Christo duce, evocatus eo[a] a D. Cancellario[3], et fortasse licebit res nostri quoque Collegii promovere. Dolemus M. Alphonsum[4] ita languere, ut vix revaliturus esse videatur, nisi ad calidiorem aerem transferatur. Non video autem quomodo mitti possit in Italiam ante vernum tempus. Det illi Dominus vitam longiorem ad suam aeternam gloriam.

Scripsit ad me P. Aloysius offensus illo vivendi more quem repperit in P. Dyrsio et P. Hermete Meranae[5]. Judicat illos ab hujus Instituti ratione deflectere, et nescio quid aliud suspicatur, ut ex eodem cognoscere licebit clarius, quam ego ex litteris percipio[b].

Putabamus superatam esse crucem Augustae, quia cessissemus bonis Canonicis ac eorum templo, ut alias perscripsi. Interea vero dum aliud quaerimus et reperimus templum, ubi nobis et aliis liceret commodiorem operam dare sacris, en novae turbae concitantur ab aliis ecclesiasticis praecipue[6]. Nos habere vicinos aegre sustinent, et impedire conantur, quominus liceat nobis in templo S. Catharinae sacramenta dispensare. Nec parva est difficultas in aedibus novis conducendis hoc tempore. Igitur inter spem et metum dubii haerere cogimur, et habemus interim exercendae patientiae occasionem, ubi multi contra nos quasi conspirantes parum candide loquuntur et ob-

a) *Deest in B.* b) *Hic in marg. notata sunt ea, quae posui supra p. 710 in n. 1150.*

[1] De Mendoza.

[2] Stephanum Liberium, Gasparum Haivodum, Petrum Hernath significat; v. supra p. 701.

[3] Ingolstadii universitas labebatur; ad quam iuvandam Canisium cum Simone Thaddaeo Eckio cancellario operam conferre Albertus V. Bavariae dux volebat; v. infra monum. 520 521.

[4] Pinedanum S. J., logices in universitate ingolstadiensi professorem.

[5] PP. Dyrsius et Halbpaur eo cum reginis venerant; v. supra p. 684.

[6] Templo S. Catharinae satis vicina erat ecclesia collegialis et parochialis S. Mauritii; huius praepositus erat Wolfgangus Andreas Rhem; quem in hac re Canisio potius adversatum esse quam favisse ex eo collegeris, quod Rhem — canonicatum is in ecclesia cathedrali habebat — ex illis erat, quos capitulum cathedrale ad causam parochi cathedralis adversus Canisium defendendam delegerat (v. supra p. 657). Decanus capituli mauritiani eo tempore erat Mathias Kager (*Plac. Braun,* Die Domkirche etc. 38—41).

trectant nostris conatibus . Unde ad Cardinalem redeundum erit, qui utinam his incommodis opportuna posset remedia, uti cupit, adhibere. Ego sic arbitror, Clerum Augustanum sibi a nobis metuere, et aegre ferre, quod locum aliquem ad confessionem et communionem sacram in templo ullo reperiamus Augustae. Igitur proximis mensibus a communione[a] dispensanda voluimus abstinere. Mirum profecto in hoc exiguo grege catholicorum ferri non posse catholicos, eosque duos sacerdotes, qui gratis suas praestent operas ad poenitentiam et eucharistiam accedentibus. Hoc unum opponitur, iura parochialia nostris laboribus violari, cum alioquin permixtae sint hoc loco parochiae, ut nusquam fere alibi[b]. Sic probat nos Dominus[1], neque per catholicos tantum, sed et per adversarios, qui contra Iesuitas veluti vagos homines, qui certo in loco consistere nequeant, strenue vociferantur. Placuit interim divinae bonitati cum hac tentatione proventum[2] illum tribuere, ut Dominorum Fuggerorum uxores duae nostris incaeperint confiteri, seque totas permittere[3]. Gaudet idcirco Domini Georgii coniux, quae antehac alium et externum habuit confessarium, et nunc illo relicto se nobis plane subiecit cum mira tum simplicitate tum obedientia, ut in minimis etiam rebus ex nostro praescripto vivere cupiat[4]. Magnos illa progressus in pietate facit, iamque maritum pertraxit ad sacra diebus dominicis audienda, quod hactenus quidem non potuit impetrari.

Videntur aliae quoque personae nonnullae nobis addictiores factae, cum vident ex invidia et odio non obscure conatus aemulorum nobis opponi. Haec fusius dixi, ut maiorem habeat occasionem P. T. pro nobis et adversariis Dominum obsecrandi.

Hodie Nicolaus[5] discedet a nobis, ad Archiepiscopum[c] Trevirensem[6] profecturus, cui commendatur nostris litteris ut ipse rogavit. Vestes, viaticum, et humanitatem omnem abeunti exhibuimus, ut minorem occasionem habeat postea nostris obtrectandi aut Satyrice contra Societatem invehendi. Novimus enim quale sit hominis ingenium. Dominus illi mentem saniorem donet. Nobis quidem illius discessus non

a) concione *B.* b) ut sunt etiam alibi *B.* c) Archiepiscum *B.*

---

[1] Cf. Iob 7, 18; 23, 10. Ps 25, 2; 65, 10. Prv 17, 3 etc. [2] 1 Cor 10, 13.

[3] Harum unam fuisse Ursulam de Lichtenstein, Georgii II. Fuggeri uxorem, Canisii verba proxima ostendunt. Altera fortasse erat Sidonia Isabella, Ursulae filia, vel Sibylla comitissa de Eberstein, Marci III. Fuggeri coniux, vel Elisabeth Nothhaft de Weissenstein, uxor Ioannis II. Fuggeri, vel Catharina Fuggera, Iacobi comitis a Montfort uxor; v. infra monum. 439.

[4] In *litteris Tusculo (Frascati) 29. Iulii 1569 a *Francisco Borgia* Societatis praeposito generali ad P. Paulum Hoffaeum S. J. Germaniae superioris praepositum provincialem datis affirmatur, P. Guilielmum Elderen [Augustae] diu Ursulae Fuggerae a sacris confessionibus et hanc ipsi singulariter deditam fuisse (ex apographo eiusd. temp. Cod. „Epist. [Praepp. Genn.] Germ. Galliae 1567" etc. f. 287[b]—288[b]). Elderen a. 1565 Augusta discessit.

[5] Servatius, qui Dilingae aliquamdiu litteras et humanitatem tradiderat; vide supra p. 711. [6] Ioannem von der Leyen.

est molestus, nisi quod in profitendo multis fuerit gratus et in poesi quoque satis exercitatus. Nunc superest difficile negotium, de quo scripsi proxime cum illius successore M. Erasmo[1] conficiendum, de quo meliora vix quidem speramus.

Commendamus R. P. Tuae D. Andream, quem nondum reliquit febris[2], et alios quosdam aegrotos Provinciae nostrae, tum Augustanam messem et nos ipsos praecipue, ut Patrum sacrificiis et precibus adiuvemur. Augustae 4. Novembris 1564.

Servus in Christo P. Canisius.

Al molto Reverendo in christo Padre Il Padre Maestro Jacomo Laynez, Praeposito Generale della Compagnia di Jesv . Jn Roma.

Lainius Canisio per Polancum respondit 27. Novembris 1564.

1153. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, mandatu Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO (et aliis Societatis Iesu praepositis provincialibus). Roma 7. Novembris 1564.

Ex exemplo (A) archetypo et ipsius Polanci manu subscripto („de V. Reuerentia" etc.), quod Canisio olim missum nunc exstat in Cod. guelpherb. „36. 24. Aug." f. 149.

Exstat etiam apographum (B) idque eodem fere tempore scriptum unius (ut videtur) ex illis exemplis, quae praepositis provincialibus Italiae missa sunt; in quo apographo postrema litterarum pars non comparet; in margine, manu eadem: „Commune per li prouinciali". Cod. „Epistolae Italiae [Praepp. Genn.] 1564 1565" f. 246.

Exstat praeterea apographum (C) eodem tempore scriptum unius ex hispanicis illis exemplis („Comuni"), quae ad praepositos provinciarum hispanicarum missa sunt. Cod. „Epistol. Hispan. [Praepp. Genn.] 1564 1566" f. 37^{b}—38^{a}.

Epistula usus est *Sacchinus,* Hist. S. J. II, l. 8, n. 38 39.

Theses theologicas et philosophicas mittit in collegio romano coram cardinalibus disputatas. Discipulis scholarum latinarum et graecarum praemia expensis praecipui cuiusdam cardinalis distributa sunt. Horum maiorem partem collegii germanici convictores consecuti sunt; quod collegium valde frequentatur. Brevi seminarium cleri romani sub Societatis disciplina incohabitur. Libelli famosi adversus Societatem compositi sunt; quorum auctorem pontifex severe castigabit. In Gallia Societas bene audit tum ob operam, quam P. Augerius Lugdunensibus pestilentia afflictis praestitit, tum ob aliorum Sociorum labores. Germani quoque pestilentia uruntur. Pro quibus Deus est orandus.

Jhesus[a] Molto Reuerendo in christo Padre.
Pax christi . etc.[b]

Qui uanno le conclusioni[3] che alla rinouatione delli studij si sono tenute qui in Roma[4] . quelle de[c] Theologia sostentò molto bene un

a) *Non est in B.* b) Pax Christi Molto Reuerendo in christo Padre *B.* c) di *B.*

[1] Volckero; v. supra p. 702—704 710.

[2] P. Andreas Avantianus Augustae aegrotabat; v. infra monum. 440.

[3] Assertiones theologicae de Trinitate, angelis, incarnatione, sacramentis in communi, gratia et iustificatione . Romae, in aedibus Societatis Jesu, 1564 (4°; 15 pp. non sign.): Ita *Sommervogel,* Bibl. VII 45; qui tamen libellum, puto, ipse non vidit; neque enim titulus ad verbum ab eo expressus esse videtur.

[4] Disputationes theologicae 20. Octobris 1564 in Societatis collegio romano incohatae sunt; v. supra p. 700.

nostro scolare[a] chiamato il Padre Ricasoli Fiorentino sotto di[b] suo maestro il Padre Toledo[1]. Quelle di Philosofia[c][2], difese un Romano nobile[d] scolare[e] del collegio germanico, ilquale hebbe il grado di maestro in Arti nel[f] medesimo[g] atto delle conclusioni, et le difese molto bene sotto di[h] suo maestro il Padre Benedetto Pereira[i][3]. Ancor[k] questo (benche[l] per alcun tempo[m] per boni[n] rispetti non si sia scoperto) è della compagnia, à tutte due[o] le conclusioni si[p] trouorno presenti Cardinali et altre persone graui[q]. alli .5. di questo presente mese di nouembre dopo di[r] essersi recitato un dialogo à proposito[s] d'indrizzare[t] li studij à quel fine che conuiene si distribuirno[u] li premij[v] molto solennemente à quelli che nelle compositioni latine, et[w] greche, in prosa et in uersi[x] si dimostrorno piu dotti et di migliore ingegno[y] [?]. et detti premij furno[z] certi libri molto ben ligati et indorati liquali pagò uno d'[aa] .7. Cardinali delli piu principali di Roma che si trouorno[bb] presenti[4], et li piaque somamente[cc] la festa con la quale se animorno grandemente[dd] à studiare li scolari [delle][ee] lettere humane. Di[ff] quattro parti[gg] delli premij, le[hh] tre ò piu hebbero[ii] quelli che studiano[kk] nel Collegio germanico, come quelli che fra i forastieri[ll] meglio se[mm] sono approffittati nelli studij perli

a) scholare *B.* b) del *B.* c) philosophia *B.* d) *Sequitur* é, *a libr. oblitt.* e) *Deest in B.* f) *A libr. correctum ex* nela. g) medemo *B; in A 2 vv. sqq. a libr. supra versum scripta sunt.* h) del *B.* i) Perreira Valentiano *B.* k) Anchor *B.* l) se ben *B.* m) *Tria vv. sqq. non sunt in C (hispanice versa).* n) buoni *B.* o) dui *B.* p) se *B.* q) otras muchas personas graues *C.* r) dopo d' *B.* s) àproposito *A.* t) d'indrizar *B.* u) distribuirono *B.* v) gli primeij *B.* w) *Supra versum scriptum.* x) in prosa, et uerso *B.* y) *In C addita sunt vv.:* enlas primas .4. Classes; *B habet tantum:* si dimonstarono piu dotti; *in A vero vv.* piu dotti et di migliore ingegno *nescio qua manu oblitterata sunt; quare saltem 4 vv. ultima sunt dubia.* z) furono *B.* aa) de *B.* bb) che si trouorono *B.* cc) sommamente *B;* mucho *C.* dd) si animorono grandamente *B.* ee) *Supplevi ex B.* ff) De *B.* gg) parte *B.* hh) li *B.* ii) hebero *B.* kk) studiauano *B.* ll) fra li forastieri *B.* mm) si *B.*

---

[1] De P. Francisco Toleto S. J. (qui postea cardinalis fuit) v. *Can.* Epp. II 508[1]. Ioannes de Ricasoli, ex nobili familia florentina, Florentiae a Sociis, quorum scholas audiebat, in Societatem ut admitteretur, petiit. Qui cum se id sine parentum ipsius consensu facere posse negassent, Ioannes, id impetrari posse desperans, Romam a. 1554, quindecim annos natus, nemine ex domesticis monito, aufugit ibique apud S. Ignatium et cardinales a Iulio III. huiusmodi negotiis cognoscendis praepositos causam suam tam diligenter defendit, ut vinceret (*Litterae quadrimestres* III 261—262. Cartas de *San Ignacio* IV 337—338. *Polancus*, Chronicon IV 18 164 167 169). Initiis progressus finisque fuere consentanei: Ricasulus humanas divinasque disciplinas diu interpretatus, Romae a. 1581 cum virtutis et sapientiae laude vita decessit (Cartas de *San Ignacio* V 95. *Franc. Sacchinus* S. J., Historiae Societatis Iesu Pars quinta, tomus prior [Romae 1661] l. 1, n. 56).

[2] Assertiones in vniversam philosophiam Aristotelis. Romae, in aedibus Societatis Jesu, 1564 (4°; pp. 12 non sign.): *Sommervogel,* Bibl. VII 45; ceterum vide supra adnot. 3 pag. 714.

[3] De Pererio (Pereira, Pereyra) v. *Can.* III 172[1].

[4] Hoc primum anno in collegio romano praemia esse distributa, eaque liberalitate cardinalis Farnesii asserit *Sacchinus,* Hist. S. J. II, l. 8, n. 38. Significari autem puto non Ranutium, sed Alexandrum Farnesium (1520—1589), Pauli III. nepotem, cardinalem episcopum sabinum, romanae ecclesiae vicecancellarium, qui in Societatem Iesu valde liberalem se praestabat (*Ciaconius-Oldoinus* l. c. III 560 565).

quali erano li premij[1]. Passano .200. persone[a] quelli che in[b] detto Collegio Germanico si trouano . et sono molti altri[c], quali uorrebbono intrare, ma si potranno riceuere[d] nel seminario, perilquale s' è pigliato ad affitto un palazzo delli principali di Roma[e], doue habitaua il Cardinal di[f] Carpi[2], et presto si cominciarà à riceuere la gente[3], quantunque habbia[g] hauuto una grandissima contradittione[h] detto seminario, et ancor[i] li dura di parte di quelli che hanno à contribuire per la sustentatione di quello[4], et quelli della Compagnia ne hanno una buona parte di detta persecutione[k], quali solamente pigliano[l] la fatica senza profitto alcuno, perche hanno fatto alcuni libelli famosi contra tutta quanta la Compagnia et persone piu conosciute[m] di quella, per ueder se[n] di paura dell' infamia[o], ó ueramente dell' odio, che han dimostrato[p] contra di noi desistessimo. Mà non é cosa noua alla Compagnia transire per bonam[q] et malam famam[5]. Et il papa si è molto scorucciato[r] [?] contra gli autori[s] di detti Pasquini, et ha mostrato[t] ancora[u] animo di castigare[v] seueramente l' autore et capo di detti libelli[6], quantunque la Compagnia non se[w] cura, ne tratta di questo[x].

Nella gran peste che' l Signor ha mandato alla città di Lion di Francia s' é dimostrata tanto la charità et industria del Padre Maestro Emundo[7], (essendo quasi abandonata quella città del gouerno spirituale et ciuile) che li Principi et[y] li Signori piu principali di quel Regno ci si sono molto afficionati, et hanno in gran credito la Compagnia et cosi di quel che ha fatto detto Padre come delle buone opere d' essa in aiuto della Religione, et del ben commune, s' é sparso

a) passaran da 200 personas *C.* b) ch' in *B.* c) una infinidad de otros *C.* d) potrano reciuere *B.* e) *Sex vv. sqq. in C nulla ratione comparent.* f) de *B.* g) habbi *B.* h) contraditione *B.* i) anchor *B.* k) persequtione *B.* l) piglian *B.* m) cognosciute *B.* n) per uederse *B.* o) della infamia *B.* p) del odio che han demostrato *B.* q) buonam *B.* r) *Sic A; corrigendum esse videtur* scorrubbiato*; B habet* molto scane ciacciato. s) gl' autori *B.* t) *In A supra versum scriptum.* u) anchor *B.* v) castigar *B.* w) *In B sequitur* ne. x) *In B reliqua omnia, usque ad* Di Roma *excl., desunt.* y) *In C vv. sqq. usque ad* in aiuto *fere omissa sunt.*

[1] In collegio praeter 20 fere alumnos germanos, qui gratis sustentabantur, suis suorumve expensis alebantur plurimi pueri, iique magnam partem nobiles ex Italia, Germania, Hispania etc. orti (Card. *Steinhuber* I 48—50; cf. etiam supra p. 695).

[2] Rudolphus Pius cardinalis Carpensis ipso hoc anno Romae mortem obierat (*Ciaconius-Oldoinus* l. c. III 620—621).

[3] In aedibus Pallavicinorum, in Campo Martio sitis (*P. M. Baumgarten,* Der Papst, die Regierung und die Verwaltung der heiligen Kirche in Rom, München 1905, 526). [4] Vide supra p. 553. [5] Cf. 2 Cor 6, 8.

[6] Is erat Caesarinus (Cesarini), episcopus titularis; qui diu Venetiis non optima fama versatus erat; deinde Iacobus cardinalis Sabellus (Savelli), pontificis in episcopatu urbis Romae administrando vicarius, eum ad parochias aliquas reformandas adhibuerat; sed paulo post, cum hominem magis quam eos, quos reformare volebat, reformatione indigere cognovisset, in eius locum P. Ursmarum Goissonium S. J. substituerat (*Sacchinus,* Hist. S. J. II, l. 8, n. 20 21. *Bartoli,* L' Italia l. 4, c. 13 [l. c. IV 190]). De Caesarini libellis plura sub ipsas has litteras dicentur. Vide etiam apologiam a P. Natale scriptam in Epp. *Nadal* IV 148—165. [7] Auger.

molto buon odor[1] della Compagnia per tutto quel Regno, ilquale é stato uisitato dal Signore con la peste come prima con le guerre et seditioni . La medesima peste grassatur[a] per tutta la Germania[b], et essercita diuersi nostri Collegij nella patientia, et constantia uerso loro, et nella charità uerso li prossimi. Dio N. Signore li aiuti, et cosa molto giusta è[c] che siano da noi raccomandati à Dio N. Signore ilquale à tutti dia sua santa gratia. Nelle orationi et sacrificij di V. R. et di tutta sua Prouincia tutti molto ci raccomandiamo. Di Roma li .7.[d] di nouembre[e] .1564.

de V. Reuerentia seruo in christo Joane de Polanco.

Pro Patre Canisio et pro Germania superiori[f].

a) *Alia manu, ut videtur, corr. ex* rectoribus. b) *V. a Sch. supra versum scriptum.* c) *Vel* Germanorum *vel aliquid aliud; hoc v. alia manu supra vers. scriptum est.* d) *Sequuntur 3 vel 4 vv. ita (atramento inducto) oblitterata, ut iam legi non possint.* e) *Sequitur* ricercato, *a Sch. oblitt.* f) *V. a Pol., ut videtur, supra vers. scriptum.* g) 16? *Vide, quae sub ipsas has litteras dicuntur.*

---

[1] Societatis praepositos et rectores dicit, qui vel universam provinciam Germaniae superioris, ut Petrus Canisius, vel aliquod eius collegium regebant, ut Theodoricus Canisius, Paulus Hoffaeus etc. Stevordianus his certe inde ab a. 1560 immodestia quadam in clero e suggestu vituperando, intemperantia in conviviis, nimio ad privatas domos adeundi cupiditate multum negotii facessebat; cf. *Can.* II 778 ad 779; III 130 136 206 692³, et supra p. 120 197 448 511.

„16". Ex altera vero parte exemplo B, quod Polanco curante scriptum esse videtur, manu antiqua adnotatum est, litteras 16. Novembris esse datas; accedit, quod Socios ante 5. Maii in Bavariam inferiorem profectos non esse constat (v. supra p. 519), et Schorichius eos $6^1/_2$ menses in ea expeditione consumpsisse affirmat; cui tempori dies 16. Novembris magis congruit quam 10.

In B haec legitur inscriptio, manu ignota scripta: „† Al molto Reuerendo in christo Padre nostro il Padre maestro Jacomo Laynez Preposito Generale dela Compagnia di Giesù"; dubito tamen, num autographum quoque ita inscriptum sit; Lainio enim per Canisium, idque una cum huius litteris Ingolstadio 15. Novembris 1564 datis, missum esse videtur; quare inscriptione opus non erat.

Dubius aliquamdiu haerebam, utrum praestaret necne, ultimum harum litterarum caput, quod de P. Martino Stevordiano est, omittere, punctis in eius locum substitutis. Sed aequumne erat, multorum sacerdotum saecularium vitia (quae ceteroquin occulta neque olim erant neque nunc sunt) commemorare, unius sacerdotis regularis errata (quae abunde iam aliqua ratione effluxerunt; v. supra p. 731 [1]) occulere? Non erat homo malus Stevordianus ille; amabatur a Ioanne Baptista Ficlero, consiliario salisburgensi, et ab Erasmo Fendt aliisque consiliariis ducis Bavariae, viris certe et catholicis et probis et prudentibus (v. supra p. 303 [1] 525 [6]); ipse *Albertus V.* dux in litteris Aiblinga 6. Iulii 1567 ad Sanctum Franciscum Borgiam praepositum generalem S. J. datis de Stevordiano, qui Monachii tunc contionabatur, scripsit: Eius „in concionibus et aliis sacris functionibus summa hic laus est" (*Aug. Theiner,* Schweden und seine Stellung zum heiligen Stuhl unter Johann III. etc. II, Augsburg 1839, 172—173); sed ad cupiditates quasdam vincendas segnior erat; Canisius aliique Societatis praepositi in eius animo curando multum operae frustra consumpserunt; anno 1573 dimissus est ex Societate (*Duhr,* Jesuiten an Fürstenhöfen 111). P. *Georgius Bader,* Germaniae superioris praepositus provincialis, Monachio 8. Novembris 1583 Claudio Aquavivae praeposito generali scripsit: „Est in eadem ciuitate Dilingana D. Martinus Stenfordianus Pastor, et olim noster . qui vt denuo recipiatur, instare et vrgere non desinit . ait se omnino perire, et prae desiderio pene confici . offert se ad quodcunque munus, et locum" (ex autographo). Verum in Societatem receptus non est. Anno 1586 collegio Societatis dilingano 300 florenos (*Specht* l. c. 480) et hortum prope moenia urbis situm donavit; paulo post vita cessit (ex *Sociorum dilinganorum* *litteris Dilinga 27. Novembris 1589 ad praepositum generalem datis . Cod. „Germ. Sup. Fund. I" f. 229 [a]).

1157. CANISIUS **IACOBO LAINIO,** praeposito generali Societatis Iesu. Ingolstadio 15. Novembris 1564.

Ex apographo, quod sub a. 1892 ex archetypo ipsius Canisii manu subscripto („Seruus" etc.) et in Cod. „E. C. I" f. 433 (n. 145) posito exscriptum, sub a. 1902 cum eodem diligenter collatum est.

Adversus Societatem calumniae per aulas principum sparguntur. Cardinalis et Fuggeri id agunt, ut Augustae Sociis aedes commodae emantur. Wispeck professor ingolstadiensis.

— — Bugie, che si spargono per le corte de Prencipi [a] per ruinar tutta la Compagnia [1] la qual oltra di questa ha pur assai contradittioni in diuerse Provincie. Sed quia de mundo non sumus, odit nos mundus [2].

a) Prencepi *archet.*

---

[1] Ex Polanci epistulis 9. et 16. Decembris 1564 ad Canisium datis cognoscitur, Canisium hoc loco duos illos libellos Romae a Caesarino ad Societatis infamiam scriptas significare; de quibus v. supra p. 716—718. [2] Io 15, 19.

Quanto alla casa propria d'Agusta non è fatto ancor niente, La Fuchera nostra[1] uorria in ogni modo che si comprasse una buona casa per la Compagnia et il Cardinal[2] uorria contribuir la sua parte, si come anche li duo[a] Signori Fucheri[3] par che faranno . Ma bisognarà prima tornar in Agusta per negotiar meglio in questo negotio.

Molto ci raccomandiamo nelli[b] sacrificij et orationi di V. R. P. et de tutti li nostri Padri et Fratelli di Roma. Datum in Ingolstadio il di 15 di Nouembre 1564. Seruus in Christo P. Canisius.

M. Guilelmus Grisbechius[c], qui hucusque Sacellanus fuit Principis[4], nunc delectus est ad oratoriam hic profitendam, seque nobis peramicum ostendit[5].

† Al Molto Reuerendo in Christo[d] Padre, Maestro Giacomo Laijnez, Preposito Generale della Compagnia di Giesu. A Roma.

Quoniam huius epistulae folium 1. (vel folia 1.—3.) perierunt, videri de ea oportet Polanci epistulas 9. et 16. Decembris 1564 ad Canisium datas; per has enim Lainius Canisio respondit.

1158. CANISIUS **IACOBO LAINIO,** praeposito generali Societatis Iesu. Dilinga 24. Novembris 1564.

Ex epistularum Polanci apographis eodem fere tempore scriptis (Cod. „Germ. 1561" f. 225ª 226ª) et ex litterarum 1. Decembris 1564 a Canisio datarum apographo, de quo infra n. 1164.

Agi de augustano Dominicanorum monasterio in Societatem transferendo. P. Darbishirum ad theologiam Oeniponte docendam non esse aptum. De novis rectoribus Dilingae et Ingolstadii constituendis.

Polancus nomine Lainii Canisio scripsit Roma 9. Decembris 1564: „Hoggi si son riceute quelle di V. R. de .16, et 24 del passato insieme et tanto tardo che non si é potuto consultar sopra quelle ne anche finir di veder . . . si rispondera per l' altra settimana." Et Roma 16. Decembris 1564: „A due lettere di V. R. di 15. et 24 del passato farro per adesso breue risposta." Atque ipse Canisius litteras 24. Novembris 1564 ad Lainium a se datas commemorat, cum ad eundem Augusta 1. Decembris 1564 scribit: „Quod ad habitationem nostram attinet, non desunt amici pro illa tuenda solliciti, et sperant brevi, se rationem certam inventuros, ut commodo in loco versemur tantisper, dum Romae causa peragatur, de qua Dilingae scripsi proxime. Verum magis et magis offerunt se mihi difficultates quo diutius cogito de translatione monasterii Dominicanorum . . . Visum est nostris Dilingae nondum esse tempestivum admoneri[6] Cardinalem a me hoc tempore sicut me admoniturum esse

a) dua *arch.* b) nelle *arch.* c) *In arch. ita correctum est ex* Risbechius*; scribendum tamen fuerat* Wisbechius *vel* Wispeckius*; vide infra adnot. 5.* d) Chro *ap.*

[1] Ursula Fuggera, Georgii II. uxor; v. supra p. 713.

[2] Otto Truchsess, cardinalis Augustanus.

[3] Marcum et Georgium dicere videtur; v. supra p. 672.

[4] Alberti V. Bavariae ducis.

[5] Guilelmus Wispeck (Wispeckh, Wisbeck) hallensis usque ad a. 1569 rhetorices professorem in universitate ingolstadiensi egit (*Mederer* l. c. I 294 318. *Prantl* l. c. I 332).

[6] De pecunia non profundenda, collegio dilingano certis reditibus stabiliendo etc.; v. supra p. 650 669.

scripsi . . . Jmprudenter scripsi proxime P. Thomam[1] *fortasse Oeniponte Theologum agere posse, ut D. Edmundo*[2] *succederet in Theologica lectione. Postea comperi D. illum iuris esse civilis tantum, et in sacris parum versatum. . . . Cardinalis*[3] *sub discessum meum admonuit de Fratre Theodorico*[4] *transferendo Dilingam ad principium novi anni, sicut ea de re iam ante fuit actum praesente adhuc P. Aloysio*[5]. *Verum ut nuper scripsi, opus est primum bono et prudenti Rectore Ingolstadii D. Theodorici loco, priusquam Rector Henricus*[6] *dimittatur.*" *Ceterum, quoniam hae Canisii litterae perierunt, vide de iis Polanci epistulam 16. Decembris 1564 datam; hac enim Lainius Canisio respondit.*

His Canisii litteris Lainius primum certior effectus est de consilio, quod patricii aliqui augustani ceperant: Impetrare statuerant — idque, ut Canisius 1. Decembris 1564 ad Lainium scripsit, „absque opera" Canisii „nihilque" Sociis „tale suggerentibus" — a summo pontifice, ut augustanum ordinis Praedicatorum monasterium in Societatem Iesu, damno Dominicanis compensato, transferretur. Patricii, inquam, aliquot augustani id agitabant; atque ex horum numero Fuggeros fuisse Canisii litterae 16. Decembris 1564 ad Lainium datae ostendunt; conicio autem, Georgium et Marcum Fuggeros ac Georgium Sigismundum et Melchiorem Ilsungos in hoc consilio conspirasse; cf. supra p. 672[2]. Porro una cum his Canisii litteris Dilinga Romam perlata est epistula ab ipso Ottone cardinale Augustano de hoc negotio ad Lainium data; ita enim *Lainius* Roma 16. Decembris 1564 Ottoni *scripsit: „Ho riceuuta la lettera di 24 del passato di V. S. Illustrissima che gli piaque scriuermi intorno al Monasterio di Santo Domenico di Augusta, quale lei con molti altri nobili Augustani Catolici iudicano sarebe molto conueniente per essercitar' li ministerij della Compagnia Nostra in aiuto del Popolo offerendo alli Padri dell' ordine dei Predicatori tal ricompensa che loro si possano meritamente contentare" (ex apogr. eiusd. temp. Cod. „Germ. 1561" f. 225[b]). Atque etiam adhuc exstat Romae in archivo regni italici (Arch. dei Gesuiti, Lettere 1548—1575) ipsa cardinalis *Ottonis Truchsessi* *epistula, eaque Dilinga 24. Novembris 1564 ad Lainium data; epistulae autem brevis summa, quantum ad hanc rem attinet, haec est: Patriciis aliquibus augustanis in mentem venit, augustanum ordinis Praedicatorum monasterium a pontifice Societati tradi posse ita, ut Dominicanis damnum illud pensaretur. Quod consilium unus ex nobilissimis patriciis[7], cum ad cardinalem ipse venisset, vehementer commendavit. Cardinalis autem, quid Lainius de negotio sentiat, scire cupit. Canisius cardinalem, cum praesens cum eo colloqueretur, monuit, institutum aliquas habere difficultates: Dominicanos aedibus non cessuros esse nisi invitos; Societatem ab iis et in Germania et Romae accusatum iri; fore, ut Augustae tum ipsorum amici, tum senatores lutherani consilio illi obstarent; curam animarum, quam Dominicani in duabus sacrarum virginum monasteriis sustinerent[8], in Socios reiectum iri; eiusmodi autem curam a Societatis instituto alienam esse. Huic autem cardinalis epistulae *Polancus*, a Lainio (hoc dubium esse non potest) institutus, *ascripsit: „non si faci senza consenso del generale[9] et ordine. et non fusi[a] [?] di darli la cura delle monache." Ad quam curam recusandam et deponendam Socii adigebantur lege a *S. Ignatio* lata: „Cum homines . . . huius Societatis

a) *Hoc v. obscurius scriptum est.*

---

[1] Darbishirum S. J.

[2] Haio S. J.; plura de hac re epistulae Canisii, quam modo memoravi, adnotabuntur. [3] Otto Truchsess. [4] P. Theodorico Canisio. [5] De Mendoza.

[6] Dionysius, rector collegii Societatis et universitatis dilinganae.

[7] Georgius Ilsung, caesareus per Suebiam praefectus? Marcus vel Georgius Fugger?

[8] Horum unum fuisse monasterium S. Catharinae, ordinis Praedicatorum, ex *commentario illo *Annae Iacobaeae Fuggerae,* cuius partem posui *Can.* III 666—667, intellegitur. [9] Vincentii Iustiniani.

semper parati esse debeant ad discurrendum per quasvis mundi partes, quo fuerint a Summo Pontifice vel a suis Superioribus missi; non debent curam . . . mulierum religiosarum . . . suscipere, ut ordinarie illarum confessiones audiant vel ipsas regant": Constitutiones Societatis Iesu P. VI, c. 3, n. 5.

1159. P. IOANNES VISCHER S. J. CANISIO.

Monachio exeunte m. Novembri 1564.

Ex litterarum Canisii apographo, de quo infra n. 1164, dicetur.

Veniam precatur.

Canisius Augusta 1. Decembris 1564 Romam ad Lainium scripsit de P. Ioanne Vischerio sive Piscatore, in collegio monacensi degente, qui, se in Germania superiore Societatis praefectis satisfacere non posse opinatus, ut in aliam Societatis provinciam mitteretur, petierat (v. supra p. 687 709 719): „De P. Vischerio scripsi alias, et scripsit ad me suam culpam agnoscens. Mihi suspectum est plane desiderium illius in mutando loco." Vischerii litterae non exstant.

In * *Catalogo* collegii monacensis Monachii 1. Ianuarii 1565 conscripto refertur, P. Ioannem Vischerium Monachii „infirmarium" esse, noviciis praecepta grammaticae [latinae] tradere, nonnunquam confessiones excipere et in pagis contionari (Cod. „GSC 66" f. 376[a]).

1160. CARDINALIS MARCUS ANTONIUS AMULIUS, episcopus reatinus, CANISIO.

Roma sub exitum m. Novembris 1564.

Ex epistulae canisianae apographo A, de quo infra n. 1171.

Canisius Augusta 9. Decembris 1564 Romam ad Lainium haec scripsit de Marco Antonio cardinale Amulio (cf. supra p. 532[3]): „Vidi litteras Cardinalis Amulii de miserando statu Galliae, de coniugio sacerdotum importune postulato, de causa fidei passim periclitante." Amulii litterae perisse videntur.

Amulius, opinor, his litteris ad epistulam aliquam, quam Canisius ad ipsum dederat, respondit. Ac quod ad Galliam attinet, haec certe protestantium querelis et motibus perturbabatur; atque ipsi illi, qui rei publicae praeerant, concilii tridentini decreta disciplinam ecclesiasticam spectantia recipere recusabant. Coniugium autem sacerdotum Maximilianus II. imperator a Pio IV. per Prosperum ab Arcu oratorem flagitare non desinebat (*Hopfen* l. c. 212—215 223—226).

1161. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO.

Roma 27. Novembris 1564.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „Augusta P. Canisio." Cod. „Germ. 1561" f. 224.

Lainius cardinalem Augustanum serio monuit, ut collegium dilinganum dotaret, pecuniam quotannis apud Italos collocando. Sacerdotes novi. Vivendi ratio, quae P. Mendozae in Sociis Meranae degentibus tantopere displicuit, a Societatis instituto non est adeo aliena; monendi tamen illi, ut, quantum fieri possit, Societatis disciplinae se accommodent. Quod sacerdotes illi augustani Socios in ecclesia S. Catharinae sacra ministrare non patiuntur, id declarat, ista Sociorum officia daemoni displicere; neque tamen, modo cathedralis clerus Sociis faveat, de reliquo ita multum laborandum; optandum tamen est, ne Sociis gratis ministrantibus reliqui sacerdotes commodis pecuniisve, quas iure percipiunt, fraudentur. Fuggerarum virtus. Fr. Volckerus abire volens ad aestatem producendus et suaviter potius quam severe tractandus. Fr. Boschius per P. Theodoricum Canisium iuvandus. Sigismundus Dominatius e Societate non dimittendus. P. Cuvillonius. P. Vischerio in provincia manendum. Preces pro patrona mortua institutae.

Pax christi.

Molto Reuerendo in christo Padre . Rispondero per questa à due lettere di V. R. di .28. del passato et .4 del presente . Del Cardinal de Augusta tuttauia aspetta N. Padre resposta alle ultime sue, doue li scrisse da seno sopra la dotatione ferma del suo Collegio[1], perlaqual doueria separare ogni anno una summa d' danari, quali fossino inuestiti in qualche intrata in Venetia ò altra parte de Jtalia per maggior securtà, forsa rispondera conla prima opportunità, benche la risposta de fatti ci piacerebbe piu che quella de parole.

Promouendosi al sacerdotio li mastri Gasparo, Stefano, et Pietro[2], pare[a] nostro padre sia anco promosso Mastro Gerardo[3].

Jl modo de uiuere che dispiaque al Padre Don Luiggi[4], delli nostri[5] che stanno in Merana . non pare tanta cosa, come à lui forsa li parse, perche stando fori del Collegio et al modo che li stanno con quelli[b] [?] Signori[c] [?], pare seguiti qualche cosa impropria, et non conforme in tutto al nostro modo de procedere, ma non é cosa de sustantia ne che molto importi, cio che hauemo inteso, V. R. potra etiam auisarli, che in quanto si pò, si accostino al nostro modo di procedere.

La Contradittione che fanno quelli preti[6] quanto alla Chiesa di S. Catherina, non è da marauegliarsene, anzi è segno che al demonio dispiace quella facenda, et tenendo[d] beneuoli quelli della cathedrale Chiesa, non pare importi troppo quella delli altri preti[e], però del nostro canto, e bono procurarla, il che si fara forsa tenendo consideratione à non li leuar loro interessi, che chiamano iura parrochialia, che se ben noi facciamo gratis li nostri officij, e da desiderar non siano priuati li preti di quelle utilità che legitimamente li uengano.

Quelle[f] [?] Signore Fuchire[g] [7] [?] dia gratia christo N. Signore de tanta deuotione et spirito, che tirino etiam li mariti alle[h] [?] imitatione di esse.

a) *Supplendum esse videtur* a. b) *Sic ap.; corrigendumne* quelle? c) *Sic ap.;* Signore? *Vide infra adnot. 5 huius pag.* d) *A libr. corr. ex* tenendoli. e) *In ap. sequuntur vv.* secontutti; *quae librario oblitteranda fuisse, verba proxime sequentia ostendunt; nisi post* secontutti *aliqua vv. in ap. lapsu calami omissa sint.* f) *Sic ap.; corrigendum videtur* A quelle. g) *Sic ap.;* Fuchere? Fuchare? h) *Sic ap.; corrigendum esse videtur* alla *vel* all'.

---

[1] Collegii dilingani Societatis Iesu.

[2] Haivodus, Liberius, Hernath, in collegio dilingano; v. supra p. 701.

[3] M. Gerardum Pastelium lovaniensem, diaconum et rhetorices professorem, simul cum Haivodo et Hernatho Dilingae 1. Septembris 1564 theologiae baccalaureum creatum esse **Acta* academica habent (Cod. diling. „Acta ac Dill." p. 68).

[4] De Mendoza S. J.

[5] PP. Ioannis Dyrsii et Hermetis Halbpaur, qui Magdalenam reginam eiusque sorores Oeniponte Meranam comitati erant; v. supra p. 712.

[6] Sacerdotes augustanos significat, qui impedire studebant, quominus Canisius eiusque socii in ecclesia monasterii S. Catharinae confessiones audirent et sacram eucharistiam administrarent; v. supra p. 709 712.

[7] Ursulae de Lichtenstein, uxori Georgii Fuggeri, et, ut videtur, Sibyllae comitissae de Eberstein, uxori Marci Fuggeri; v. supra p. 713.

Quanto á mastro Erasmo[1], lui non ha fatto resposta à nostre lettere, si procuri di trattenerlo se si po bonamente insin ala renouatione delli studij, al fin dell' estate, aggiutandolò ancho in quel che si potrà, et in ogni euento la uia della amoreuolezza pare piu conueniente per lui, che quella del rigore, pur la in presentia potra .V. R. meglio giudicare dj questo, et faccia come li parera in domino.

Leonardo boschio[2] pare à nostro Padre douerebbe[a] stare col Padre Theodorico Canisio[3], accio lo aggiutassi, et forsa farebbe meglio il debito suo, sel' occupassino in leggere.

Quel sigismondo[4] bohemo qual scriue V. R. che si lassa mal aggiutare in Monachio, dubitamo si è quello che staua in Spruch, ouero un' altro mandato questa estate, in Germania di quà de Roma . si V. R. intende di quello de Jspruch[5], à nostro padre pare debbia esser licenciato, si é l' altro partito de Roma questi mesi[6], uedasi tuttauia d' aggiutarlo, et che qua ci pareua giouenetto di molto bona Jndole.

Se il Padre Couiglion[b] non potra passare in Jtalia, per adesso, bastera che uengha quando il passo sara più libero.

Quanto al Padre Vischerio, per adesso resti, nella prouincia doue stà, et procuri aggiutarsi in domino[7].

Per quella Signora Augustana benefatrice defunta si sono ordinate le orationi che la Charita ricercaua . nostro padre preposito et gli altri tutti ci raccomandiamo molto nelle orationi et sacrificij de V. R. etc. de Roma li 27. de nouembre 1564.

Canisius Lainio respondisse videtur 23. Decembris 1564.

1162. CANISIUS **CAROLO VICECOMITI**, episcopo vintimiliensi.
Augusta Vindelicorum sub initium m. Decembris 1564.

Ex epistulae a Canisio ad Lainium datae apographo, de quo infra p. 739, et ex litterarum Polanci apographo eodem fere tempore scripto, quod est in Cod. „Germ. 1561" f. 234^{b}—235^{b}.

De Germania in rebus religionis iuvanda.

Canisius Augusta 1. Decembris 1564 Romam ad Lainium scripsit: „Reverendissimus Nuntius Apostolicus Episcopus Ventimilia, satis benevolum et amicum se Nostris Pragae, Ingolstadii et Monachii declaravit. . . . Voluit ubique Nostrorum audire consilia, quomodo Germaniam restitui posse putarent in religione . Deinde per fratrem[8] *postulavit a me responsionem ad capita quaedam de quibus agit scriptum*

a) *Sequitur v.* (mand?) *a libr. oblitteratum.* b) *A libr. corr. ex* Couiglione.

---

[1] De Fr. Erasmo Volckero S. J., rhetorices et litterarum graecarum in universitate dilingana professore, v. supra p. 602 702 714.

[2] Hic Societatis frater scholasticus Dilingae agebat; v. supra p. 707—708.

[3] Rectore collegii ingolstadiensis. [4] Dominatius; v. supra p. 708.

[5] Is, puto, erat Wenceslaus Bohemus; de quo supra p. 573.

[6] Sigismundus Dominatius; v. supra p. 528 529. [7] Vide supra p. 735.

[8] P. Theodoricum Canisium, Petri fratrem ex patre, rectorem collegii ingolstadiensis.

adjunctum. Et hoc Romam destinari voluit, ut apud R. P. T. possit idem inveniri. Judicetur autem quaeso priusquam illi tradatur, si tamen tradendum videbitur". Scriptum Romae a Sociis Vicecomiti traditum est; nam Polancus Roma 2. Ianuarii 1565 mandatu Lainii Canisio de Vicecomite scripsit: „Pare li sia stato molto grato il parere che V. R. li mando in scritto sopra le cose de Germania." Canisii litterae num adhuc exstent ignoro.

Carolus Vicecomes sive Visconti († 1565), ex nobilissima familia ortus, senator mediolanensis, a Pio IV. a. 1561 episcopus vintimiliensis (Ventimiglia), 12. Martii 1565 cardinalis, 6. Iulii 1565 episcopatus ferentini (Ferentino) administrator creatus est. Is anno 1563 primum a concilii tridentini praesidibus ad Pium IV., deinde ab hoc ad Philippum II. Hispaniae regem legatus, autumno anni 1564 nuntium apostolicum egit apud Maximilianum II. imperatorem (cui, praeter alia, pontificis de excessu Ferdinandi I. caesaris dolorem declaravit), Ferdinandum II. archiducem et Tirolis principem Pragae morantem, Albertum V. Bavariae ducem (*Raynaldus* l. c. in a. 1563 n. 42 156 178. *Ciaconius-Oldoinus* l. c. III 963—964. *Turba* l. c. III 277[2] 282[3]). Discedenti autem Roma in Germaniam ad hanc legationem administrandam *Lainius* has *litteras dederat rectoribus collegiorum S. J. monacensis, pragensis, vindobonensis destinatas: „Pax christi. Jl portator dela presente sera il Reuerendissimo Vescouo Visconte mandato da sua Santita per uisitar .S. C. M. et l' Jllustrissimo Duca Ferdinando, et quel di Bauaria et per essercj detto Vescouo molto amoreuole, et desideroso farci ognj fauore se occorre che in cosa alcuna che[a] [?] lui possa aiutar le cose de li nostri Collegij penso lo trouara V. R. molto parato à farlo, et quando anche uolesse seruirsi .S. S. Reuerendissima del opera de V. R. ò de alcuno de nostri seli offrira molto officiosamente secondo la nostra professione à gloria de dio N. S. in modo che lui senta che li nostri in germania sono fideli et amoreuoli figlioli di questa S. Sedia, et se uorra detto Reuerendissimo Visconte informatione de alcune persone et cose .V. R. li dara come[b] meglio potra, et non essendo questa per altro etc. Di Roma li XX de settembre 1564 (ex apogr. eiusd. temp. Cod. „Epistolae Italiae [Praepp. Germ.] 1564 1565" f. 180[a]).

1163. P. NICOLAUS LANOIUS, provinciae austriacae Societatis Iesu praepositus, CANISIO. Vindobona [?] sub initium m. Decembris 1564.

Ex epistulae Canisii apographo A, de quo infra p. 753 dicetur.

Litteris commendaticiis pro Societate ad caesarem datis haud multum est effectum. Quidam votis solvendus.

Canisius Augusta 9. Decembris 1564 Romam ad Lainium praepositum generalem haec scripsit de P. Nicolao Lanoio, provinciae austriacae Societatis Iesu praeposito, ac de Maximiliano II. imperatore, cui Societas a Pio IV. pontifice atque, ut videtur, etiam a Philippo II. Hispaniae rege commendata erat (v. supra p. 662 688) etc.: „Ex litteris P. Lanoy cognoscimus, litteras ad Caesarem comendatitias huc usque datas parum valuisse. Conservet Dominus Collegium Viennense, cui iam 800 floreni subtrahuntur[1]*, et Tirnaviense, quod suas etiam angustias non leves experitur*[2]*. . . . Jacobus Augustanus, qui ex Pragensi collegio aufugiens huc rediit votorum absolutionem accepit, sicut P. Lanoyus suis ad me litteris ut facerem monuit."*[3] *Lanoi litterae perierunt.*

a) *Sic ap.; omittendumne hoc alterum* che? b) come come *ap.*

---

[1] Vide supra p. 159 521[3].

[2] Collegii bonis Turcae, protestantes, milites caesariani, scholis magistri aemuli fraudem faciebant (*Sacchinus*, Hist. S. J. III, l. 3, n. 123).

[3] In **Catalogo* quodam sive litteris ex Societatis collegio pragensi 9. Martii 1563 vel Tridentum ad Lainium vel Romam ad Borgiam missis asseritur, „Iacobum Augustanum" Pragae litteris et humanitati studere, corpore sano et robusto, ingenio

Quod Maximilianus II. hoc tempore Societati non ita favebat, id partim explicatur et illustratur per ea, quae P. *Laurentius Magius* S. J., collegii vindobonensis rector, Vindobona 31. Augusti 1564 Romam ad Lainium *scripsit de epistulis quibusdam Sociorum post mortem Ferdinandi I. imperatoris a Maximiliano II. inventis (ex quorum numero litteras fuisse conicio, quibus Canisius apud Ferdinandum querebatur, quod Maximilianus filius parum esset catholicus etc.; v. *Can.* I 525). Ita igitur Magius: „Doppò la morte del Jmperatore uecchio, in una cassa hà trouato il nouo Jmperatore alcune lettere de nostri al padre suo . etc. che tutto fà ad renouandum infensum dolorem. Jl crucifige, et tolle[1], che ci gridano alcuni de grandi, è più che mediocre. Ben' io credo, che l' Jmperatore ci darà buone parole; mà aiuto temporale per hora, non lo spero" (ex autographo. Cod. „G. Ep. V." f. 16). Postea Maximilianus Sociis benevolus fuit et beneficia tribuit; v. *Duhr*, Jesuiten an Fürstenhöfen 11—15.

1164. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu. Augusta Vindelicorum 1. Decembris 1564.

Ex apographo sub a. 1860 a P. Iosepho Boero S. J. scripto, quod sub a. 1891 ex altero apographo recenti et in Cod. „E. C. I." posito suppletum, sub a. 1902 cum eodem iterum diligenter collatum est.

Socii aegrotantes. Quod aliqui, nulla Sociorum opera interposita, moliri coeperunt: Ut augustanum Dominicanorum monasterium Societati traderetur, id multas habet difficultates; aliae potius aedes Sociis dandae, et initium collegii faciendum. P. Elderen Augustae manebit; cui complures ex Fuggeris peccata confitentur. Sociis displicet laicos canonicis obtrectare. Cardinalem de collegio dilingano admoneri modo non expedit; qui collegio pecuniam pro strena se daturum promisit, nec facile pecunia effundenda omnino desistet. In collegium germanicum venient nobiles a cardinale aliisque missi. Remedia Sociis aliquibus haud recte se gerentibus adhibenda. Placet, Monachii duos novicios a singulis ali collegiis; id quod tamen ob rei pecuniariae angustias statim praestari nequit. Velserus consul filium, quod aegrotet, ex collegio germanico in aliam Italiae academiam, ubi sub Societatis disciplina vivat, mitti cupit. P. Auer Spirae, Francofurti, Erfordiae Societatis collegiis viam munivit. Theologiae schola oenipontana eiusque auditores doctissimi. Novi rectores Dilingae et Ingolstadii constituendi. Philosophiae magister Ingolstadiensibus mittendus; quibus ducis consiliarii ampliores aedes promiserunt. Aegroti in patriam mittentur. Vicecomes nuntius apostolicus erga Socios benevolum se praebuit, eos de Germania iuvanda consuluit, principibus gratus fuit. Canisius responsum mittit ei tradendum. Idem pecuniam mutuam sumpsit. Contiones sacri Adventus. Fuggeri Romam mittendi. Quae in Indice de librorum Scripturae et controversiarum sermone patrio vulgatorum lectione praescribuntur, in Germania neque fidelibus iniungi neque per episcopos ad effectum adduci posse videntur.

Pax Christi nobiscum admodum Reverende Pater.

Accepi 7. Novembris datas, cum Augustam, Domino duce salvus ad salvos utcumque fratres rediissem[2], nam uterque D. Andreas et

---

mediocri, „in vocatione" constantem, „devotum", ad omnia paratum esse. Die 20. Maii 1564, quae erat vigilia Pentecostes, cum 4 aliis Sociis ab Antonio Brus de Muglitz, archiepiscopo pragensi, „acolythus" erat ordinatus (**Cathalogus* ordinatorum a Reuerendissimo Domino .D. Archiepiscopo Pragensi" 1562—1567 [Cod. „3 . I. 27" musei bohemici, quod est Pragae] p. 17).

[1] Mc 15, 13. Lc 23, 8 21. Io 19, 15.

[2] Ingolstadio et Dilinga; v. supra p. 733.

Walterus[1] in morbum relapsi fuerant qui nobis tamen nunc meliora promittunt quam antea.

Quod ad habitationem nostram attinet, non desunt amici pro illa tuenda solliciti, et sperant brevi se rationem certam inventuros, ut commodo[a] in loco versemur tantisper, dum Romae causa peragatur, de qua Dilingae scripsi proxime. Verum magis et[b] magis offerunt se mihi difficultates quo diutius cogito de translatione monasterii[c] Dominicanorum, praesertim cum adhuc sacerdotes ibi quatuor absque scandalo vivant, et utcumque satisfaciant suo Instituto. Neq. speramus fore ut hi ac alii ejusdem ordinis renuntient libenter huic monasterio optime sito in tali civitate[d]. Deinde pessime audiemus, re patefacta, licet absque mea opera nihilque nobis[e] tale suggerentibus, res Romae tractanda suscipiatur. Omitto alia incommoda dicere, et Deum oro ut gubernet huius negotii procuratores[f][2]. Ego suaserim potius ac suadebo etiam, ut nobis domum assignent, in qua liceat commodius versari, et Collegii principium aliquod aggredi, Domino cooperante[3]. Porro de removendo P. Guillielmo[g][4] nihil videmus causae amplius, atque illum expedit in hac messe operarium[5] retineri, praesertim cum plures nunc habeat[h] quam unquam ex Fuggeria[i] familia sibi confitentes. Dolemus interim offensos laycos[k] Canonicis obtrectare[l], cum nos tamen nullam significationem demus ullius amarulentiae et excusemus ecclesiasticos.

Visum est nostris Dilingae nondum esse tempestivum admoneri Cardinalem a me hoc tempore sicut me admoniturum esse scripsi. Cupio primum igitur certo cognoscere quid P. Aloysius[6] meo et Cardinalis nomine isthic egerit et qua ratione succurrendum videatur praesentibus Dilingae incommodis ut hoc collegium tot modis gravatum rectius[m] promoveatur. Promisit interim Cardinalis prius quam discederem, 220. floren. Collegio dare pro xenio. Nec video, quid potuerit amplius a Cardinali hoc anno praestari[n], si solum summam et sumptus alios in P. Aloysium[o] factos simul contemplemur. Ingratum hoc videtur initium[p] [?], nec facile poterit unquam extirpari, quod idem sit profusior aliquando, neque providus satis paterfamilias. Jussit autem scribi hoc R. P. T. quod cupiat sequenti mense duos mittere nobiles cum praeceptore ad Collegium Germanicum, eosque suis alere sumptibus, quos bona fide restituendos ait[7]. Profecturi sunt cum

a) comodo *ap.* b) *In ap. correctum ex* ac. c) *Quae sequuntur, usque ad* pessime *excl., in apographi margine addita sunt.* d) *Tria vv. postrema in ap. supra versum scripta sunt.* e) *Supra vers. scriptum.* f) *Quinque vv. sqq. in ap. linea subducta signata sunt; quae in archetypo ipso* per *Polancum ita signata esse conicio.* g) *In ap. corr. ex* Guillelmo. h) *Duo vv. sqq. supra vers. scripta sunt.* i) *In ap. corr. ex* Fuggera. k) *In ap. corr. ex* laicos. l) obtrectari *ap.* m) *In ap.* regtius *supra vers. scriptum est.* n) *In ap. corr. ex* Cardinali praestari hoc anno. o) *In ap. corr. ex* Aloisium. p) *Ita ap.; num corrigendum* vitium?

[1] P. Andreas Avantianus et Fr. Walterus Haius.
[2] Fuggeros etc.; v. supra p. 734. [3] Mc 16, 20. [4] Elderen.
[5] Cf. Mt 9, 37 38; Lc 10, 2 etc. [6] De Mendoza.
[7] Horum alterum fuisse Gervicum baronem de Schwarzenberg, canonicum herbi-

illis alii nobiles, qui iam ante in viam cum P. Aloysio[a] sese dederant, repulsi tamen a Venetis ut fuerit illis redeundum[1]. Essent[b] igitur quinque aut sex in universum, qui sperant se mense Februario[c] Romae futuros Christo duce, et permittente R. P. T.

Expectamus[d] responsum de Sigismundo[2] Bohemo, quem diutius ferre[e] nolunt Monachienses et egerrime Dilingenses recipient, quod corruptis pueri moribus mederi nullus posse videatur . Quare cuperemus illum dari curandum Viennae P. Lanojio[f] et D. Laurentio[3], si forte in illa bonorum fratrum frequentia[4] rectius habere possit.

Similiter expectamus, quid remedij[g] sit M. Erasmo[5] adhibendum: is morbum suum litteris prodidit satis et mihi dixit se fortassis aestate quoque Dilingae moraturum esse . Verum an tales retinendi sint, nescio, qui majorem[h] conscientiae suae[i] rationem nolunt habere et animo foris, non intus esse videntur[k].

Praeterea instat Leonardus Bossius[6] ut aliquid de illo statuamus, se manere non posse in hoc munere janitoris, ad quod habilis solus[l] [?] ille videtur, si habenda est valetudinis ejus ratio, quae requirit exercitationem, et studia non admittit aeque[m] [?].

De P. Vischerio[7] scripsi alias, et scripsit ad me suam culpam agnoscens . Mihi suspectum est plane desiderium illius in mutando loco . Agam cum illo fortasse mense Januario cum audiam Monachii fratrum omnium[n] Confessiones, Deo volente.

Non mihi displicet, ut singula Collegia sumptus faciant ad alendos duos nouitios Monachii, sed respondi antea Rectori[8], hoc primo anno gravari non posse collegia, quae non minus quam ipsius Collegium in alendis nunc fratribus graves sumptus ferunt, praesertim Ingolstadiense ac[o] Dilingense[9]. Deinde multa extant debita ex aequo solvenda a Rectoribus simul Provinciae[p] nostrae.

a) *In ap. corr. ex* Aloisio. b) *In ap. 6 vv. sqq. simili ratione ac supra (v. adnot. f p. 740) linea signata sunt.* c) Februario se *ap.;* se *supra vers. scriptum est.* d) *In ap. 4 vv. sqq. similiter, ut supra (v. adnot. f p. 740) signata sunt.* e) *In ap. sequitur alterum* ferre, *oblitteratum.* f) *In ap. corr. ex* Lanoio. g) *In ap. corr. ex* remedii. h) *In ap. corr. ex* maiorem. i) *In ap. supra vers.* k) *In ap. corr. ex* videantur. l) *Sic ap.; sed corrigendum esse videtur* solum. m) *Verbum in ap. obscurius scriptum.* n) *In ap. supra vers.* o) *In ap. corr. ex* et. p) *In ap. corr. ex* provinciae.

---

polensem et cardinalis Ottonis propinquum (nepotem?), intellegitur ex litteris *Ottonis* et ex *epistulis *Borgiae* et *Polanci* atque ex *Canisii* ad vicarium generalem S. J. *epistula, quarum mentionem feci supra p. 671[7].

[1] Godefridus Zott et, ut videtur, Guilielmus Lösch; v. supra p. 671—672 709.

[2] Dominatio S. J.; v. supra p. 708.

[3] P. Nicolao Lanoio, provinciae austriacae S. J. praeposito, et P. Laurentio Magio, collegii S. J. vindobonensis rectori.

[4] Initio a. 1564 Vindobonae plus quam 60 Socii degebant (Epp. *Nadal* II 496).

[5] Volckero S. J., ex Societate dimitti cupienti.

[6] Boschius, Societatis scholasticus; v. supra p. 707—708.

[7] Cf. supra p. 735. [8] P. Paulo Hoffaeo.

[9] Propter pestilentiam complures Socii ex collegio oenipontano, ac fortasse ex moguntino quoque, in ea collegia missi erant; v. supra p. 690 699.

Hic gratiam fecimus Rectori Monachiensi, ut dimidiatam tantum partem solvat pro integra quae 100 florenos excedet, et a rectoribus aliis[1] penditur. Praeterea paucos habet fratres Monachiense collegium, et intra paucos menses illinc abierunt missi alio sex ut sane mihi non videatur iustam[a] habere causam nunc sumptus a reliquis collegiis postulandi[2].

Est in Collegio Germanico filius Consulis Augustani[b][3] aegrotus et sanguinem expuens, ut scripsit ad patrem, qui valde dolet dilecti filii vicem. Rogat igitur, ut mittatur a nostris alio puer, ubi rectius valetudinem curet, scribitque ad filium ut ex consilio Nostrorum[c] profectionem instituat quocumque mittatur. Cupit autem Bononiam vel Patavium aut in aliam Academiam[d] Italicam illum mitti, et Nostris[e] ibidem versantibus non solum commendari, sed etiam ipsorum disciplinae submitti. Cupit et puer ex Italia ne abire sinatur. Expediet fortasse mitti aegrotos Germanos alios in tempore, ne si deterius habeant postea, nobis culpa possit imputari. Mittit porro 50. ducatos per Welseros[f][4] in gratiam filii, plus etiam missurus postea cum necesse erit. Valde rogavit, ut hoc negotium serio commendaremus, de quo etiam cupio aliquid nobis rescribi.

Laudamus Dominum, qui gratiam dedit singularem D. Lamberto apud Spirenses, ut multi etiam docti et nobiles Nobis[g] videantur magis conciliati. Magnam enim ex concionibus auctoritatem, et ex convictu gratiam apud Haereticos[h] etiam sibi conciliavit . Ad Collegium munivit viam optimam sicut et Francfordiae et Erfordiae: unde confidimus per illum maiora etiam Dominum adhuc effecturum esse[5].

Jmprudenter scripsi proxime P. Thomam[6] fortasse Oeniponti Theologum agere posse, ut D. Edmundo[7] succederet in Theologica[i] lec-

a) *In ap. corr. ex* justam. b) *In ap. corr. ex* consulis augustani. c) *In ap. corr. ex* nostrorum. d) *In ap. corr. ex* academiam. e) *In ap. corr. ex* nostris. f) *In ap.* Welxeros *ex* Welseros *correctum est!* g) *In ap. corr. ex* nobis. h) *In ap. corr. ex* haereticos. i) *In ap. corr. ex* succedere posset in theologica.

---

[1] Dilingano, ingolstadiensi, oenipontano.

[2] Ex *Catalogo* collegii monacensis ineunte a. 1565 ad Lainium misso intellegitur, eo tempore collegium habuisse 7 sacerdotes, 4 fratres scholasticos, 2 coadiutores temporales „nondum formatos", 14 novicios (Cod. „GSC 66" f. 376[a]—377[a]).

[3] Ioannes Georgius, Hieronymi Velseri filius.

[4] De augustana hac argentaria vide supra p. 117[3] 342[1] 652.

[5] Ex collegii moguntini litteris quadrimestribus, Moguntia 1. Ianuarii 1565 a *Petro de Loppersum* datis, colligitur, P. Lambertum Auer, collegii moguntini rectorem, Spirae, quo sui recreandi causa missus erat, in ecclesia S. Iacobi et in templo cathedrali complures contiones habuisse, atque eidem multos ad collegium Spirae condendum et sustentandum pecuniam obtulisse. In iisdem litteris narratur, duos Socios moguntinos (quorum alter fuisse videtur ipse P. Auer) Erfordiae (Erfurt) in monasterio ordinis Minorum a patre quodam sene et Societati amicissimo, qui solus illic remanserat, hospitio exceptos esse, et tres Socios moguntinos (ex horum quoque numero Auer fuisse videtur) Francofurtum ad Moenum profectos a toto urbis clero, maxime a decano ecclesiae S. Bartholomaei et a Dominicanis, humanissime exceptos, cum „concionibus occasio nulla daretur", aliquam ex epistulis S. Pauli et „libellum de casibus conscientiae" explicasse (*Hansen* l. c. 510—511).

[6] Darbishirum. [7] Haio.

tione. Postea comperi[a] D. illum iuris esse[b] civilis tantum, et in sacris parum versatum, ut in concione ipsa nimium declaravit, quam festo Divae Catharinae coram Cardinali habuit[1]. Quare mihi non videtur idoneus ad eam lectionem, quae doctissimos et maximos Oeniponti viros habuit hactenus auditores[2].

Cardinalis sub discessum meum admonuit de Fratre[c] Theodorico[3] tranferendo Dilingam ad principium novi anni, sicut ea de re iam ante fuit actum praesente adhuc[d] P. Aloysio[e]. Verum ut nuper scripsi, opus est primum bono et prudenti Rectore Ingolstadii D. Theodorici loco, priusquam Rector Henricus[4] dimittatur, quem ante quadragesimam[5] aegre dimitti posse puto, si in Prussiam, (ut videre videor) fortasse proficiscetur. De quo plura indicabit P. Aloysius[f], ut rectius illum[g] [?] norit R. P. T.[h] quid de illo in Prussia sperari posse videatur.

Nuper Ingolstadienses monuerunt opus esse sibi lectore philosopho; Crediderim sane illum mature mittendum esse, ut satisfiat scholae Ingolstadiensi[6] et votis Dominorum, qui ampliora aedificia et cubicula plura humaniter nobis promiserunt, ut gratiam illis debeamus praesertim D. Cancellario[7].

Iacobus[8] Coloniensis, quem ex Dilinga transtulimus Ingolstadium iudicatur a medico Hecticus[i], et suadent illum in patriam remitti primo vere: idque faciemus fortasse illi[k] simul et M. Alphonso[9], si medici consilium accesserit.

Reverendissimus Nuntius Apostolicus Episcopus Ventimilia[10], satis benevolum et amicum[l] se Nostris[m] Pragae, Ingolstadii et Monachii declaravit, nostramque causam apud Principem Bavariae[11] fideliter egit adversus Pasquillum Romanum, de quo scripsi antea. Voluit ubique Nostrorum[n] audire consilia, quomodo Germaniam restitui posse putarent in religione. Deinde per fratrem[12] postulavit a me responsionem ad capita quaedam de quibus agit scriptum adjunctum[o]. Et hoc Romam destinari voluit, ut apud R. P. T. possit idem inveniri. Judicetur autem quaeso priusquam illi tradatur, si tamen tradendum videbitur. Idem Dominus cum esset Monachii, ad Rectorem[13] venit,

a) Comperii *ap.* b) *In ap. corr. ex* illum esse iuris. c) *In ap. corr. ex* fratre. d) *Supra vers. scriptum.* e) *In ap. corr. ex* Aloisio. f) *In ap. corr. ex* Aloisius. g) *Ita ap.; sed cum vv. sqq. considero, aut* illum *oblitterandum, aut post* R. P. T. *addendum* et *fuisse mihi videtur.* h) *In ap. sequitur* et, *oblitteratum.* i) *In ap.* Heticus *correctum est ex* ethicus. k) *In ap. sequitur* et, *oblitteratum.* l) *In ap. sequitur* mo *vel* no, *oblitteratum.* m) *In ap. corr. ex* nostris. n) *In ap. corr. ex* nostrorum. o) *In ap. corr. ex* adiunctum.

---

1 Quia S. Catharinam Alexandrinam virginem et martyrem philosophi habebant patronam, Dilingae, ut in aliis universitatibus, eius dies, qui erat 25. Novembris, sollemniter celebrabatur; cf. *Specht* l. c. 183 354.

2 Vide supra p. 199[4]. 3 Canisio. 4 Dionysius.

5 Huius initium futurum erat 7. Martii 1565.

6 P. Alphonsus Pinedanus S. J., qui logicen in universitate tradiderat, periculose aegrotare coeperat. 7 Simoni Thaddaeo Eckio.

8 Muntz S. J.; v. supra p. 687[3]. 9 Pinedano.

10 Carolus Vicecomes (Visconti), episcopus vintimiliensis; v. supra p. 738.

11 Albertum V. ducem. 12 P. Theodoricum Canisium. 13 P. Paulum Hoffaeum.

et egestatem suam, quam aliis detegere non audebat, secrete aperuit, pecuniam sibi mutuo dari vehementer contendens. Rector igitur ab aliis mutuo accepit 50. ducatos et Episcopo concredidit, sperans eamdem summam nobis aut civi restituendam esse, sicuti promisit Episcopus, qui nunc fortassis attigit Italiam non ingratus, ut audio, Principibus, quos in hac profectione convenit [1].

Commendamus nos et conciones nostras Adventuales [2] precibus et sacrificiis R. T. et fratrum omnium in Christo Jesu Domino nostro.

Dubitare videtur D. Georgius Fuggerus, velitne duos adhuc filios [3] ad Collegium Germanicum destinare . Speramus et locum illis venientibus non defuturum.

Quod ad potestatem absolvendi attinet, si qui sacros [4] et de controversia scriptos libros legunt germanice, non videtur apud nos locum habere dubitandi, quamdiu [a] Index ille non publicatur [b], et Episcopus vel Inquisitor nihil statuit circa confessarios, sicut in eodem Indice videntur de hoc Episcopi et Inquisitores admoneri [5]. Nec videmus, quomodo possint Ordinarii hoc ipsum exequutioni [c] unquam demandare, sicut etiam Cardinalis ipse fatetur. Si vero aliter iudicet R. P. T. cupimus admoneri. Dominus Iesus nobiscum.

Calendis decembris 1564. Servus in Christo P.[d] Canisius.

Lainius Canisio per Polancum respondit 2. Ianuarii 1565.

1165. CANISIUS Servae Dei **MAGDALENAE**, archiducissae Austriae.
Augusta Vindelicorum initio m. Decembris 1564.

Ex litterarum a Canisio ad Lainium datarum apographo, de quo infra n. 1183.

Eam rogat, ut alterum ex Sociis Meranae apud reginas versantibus alio mitti patiatur.

Canisius Augusta 6. Ianuarii 1565 Romam ad Lainium praepositum generalem haec scripsit de Magdalena regina, quae cum quattuor sororibus Oeniponte ob pestilentiam discedens, P. Ioannem Dyrsium, illius collegii rectorem, et P. Hermetem Halbpaur, urbis contionatorem ac suum sororumque confessarium, secum Meranam abduxerat (v. supra p. 684): „Regina senior miserit iam fortasse litteras ad R. P. Tuam, quibus persuadere conetur, ut retineat utrumque sibi concionatorem P. Hermetem et colloquutorem quotidianum P. Dyrsium . . . cuj tamen ego non scripsi aliud, nisi quod gratum R. P. T. foret, si pateretur alterum Patrem alio destinari, ubi posset et Ecclesiae et societati forte utilius inservire.“ Canisii epistula iam non exstat.

Res ita, ut Canisius suspicabatur, evenit: Magdalena eiusmodi litteras Merana 16. Decembris 1564 ad Lainium dedit; quibus etiam Lainium, ne negotium illud ad Canisium referret, rogabat; plura vide infra monum. 538.

a) *In ap. corr. ex* quandiu. b) *In ap. corr. ex* publicetur. c) *In ap. corr. ex* executioni. d) *In ap. corr. ex* Petrus.

[1] Convenit Maximilianum II. imperatorem, Ferdinandum II. archiducem, Albertum V. ducem; v. supra p. 738.

[2] De his v. infra monum. 441. [3] Philippum Eduardum et Albertum.

[4] Libros sacrae Scripturae significat; v. supra p. 698.

[5] Quid in Indice Pii IV. hac de re constitutum sit, vide supra p. 674 [6].

1166. P. IOANNES DYRSIUS S. J., collegii oenipontani rector, CANISIO. Merana initio m. Decembris 1564.

Ex litterarum Canisii apographo A, de quo infra p. 763.

De Societatis collegio Mantuae instituendo.

Canisius Augusta 16. Decembris 1564 Romam ad Lainium de P. Ioanne Dyrsio S. J., qui tunc cum Magdalena regina eiusque sororibus Meranae versabatur (v. supra p. 744), haec rettulit: „Scribit P. Dyrsius, respondisse Ducem Mantuanum Reginis, ad se non pertinere testamentum D. Cardinalis de Mantua foel. memoriae, ac proinde neque curam Collegii Mantuae fundandi.“

Eleonoram, Magdalenae reginae sororem, anno 1561 uxorem duxerat Guilielmus Gonzaga, dux mantuanus (*Bucholtz* l. c. VIII 735). Huius patruus Hercules cardinalis Gonzaga collegium Societatis Mantuae, cuius urbis episcopus erat, condere statuerat huiusque rei causa testamento sanxerat, ut duo aureorum milia ad domum emendam, duo item milia ad eandem instruendam et ad annuum 300 aureorum reditum parandum traderentur; et quia ea pecunia ad tantum vectigal annuum non sufficiebat, Caesarem, Octavium, Herculem heredes tam diu, quod deesset, supplere iusserat, quamdiu aliunde ea summa non conficeretur (Epp. *Nadal* II 233 [6]). Atque Guilelmus dux Tridenti paulo ante cardinalis obitum Lainio affirmaverat, se omnino curaturum esse, ut collegium institueretur (v. supra p. 110). Neque tamen pia cardinalis voluntas nisi post multos annos exitum habuit (*Sacchinus* l. c. II, l. 7, n. 2).

1167. P. WENDELINUS VÖLCK S. J. CANISIO.
Roma sub 9. Decembris 1564.

Ex litterarum Polanci apographo, eodem fere tempore scripto. Cod. „Germ. 1561“ f. 225.

De Ioanne ab Ehrenberg.

Polancus nomine Lainii Roma 9. Decembris 1564 Canisio haec scripsit de P. Wendelino Völck (cf. Can. II 95[2] 308), qui tunc in collegio romano S. J. theologiam audiebat [1], *et de Ioanne ab Ehrenberg paulo ante ex Societatis tirocinio monacensi Romam ad Capuccinos profecto (v. infra monum. 436): „Qui ua una lettera del Padre vandelino sopra quel Todesco Nobile ci raccomando .V. R.“ Völckii epistula periit; de qua confer Polanci, quas dixi, litteras.*

Ioannes ab Ehrenberg, vir nobilis et victoriis clarus, militiae renuntiaverat, ad loca sancta peregrinatus erat, copiosam stipem elargitus erat, varia monasteria erat expertus; deinde, cum Canisii suasu Ingolstadii sacris S. Ignatii meditationibus se exercuisset, Societati nomen dare statuerat et a Canisio Monachium in Societatis tirocinium missus erat; inde tamen m. Septembri 1564, quod ad Societatis institutum haud ita idoneus visus esset, Augustam ad Canisium remissus, tandem cum hoc constituerat, ut Romam ad Capuccinos — ad hos enim eius animus inclinabat — proficisceretur, sin autem ab ipsis non admitteretur, extra religionem vivens a Societatis hominibus in rebus ad pietatem pertinentibus adiuvaretur; quae copiosius exponentur infra monum. 434—436. Hic tantum addo, quae de Ehrenbergio Roma 7. Novembris 1564 a *Polanco* ad P. Paulum Hoffaeum S. J., collegii monacensis rectorem, *relata sunt. „Quel Gentilhomo Tudesco chiamato Joanne Herenbergher è comparso qua con quel desiderio che dj la mostraua . seli è dato confessor Tudesco et fattosi officio per lui conlj Cappuccinj, et seli é dato conseglio che proui la uita loro senza mutar habito [2] non li mostrando pero alcuna uolunta de farlo

---

[1] Id intellegitur ex * *Catalogo* domus S. J. augustanae, exeunte a. 1566 conscripto (Cod. „GSC 66“ f. 398[a]).

[2] *S. Ignatius* constituerat, ne, qui alicuius ordinis habitum „eo animo, ut essent Religiosi“, vel unum tantum diem gestassent, in Societatem ab ipsius praepositis ulla ratione admitti possent (*Constitutiones* S. J. P. 1, c. 3, n. 5 E).

restar nella Compagnia et quando luj lo ricercassj bisognarebbe che facessi grande instantia et longa per esser accettato" (ex apogr. eiusd. temp. Cod. „Germ. 1561" f. 206[b]). „Confessarium germanum" illum Ehrenbergii ipsum P. Völck fuisse conicio.

Canisius Völckio sub 6. Ianuarii 1565 respondit.

1168. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO.

Roma 9. Decembris 1564.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „Augusta Prouincial". Cod. „Germ. 1561" f. 225.

Epistulae cardinalis Augustani et aliorum. Libelli illi criminosi scripti sunt, quia Romae et seminarium clericorum curae Societatis commissum est, et Socii sacerdotum scientiam explorare et ecclesias visitare iussi sunt. Episcopus ille aemulorum princeps officio privatus est. Licet ea causa satis clara sit, fortasse propalam declarabitur. Ioanni ab Ehrenberg neque cum Capuccinis res successit, neque ullum institutum religiosum convenire videtur. Is ex pecunia apud Canisium relicta tantum Romam mitti cupit, ut et in Germaniam redire et Sociis romanis, quantum ipsi mutuum dederunt, restituere possit; pecunia quam primum est mittenda.

Pax christi.

Molto Reuerendo in Christo Padre hoggi si son riceute quelle di V. R . de .16[a] [?][1], et 24 del passato insieme et tanto tardo che non si é potuto consultar sopra quelle ne anche finir di ueder et manco altre d' ingolstadio[b].

ma scriuo questa per dar auiso di queste riceute, et d' altre del Cardinale[2], non lette insino à mo, si rispondera per l' altra settimana.

quanto alle paschinate mandate di la[3] mancho conto fariano quelli che cognosesero l' autori, masime si etiam sapessero il motiuo ch' e stato il seminario raccomandato alla Compagnia insieme con la cura di essaminar li pretti che ricercano benefitij, et di visitar le chiese di Roma ch' inuero son cose alquanto odiose, benche siano fruttosse, et quel prelato[4] che si faceua Capo per tal conto è stato priuato del suo offitio come hoggi hó intesso, et quantonque facino poco conto qui quelli che d' una parte uedino l' inuidia, et maleuolentia delli aduersarij, et d' altra la verita[c] chiara che da se refuta le lor bugie, et calumnie tutta uia si farà forsi qualche declaration publica di questo.

qui ua una lettera del Padre vandelino[5] sopra quel Todesco Nobile[6] ci[d] [?] raccomando .V. R. al quale li suoi Caputini non li sono reusciti, ne in uero credo sia el suo modo per alcuna religione . son finiti pare gli suoi danari, et uorebe .V. R. gli mandasse di quelli

a) *Sic ap.; corrigendum videtur* 15; *v. infra adnot. 1 huius pag.* b) incostadio *ap.* c) virita *ap.* d) *Sic vel* che ci *corrigendum esse* si, *quod est in ap., omnino censeo; cf. infra adnot. 6 huius pag.*

---

[1] Epistulam 15. Novembris 1564 datam significat; v. supra p. 732.

[2] De his cardinalis Truchsessii litteris v. supra p. 734.

[3] Libellos illos in Societatem contumeliosos, qui Roma in Germaniam missi erant, significat; v. supra p. 732. [4] Caesarinus episcopus titularis. [5] Völck.

[6] De Ioanne ab Ehrenberg vide supra p. 745.

ch' á lasciati apresso di lei qualche summa con che sene potessi tornarsene in Germania, et pur ancho quà [restituirci][a] [?] quella[b] [?] gli prestasimo per il suo viuere, et quanto prima uera questo recapito de danari sarà meglio, et però scriuo questa per la via di venetia[1]. Di Roma alli 9 di Decembre 1564.

Canisius Lainio respondit 6. Ianuarii 1565.

1169. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, mandatu Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO (ceterisque Societatis praepositis provincialibus). Roma 9. Decembris (sub 11. Nov.?) 1564.

Ex apographo (A) eiusdem fere temporis. Cod. „Epistolae Italiae [Praepp. Genn.] 1564 1565" f. 246[a].

Earundem litterarum exemplum latinum (B) idque, ut videtur, saeculo XVII. scriptum exstat in Cod. monac. „Resp." f. 93[a]; atque ex ipsis, quae in hoc exemplo apparent, verbis latinis sive latini sermonis genere mihi quidem paene persuadeo, litteras primum italice scriptas, deinde latine redditas esse.

Exempli latini particulas posuit *Hansen* l. c. 517[1].

Ad praepositum generalem delatum est, aliquos de Societate in victu, vestitu, libris relaxare coepisse paupertatem primitus institutam. Qui cum Societatis murus quidam sit et propagnaculum, diligenter curandum, ne quis illud concutiat; sicut etiam videri oportet, ne quis rebus necessariis se fraudet. Qui praesunt, ceteris exemplo sint. Si qua forte difficultas ab aliquibus erit, de his nominatim Romam scribendum.

Pax Christi.

Alcune persone della compagnia ch' hanno zelo della perfectione d' essa, et notitia del proceder primo d' essa, hanno dato auiso á nostro Padre, che alcuni de nostri cominciano á slargarsi tropo[c], in pigliar tutte le commoditá nel vito, et uestito, et libri, et altre cose delle quali quando sono priui, come gli haueano posto affectione, cosi non poco se resenteno[d], et potriano uenir ad esser troppo delicati soldati de Christo[2][e] nostro Signor per quello che comporta nostro instituto et, ce ancho pericolo[f] ch' el muro della Santa[g] Pouertá, che secondo nostra professione ci hà à defendere, da graui, et molti nemici de nostra perfectione[3] per tal uia, non poco si ruinassi[h] del che iddio[i] Nostro Signor ci guardi. Hor Nostro Padre desiderando

a) *Hoc vel simile v. supplendum esse ea ipsa, quae proxime antecedunt et sequuntur, ostendunt.* b) *Vel* quello; *obscurius scriptum est.* c) nimium sibi indulgere *B.* d) *In B* ita valde sentire *correctum est ex* ita valde sentiant. e) *Duo vv. sqq. in B non comparent.* f) nostrum institutum: periculosum esse *(vel:* est*) B.* g) *Non est in B.* h) labascat *B.* i) *Duo vv. sqq. non sunt in B.*

[1] Cf. *Can.* III 163. [2] 2 Tim 2, 3.

[3] *S. Ignatius* monuerat: „Paupertas, ut murus Religionis firmus, diligenda et in sua puritate conservanda est, quantum, divina gratia aspirante, fieri poterit. Et quia humanae naturae hostis ad hoc propugnaculum ac refugium debilitandum (quod Deus Dominus noster Religionibus inspiravit contra illum aliosque religiosae perfectionis adversarios) eniti solet, ea, quae a primis Fundatoribus bene ordinata fuerant, immutando" etc. Et alio loco: „Paupertas, velut propugnaculum est Religionibus, ut eas in statu suo et disciplina conservet, et a compluribus hostibus defendat, unde etiam Daemon enititur illud variis rationibus evertere" etc.: Constitutiones Societatis Iesu, P. 6, c. 2, n. 1; P. 10, n. 5.

proueder[a] à questo inconueniente di tanta importanza, ricommanda molto[b] à .v. R. ch' usi ogni solecitudine conueniente, in procurar che quelli che stanno à sua obedienza si guardino di questo excesso, come anchè del contrario defecto de sustrarsi le cose necessarie per la sanità et seruitio diuino, deueno guardarsi[c], et desidera Nostro Padre che li superiori in questa parte diano buono essempio alli subditi, forma gregis facti[d] [1], et se si hauera difficultà in alcuni . uole esser auissato nominatim di quelli, et perche si scriue d' altre cose da parte non diro altro[e] in questa senon che nelle orationi et sacrifitij de .V. R. tutti molto ci raccommandiamo[f]. De Roma 9[g] [?] de decembre[g] [?] 1564.

Hae litterae in Lainii praepositi generalis Registro italico sive in codice, in quem epistulae ab ipso vel ipsius mandatu ad Socios italos datae manibus eiusdem temporis transcriptae sunt, comparent, in Registro germanico non cernuntur. Neque tamen ex ea re colligere licet, eas in Germaniam missas non esse (vide supra p. 718); atque ea ipsa, de quibus in his litteris agitur, eius generis sunt, ut vix dubitari possit, quin non ad solos Italiae, sed ad omnes Societatis praepositos provinciales (saltem qui in Europa degebant) pertineant verba illa, quae in registro italico ipsius librarii antiqui manu iis adnotata sunt: „Commune per li Prouinciali". Accedit, quod Canisius in epistula 6. Ianuarii 1565 ad Lainium data haud obscure significat, se huiusmodi litteras accepisse. Eas autem Canisio non seorsum, sed una cum altera epistula romana, qua varia negotia provinciae germanicae singillatim tractabantur, missas esse, et per se conicere licet, et ex postremis earum verbis, quae modo posui, intellegitur. M. porro Novembri a. 1564 Roma ad Canisium de eiusmodi negotiis scriptum est diebus 7. et 27., neque postea ad eum ante 9. Decembris scriptum esse compertum est. Quare communes illas litteras Italiae quidem provincialibus die 11. Novembris, qui eis in Registro italico ascriptus est, Canisio autem, atque per eum provincialibus Rheni et Germaniae inferioris, vel 7. vel 27. Novembris vel 9. Decembris missas esse coniecto . Atque hoc tertium verisimilius esse censeo. Nam Canisius neque in epistula 1. Decembris 1564 data, qua ad Polanci epistulam 7. Novembris 1564 de rebus Germaniae ad se datam respondet, neque in epistulis 9. et 16. Decembris 1564 ad Lainium missis communes has litteras ad se perlatas esse significat; primam autem earum mentionem facere videtur in epistula 6. Ianuarii 1565 Lainio missa; in qua primum quidem Polanci epistulam 9. Decembris 1564 de rebus provinciae ad se datam significat, cum scribit: „9. Decembris datas ego postremas accepi"; deinde commemorat ea, „quae nuper circa nouum illum scribendi et gubernandi Collegia modum accepimus."

1170. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, mandatu Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO (et reliquis per Europam Societatis praepositis provincialibus). Roma 9. Decembris (?) 1564.

Ex apographo (A) eiusdem fere temporis, quod Romae in domo professa Societatis duabus manibus scriptum est (cf. infra p. 771[qq]); in margine, priore manu:

a) prospicere et mederi *B*. b) plurimum *B*. c) *Verba* deueno guardarsi *in B non comparent.* d) Optatque Pater Noster, superiores in hac parte, bono exemplo subditis esse, forma gregis facti *(sic!) B*. e) et quia separatim de aliis quoque scribitur, sit de hoc satis: *Ita terminatur B neque plura habet; supra ipsum tamen litterarum harum initium in B haec vv. ipsius librarii manu scripta sunt:* 1564. 11. Nouemb. Commune. f) raccommadiamo *A*. g) 11 de nouembre *A; idem dies est in B (v. supra adnot. e huius pag.); qui qua ratione in d. 9. Decembris mutandus esse videatur, sub ipsas has litteras dico.*

[1] 1 Petr 5, 3.

„Commune per li prouinciali". Cod. „Epistolae Italiae [Praepp. Genn.] 1564 1565" f. 247ᵇ—248ᵃ.

Exstant etiam apographum alterum (B) et commentarium (C), eaque eodem fere tempore Romae tertia quadam et quarta manibus scripta. Cod. „Epistolae Italiae 1565. I" f. 27ᵃ—28ᵃ. 26 et 29ᵃ. Commentarium ab ipso *Polanco,* ut videtur, emendatum est.

Praeterea prioris harum litterarum partis (usque ad „4 Gli istessi" etc. excl.) apographum (D) eodem fere tempore vel saltem ante saeculi XVI. exitum in Germania superiore scriptum exstat in Cod. „Can. X. Sa" f. 198ᵇ; quod ibidem inscriptum est: „De modo scribendi".

Litterarum brevem summam posui *Can.* III 177—178.

Praefatio editoris: *S. Ignatius* in „Declarationibus", quas Societatis constitutionibus a se compositis addidit et eiusdem auctoritatis atque ipsas constitutiones esse voluit (Constitutiones. Prooem. in Decll., et P. 6, c. 1, A), haec octavae partis capiti primo, quod „De iis, quae iuvant ad unionem animorum" inscribitur, adnotavit: „Praepositi locales vel Rectores, qui sunt in aliqua Provincia, quique missi sunt ad fructum in agro Domini curandum, Praeposito suo Provinciali singulis hebdomadis, si fieri potest, scribere debent; et Provinciales et alii, Generali singulis hebdomadis, si vicinus fuerit: si autem in regno diverso resident, ubi desit ea commoditas, tam privati ad fructificandum missi, ut dictum est, et Praepositi locales et Rectores, quam Provinciales, singulis mensibus semel Generali scribent; qui curabit ut eisdem, saltem Provincialibus, semel singulis mensibus scribatur. Ipsi vero Provinciales, Praepositis localibus, et Rectoribus, et privatis personis, quibus opus erit, semel etiam singulis mensibus scribi curabunt; et utrimque crebrius iuxta occasionum in Domino occurrentium rationes:" Ita in declaratione L; in M autem haec, praeter alia, statuuntur: „Qui sub uno Provinciali sunt, ex diversis Domibus vel Collegiis scribant quarti cuiusque mensis initiis litteras, quae solum ea quae ad aedificationem faciunt, contineant: et alterum earum exemplum lingua vernacula illius Provinciae; alterum, latina scriptum sit: et mittant utrumque duplex Provinciali, ut mittat alterum exemplum utraque lingua Generali cum aliis suis litteris ubi referat, quod notatu dignum vel ad aedificationem fuerit, si particulares id omiserunt. . . . Ut tamen quae in una Provincia geruntur in alia sciantur; curabit Praepositus Generalis ex litteris, quae a Provinciis mittuntur, tot exempla exscribenda, quot satis sint, ut omnes alii Provinciales certiores reddantur" (Constitutiones S. J. P. 8, c. 1, L, M). De quadrimestribus hisce litteris transcribendis et transmittendis Lainius praepositus generalis iam a. 1563 aliqua constituerat; quae v. supra p. 140 278—281. Ceterum praepositum generalem constitutiones Societatis immutare non posse nisi eiusdem Societatis congregatione generali consentiente, tum in litteris apostolicis a Paulo III. 14. Martii 1544 et a Iulio III. 21. Iuli 1550 datis, tum in ipsis constitutionibus satis plane significatum erat (*Litterae* apostolicae etc. p. 22 62. *Constitutiones* S. J. P. 4, c. 10, n. 2). Iisdem tamen constitutionibus praeposito generali tributa erat potestas „dispensandi", ubi opus esset, in constitutionibus (P. 9, c. 3, n. 8). Potestatem porro „declarandi" constitutiones, quam Lainius in his litteris aliqua ratione exercuit, haud multo post etiam Everardus Mercurianus praepositus generalis (1573—1580) duobus libri Constitutionum locis adhibuit (*Regulae* Provincialis n. 71) et Societatis congregatio generalis IV. anno 1581 planis verbis enuntiavit (decr. 19), definiens: „Praepositum Generalem auctoritate sua ordinaria Constitutiones . . . declarare posse; eas tamen declarationes non habere vim legis universalis, sed valere tantum ad praxim bonae gubernationis; cum Congregationis generalis, cuius est leges condere, sit etiam eas hoc modo declarare" (*Institutum* S. J. III 80; II 251).

Ratio litteras scribendi in Societatis constitutionibus proposita initio quidem perutilis erat, amplificata vero vehementer Societate graves difficultates habet; quare vel declaratione quadam vel dispensatione ita immutatur: 1) Rectores et missi ad

laborandum in agro Domini praepositis provinciali vel generali scribant iisque rescribatur oportet, quotiescumque periculum erit in mora. 2) Quod si non erit, iidem negotia, nisi singularis ratio aliud suadebit, ad provincialem et per hunc, ubi opus erit, ad generalem referunt. 3) Provinciali iidem, quotiens antea scribebant, scribant; scribant autem de collegii statu, personis, rebus; de regulis et dispensationibus; de iis, ad quae provincialis auctoritatem vel consilium accedere oportebit. Qui singulis mensibus iis respondebit. 4) Generali iidem scribant ex Italia singulis mensibus, ex reliquis partibus secundo quoque mense; qui his tertio, illis secundo quoque mense vel ipse vel per provincialem respondebit; scribant autem de collegii statu, hominibus, rebus, de iis potissimum, in quibus vel a provinciali iuvari non poterunt vel ab eo dissentient vel eum corrigendum esse censebunt. 5) Provinciales generali ex Italia singulis mensibus, ex reliquis partibus secundo quoque mense scribant; qui his tertio, illis secundo quoque mense rescribet; scribant de statu et condicione provinciae et de rebus, quae generalis operam exigent. 6) De negotiis in curia romana tractandis seorsim scribatur, epistulam littera N signando, ut procuratori generali tradatur. 7) Litteras ad pietatem excitandam spectantes rectores sexto quoque mense ad provincialem mittant; qui ex omnibus unam componat epistulam eiusque 8 exempla scribi iubeat, ad generalem et in varias regiones, ubi Societas est, mittenda; mandare etiam poterit, ut rectores litteris semestribus breves earum summas addant. Ne scribatur verbosius neve de rebus, quae occultari debebunt.

Jhesus[a]. Pax christi[b].

Seben l'usanza[c] dello scriuere[d], che secondo le Declarationi[e] dell'[f] octaua parte[1] sé fin hora[g] tenuta nella Compagnia sia utilissima per il ben[h] spirituale: et nel suo principio (se si guarda[i] la fatica) sia stata tolerabile, tutta uia con l'aumento che hà piaciuto à Dio[k] Nostro Signor[l] dare alla Compagnia, la esperienza[m] ci mostra[n] specialmente in Roma, che da qui innanzi moltiplicandosi tanto li negotij, et le materie, sarebbe quasi intolerabile cotal[o] uso (se non si moderasse) et bastante ad impedir[p] il maggior seruitio diuino, et bene della Compagnia[2] onde per euitare[q] ogni inconueniente, et per conseruar'[r] il frutto che si pretende del[s] uso dello[t] scriuere, sé[u] giudicato[v] di[w] farui la moderatione seguente: ó per via d'[x] interpretatione delle declarationi[y] (in quanto la sopportino) ó per uia di[z] dispensatione: mentre ui sono[aa] cosi urgenti[bb] cause di[cc] dispensare: et altro non dispone la Generale Congregatione[dd][3].

1 Primieramente[ee] li[ff] Rettori, ó Superiori d'[gg] un luogo, et coloro che sono[hh] mandati da quelli in qualche[ii] missione, possono, et deb-

a) *Ita BCD; deest in A.* b) *Haec 2 vv. desunt in D.* c) Se ben luzanza *D.* d) del scriuer *B.* e) Dechiarationi *B.* f) della *D.* g) si è fino ad hora *B;* s'è fin' hora *CD.* h) bene *B.* i) riguarda *C;* risguarda *D.* k) *Duo vv. sqq. desunt in CD.* l) *In B sequitur* di. m) l'esperienza *B.* n) monstra *B.* o) tal *B.* p) impedire *BD.* q) euitar' *B;* euitar *CD.* r) conseruare *BCD.* s) del' *B;* dell' *CD.* t) del *B.* u) si è *B;* s'è *CD.* v) giodicato *B.* w) da *D.* x) de *B.* y) Dechiarationi *B.* z) de *BD.* aa) sonno *D.* bb) *In A sequitur* cose, *a libr. oblitt.* cc) mentre così urgenti cause ui sono da *B.* dd) la congregatione generale *D.* ee) *Ita BCD;* Primieramenti *A.* ff) *Ita BCD;* gli *A.* gg) di *B.* hh) sonno *D.* ii) *Ita AB;* alcuna *CD.*

[1] Hos constitutionum Societatis Iesu locos in „praefatione" harum litterarum posui.

[2] Ita, ut vel unum exemplum ponam, *Polancus* Roma 26. Augusti 1564 P. Nicolao Lanoio *scripsit: „Questa settimana è uenuta una piogia de lettere tanto copiosa che ne anche le hauemo 'potuto finir de legere, et manco de consultare" (ex apogr. eiusd. temp.; Cod. „Germ. 1561" f. 166).

[3] Vide „praefationem" harum litterarum.

bono[a] scriuere al loro Prouinciale; ò pur all' istesso Generale sempre ch'[b] occorresse cosa che nel differire ui fusse pericolo ò danno, et il medesimo s' intende del[c] rispondere.

2 Li medesimi[d] uedranno[e] di[f] non scriuere immediatamente al Generale[g] non ui essendo causa di farlo, ma per ordinario scriueranno ai loro Prouinciali[h], intorno alle cose che egli puo disporre[i], et per mezo d'[k] esso trattino, ó negotieno[l] con il[m] Generale, quel tanto che non è necessario, ò espediente[n] trattarlo[o] seco immediatamente.

3 Li medesimi[p] per ordinario scriueranno ai loro Prouinciali; come fin qui han costumato di fare[q]. Et la Materia delle lettere[r]. sera[s]. dello[t] stato, et esser[u] de Collegij[v], Ministri[w], et officiali[x], et delle[y] altre persone particolare[z] di quelli[aa], et del[bb] loro stato[cc], dell'[dd] oseruanza delle Regole, ó dispensatione, ch'[ee] in quelle si fusse fatta. Delle cose che di nouo[ff] succedono[gg] nel collegio d'[hh] alcuna importanza. Di quelle ch' il[ii] Rettore per se non puo disponere[kk]: et finalmente di[ll] quelle, nelle quali ha bisogno ó del consiglio[mm], ó del'[nn] autorita del Prouinciale, et à queste tali lettere[oo] li Prouinciali doueran rispondere ogni mese[pp].

4[qq] Gli[rr] istessi in Jtalia et Sicilia scriueranno[ss] al Generale ogni mese; et ad essi sara risposto ogni due[tt] mesi. Et coloro[uu] che stanno[vv] piu lontani[ww] scriueranno ogni due[xx] mesi; et si[yy] risponderà[zz] ogni terzo mese. ò à loro istessi, ò per mezo del Prouinciale, come si giudicara[aaa] conuenire. La materia della quale haueranno[bbb] à scriuere al Generale sarà dello[ccc] stato delli Collegij; delle cose nelle quali il Prouinciale non può[ddd] prouedere, di quelle, nelle quali hanno differente parere dal detto[eee]. et se scriuono de[fff] cosa trattata con esso, dichino[ggg] quel che hà risposto: et in che non conuengono insieme[1]. Et finalmente di quelle nelli quali parerà conueniente sindicare il detto Prouinciale.

5 Li Prouinciali d' Jtalia et[hhh] Sicilia scriueranno al Generale ogni mese: et á loro sara risposto ogni due[iii] mesi. Et quelli che stan[kkk] piu discosto scriueran[lll] ogni due[mmm] mesi: Et á loro si[nnn] rispondera ogni

a) deuono *B*. b) che *BCD*. c) *Ita BCD;* de *A*. d) medesmi *B*. e) uederanno *CD*. f) de *B*. g) *In C sequuntur vv.* se non, *a libr. oblitterata.* h) scriueranno al lor Prouinciale *C;* scriueranno al loro Prouinciale *D*. i) *Sic BCD;* dispore *A*. k) di *BCD*. l) *Ita B;* negociano *A;* negocijno *C;* negotijno *D*. m) co'l *C;* col *D*. n) spediente *B*. o) trattando *D*. p) medesmi *B*. q) far' *C*. r) lettre *B*. s) sarà *BCD*. t) del *B*. u) essere *BCD*. v) del Collegio, delli *D*. w) essere del Collegio, delli soggetti ministri *C;* soggetti *autem a libr. oblitt. est.* x) *In C sequuntur vv.* di quello, *a libr. oblitt.* y) dell' *C*. z) particulari *B;* particolari *CD*. aa) *Ita BD;* quello *AC*. bb) *Ita B;* dello *A;* della *CD*. cc) salute *CD*. dd) Del *D*. ee) che *CD*. ff) nuouo *D*. gg) soccedono *C*. hh) di *B*. ii) che'l *BC;* ch'l *D*. kk) disporre *B*. ll) *D om.* di. mm) conseglio *BD*. nn) dell' *B*. oo) lettre *B*. pp) *Ita BCD;* messe *A*. qq) *Hic manus alterius librarii incipit.* rr) Gl' *BC*. ss) scriuerando *B*. tt) duo *B*. uu) colloro *B*. vv) *In C a libr. corr. ex* stessero. ww) lontano *B*. xx) duo *B*. yy) *In C corr. ex* segli; se *B*. zz) *In C sequuntur vv.* in particolare, *a libr. oblitt.* aaa) giodicarà *B*. bbb) haranno *B*. ccc) del *B*. ddd) *In C corr. ex* i Prouinciali non possono. eee) *In C corr. ex* da quello delli detti. fff) di *BC*. ggg) dicano *B*. hhh) è *B*. iii) duo *B*. kkk) stanno *B*. lll) scriueranno *B*. mmm) duo *B*. nnn) se *B*.

---

[1] Hoc praescriptum Societatis „Regulis communibus“ (nunc n. 23) congruebat (*Institutum* S. J. III 11).

terzo mese. La materia del[a] scriuere al Generale sarà dello[b] stato di tutta la Prouincia; et di quel che di nuouo s' offerisce d'[c] alcuna importantia[d], appertenente ad essa Prouincia: et[e] delle cose nellequali i Prouinciali per uirtù[f] dell' officio ò commission[g] che tengono non possono prouedere: ò nellequali si[h] ricerca il parere ò autorità del Generale.

6 Le lettere[i] toccanti à negocij ò espeditioni[k] da trattarsi in Roma, indrizzinosi al Generale, signate[l] nel[m] soprascritto con un .N. à fine che 'l[n] secretario le[o] conosca[p], et[q] dia al Procuratore: ilquale le espedisca[r], et risponda conforme à quel che 'l[s] Generale ordinera[t] [1]: Et queste uenghino separate.

7 Le cose d'[u] edificatione doueranno esser[v] scritte dalli Rettori et[w] Superiori di sei in sei mesi alli loro Prouinciali: iquali di[x] tutte le semestri di suoi Collegij[y] ò case, insieme ne[z] componghino ò faccino una sola, che contenga tanti capitoli, quanti sono li luoghi di sua Prouincia . dellaquale farà[aa] [?] fare otto copie. Vna pel[bb] Generale . un' altra pel Brasile[cc], la 3ª per l' Jndie . la 4ª per Portogallo et[dd] Spagna . La 5ª per Francia . La 6ª per Germania inferiore . La 7ª perla[ee] Germania superiore . La 8ª per Jtalia, Sicilia, et[ff] Sardegna. Et per fare queste lettere[gg] piú facilmente, potrà il Prouinciale, (se le[hh] parerà) imporre alli Superiori di sua Prouincia, che insieme con la semestre mandino un[ii] summario breue[kk] di essa; del qual summario[ll] si possa egli ualere nel fare le[mm] sue generali semestri; nelle quali si schiffi[nn] quantò si può la[oo] prolissità . et si usi cautela[pp] in guardar il secreto: inmodo che niun[qq] particolare si possa notare; et che in tutto sia edificatione[rr].

Di Roma li[ss] [9][tt] [?] d' decembre[uu] [?] 1564.

In apographo A (ceteris apographis nullum omnino ascriptum est tempus) notatum quidem est, litteras Roma m. Novembri 1564 datas esse; ubi autem numerus diei ponendus fuerat (inter „li" et „d'"), spatium relictum est, ea de causa, puto, quod ipsi exemplo archetypo, quo librarius usus est, dies ascriptus non erat, idque vel eo, quod certum nondum erat, quando litterae tabellariis tradendae essent,

a) de *B.* b) del *B.* c) di *B.* d) importanza *B.* e) e *B.* f) uertu *C.* g) commissione *B.* h) se *B.* i) lettre *B.* k) speditioni *B.* l) *In C sequitur* con, *a libr. oblitt.* m) al *B.* n) ch' il *B.* o) *In C sequuntur vv.* conoscj conosche, *a libr. oblitt.* p) *Ita AC;* conoschi *B.* q) e *B.* r) *Sic in C Polancus ipse (ut omnino videtur) correxit ex* dispacci; spedisca *B.* s) quelche il *B.* t) ordinarà *B.* u) di *B.* v) essere *B.* w) ò *B.* x) de *B.* y) *In C 2 vv. sqq. supra vers. addita sunt.* z) *In C supra vers. additum.* aa) *Sic; corrigendum videtur* faranno *vel* faran. bb) una per il *B.* cc) pe 'l Brassile *B.* dd) e *B.* ee) per *B.* ff) e *B.* gg) lettre *B.* hh) li *BC.* ii) *In C corr. ex* una. kk) uno Sommario brieue *B.* ll) quale sommario *B.* mm) de *B.* nn) schifi *BC; in C* nelle quali si schifi *a libr. corr. est ex* schifando in esse. oo) *In C sequitur* lunghezza, *a libr. oblitt.* pp) *In C corr. ex* et essendo cauti. qq) niuno *B.* rr) *Quae sequuntur, desunt in C.* ss) *Quae sequuntur, desunt etiam in B.* tt) *Vide, quae sub ipsas has litteras notantur.* uu) nouembre *A; vide, quae sub ipsas has litteras notantur.*

---

[1] Negotia dicit in curia pontificia, apud „Poenitentiariam", „Datariam" etc., per Societatis procuratorem generalem tractanda. In „Formula scribendi", quam Congregatio generalis tertia (decr. 33) anno 1573 Everardo Mercuriano praeposito generali componendam commiserat, (n. 15) littera P. „exterius sub inscriptione" huiusmodi litterarum addi iussa est (*Institutum* S. J. III 42).

vel eo, quod in varias provincias harum litterarum exempla non sunt eodem m. Novembris die missa. Canisio tamen (et per eum etiam praepositis provincialibus Rheni et Germaniae inferioris) has litteras una cum illis, quas Polancus 9. Decembris 1564 de negotiis quibusdam Germaniae superioris ad eum dedit, et cum litteris communibus supra p. 747—748 positis missas esse ex rationibus, quas supra p. 748 explicavi, colligo. *S. Franciscus Borgias* in *litteris Roma 21. Ianuarii 1565 ad omnes Societatis praepositos provinciales datis de hac epistula affirmat: „Se scrisse li mesi passati".

Litteras porro hasce ad omnes Societatis provinciales europaeos missas esse, ipsae res, quae in iis tractantur, ostendunt; ad provinciales extra Europam, ut in Brasilia et India orientali, degentes, eas datas non esse vel ex eo patet, quod, quae de litteris ad generalem mittendis in iisdem statuuntur, illic observari minime poterant.

His litteris in Germaniae superioris provincia hoc, praeter alia, effectum est, ut collegia ingolstadiense et monacense ac domus augustana, cum de rebus superioribus annis gestis litteras „quadrimestres" dedissent, res a. 1565 a m. Ianuario ad Iulium gestas litteris „semestribus", 1. Iulii 1565 datis, complecterentur. Atque Lainius iisdem litteris congregationi generali Societatis secundae, a. 1565 post ipsius mortem habitae, viam munivit ad novam illam „Formulam scribendi", quam ipsa, immutatis in ea re constitutionibus (verba tamen S. Ignatii integra relicta sunt), decreto 54. (73.) sanxit et praescripsit (*Institutum* S. J. II 205—206).

1171. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu. Augusta Vindelicorum 9. Decembris 1564.

Ex apographo (A), quod sub a. 1860 a P. *Iosepho Boero* S. J. scriptum, sub a. 1891 et denuo sub a. 1902 cum altero apographo (B), recenti et in Cod. „E. C. I" (n. 147ter [299]) posito, collatum est.

Particula epistulae typis exscripta est in Epp. *Nadal* II 657. Epistulam adhibuit *Kröss*, Can. 173, et (ut videtur) *Sacchinus*, Can. 336.

Pestilentia Augustam urit, Monachii scholas dissipavit. Oenipontem Socii brevi redibunt. Maximilianus II. Societati parum favet; collegia vindobonense et tyrnaviense periclitantur. Patricii augustani Romae impetrare student, ut augustanum Dominicanorum monasterium Societati tradatur; id quod vix fieri posse Canisius censet. Contionum frequentia. Gallia. Coniugium sacerdotum. Deus orandus. Aliqui baptizandos iubent papae renuntiare. P. Torrensis professio. Socii Dilingae aegrotantes. P. Natalis vel alius mittendus est visitator. Iacobus Augustanus votis solutus. Ioannis Georgii Velseri valetudini prospiciendum.

Pax Christi admodum Reverende Pater.

His diebus nullas ex Urbe accepi. Pestis Augustae grassari pergit[1], quae Monachii quoque scholam nostram dissipavit, quum sex pueri ex illa sint peste sublati. Oeniponti remisit se morbi saevitia: unde cogitamus brevi illuc fratres remittere, ne diutius gravetur collegium Ingolstadiense atque Dilingense.

Ex litteris P. Lanoy cognoscimus, litteras ad Caesarem comendatitias[a] huc usque datas parum valuisse[2]. Conservet Dominus Col-

a) *In A corr. ex* commendatitias.

---

[1] *Achilles Pirminius Gassarus* (Gasser) medicus augustanus et illorum temporum aequalis in „Annalibus Augstburgensibus" affirmat, anno 1564 Augustae 2542 homines mortuos, atque ex his 925 pestilentia exstinctos esse (Scriptores Rerum Germanicarum, ed. *I. B. Menckenius*, I, Lipsiae 1728, 1907).

[2] Vide supra p. 738—739.

legium Viennense, cui iam 800 floreni subtrahuntur[1], et Tirnaviense[a], quod suas etiam angustias non leves experitur. Orandus est Dominus pro Caesare.

Pergunt Augustani Patricii de quibus antea scripsi, in sua persistere sententia, nimirum ut experiantur[b] Romae, possitne monasterium illud Dominicanorum nobis Augustae applicari. Mihi nodus videtur indissolubilis, consensum impetrare Ordinis monasterio dicto renunciantis, priusquam nos immigremus. Sed potest Dominus plus quam speramus et intelligimus in hac causa largiri. Vereor tamen ne res male succedens[c] faetorem nobis aliquem adferat, et occasionem praebeat plerisque scandali. Igitur de domo conducenda ac[d] emenda suspenduntur consilia tantisper, dum ex Urbe responsum fuerit, ac procurator causae confidat hoc impetrare quod desideratur, praesertim apud Pontificem, Cardinalem Moronum et Generalem Dominicanorum[2].

Procedimus in Concionibus Adventualibus, quae populum utcumque frequentem habent, et fructus noster crescit in patientia[3]. Vidi litteras Cardinalis Amulii de miserando statu Galliae, de coniugio sacerdotum importune postulato, de causa fidei passim periclitante[4]. Vere tempus orandi et plangendi[5] cernimus, Domine salva nos perimus[6]. In Germania[e] novam excogitavit impietatem Sathan, ut quibusdam in locis baptisma conferatur cum hac stipulatione, Abrenuncias Papae et omnibus adhaerentibus ejus?[f] [7] Nescio quid magis horrendum ac violentum[g] possit adversus Christi Vicarium invehi.

Mittit D. Torres[h] formulam suae professionis[8]. Rector Dilingensis[9] aliquot diebus rediit ad sanguinis expuitionem. Erupit etiam circa pectus M. Erasmi[10] apostema. M. Gerardus[11] et M. Gaspar[12] habuerunt male. Christus restituat aegrotos fratres omnes incolumitati.

Saepe cogitavi profuturum esse Provinciae nostrae, ac pluribus fortasse aliis, si R. P. T. mitteret R. P. Natalem, aut eius loco alium

a) *In A corr. ex* Tyrnaviense. b) *In A perperam ex* experiantur *corr. est* experiatur. c) succendens *B.* d) *In A corr. ex* et. e) Germaniam *B.* f) *In A corr. ex* eius. g) violendum *AB.* h) Tonos *A; v. infra adnot. 8.*

---

[1] Illos 800 florenos, quos Ferdinandus I. ex desertae abbatiae gotvicensis reditibus collegio solvi iusserat, subtraxisse traditur atque etiam magistratibus, ut lignorum, quae quotannis Sociis dare consueverant, in posterum dimidiam tantum partem darent, mandasse; aerarium enim paene exhaustum esse (*Hopfen* l. c. 159).

[2] Vincentium Iustinianum. [3] Cf. Lc 8, 15; Col 1, 6.

[4] Vide supra p. 735. [5] Eccle 3, 4. [6] Mt 8, 25.

[7] Haec igitur interrogatio illi, quae in baptismo conferendo e vetere memoria ponebatur: „Abrenuntias Satanae? Et omnibus operibus eius? Et omnibus pompis eius?“ adiungebatur, vel etiam pro ea substituebatur.

[8] P. Hieronymus Torres sive Torrensis Dilingae 25. Novembris 1564 coram Canisio praeposito provinciali sollemnem quattuor votorum professionem emiserat; v. infra monum. 514. Harum professionum formula exstat in Constitutionibus S. J. P. 5, cap. 3, n. 3. *S. Ignatius* sanxerat, ut, qui professionem facturi essent, ex scripto vota recitarent, ac scriptum illud asservaretur (l. c. n. 2 4).

[9] P. Henricus Dionysius. [10] Volckeri. [11] Pastelius (vel Ultraiectinus?).

[12] Haivodus; hi quattuor in collegio dilingano degebant.

Commissarium Generalem, propter varias eius rei utilitates, quas non ignorat R. P. T. cuius quidem sacrificiis ac precibus Domino cupimus, praesertim circa Christi Domini Natalem [1] valde commendari.

Precamur etiam ex animo annum novum et felicem R. P. T. [a] ac sanctae illius administrationi, praesertim his temporibus turbolentis [b], quibus ostendit Deus iram [2] suam et poenas non leves nostrorum peccatorum minari videtur.

Jacobus Augustanus [3], qui ex Pragensi collegio aufugiens huc [c] rediit votorum absolutionem accepit, sicut P. Lanoyus suis ad me litteris ut facerem monuit. Dominus Jesus nobiscum. Augusta 9 Decembris 1564.

Habeatur, quaeso, cura Consulis Augustani, ut mittatur filius [4] aliquo ad curandam valetudinem, sicut proxime scripsi et valde rogat pater. Servus in Christo P. Canisius.

Lainius Canisio per Polancum respondit 2. Ianuarii 1565.

1172. P. ANTONIUS VINCK, provinciae rhenanae Societatis Iesu praepositus, CANISIO. Treveris inter 5. et 13. Decembris 1564.

Ex epistulae canisianae apographo A, de quo infra p. 763.

De litteris sibi non traditis.

Canisius Augusta 16. Decembris 1564 Romam ad Lainium praepositum generalem haec scripsit de P. Antonio Vinck, qui, cum collegii treverensis rector esset, novam provinciam Societatis „rhenanam" cum praepositi „provincialis" nomine regere iussus erat a Lainio per litteras Roma 23. Septembris 1564 datas, quas Polancus Canisio Treverim ipsius cura perferendas miserat, addens, litteras publicas sive „patentes", quas vocant, Vinckio alia via missum iri (v. supra p. 675). „Multis ab hinc diebus ex Urbe nullas accepi. Miror a Rectore Trevirensi hoc scribi, quod priores non acceperit ex Urbe missas, quibus Provincialis munere donabatur". Vinckii epistula periit.

1173. CARDINALIS **STANISLAUS HOSIUS**, episcopus princeps varmiensis, CANISIO. Heilsberga 12. Decembris 1564.

Ex commentario, quod exstat Cracoviae in bibliotheca universitatis iagellonicae, Cod. „161" Fasc. 1, n. 11.

Probat, quod Societatis homines decretis concilii tridentini ad effectum adducendis operam navant. Alberti V. Bavariae ducis pietatem animique magnitudinem extollit. Comes ortenburgensis. Episcopus passaviensis. Calicis concessio Germaniae vix afferet utilitatem. Hosius timet, ne sui quoque calicem petant. Ferdinandus I. homo erat bonus catholicusque, princeps — propter malos consiliarios — haud aeque bonus. Quem calicis concessione convaluisse falsus erat rumor. Hosius Tridento rediens eum monuit. „Confessio" Antverpiae denuo excudetur; Hosius immerito reprehenditur, quod librum saepe additionibus amplificet. Hosii apud Braunsbergenses labores; hi Alberti ducis catholicum animum admirati sunt; civitas olim episcopum, postea senatum

a) *In A corr. ex* Tuae. b) *Sic AB.* c) *In A corr. ex* huic *vel* hinc.

[1] Circa 25. Decembris. [2] Rom 9, 22. [3] Vide supra p. 738 [3].
[4] Ioannes Georgius, Hieronymi Velseri filius: v. supra p. 742.

catholicum expulit. Socii collegio braunsbergensi destinati Heilsbergae cum Hosio versantur; deest tamen, qui contionetur. Canisius venire debet, ut praepositus provincialis hos quoque subditos visitet.

Reuerende .P. frater et amice charissime.

Quas ad me litteras dedisti 8 Augusti . hae mihi redditae svnt 7. Idus Decemb:[1] et fuervnt mihi tanto gratiores . quanto prolixiores . quin breues potius quam prolixae visae svnt . Dare uos operam . vt qua parte possvnt concilij Tridentini decreta executioni mandentur, non possvm non probare: sed facilius . fuit ea condere . quam erit exequi . apud nos presertim. Insignem pietatem Illustrissimi Ducis Bauariae[2] satis laudare non possvm. Dominus conseruet evm, Dominus uiuificet evm. Dominus beatum illum faciat, et in hac terra[3], et post multos annos in futuro seculo, Amen. Consecrabit hic Princeps immortalitati nomen suum . qui dvm non metuit quenquam preter vnvm Devm . tanto minore negotio suos in offitio continebit . vtinam similes illius[a] alios Principes haberemus . Si duo preterea tales Germana[b] [?] tulisset terra . minus nvnc laboraret religio . Quanquam quod scribis de Comite ab Orttenburg . id minime nouum esse uidetur . Nam cvm anno superiore Passauiae fuissem, eadem haec Episcopus[4] mihi narrauerat . Gratulor autem vestris . quod rigantibus et plantantibus[5] eis incrementum dat Deus[6] . quod ut perpetuum illis sit non in sola Bauaria . verum et in Prussia . devm precor . Calix hic inebrians[7] . quem fructum adhuc attulerit in Germania . non video[8]. Metuo ne magnam perturbationem adferat. Nam hoc exemplo cupivnt etiam alij . nec putant sibi recte negari posse. Si Deus me seruabit incolumem . proxima insequenti[c] quadragesima non paruum laborem sustinebo[9] . De Caesare mortuo[d][10] . qui si tales habuisset consiliarios . qualis fuit ipse . nihil fuisset[e] in his quae ad religionem pertinent . quod in eo desiderari potuisset . iam pridem ad nos fuit allatvm . quin et hoc envntiabatur . quod simul ut . calicis vsvm permissvm esse promulgari fecit[11] . cvm esset deplorata ualetvdine statim convalescere cepit, vt nvllo iam amplius in periculo uersaretur: verum rei exitus aliter habere se rem declarauit . Nam simul

a) *A libr. corr. ex* tui. b) *Sic libr.; corrigendum esse videtur* Germanica. c) in sequenti *comm.* d) *Hoc v. supra versum scriptum est.* e) *Sex vv. sqq. in marg. addita sunt.*

---

[1] Die 7. Decembris. [2] Alberti V. [3] Ps 40, 3.

[4] Urbanus de Trennbach. [5] Cf. 1 Cor 3, 6 7 8. [6] 1 Cor 3, 7.

[7] Ps 22, 5. Cf. Ier 51, 7.

[8] Calix laicorum significatur; quem ut concederet, Pius IV. a Ferdinando I. fere coactus erat; v. supra p. 575.

[9] In Varmia quoque erant, qui calicem desiderarent (v. supra p. 608[6]). Quod desiderium, cum paschalis communionis praeceptum urgere coepisset, declaratum iri facile praevideri poterat.

[10] Ferdinandus I. 25. Iulii 1564 Vindobonae mortuus erat.

[11] Calicis concessio Vindobonae promulgata est 18. Iunii 1564 (*Bucholtz* l. c. VIII 683).

ut nescio quo scripto edito . Pontificem agere coepit . etiam Caesar esse desijt[1] . Deus illius animae sit propitius[a]. Fuit reuera vir bonus . Catholicus . et Orthodoxus . vtinam aeque bonus Imperator. Proferebam illi nonvnquam exemplvm Illustrissimi Bauariae Ducis generi sui[2]. Quin et ex Legatione proficiscens ad Ecclesiam meam cvm illvm salutassem[3] . commemoraui . quomodo rem gesserat idem[b] Bauariae Dux cvm Comite Ortemburgensi . negabat se quicquam audiuisse ea de re . Devm itervm atque itervm illius animae propitivm precor.

Accepisse[c] te Confessionis nostrae librvm gratvm fuit ex litteris tuis cognoscere[d] . habui nvper ab D. Henrico[4] litteras . simul et[e] ab Typographo[5] . intra duos menses facturos se recipivnt . ut librum[f] denvo sub incvdem dent[g], fuervnt autem litterae datae mense Octobri. Si seruauerint promissa ad proximas nvndinas Francfordienses[6] habitvros nos opus perfectvm spero. Svnt qui moleste ferant . tocies illud a me nouis additionibus locupletari . sed si mihi labor legendi plures authores . quos presertim antea non uidi . grauis non est . non uideo cvr illis graue esse debeat alieno labore frui . cvm praesertim ad comparandvm sibi librvm cogatvr nemo. Gaudeo probari uobis . quae svnt a nobis acta Brunsbergae. Magnos certe sustinui labores. Deo gratias ago cuius hoc est beneficivm . quod non infoeliciter tamen[h] [?] cesservnt. Habebam in comitatu meo Nepotem Cancellarij Ducis Bauariae[7], quaerebant ex eo ciues . nvm[i] Princeps ille permitteret suis, usvm calicis . respondit ille . Nequaquam, Quin et hoc addidit, non ita Princeps meus agit cvm suis subditis . non eis tot uerbis persuadere conatur . sed simul ut aliquis nouas res in religione moliri coeperit . statim aut proscribitur . aut in carcerem detruditur . mirabantur illi reperiri tam Catholicvm Principem in Germania[k]. Sed mihi non licuit eadem ratione agere . est enim oppidum illud satis frequens . et post tres ciuitates quas maiores uocant[8] primvm locvm obtinet . expvlit ali-

a) *Sequitur* vti, *a libr. oblitteratum.* b) *Hoc v. supra vers. positum est.* c) *A libr. corr. ex* Accepi. d) *A libr. corr. ex* librvm . accepi lubens. e) *Supra vers. scriptum.* f) *A libr. corr. ex* liber. g) *A libr. corr. ex* detur. h) *Sic libr.; tandem?* i) *Sequuntur vv.* apud eo, *a libr. oblitt.* k) *Quae sequuntur, usque ad* autem Deus *(p. 758) incl., a libr. in marg. addita sunt.*

---

[1] Ferdinandus libellum ad episcopos miserat, quo praescribebatur, quibus cum condicionibus, quando, ubi, quo ritu etc. communio sub utraque specie ministranda esset, professus tamen, se minime, quae episcoporum essent, sibi arrogare, sed cum pontificis et episcoporum opera suam coniungere velle; v. *Bucholtz* l. c. VIII 682—683; cf. *Knöpfler* l. c. 141.

[2] Albertus V. Annam, Ferdinandi filiam, uxorem duxerat.

[3] Hosius absoluto concilio tridentino, in quo unus ex „legatis" pontificis sive praesidibus fuerat, in Varmiam rediens, m. Ianuario 1564 Vindobonae Ferdinandum I. ipsius invitatu convenerat (*Rescius* l. c. II 17. *Eichhorn* l. c. II 159).

[4] Dunghen canonico antverpiensi, qui antverpienses Confessionis editiones curabat; v. supra p. 114[7] 380. [5] Ioanne Stelsio antverpiensi.

[6] Hae 7.—22. Aprilis 1565 futurae erant.

[7] Davidem Wagner sacellanum? Cf. *Can.* III 195 196 306 et supra p. 517.

[8] Gedanum (Danzig), Torunum (Thorn), Elbingam (Elbing) dicere videtur.

quando svvm Episcopum[a], qui per moenia civitatis se demittere necesse habuit . quin et fossas quae uersus oppidvm erant . explervnt hvmo[1] . quo liber illis aditus ad castrvm semper pateret, quo statu svnt etiam in hvnc usque diem: Mea quoque memoria . ante annos 40. cvm civitates maiores in Prussia, simul omnes conspiratione facta veterem Senatvm eiecissent . vna cvm fide Catholica . fecervnt idem Brunsbergenses[2] quoque ac difficulter adduci potuervnt . vt sacerdotes Catholicos reciperent. Itaque non sine periculo uersabar in illo Oppido nisi quod plures tamen erant nobiscvm inprimis autem Deus[3]. Fratres vestri uenerunt iam ad me[4], nec a me magis quam ab illis vnus tantvm Canisius desideratur . Quem esse dignvm iudicant . vel hoc solo nomine quod anno toto a scribendis ad me litteris abstinvit . vt ei penitenciae loco mandetur . vt in Prussiam se conferre cogatur . Ego uero maiorem quam credi queat . ex ea re uoluptatem caperem . Sed si quod uolumus fieri non potest . hoc sciat uelim . quod magna fuerit eorvm aduentus expectacio . Si nullus fuerit repertus . qui sit aptus ad praedicandvm dei uerbum permultvm ea minvetur . Tuum fuerit ei rei prouidere quando quidem ad tuam isti prouintiam pertinent[5]. Svnt adhuc in hoc meo castro iam dies fere 40 . nam Brunsberga . nondvm est immvnis a peste . Bene ualent omnes per dei gratiam.

Illustrissimus Card: augustanus excusat te . quod cvm sis Provintialis necesse habeas uisere reliqua Societatis vestrae loca[6] . Quid autem! an hic[b] [?] quoque non pertinebvnt ad Prouinciam[c] tvam! an hi soli non habebvnt Prouincialem Praepositvm . an hos solos tv negligendos esse pvtabis! Mihi quidem ille uidetur excusando te . maiorem mihi causam dedisse . vt instem atque urgeam . quo fungaris officio tuo . visites etiam hos . ut quo loco sint hic res cognoscas.

Huius epistulae commentario, quod mihi praesto erat, manu antiqua eadem, qua prima sex verba („Reuerende“ etc.) scripta sunt — reliqua altera manu antiqua (Stanislai Rescii?) scripta sunt —, in margine adnotatum est: „Canisio XII decembris 1564 Helspergi“.

Canisius Hosio rescripsit 16. Februarii 1565.

a) Epum *libr.* b) *Sic libr.; sed ponendum esse videtur* hi, *sicut paulo infra:* hi soli, hos solos. c) *A libr. corr. ex* Prouintiam.

---

[1] Braunsbergenses a. 1396 Henricum Soerbom (Zorbom, Sauerbaum) episcopum et principem suum ita tractaverunt (*Thom. Treterus*, Liber de Episcopatu et Episcopis Varmiensibus n. 17, in „Scriptores Rerum Warmiensium“, ed. *C. P. Woelky* II, Braunsberg 1889, 274—278). [2] Anno 1525 (*Eichhorn* l. c. I 69—70).

[3] 4 Reg 6, 16. 2 Par 32, 7 8.

[4] Novem Societatis homines collegio Braunsbergae incohando destinati inde ab initio m. Novembris Heilsbergae cum Hosio versabantur; quorum nomina posuit *Eichhorn* l. c. II 177.

[5] Nunquam, quod equidem sciam, hoc Societatis collegium ad provinciam Germaniae superioris pertinuit; sed primum austriacae provinciae, deinde polonicae, denique lituanicae fuit. [6] Vide infra monum. 618.

1174. P. THEODORICUS CANISIUS S. J., collegii ingolstadiensis rector, CANISIO.

Ingolstadio paulo ante medium m. Decembrem 1564.

Ex litterarum Petri Canisii apographo A, de quo infra p. 763.

Ingolstadii Sociis graves pugnae cum universitate sunt. Illi neque ex scholis, neque ex sacris ministeriis multum fructus colligunt; praestat eos, paucis illic relictis, alio migrare. Dux professores, ne Socios molestarent, graviter monuit.

Canisius Augusta 16. Decembris 1564 Romam ad Lainium haec scripsit de P. Theodorico Canisio S. J., suo ex patre fratre et collegii ingolstadiensis rectore: „Scribit frater graves Ingolstadii solere pugnas esse Professoribus contra nostros: neque favet Senatus[1] *Collegio, neque commoditas fere ulla datur de civibus illic bene merendi iuxta nostrum Institutum . Scholae nostrae privatae*[2] *magnam sustinent invidiam, suntque pauci in eis adolescentes, neque diu manent, et raro ad frugem perveniunt, et a studiosis aliis facile corrumpuntur. Igitur Rector ait sibi videri, infinito plus fructus in alio Bavariae oppido a nostris fieri posse: satis fore, domum nostris relinqui, in qua Theologi, si ita Princeps omnino cuperet, cum paucis aliis sustentarentur. Nam neque auditores illic e nostris solidum in studiis progressum faciunt, neque Professores vivent absque angoribus inter Professores alios a nostris plurimum dissentientes, neque magnus ex concionibus vel confessionibus fructus ibidem expectandus videtur. . . . Scripsit interim Princeps ad Professores, eosque graviter monuit, ne impedirent Collegium praesertim circa novas habitationes nuper donatas."*

Ad haec illustranda iuvant, quae idem *Theodoricus Canisius* Ingolstadio 20. Decembris 1564 Romam ad Lainium *scripsit: „Loca quae Collegio nuper a Dominis Consiliarijs Jllustrissimi Principis adiecta fuere, propter augendam aedificij commoditatem, non sine magnis turbis ab Vniuersitate extorsimus, Dominus iuuit nos per interpositam Jllust: Principis authoritatem, qui grauius quam forte necessarium erat, contra Vniuersitatem pro nobis egit, vt etiam expulsionem rebellibus minaretur" (ex autographo. Cod. „G. Ep. V" f. 194b). Concesserant universitatis „patroni", ut, quod Sociis ex carcere universitatis multum molestiae exhiberetur et in seminario georgiano vel alibi facile locus inveniri posset novo carceri, carcer ille infirmis curandis et hospitibus excipiendis a Sociis adhiberetur (v. infra monum. 524). At universitas, haec concessa non esse rata, Sociis, ne carcerem usibus suis accommodarent, interdixerat; ac cum se hanc ob rem Alberti V. ducis „indignationem incurrisse" ex huius litteris 8. Decembris 1564 datis cognovisset, 9. Decembris ei respondit: Iesuitas de universitatis fama detrahere consuevisse et „cupidine occupandi omnia" flagrare ac periculum esse, ne per eos academia denuo subverteretur; praeterea Nicolaus Everardus (Frisius) iuris professor Monachium ad ducem missus est cum „Instructione" 16. Decembris 1564 data, in qua dicebatur, Iesuitas „diu noctuque nihil aliud cogitare, quam de propagandis domiciliis suis"; officinis divinis non interesse; latinas contiones, quas „non sine fructu aliquamdiu fecissent", omittere; „in suo sacello omnia iura parochialia et administrationem sacramentorum exercere"; nolle iam, id quod antea fecissent, in ecclesiis parochialibus sacrum facere; disciplulis „suis lectiones aliorum professorum interdicere"; in universitate „regnare omnibusque dominari" velle; quaerebatur in eadem Instructione: „An haeresis illa a jesuitis sparsa, qua mulierculas nonnullas superstitiosas infecerunt, toleranda sit, quod melius sit apud jesuitas confiteri, missas audire etc., quam apud alios sacerdotes" etc. (*Prantl* l. c. I 229—230; II 251—254).

---

[1] Senatum urbis dicere videtur.

[2] Hae quattuor classium erant, in quibus grammatica, litterae et humanitas, rhetorica tradebantur (* *Catalogi* collegii ingolstadiensis 31. Augusti 1563 et 2. Ianuarii 1564 dati. Cod. „GSC 66" f. 392 393).

1175. THEODORUS LINDANUS, theologiae doctor, CANISIO.
Heilsberga (?) sub medium m. Decembrem 1564.

Ex litterarum Canisii apographo, quod sub a. 1860 curante *Boero* ex archetypo, in Cod. „E. C. I" n. 152 (15 16) posito, exscriptum, sub a. 1903 cum eodem archetypo diligenter collatum est.

P. Hoffaeum Braunsbergae contionatorem et superintendentem constitui vult.

Canisius Dilinga 10. Februarii 1565 Romam ad Societatis vicarium generalem de Societatis collegio exeunte a. 1564 a Stanislao cardinale Hosio episcopo et principe varmiensi Braunsbergae instituto scribens: „Scribit", inquit, „etiam ad me D. Theodorus Lindanus, qui antea Romae fuit, de mittendo concionatore D. Paulo Hoffaeo: qui simul etiam sit superintendens Collegij."

Theodorus Lindanus sive Lyndanus († 1580) noviomagus, anno 1552 Romae inter primos collegii germanici alumnos a S. Ignatio admissus (Card. *Steinhuber* l. c. I 39 40), Culmiae (Kulm) in Borussia sacris initiatus (*J. Jungnitz,* Martin von Gerstmann, Bischof von Breslau, Breslau 1898, 70—71), hoc tempore Heilsbergae apud cardinalem Hosium versatus esse videtur; Heilsberga certe 4. Ianuarii 1565 Romam ad P. Ioannem de Polanco *scripsit (ex autographo). Is 26. Septembris 1565 Vratislaviae creatus est canonicus ecclesiae cathedralis; ibidem collegialis ecclesiae sanctae Crucis canonicus fuit et exeunte a. 1565 novo seminario clericorum est praefectus; postea etiam eiusdem cathedralis ecclesiae archidiaconus, episcopi vicarius generalis et officialis, apostolicus protonotarius fuit et „visitationibus" canonicis per episcopatum vratislaviensem habitis de eodem bene meritus est (*Jungnitz* l. c. 12 14 17 205—206. *Idem,* Visitationsberichte der Diözese Breslau. Archidiakonat Breslau I, Breslau 1902, 3 4 11—28 61 71 98. *Soffner* l. c. 50).

Lindanus haec de Hoffaeo contionatore braunsbergensi constituendo scripsisse videtur, antequam Heilsbergam venisset P. Petrus Fahe huic muneri a Societatis moderatoribus destinatus; is autem sub 25. Decembris 1564 eo advectus est (*Eichhorn,* Hosius II 179). Ac fortasse Lindani litterae ad Canisium missae sunt una cum illis, quas Hosius 12. Decembris 1564 ad illum dedit.

1176. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO.
Roma 16. Decembris 1564.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „Augusta P. Canisio". Cod. „Germ. 1561" f. 226.

Precationes fient pro P. Pinedano aegroto; qui si mutatione loci iuvari poterit, iuvetur. Universitatis ingolstadiensis res melius constitui gratissimum est; fecit pontifex, litteris Canisii motus, gravem constitutionem de haereticis non promovendis etc. P. Stevordianus nulla ratione, ne duce quidem rogante, in Bavarium inferiorem redire debet. P. Schorichius litteris studeat. Romae Societas cardinalibus, quos pontifex de ea quaestionem habere iussit, valde probata est; libellorum contumeliosorum auctor officio reditque privatus et in custodiam mitti iussus est; pro quo Socii deprecati sunt; litterae pontificiae ad imperatorem etc. dabuntur, quibus Societatis innocentia declaretur; atque id Canisius cum Sociis vindobonensibus communicare iubetur. Cardinali Augustano scribitur, Dominicanorum monasterium Societati tradendum non esse, nisi ministro generali et ordine Praedicatorum libere consentientibus; monialium quoque cura Societatem immunem esse debere; fortasse effici potest, ut Sociis, donec suas aedes habeant, alio monasterio uti liceat. Cardinalis de collegio quoque dilingano dotando monetur; praestat enim reditum providere eumque apud Italos collocare, quam aedificare. Socii Dilingae et Ingolstadii rectores etc. constituti vel constituendi. Oenipons. P. Cuvillonius. Alii Socii.

Pax Christi.

Molto Reuerendo in Christo Padre . à due lettere di .V. R. di 15. et 24 del passato farro per adesso breue risposta, un' altra uolta mi estendero piu.

per il Padre Alfonso Pinedano[a] si fara oratione nella Casa, et Collegio[1], et se la mutatione del loco li hauesi à conferire non si manchi per amor d' jddio di essercitar[b] con lui la Charita . del Mandar un' altro in suo loco si andera Considerando quel che si puo fare . Se aiutino in questo mezzo di quel che hanno.

Che si dia qualche buon ordine all' uniuersita d' ingolstadio c' é molto Caro, presto si mandara una Bolona alla qual dette occasion una lettera di V. R. accio non si possi promouer[c] se non Catholici[2] etc.

Sé uista la peregrinatione delli Padri Scurichio et Martino[3], et se volessi il Signor Duca[4] mandar di nouo detto Padre Martino Conuiene procurar ad ogni modo non ui uada, et quanto al Scurichio se non si potessi[d] obtener[e] d' andar piu discosto almeno in ingolstadio attenda alli suoi studij.

Quanto alli libelli famosi altra uolta scriuerò piu in particolare, ma la summa é che questi Signori Cardinali à li qualli il Papa há comesso si informasino restono insieme con sua Santita molto satisfati et edificati di hauer trouata tanta purita[5], et all' author principale de detti libelli l' an priuato del officio, et toltegli[f] la prouision che gli daua sua santita et ordino piu uolte lo mettesino in pregione, benche noi non solamente non hauemo procurato punitione alcuna di esso, ma anche hauemo suplicato non se li facessi, danno ne lo mettesin in prigion, et Sua Santita há ordinato breui che si scriueno all' imperador, et al Duca Bauiera et etiam al Cardinale[6] dechiarando esser stati calumniosi quelli scritti et sottoscriuera il medessimo breue, quel Cardinal che fu deputato per li altri per informarsi et iudicar

a) Pinellano *ap.* b) essercitarl *ap.* c) mouer *ap.* d) potissi *ap.* e) *Vel* ottener; *ap.*: tener. *Cf. supra p. 731.* f) *Sic ap.; corrigendum videtur* toltogli *vel* toltagli.

---

[1] Pinedanus, logices in universitate ingolstadiensi professor, graviter aegrotabat.

[2] De gravissima hac Pii IV. constitutione vide supra p. 654 688 698.

[3] Litteras dicit, quibus P. Georgius Schorichius peregrinationem expeditionemque sacram a se et P. Martino Stevordiano in Bavariam inferiorem susceptam enarravit; vide supra p. 724—731. [4] Albertus V.

[5] Caesarinus, libellorum contumeliosorum praecipuus auctor, a cardinale Sabello de facti indignitate serio monitus, se, quae scripsisset, in iudicio comprobaturum esse suscepit; complura igitur accusationum capita, ex quibus aliqua ad confessionum audiendarum rationem pertinebant, collegit; testes sibi comparavit, maxime ex eorum genere, qui ex Societate profugi vel eiecti erant, et qui aliquamdiu inter collegii germanici convictores versati ab iis, ne ceteris noxii essent, segregati erant vel ipsi se proripuerant. Apud cardinales reformationi ex concilio tridentino faciendae praepositos quaestio diligenter severeque instituta est (*Sacchinus*, Hist. S. J. II, l. 8, n. 26—31. *Bartoli*, L'Italia l. 4, c. 13 [l. c. IV 191—192]). Varias eius generis accusationes sive „obiectiones" v. in Epp. *Nadal* IV 152—165.

[6] Augustano; de his Brevibus plura dicentur infra, post ep. n. 1180.

detti scritti[1]. La Copia di questo Capitolo V. R. di gratia mandi à Viena perche di qua non si scriue tanto facilmente in la come in Augusta.

Al Cardinale si risponde[2] che non pare si debbia trattar del Monasterio di Santo Domenico se non fosse consentendo liberamente il Generale[3], et l' ordine loro non facendosi anche Conto di dar alli nostri la Cura delle Monache[4], potrebe forse ottenersi l' uso d' un Monasterio di Monachi di Santo Benedetto ò altri[5] insino à tanto che si potessi hauer Casa propria . Se li scriue etiam di nouo sopra la dotation del suo Collegio di dilinga. V. R. anche in presentia faccia l' officio meglio che potra, quasi siamo del suo parer, che piu presto si attenda à far intrata ch' á fabricar' et forse anche in Jtalia staria meglio che in Germania la detta intrata per assecurarla delli Canonici Augustani[6].

Del Dottor Anrico[7] quest' anno che uiene piacendo à Jddio si potra disporre accio si adoperi in aiuto delle anime il talento della predicatione, et tutta uia si andara uedendo che saria al proposito per Rettor d' ingolstadio perche à dilinga si prouederebe assai suficientemente mettendoui il Dottor Toderico Canisio. Se stessi bene il Dottor Andrea[8] spero lo trouara V. R. etiam atto al Gouerno, et non solamente all' officio di lettor. Ci ralegramo ch' el Padre Rabasten mostri talento per gouerno[9], sarà bene ancho ecitar il Dottor Tomaso accio facia l' officio commesso strenuamente, et quando si uedessi pure che non hà per questo Talento si potra ueder come la farebe quanto à leger quella lection[10], che V. R. dice in ispruk.

---

[1] Iacobus Sabellus.

[2] De his Lainii litteris vide supra p. 734. Cardinalis *Otto* Dilinga 12. Ianuarii 1565 *respondit: „Hauendo conosciuto per la lettera di V. Paternita di XVI. del passato l' intention' sua quale la sia intorno al Monasterio di S. Domenico di Augusta, et l' auuertenza che la giudica d' hauersi nel trattar' il negotio, si andarà hora pensando insieme con quelli Patritij d' Augusta, et con il Padre Canisio al miglior' spediente che ui sarà da pigliare, come à suo tempo se ne potrà dare particular' raguaglio à V. Paternità" (ex archetypo, manu Ottonis subscripto. Cod. „Epp. Cardd. I" f. 83).

[3] Vincentius Iustinianus.

[4] Monasterii S. Catharinae, ordinis Praedicatorum, etc.; v. supra p. 734.

[5] Benedictini monasterium S. Udalrici, Canonici regulares S. Augustini canonias S. Crucis et S. Georgii habebant.

[6] Periculum erat, ne post cardinalis mortem capitulum cathedrale collegii dotationem vel redituum in Societatem translationem irritam esse iuberet; cf. *Specht* l. c. 69—70.

[7] P. Henricum Dionysium, universitatis et collegii dilingani rectorem, significat.

[8] Avantianus.

[9] In **Actis* universitatis dilinganae refertur, 24. Octobris 1564 P. Thomam Darbishirum contubernii S. Hieronymi moderatorem sive „regentem", P. Ioannem Rabenstein ipsius adiutorem sive contubernii „subregentem" renuntiatos esse (Cod. diling. „Acta ac Dil." p. 70).

[10] Scholam theologicam; v. supra p. 199⁴ 743.

Come si possa passar in Italia si espetera il Padre Couiglion, per andar da messer Antonio Altano.

Mastro girardo girardino gia s' è mandato in Francia . per quest' anno crediamo si tratera ben mastro Erasmo[1], per il seguente .VR. ueda se di la si potrà prouedere, di qua etiam si considerera l' aiuto che se li potra dare; non diro altro per questa, se non che si scriuera un' altra uolta al detto Erasmo et alli Padri Scurichio, et Martino. Di Roma alli 16 Decembre 1564.

Canisius Lainio respondisse videtur 6. Ianuarii 1565.

1177. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu. Augusta Vindelicorum 16. Decembris 1564.

Ex apographo (A) sub a. 1860 a. P. *Iosepho Boero* S. J. scripto, quod sub 1887 cum archetypo (2°; 3 pp.; in p. 4. inscr. et pars sig.) ipsius Canisii manu subscripto („Servus" etc.) collatum et ex eodem suppletum est.

Exstat alterum apographum (B) in Cod. „E. C. I" n. 147.

Praepositus provinciae rhenanae S. J. Variis locis pestilentiae vis imminuta est. Nummi Vicecomiti nuntio mutui dati. Cum patriciis iam Bavariae quoque dux et cardinalis Augustanus Romae impetrare student, ut augustanum Dominicanorum monasterium Societati tradatur; Canisius timet, ne ob eam rem Socii vexentur. Philippus Fuggerus aliique in collegium germanicum venient. Octavianus Fuggerus. Professores Ingolstadium mittendi; ibi Sociis professores adversantur, urbis senatus non favet, parvus fructus ex scholis sacrisque ministeriis colligitur; praestatne abire? Dux professores graviter monuit. Collegium mantuanum. Contiones dilinganae et monacenses.

† Pax christi admodum Reverende pater.

Multis ab hinc diebus ex Urbe nullas accepi. Miror a Rectore Trevirensi[2] hoc scribi, quod priores non acceperit ex Urbe missas, quibus Provincialis munere donabatur. Moguntiae, Treveris, Oeniponti et Monachii ad studia literarum reditur, nisi quod Oeniponti magis studia silent, et difficilius restitui possunt. Sed pestis tamen saevitia sublata est D o m i n o c o o p e r a n t e[3].

Quod ad pecuniam 50. ducatorum a Nuncio Apostolico Rectori Monachiensi restituendam[4] attinet, desideramus ut illa, si forte numeretur, in Urbe meo nomine retineatur ad partem aliquam debitorum nostrorum solvendam.

Qui hoc loco urgent causam Collegii[5], ut antea scripsi, pertraxerunt in suam sententiam Principem Bavariae[6], qui confidit se apud Pontificem impetraturum ut nostrum sit monasterium illud Praedica-

---

[1] Völcker.

[2] P. Antonio Vinck, quem Lainius novae provinciae Societatis rhenanae praeposuerat; v. supra p. 755. [3] Mc 16, 20.

[4] Hanc pecuniam Carolus Vicecomes nuntius a Paulo Hoffaeo rectore mutuam sumpserat; v. supra p. 744.

[5] Fuggeri et alii quidam patricii (Ilsungi?).

[6] Albertum V.; vide quae sub ipsam hanc epistulam dicentur.

torum[a]. Fiat voluntas Domini[1]. Nos in metu gravi versamur, et expectamus hinc aliquam persequutionem, praesertim quum iam sint Monachi aliquid de hoc negotio subodorati. Cardinalis cum Principe et Fuggeris conspirare videtur, ut rem urgeant Romae, quocunque tandem modo cedat.

Nunc scribit D. Geôrgius Fuggerus ad Philippum Bononiae filium, ut circa Februarium in Urbem veniat in Collegio Germanico habitaturus cum aliis duobus aut tribus, quos mittet Germania, ut alias indicavi[2]. Mater Fuggera[3] valde gaudet, filium Romae futurum inter nostros. De Octaviano[4] nihil pridem accepimus. Is posset saepius ad parentes litteras dare.

Joannes Dominicus[5] imbecilliorem adfert valetudinem ad quotidianam Ingolstadii lectionem . Quare operae pretium esset, duos et doctos et mediocriter sanos donari Professores Ingolstadiensibus[6], quos ex Urbe mitti percupiunt[b].

Scribit frater[7] graves Ingolstadii solere pugnas esse Professoribus contra nostros: neque favet Senatus Collegio, neque commoditas fere ulla datur de civibus illic bene merendi iuxta nostrum Institutum. Scholae nostrae privatae magnam sustinent invidiam, suntque pauci in eis[c] adolescentes, neque diu manent, et raro ad frugem perveniunt, et a studiosis aliis facile corrumpuntur[d]. Igitur[e] Rector ait sibi videri, infinito plus fructus in alio Bavariae oppido a nostris fieri posse: satis fore, domum nostris relinqui, in qua Theologi, si ita Princeps omnino cuperet, cum paucis aliis sustentarentur . Nam neque auditores illic e nostris solidum in studiis progressum faciunt, neque Professores vivent absque angoribus inter Professores alios a nostris plurimum dissentientes, neque magnus ex concionibus vel confessionibus fructus ibidem expectandus videtur. Haec obiter idcirco dixerim, ut iudicet R. P.[f] T. qua ratione Collegio Ingolstadiensi subveniri possit, a quo ut saepe scripsi Rectorem praesentem auferre non audeo. Scripsit interim Princeps ad Professores, eosque graviter monuit, ne impedirent Collegium praesertim circa novas habitationes nuper donatas[8].

Scribit P. Dyrsius, respondisse Ducem Mantuanum Reginis, ad se non pertinere testamentum D. Cardinalis de Mantua foel. memoriae,

a) *In margine antiqua manu romana notatum est:* Pa . *[= Piace?]* si se fara alcun officio col generale*; cf. infra p. 770.* b) *In marg. ut supra (adnot. a):* Pa. et si cerchino. c) ea *archet.* d) *In marg., ut supra:* repuntar *[?]* al ochio de dar allí nostri tutto l'assumpto poco a poco. e) P. *B.* f) V. *A.*

---

[1] Act 21, 14. Cf. Mt 6, 10; Lc 22, 42 etc. [2] Vide supra p. 740—741.

[3] Ursula.

[4] Fuggero, Georgii et Ursulae filio et collegii germanici convictore.

[5] Facciardus, neapolitanus, S. J., logicen et litteras graecas in universitate tradebat (*P. *Theodoricus Canisius* S. Francisco Borgiae, Ingolstadio 25. Februarii 1565. Cod. „G. Ep. VI." f. 74).

[6] Horum alter physicam (aristotelicam) in universitate docere debebat (*Prantl* l. c. II 254). [7] P. Theodoricus Canisius, collegii ingolstadiensis rector.

[8] Vide supra p. 759.

ac proinde neque curam Collegii Mantuae fundandi[1]. Commendamus nos plurimum sacrificiis ac precibus R. P. Tuae omniumque Fratrum et Patrum. Christus nos vere parvulos faciat sua sancta nativitate[2]. Augustae 16. Decembris 1564. Servus in Christo P. Canisius.

M. Martinus[3] Dilingam excurrit ibidem per has ferias forte concionaturus et sinit illum Princeps[4] nobis adesse. Rector Monachiensis[5] in aula concionatur. M. Schorichius in templo Collegii. D. Covillonius, sicut cupit, mittetur ad locum sibi destinatum quam primum fieri poterit. Dominus nobiscum.

Al molto Reverendo in Christo Padre, il Padre M. Jacomo Laynez, Praeposito Generale della Compagnia di Jesv. In Roma.

Operae pretium fuerit ad illustrandam hanc epistulam aliqua proponere ex *litteris ab *Alberto V.* Bavariae duce Monachio 12. Decembris 1564 ad Pium IV. datis: „Ciues quidam Augustani . . . vltro certam pecuniae summam contribuerunt, eo consilio, vt in dicta Ciuitate Collegium Societatis Ihesu instituant". Cum vero nec domus nec templum ad id praesto sint, „extet autem ibidem Monasterium Ordinis Sancti Dominici, in quo nunc quatuor tantum Religiosi supersunt, quj, ob ipsius Monasterij reddituum tenuitatem, vix vnde viuant habent: adeo quidem, vt non modo maior numerus his iniquissimis temporibus ibidem ali nequeat, sed et de recipiendis post horum mortem alijs exigua, imo nulla plane spes sit, Visum est praedictis Ciuibus Monasterium illud societatis vsui commodissime, et absque alicuius praeiuditio, deputarj posse. Ac proinde me obnixe rogarunt, vt haec ipsorum pia, suoque sumptu vltro suscepta consilia iuuare, ac apud Sanctitatem V. intercedere vellem, quo . . praedictum Monasterium . . . Patribus de societate concederetur. . . Ne autem quatuor illis Dominicanis fratribus habitationis commoditas, vel debita sui ordinis ministeria peragendi facultas adimatur, Curabo, vt in Monasterium eiusdem ordinis, quod in Ciuitate mea Landishutana, ac Augustano illo locupletius est, recipiantur" (ex apographo eiusdem temporis, quod exstat Augustae in archivo curiae episcopalis, Fasc. „Ies. in Augsb. 1564—1579". Epistula usus est et particulam ex ea posuit *Schellhass* l. c. IV XXII).

Lainius Canisio per Polancum respondit 2. Ianuarii 1565.

1178. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu. Augusta Vindelicorum 23. Decembris 1564.

Ex litterarum Polanci apographo eodem tempore scripto. Cod. „Germ. 1561" f. 245[b].

Polancus Roma 27. Ianuarii 1565 Augustam ad Canisium scripsit: „Respondero alle lettere che habbiamo de V. R. de 23 de decembre, non ci trouando altre piu fresche". Canisii epistula perisse videtur; de qua vide plura in litteris Polanci, quas dixi.

Unum tantum hic addo. Canisius 23. Decembris 1564, ut ex Polanci responso colligitur, de Vicelio et Cassandro in religionis consilium a Maximiliano II. adhibitis Romam scripsit. Maximilianus, quae eius in rebus sacris erat inconstantia et dubitatio, ex una parte ordinibus Austriae inferioris lutheranismi exercendi licentiam, quam vehementer petebant, non concedebat; ex altera autem parte concilii tridentini

---

[1] De hac re v. supra p. 745.
[2] Cf. Mt 18, 3; Mc 10, 15 etc. [3] Stevordianus.
[4] Albertus V.; cf. supra p. 731. [5] P. Paulus Hoffaeus.

decreta promulgare recusabat; subditos omnes ad pacem componere volebat mediam viam ineundo et rationem aliquam ritumque religionis communem constituendo, quo „substantialia" quidem, quae vocabant, religionis catholicae et maxime, quae iuris divini essent, retinerentur, reliqua vel tegerentur vel singulorum arbitrio plane permitterentur. In consilium autem adhibuit duos viros doctos, qui theologiam irenicam studiose colebant et animis erant ad indulgendum et connivendum protestantibus valde atque etiam nimium propensis: Georgium Vicelium (Witzel) „seniorem" dico (de quo v. *Can.* I 588 [3]; II 55 [4]) et Georgium Cassandrum (v. *Can.* I 365 [6]), quem etiam, ut Vindobonam ad se veniret, invitavit (*Turba* l. c. III 290. *Hopfen* l. c. 88—89 112 122 124—129 220—221). Uterque sub exitum a. 1564 commentarium iis de rebus conscripsit, Vicelius „Viam regiam", quam postea vocarunt, Cassander „Consultationem de Articulis controversis", de qua supra p. 484 [5].

1179. P. HERMES HALBPAUR S. J., collegii oenipontani contionator et Magdalenae reginae confessarius, CANISIO.

Merana exeunte m. Decembri 1564.

Ex litterarum archetyparum a Canisio ad Lainium datarum apographo, de quo infra p. 774—775.

Magdalenam reginam saepe cum P. Dyrsio colloqui neque eum, licet necessarius non sit, abire pati.

Canisius Augusta 6. Ianuarii 1565 Romam ad Lainium praepositum generalem haec scripsit de Magdalena regina, quae cum quatuor sororibus Oeniponte ob pestilentiam abiens P. Ioannem Dyrsium, collegii illius rectorem, et P. Hermetem Halbpaur, eiusdem collegii contionatorem et suum confessarium, Meranam secum abduxerat: „Sic . . . ad me scribit P. Hermes: P. Rectorem in familiarj colloquio libenter habet, quae singulis fere diebus bis interdum aut ter cum illo agit . Mirantur ergo multi et dicunt, quid Jesuitae habent negotij toties in aula! ut verum fatear, uno ex nostris possent esse contentae, qui simul concionator et confessarius esset ne alter solum ad colloquia reservaretur. Sed non [a] mutant Reginae libenter confessarium, et Senior illa dicit se non posse cum confessario ita familiariter agere . *Sic scribit ad me P. Hermes, ut rectius intelligat R. P. T. senioris Reginae uoluntatem." Halbpaurii epistula perisse videtur.*

Magdalena in litteris Merana 16. Decembris 1564 ad Lainium datis, quas iam memoravi (v. supra p. 744), de Dyrsio et Halbpaurio affirmat: „Tota aula eis ita est addicta et adheret, ut eorum opera carere nollet. Praeterea toti regimini [1] consultissimum uisum est ut hos duos seruaremus, cum sint germani. . . Eo autem libentius hos duos habemus ac petimus, quod piae memoriae pater noster, probissimus imperator Ferdinandus, hos nobis designauerit, nominarit, ac ut confessarios eos susciperemus iusserit. . . . Multi iam sunt ex nostro gynecio et aula, qui sepissime sacram synaxim sumunt ac uitae bonae tramitem ingrediuntur, quod sane haud fieret, si hos duos Patres non haberemus" (Epp. *Nadal* II 658—659). Aliquid sane gratiae singularis merebatur eximia reginarum in Societatem et maxime in collegium oenipontanum pietas. De qua P. *Hieronymus Nadal* S. J., cum res oenipontanas coram

a) *Ita Can. in litteris suis sua manu correxit ex:* reservaretur. Non.

[1] Regimen dicit sive supremum magistratum Austriae superioris; in quo collegio viri erant et valde catholici et valde prudentes; v. supra p. 580 [1] 743.

vidisset, Roma 1. Februarii 1564 ad P. Antonium Araoz S. J. scripsit: Quinque reginae Oeniponte contiones P. Hermetis Halbpaur, ad quem plurimi concurrunt, semper audiunt. „Casi cada día embian alguna cosa de su plato al collegio, teniendo Sus Alteças tan en particular cuydado de que los enfermos, si algunos ay en el collegio, sean proueydos, especialmente de las cosas que nosotros no podemos tan fácilmente auer, y ordenando á su médico los visite. . . . Allende desto, por la sospecha que auía de pestilencia, enbiaron para los del collegio, y para que distribuyesen con los otros collegios de Alemania muchos remedios que Sus Alteças auían hecho por consejo de grandes médicos. Han demandado con grande instancia ser partícipes de todas las obras de la Compañía, lo qual les ha concedido nuestro Padre general, y con la misma han querido tener confessor de la Compañía, y lo es el mismo que allí es predicador" (l. c. II 493). De iisdem reginis P. *Edmundus Haius* S. J. vir valde gravis (v. *Can.* III 525 [1]) in collegii oenipontani *litteris quadrimestribus, Oeniponte 1. Ianuarii 1564 datis: „Magnos", inquit, „in pietate progressus faciunt, postquam nostris suas commisere conscientias, neque solum ipsae, sed tota etiam in aula complures nostris confitentur, et nostrum templum frequenter inuisunt: tum, quamquam domi habeant suum Sacerdotem, et vicinam Parochiam, tamen cupiunt vnum ac alterum ex nostris celebrantem audire. Sunt humiles sane, vt omnis mundani Splendoris et Regii generis oblitae uideantur. Jn Pauperes liberaliores, quam alij facile suspicentur. Superioribus diebus, cum in quodam pago huic Ciuitati vicino incendium grassaretur, puella quaedam paupercula dum res quasdam flammis eripere uellet, seipsam extremo periculo obiecit misera: Hinc omnibus propemodum manuum ac pedum digitis absumptis, facie etiam ab incendio horrendum in modum deformata, vix tandem cum vita flammis eripi potuit. Jd Reginis renuntiatum est, quae citra moram misere lecticam, ut semiuiua puella in aulam deferretur: Hic tum suum adhibuere Chirurgum, et alios, quibus puellae salus curae foret, ac medicum praeterea spiritualem concionatorem nostrum [1], qui quotidie illi consolationem adferret, ut omittam, quod eandem ipsaemet singulis diebus inuisebant. Nec uiuentem tantum ea pietate sunt prosecutae, sed defunctae quoque corpus honeste efferendum et sepeliendum curarunt. Eandem benignitatem in complures alios miseros praestant, ea cura certis quibusdam hominibus demandata, ut quascumque personas in similibus aerumnis versantes intellexerint, ad ipsas referantur. Rebus sacris ornandis dant operam peculiarem, ut nulla sit hic circumquaque ecclesia, in qua non aliquod [a] sui erga res diuinas studij ac deuotionis vestigium reliquerint. Nec minor est illarum erga nos liberalitas, qui quotidianis earum beneficijs, tantum non obruimur: Praeterquam enim et [b] [?] in ornando templo propensissimas ac studiosissimas illas experimur, pannos seu tapeta recens misere ad sternendum pauimentum prope maius altare, ac praeterea imaginem Christi nati auro et bysso contextam, vna cum duobus lilijs magnis in eadem materia expressis, donarunt. Jn reducendis animis, quos possunt, ab erroribus, Charitatem eximiam, in suis in officio continendis, solicitudinem plane maternam exhibent. Ex innocentium martyrum exemplo [2] Concionator noster ansam arripuit admonendi, ut populus puerorum educationi diligentem adhiberet curam, neque [c] committeret ullo modo, ut proles vel apud hereticos educarentur, uel cum haereticis inirent coniugia: Audiuit haec Regina Senior [3], cui totius aulae cura incumbit, statimque finita concione, aulicos omnes vtriusque sexus conuocandos curauit, et his publice denuntiauit, nullo modo in futurum passuram se, ut ulla suarum virginum cum haeretico matrimonium contraheret, aut ut quisquam virorum uxorem de sectarijs acciperet. Quod

a) aliquid *archet.* b) *Sic arch.; corrigendum videtur* quod. c) *Ita, ut videtur, correctum est ex* nequid.

[1] P. Hermetem Halbpaur.

[2] Dies „Sanctorum Innocentium" sive puerorum ab Herode ob Christum natum occisorum, qui ab ecclesia 28. Decembris agitur, ea aetate ex „festis de praecepto" erat. [3] Magdalena.

ab ea tanto charitatis ardore tantaque maiestate dictum est, ut zelum praesentes mirarentur. Libros omnes, quibus vti uolunt, nobis prius examinandos offerunt; nobis etiam adduci curant, si quam personam intelligant minus recte de religione sentire. Nunc, quod magis miramur, ex illis tres perpetuam virginitatem Deo consecrare, et quam primum id commode fieri poterit, omnibus huius mundi tumultibus et pompis aulicis sese subducere decreuerunt. Vna est prae caeteris adeo diuinis rebus intenta, ut singulis mensibus, nonnunquam etiam frequentius, confessione et communione sacra utatur" (ex epistula archetypa, a P. Ioanne Dyrsio S. J., collegii oenipontani rectore, „Ad prouinciam Thusciam" S. J. destinata. Cod. „G. Ep. V" f. 103—104. Aliqua ex hac epistula germanice posuit *Duhr*, Jesuiten an Fürstenhöfen 72). Margarita regina 21. Martii 1563 perfectae castitatis votum nuncupasse traditur ([*E. Altheer* S. J.,] Das Leben der Durchleuchtigsten Königin Magdalenae, Ynssprugg 1625, 77. *Rapp*, Magdalena, ed. 2 [v. infra adn. 1] 43—44); Magdalena et Helena idem 12. Martii 1564 praestiterunt[1] (*Rapp* l. c. 43 45. *Jos. Engel*, Ein Edelreis am Stammbaume der Habsburger in Sturmeszeit, Wien s. a., 12). Atque iam paulo ante quinque reginae sodalitati sive „confraternitati" sacri rosarii nomina dederant; ita enim P. *Ioannes de Polanco* S. J. 29. Novembris 1563 Tridento, ubi cum ceteris ordinum religiosorum moderatoribus supremis Vincentius Iustinianus, ordinis Praedicatorum magister generalis, concilio intererat, Oenipontem ad P. Ioannem Dyrsium S. J., collegii illius rectorem, *scripsit: „Allocutus sum magistrum Generalem ordinis Sancti Dominjci ac eidem dedi nomina serenissimarum reginarum ut in Societatem Rosarij quam uocant ascriberentur" (ex apogr. eiusd. temp. Cod. „V. P. 63" f. 379). Quod autem ad communicationem bonorum spiritualium Societatis, quam a reginis magnopere desideratam et petitam esse Natalis rettulit (supra p. 767), attinet, ex *Polanci* *epistulis Roma 19. Februarii et 1. Aprilis 1564 ad Dyrsium datis cognoscitur, Lainii iussu „literas patentes communicationis bonorum operum societatis", primum quidem unas pro quinque reginis, deinde autem unas pro singulis, conscriptas esse (ex apographis eiusd. temp.; Cod. „Germ. 1561" f. 54[b] 75[a]). Atque *Dyrsius* Oeniponte 16. Martii 1564 Romam ad Lainium *scripsit: Accepi litteras R. V., „quibus adiunctae fuerunt patentes Communicationis ad Serenissimas Reginas, quas hodie eis tradidj R. Vestrae nomine etc. Sane eis gratius nihil adferre potuissem, quam tale nuncium, quod tanto tempore tantopere expectarunt. Agunt immensas et immortales R. V. gratias et totj Societati, cuj erunt ut Sorores addictissimae, ut antea sunt, cuique, ubicumque et quandocumque possunt gratificarj et per seipsas et per fratres suos atque patrem[2], gratificarj nunquam desinent: Tam laetae fuerunt, ut credi vix possit. . . . Rogo R. Vestram ut curet pro his Reginis in multis Collegiis a Sacerdotib: fierj sacra et fratres reliquos orare". Postremis autem hisce verbis *Polancus*, Societatis secretarius, in margine adnotavit: „Fiat" (ex autographis. Cod. „G. Ep. V" f. 161[a]). Satis etiam certum est, iisdem reginis mandantibus et pecunias suppeditantibus *Dyrsium* in *litteris, quas Oeniponte 25. Aprilis 1564 Romam ad Polancum dedit, hoc petisse et pro-

---

[1] Exstat adhuc regii virginum collegii halensis a Magdalena regina olim conditi codex, in quo omnium, qui illius collegii fuerunt, virginum viduarumque nomina et vota scripta sunt. Magdalena votum suum sua manu notavit. Margaritae († 1566) et Helenae († 1574) vota manu Canisii notata esse *Ludovicus Rapp* in utraque libri, quo Magdalenae vitam enarrat, editione asseruit (Königin Magdalena von Oesterreich, Innsbruck 1858, 45; Königin Magdalena von Oesterreich[2], Brixen 1899, 45 46); id quod equidem, quia codicem vel non vidi vel, quid in eo conspexerim, iam non memini, prorsus quidem negare non audeo, sed — venia clarissimi auctoris — dubium esse existimo; vide *Kroess* l. c. 193—194.

[2] Patrem habebant Ferdinandum I. imperatorem, fratres Maximilianum II. regem Romanorum atque Bohemiae Hungariaeque regem, Ferdinandum qui brevi post Tirolim reliquamque Austriam superiorem regendam susccepturus erat, Carolum qui Styriae diu futurus erat princeps.

misisse: „Quoniam Romae fiunt imagines in domo piae admodum et elegantes, rogo curet R. V. per p. Natalem, ut ipse mittat ad me aliquot mille et ego soluam omnia, ut nihil damnj patiatur domus" (ex autographo. Cod. „G. Ep. V" f. 152 153). Sanctus Franciscus de Borgia anno 1562, cum, Lainio praeposito generali Tridentum ad concilium evocato, Romae Societatis commissarium vel vicarium ageret, ibidem in „domo professa" Societatis pias imagines excudendas curaverat; quarum cum aliquas in Germaniam ad P. *Hieronymum Natalem*, Societatis visitatorem, misisset, is Oeniponte 5. Decembris 1562 ei scripsit: „Plázeme summamente que V. R. haga estampar las imágenes de la vida de Christo"; addidit, Socios huiusmodi imaginum avidissimos esse (Epp. *Nadal* II 171—172; cf. etiam III 563). Atque ita *Petrus Christianus de Nizza* S. J. mandatu P. Everardi Mercuriani S. J., Germaniae inferioris praepositi provincialis, Lovanio 18. Aprilis 1563 Romam ad Borgiam scribit, Mercurianum ab eo petere, ut „imagines ad se impressas aliquot mitti" iubeat, „cum omnes, tum uel illas praecipue, quae dominae nostrae V. M. Rosarium repraesentant. . . Neque enim tibi P. R. aut uoluntas deest, aut excudendo, typi. Nesciebat ille per T. R. effectum esse, ut in domo Societatis tam religiosae imagines effingerentur . . . rogo, ut ad illum Imagines eiusmodi quamplurimas T. R. P. transmittat" (ex autographo. Cod. „G. Ep. IV" f. 222ª. Etiam in Epp. *Nadal* II 619). Imagines excusae sunt permultae, aliae parvae, aliae maiores. Sic enim *Borgiae* mandatu Roma 6. Martii 1563 Neapolim ad rectorem collegii Societatis *scriptum est: „Le stampe delle imagine gia si sono cominciate à guastarse et specialmente quella delle picole, è bisognara che quella et le altre si aconcino, ma senon ci sono danari non si potranno hauere anche imagine, et ricordisi V. R., è obligato à mandare 9 Ducadi" (ex apogr. eiusd. temp. Cod. „Epistolae Italiae [Praeposs. Genn.] 1562—1564" f. 135ª). Borgianas huiusmodi imagines editores epistularum P. Nadal et Romae et alibi diligenter quaesierunt neque tamen invenerunt (l. c. II 171[4]). Fortasse mihi contigit, unum eorum nancisci exemplum: Repperi in Codice „Can. X. Sa", quo Canisius inter a. 1570 et 1597, si non ante quoque, Oeniponte et Friburgi Helvetiorum saepe utebatur (v. *Can.* II LVII) inter f. 206 et f. 207 figuram mysterii Annuntiationis Beatae Mariae Virginis, quod vocant, sive Virginis ab angelo salutatae et a Spiritu Sancto obumbratae eamque ligno incisam et 5,5 cm altam, 3,7 cm latam atque duplici ornamentorum, quae et ipsa ligno incisa sunt, ordine et margine inclusam; sub qua figura typis exscriptus est notissimus ille locus homiliae secundae a S. Bernardo „super Missus" habitae (n. 17): „Si insurgant venti tentationum" etc. usque ad „non deseras conuersationis exemplum" (*Migne*, PP. LL. CLXXXIII 70). Ipsa scheda sive charta, in qua haec comparent, 10,1 cm lata, 15,7 cm alta est. Tum figurarum typorumque species tum scribendi ratio (ut „superbie vndis", „nō recedat à corde" etc.) saeculo XVI. congruunt.

1180. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Iacobi Lainii, praepositi generalis, CANISIO.

Roma 2. Ianuarii 1565.

Ex apographo eiusdem temporis, a duobus librariis scripto; in margine epistulae, manu illius, qui maximam epistulae partem transcripsit, notatum est: „Austa Padre Canisio"; in margine „Postscripti" eadem manu: „Austa Agionta per Canisio". Cod. „Germ. 1561" f. 234ᵇ—235ᵇ 236ª.

Particula epistulae, qua de Scriptura germanice versa etc. agitur, latine versa exstat in Cod. monac. „Resp." f. 89ª.

Aliam epistulae particulam germanice versam posuit Card. *Steinhuber* l. c. I 73[1].

Augusta et Monachium laborant pestilentia, cuius vis Oeniponte et alibi minuitur. Vicecomiti episcopo, qui pecuniam mutuo sumptam Romae non restituit, Canisii de rebus Germaniae scriptum placuit. Societas augustanum Dominicanorum monasterium non admittet, nisi ipsorum magistro generali assentiente. Philippus Fuggerus aliique in collegium germanicum recipientur; in quo 210 fere homines degunt, convictores

bene proficiunt, alumni duri sunt et a Sociis alieni; quae molestia aliquando auferetur; Helveti et Hungari in collegium admitti coepti sunt; Octavianus Fuggerus iam ex optimis est; qui saepius scribet. Ioannes Georgius Velserus Roma valetudinis gratia dimittatur non est necesse; qui, ubi pater voluerit, Patavium vel alio mittetur; ubi tamen neque Societas collegia germanici similia habet, neque ille in litteris multum proficiet. Ingolstadiensibus professores philosophiae quaeruntur; Eckio cancellario suggerendum, ut Ingolstadii omnes facultatum philosophicae et theologicae scholae paulatim Societati tradantur. Mittitur Pii IV. Bulla de professione fidei in universitatibus facienda etc. Oenipontem haud ita cito redeundum est. P. Torrensis. P. Henrico Dionysio Coloniam potius quam in Borussiam eundum. Vulnus in Erasmi Volckeri pectore sanandum. Commissarius in Germaniam mittetur. De cardinalis Augustani negotiis nondum ita multum est actum. Cui nobiles in collegium germanicum mittere licet. Sigismundus Dominatius. Fr. Boschio, homini litteratissimo, ianitoris officium revera non convenit. P. Darbishirus. Novus rector ingolstadiensis. Fr. Muntz et P. Pinedanus valetudinis causa alio mittendi. Episcopi facultatem dare possunt Scripturam germanice versam et controversiarum libros germanicos legendi. Reginae, ut PP. Dyrsium et Halbpaur Meranae retinere sibi liceret, petierunt; id quod Lainius ad tempus concessit reginis significans, brevi Canisium cum ipsis acturum; qui Magdalenae exponat oportet, non expedire, ut illi, et maxime Halbpaur, extra collegium versentur; Oeniponte eos reginis officia praestare posse.

Pax christi.

Tre lettere de V. R. se sono riceuute, del primo 9. et 16. del passato per le quali intendemo che la peste lauora tuttauia in Augusta, et torna à dar trauaglio à Monachio benche è piu rimesa in Jspruc Treuere, et Magontia, dignasi iddio N. Signor uoltar in magior seruitio suo la infirmita, et sanita de dette Prouincie.

Al uescouo[a] uentimiglia[1] non hauemo parlato de quelli 50 scudi, forsi che li hauera fatto rimetere per altra uia in Monachio, se qua ce offeresi detti danari li pigliaremo à buon conto come VR. scriue. Pare li sia stato molto grato il parere che VR. li mando in scritto sopra le cose de Germania.

Quanto al Monasterio di santo Domenico[2] qua procuraremo ch' il general loro[3] intenda che non uogliamo cosa alcuna senza suo consenso. Se uera à Roma Filipo figliolo del Signor Giorgio Fucaro con li altri che VR. hà scritto saran ben uenuti, saran in quel collegio intorno à 200 et 10. persone, et ogni di ua di bene in meglio quanto à quelli che pagano le sue spesse[4], li altri che si tengono à spesse

a) uesco *ap.*

[1] CaroloVicecomiti; qui Monachii 50 scutata a Sociis mutuatus erat; v. supra p. 744.

[2] Augustanum Dominicanorum monasterium significat; v. supra p. 734 765.

[3] Vincentius Iustinianus.

[4] Doctissimus vir *Iulius Pogianus* (v. supra p. 570) Roma 28. Iulii 1564 cardinali Hosio de his collegii germanici convictoribus scripsit: „Pransus sum, ipsius magistri [Iacobi Lainii] invitatu, in gymnasio, quod vocant Germanorum; ubi mirificam sobolem christianae juventutis, et plane seminarium vidi florescentis ecclesiae.“ De iisdem *Antonius Maria Gratianus*, similis doctrinae vir (cf. *Can.* III 605), Roma 23. Novembris 1566 Nicolao Thomizkio: „Vidimus germanicum contubernium, inspeximusque totum . admiratus sum cum multitudinem adolescentium, tum mirificum ordinem et rationem, qua et vivunt et reguntur omnes“ (*Pogiani* Epist. III 433—434).

nostre[1] son li piu duri à lasciarsi aiutare[a], et penso li piu alienati d' animo da noi, non so che generation che siano, hauemo cominciato à pigliar sguizari, et ungari, uederemo come rescano, et usaremo qualche diligentia tenerli separati da quelli altri, che non so che animo sia il loro usando tanto pocha gratitudine, che almeno per li beneficij non par rendono bona uolonta et un di si finira quella messa, et haueremo altri che forse sarano piu al proposito.

Octauiano Fucharo hà fattò tanta mutatione in bene che dice suo Rettor[2] esser delli megliori, et piu aiutati del Collegio et cosi si potra dire alla Signora Vrsula sua Madre, li ho detto[3] scriua piu fusso[b] [?].

il figliolo del Consule Austano[4] é buon figliuolo, ma un poco Vmorista, quanto alla sanita corporale lui sta assai bene, et secondo la ragione, et anche occhio mostra, non pare habia bisogno alcuno d' mutatione d' aria se non fusse la sua imaginatione, tutt' uia se il[c] Signor Padre uole che si mandi fuora di Roma, si mandara in Padoua o altroue, ma non pótremo tenerlo in casa nostra per non hauer simili Collegij, la cura pero che si potra hauer de lui fuora di casa si hauera, nelle lettere trouara anche poco ricapito fuora di Roma a quel che intendo, se con tutto questo uorra suo padre si mandi subito si mandara.

Quanto al mandar professori di Philosophia in Jngolstadio si andaranno cercando, Li trauagli che dano li secolari professori alli nostri[5] mostrano, che non è buona la mistione, et pero forse sarebbe buono rapresentare al Signor Echio cancellario, che ueda se saria meglio, che li nostri poco a poco pigliassino lo assunto di tutte le lettioni delle facolta che la Compagnia nostra ensegna[6], ò che altro modo si potria tenere per leuar li disturbi.

a) à iutare *ap.* b) *Sic ap.; corrigendum videtur* spesso; *nisi Pol. scribere voluerit* diffuso *vel* diffusamente; *cf. supra p. 764.* c) al *ap.*

---

[1] Alumni illi (quos „poveri Tedeschi", Germanos pauperes, vocabant) numero erant fere 20—25 (Card. *Steinhuber* l. c. I 48 62).

[2] Primo collegii germanici tempore non solum qui toti collegio praeerat, sed etiam qui sub eo adulescentes regebant, „rectores" vocabantur (Card. *Steinhuber* l. c. I 82 [2]). Totius collegii rector tunc erat P. Ioseph Cortesonus.

[3] Polancus collegii „superintendens" erat; v. supra p. 695.

[4] Ioannes Georgius, Hieronymi Velseri filius, collegii germanici convictor.

[5] Vide supra p. 759 764.

[6] *S. Ignatius* de Societatis universitatibus: „Sint et duo vel tres Bidelli, unus ad facultatis Linguarum, alter ad Artium, tertius ad Theologiae functiones destinatus. In has tres Facultates Universitas dividetur". „Medicinae, et Legum studium, . . . in Universitatibus Societatis vel non tractabitur, vel saltem ipsa Societas per se id oneris non suscipiet" (Constitutiones S. J. P. 4, cap. 17, n. 4 5; cap. 12, n. 4). In facultate autem linguarum praeter litteras latinas, graecas, hebraicas, „Poesim", „Rhetoricam", „Historiam" etiam aliae linguae, ut arabica et „indica", tradi poterant; in facultate artium Logica, Physica, Metaphysica, philosophia moralis, Mathematica, in theologica etiam ius canonicum praeter eam partem, „quae foro contentioso inserviebat", docebantur (l. c. P. 4, cap. 5, n. 1; cap. 12, n. 1 2 A B C).

Qui si manda una bolla autenticata che fu impetrata per occasion delle lettere di V. Reuerenza et seruira per tutte le uniuersita[1], V. Reuerenza nella sua Prouintia si puo aiutar di quella.

Del tornar li nostri in Hispruch pare doueriano essere delli[a] ultimi aspettando che tornassero prima quelli dello eccelso Regimine.

S' è riceuuta la formula dela professione del D. Torres. Ci rincresce dela indispusitione del Padre D. Henrico[2], il quale si fa conto tornara in Colonia più presto che in Prusia doue s' è mandato un altro padre. Quello Apostema del petto di mastro Erasmo[3] haueriamo charo sanassi un altro pegiore et interiore[4]. Agl' altri indisposti renda sanità Jddio .N. Signore.

Del mandar alcun[b] Comissario perla Germania, crediamo sarebbe molto utile, et si fara quando si potrà. Non s' è potuto troppo negotiare delle cose che il padre Aloisio[5] haueua in comissione dallo Jllustrissimo Cardinale[6], forse per le occupationi grandi di Sua Santità et del Cardinal Borromeo. Quelli nobili che col suo mastro uole mandar Sua Signoria Illustrissima al collegio germanico a sue spesse uengano in buon hora[7].

Se pare spediente che sigismundo[8] Bohemo si mandi al Padre Lanoy, fiat, in questo mezzo si aiuti come meglio si potrà.

De Leonardo Bossio, il parere nostro è che si occupi nelli studij moderati con qualche essercitio corporale per sua sanità, perche in uero non è di marauigliar che li dia trauaglio l' ufficio di portenaro essendo giouane di tanto buon ingegno, et tanto introdotto nelle lettere.

S' è intesso che il D. Thoma Anglo[9] non riuscira troppo nel predicar latino o leggere, nel gouerno di quel collegio haueriamo charo mostrassi maggior talento.

Si andara pensando di qualche Rettor per Jngolstadio, accio che il D. Theodorico[10] possa andar a dilinga.

Jacobo[11] Coloniense si potrà mandare al paese suo a ricuperare sanità al primo buon tempo, ma del mandar insieme mastro Alfonso[12] non sapiamo uerso qual banda pretenda V. Reuerenza farlo, ne per qual causa dica che lo mandara insieme con Jacobo.

Circa la potesta di absoluere quelli che leggono li sacri libri et le controuersie in Tudesco. Questo si puo dire che secondo la quarta

a) delle *ap.* b) al Cun *ap.*

[1] De hac Pii IV. constitutione v. supra p. 654.
[2] P. Henrici Dionysii, rectoris universitatis et collegii dilingani.
[3] Völcker S. J. [4] Vide supra p. 702—704. [5] De Mendoza.
[6] Ottonem Truchsess significat; v. supra p. 708. [7] Vide supra p. 740.
[8] Dominatius: v. supra p. 741.
[9] P. Thomas Darbishirus S. J. Dilingae „regens“ contubernii S. Hieronymi erat; v. supra p. 762[9]. [10] Canisius. [11] Muntz S. J.
[12] P. Alphonsus Pinedanus S. J., hispanus isque valde aegrotans.

Regola del Indice l' ordinario[1] tiene potesta di dar licentia per legger simili libri, et pare cosa facile, che se li penitenti uogliono per l' auenire leggere simili libri contenuti nell' Jndice, domandino la tal licentia[2] et con questo ho fatta risposta alle lettere di V. Reuerenza et non credo hauero tempo di rispondere ad altri di sua Prouintia. Ci raccomandiamo tutti .etc. Di Roma li .2. di Gennaio .1565.

Le Regine hano scritto à Nostro Padre[3] facendo instanzia accio restino nella sua corte li Padri Dirsio[a], et Ermes[4], cosa che[b] non si giudica in niun modo espediente se hauesi di durare alla lunga benche quanto al primo si potrebe meglio[c] tolerar che quanto al secondo, N. Padre dubita che la sustantia delle lettere proceda da chi[d] potrà pensare, et però fa risposta breue, dicendo che per adeso restino, et che V. R. presto li potra parlare, et che li diano credito in cio che li dira da parte de N. Padre. Hor pare che VR. quando uisitara quel Collegio ó hauera commodita de andar doue son le dette Regine sara ben li parli cio è alla Regina Madalena confidentemente, et li dica come non è espediente, ne per il seruitio loro, ne manco per l' istessi nostri che stiano li fora del Collegio et spetialmente il Padre Ermes accio che in logo de seruirle in Cose spirituale non perda lui il spirito religioso etc. che parera VR. dirgli . quando lo[e] [?] stesero in jspruc se potrebe tolerar che fermandosi nel collegio nostro li detti doi Padri seruissieno a loro, et alla sua Corte.

Una cum hac epistula — id quod ex Canisii litteris Augusta 27. Ianuarii 1565 Romam missis intellegitur — Canisio missum est Breve *Pii IV.* Roma 30. Decembris 1564 ad Albertum V. Bavariae ducem adversus contumeliosos illos Caesarini libellos (v. supra p. 761) datum; in quo pontifex: „Audiuimus", inquit, „missos nuper in istas Germaniae partes circumferri libellos quosdam quibus cum vniuersus ordo Societatis Iesu, tum quidam nominatim eius ordinis, qui sunt caeteris notiores, variis maledictis, probris, et contumeliis conscinduntur. . . . Etsi semper de eo ordine praeclare sensimus, tamen" delectis quibusdam cardinalibus negotium dedimus, ut diligenter collegii romani eiusdem Societatis res explorarent atque cognoscerent. „Qui quidem post diligentem et seueram inquisitionem, eiusmodi apud nos testimonium ei Collegio dederunt, vt pristinum nostrum de illa Societate iudicium non confirmatum modo, sed etiam valde auctum fuerit." Proinde „Nobilitas tua . . . ipsam Societatem IESV, vt bonos et fideles Dei seruos, ac strenuos vineae Dominicae cultores, eo quo consueuit, studio prosequatur" etc. (*Societatis Iesv Defensio* adversus obtrectatores etc. f. IIII [libellus adiunctus libro „Epistolae Indicae", Lovanii 1566]). Praeterea *Pius IV.* 29. Decembris 1564 ad Maximilianum II. imperatorem, 30. De-

a) Disio *ap.* b) *Hoc v. supra vers. scriptum est.* c) *Hoc v. supra vers. scriptum est.* d) *Sequuntur vv.* le lettere*, a libr. oblitt.* e) *Sic ap.;* esse*?* elle*?* pero*?*

[1] Episcopus dioecesanus, quem vocant. [2] De hac re v. supra p. 674 744.

[3] De his litteris, 16. Decembris 1564 a Magdalena suo et Margaritae, Barbarae, Helenae, Ioannae sororum nomine ad Lainium datis, v. supra p. 766.

[4] P. Ioannes Dyrsius, collegii oenipontani rector, et P. Hermes Halbpaur, parochiae oenipontanae contionator et reginarum confessarius. Magdalena in his litteris, Merana (ubi „reginae" illae ob pestilentiam, quae Oenipontem inciderat, degebant) datis, a Lainio petierat, ne Canisium id negotii curare iuberet; v. infra monum. 538.

cembris 1564 ad Ottonem cardinalem Augustanum atque ad archiepiscopos electoresque Danielem Brendel moguntinum, Ioannem a Petra (von der Leyen) treverensem, Fridericum a Veda (Wied) coloniensem Brevia dedit eiusdem sententiae, diversis tamen verbis scripta; nisi quod eodem exemplo ad singulos archiepiscopos scriptum est. Horum quoque Brevium exempla Canisio missa esse colligitur ex *Polanci* * epistula paulo post ad P. Ioannem Drysium data (ex apogr. eiusd. temp. Cod. „Germ. 1561" f. 257[b]). Atque archiepiscopos illos pontifex certiores facit, libellorum auctores „suadente Diabolo" et „iniquo odio impulsos, et inuidia obcaecatos", quod aequis animis ferre non possent, collegii romani Societatis Iesu operam ad quaedam adhibitam et „curationem nuper ac regimen seminarij" romani, „omnibus . . Cardinalibus approbantibus, vltro eidem delatum fuisse", ea crimina et probra commentos esse; simul eosdem, ut collegium Societatis, „quod in ciuitate" ipsorum „Metropolitica sit, tanto post hac studiosius tueantur", hortatur (*Defensio* etc. f. III; *Sacchinus*, Hist. S. J. II, l. 8, n. 33 35. *Reiffenberg* l. c. [cf. supra p. 241] Mant. 24). Omnium autem gravissima sunt verba, quibus *Pius IV.* in Brevi ad Maximilianum II. misso commendat Societatem, „cuius tam multa et tam insignia constant erga Religionem Catholicam officia et merita", atque imperatorem monet, ut „Collegia eorum omnia in Germania et aliis ditionis suae prouinciis, cum pro sua in Deum pietate, tum etiam pro sedis Apostolicae reuerentia, studiose tueatur, atque defendat" (*Defensio* l. c. f. II; *Sacchinus* l. c. n. 34).

Polancus P. Alphonso Salmeroni S. J. 7. Ianuarii 1565 * scripsit: „Si mandano le copie delli breui che scrisse S. Santitá all' Jmperatore et al Cardinale de Augusta, liquali furno approbati perli Cardinali della riforma, prima che fossino sjggillati, et il Papa anche ha mandato a dire castighino bene al vescouo Cesarino, minancciando che si parlasse più lo mandarebbe in Galera" (ex apogr. eiusd. temp. Cod. „Epistolae Italiae [Praepp. Genn.] 1564 1565" f. 279[a]).

Canisius ipse Monachii 23. Ianuarii 1565 Alberto V. duci Breve pontificis tradidit; v. infra monum. 531.

Canisius ad has litteras respondit 27. Ianuarii 1565.

1181. CANISIUS **IOANNI AB EHRENBERG**, Germano nobili, Romae versanti. Augusta Vindelicorum sub 6. Ianuarii 1565.

Ex litterarum a Canisio ad Lainium datarum apographo, de quo infra n. 1183.

De ipsius re pecuniaria.

Canisius Augusta 6. Ianuarii 1565 Romam ad Lainium scribens haec monet de Ioanne ab Ehrenberg, qui, Societatis tirocinium Monachii, Capuccinorum vitam Romae expertus, superiore mense per P. Wendelinum Völck S. J. petierat, ut sibi ex pecunia, quam Augustae apud Canisium reliquisset, Romam, quantum ad reditum et ad aes alienum solvendum satis esset, mitteretur (v. supra p. 745): „Quod ad nobilem illum Germanum attinet, qui ad religiosum uitae modum non satis aptus uidetur, ut illj se prorsus obstringat, nihil quidem ex illius nummis habemus, neque scimus quando quicquam accipiemus illius nomine. Mitto ad illum litteras per P. Wendelinum, unde cognoscat de toto statu rerum plenius." Canisii litterae perierunt.

1182. CANISIUS **P. WENDELINO VÖLCK S. J.**, in collegio Societatis romano theologiae operam danti. Augusta Vindelicorum sub 6. Ianuarii 1565.

Vide epistulam superiorem (n. 1181). Epistula Canisii periit.

1183. CANISIUS **IACOBO LAINIO**, praeposito generali Societatis Iesu. Augusta Vindelicorum 6. Ianuarii 1565.

Ex apographo, quod sub a. 1860 a P. *Iosepho Boero* S. J. ex archetypo (2°; 3 pp.) ab ipso Canisio emendato et ipsius manu subscripto („Seruus" etc.) transcriptum,

a. 1902 cum eodem archetypo, in Cod. „E. C. I." n. 148 (f. 51 52) posito, diligenter collatum est.

Particula epistulae exstat in Epp. *Nadal* II 660; alteram, germanice versam, posuit *Kröss*, Can. 173.

Collegium augustanum. Canisius Monachium ibit. Quae de epistulis et de collegiis nuper statuta sunt, in effectum deducentur. Libelli in Societatem contumeliosi testimonio pontificis refutandi; homines cleri vitiis audiendis delectantur. Vicecomes nuntius apostolicus. Ioannes ab Ehrenberg. Fratrem scholasticum ex Polonia ortum hereditatis curandae causa illuc ad aulam regiam adire non convenit. Magdalena regina, licet a Canisio monita sit, duos Socios Meranae ad colloquendum et confitendum retinere vult; rei pericula; Socii Oenipontem, quae urbs pestilentia laborare desiit, redeunt. PP. Cuvillonius et Avantianus. Fr. Walteri Haii animus Parisiis opera fratris curandus. Dilingae novus rector dandus P. Theodoricus Canisius; sed Ingolstadienses quoque rectore valde idoneo indigent. Libri in usum scholarum scribendi. Litterae indicae, Dialogi Natalis, commentarii P. Saa mittendi.

† Pax Christi admodum Reuerende Pater et faelix annus.

9. Decembris datas ego postremas accepi, expectaturus alias quae promittuntur de negotio Collegij nouj [1], quod Cardinalis commendauit. Curabitur apud Fratres, ne toties in Vrbem temere scribant, rariusque mittemus litteras, ne simus et ipsi praeter aequum importunj. Visum est nunc Monachium petere, et primum illic exequutioni mandare quae nuper circa nouum illum scribendi et gubernandi Collegia modum accepimus [2]. Faxit Dominus, ut ego huic muneri meo sicut Collegiorum necessitas postulat, satisfacere possim, utque diligentiam cum hoc anno nouo augeam, adiutus nimirum precibus R. P. T.

Valde optat Domina Fuggera [3] defendi Societatem nostram testimonio Pontificis Maximi aduersus istos pasquillos in Urbe confectos et iam late sparsos [4], ut nihil ego mirer, hinc nobis iniquiores etiam in aula Caesaris quosdam fieri posse, quod Cleri uitia etiam falsa libenter audiantur . facileque credantur . Promisit hic suam operam Reverendissimus Nuncius de quo scripsi [a] [5], et putamus illum iam in Urbem rediisse. Scripsi de illo nuper, quod a Rectore Monachiensi nostro acceperit mutuo 50. ducatos et uellem eosdem restitueret procuratori Collegij [6], ut hinc nostra debita ex parte soluantur.

Quod ad nobilem illum Germanum [7] attinet, qui ad religiosum uitae modum non satis aptus uidetur, ut illj se prorsus obstringat, nihil quidem ex illius nummis habemus, neque scimus quando quicquam accipiemus illius nomine. Mitto ad illum litteras per P. Wendelinum [8], unde cognoscat de toto statu rerum plenius.

a) *Ita Can. ipse correxit ex* Nuncius ad Pontificem, *quod eius libr. scripserat.*

[1] Augustani; v. supra p. 754 764.

[2] Praecepta significat, quae posui supra p. 750—752, atque ea quoque, puto, quae sunt supra p. 747—748. [3] Ursula, Georgii uxor. [4] Vide supra p. 717 743.

[5] Carolus Vicecomes (Visconti).

[6] P. Francisco Petrarchae S. J.? Cf. *Can.* III 214—215, et supra p. 700.

[7] Ioannem ab Ehrenberg; v. supra p. 745. [8] Völck; v. supra p. 745.

Dilingae uersatur bonus frater Lucas Polonus[1], et a Vitrico saepe multumque desideratur ut redeat in Patriam, ob diuidendam haereditatem, quae illi obuenit a patruo presbijtero. Is moriens reliquit ad 6. milia florenorum, et aliquam pecuniae summam creditoribus numerandam[a] debuit, qui nunc sua exigunt. Dicit ergo Vitricus, nisi Lucas adsit, se nihil curaturum, sed relicturum hoc quicquid est negotii, praesertim propter aetatem ingrauescentem. Unde nisi pecuniam uelit amissam esse, quae illi, et fratrj ac duabus sororibus debetur, statim ueniendum esse nunciat[b][2]. Lucas ex arbitrio superiorum libenter pendet, cuj si propterea in patriam eundum esset, commendarj litteris uellet ex Urbe Serenissimo Regi, ut negotium hoc maturius expediretur, et debitores ad soluendum adigerentur, cum alioquin nullus esset finis futurus litium. Mihi sane non satis consultum uidetur adolescenti Religioso, ut in aulam Regiam ueniat hoc nomine, et suorum causam agat in temporalibus. Satius esset fortasse, ut Episcopus uel aulicus aliquis, hoc negotium in se recipere[c] dignaretur. Nisi fortasse Lucas aliquando in Poloniam uel prusciam esset mittendus, ut in ipso itinere, quod eius fieri posset, hisce retibus se expediret[d][3].

Regina senior miserit iam fortasse litteras ad R. P. Tuam, quibus persuadere conetur, ut retineat utrumque sibi concionatorem P. Hermetem et colloquutorem quotidianum P. Dyrsium[4], sic enim ad me scribit P. Hermes: P. Rectorem[5] in familiarj colloquio libenter habet, quae singulis fere diebus bis interdum aut ter cum illo agit . Mirantur ergo multi et dicunt, quid Jesuitae habent negotij toties in aula! ut verum fatear, uno ex nostris possent esse contentae, qui simul concionator et confessarius esset ne alter solum ad colloquia reservaretur[e][6]. Sed non[f] mutant Reginae libenter confessarium, et Senior illa dicit se non posse cum confessario ita familiariter agere. Sic scribit ad me P. Hermes, ut rectius intelligat R. P. T. senioris Reginae uoluntatem, cuj tamen ego non scripsi aliud, nisi quod gratum R. P. T.

a) *Sequens v. ab ipso Can. supra versum scriptum est.* b) *De vr. hic in marg. notatis v. infra adnot. 2 huius pag.* c) *Correctum (a Can. ipso, ut videtur) ex* accipere. d) *Vide infra adnot. 3 huius pag.* e) *Vide infra adnot. 6 huius pag.* f) *Ita Can. ipse correxit ex* reservaretur. Non.

---

[1] Lucas Cracovius, de quo v. supra p. 648[4].

[2] Hic antiqua manu *Romana* (Polanci?) in margine *ascriptum est: „1º Adesso non, ma quando andera per altri negocii del collegio passara, in tanto facino loro." Ita igitur ut Canisio responderetur Romae constitutum est, atque reapse *Polancus* 3. Februarii 1565 *scripsit, ut, quoniam futurum esset, ut ad collegium incohandum Socii in Poloniam mitterentur, Lucas cum illis iret (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1561" f. 249[b]).

[3] Hic in margine, ut supra (v. adnot. 2), *notatum est: „2 All hora si fara."

[4] Magdalena regina Merana 16. Decembris 1564 fere ita de PP. Ioanne Dyrsio et Hermete Halbpaur ad Lainium scripsit; v. supra p. 766.

[5] P. Ioannem Dyrsium, rectorem collegii oenipontani.

[6] In margine, ut supra: *„3 Che la citta domande l'uno et che non hauerano altro rector, e procuri il Canisio far l'officio con la regina". Significatur autem urbs oenipontana.

foret, si pateretur alterum Patrum alio destinari, ubi posset Ecclesiae et societati forte utilius inservire. Vereor ego, ne utrique noceat haec uiuendi ratio et libertas; neque illis expedire puto, extra collegium sic uiuere, praesertim cum nunc Oeniponti pestis nulla grassetur, et plerique fratres eo sint remissi. Quicquid autem R. P. T. Reginae uoluerit indulgere, id mihi non displicebit.

D. Cuuillonius abibit in locum sibi destinatum [1], cum primum tutus illi patebit transitus in ditionem Venetorum. Mittemus tunc [2] si ualetudo permittet D. Andream [3], qui utcumque conualescit, cum fratre D. Edmundi [4] in nostris aedibus. Putamus huic Waltero, non obfuturum, si fratri adesset Parisiis, ut difficilem naturam facilius edomaret, sub illo duce, Juuabimus tamen illum in hac quoque Provincia quamdiu [a] voluerit P. T. [b] [5]

De Rectore Dilingensi [6] non possumus non solliciti esse, quamdiu nullum habemus ad illud Collegium rite gubernandum satis idoneum. Unde multas Patrum querelas saepe cogor audire. Scripsi saepe aptiorem quidem uiderj et quasi promissum esse Cardinali D. Theodoricum Fratrem meum: sed minime negligendum esse Collegium Ingolstadiense, in quo Rector authoritatem cum prudentia coniunctam habens, tum ob aemulos Professores, tum ob nostros nonnihil turbulentos [7] inprimis est necessarius.

Valde rogamus, ut urgeatur negotium scribendi aliquid, quod in scholis praelegi possit, ob multiplicem eius rei utilitatem. Miramur litteras Indicas tamdiu desiderari. Dialogos etiam P. Natalis non pauci cuperent excusos uidere [8], sicut et Commentarios D. Emanuelis in tres euangelistas [9]. Verum impediunt occupationes aliae fortasse, ut ad haec studia non descendatur [c] quae multum tamen et lucis et authoritatis et boni publici adferrent nostrae Societati. Quod super-

a) quemdiu *ap.* b) *Vide infra adnot. 5 huius pag.* c) *Ita Epp. Nad., idque omnino, puto, recte; ap. meum habet* descendant?

---

[1] Muraio de villa de Cordignano; v. supra p. 699.

[2] Oenipontem ad habendam lectionem theologicam, quam P. Edmundus Haius habuerat; cf. supra p. 647 742. [3] Avantianum. [4] Waltero Haio.

[5] In margine, ut supra: *„3 che si scrivera al padre Emundo, e si vedera cio che dice." Vide etiam, quae sub ipsas has litteras dicentur.

[6] P. Henricus Dionysius, qui Dilingae universitatem et collegium Societatis regebat, graviter aegrotabat.

[7] De turbis a PP. Alphonso Pisano et Theodorico Peltano excitatis v. *Can.* III 555—556 585, et supra p. 177 441 684.

[8] De duobus hisce Dialogis (nunquam excusis) v. *Can.* III 579 [6].

[9] In lucem prodierunt a. 1596 Antverpiae „ex officina Plantiniana, Apud Viduam, et Ioannem Moretum" P. Emmanuelis Saa († 30. Decembris 1596) „Scholia in qvatvor Evangelia, ex selectis Doctorvm sacrorvm sententiis collecta"; liber S. Francisco de Borgia, praeposito generali S. J., editio per Ioannem Moretum Ioanni de Pourcelet dedicata sunt. Censet tamen *Sommervogel*, librum iam antea per ipsum auctorem editum esse; postea quoque minimum sexies excusus est (Biblioth. VII 352—353).

est, nos commendamus plurimum sacrificiis et precibus R. P. Tuae, cuj ex animo precamur cum anno nouo utriusque hominis incolumitatem ad summam summam[a] Dei gloriam.

Augustae 6º Ianuarij 1565. Seruus in Christo P. Canisius.

Al molto Reuerendo in Christo[b] Padre Il P. M. Jacomo Laynez, Praeposito generale della Compagnia de Jesu etc. Jn Roma.

Hanc Canisii epistulam *Polancus* significat, cum mandatu S. Francisci Borgiae vicarii generalis Roma 30. Ianuarii 1565 P. Ioanni Dyrsio S. J., rectori collegii oenipontani, *scribit: „Accepimus ex litteris Patris Canisij Prouincialis, quod iam praeceptores ex Bauaria reuocati sint ab Enipontanis, nollemus[c] citius quam pateretur[d] ratio sanitatis scholas instaurari“ [e] (ex apogr. eiusd. temp. Cod. „Germ. 1561“ f. 247[b]). Eandem epistulam idem memorat *Polancus*, cum Roma 14. Februarii 1565 nomine Borgiae Parisios ad P. Edmundum Haium S. J., collegii parisiensis rectorem, de Waltero Haio, ipsius fratre et Societatis novicio, *scribit: „Ci scriue il Padre D. Canisio che nostro fratello Valtero crede si aiutarebbe più in Pariggi appresso .V. R. che in Germania. N. Padre Vicario prima che si moua di quella prouincia detto Valtero, uorebbe intendere il parere [di V. R.] sopra questo punto“ (ex apogr. eiusd. temp. Cod. „Germ. 1561“ f. 251[b]—252[a]).

Polancus nomine Francisci Borgiae Canisio 3. Februarii 1565 rescripsit.

1184. CARDINALIS **STANISLAUS HOSIUS,** episcopus princeps varmiensis, CANISIO. Heilsberga m. Ianuario [d. 10.?] 1565.

Ex litterarum Canisii apographo, quod sub a. 1893 ex archetypo, in Cod. „E. C. I.“ n. 155 (58) posito, exscriptum, sub a. 1903 cum eodem archetypo diligenter collatum est.

P. Fahe contionator braunsbergensis. Haeretici in Lithuania.

Canisius Augusta 10. Martii 1565 Romam ad Sanctum Franciscum de Borgia, Societatis vicarium generalem, haec scripsit de cardinale Hosio, qui P. Petrum Fahe S. J., Colonia Braunsbergam ad contionatoris munus administrandum missum, Heilsbergae d. 30. Decembris 1564 exceptum, 1. Ianuarii 1565 contionantem audierat, inde paulo post Braunsbergam dimiserat (Epp. Nadal II 661; cf. Eichhorn l. c. II 179): „Vuarmiensis[f] Cardinalis testatur utcumque sibi placere M. Petrum Concionatorem, licet is non ab omnibus intelligatur. Idem scribit ex Lutheranis non solum caluinisantes, sed etiam iudaisantes in Lituania fa[ctos] esse.“

Verisimile est, Hosium Canisio scripsisse sub d. 10. Ianuarii 1565; hoc enim die eum Lainio de Petro Fahe etc. scripsisse constat ex Epp. *Nadal* II 660—662.

1185. P. FRANCISCUS PALMIUS S. J., rector collegii bononiensis, CANISIO. Bononia sub 13. Ianuarii 1565.

Ex autographa Palmii epistula romana. Cod. „Epistolae Italiae 1565. II“ f. 520.

P. Franciscus Palmius S. J., collegii bononiensis rector, Bononia 13. Ianuarii 1565 Romam (ad Lainium vel ad Polancum, ut videtur) scripsit: „al P. Canisio criuo l'inchiusa d'importanza però la mando per mano di V. R. accio piu sicura uadj.“ Epistula periit.

a) *Ita archet.* b) Chro *ap.* c) nolemus *ap.* d) citius compateretur *ap.* e) instaurare *ap.* f) *Hoc v. a Can. ipso in marg. archetypi additum est.*

1186. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, CANISIO et aliis Societatis praepositis provincialibus.

Roma 13. Ianuarii 1565.

Ex Cod. „Def.“, „Messe ... per lj Benefattori“ etc. in a. 1565, et ex litterarum Polanci 20. Ianuarii 1565 datarum apographo eodem fere tempore scripto, de quo p. 782.

Lainii praepositi generalis valetudo a Sociis Deo commendanda.

In antiquo indiculo romano praeceptorum a supremis Societatis Iesu moderatoribus Roma in varias partes ad Socios missorum haec sunt in 1565: „A 13. di gennaio ordine di raccomandare à Dio la sanità del P. N. G. Superior Germania, Napoli, Lombardia et Toscana.“ Atque hoc praeceptum significat Polancus, cum Roma 20. Ian. 1565 ad Societatis praepositos provinciales scribit: „Per altre lettere, e, stato scritto, che nell orationi et sacrificij della compagnia si hauette special memoria della sanita de Nostro Padre Generale perche si truouaua molto indisposto.“

1187. CANISIUS CARDINALI **STANISLAO HOSIO**, episcopo principi varmiensi. Augusta Vindelicorum [Monachio?] [1] 18. Ianuarii 1565.

Ex archetypo (2°; 2 pp.; in p. 4. inscr. et sig.) a P. Guilielmo Elderen S. J. scripto, cui Canisius sua manu tempus („18“ etc.) ascripsit et nomen („Seruus“ etc.) subscripsit. Cod. goth. „383“ f. 66[a]—67[b].

Epistulam ex archetypo primus evulgavit *Cyprianus* l. c. 385—386.

Particulas (ex Cypriano) posuerunt *Lagomarsinius,* Pogiani Epistolae III 165, et (germanice) *Janssen* l. c. IV [15—16] 466.

De Sociis in Varmiam advectis gaudet et sperat. Pestilentia. Haeresis. „Paenitentiam trimestrem“ ut Augustae subire sibi liceat, iocose petit. Hosii „Confessio“. Comitia. Adversus archiepiscopum salisburgensem rustici in seditione sunt; hic fructus concessi calicis; qui Varmiensibus non est concedendus. Calix „lapis offensionis“ factus est. Canisius catalogum librorum Augustae venalium et librum Alberto V. Bavariae duce iubente a P. Hoffaeo pro communione sub una specie scriptum mittit. Romanae editiones Hieronymi et sacrae Scripturae. Ioannes Hosius.

† Pax[a] Christi et foelix annus Jllustrissime Domine Patrone.

Vnicas tantum accepi ab amplitudine tua, quibus intelligerem literas meas isthic redditas esse[2]. Ac de nostrorum quidem fratrum aduentu diuinae bonitati gratias ago, quae faciet etiam, ut frustra illi non uenerint, sed utiles sint operarij dominicae messis[3], quantum in his rudibus Collegij primordijs effici poterit Domino cooperante[4]. Pestis nec apud nos quidem desinit pullulare, quanquam remissior facta sit passim, sed ut reditura uideatur vere accedente, nisi Dominus nobis et peccatis nostris propitius esse[5] dignetur. Vtinam uero hac sola peste, quae corpus inficit laboraremus, nihilque reliquum esset pestiferj contagij ab his, qui sedent in Cathedra pestilentiae[6]. Facit autem clementer pietas tua, quod paeniten-

a) *Hoc v. et 7 sqq. a Cypr. omissa sunt.*

[1] Vide quae sub ipsas has litteras dicentur.

[2] De his litteris vide supra p. 701.

[3] Cf. Mt 9, 37 38; Lc 10, 2 etc.

[4] Mc 16, 20. [5] Lv 4, 20. Num 30, 9. 2 Par 7, 14. Ps 78, 9 etc.

[6] Ps 1, 1. Magistros et ministros protestantium significat.

tiam trimestrem exigat pro meis peccatis, quae longiores et duriores sane paenas demerebantur[1]. Sed si hanc paenitentiam subire non licebit in Vuarmiensi Ecclesia, spero hanc mihi gratiam posse concedi, ut apud Augustanos meritas paenas luam, ex indulgentia dignitatis tuae.

Miror adhuc a D. Henrico[2] nihil nobis adferrj, ut sciamus aliquid de opere Confessionis excudendo. De Comitijs[3] nihil adhuc certi quando sit futurum initium, sed ut scripsi, metuimus ab illis multo magis quam speramus. Dominus causam Religionis fulciat praesidijs hoc tempore necessarijs. Reuerendissimus Archiepiscopus Salisburgensis[4] hunc fructum colligere dicitur ex calice concesso, ut armati rusticj modo sese conglomerent, et circumducant quem ipsi uolunt suae farinae Concionatorem. Ad pugnam sunt parati, si resistat et impediat concionem et Caenam Ordinarius. Has turbas et seditiones inuitus ille fert, et maiora fortasse metuit, si turbulentis, quos Euangelij nouj mustum ebrios et furiosos reddit, se palam opponat[5]. Caeterum auertat Deus, vt in Vuarmiensi Ecclesia istis male petentibus peius concedatur, quod ad perturbationem Catholicorum magis, quam ad reductionem errantium permissum, uix unquam reuocarj facile posset[6]. Adeo sumus tenaces illorum, quae diu expectata et multum expetita gloriolam adferunt, nostroque genio circa Religionem nouandam arrident.

Vere nunc Calix factus est lapis offensionis et petra scandali[7], vt in eo reuelentur multorum cordium cogitationes[8]. Nihil adhuc mutauit Bauaria: nihil etiam alios Episcopos tentare audio. Sic interea probantur Electi, et magis magisque manifestantur, qui supra petram fundati[9] sunt.

Adiunxi Catalogum eorum librorum, quos praecipue tenet Augusta, si forte aliquid in illis Celsitudinj tuae placebit. Praeter Catalogum Xenij loco mitto librum nouum iussu Illustrissimi Principis Bauariae[10] conscriptum et editum de Catholica communione[11]. Spargit

---

[1] Hosius Canisio iocose scripsisse videtur (similiter ac 12. Decembris 1564 scripsit; v. supra p. 758) Canisium, quod sibi scribere tanto tempore omisisset, dignum videri, cui „poenitentiae loco mandaretur", ut ad tres menses in Borussiam iret. [2] Dunghen, canonico antverpiensi.

[3] Maximilianus II. imperator 12. Octobris 1565 conventum ordinum imperii Augustam ad 14. Ianuarii 1566 indixit (*Häberlin* l. c. VI 134).

[4] Ioannes Iacobus Khuen de Belasi.

[5] Haec seditio autumno anni 1564 orta est. Archiepiscopus tandem Guilielmum Egger seditionis principem gladio occidi iussit (*Goetz,* Beiträge V 328. *Turba* l. c. III 292[4]).

[6] Communionem sub utraque specie sive calicem laicorum, quem vocabant, significat.

[7] Is 8, 14. Rom 9, 32 33. 1 Pet 2, 8. [8] Lc 2, 35.

[9] Mt 7, 25. Lc 6, 48. Cf. 1 Cor 11, 19. [10] Alberti V. ducis.

[11] De hoc libro atque etiam de catalogo illo vide, quae sub ipsas has litteras dicentur.

ille passim haec exemplaria, quibus usum receptum sumendae Eucharistiae retinere et confirmare studet apud suos Bauaros. Audiam lubens iudicium amplitudinis tuae, quid sentiat de tota tractatione, cuius ego quidem author non sum: iuuerunt tamen nostri strenue, sed utinam fructus optatus inde consequatur. Gaudemus Romae nobis procudi nouum Hieronymum[1], et promittuntur Biblia bene castigata[2]. Commendo me reuerenter Amplitudinj tuae, cuj Christus nouum hunc annum prosperet, ut inoffensa ualetudine, non solum suis praesit ouibus, sed etiam inclytum Poloniae regnum Ecclesiae Catholicae conseruet atque restituat. Dolemus interim uicem optimi Adolescentis Joannis Hosij[3], quem Romae sustulit Dominus in suum regnum, n e m a l i t i a m u t a r e t i l l i u s i n t e l l e c t u m[4], si longius hic superesset. Augustae[a] [?] 18. Januarij 1565[b]. Seruus in Christo P. Canisius.

Reuerendissimo in Christo Patri, et Jllustrissimo Domino, D. Stanislao Hosio, Cardinalj et Episcopo Vuarmiensi etc. Patrono amplissimo. Ad manus proprias.

Inscriptioni manu (vel manibus) eiusdem temporis ascriptum est: „Redditae XXVJ Febru: 1565 Petricouiae. Responsum 27 februarij."

Licet his litteris ascriptum sit, eas Augusta datas esse, equidem dubito, utrum Canisius Augustae eas subscripserit an Monachii; nam die 18. Ianuarii 1564, quem Canisius sua manu litteris ascripsit, ipse Monachii versatus esse videtur; v. supra p. 775 et infra monum. 441 531. Hoc certe aliquam suspicionem movere potest, quod P. Elderen, quem Canisius ad eas scribendas adhibuit — atque ille certe Augustae eas scripsit — locum quidem ascripsit, tempus autem ascribendum Canisio praeter morem reliquit.

Canisius una cum his litteris, ut ex ipsis intellegitur, Hosio misit „Catalogum librorum", quorum copia esset Augustae; neque igitur dubium esse potest, quin miserit libellum sic inscriptum: „Novorvm librorvm, qvos nvndinae autumnales, Franco-

a) *Sic arch.; corrigendumne* Monachii? *Vide, quae sub ipsas has litteras dicuntur.* b) *Quae sequuntur, non sunt apud Cypr.*

[1] Cum usque ad id tempus „Omnium Operum" S. Hieronymi editio tantum exstitisset ab Erasmo Roterdamo curata eaque mendorum plena pravisque adnotationibus conspurcata (v. *Can.* III 278[4] 283—284) atque a. 1564 in „Indice" tridentino Pii IV. hac tantum cum condicione, ut primum „expurgaretur", permissa (Index etc. [Coloniae 1564] f. B 8[a]), Marianus Victorius (Vettori) sacerdos amerinus (Amelia), qui postea episcopus amerinus et reatinus (Rieti) fuit, codicibus per Italiam conquisitis, praesidio auspicioque Ioannis cardinalis Moroni novam editionem eamque longe emendatiorem Romae ex typographia Pauli Manutii vulgavit; tria prima volumina a. 1565, postrema a. 1571 et 1572 in lucem prodierunt; editio postea Antverpiae, Parisiis, Coloniae repetita est (*Dominicus Vallarsius* in „praefatione generali" suae editionis operum Hieronymi n. 10 [*Migne*, PP. LL. XXII xv xvi]).

[2] Huius potissimum rei causa Paulus Manutius typographus Venetiis Romam a Pio IV. accitus erat; atque iam ab a. 1560 vel 1561 complures cardinales aliique viri docti Romae ad correctionem editionum biblicarum incumbebant (*Can.* III 160); maximis tandem laboribus exantlatis editio Septuaginta interpretum a. 1587, editio vulgata a. 1590 Romae in lucem emissa est (*Fr. Kaulen,* Geschichte der Vulgata, Mainz 1868, 441—449).

[3] Hic cardinalis nepos mortem obierat collegii germanici convictor; v. supra p. 687[2]. [4] Sap 4. 11.

forti anno 1564. celebratae, venales exhibuerunt, Catalogvs. Ad exterorum Bibliopolarum, omniumque rei Literariae Studiosorum gratiam et vsum coëmpti, et venales expositi: Avgvstae, in officina libraria Georgij Vvilleri, ciuis et Bibliopolae Augustani. Inserti sunt his nonnulli, ijdemque perpauci vetustioris editionis libri, ob raram eorum et insignem vtilitatem commendabiles et iam multoties à doctis viris expetiti. Anno a salvtifero Virginis partu, M. D. LXIIII." (4^0; 19 pp.) In pagina aversa folii titularis: „Libri theologici catholici, non noui: hactenus verò in nostra Bibliotheca desiderati"; sequuntur 4 libri. Deinde (p. 3): „Libri theologici Protestantium latini, et alij"; post quos comparent (p. 4): „Libri theologici Catholicorum latini et alij" etc. Sequuntur libri ad ius, medicinam etc. pertinentes, libri germanici etc.; libri universi sunt 256 (*Gust. Schwetschke,* Codex nundinarius Germaniae literatae bisecularis, Halle 1850, p. IX 1; qui etiam Catalogi titulum et primam paginam ipsis typis assimilavit et expressit [append., tab. 1]). Georgius Willer, homo catholicus (?), ad mercatum librorum, qui Francofurti ad Moenum Quadragesimae tempore et autumno habebatur, semper adibat et inde ab autumno a. 1564, si non ante (cf. *Can.* III 238 490), singulis fere mercatibus huiusmodi catalogum evulgabat; quem morem ipso mortuo heredes quoque usque ad 1627 vel etiam diutius servabant (*Fr. Kapp,* Geschichte des Deutschen Buchhandels bis in das siebzehnte Jahrhundert, Leipzig 1886, 479—482 836). Praeterea Canisius Hosio misit librum: „Gründtlicher, | Wahrer Bericht, | von Catholischer Commu= nion, vnd rechter Niessung Leibs vnd | Bluts Jesu Christi, vnsers lie= | ben Herrn, in dem Hochwirdi= gen Sacrament des | Altars. | *ESAIÆ V.* | Whe euch, die jr sprecht: Das böß sey gut, | vnd das gut sey böß. Whe euch, die jr in ewren Augen weyß, vnd bey euch | selber witzig seyt. | Mit Fürstlicher Freyheit nit nach= | zutrucken. Getruckt in der Furstlichen Statt | München bey Adam Berg. M. D. LXV." (versus 2 3 4 16 rubri sunt). 16; ff. sign. 351, et praeterea in initio 16 (addito titulari), in fine 1 non sign.; f. A II[a]—A VI[a] praenotatio quaedam; sequuntur 5 pp. vacuae; f. B[a]—B VIII[b] „Vorred an den Christlichen Leser"; in postremo folio „Errata". In praenotatione (f. A V[a]) dicitur, hunc librum conscriptum esse „von etlichen Gottsäligen, Frummen vnd Gelehrten Theologen"; librum iussu Alberti V. Bavariae ducis compositum esse perspicuis quidem verbis non affirmatur, haud ita tamen obscure significatur; approbatio sive libri excudendi facultas ab episcopo (frisingensi) data (cf. supra p. 674[6]) non comparet. In priore libri parte communio sub una specie defenditur; in altera, quae adversus eam obiciebantur, refelluntur. Vidi libri exemplum, quod exstat Monachii in bibliotheca regia (Polem. 260). Praecipuus libri auctor erat P. Paulus Hoffaeus S. J., collegii monacensis rector (v. supra p. 518; cf. etiam *Sommervogel,* Bibl. IV 422—423, et *Duhr,* Jesuiten an Fürstenhöfen 102). Canisius quoque ad librum componendum adiuvisse videtur; v. supra p. 470 550.

Otto cardinalis Augustanus Hosio has Canisii litteras quasi promisisse videtur, cum Dilinga 20. Novembris 1564 illi scriberet: „De vsu calicis, cuius fructum a me D. V. R. pernoscere cupit, ex optimi viri Canisii litteris, qui Dilingam nuper venit, et hac de re diffusius se scripturum recepit, copiose D. V. R. accipiet" (*Cyprianus,* Tabul. 379).

1188. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, CANISIO ceterisque Societatis praepositis provincialibus.

Roma 20. Ianuarii 1565.

Ex apographo (A) eiusdem fere temporis; cui altera quadam manu eiusdem temporis adnotatum est: „dil. p. polanco . lettera di la morte di nostro Padre general".

Apographum (B) huius epistulae latine redditae idque vel eodem tempore vel haud multo post scriptum exstat in Cod. colon. „L. Qu." f. 68[b]—69[a].

Epistula copiose usus est et multa ex ea fere ad verbum (latine) expressit *Sacchinus,* Hist. S. J. II, l. 8, n. 200—203. Eadem usus esse videtur *Boero,* Lainez 316—323. Epistulae mentionem fecit *Hansen* l. c. 512[1].

Lainio praeposito generali Deus sanitatem, quam Socii illi precabantur, sublimiore quadam ratione reddidit, ex humanae vitae miseriis d. 19. Ianuarii eum auferens. Ad ultimum fere discrimen aestate superiore adductum Deus aliquamdiu conservavit, quo maius ipsi patientiae meritum accresceret. Contionari coepit quidem sacro adventu, sed paulo post Sociis instantibus ob infirmitatem desiit. Festo Circumcisionis cum Sociis in coenaculo est pransus; deinde in dies magis stomacho et pectore laborabat; ac cum multas pro sua valetudine precationes fieri audisset, prope conquestus est, quod hominem inutilem retinere vellent; cum revera ab omnibus magni fieret et amaretur. Die 16. Ianuarii Christi corpus in viaticum sibi dari iussit et a pontifice, ut sibi indulgentiam plenariam impertiretur et Societatis patronum agere pergeret, flagitavit. Die 17. extremae unctionis sacramentum admodum religiose suscepit ac piis colloquiis desideriisque tempus insumpsit; vespere patrum assistentium rogatu Societati benedictionem dedit. Deinde sensibus paene cunctis morbi vi oppressis 44 horas iacuit, triste spectaculum Sociis; qui tamen eius animam ita purgatam brevi in caelum evolaturam sperabant. Fieri tamen pro ea iam debent sacra et precationes usitatae. Die 20. Ianuarii, cum vicarium ipse nominare noluisset, a professis ad id munus magno Sociorum solacio delectus est Franciscus de Borgia. Lainius vespere diei 20. sepelietur; quem Romani magno luctu et veneratione prosequuntur.

Jhesus. Pax christi etc.

Molto Reuerendo in Christo Padre. per altre lettere, e, stato scritto, che nell orationi et sacrificij della compagnia si hauette special memoria della sanita de Nostro Padre Generale perche si truouaua molto indisposto; Adesso pare[a] che Dio .N. Signore habbia uoluto accettare le dimande che se li sono fatte per lui d' altra maniera che si ricercaua . Conciosia cosa che ha dato, à, nostro Padre piu perfetta sanita, e, piu durabile, togliendolo hieri che furno 19[b] di Gennaio à due hore[c] di notte[1] da questa misera, e, temporal uita per l' eterna, e, felice, sicome dalla infinita bonta et misericordia sua lo speriamo. Già[d] l' estate passata stette alle porte della morte[e]; ma uolse .N. Signore[f] prolungarli la uita accioche hauesse occasione di portar' piu graue croce[g] e hauesse da riportar' da quella maggior accrescimento di merito, innanzi alla sua diuina maesta. Et cosi da quel tempo in qua[h], ha patito molto: quantonque al principio[i] de l' aduento[2], sentendosi qualche poco megliorato uolle ripigliar le prediche[k]; e predicò tre uolte con la solita sodisfattione[l], e, contento de gli auditori, comenciando à explicar' l' euangelio Missus est angelus[3] etc.[4] Ma accorgendoci[m] della molta sua fiacchezza laquale egli assai si sforzaua dissimular'[n] nel pulpito; Segli[o] persuase final-

a) apparet *B.* b) 29 *A; 19 B, atque ita legendum esse cum ea ipsa, quae in A sequuntur, et maxime dies extremo exemplo A ascriptus ostendunt, tum aliunde omnino constat.* c) circa secundam *B.* d) Nam *B.* e) in summo periculo et quasi in portu *[sic]* mortis *B.* f) Saluator noster *B.* g) maiorem crucem *B.* h) in quo *B.* i) vsque ad initium *B.* k) concionandi onus *B.* l) *Duo vv. sqq. non sunt in B.* m) considerando *B.* n) quam volebat dissimulare *B.* o) S'egli *A;* persuasum illi tandem est *B.*

---

[1] Vesperi fere hora $6^3/_4$, si nostram loquendi vel horas numerandi rationem sequamur. [2] Is anno 1564 incepit 3. Decembris. [3] Lc 1, 26.

[4] Polancus locum illum sive caput Evangelii secundum Lucam (1, 26—38) significat, in quo Gabriel archangelus Mariae virgini nuntiat filii Dei de Spiritu sancto conceptum haecque servatoris mater constituitur.

mente che lasciasse quel'[a] [?] impresa[b] [1], laqual lasciata lo grauorno assai l' asma, e altre sue indispositioni[c], lequali pero con alcuni remedij che se li ferno non solo non cessorno, ma si accrebero molto[d]; Onde doppò il primo di de l' anno, che per ragion' della festa della compagnia[2] mangio in rifettorio, S' incomincio à sentire ogni di piu aggrauato, specialmente del stomacho et petto. Jlche gli era tanto grato[e], che intendendo che tante[f] messe, orationi e penitentie qui in Roma per lui si faceuano[g], a un certo modo, mostro piu uolte di lamentarsi, dicendo[h], che questa charità, e orationi delli fratelli lo[i] ritardauano; Parendogli esser gia[k] inutile in questo mondo[l] e quantunque, non credo hauria egli trouato niuno di questo parere[m], percioche dentro, e, fuori della compagnia erano extraordinariamente, aestimati gli doni di Dio[n] nell' anima sua, et in gran maniera amata[o] la persona sua; Nondimeno[p] pare ben' che uolendolo nostro Signore[q] per il suo Regno[r], egli era quello che li daua cosi uiui desiderij, et efficaci di partir di questa uita[s]: Agli 16[t] del presente dimando la Santa communione in uiaticum, hauendo diuotione, che glie[u] la portassero dalla chiesa, Benche haueua licentia di poter far 'dir messa in sua camera[3], e cosi si communico quella notte non li parendo d' aspettar'[v] la mattina . e il di sequente, mandò da Sua Santita[4] à supplicarla gli desse la sua benedittione, et indulgentiae plenariae[w] [?] e li fe raccomendar' molto[x] la compagnia, dellaqual' s' era degnata

a) *Sic A; corrigendum videtur* quell'. b) onus *B.* c) hac vltima sua et alijs infirmitatibus *B.* d) cumque remedijs quibusdam succurrere conarentur, adeo non profuerunt, vt etiam obfuerunt *B.* e) *In A correctum ex* graue; gratum *B.* f) *Non est in B.* g) pro ipso facerent *B.* h) etiam lacrymando dicebat *B.* i) *Deest in B.* k) nunc amplius *B.* l) *In A corr. ex* inutile a questo mondo; *B habet* inutilis huic mundo. m) nullum consentientem habuisset *B.* n) eximia Dei dona *B.* o) multum ab omnibus amata *B.* p) *Tria vv. sqq. in B non comparent.* q) *Supplendumne* chiamare? vocare vellet *B.* r) *Quattuor vv. sqq. in B non comparent.* s) mundo *B.* t) Decimo sexto *B; A perperam* 26; *cf. supra p. 783 adnot. b.* u) *Hoc v. non est in B.* v) posset expectare *B.* w) *Sic A; sed videtur corrigendum* indulgentiam plenariam; *nam et B ita habet, et in A paulo infra dicitur* l'indulgenza detta. x) *Non est in B.*

---

[1] Patres „Assistentes" (qui tunc erant Borgias, Natalis, Matritius, Polancus [*Sacchinus*, Hist. S. J. II, l. 8, n. 4]) id Lainio persuasisse refertur a *Sacchino* (l. c. n. 200). S. Ignatius constituerat, ut praepositi generalis assistentes providerent, ne ille „in laboribus vel rigore nimio mensuram excederet", atque ut ipse praepositus in rebus „ad corporis curam" pertinentibus assistentium „arbitrio acquiesceret" (Constitutiones P. 9, c. 4, n. 3; c. 5, n. 2).

[2] Festum „Circumcisionis Domini", quod kalendis Ianuariis celebratur, Societatis Iesu festum est „titulare", quod vocant; v. *Can.* I 475; III 33[1].

[3] Privilegium quidem a Paulo III. per litteras apostolicas Roma 18. Octobris 1549 concessum, quo Societatis praepositis atque horum permissu reliquis Societatis sacerdotibus „quocumque honesto et congruenti loco, in altari portatili" sacra facere et sacramenta ministrare ac recipere licebat (*Litterae* apostolicae etc. p. 42), illo concilii tridentini decreto, quo missae sacrificium „privatis in domibus, atque omnino extra ecclesiam, et ad divinum tantum cultum dedicata oratoria" offerri vetatur, „non obstantibus privilegiis" etc. (Sessio XXII., decr. de observ. et evit. in celebr. missae), iam, nisi fallor, sublatum erat. Attamen facile fieri poterat, ut Lainius pro egregiis suis in ecclesiam meritis singulare quoddam sive „personale", quod vocant, de hac re impetraret privilegium. [4] Ad Pium IV.

sua santita pigliar' la protettione[a] [1] e il tutto s' 'hebbe da sua Beatitudine compitamente: onde alle 17[b] dopo il pranzo hauuta che hebbe l' absolutione, et l' indulgenza detta[c]; da se stesso dimando l estrema ontione et rispose à colui che gliela daua con intero giuditio[d] et[e] special deuotione. Tutto quel giorno sino alle sei hore di notte spese in colloquij et orationi con Dio, dando l' esempio di pacienza et di conformita con la uolonta diuina, et de desiderij, e speranza degli beni eterni che alla uita, predicatione, e qualita di sua persona conueniua. Quella istessa notte andammo tutti gli assistenti à pigliar sua benedittione per noi stessi e per tutta la compagnia, laqual' egli ne[2] diede alzando le mani a iddio e pregandolo ne la desse lui dal cielo; accrescendo le gratie sue, e ogni santita della compagnia[f]. Passate le .6. hore di notte, essendosi messo un poco a dormire[g], se gli sali tanto alla testa quel' mal' humore che gli daua grand' affanno, al petto et al stomaco, che gli occupo gli sentimenti; et cosi si suegliò con un grand' accidente[h] togliendoli quasi la respiratione la grande abbondanza[i] del catarro, et in tal modo stette 44[k] hore fino alli 19[l] del presente à due hore di notte, che pare gli furno un purgatorio continuo, et un gran sermone a, tutti quegli[m] che l' andauano, à, uedere; e l' accompagnorno della casa et collegio[n] [3] se bene la parola, e gli sentimenti gli stessero occupati; d' onde pigliammo[o] maggior speranza, che .N. Signore non habbia uoluto che hauesse lui, à fermarsi troppo in altro purgatorio hauendolo cosi purificato et purgato, e disposto qui per poter' andar' innanzi al suo diuin' conspetto[p]. Pure non si[q] lasci di dir' le messe et orationi che la charità e buona usanza della compagnia ricercano[4]. Questa mattina

a) cuius protectionem ipsius Sanctitas vltro susceperat *B.* b) sequenti die *B.* c) intellecto quod haberet dictam absolutionem et indulgentias *B.* d) et dicebat vt darent ei dum integro adhuc iudicio vteretur *B.* e) *In B hoc v. et 2 sqq. non cum hac sententia, sed cum sequenti iuncta sunt.* f) vt Deus gratiam suam e coelo daret, vt Societatis gratiae *[in]* in omni sanctitate crescerent *B.* g) *B perperam:* cum paululum cubitum essemus dimissi. h) *B haud recte:* tanta copia mali humoris defluxit ex eius capite, vt magnum grauamen stomacho et pectori adferret, ac sensus omnes occuparet. Ac resoluit eum graue hoc accidens. i) abbonza *A;* abundantia *B.* k) *Ita A, idque recte positum ostendunt tum quae antecedunt, tum quae sequuntur; idem habet Sacch.;* 24 *B.* l) *Ita B;* 29 *A; vide supra p. 783 adn. b.* m) guegli *A.* n) Quae res magnum praebuit sermonem omnibus illis qui ipsum visitabant, et congregabantur ex collegio et domo *B.* o) concipimus *B.* p) vt ante ipsius conspectum possit ambulare *B.* q) *In A corr. ex* ci.

[1] Vide supra p. 534—535.

[2] „Ne“ hoc loco et paulo infra significat „a noi“ vel „ci“ (Vocabolario degli Accademici della *Crusca* [In Venetia 1686] 588). Recte versio latina: „quam nobis dedit.“

[3] Ex Societatis collegio romano et domo professa.

[4] Nunc quidem in „Officio Vicarii generalis“ (n. 2) pro praeposito generali vita functo singularis quaedam atque ingens vis missarum et precationum per Socios Deo offerri iubetur; sed certus eiusmodi missarum etc. numerus in eo „Officio“ nondum positus erat a. 1565, immo ne anno quidem 1573 (*Institutum* S. J. II 212 243; III 48). Neque alia lege, quod equidem sciam, de praeposito generali singulare quicquam statutum erat. Quae autem Socii pro sodalibus vita functis sive cunctis sive singulis praestari iubeantur in Societatis constitutionibus, et qui ea praestandi mos in Societate iam tunc invaluerit, v. supra p. 552.

giorno di San Fabiano et Sebastiano[1], ragunati insieme gli professi, doppo di hauer detto messa, e raccomandata la cosa à Dio[a], hanno eletto per Vicario il Padre Francescho di Borgia, non hauendo .N. .P. Generale, o per sua humilita, o mosso dall' esempio di .N. Pad: Jgnatio[b], o per altri motiui, che noi non sappiamo[c], uoluto nominar alcuno per vicario; ma lasciar' quest' assonto, à coloro, à quali le constitutioni lo danno, sempre che il Generale non lo lasci nominato[d] [2]. Questa sera sotteriamo il suo corpo[3], e, nella diuotione che tutti monstrano di uisitarlo, e basciarli la mano . e desiderare alcuna cosa delle sue, e nel sentimento uniuersale che per Roma si uede, si comprende quanta diuotione, i nostri et anche i forastieri gli haueuano[e]. Dio .N. Signore ne sia lodato à cui piaccia di dar' alla compagnia tal successore, quale per suo maggior seruigio et utilità di sua chiesa conuiene[f]: che sino à mò, con la elettione fatta del Vicario, sua diuina Maesta ne[4] ha tutti[g] grandemente consolati. D' altre cose si scriuerà per altre. Di Roma alli 20 di Gennaio 1565[h]:

[de V. Reuerentia seruo in christo Joane de Polanco.][i]

In Registro quidem (quod vocant) praepositorum generalium ad Germaniam pertinente hae litterae non sunt; sed ipsa res exigebat, ut in omnes Societatis provincias mitterentur; atque in Germaniam eas missas esse intellegitur ex eo, quod in codicem illum coloniensem, quem memoravi, transcriptae sunt; de quibus *Polancus* in *Litteris annuis Sociorum Romae degentium, Roma 1. Ianuarii 1566 datis, scribit: „Quanto alla passata di N. Padre General Maestro Laynes di sant. me. di questa trauagliosa uita, come speramo, alla felice et eterna, già si scrisse alli .20. di Gennaro; . . la lettera s' indjrizzò alli Prouinciali" (ex exemplo ipsius Polanci manu subscripto et ad praepositos provinciales Lombardiae et Tusciae destinato. Cod. „Epistolae Italiae . 1565. I" f. 10[a]).

Pro exemplo italico, quod supra posui, exemplum latinum, quod in codice coloniensi exstat, posuissem, nisi, duobus illis exemplis diligenter inter se collatis, cognovissem, litteras primum italice scriptas, deinde in latinam linguam translatas quidem esse, sed valde vitiose; qui eas vertebat, parum sciebat italice, ac fortasse etiam exemplum habebat italicum, quod festinantius et neglegentius scriptum erat; multa obscure, multa perperam vertit; si quis cum exemplo italico, quod posui, lectiones variantes eidem subiunctas et librum Sacchini contulerit, me recte iudicare

a) postquam missae sacrificium esset celebratum, ac Deo negotium commendatum *B.* b) exemplo P. Ignatij *B.* c) alia aliqua caussa *B.* d) *In B pro* sempre che il Generale *etc. primum positum erat* vbi cauetur ne generalis vicarium aliquem nominet*; deinde manu, quae fortasse a priore illa est diversa, correctum est* vbi habetur quod generalis vicarium aliquem nominare possit. e) *B perperam:* corpus ipsius sepeliuimus tali deuotione quam cuncti demonstrent visitando et exosculando manus et desiderando res aliquas ipsius, videtur ac intelligitur ex communi omnium iudicio tum nostrorum tum etiam extraneorum per totam vrbem quali eum deuotione complectebantur. f) quam maxime possit seruire *B.* g) *Hoc v. non est in B.* h) 2565 *A.* i) *In B post 1565 sequitur tantum* Ioannes Polancus. *Ea, quae uncis inclusi, supplenda esse conicio ex archetypa Polanci epistula, quam posui supra p. 714—717.*

---

[1] Horum memoria antiquitus d. 20. Ianuarii agitur.

[2] Si praepositus generalis „Vicarium non nominavit; qui apud eum fuerint Professi (quamvis non in eodem loco, sed in vicinis fuerint) pluribus suffragiis Vicarium eligent": *S. Ignatius,* Constitutiones S. J. P. 8, c. 4 A.

[3] Sepultus est in templo domus professae ad latus sinistrum arae maximae, cum ad dexterum S. Ignatius iaceret (*Sacchinus* l. c. n. 203).

[4] „Ne" hic = „noi" vel „ci" (Acc.): *Crusca* l. c.; cf. supra p. 785, adnot. 2.

intelleget. Quare satis verisimile est, Polancum (ut solebat) litteras italicas in Germaniam misisse, has autem ibidem latine redditas esse.

Canisio hae litterae traditae esse videntur Dilingae inter 10. et 11. Februarii 1565; id quod ex proximo volumine plenius cognoscetur.

1189. SANCTUS FRANCISCUS DE BORGIA, vicarius generalis Societatis Iesu, CANISIO ceterisque Societatis praepositis provincialibus europaeis. Roma 21. Ianuarii 1565.

Ex apographo eiusdem fere temporis; in margine, eadem manu: „Comune ali Prouinciali". Cod. „Epistolae Italiae [Praepp. Genn.] 1564 1565" f. 292[a]—293[a].

Litteris usus est *Fr. Sacchinus* S. J., Historiae Societatis Iesu Pars Tertia. Romae 1649, l. 1, n. 4.

Ut vicarii generalis officio satisfaciat, praepositos provinciales et reliquos, ad quos pertinet, Romam praepositi eligendi gratia venire iubet ad 20. Iunii, idque, ne itinera in summos calores incidant. Sin autem prius venire poterunt, gratum erit. Quam primum habendae congregationes provinciales ad eos, qui congregationi generali intersint, deligendos. Videndum, num etiam procuratorem mitti conveniat. Reliquendus, qui ad provinciam loco praepositi regendam idoneus sit; neque mittendi, qui provincia abesse sine huius detrimento non possint. Afferendae regulae, instructiones, litterae fundationum etc. Qui domi remanebunt, scribere, atque selecti aliqui etiam ad scribendum adigi poterunt. De electione circumspecte dicendum. Congregationis res Deo commendandae; quae missae precationesque fieri debeant, provincialium arbitrio permittitur.

Molto Reuerendo in christo Padre

Poi che piacque a Dio N. S. di transferir à meglior uita N. benedetto Padre [1] et porre sopra le mie debile spalle questa croce di seruir la Compagnia nel officio de uicario fin che sia eletto il nouo general, mi par son obligato a metter subito le mani in questa parte che è delle principali del detto officio . cioè de conuocar quelli che hanno a uenir alla congregatione Generale . et poi che secondo le constitutioni [2] il loco ordinario di questa ragunatione à d' esser Roma et il tempo de cinque mesi o sei dopo la data delle lettere V. R. con gl' altri di sua Prouincia uenghino a Roma et procurino trouarsi in quella, per li 20 de Giugno che é il termine dei cinque mesi [a] et conuiene piu per la sanita, che si se pigliaseno sei mese perche se preuenghino gli grandi caldi li quali [b] passato Santo Gioanni [3] se tengon qui per eccessiui et periculosi per quelli che hano d' entrar in Roma. Pure se là potrano anticipar et arriuar qua più presto par seria tanto meglio, tanto per conto della sanita de quei che hanno à uenir, come per che la Compagnia habbia piu presto il suo capo. onde conuiene che subito ci si dia auiso della lor partita [c] et cosi sera bene che

a) *In ap. correctum ex* mese. b) *In ap. corr. ex* qualli. c) *In apographo, quo usus sum, sequuntur vv.* et anco sene dia auiso al Prouincial de cotesto regno*; atque* sene *correctum est ex* sine, *et ante* Prouincial *verbum* altro *supra versum scriptum, deinde autem oblitteratum est; perperam*

[1] Iacobum Lainium praepositum generalem, 19. Ianuarii 1565 mortuum.

[2] *Constitutiones* S. J. P. 8, c. 5, n. 1 2.

[3] Festum Nativitatis S. Ioannis Baptistae dicit: quod d. 24. Iunii agitur; ceterum vide, quae de calendario notantur infra monum. 588.

quanto prima faci la sua congregatione prouinciale nella quale[a] se elegano le persone che hanno a uenire conforme à quello che le constitutioni et dechiarationi nella ottaua parte ordinano[1] al che far haueranno à rifrescarsi la memoria particolarmente del 3º 4º et 5º capitolo della detta ottaua parte.

Del mandare alla congregatione alcun procuratore[2] oltre li tre professi de 4º uoti di là lo considererano si gli parera conueniente o non.

Venendo V. R. alla congregatione non dubito che hauera riguardo à lasciar in sua Prouincia vicario idoneo . pur glielo raccomando, come fo anco alla congregatione Prouinciale, che uegga che le persone che elegera siano tale che l' assistentia possi aiutare[b] la congregatione et d' altro canto che habbi rispeto[c] à non priuarsi di quelli che senza notabil danno[d] et preiudicio della prouincia non possino stare absenti . et si[e] [?] questo ultimo non si potessi escusare[f] [?], cioè de mandare tre professi ueggasi il principio del 3º capitolo della ottaua parte et secondo quello si proceda[3].

Quei che uerrano et spicialmente i prouinciali portino seco tutte le regole et instrutione che tengono di quà, et le copie[g] delle fundatione de i Collegij, si non le[h] hauessero prima mandate quà . et quel di più che per un' altra se scrisse li mesi passati[4] si non fussi mandato; et si alcuni di quei che restano[i] [?] uorran scriuer alcuna cosa lo possono fare, anzi[k] à persone elette de cui iudicio se speraria[l] che potrebbeno dare qualche buon ricordo si potria ordinar che scri-

autem oblitteratum esse videtur; neque enim equidem hanc sententiam sive hoc praeceptum aliter interpretari possum nisi ut dicam illud positum esse non in omnibus harum litterarum exemplis, sed in illis, quae destinata sunt praepositis duarum provinciarum in uno aliquo regno sitarum; ut in regno Galliae erant provinciae Galliae et Franciae (Sacchinus, Hist. S. J. II, l. 8, n. 75). a) *In ap. corr. ex* qualle. b) *In ap. corr. ex* agiutare. c) *In ap. corr. ex* rispecto. d) *Quattuor vv. sqq. a libr. postea addita sunt.* e) *Vel* se*; in ap. alterum ex altero corr. est.* f) *Ita in ap. correctum est ex* excusare*; sed corrigendum fuerat, puto:* eseguire. *Cf. infra adnot. 3.* g) copia *ap.* h) la *ap.* i) *Vel* restino*; alterum enim ex altero corr. est.* k) *In ap. corr. ex* ansi. l) *In ap. corr. ex* esperaria.

---

[1] „Ad eligendum Generalem . . . terni ex singulis Provinciis veniant, Provincialis videlicet Praepositus, cum duobus aliis, qui fuerint ad hoc negotium in Congregatione provinciali electi. . . Nullus, qui quatuor vota solemnia in Professione non emiserit, suffragium activum aut passivum ad huiusmodi electionem habere poterit": *Constitutiones* S. J. P. 8, c. 3, n. 1 et A.

[2] „Ad maiorem rerum cognitionem habendam, si opus fuerit, et ad agendum post electionem Generalis aliis de rebus": *Constitutiones* P. 8, c. 6 B. „Si Provincialis, praeter tres, aliquos eligeret, plures quam duos adiicere non poterit; ita ut ad summum quinque ex una Provincia veniant": *Constitutiones* P. 8, c. 3, n. 1.

[3] „Professi dumtaxat, et praeterea Coadiutores aliqui, si ita expedire in Domino videretur, sunt ad Congregationem generalem convocandi: et quidem ex his, non nisi qui commode venire queant. Non itaque infirmi ac valetudinarii, nec qui in regionibus remotissimis agunt, ut in Indiis; sed nec illi, qui prae manibus negotia habent magni momenti, quae absque gravi incommodo deseri non possunt, convenient. Pendebit autem hoc ex iudicio . . . eorum, qui congregati in singulis Provinciis fuerint, ut venturos ad generalem Congregationem eligant": *Constitutiones* S. J. P. 8. c. 3, n. 1. [4] Vide supra p. 720—722.

uessero quel tanto che loro occorre, ancor che essi à cio fare non si offerisero.

Dia V. R. auiso à tutti et specialmente à quelli che de sua prouincia hanno d' a uenir, che siano molto cauti in parlar della futura elettione, ò che lascino de parlare poi che quel che piu importa è racomandarla à N. S. et sperare[a] che la sua diuina maiesta dara à questa minima compagnia il capo che per suo maggior seruitio et ben di quella conuiene[1] et per le informatione conueniente[b], le constitutione[2] dano il tempo et il logho che si ricerca.

Che orationi et messe debbiano applicarsi tanto per la buona elettione et cose che si hano à trattar nella congregatione, come per quelle[c] persone che si mandano[d][3] si lascia al' arbitrio deli Prouinciali i quali aduertirano à quanto si raccomanda nelle constitutione . specialmente nel fine del 5⁰ capitulo[4] et con tanto[e] mi raccomando molto nelle orationi et sacrificij de .V. R. et di tutta la sua Prouincia . di Roma a 21 di Genaio de 1565.

Polancus in *Litteris annuis Sociorum Romae degentium Roma 1. Ianuarii 1566 datis: „Alli .21. di Gennaro il N. Padre Vicario scrisse in tutte le parti chiamando la Compagnia perla congregatione generale“ etc. (ex exemplo, quod supra p. 786 memoravi). Has autem Borgiae epistulas ad praepositos provinciales (in Europa degentes; de reliquis v. supra p. 788[3]) missas esse (id quod ipsa quoque earum verba ostendunt), Canisio non praetermisso, ex *litteris a *Polanco* ad P. Ioannem Dyrsium S. J., rectorem collegii oenipontani, Roma 30. Ianuarii 1565 datis cognoscitur; ubi ille: „Constituimus“, inquit, „Vicarium Patrem Franciscum de Borgia qui congregationem generalem indixit ad praepositi electionem . . . prout Prouincialibus iam scriptum est“ (ex apogr. eod. temp. scripto. Cod. „Germ. 1561“ f. 247[b]). Videntur autem et hae litterae et alterae illae, quae de Lainii morte sunt, epistulae Roma 27. Ianuarii 1565 a Polanco de negotiis provinciae Germaniae superioris ad Canisium datae adiunctae esse; v. infra p. 795.

Canisius Borgiae respondit 15. Februarii 1565.

1190. CANISIUS **IACOBO LAINIO,** praeposito generali Societatis Iesu[5].

Augusta Vindelicorum 27. Ianuarii 1565.

Ex apographo, quod sub a. 1860 a P. *Iosepho Boero* S. J. ex archetypo (2⁰; 2 ff.) ab ipso Canisio emendato et ipsius manu subscripto („Seruus“ etc.)

a) *In ap. corr. ex* esperare. b) *In ap. corr. ex* conuiniente. c) *In ap. corr. ex* quele. d) *In ap. corr. ex* mandino. e) *Sequitur* res, *a libr. oblitt.*

[1] Notum est, ipsum, qui has litteras dedit, Sanctum Franciscum Borgiam, 2. Iulii 1565 a congregatione generali electum esse Societatis praepositum generalem.

[2] P. 8, c. 6, n. 1 2.

[3] Ex *Constitutionum* praescripto vicarius generalis debet Societatem „admonere, ut ubique Missae celebrentur et orationes fiant“ tum „pro felici Praepositi electione“, tum, ut ex divina Sapientia „descendat lux ea, qua diiudicari possit, quid statuere conveniat“ etc. (P. 8, c. 5, n. 3; c. 7, n. 1).

[4] „Curabunt praeterea Superiores, ut omnes, qui sub obedientia Societatis vivunt, quotidie in orationibus et in Missarum sacrificiis plurimum Domino commendent eos, qui ad generalem Congregationem se conferunt, et simul, ut quidquid in ea transigetur, ad maius obsequium et laudem et gloriam divini nominis cedat“: *Constitutiones* S. J. P. 8, c. 5, n. 4.

[5] Canisius nondum acceperat, Lainium Romae 19. Ianuarii 1565 vita cessisse.

transcriptum, a. 1902 cum eodem archetypo, in Cod. „E. C. I“ n. 149 (f. 54 55) posito, diligenter collatum est.

Canisius Alberto V. duci Breve Pii IV., quo Societas defenditur, tradidit. Observandane in Societatis collegiis Pii IV. Bulla, qua fidei professio fieri iubetur? Id quod a reliquis Germaniae academiis impetrari vix poterit. Neque effici potest, ut Germani, qui vel Scripturae vel controversiarum libros germanicos legere velint, facultatem „Indice“ tridentino praescriptam petant ab episcopis; qui ne ipsi quidem eam curant. Detrimentum patietur religio, si controversiarum libros germanice vel scribere vel legere non licebit. Quare confessariis in ea re aliquid indulgendum esse videtur. Octavianus Fuggerus in collegio germanico virtute praestans. Eodem Philippus eius frater veniet, alii venire cupiunt. Hieronymus Velserus filium ibidem manere vult, si per valetudinem ei licebit. P. Henricus Dionysius aliique Socii. Collegio dilingano P. Theodoricus Canisius praeficiendus. Votorum renovatio in collegiis dilingano et monacensi; hoc bene habet. P. Hoffaei liber de communione sub una specie facienda. P. Stevordiani contiones augustanae et monacenses. P. Schorichium consiliarii denuo in Bavariam inferiorem mittere statuerunt; is doctrina indiget copiosiore. Bavaria Deo commendanda. Hoffaei contiones. Indulgendum, ut duo Socii per Quadragesimam Meranae maneant; postea Canisius cum reginis coram aget; harum in collegium romanum liberalitas. Litterae semestres. Frater laicus aufugit. Comes polonus sacris exercitiis excolitur.

† Pax christi nobiscum admodum Reuerende pater

2ª Ianuarii scriptas accepi una cum Breui Apostolico, quod cum ego Monachij coram obtulissem Principi, libenter accepit [1], seque antea pasquillo lecto non credidisse respondit. Speramus plane testimonium hoc Pontificis Maximi nobis apud plerosque non parum esse profuturum. Ignoscat Deus aduersariis ueritatis, et omnibus qui contra proximum dicunt falsum testimonium [2].

Quod ad Bullam recens euulgatam, et in Vniversitatibus observandam a promouendis [3] attinet, libenter intelligemus, an illa locum habere debeat in scholis Collegiorum nostrorum, praeterquam Dilingae [a] [4]. Vt autem in aliis Germanicis accademijs suam uim [b] habeat, erit perdifficile quidem impetratu [c], propter exactam illam quae adiuncta est, confessionis faciendae formulam, in quam iuraturj [d] Germani, opus habent sane bona instructione, ut intelligant prius, quae nunquam ipsi satis didicerunt, et de quibus etiam catholicj nostri dubitant saepe. Probamus interim zelum optimi [e] Pontificis, cuius utinam pijs uotis et iustis, ut par erat, obtemperaretur [f] [5].

a) *Quinque vv. sqq. in archet. manu romana (Polanci, puto) signata sunt, linea subducta.* b) *Tria vv. sqq. pariter ac superiora (supra adnot. a huius pag.) signata sunt.* c) *A Can. ipso correctum ex* impetrari. d) *A Can. ipso corr. ex* coniuraturj. e) *A Can. ipso corr. ex* optimum. f) *Vide infra adnot. 5.*

[1] Canisius 23. Ianuarii 1565 (v. infra monum. 531) Alberto V. duci has litteras, Roma 30. Decembris 1564 datas, tradidit, quibus Pius IV. Societatem adversus calumnias illas romanas tuebatur et Alberto commendabat; v. supra p. 773.

[2] Ex 20, 16. Deut 5, 20. Mt 19, 18 etc. [3] De hac v. supra p. 654 772.

[4] Neque monacense collegium neque oenipontanum universitatum privilegiis erant instructa.

[5] Huic litterarum canisianarum capiti, quod de Bulla Pii IV. fidei professionem ab academiis exigente est, manu *Romana* (Polanci, puto) haec (signo „3“ adiuncto)

Quod responsum est de laycis remittendis ad Ordinarium, ut facultatem petant legendj Biblia et authores controuersiarum germanice scriptos[1], aeque nos facit dubios ut antea[a]. Quomodo enim persuaderj queat confitentibus, ut hac[b] de re[c] consulant Ordinarium, cum is legis latae Romae nullam, habeat curam, neque putet illam apud suos obligare[d], praesertim quamdiu[e] publicata non est, cumque[f] Ordinarius Augustanus iudicet de hac re confitentes non esse admonendos. Igitur non uidemur hic debere scrupulum nostris inijcere confessarijs, qui putant impossibilem esse illius 4[tae] regulae hoc loco et tempore executionem[g]. Deinde locus datur, magnum adferendi praeiudicium Religioni catholicae, si non licebit legere, ac proinde etiam non scribere libros de controversijs. Hac fere potissimum ratione, nunc retinemus et consolamur reliquias catholicorum, qui alioquin muti canes[2] esse uideremur, si nihil conscriberetur et legeretur, quod argumentis aduersariorum, quae partim quotidie audiuntur, partim nouis semper libris confirmantur, nihil a nostris[h] responderetur[i][3]. Ut vero in concionibus illorum argumenta refellantur, non aeque fieri commode potest, nec adsunt illi qui docendi essent, propter legitima saepe impedimenta. Praeterea nouas quasi turbas excitabimus, cum plerique a nobis digredientes, si illos absolutione indignos iudicaremus, quia non parerent huic regulae, statim alios inuenirent confessarios, a quibus absoluerentur absque ullo negotio. Quibus confessarijs Episcopi fauerent, et contra nos facile patrocinarentur[k]. Rogo igitur, ut liceat mihi confessarijs nostris praesertim hac sequenti quadragesima, plus animj addere, ne diffidant se posse alioquin confessiones audire.

Valde gaudemus cum Domina Fuggera, quod reliquis inferior non sit Octavianus[4] uirtute atque pietate. Incertum adhuc de aduentu fratris illius Philippi uenturi Bononia[l]. Sed gratias tamen agunt parentes de oblata mittendi illum facultate, siue tandem mittatur ille,

a) *Tria vv. sqq. signata sunt, ut supra.* b) *Sex vv. sqq. signata sunt, ut supra.* c) *In archet. sequuntur vv.* currant et, *ab ipso Can. oblitterata.* d) *In arch. correctum ex* obligari. e) qua diu *ap.* f) *Decem vv. sqq. signata sunt, ut supra.* g) *Quattuor vv. sqq. signata sunt, ut supra.* h) *In arch. sequitur* obtin, *oblitt.* i) *Vide infra adnot. 3.* k) *Sex vv. sqq. signata sunt, ut supra. In marg. hoc loco signum* 3 *comparet.* l) *Ap. quidem habet* Bononiam; *sed Philippus iam ante missus erat Bononiam (v. supra p. 764); et Can. 10. Februarii 1565 Romam *scripsit, Philippum adulescentibus quibusdam ex Germania Romam profecturis Bononiae se adiuncturum esse (ex apogr. recenti, de quo in vol. proximo).*

---

in margine *adnotata sunt, quae a S. *Francisco Borgia* vicario generali, hoc capite intellecto, statuta esse satis certum est: „Li nostri l'osservino, l'altri, procurino che il duca di Babiera e Cardinale d'Agusta diano aiutino [*corrige:* aiuto]. Si mostri questo [?] capitulo al [ui]tilocio, e alexandrino.“ De postrema hac sententia vide, quae sub ipsas has litteras dicentur. [1] Vide supra p. 772—773.

[2] Is 56, 10. Canisii haec scribentis animo etiam nomen familiae obversatum esse puto, atque illud, quod adversarii ei dederant: „Canis austriacus.“ Cf. *Can.* I 51.

[3] Huic litterarum canisianarum loco, qui de bibliis librisque controversiarum germanicis est, in margine, superposito signo 3, manu illa *Romana*, similiter ac supra (adnot. 5 p. 790), *adnotatum est: „Se conferisca con li medesimi.“ Vide, quae sub ipsas has litteras dicentur.

[4] Georgii Fuggeri et Ursulae de Lichtenstein filius, collegii germanici convictor.

siue non[a]. Nunc omnino decretum est Philippus ut ueniat. Alii ad Collegium quoque Germanicum profecturj essent, si liber illis pateret transitus in Italiam, etsi de peste nullum sit apud nos periculum metuendum.

Manere poterit Romae filius Consulis Augustani[1], ut absoluat studia sua. Pater enim rem totam committit R. P. T. rogans, ut ualetudinis pueri sui ratio habeatur, et si medicus quidem iudicaret illum cum valetudinis offensione isthic haerere, ut tum alio tempestive mittatur ille, priusquam morbus ingrauescat. Speramus pecuniam ad Collegium uel filium pervenisse, quam pater nuper misit.

Sigismundus[2] mittetur Viennam. Leonardus Boschius commodius tractabitur, ut ad studia ex parte redeat. D. andreas[3] adhuc versatur Augustae sub manu Medicj[b]. Rectorem Ingolstadiensem nouum expectamus, ut eo maturius ire possit D. Henricus ad cathedram Coloniensem[4], utque loco[c] [?] illius, [frater meus][d] [?] Rector Dilingae fiat, sicut et suadet Cardinalis[5] et rationes illius Collegij postulare uidentur[e 6]. Verum de hoc Dilingensi Collegio plura scribam proxime. Nunc enim illuc proficiscar, auditurus fratrum omnium confessiones, et interfuturus votorum renovationj Domino fauente.

His diebus idem feci Monachij[7], ubi sane fratres sub Rectore Paulo, et Novitii sub M. Dominico[8], recte, et quiete suae uocationi faciunt satis, ut magnas Deo gratias idcirco debeamus. Rector absoluit opus germanicum, de Communione unius speciej[9], quod satis prolixum, sed tamen gratum est catholicis, et breui recudendum[f]. Nulla est authoris facta mentio uolentibus etiam id consiliarijs[10]. Verum in altera editione poterunt authores nominari delecti quidam Theologi catholicj[11].

Quod ad P. Martinum[12] attinet, dum ego Monachii et Dilingae uersor, satisfacit Augustanis ille meo loco concionando[13]. Redibit

a) *Septem vv. sqq. a Canisio in margine addita sunt.* b) *Duo vv. sqq. signata sunt, ut supra.* c) *Vel* in locum; locum *ap.* d) *Ut vel haec vv., vel* P. Theodoricus, *vel similia suppleantur, res ipsa, nisi fallor, exigit; v. supra p. 777.* e) *Vide infra adnot. 6.* f) *Hic in margine archetypi manu rom., ut supra, positum est 2.*

---

[1] Ioannes Georgius, Hieronymi Velseri filius. [2] Dominatius S. J.

[3] Avantianus S. J.

[4] Canisius sacrum suggestum metropolitanae ecclesiae coloniensis significare videtur, quem P. Henricus Dionysius aliquot annis tenuerat (*Hansen* l. c. 493 521).

[5] Otto Truchsess.

[6] Hic in margine epistulae archetypae manu *Romana,* ut supra, haec, signo 3 superposito, *notata sunt: „Provisi d. Andrea per Vicerector d' Jngolstadio, se li pare . e scrivasi al provincial del disegno de Tarquinio.“ Significantur P. Andreas Avantianus (id ex *Polanci* *litteris Roma 20. Februarii 1565 ad Canisium datis constat) et, nisi fallor, P. Tarquinius Rainaldus, de quo *Can.* II 96[1] 146 390 429 etc.

[7] Vide infra monum. 531.

[8] Sub P. Paulo Hoffaeo et P. Dominico Mengino.

[9] De hoc Hoffaei libro v. supra p. 782.

[10] Simone Thaddaeo Eckio ducis cancellario etc.

[11] Ita factum est; vide, quae sub ipsas has litteras dicentur.

[12] Stevordianum. [13] In ecclesia cathedrali.

autem breui Monachium sic Principe postulante, ut loco M. Schorichii per quadragesimam[1] Monachij concionetur. Alter uero mittetur iterum in Bavariam inferiorem, ut bona ex parte seductis rusticis opem ferat. Dolemus huic bono Schorichio Patri[a] non maiorem adesse doctrinam, qua opus haberet, neque tantum ingenij[b] et ardoris reperimus in illo, ut facile studijs se applicet, sed ad conversationem et praxim maior est illi propensio et gratia. Igitur pergratus est ille tum aulicis, tum alijs passim, qui fortasse post festum Paschatis[2] ex peregrinatione reuocatus, ad studia poterit saltem Ingolstadij applicarj. Indigent nunc illius opera uehementer Dominj[3], ut Religionem ualde afflictam sustentet, et populum retineat in religione. Quanquam nec ita quidem rebus desperatis succurrj potest. Dominus Bavariam propter uicinam Austriam grauiter laborantem, respicere dignetur per sacrificia et preces R. P. T. ac totius Collegij et Societatis. Rector[4] in aula Monachij pergit concionarj.

Quod ad duos Patres[5] Maeranae cum Reginis agentes attinet, in priore quam scripsi sententia[c] persisto, ne ambo illi extra Collegium uiuere diu permittantur, etsi fructum aliquem in aula cooperante Domino[6] collegisse uidentur, ut ex adiunctis illorum litteris uidere licet[7]. Ego post festum Paschatis cum Reginis agam, quemadmodum cupit R. P. T. Interea uero si non redibunt Oenipontum, hac saltem uice dissimulandum puto, et indulgendum aliquid Reginis propter instantem quadragesimam, qua difficilius carere poterunt opera concionatoris. Gaudeo de illarum Reginarum liberalitate, qua pergent ut spero, demortui patris loco annuam donare eleemosynam, nimirum 400 ducatos in fratrum pauperum sustentationem[8].

a) *Qui archetypum scripsit,* Schorichio *supra versum scripsit, significans hoc v. inter* bono *et* Patri *ponendum esse; at ponendum fuerat post* Patri; *vv.* bono *et* Patri *signata sunt, ut supra; in margine (ut supra):* 2. b) *Duo vv. sqq. ab ipso Can. supra vers. scripta sunt.* c) *In arch. corr. ex* sententiam, *quod prius scriptum erat.*

[1] Haec a. 1565 inceptura erat 7. Martii. P. *Paulus Hoffaeus,* collegii monacensis rector, Monachio 24. Ianuarii 1565 de contionibus, quas Georgius Schorichius eo tempore habebat, Romam ad Lainium *scripsit: „Il numero dellj auditorj passa 5000 come si pensa" (ex autographo. Cod. „G. Ep. VI" f. 131[b]).

[2] Hoc 22. Aprilis futurum erat. [3] Magistratus sive consiliarii ducis.

[4] P. Paulus Hoffaeus. [5] Ioannem Dyrsium et Hermetem Halbpaur.

[6] Mc 16, 20.

[7] Canisium litteras illas quasi quadrimestres significare puto, quibus Halbpaur (suo et Dyrsii nomine) Merana 1. Ianuarii 1565 rettulit: Superioribus 3 vel 4 mensibus in reginarum aula magnam rerum mutationem factam esse; sacro Nativitatis Christi die aulicos fere omnes peccata confessos eucharistiam sumpsisse; aulam paene monasterii similem esse; per reginas populum ad missam contionemque audiendas admoneri ac pauperes copiosa stipe, aegrotos cibis selectis, homines in fide nutantes libris catholicis donari etc. (*Duhr,* Jesuiten an Fürstenhöfen 72—73).

[8] Haec verba ostendunt, reginas ineunte a. 1565 romano Societatis collegio 400 ducatos illos donasse, quos Ferdinandus I. imperator inde ab a. 1555 singulorum annorum initio solvendos curaverat ad Societatis scholasticos bohemos, germanos etc. alendos, qui studiis absolutis in patriam redituri essent; cf. *Can.* II 554[2]; III 16 336 399 548 etc.

Speramus nos excusarj posse, quod mittamus adhuc Quadrimestres[1], non missuri posthac alias, nisi Semestres: nimirum ab hoc anno sumptis initijs.

Dolemus vicem[a] Herculis Itali fratris nostrj, qui praeter omnium expectationem e collegio discessit et ut audio, postea repertus est cum suo gladio[2]. Conseruet Dominus hanc ovem errantem[3] a uia perditionis[4]. Causam discessus nondum intelligo, quem nullus antea sciuit esse tentatum.

Versatur nunc in exercitijs Monachij Comes Hieronymus frater illius Stanislaj Poloni Romae uersantis[5]. Faxit Deus, ut fratres quoque fiant spiritu in eadem vocatione. Commendamus nos plurimum sacrificijs ac precibus R. P. T. Patrumque omnium in Christo Jesu Domino nostro.

Augustae 27 Ianuarii 1565. Seruus in Christo P. Canisius.

Al molto Reuerendo in Christo Padre, il Padre M. Jacomo Laynez Praeposito generale della Compagnia de Giesu etc. Jn Roma.

Ex iis, quae archetypo harum litterarum exemplo Romae ascripta sunt (v. supra adnot. 5 p. 790 et adn. 3 p. 791), intellegitur, Sanctum Franciscum Borgiam, Societatis vicarium generalem, mandasse, ut ex iisdem litteris exscriberentur et cardinalibus Michaeli Gislerio O. Pr. (qui postea Sanctus Pius V. pontifex fuit) supremo inquisitori ac Vitellotio Vitellio romanae ecclesiae camerario, qui et ipse ex inquisitoribus fuisse videtur (*Ciaconius-Oldoinus* l. c. III 8 63), traderentur capita illa, quibus Canisius monet: In Germaniae universitatibus modo vix impetrari posse, ut, quicumque ad gradum academicum promoveri velit, fidei professionem in Bulla Pii IV. praescriptam faciat; neque effici posse, ut, quisquis sacram Scripturam germanice versam legere velit, singularem illam legendi facultatem in regula IV. Indicis tridentini praescriptam ab episcopo impetret; ac religioni catholicae detrimento fore, si libros de controversiis germanice sive scribere sive legere non liceat.

Quod porro Canisius in his litteris suadebat: Ut in altera editione libri de communione unius speciei scripti auctores magis perspicue quam in priore memorarentur, id ipso hoc anno 1565 effectum est. Editio sic habet: „Gründtlicher, | Wahrer Bericht, | von Catholischer Communion, vnd rechter Niessung Leibs vnd | Bluts Jesu Christi, in dem | Hochwirdigen Sacrament | des Altars. | Von etlichen Fürstlichen Bayeri- | schen Theologen gefasset | vnd gestellet. | ESAIAE V. Whe euch,

a) *In arch. 2 vv. sqq. signata sunt, ut supra; in marg. scriptum est 2.*

[1] Lainii praecepta, quibus in locum litterarum quadrimestrium „semestres" substituebantur, Canisio allata esse non videntur ante exeuntem m. Decembrem a. 1564; v. supra p. 752.

[2] Inter collegii ingolstadiensis fratres „coadiutores" 31. Augusti 1563 „Hercules Italus sartor infirmarius" comparet; idem ibidem 2. Ianuarii 1564 „ianitor" et „credentiarius" erat (ex collegii * *Catalogis* archetypis. Cod. „GSC 66" f. 392 393). Atque in eiusdem collegii * *Catalogo* 1. Ianuarii 1565 scripto affirmatur, fratrem coadiutorem „Herculem Ditreuensem, Italum, patria Stabiensem" (Stabiae, Castellamare di Stabia, regio et oppidum provinciae neapolitanae), anno 1561 Societatem ingressum esse (l. c. f. 373[a] — 374[b]). Eum 23. Ianuarii 1565 „insalutatis omnibus" discessisse refert P. *Theodoricus Canisius,* collegii rector, in * litteris Ingolstadio 25. Februarii 1565 ad Borgiam datis (ex autographo. Cod. „G. Ep. VI" f. 74).

[3] Dt 22, 1. Ps 118, 176. 1 Petr 2, 25 etc. [4] Sap 5, 7; cf. Mt 7, 13.

[5] Stanislai Rosdracevii (Rozdrażewski) S. J.; de quo *Can.* II 649[4].

die jr sprecht: Das böß sey gut, | vnd das gut sey böß. Whe euch, die jr | in ewren Augen weyß, und bey | euch selber witzig seyt. | Nach fleissiger vbersehung vmb vil | verbesseret. | Getruckt zu München, im jar | M. D. LXV." (versus 1 3 8 16 19 rubri sunt) 16°; ff. sign. 246; antecedunt ff. 22 (addito titulari) numeris non signata (A — C VI); librum Alberti V. ducis mandatu conscriptum esse ex praefatione (f. A III[a] — A IIII[b]) intellegitur; approbatio sive libri imprimendi facultas ab episcopo (frisingensi) data non comparet. Libri exemplum vidi Monachii in bibliotheca monasterii S. Bonifacii, O. S. B.

Polancus mandatu Borgiae Canisio respondit 20. Februarii 1565.

1191. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, mandatu S. Francisci Borgiae vicarii generalis, CANISIO.

Roma 27. Ianuarii 1565.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „Augusta Prouinciale". Cod. „Germ. 1561" f. 245[b] — 246[a].

Sigismundus Dominatius Romam remittendus. De Vicelio et Cassandro in religionis consilium adhibitis certiores facti sunt ii, ad quos ea res spectat. Pro Germania precationes institutae sunt. Satis erit, si praepositi generalis eligendi gratia congregatio provincialis post Pascha habebitur. Epistulae.

pax christi. respondero alle lettere che habbiamo de .V. R. de 23 de decembre non ci trouando altre piu fresche, quanto a Sigismundo [1] perche qua non ci è se non buona informatione delli costumi suoi con li quali ha dato buona edificatione se si trouasi sano per uenire a Roma potrebbe rimandarsi o per adesso ò per il settembre.

Si è intesa la elettione del Vicelio et Casandro [2] et si è dato auiso a chi conueneua [3], dio N. Signore metta sua mano; le orationi che V. R. ricerca per la Germania se sono ordinate.

Quanto alla uenuta [a] de V. R. per l' elettione del Generale et degli altri de sua prouincia par bastare [che la congregatione prouinciale] [b] [?] sia fatta alla pascha . et si chi andarano lettere per li prouinciali del Rheno et inferiore Germania [4] V. R. gliele indrisse ne altro diro per questa si non raccomandarci tutti molto nelle orationi et sacrificij di V. R. et di tutta sua Prouincia. Di Roma a 27 de Gennaio 1565.

Canisius Borgiae respondisse videtur 15. Februarii 1565.

a) La uenuta *ap.; vide adnot. seq.* b) *Apogr. habet:* La uenuta de V. R. per l'elettione del Generale et degli altri de sua prouincia par bastare sia fatta alla pascha. *At Pascha Resurrectionis Domini 22. Aprilis futurum erat; Borgias vero praepositos provinciales cum sociis 20. Iunii Romae adesse iusserat (quamquam gratum sibi fore, si prius venirent, iisdem litteris significaverat); v. supra p. 787. Roma autem 20. Februarii 1565 Polancus Canisio de Borgia *scripsit: „Ha intimato la congregatione generale per incirca la festa di .S. Gioanni . fatta la pasqua, potra V. R. fare suo Capitulo prouinciale, acciò si faccia elettione delli doi professi, che hanno a uenire con V. R." etc. (ex apogr. eiusd. temp. Cod. „Germ. 1561" f. 258b — 259a). Ex quibus verbis superiora illa corrigenda esse videntur vel ita, ut correxi, vel* Quanto alla uenuta *etc.* par bastare che facci suo Capitulo generale fatta la pasqua, *vel similiter.*

[1] Fr. Sigismundus Dominatius; v. supra p. 741 772.

[2] Vide supra p. 765—766.

[3] Carolo cardinali Borromaeo, puto, et Ioanni cardinali Morono, ac per hos Pio IV.

[4] PP. Antonio Vinck et Everardo Mercuriano.

1192. P. HENRICUS BLYSSEMIUS S. J., rector collegii pragensis, CANISIO. Praga exeunte m. Ianuario 1565.

Ex litterarum Canisiii apographo, de quo supra p. 671[7].

Canisius Dilinga 10. Februarii 1565 Romam ad Societatis vicarium generalem de P. Henrico Blyssemio S. J., rectore collegii pragensis, scripsit: „Rector Pragensis ad me scripsit sic in urbe constitutum esse, ut quam ipse pecuniam nostris in Prussiam proficiscentibus mutuo dedit, eam nos exolueremus. Qua de re cupio aliquid habere certius.“

Confer supra p. 613 647 707.

1193. P. HERMANNUS THYRAEUS S. J., rector collegii treverensis, CANISIO.

Treveris exeunte m. Ianuario vel ineunte Februario 1565.

Ex litterarum Canisii apographo, de quo supra p. 671[7].

Rogat eum, ut Romam ad Societatis moderatores scribat de iuvandis Sociis Treveri et Colonia Braunsbergam missis. Ionam Adler, in daemonis potestatem redactum, manus sibi intulisse. Archiepiscopo commendandos non esse, qui sua culpa ex Societate dimissi sint.

Canisius Dilinga 10. Februarii 1565 Romam ad Societatis vicarium generalem de Societatis collegio Braunsbergae per Stanislaum cardinalem Hosium episcopum et principem varmiensem exeunte a. 1564 instituto scribens, de P. Petro Fahe, ex collegio coloniensi in braunsbergense ad contionandum misso (Hansen l. c. 496 507[3]. Eichhorn, Hosius II 179) et de P. Christophoro Strobelio eiusdem collegii rectorem agere iusso (v. supra p. 647) et aliis haec refert: „Speramus M. Petrum Treuerensem ex Coloniensi Collegio missum, iam in Prussiam quoque peruenisse. Videtur autem Fratrum illorum singularis ratio habenda esse, partim quod Cardinalis ad multa et gravia ecclesiae suae negocia bene constituenda illorum responsa[a] et operam libenter adhibet: partim quod longius a reliquis absint Collegijs, et nescio a quo Rectore alio[1] gubernentur[b] quam D. Strobelio, qui et ipse Rectore bono dicitur indigere. Hoc dixerim, quod Patres Collegij Treverenses[c] [?] me admonuerint, ut in urbem scriberem de iuuandis illis qui ex Colonia et Treveri missi sunt fratribus[2]. inter quos dictus Concionator nescio quam tentationem in ipso discessu scriptis etiam declarauit.“ „Horrendum est quod scribunt Treuerenses de M. Jona Monachiensi[3], quem Christus

a) *In arch. ab ipso Can. corr. ex* notitiam. b) *In arch. ab ipso C. corr. ex* Rectore gubernant. c) *Sic arch.; corrigendum videtur* Treverensis.

---

[1] P. Simone Hagenau borusso? Hic certe ambitiosum se praebuisse et Strobelio male paruisse traditur (*Eichhorn* l. c. II 177 178).

[2] Colonia (praeter Petrum Fahe) Ioannem Laurhenum, Richardum Tectonium, Iodocum Bochner, Guilielmum Oben flandrum (Guilielmum Obels noviomagum, fratrem laicum [*Hansen* l. c. 451 778]?), Treveris Strobelium et Hagenau Braunsbergam missos esse tradunt (*Eichhorn* l. c. II 177 179). Praeter hos Roma Arnoldus Conchius flander, Robertus Abercrombius scotus, Paulus Lamberti italus, Praga Ambrosius Sauchinus (Sanctinus? v. supra p. 364[2]) eodem venerunt (*Eichhorn* l. c. 177).

[3] Ionam Adler significat, qui a Societate bis defecerat (*Can.* III 174—176). Notari tamen hic oportet ea, quae Roma 20. Iunii 1565 a S. *Francisco Borgia* ad Joannem von der Leyen archiepiscopum treverensem *scripta sunt: Compertum esse, „quod peste laborans, et in delirium ipsa ui morbi incidens, manus sibi ipse intulisset“ (ex apographo totius epistulae, eodem tempore scripto. Cod. „Germ. 1561“ f. 295[b]). Quare etiam a *Canisio* in litteris Roma 17. Iunii 1565 ad Ioannem Iacobum Khuen a Belasy archiepiscopum salisburgensem datis „Catholicus, eruditus, eloquens et castus“ vocatus est; quae litterae in proximo huius libri volumine ponentur.

liberet ab hac tyrannide Sathanae grauissima, ut iam corpore et anima in illius potestatem redactus, et in ea per spiritum desperationis confirmatus esse prorsus uideatur. Toties[a] *manus sibi attulit, e sublime se praecipitem dedit, a multis etiam robustis viris vix contineri et gubernari potest insaniens. Metuendum hoc est iudicium Dei omnibus apostatis, suamque vocationem deserentibus. Scripserunt aliquoties ad me Moguntini et Treuerenses fratres ne*[b] *posthac commendemus Archiepiscopis eos homines, qui a nobis sua culpa dimittuntur, ut Joannes Orterus*[c] *[?], Nicolaus Servatius*[1] *. etc:*[d] *[?]: et similes: Nam huiusmodi commendationes infaeliciter cadere, et dimissos ipsos raro ad bonam frugem pervenire.*"

Licet Canisius tantum dicat, per „Patres Collegij Treverensis", per „Treuerenses fratres" se monitum esse, non dubito, quin P. Hermannus Thyraeus, collegii illius rector, eum monuerit, sive Thyraeus solus, reliquorum quoque patrum treverensium nomine, scripsit, sive alii quoque ex Sociis treverensibus scripserunt. Rectoris sane potissimum erat, Canisium ita monere; atque Thyraeus Canisio olim familiariter usus erat in collegio ingolstadiensi; v. *Can.* I 646[3]; II 6 392 735 etc.

1194. P. LAMBERTUS AUER S. J., rector collegii moguntini, CANISIO. Moguntia exeunte m. Ianuario vel ineunte Februario 1565.

Ex litterarum Canisii apographo, de quo supra p. 671[7].

Fratris cuiusdam insolentia. Homines ex Societate dimissi non commendandi archiepiscopo.

Canisius Dilinga 10. Februarii 1565 Romam ad Societatis vicarium generalem haec scripsit de Fr. Vito Pistore S. J., pragensi, a. 1561 Roma in collegium moguntinum misso (ubi magistrum egisse videtur; v. Can. III 216 217 399 670): „Vitus Bohemus male se gessit cum Rectore Moguntino et prouinciali[2] *jamque fortassis vagari coepit, monemur ergo litteris Moguntini Rectoris de huius fratris insolentia." Iisdem, puto, litteris idem rector Canisium monuit — id quod antea quoque praestiterat —, ne in posterum homines sua culpa ex Societate dimissos Danieli Brendel archiepiscopo moguntino commendaret; v. supra n. 1193.*

1195. P. BALTHASAR HOSTOVINUS S. J., Io. Franc. Commendoni apostolici per Poloniam nuntii theologus, CANISIO.

Piotrcovia m. Ianuario vel Februario 1565.

Ex litterarum Canisii apographo, quod sub a. 1893 ex archetypo, in Cod. „E. C. I" n. 155 (58) posito, exscriptum, sub a. 1903 cum eodem archetypo diligenter collatum est.

De collegio Societatis braunsbergensi.

Canisius Augusta 10. Martii 1565 Romam ad Sanctum Franciscum de Borgia, Societatis vicarium generalem, haec scripsit de P. Balthasare Hostovino S. J., quem Ioannes Franciscus Commendonus a Pio IV. in Poloniam legatus comitem et theologum sibi adiunxerat (v. supra p. 461), ac de P. Christophoro Strobelio S. J., collegii braunsbergensis primo rectore (v. supra p. 796): „Scripsit ad me D. Balthasar Bo-

a) *In arch. a C. corr. ex* Totius. b) *In arch. corr. ex* ut. c) *Sic, ut videtur, arch.; sed scribendum fuerat* Ortnerus; *v. infra adnot. 1.* d) *Signum hoc obscurius est.*

---

[1] De Ortnero et Servatio v. supra p. 45 382 713. De Servatio antiquus ille collegii dilingani **Historicus* notavit: „Repentina morte vitam amisit" (Cod. frib.: „Hist. coll. Dil." f. 2[a]).

[2] PP. Lamberto Auer et Antonio Vinck.

hemus Collegium Brunspergae admodum esse perturbatum, et meliorem illic Rectorem desiderarj. Qua de re iam in Vrbem quoque perscriptum esse puto."

Commendonus m. Decembri 1564 Piotrcoviam (Pieterkow) venerat; ubi ut 6. Ianuarii 1565 comitia regni polonici incoharentur edictum erat; incohata sunt tandem 22. Februarii (*Eichhorn*, Hosius II 228—229; cf. Epp. *Nadal* II 526). Sigismundus Augustus Poloniae rex a m. Novembris 1564 usque ad Februarium 1565 in ea urbe morabatur (Vetera Monumenta Poloniae et Lithuaniae historiam illustrantia ed. ab *August. Theiner* II, Romae 1861, 712—714). Hosio *Commendonus* 10. Ianuarii 1565 de Sigismundo Augusto Poloniae rege *scripsit: „Iam diu cum Rege ago ut Collegia Iesuitarum quasi praesidia Religionis locet Cracouiae, Vilnae, Leopoli, nunc mihi uisus est consilium sequi" (ex litteris archetypis, Commendoni manu subscriptis, quae exstant Cracoviae in museo principis Czartoryski, Cod. 403, p. 456—457).

VIII.

MONUMENTA CANISIANA.

A.

MONUMENTA AUGUSTANA CANISII.

a) Labores sacri (praeter contiones) et res domesticae.

426. Ab 1. Ianuarii ad 15. Maii 1563.

Ex autographo. Cod. „G. Ep. IV" f. 134[a]—135[a].

Canisii socii augustani. Multi ab eo auxilia et consilia petunt. Sacramenta frequentantur. Protestantes ad ecclesiam redeunt. Aedes et pecuniae a capitulo et cardinale Sociis oblatae; spes familiae amplificandae. Caesaris et procerum favor. Exercitia spiritualia. Vota virginitatis. Vigiliae sacrae. Persecutiones in pios et maxime in Socios motae. Monachus reductus. Hebraeus baptizatus. Protestantes „decuplo plures quam catholici". Aliquorum inhumanitas, minae, fraudes. Virum pauperem daemon saepe invisit, angelus tandem ad fidem catholicam adduxit. Alii a daemone vexati. Mariae reginae benignitas. Aegroti et pauperes a Sociis adiuti.

P. Guilielmus Elderen S. J., unus ex Canisii sociis augustanis, in domus augustanae S. J. „Litteris quadrimestribus", Augusta Vindelicorum 15. Maii 1563 datis, Lainio praeposito generali haec, praeter alia, scripsit: „Vt quadrimestris temporis pro nostro quidem more rationem reddamus, Venerande Pater, illud mihi praefandum est, in hac Augustana domo nostrorum quinque uersari, praeter P. Prouincialem scilicet sacerdotes duos et tres laicos[1]. Habet sane Pater multas, graues et assiduas fere occupationes non solum nostrorum nomine, quibus praeest et opitulatur, uerum etiam ob exteros, qui frequenter ad illum aut ueniunt, aut mittunt, opem eius et consilia requirentes. . . .

---

[1] Initio quidem anni 1563 cum Canisio Augustae morabantur: P. Guilielmus Elderen; P. Valentinus Voyt; Ioannes Campensis sive Flander, Societatis scholasticus; Henricus Leodiensis frater laicus; atque hic coquum, Campensis Canisii scriptorem agebat (*Can.* III 536[4] 677); quibus accessit fortasse Horatius ille, qui m. Octobri 1562 ex Italia in Germaniam ad officia domestica praestanda missus erat (l. c. III 494 495). In locum autem P. Valentini Voyt, qui m. Martio anni 1563 Viennae fuisse, m. Maio Pragam venisse videtur (Epp. *Nadal* II 231 295 634 et supra p. 39 250), P. Paulus Hetzcovaeus, in locum Campensis Ambrosius Sanctinus et Iacobus Sekler successerunt (v. supra p. 39 361 364 375).

Elderen, postquam Canisium magna cum animarum utilitate contionatum esse rettulit (v. infra monum. 443), ita in eo fructu enarrando pergit: Vidimus plures hoc tempore, quam annis superioribus apud nos exomologesim facere: plures e sectarijs Ecclesiae catholicae aggregarj, plures demum octauo quoque die sacram synaxim adire, maioraque ueteris pietatis documenta praestare. Christo omnis sit gloria. Qui rerum successus nos catholicis ualde commendat, et Canonicos Cathedralis Ecclesiae permouit ad nouas et amplas aedes nobis concedendas, in quibus plures e nostris operarij ad hanc amplam Christi uineam probe colendam commorentur[1]. Tum qui summus est Augustae Praesul, pro sua liberalitate et beneuolentia in nos singularj, sumptus obtulit, qui pluribus alendis sufficere possint[2]. Commendauit et nos Caesar Patricijs quibusdam Augustanis, qui de nobis bene merendi uoluntatem ingentem adferunt, et saepe declarant[3].

Verum ad rem ipsam propius. Dedimus operam iuuandis plerisque sexus utriusque personis, et Christi perfectum est gratia, ut multum opis et consolationis spiritalis acceperint, illae potissimum, quae pie meditando mentem exercuerunt[4].

Virgines aliquot, quae nos ueluti Patres suos consulere solent, uni sponso christo se penitus dedicarunt, sanctam legem coelibatus amplectentes: nonnullae uel media nocte surgunt, ut Christi Domini Crucem et mortem commodius contemplentur. Multis id saepe hic accidit, ut a domesticis et amicis multa indigne ferre cogantur eo, quod nobis iuuantibus pie ac religiose uiuere statuant, quodque in usu frequentiore confessionis et communionis sacrae apud nos perseuerent[5]. Grauiora sunt adhuc, quae contra nos mundus molitur et concitat Sathan, ut boni etiam sinistris rumoribus et calumnijs, quae passim sparguntur, nonnihil contra nos moueri posse uideantur. Sed facit Dominus cum hac tentatione prouentum[6]...

---

[1] De huiusmodi aedibus a capitulo promissis vide *Can.* III 675 677. Neque tamen capitulum promissis stetit; v. supra p. 487 499—500 523.

[2] Otto cardinalis Augustanus 200 florenis annuis qui ab ipso, et 200 qui a capitulo dari solebant, alios 300 ex aerario episcopali addere volebat; cf. supra p. 32—33 et infra monum. 427.

[3] In * *Historia* illa collegii augustani manu scripta haec sunt notata in a. 1563: „Georgius Fuggerus Raimundo Antonii fratre procreatus et Georgius Jlsungus Equestri dignitate ornatus, . . . prior Carolo et Ferdinando Jmperatoribus a consiliis, posterior eisdem Imperatoribus, imo et Maximiliano Ferdinandi, et Rudolpho Maximiliani F.F. charus et familiaris, . . . virtute Canisii ad studium salutis inflammati, Societatem quibus cunque poterant modis fouebant" (Cod. friburg. „Hist. coll. Aug." p. 14). De Georgio II. Fuggero et Georgio Ilsungo cf. *Can.* III 574[1] 655.

[4] „Exercitia spiritualia" S. Ignatii significat.

[5] Vide quae de his insectationibus Canisius ex sacro suggestu protulit, infra monum. 447, et cf. supra p. 523 557—559 658.

[6] 1 Cor 10 13.

Deseruerat quidam Carthusianum institutum, quem aliquot diebus apud nos domi retentum, eo permouimus, ut laete a nobis ad eundem suum ordinem reuerti constituerit. Fuit non indoctus Hebraeus, annos plusquam tringinta natus, quem Christi fidem docuimus, et probe instructum Episcopo[1] dedimus simul et baptizandum publice et confirmandum. . . .

Plus negotij nobis haereticj hoc loco, quam infideles ulli exhibent, cum decuplo quidem plures haereticj quam catholicj Augustae reperiuntur[a] [?]. Et est Catholicorum tam dura saepe conditio, ut his etiam domesticis sectarij panem praecludant, obsonia detrahant, carnes uel inuitis obtrudant, tantum ne cum Ecclesia ieiunationes fiant. Heris Lutheranis famulantes, uix aliquando furto surripiunt Catholicam Contionem, ab ingressu templi, a sacris et sacramentis retrahuntur: ad sectarios uero audiendos uel inuiti protruduntur[2]. Nos Religionis ergo laborantes multaque indigne ferentes non raro erigimus atque consolamur . . .

Multo . . . plures [e sectarijs Catholicj] euaderent, nisi fallaces, potentes, minaces et ferocientes aduersarij suis artibus et uiribus plerosque non satis firmos ab instituto Catholico absterrerent ac remorarentur. . . . Alia quoque ouis erratica ad ouile uerum accessit, cum iamdiu in hac tanta sectarum confusione certum salutis aeternae tramitem sibi cuperet commonstrarj, fusis idcirco ad christum precibus et lachrymis frequentibus. Nocte igitur cum solicite et maerens se somno dedisset, en e uestigio adest quidam (Angelum sanctum fuisse testatur) qui cum catholicis uiuere et manere iubet. Jn hac uia si perseueras (inquit) saluti tuae certo consuletur. Nec mora, quin uota nuncuparet Deo de sectarijs fugiendis et Catholica luce amplectenda. Jgitur Catholicam institutionem a nobis lubenter accepit, adeoque tantum in ea profecit, ut rarae pietatis exemplum alijs praebeat. Vir bonus inopia rei familiaris premebatur, et hinc magnos animi sentiebat angores, quem sathan (mirum dictu) adijt saepe, uiri nobilis ac mercatoris speciem prae se ferens, et qui praeter alia non minimam auri summam promittebat, hoc unum postulans, ut membrum corporis uel guttas aliquas sanguinis uicissim ille donaret. Miratus homo quid hoc rei esset, quod clausis semper foribus ignotus hospes adesset, tantaque non roganti uerbis elegantibus polliceretur, deprehendit tandem non hominem illum, sed Daemonem esse, qui pedes equinos, uel anserinos ac id genus similes adferebat. Agnita igitur impostura, detestatus est malignum, fusis lachrymis Dei gratiam implorauit, lustralem aquam et signum crucis adhibuit, cum ecce teter ille spiritus, relicto post se intolerabili quodam foetore ac strepitu illico sese

a) *Sic; sed fortasse corrigendum est* reperiantur.

---

[1] Michaeli Dornvogel, titulari episcopo adramytano et cardinalis Ottonis episcopo auxiliari. [2] Cf. supra p. 791.

subduxit. Vicit et hunc ingentem terrorem homo, et ad nos uenit, estque sathanicis artibus Dei gratia liberatus[1]. Sed plura sunt apud Augustanos exempla, quae his mensibus docuerunt, quanta sit tartarei hostis uis in sectarios, cum unus ab illo post accepta uulnera saucius relictus, et alia quaedam[2] misere ab eodem arrepta atque collisa monstretur. . . . Serenissima Bohemiae Regina[3] . . ., ut antea semper Viennae, ita nunc etiam Augustae se nobis perhumanam ostendit, ex cuius aula complures etiam nobiles nobis accitis exomologesim facere uoluerunt. . . .

Aegrotos inuisimus, apud quos nocturnas etiam uigilias peregimus saepe cum ingenti illorum consolatione. A diuitibus collectae sunt pecuniae non paucae, priuatim et publice nobis cohortantibus, ut pauperum inopia subleuaretur.

427. Ab exeunte a. 1562 ad exeuntem a. 1563.

Ex Epp. *Nadal* II 489—492; in quem librum haec Natalis epistula transcripta est ex apographo eiusdem temporis.

P. Natalis, augustana reliquisque Societatis domibus germanicis „visitatis", testatur: Canisium Augustae magno cum fructu contionari, apud catholicos per omnem Germaniam magnae esse auctoritatis, a protestantibus maledictis vexari; qui vel Ratisbona ad eum audiendum veniant. Sociorum opera studioque Augustanos catholicos ad pietatem excitari, protestantes plurimos ad ecclesiam reduci atque etiam a daemonibus liberari. De aedibus reditque Sociorum amplificandis tractatum esse.

P. Hieronymus Natalis, Societatis visitator, Roma 1. Februarii 1564 ad P. Antonium Araoz, Societatis in Hispania „commissarium", de rebus ab exeunte a. 1562 ad exeuntem a. 1563 in Germania, Hungaria, Bohemia etc. a se gestis copiosam dedit epistulam, in qua haec, praeter alia, rettulit: Por la que el año passado escriuió por orden mío el hermano Ximénez[4] dende Roma aurá entendido V. R. la parte de mi peregrinación en Flandes y Alemania hasta que allegué en Augusta al 1º de Octubre de 1562, de donde embié á Xi-

---

[1] Quid de hac relatione sentiendum sit, definire nolim, praesertim cum homines ea aetate facilius huiusmodi res credidisse iam crebro monuerim. Ceterum, ut iam dixi, mirum non est, si in tanta illa sentiendi agendique licentia et perversitate daemon, Dei permissu, singularem quandam in hominum tum mentes tum corpora habuit potestatem; cuius ipse Canisius contione 5. Martii 1564 in cathedrali ecclesia augustana habita publicum reddidit testimonium; v. infra monum. 476.

[2] Susannam Roschmannin (Rosmann) significare videtur; quam a daemone obsessam esse Augustae inde a m. Martio 1563 fama loquebatur (*Stengel* l. c. 304). Plura de Susanna v. infra p. 806 809.

[3] Maria, Philippi II. Hispaniae regis soror, exeunte a. 1562 cum Maximiliano II. coniuge Augustam sollemniter ingressa; cf. supra p. 26.

[4] Didacus sive Iacobus Ximenez, a. 1530 in Hispania (Nájera) natus, cum aliquamdiu Romae in curia negotia tractasset et in collegio germanico degisset, deinde a. 1560 Societatis vota emisisset, per biennium Natalem in Hispania, Gallia, Germania Societatis domos „visitantem" comitatus erat (Epp. *Nadal* I 26[1]; II 558—559).

ménez para que oyese el curso de artes en Roma. Lo que después acá se offreçe diré en esta según el orden del tiempo y lugares en que he estado, començando de Augusta, que es ciudad imperial, y de las principales de Alemania, y por nuestros pecados casi herege, bien que por la diuina gracia en la iglesia mayor ay canónigos, y en algunos monesterios ay religiosos, y otros muchos religiosos[a] [?] chatólicos, en especial los Fucares y Belzares[1] que son los principales en ella. Aquí preside[b] [?] el P. M. Canisio, prouincial de Alemania, que es como coluna y sustento de los chatólicos: haze grande fruto, mediante el fauor diuino, con los sermones que ordinariamente haze en la iglesia mayor de Augusta, y es de gran autoridad en toda Alemaña, y en gran manera aborrecido de herejes; de manera que vnos le llaman hominem detestandum caninum, otros canem et nisum[c] [?], porque les caça la gente que trahen engañada, otros patriarcham hypocritarum[2]. Vienen á oyrle dende Ratisbona, donde residen dos grandes bellacos heresiarcas: el vno se dize Thomás Illirici y el otro Gallus[3]. Házense por los nuestros muchas buenas obras: óyense confessiones: házense processiones[4]: publícanse las indulgencias quando ocurre que se conceden por Su Santidad[5]. Conuiértense de cada día muchos herejes. Gloria sea al Señor por todo, y assímismo se hazen muchas vezes buena obra en sacar demonios de herejes que se conuierten: y véese que entre ellos ay muchos endemoniados[6]. Tratóse de augmentar aquella casa que la Compañía tiene en Augusta, para que fuesse collegio, y se leyesen algunas liciones, y annos dado la otra parte della, que era grande, y la Compañía no la tenía; de manera que toda será ya de la Compañía[7]. Hase también augmentado lo que el cardenal de Augusta y canónigos solían dar para sustentación de los nuestros[8]; de manera que podrán ya estar más de veynte en aquella casa, en la qual se hizieron mis sólitos ministerios con fructo y consolación. Benedictus Dominus. Partí de Augusta al fin de Octubre para Inglestat. . . . Torné de Inglostat á Augusta y de ay fuí á Lansperg[9].

428. **Ab ineunte m. Maio ad ineuntem m. Septembrem 1563.**

Ex exemplo eiusdem temporis (A). Cod. „G. Ep. IV.“ f. 140[a]—141[a].
Apographum (B) paulo post Coloniae scriptum et a P. *Ioanne Rethio* S. J. recognitum exstat in Cod. colon. „L. Qu.“ f. 156[b]—157[a].
Epistula usus est, ut videtur, *Sacchinus*, Can. 207.

a) *Sic E. N.;* seculares? laicos? b) *Sic E. N.;* reside? c) *Sic;* canem ethnicum? canem satanicum? canem austriacum? *Cf. Can. II 182 745 et infra monum. 596.*

---

[1] Familias „Fugger“ et „Welser“ significat.
[2] Cf. *Can.* I 605[1] 749 755 769; II 745 802—803; III 671 807 811 etc.
[3] Mathiam Flacium Illyricum et Nicolaum Gallum significat.
[4] Cf. *Can.* III 602 623 et supra p. 300.
[5] Cf. *Can.* II 781[5]; III 328 331 622. [6] Cf. supra p. 401.
[7] Vide supra p. 800[1]. [8] Cf. supra p. 800[2]. [9] Cf. *Can.* III 686.

Canisii et sociorum eius augustanorum labores sacri: Contiones. Nummerus communionum. Confessionum frequentia. Virgines monasteria ingredientes, sacras vigilias agentes, sacram eucharistiam pie adorantes. Intercessiones pro pauperibus. Cultus divinus. Consilia salutaria. Fraternitas Rosarii. Sanctorum cultus menstruus. Matronae divites. Supplicationes adversus pestilentiam.

P. Guilielmus Elderen S. J., unus ex Canisii sociis augustanis, in litteris quadrimestribus domus S. J. augustanae Augusta 2. Septembris 1563 datis scribit: Tres uersamur[a] in hac domo Sacerdotes[1], tres quoque fratres[2], quos incolumes Deus in media peste circumquaque grassante, conseruat. . . . Ad Augustanos nostros uenio. Pergunt ij nostrorum uti opera sedulo in his quae ad fidem et conscientiam spectant, quos prater alia conciones patris prouincialis et pestis uexatio religiosiores indies facit . Jtaque perseuerant hi in communionis et confessionis usu frequenti, ut 400 fere numerare liceat, quibus ex altari nostro[3] panem uitae porrexerimus . Confitentium uero numerus multo est auctior solito, ut in his audiendis quotidie fere[b] occupemur. . . . Tres Virgines quae a nobis hucusque instructae fuerant[c] in Monasterium se abdentes, immortali sponso Christo perpetuo foedere se obstrinxerunt. Sequentur et aliae duodecim aut plures forte. . . . Magnos in pietate progressus virgines non paucae faciunt, quae multorum animos ad optima quaeque suo exemplo permouent, et non segniter uarias tentant uias, quibus proximo pereunti succurrant. Solent harum nonnullae nocte intempesta surgere, ac per horam uel diutius etiam[d] orationi uel meditationi uacare, quae fraeno in cursu retrahendae potius, quam calcaribus incitandae sunt, in templis etiam perlubenter[e] ac crebro uersantes, ubi aliquando per dimidiam horam ante Sanctissimum Sacramentum in modum crucifixi humi procumbunt, uel extensis manibus in modum crucis genibusque flexis consistunt . Quae res alios ad pietatem non parum permouet[f] [?].

. . . Curatur etiam, ut multi sua[g] dent nomina et in[h] [?] libro fraternitatis, ut uocant, Rosarij inscribantur in quodam Monasterio[4], ut sic erga virginem matrem peculiaris quidam religionis affectus promoueatur . Distribuuntur in singulos menses nomina Sanctorum, adscriptis[i] sententijs, et hac ratione amplis etiam diuitum familijs ad pietatem calcar accedit[5]. Matronae praediuites[6] familiam suam nobis

a) versantur *B.* b) ferme *B.* c) *Ita B;* fuerunt *A.* d) *Hoc v. non est in B.* e) perlibenter *B.* f) *Vel* promouet*; id quod est in B.* g) *Hoc v. deest in A.* h) *Ita B; in A non est* in. i) asscriptis *B.*

---

[1] Praeter Canisium et Elderenum aderat P. Paulus Hetzcovaeus; v. supra p. 361[2].

[2] Iacobus Sekler „ministrum" egisse videtur; Ambrosius Sanctinus Canisii erat scriptor, Petrus Flander (= Petrus Gallus?), nisi fallor, coquus (v. supra p. 306 318 361[1] 364 388[8]). [3] In ecclesia cathedrali; cf. *Can.* II 843 et supra p. 679.

[4] Vel in monasterio fratrum Praedicatorum, vel in monasterio virginum eiusdem ordinis, quod Sanctae Catharinae sacrum erat.

[5] Vide, quae sub ipsas has litteras dicentur.

[6] Ursula et Sibylla Fuggerae? Cf. *Can.* III 599 663 680.

instituendam[a] [?] committunt. . . . Pauperes nostra intercessione (quos illi ut patres suos colunt atque suspiciunt,) apud diuites suam subleuant inopiam: multi ad ornanda templa cultumque diuinum augendum se promptos exhibent: alij uarijs et magnis de rebus subinde nos consulunt, monitis obtemperantes, qui hoc loco nos sibi duces ad bene beateque uiuendum diuinitus datos esse[b] gloriantur. . . . Curatum est insuper ut institutae hic fuerint supplicationes, quas licet improbi reprehenderent, boni tamen salutares et ad pestis flagellum mitigandum efficaces fuisse senserunt, easque Pater noster contione publica condecorauit[1].

Quod in his litteris refertur, Augustae Sociorum hortatu multos „fraternitati Rosarii" nomina dedisse, mirum esse non potest; nam et Canisius a. 1561 rosarium Beatae Mariae Virginis palam laudaverat (*Can.* III 625[10]; cf. etiam *Can.* I 409 771), et reliqui Societatis homines eam pietatem commendare solebant; ut P. *Nicolaus Lanoius* S. J. in collegii vindobonensis litteris quadrimestribus Vindobona 28. Augusti 1555 datis: „Matronae viennenses", inquit, „permultae his diebus sua nomina adscribi curarunt Societati Sancti Rosarii Beatae Virginis, deuotione hispanica apud fratres Praedicatores resuscitatae (celeberrima enim aliquando in hac ciuitate haec fuit), et per concionatorem nostri templi ex suggesto bis declaratae et commendatae" (*Litterae* quadrimestres III 566). Atque iam aliquanto ante *Martinus Stevordianus* S. J. ad S. Ignatium de „incarceratis", quos Socii Vindobonae invisebant et consolabantur, rettulerat: „Empta sunt illis per nostros rosaria (ut vocant) quae nunc in usu frequenti habent (*Litterae* quadrimestres II 117). *Polancus* autem de rebus a. 1556 a P. Ioanne Paulo sive Alvarez S. J. in oppido Sanlúcar de Barrameda gestis: „Rosarium praecipue B. Virginis sic fuit in consuetudinem inductum aliquot exhortationibus ejusdem Patris, ut etiam in palatio [Annae de Aragón et Gurrea, ducissae de Medina Sidonia] fere omnes in manibus rosaria gestarent, et cupientes multi de populo rationem orandi discere, ad id domum nostram veniebant. Dederunt autem nostri quibusdam pueris initio rosaria, quibus alii ad ea expetenda invitabantur. Ideo mota fuit Ducissa, re cum P. Rectore communicata, ad confraternitatem rosarii in eo oppido instituendam" (Chronicon VI 698—699). Idem *Polancus* de collegio, quod Societas Monte Regio (Monterey) in Hispania habebat: [Anno 1556] „Scholasticis seorsum doctrina christiana explicabatur, et coronam sive rosarium B. Virginis omnes ferebant, et quotidie perorabant qui ne manu quidem quandiu vixerant ante contigerant (l. c. VI 615)[2]. Ac Lovanio 18. Aprilis 1563 *Petrus Christianus de Nizza* S. J. mandatu P. Everardi Mercuriani, provinciae S. J. „Germaniae inferioris" praepositi (qui postea Societatis praepositus generalis fuit), Romam ad Sanctum Franciscum de Borgia, Societatis „commissarium generalem in Jtalia", scripsit, ut iuberet Mercuriano mitti imagines, quas in domo Societatis romana„ imprimendas" curasset, „cum omnes, tum uel illas praecipue, quae dominae nostrae V. M. Rosarium repraesentant" (ex autographo. Cod. „G. Ep. IV" f. 222[a]). Societatis discipulis rosaria etiam praemii nomine dabantur; id ex „Ordine Studiorum" quodam, a P. *Natale* tempore incerto (1548—1579) conscripto intellegitur (*Gomez Rodeles* l. c. p. 120; *Pachtler* l. c. I 261). Ac de collegii monacensis discipulis „*Reinerius Fabritius Leodiensis*" S. J. in collegii eiusdem *litteris annuis Monachio 1. Septembris 1566 datis narrat: „Parentes hoc comprimis consolatur,

a) *Vel* instruendam, *quod est in B.* b) *Hoc v. non est in B.*

---

[1] De hac contione, inter 18. et 22. Iulii 1563 habita, cf. infra monum. 441.

[2] Similiter *Sacchinus* de P. Iacobo Suario S. J., in a. 1560: „Praeter communia, quae solent in Missionibus curari, Suarius operam praecipue dabat, vt Sodalitates duas induceret Rosarij ac Nominis Iesu" (Hist. S. J. II, l. 4, n. 170).

dum filij, cum e scholis domum redeunt, domesticos homines in formanda cruce, recitando Rosario, et alijs religionis nostrae elementis perdiscendis, erudiunt" (ex apographo totius epistulae, paulo post Coloniae scripto. Cod. colon. „L. Qu." f. 185[b]).

Quod autem ad cultum illum Sanctorum, quem Elderen dicit, attinet, *Polancus* de P. Ioanne Alvarez ac de ducissa Anna modo memoratis haec refert: [Anno 1556] „cum quidam concionator verbis eorum devotionem minuisset, qui singulis mensibus sanctum aliquem assumebant (cujus devotionis P. Franciscus Borgia auctor fuerat), unus ex hac illustrissima domo, concionatoris verba referens, resistebat; sed cum eum alloqueretur P. Ioannes Paulus, non prius ab eo recessit quam unum ex sanctis patronum eo mense suscepisset, in cujus honorem duodecim pauperibus se prandium daturum promisit et Missam celebrandam se curaturum." Ac de Societatis hominibus, qui eodem anno 1556 in collegio ingolstadiensi degebant: „Recreavit eos non parum divisio illa sanctorum, qui singulis mensibus in calendario occurrebant" (Chronicon VI 406 700). Anno autem 1563 *Natalis* in collegii ingolstadiensis visitatione constituit: „In eligendis sanctis scribantur sententiae notabiles et pro qua re sit orandum" (*Gomez Rodeles* l. c. 776).

Harum litterarum interpretatione minus recta inductus esse videtur *Sacchinus* (Can. 207), quem secuti sunt *Dorigny* (l. c. 228) et *Python* (l. c. 206), ut in a. 1563 de Canisio notaret: „Dedit inter cetera operam, vt ad pestem auertendam instaurarentur supplicationes publicae, quae Haereticorum impietate obsoleuerant". Ipsius autem Canisii atque etiam aliorum testimonio constat, iam a. 1560, 1561, 1562 publicas supplicationes sive „processiones", quas dicimus, Augustae habitas esse, easque non solum usitatas, ut die Corporis Christi, sed etiam extraordinarias, ut gratiarum iubilaei impetrandarum vel pestilentiae avertendae causa; v. *Can.* II 781; III 12 165[4] 346 602 603 623.

429. M. Iulio et Augusto 1563.

Ex exemplo (A) eiusdem temporis. Cod. „G. Ep. IV" f. 140[a]—141[a].

Apographum (B) Coloniae paulo post scriptum et a P. *Ioanne Rethio* S. J. recognitum exstat in Cod. colon. „L. Qu." f. 157[a].

Societatis homines ad pietatem instituunt Lutherani civis augustani filiam, quam, cum ministri protestantes a daemone liberare frustra conati essent, sacerdos catholicus liberavit.

P. Guilielmus Elderen S. J. in domus S. J. augustanae litteris quadrimestribus, Augusta 2. Septembris 1563 datis, postquam matronam divitem per Canisium, ab ipsa rogatum, ex lutheranismo ad catholicam fidem adductam esse et in eadem fortiter ardenterque perstare narravit, sic pergit: Ad quam rem non leuem illi causam praebuit miraculum, quod late iam spargitur multisque stuporem adfert, de puella scilicet Augustana, quae cum esset a daemone prorsus obsessa, a nullo Lutherano, sed a Catholico duntaxat Concionatore per Dei gratiam adhibito exorcismo, potuit liberari: Jdque multis praesentibus et Christi uirtutem admirantibus, adeoque coram ipsis parentibus haereticis factum fuit . Nunc eadem puella aedibus parentum exempta, Jllustris Dominae et singularis patronae nostrae Vrsulae Fuggerae sumptibus alitur, et Catholice per nos magis magisque informatur[a].

Achilles Pirminius Gassarus (Gasser), medicus lutheranus et catholicis inimicissimus, qui ab a. 1546 ad 1577 Augustae mansit, in „Annalibus" augustanis (v. *Can.* III 609) refert: Augustae „Susannam Roschmannin" ancillam textrinam,

a) *Ita B;* confirmatur *A.*

„atrabilariis et uterinis affectibus" vehementer laborasse; quam cum a daemonibus obsessam perperam opinarentur,[1] primum aliquos protestantium ministros,[2] deinde poenitentiarium episcopalem arcessitos esse; qui cum operam perdidissent, doctorem Simonem Scheibenhard, catholicum ad S. Mauritii parochum, exorcismos recitando atque aquam salemque sacratos adhibendo, id effecisse, ut daemon loco moveretur[3]. Ita quidem Augustae non solum multis mulieribus superstitiosis, sed aliis etiam hominibus visum esse, atque libellum de facto illo esse evulgatum (ex „Annalium" codice manu scripto eoque antiquissimo et ex bibliotheca heidelbergensi olim in vaticanam translato, qui est „Cod. lat. Pal. 913" p. 656. Gassari relatio typis exscripta est ab *Io. Burch. Menckenio,* Scriptores Rerum Germanicarum I [Lipsiae 1728], 1901; ubi mulier illa „Susanna Rostmanna" vocatur).

Relationis ea de re germanice conscriptae *versio latina, eaque manu scripta et Romam ad Societatis homines missa, exstat in Cod. „G. Ep. IV" f. 142 sqq. In qua haec, praeter alia, narrantur: Susannam ex Michaele „Rosman", textore et cive augustano, prognatam, eo tempore fere 20 annorum fuisse. „Se totam turpissimo spiritui tradidit. Ex quo ipsa tempestuosa, varia et rabida effecta est, vsque dum malignus spiritus ipsi in forma nigrae fellis appareret, illam Susannam inuaderet, totum eius corpus terribiliter affligeret." Opera autem „Scheibenharti" eam liberatam esse 19. Iunii 1563 in ipsis aedibus parentum lutheranorum, astantibus multis „honestis viris et vicinis", „qui etiam iuramento veritatem hanc testati et confessi sunt". Multa alia de hac re narrantur a *Carolo Stengelio* O. S. B., abbate anhusano, in „Rerum Augustan. Vindel. Commentario" (Ingolstadii 1647) 304—307.

In Relatione, quam dixi, notatur, Susannam aliquot annis post a daemone iterum in fraudem deductam esse. Certe tunc, id quod suo loco exponetur, et Ursulae Fuggerae et Societatis hominibus plurimum negotii exhibuit.

Ceterum confer, quae Canisius 5. Martii 1564 ex cathedralis ecclesiae augustanae suggestu de daemonum potestate, de obsessis etc. dixit, infra monum. 476.

430. Ab ineunte m. Septembri 1563 ad medium fere m. Ianuarium 1564.

Ex litterarum apographo, eodem fere tempore scripto. Cod. colon. „L. Qu." f. 157[b]—158[a].

Canisii domestici augustani. Adulescentes aliqui Societati se adiungunt. Varii homines sacris exercitiis exculti. Confessionis et eucharistiae sacramenta valde frequentantur. Supplicationes adversus pestilentiam non sine fructu institutae. Ecclesiasticorum favor. Mulieres ex haeresi conversae. „Sponsae Christi". Cultus eucharistiae. Catecheses.

---

[1] Ita quidem Gassarus iudicavit; alios autem medicos augustanos modestius et circumspectius iudicasse, in aliquo ex sequentibus voluminibus ostendetur.

[2] *Gassarus* in iisdem „Annalibus" augustanis de „Christophoro Lasio Spandaviensi", protestantium augustanorum contionatore: „Maniacos", inquit, „quosdam se daemonibus liberaturum precibus et verberibus apud nos per ista tempora [sub a. 1565] superstitiose tentabat" (Cod. lat. Pal. 913 bibliothecae vaticanae p. 667).

[3] Simon Scheibenhart, Friburgo Brisgoviae ortus, a. 1545 Friburgi Helvetiorum ecclesiae S. Nicolai canonicus et contionator a senatu constitutus, a. 1552 eidem reipublicae 300 taleros tribuerat, quorum reditu civem aliquem friburgensem in catholica aliqua universitate litteris studentem iuvaret. Ac cum eodem anno eiusdem ecclesiae praepositus electus esset, a. 1554 Augustam migravit (*Apollin. Dellion* O. Cap., Dictionnaire historique, statistique des paroisses catholiques du Canton de Fribourg VI, Fribourg 1888, 325—326). Augustae autem Scheibenhart ecclesiae collegialis S. Mauritii et canonicus et parochus et contionator fuit. Rerum ab eo gestarum monumenta supersunt Augustae in archivis episcopali (ut in *Placidi Braun* *Historia capituli S. Mauritii f. 38[b]—39[a]) et urbano (Kath. Wesensarchiv F. 48[4]).

P. Guilielmus Elderen S. J., unus ex Canisii sociis augustanis, in domus S. J. augustanae litteris quadrimestribus, Augusta Vindelicorum 13. Ianuarii 1564 datis: Eadem, *inquit,* prope facies rerum et actionum apud nos Augustae nunc est, que fuit elapso proximo quadrimestri tempore . Nec enim plures quam duo sacerdotes et frater vnus hoc loco versantur [1], et hj sani omnes in media peste per Dei gratiam conseruati vna cum domesticis . Duo ex hjs cupiunt nostre Societatis institutum amplectj [2]. Ac duos quidem Adolescentes Monachium misimus quj perinde ac tirones solent nunc prima instituti huius experimenta faciunt [3]. *Porro Elderen postquam cum alia, tum parochum weissenhorniensem Augustae sacris S. Ignatii exercitiis excultum esse narravit (v. supra p. 397), sic pergit:* Fuit alius quoque sacerdos preter duas honestas matronas et virginem egregiam in ijsdem meditationibus versatus suoque alios permouerunt exemplo vt cupiant hoc pietatis genere et ipsi exercitari, quod sane multis multum fructus spiritualis affert. Nunquam antehac sepius cursitatum est, ad poenitentiae sacramentum, vt difficile fuerit hic confessiones omnium excipere. Nam et pestis vexatio plerosque religiosiores effecit [4], et visum est nonnullis totius vitae peccata nobis confiteri. Jtaque messis nobis ingens obtigit, quam his mensibus excoleremus, et gratiam adiunxit Christus sujs operarijs vt varij peccatorum morbi sanarentur. . . . Et quj semel in anno sacram synaxim petebant, nunc solemnioribus festis ac sepius, aliae [a] [?] singulis etiam mensibus, religiosiores vero singulis diebus dominicis et nunc etiam crebrius hunc vitae panem [5] vtilissime sumunt. Ab hjs impetratum credimus, vt propitius Deus pestem Augustae faciat remissiorem esse quamquam hic etiam institutae fuerint et obseruatae publicae supplicationes hebdomadatim signo etiam maioris Campanae [6] in hoc edito quotidie, vt Cuncti Deum precarentur [7]. Ex catholicis autem vix pauci hactenus per hanc luem extincti quod sane miramur, et Dei bonitati acceptum ferimus. Fauent nunc magis Ecclesiastici, et qui sepius etiam peccatorum suorum sarcinas ante nostros pedes deponunt. . . . Dedit nobis Dei gratia sex Neophitas que nunc abiurata heresi Ecclesiae sunt reconciliatae. Has breuj sequentur duae aliae quicquid tandem moliatur Herodes, Augustae qui-

a) *Sic ap.; legendumne* alij?

[1] P. Petrus Canisius, P. Guilielmus Elderen, Fr. Iacobus Sekler; cf. supra p. 388[8] 410 425.

[2] Horum alter videtur fuisse Christophorus Neyner; v. supra p. 410[3].

[3] In **Catalogo* collegii monacensis 1. Ianuarii 1565 conscripto comparet „Samuel Forsterus Augustanus", 16 annos natus, 9. Novembris 1563 Societatem ingressus, novicius; „credentiarum" agit et grammaticae studet; „est prudens" (Cod. „GSC 66" f. 377[a]). [4] Cf. Is 28, 19. [5] Io 6, 35 48.

[6] Ecclesiae cathedralis: cf. infra monum. 480.

[7] Canisius 3. Octobris 1563 ex aedis maximae suggestu de his orationibus et supplicationibus ad populum dixit eumque ad peccatorum confessionem faciendam hortatus est; v. infra monum. 480.

dem seuus et ferox in paruulos[1] vt ne Christi regnum horum accessione augeatur. Sed fuit eritque Christus Herode fortior[2]. Virgo patricij generis Christo sponso se dedit, aliaeque plures Christo se despondere contendunt. Per nos curatum est vt sanctissimo sacramento[3] maior tribueretur honos nimirum sacrario nunc pulchrius exornato. Domestica[a] familia lectionem subinde audit Cathechisticam.

431. **Ab ineunte m. Septembri 1563 ad medium fere m. Ianuarium 1564.**

Ex litterarum apographo, eodem fere tempore Coloniae scripto. Cod. colon. „L. Qu." f. 157[b]—158[a].

Susanna Rosman a Sociis exorcizatur eisque molestiam affert.

P. Guilielmus Elderen S. J., unus ex Canisii sociis augustanis, in domus augustanae litteris quadrimestribus Augusta 13. Ianuarii 1564 datis: Multum, *inquit,* laboris et molestiae nobis fuit cum puella, que sepe et grauiter a satana infestabatur. Effectum est tandem per Dei gratiam, vt illa tranquillior esse iam ceperit. . . . Horrendum fuit videre qua vi et tirannide satanas ipsam exagitaret atque huc illuc impelleret . presertim cum exorcismus adhiberetur. Habet illius puellae curam singularem, optima matrona, patronaque nostra Fuggera[b] cuius admiranda[c] et quotidiana est charitas in iuuanda illa misera et morosa muliercula.

Dubitari non potest, quin haec „muliercula" fuerit Susanna Rosmann illa, quam Ursula Fuggera alendam, Socii ad fidem et pietatem instituendam susceperant; v. supra p. 806—807.

432. **Exeunte m. Octobri (et ineunte Novembri?) 1563.**

Ex Epp. *Nadal* II 424.

P. Henricus (Hoch?) S. J., ex itinere in morbum coniectus, Augustae in aedibus Canisii curatur.

Polancus, Tridento 4. Novembris 1563 Romam ad P. Christophorum Matritium S. J. de Sociis paulo ante ex Italia in Germaniam missis referens, narrat: El P. Anrico uenía enfermo, y estaua en Augusta, de donde pensauan, si estuuiesse para ello, embiallo á sanar á Flandes, y que le acompañasse Joan bohemo, uenido de Loreto.

Haec Polancus ex epistula Natalis 22. Octobris 1563 Dilinga data hausisse videtur (Epp. *Nadal* II 423). Henricum autem illum fuisse P. Henricum Hoch sive Goch, ex iis, quae supra p. 552 dicta sunt, fortasse conieceris.

a) *Ita interpungendum esse censeo. Libr.:* honos . nimirum sacrario nunc pulchrius exornato Domestica *etc. Nisi a libr. verba aliqua, vel etiam integer versus, omissa sint.* b) *Hoc v. altera manu antiqua insertum est; prior enim librarius illud legere non potuerat.* c) administranda *ap.*

---

[1] Cf. Mt 2, 16. Ecclesia paulo ante (28. Decembris) festum „Sanctorum Innocentium" [parvulorum] celebraverat.

[2] Augustae, qui ex protestantismo ad ecclesiam catholicam redibant, a protestantibus pessime tractabantur; cf. *Can.* III 603 607.

[3] Eucharistiae.

433. **A 13. Ianuarii ad 2. Maii 1564.**

Ex litterarum exemplo ipsius *Elderensis* manu scripto et „Pro Tuscia“ (provincia Societatis tusca sive Toscana) destinato. Cod. „G. Ep. V.“ f. 147 148.

Sociorum augustanorum numerus. Fructus ex Canisii catechesibus et contionibus collecti. Homines vere catholici „Iesuitae“ vocantur. Vitia emendata. Peregrinationes sacrae in usum revocatae. Peregrinationis andecensis frequentia et pietas.

P. Guilielmus Elderen S. J., unus ex Canisii sociis augustanis, in domus S. J. augustanae litteris quadrimestribus, Augusta 2. Maii 1564 datis, refert: Non plures in Augustana domo ac messe uersamur, quam antea, P. Prouincialis et ego una cum fratre [1] ac duobus alijs [2]. . . . P. Prouincialis . . . habuit Sancto Quadragesimali tempore Catechisticas Conciones, quarum sane fructum multi uidentur experti, cum antea plures hic uisi non sint, qui ad Sacramenta Confessionis et Communionis sacrae confluerent. . . . Adeo frequens in ore multorum nomen est Jesuitarum et haereticis familiare, ut si quando uere et integre Catholicos designare uelint, non aliter quam Jesuitas eos appellent [3]. Putamus mille propemodum ad nos uenisse et . . . absolutionis beneficium his mensibus esse consequutos. . . . Docet nos experientia fructum concionum, quas a P. Prouinciali hic audiunt, non exiguum esse. . . . Data est opera quorundam dissentionibus diuturnis, qui in gratiam mutuo redierunt; et sancti matrimonij uinculis iuncti sunt, qui illegitimo diu thoro utebantur. . . . Allati sunt nobis haereticorum libri: abiecerunt etiam superstitiosa foedaque scripta, et impuras imagines. . . . Praeterea in usum catholicum paulatim reuocantur peregrinationes ad sacra loca. Jn his nuper 20, uel ut alij dicunt, 30 milia hominum una spectare licuit. Mirantur omnes insolitum Germanorum conuentum, ad unum Bauariae templum, quod sancti montis nomen obtinet [4]. Non pauci eo se receperunt uotis

---

[1] Iacobo Sekler; v. supra p. 808 [1].

[2] Horum alter videtur fuisse Christophorus Neyner, litterarum studiosus; vide supra p. 410 [8].

[3] Ita *Hermannus de Weinsberg* coloniensis et Canisio aequalis in libro rerum saeculo XVI. Coloniae gestarum: „In unserm haus Weinsberch haben wir eiz [= ietzt], die den Jesuiten anhengich sint, und gar widder die andern alle sint mit mehe eifer catholigschs. Ich wil bei dem alten pliben, den mittelweg wandeln und bitten, got wille alle dingen im friden verrichten laissen“: Das Buch Weinsberg, bearbeitet von *Konst. Höhlbaum*, II, Leipzig 1887, 371. Atque aliis eiusdem libri locis notat sororem, fratris uxorem, alumnam etc. „iesuiticas“ (jesuitisch) fuisse; eas enim multo mane ad ecclesiam adisse, multum ieiunasse, vino non indulsisse etc. Haec et plura eiusmodi exempla v. apud *Janssen-Pastor* l. c. IV [15—16] 417.

[4] Templum dicit abbatiae (nunc prioratus) Andechs, ordinis benedictini; de quo templo v. *Can.* III 643. Canisius 26. Aprilis (Dominica IV. post Pascha) 1562 ex cathedralis ecclesiae augustanae suggestu hanc peregrinationem commendaverat (l. c.). Atque etiam nunc omnium peregrinationum, quibus quotannis sacer ille mons pie coli solet, augustana (quae hebdomada Rogationum sive Dominicae V. post Pascha fieri solet), numero longe maxima (900—1400 peregrinorum) esse traditur (*Magn. Sattler* O. S. B., Chronik von Andechs, Donauwörth 1877, 807.

editis et nudipedes, ac prope nudi ex Augusta etiam proficiscentes, ut omittamus alia quae ad probandam carnis mortificationem et externam poenitentiam illic passim exhibuerunt.

434. **Inter m. Februarium et Maium 1564.**

Ex exemplo autographo. Cod. „G. Ep. V." f. 147 148.

Ioannes ab Ehrenberg, miles nobilis et laudatus, Augustae Canisium adiit, Ingolstadii Societati se addixit, pietatem luculenter et coluit et colit.

P. Guilielmus Elderen S. J. in domus S. J. augustanae litteris quadrimestribus Augusta 2. Maii 1564 datis de Ioanne ab Ehrenberg (v. supra p. 745): Scribent Monachienses et Jngolstadienses nostri ut puto, de uiro nobili, et in re militari multis annis magna cum laude et dignitate uersato . Js priusquam meditationibus nostris uteretur Jngolstadij, ubi se nostro addixit instituto, Augustam adijt, nostroque usus consilio[1] relictis omnibus se totum christo consecrauit. Fuit idem in terram sanctam et Romam usque peregrinatus religionis ergo: bona sua in pauperes et pauperum xenodochia, usumque templorum distribuit: neque solum mundj contemptor, sed etiam carnis aduersarius non uulgaris esse coepit.

Praeter notissimam illam arcem „Ehrenberg" tirolensem exstabat castrum Erenberg "uff der bach, die man nent die Ere by der Musel" (*I. H. Wyttenbach* et *M. Fr. I. Müller*, Gesta Trevirorum II [Augustae Trevirorum 1838] 250[c]). Atque nobiles ab Eremberg in historia treverensi comparent (*I. N. Hontheim*, Historia Trevirensis diplomatica et pragmatica II [Augustae Vind. et Herbipoli 1750] 39 107). Complures quoque equites Erenbergeri sive nobiles de Erenberg sive Ehrenberg saeculis XIII.—XVI. in cathedralibus ecclesiis argentoratensi, bambergensi, herbipolensi, spirensi vel canonicatum vel etiam maiorem locum tenuerunt (*J. N. Buchinger*, Julius Echter von Mespelbrunn [Würzburg 1843] 376 379 383. *Fr. X. Remling*, Urkundenbuch zur Geschichte der Bischöfe zu Speyer. Ältere Urkunden [Mainz 1852] 362 639 672. Jüngere Urkunden [Mainz 1853] 243. *Heinr. Weber*, Johann Gottfried von Aschhausen [Würzburg 1889] 4 45).

435. **Inter m. Februarium et Maium 1564.**

Ex apographo eodem fere tempore Coloniae scripto. Cod. colon. „L. Qu." f. 171[a].

Ioannes ab Ehrenberg, vir nobilis et victoriis clarus, cum ad loca sancta peregrinatus, copiosam stipem elargitus, varia monasteria expertus esset, Canisium Augustae convenit; cuius suasu cum Ingolstadii meditationibus S. Ignatii se exercuisset, Societati nomen dedit.

Fr. Joseph Siculus S. J. in collegii ingolstadiensis litteris quadrimestribus Ingolstadio 2. Maii 1564 datis narrat: Quatuor hoc tempore societatj nostrae se adiunxerunt . quorum tres nunc alibj[2] nouitiorum experimenta susceperunt: quartus parentum iniuria nonnihil impeditur.

Emmer. Heindl O. S. B., Der heilige Berg Andechs in seiner Geschichte etc., München 1895, 191).

[1] Eum Augustae maxime usum esse consilio Canisii, ex monumentis proximis patebit; v. infra p. 812—813. [2] Monachii; v. infra p. 812.

Valent omnes forma, ingenio, ac gracia pene singularj: humanitatis studia nondum[a] superarunt. Vnus illorum[1] quadragenarius est . vir nobilis, statura procera . forma egregia natione germanus, verum illiteratus . Hic militauit tota sua vita, omnemque bellj fortunam et munia est expertus . quem scientia bellj, in Gallia, Flandria et Germania notissimum fecit, primum eques, deinde signifer, postremo dux et praefectus equitum amplius 12000 fuit, Mirum quod nunquam, in bello victus quater hostem fuderit, ac semel quidem pene miraculose, cum rebus desperatis duces profugerent, tum ille ante pugnam prostratus, deo se commendauit, atque ab oratione surgens, cum paucorum militum labentes[b] animos confirmasset, viribus admodum imparibus, maiore vero industria, hostium impetum non sustinuit modo; sed etiam profligauit: vt ab hostibus sit illi tunc[b] proclamatum, vicit Erenberger . quod illj cognomen est . Sed pertaesus hic tandem rej militaris, bis Romam semel Hierosolimam, religionis ergo profectus est . tantumque in pietate profecit, vt multa aureorum millia, in hospitalium et vsum pauperum[c] [?] erogauerit . Monasteria non pauca inuisit, intelligendi nempe cupidus, vbinam locorum rectius deo seruire posset, cumque nullus ej locus satis aptus occurreret, ad paenitentiae acrimoniam exercendam, quam studiose desiderabat, ad prioris vitae sordes commode abstergendas, tandem consilij capiendi causa, conuenit Augustae Reuerendum P. Prouincialem, is author illj fuit, vt ad nos veniens, in meditationibus pijs versaretur[2], vitaeque suae statum certum deligeret . Quare Christj gratia effectum est . vt totum se diuino cultui manciparit, nostreque societatis institutum sit amplexus.

Haec et confirmantur et illustrantur *Litteris quadrimestribus collegii S. J. monacensis, Monachio 4. Maii 1564 datis; in quibus Fr. *Nicolaus Lymburgius* S. J. haec, praeter alia, refert: Inter sex novicios, qui Monachii „hoc quadrimestrj primum sunt admissi“ — octo alii iam ante erant admissi — est „vnus et genere et claris militiae gestis facinoribus nobilis, vir aetatis maturioris, et iudicij non vulgaris, hic conscientie stimulis actus, peracta iam peregrinatione Ierosolimitana, religionj se obstringere plane ante triennium instituerat. Exploratis autem diuersorum ordinum viuendi rationibus, vna ei prae caeteris Societas nostra tandem placuit, cuj etiam summa animj demissione et plena suj abnegatione probandum se hisce diebus obtulit, Est ille quidem litterarum ignarus, idoneus tamen ad externa ministeria in christi gloriam cum laude obeunda“ (ex apographo paulo post scripto. Cod. colon. „L. Qu.“ f. 172[a]).

436. A m. Maio ad Septembrem 1564.

Ex autographo. Cod. „G. Ep. V“ f. 168.

Ioannes ab Ehrenberg, Monachium in Societatis tirocinium a Canisio missus, inde Augustam ad ipsum remissus, Romam ad Capuccinos proficiscitur; a quibus si non admittetur, a Sociis iuvandus neque tamen facile iterum recipiendus esse censetur.

a) *Sequitur* susceperunt, *a libr. oblitteratum.* b) *V. supra versum scriptum.* c) *Sic ap.; sed corrigendum videtur:* in hospitalium et pauperum vsum, *vel:* in hospitalia et vsum pauperum.

[1] Ioannes ab Ehrenberg; v. supra p. 745 et infra p. 813.

[2] Sacra S. Ignatii exercitia significat; cf. infra p. 813.

P. Paulus Hoffaeus S. J., rector collegii monacensis, Monachio 27. Septembris 1564 Romam ad Iacobum Lainium, Societatis praepositum generalem, scripsit: Jl portator' di questa è vn' gentilhomo todescho chiamato Gioan Erenberger. Costuj ha visto molti Monasterij, et anche habitato in molti di diuerse religioni, pur sensa habito et obligatione, solamente à veder' il modo di procedere, et pagò il suo viuere [1]. Ma non li piacendo il modo di viuere in quej monasterij, venne vltimamente in Jngolstadio per ordine de [a] P. Prouinciale doue fece li essercitij, et risoluendosi luj di restar con noj, tornò al P. Prouinciale in Augusta donde poj fu mandato in Monachio alli Nouitij . vedendo noj che lui era piu inclinato alla quiete et penitentie, et piacendoli li Cappuchinj, pur non volendo [b] lassiar la compagnia se non m' inganna, lo mandassimo in Augusta acciò s' esplicasse al P. Prouinciale chj fu prima informato di me, et iui si concluse che Joan andasse à Roma alli Cappuchinj, ò se non [c] fusse riceuuto di loro, restasse nel seculo et hauesse ricorso in cose di sacramenti et [d] spirituali alla Compagnia. Li piacque il conseglio, et anche io l' ho confermato in quello: A me mi pare se luj farà instantia di star' con noj nella compagnia s' ha da far' difficoltà, se gia non si vedesse che luj s' accomodasse sensa difficultà à nostro modo di conuersare con [e] [?] externis [f] [?], et anche lassasse suoj modi singulari qui sapiunt monachismos, donde accade (volendo luj esser troppo sauio et spirituale) che iudichi nostra libertà in Domino [2] in mala parte pensando luj esser meglio viuere stoice etc. bonissimo saria altramente in gubernare cose temporali, perche è molto ordinato, et sparagnoso. Con tutto questo mi par difficile che luj s' accomodarà simplicemente à nostro modo. V. P. sappia anche che va principalmente à Roma per entrar' alli Cappuchinj, et se ben mutasse l' animo per strada, pur in ogni modo sarà meglio che luj per se domandi con molto grand' instantia di star' con noj, che offerirli la Compagnia.

437. A m. Maio ad Septembrem 1564.

Ex exemplo eiusdem temporis: quod incipit: „† Augustanae“, et terminatur: „Augustae mense Septembri 1564. Guilielmus Elderen“; ipsius tamen manu primum tantum verbum („Augustanae“) scriptum est. Cod. guelpherb. „36. 24. Aug.“ f. 101.

Aliquas ex litterarum partibus, quas hic pono, primus typis exscribendas curavit *Raderus,* Can. 131—132.

Sociorum augustanorum numerus; Socii per Augustam transeuntes. Canisius collegia invisit, a multis consulitur. Religionem per Socios iuvari omnes fatentur. Plus quam 600 a peccatis absoluti; aliqui Norimberga et Lauinga clam advecti. Vir-

a) *Sic aut.* b) velendo *aut.* c) *V. supra vers. scriptum.* d) *Ab H. correctum ex* sacramenti et cose. e) f) *Sic H.; scribendum fuerat aut* cum externis *aut* con esterni.

---

[1] Hoffaeus hoc singulariter notat, quia, qui alicuius ordinis „habitum eo animo, ut sit Religiosus, induit“, in Societatem iam admitti non potest (*Constitutiones* S. J. P. 1, c. 3, n. 5 et E). [2] Cf. 1 Cor 10, 29; Gal 2, 4.

gines monasteria ingrediuntur. Catholici matrimoniis et contionibus protestantium arcentur. „Corporalia". Opera caritatis.

P. Guilielmus Elderen S. J., unus ex Canisii sociis augustanis, in domus S. J. augustanae litteris quadrimestribus Augusta m. Septembri 1564 datis haec, praeter alia, refert: Tres tantum hoc loco, ut ante, degimus[1], ijsdem quae saepe scripsimus studijs occupati. Jnuisimur tamen a fratribus hac transeuntibus creberrime, quibus hospitalitatis[a] et charitatis ius defertur. Pater Canisius pro sui muneris ratione his mensibus uicina inuisit Collegia cum sua quidem et fratrum haud uulgari consolatione, exceptis interim omnium in Confessione peccatis, rebusque Collegiorum legittime constitutis . . . Praetermitto alias et pene quotidianas Patris occupationes, quibus illum assidue distrahi magnis in rebus cernimus. Nec commemorabo Reuerendissimum Cardinalem nostrum Augustanum qui Patris Canisij consilijs saepe et libenter utitur . . . nec desunt alij patrem saepe consulentes . Jngenue fatentur boni omnes[b] hic in Germania, sicut et alibi, ubi religionis afflicta causa iacet, per nostros magnum Ecclesiae Catholicae praesidium adferri, ac Catholicorum reliquias in offitio quantum fieri potest maxime contineri. Hinc sibi et nobis Augustae boni quidem congratulantur, aemuli uero magis magisque dolent, praesertim qui suos conatus improbos a nobis impediri sentiunt.

Venio ad Sacramentum Poenitentiae, quod indies illustrius, confitentium multorum accessione redditur. . . . Absoluimus ultra sexcentos utriusque sexus poenitentes, inter quos non defuerunt personae insignes. . . . Ex locis remotis, Norimberga et Lauuinga[2] Lutheranis ciuitatibus, duo uenerunt clam ad nos consilij capiundi et confitendi gratia: nam hic tutum non est Catholicismum palam profiteri. Tres habuimus virgines, quae perpetuo foedere se Christo sponso in abdito monasterio dediderunt, tres breui sequentur, ac plures adiungerentur aliae, nisi parentes insani pijs harum desiderijs atque conatibus sese opponerent. Matrimonia cum haereticis inire Catholici solebant, sed haec modo impediuntur[3]: prohibentur etiam filij uel filiae, quae eiusdem fidei parentes non habent, lutheranas conciones adire, ad quas

a) *Duo vv. sqq. supra vers. scripta sunt.* b) *Sequuntur vv.* religionis res, *a libr. oblitterata.*

---

[1] Canisius, Elderen, Fr. Iacobus Sekler; cf. supra p. 808 810.

[2] Lauingen; v. supra p. 134[2].

[3] Id iam olim compluribus locis per leges ecclesiasticas interdictum erat, ut canone 31. (cf. can. 10.) synodi laodicenae saeculo IV. habitae, qui cum nomine canonis 67. concilii agathensis (Agde) a *Gratiano* in „Decretum" relatus est (Corpus iuris canonici c. 16, C. XXVIII, q. 1. Cf. etiam *Hefele* l. c. I 756 768; II 659). Accedebat inde a saeculo XII. consuetudo ecclesiastica, qua eiusmodi matrimonia proscribebantur, atque initio etiam irrita, perinde ac christianorum cum Iudaeis et gentilibus matrimonia, habebantur (*Jos. Freisen*, Geschichte des canonischen Eherechts, Tübingen 1888, 642—643). Quae ipsa etiam lege naturae prohibentur; periculum enim est, ne catholicus coniux ab haeretico pervertatur; periculum quoque, ne liberi ad catholicam pietatem minus, quam par est, instituantur.

tamen inuiti aliquando adiguntur. Facta sunt etiam haud pauca, ut uocant, Missae corporalia, quae in uaria loca, ubi sunt maxime necessaria, distribuenda curamus[1]. Praeterea aegrotos iuuamus et pauperes, quibus Eleemosynas diuites hortatu nostro elargiuntur[2].

438. Sub medium m. Iunium 1564.

Ex autographo. Cod. „G. Ep. V." f. 189ª.

Novicius Augustam ad Canisium missus.

P. Theodoricus Canisius S. J., monachiensis rector, Ingolstadio (ubi rectoris munus ad tempus administrare iussus erat) 20. Iunii 1564 Romam ad Lainium scripsit: Vnus nouitius superiori septimana[3] a nobis receptus est, Bauarus, annorum plus minus 17, bonis naturae dotibus praeditus, qui scholae grammatices apud nos discipulus aliquamdiu fuit, et bonum constantiae suae specimen praebuit, Misimus illum Augustam ad R. P. Prouincialem.

439. A m. Septembri 1564 ad m. Ianuarium 1565.

Ex litteris archetypis. Cod. „G. Ep. VI" f. 111ª.
Litteris usus est *Sacchinus,* Can. 215.

Sociorum numerus auctus. Adulescentes in Societatis et Dominicanorum tirocinia missi. Aemuli. Confessiones ad S. Catharinae. Sacellum Sociis a cardinale assignatum. Confitentium numerus. Virgines ad monasteria admissae vel aspirantes. Fuggerae sacramenta frequentantes. Feminae nobiles clam Socios consulentes. Timores. Cura aegrotorum.

P. Guilielmus Elderen S. J., unus ex Canisii sociis augustanis, in domus augustanae S. J. litteris quadrimestribus Augusta m. Ianuario 1565 datis haec, praeter alia, refert: Socii qui antea Augustae degebant [Canisius, Elderen, Fr. Iacobus Sekler; cf. supra p. 814], nunc quoque ibidem sunt. His accesserunt duo Roma nuper missi iique „ualetudinarij" [P. Andreas Avantianus et Fr. Walterus Haius; v. supra p. 690]; accessit etiam tertius; qui in cathedralis ecclesiae augustanae suggestu patris praepositi provincialis [Canisii], cum hic collegia inviset, vice functurus est [P. Martinus Stevordianus; v. supra p. 792]. Duo insuper adolescentes spectatae indolis, quorum alter nobis domesticus erat ad Societatis tyrocinia sunt admissi[4], Tertium coenobio praedicatorij ordinis dedimus. . . . Non repetam de aemulorum et maxime clericorum huius urbis in nos inuidia, qui tum apud Cardinalem[5] tum apud alios non parum nobis negotij exhibuerunt. . . . Audiuimus

---

[1] Non tantum corporalia, quae nunc vocamus, sive quadrata illa lintea, in quibus corpus Christi consecratur et collocatur, sed, antiquiore illo loquendi usu, una cum illis etiam „pallas" sive minima illa lintea quadrata, quibus calix inter missam contegitur, significari censeo; de qua loquendi consuetudine v. *Nic. Gihr,* Das heilige Messopfer[7—8], Freiburg i. Br. 1902, 232. Fr. Iacobus Sekler, qui cum Canisio Augustae degebat, „corporalia facere" didicerat; v. *Can.* III 220.

[2] Canisius ex cathedralis ecclesiae suggestu pauperes divitibus commendabat; v. infra monum. 460. [3] 11.—17. Iunii.

[4] Christophorus Neyner, puto, et Georgius Schornius (Schoran); v. supra p. 410[8].

[5] Ottonem Truchsess.

ad tempus confessiones poenitentium apud D. Catharinam . qui locus cum minus esset commodus[1], placuit Reuerendissimo Cardinali suum nobis assignare et instaurare sacellum[2], in quo propria societatis officia absque ullius praeiudicio libere exerceamus. . . . His mensibus fuere plures 930 qui suas nobis confitendo patefecerunt conscientias. . . . Virgines apud nos institutae quinque monasterium adierunt. Plures decem adhuc supersunt eiusdem plane propositi. . . . Generosa domina Fuggera quae singulariter nostris fauet[3] confessionis et communionis sacramenta septimanatim, uti et aliae Fuggerae[4] singulis mensibus apud nos frequentare pergit cum ingenti profectu spiritus . Misit ea nunc alteram filiam ad monasterium, ubi a teneris annis illa deo inseruire discat[5]. Sunt nonnullae matronae nobiles et filiae quae nostros consulere, ijsque suas conscientias clam aperire solent. Verentur filij mundj[6], ne si suos mittant ad nos religiosiores, ac strictioris (ut uocant) conscientiae illi reddantur. Vnde fit ut metu et pudore impediti complures minus fiant ac maneant nobis familiares. Ad aegrotos et animam agentes non raro accersimur.

Ex numero „Fuggerarum", quae „confessionis et communionis sacramenta singulis mensibus" apud Socios augustanos „frequentare pergebant", Sibyllam comitissam de Eberstein, Marci Fuggeri uxorem, et Elisabetham de Weissenstein, Ioannis Fuggeri uxorem, atque Catharinam Fuggeram, Iacobi comitis de Montfort coniugem, fuisse conicio. Nam Sibyllam a. 1561 a Canisio ex Lutheranismo ad ecclesiam catholicam reductam et ad pietatem institutam esse constat; idem fere Elisabethae et Catharinae sub idem tempus contigisse verisimile est; v. *Can.* III 656—665, et cf. supra p. 713. Atque in * „Historiae collegii Augustani" parte illa, quam P. *Matthaeus Raderus* S. J. exeunte saeculo XVI. scripsisse videtur (v. *Can.* II LI—LII), Sibyllam, ubi catholicis se iunxerit, „peccata quot mensibus expiare, Eucharistiam frequentare" assuevisse refertur (Cod. frib. „Hist. coll. Aug." p. 9). In vita autem Canisii a. 1614 vulgata (p. 92—93) idem *Raderus* testatur, se de Ursula Fuggera in „chartis Collegij Augustani obseruatum legere": „Ipsa Marci et Ioannis [Fuggerorum] Coniuges . . . ad salutarem et frequentem conscientiae et peccatorum expiationem induxit." Ex eodem numero omnino existimo fuisse Sidoniam Isabellam, Georgii Fuggeri et Ursulae a Lichtenstein filiam (1543—1601), quae a. 1565 Iacobo Villinger libero baroni ab Schönenberg nupsit (*Rittershusius* l. c. [v. infra adnot. 5]; *Veith*, Bibliotheca Augustana [cf. supra p. 56[1]] VII 42—44; *Io. Andr. Fabricius*,

---

[1] Cf. supra p. 709 712—713 736 740.

[2] Sacellum dicit S. Lamberti, aedibus episcopalibus astructum; quod saeculo XIX. destructum est ([*Max. Mangold*,] Origo Collegii Societatis Jesu ad Sanctum Salvatorem Augustae Vindelicorum, Augustae Vindel. 1786, 16. *Braun*, Bischöfe III 460).

[3] Ursula de Lichtenstein, Georgii Fuggeri uxor; vide supra p. 713 733.

[4] Vide, quae sub ipsas has litteras dicuntur.

[5] De Anna Iacobaea Fuggera, Ursulae filia, a 1561 monasterium ingressa, vide *Can.* III 666. „Altera" autem illa nescio an fuerit Mechtildis, quam m. Augusto a. 1558 natam, m. Decembri a. 1569 mortuam esse tradunt (*Nic. Rittershusius*, Genealogiae Imperatorum etc., ed. 2, Tubingae 1658, Fuggeri in Kirchb. B). Aliquam ex Ursulae filiabus in monasterio (benedictino) „Holtza" (Holzen, Klosterholzen, in Suebia bavarica) mortuam esse legi Augustae in archivi fuggerici Codice *„Ordenliche beschreibung"* etc. (v. *Can.* III 655) p. 271.

[6] Cf. Lc 16, 8: 12, 30: 20, 34 etc.

Abriß einer allgemeinen Historie der Gelehrsamkeit III [Leipzig 1754] 289). De qua 31. Augusti 1601 Augustae vita functa *Socii augustani* a. 1602 in „Litteris annuis" haec rettulerunt: „Defuncta est etiam Domina Isabella Fuggera, Octauiani secundi Fuggeri germana soror, eodem die quo praeterito anno frater decesserat. Femina in primis religiosa, et latine docta Patrum scripta nonnulla in patrium sermonem vertit. Ex quo tempore coepit B. M. Patri Canisio conscientiam credere, a Societatis studio et amore numquam defecit, nec alium extra Socios vnquam ad confessionem adhibuit, pietati vitae mors ex more pia respondit": *Litterae annuae* Societatis Iesu Anni MDCI (Antverpiae 1618) 523.

Eodem tempore, nisi vehementer fallor, a Sociis augustanis ad pietatem instituebatur Anna, Georgii Ilsungi a Tratzberg caesarei per Suebiam praefecti et Sociorum augustanorum patroni filia, sub a. 1570 Iacobo III. Fuggero (1542—1598) matrimonio iuncta (Cod. *Ordenl. beschreibung* etc. [cf. supra p. 816[5]] p. 190 253; *Rittershusius* l. c., Fuggeri D). De qua *Socii augustani* in „Litteris annuis", quas supra dixi, scripserunt: Eam, plurimis beneficiis in Societatem collatis, anno 1601 supremum diem obisse. „Mater Societatis audire volebat." „Conuentus prouinciales ipsa maximam partem aluit." „A teneris ad innocentiam per confessionem a nostris est instituta, supremumque spiritum in nostri Patris praesentia et comprecatione fudit" (l. c. 522—523). Copiosius de ea scripsit *Ad. Flotto* S. J.: qui de eius in collegium augustanum liberalitate hoc, praeter alia, notavit: „Dramatum ac ludorum theatralium sumptus fere sola suscepit": Historia Provinciae Societatis Jesu Germaniae superioris, Pars tertia (Augustae Vindelicorum 1734) Dec. 7. n. 113.

In „Instructionibus" exeunte a. 1573 conscriptis, quas *Cathedrale capitulum augustanum* oratoribus suis Vindobonam ad Maximilianum II. imperatorem et Moguntiam ad Danielem Brendel archiepiscopum et electorem legatis dedit, hoc, praeter alia, asseritur: Societatis homines Augustae efficere conatos esse, ut sibi ecclesia monasterio S. Ursulae (quod ea aetate virginum ordinis S. Benedicti erat) adiuncta (ad confessiones excipiendas etc.) concederetur. Ita *Schellhass* l. c. IV XXII XXXVIII. Atque hic in id inclinat, ut exeunte a. 1564 Socios atque etiam cardinalem Ottonem haec cogitasse coniectet; ne ego quidem id negarim; moneam tamen oportet, nullum in Ottonis, Lainii, Canisii, Elderensis, aliorum epistulis eo tempore scriptis rei vestigium apparere.

440. A m. Octobri a. 1564 ad Martium a. 1565.

Ex autographo. Cod. „G. Ep. VI" f. 76[a].

Canisii in P. Avantianum Augustae aegrotantem caritas.

P. Andreas Avantianus S. J. (de quo supra p. 647[7]) Ingolstadio 17. Martii 1565 Romam ad S. Franciscum de Borgia Societatis vicarium generalem de beneficiis sibi Augustae diu aegrotanti (cf. supra p. 792) a Canisio tributis scripsit: Peracto quinque mensium spatio, quo non sine magna P. Prouincialis molestia ac eius parua cum vtilitate, multis uero charitatis affectus beneficijs Augustae commoratus sum, . . . initio . . Quadragesimae Jngolstadium petiui.

b) Contiones.

1. Contionum numerus, tempus, argumenta, fructus.

441. 1563—1565.

Quam difficile sit Canisii contiones cognoscere. De a. 1563—1565 ex ipsis fontibus manu scriptis singillatim proponitur, quando ubi quibus de rebus ille contionatus sit; alia quaedam notatu digna ex iisdem contionibus excerpuntur. Brevi

summa omnia comprehenduntur: Quoties dixerit, quibus maxime temporibus, in quibus templis; quas Scripturae partes, quae fidei capita imprimis proposuerit et adversus protestantes propugnaverit; quid auditoribus imprimis commendaverit. P. Roseffius Canisii loco contionatus?

Contiones, quas Canisius annis 1563 et 1564 Dilingae, Herbipoli, Oeniponte, Weissenhornii, in variis Suebiae monasteriis habuit, perisse videntur. Exstat tamen adhuc maxima pars contionum Augustae inter 1. Ianuarii 1563 et 31. Ianuarii 1565 ab eo habitarum; exstant, inquam, harum contionum commentaria partim ipsius Canisii manu scripta, partim ab ipso dictata et diligenter recognita, emendata, amplificata. Neque tamen ita facile est has contiones — atque idem de omnibus fere, quaecunque exstant, Canisii contionibus dicendum est — bene cognoscere; nam 1. lectu sunt difficiles; Canisius enim festinantius eas scripsit, ac librariis vel scriptoribus usus est variis iisque fere haud ita idoneis; 2. multis contionibus dies non est ascriptus; nonnunquam ipse etiam annus est omissus; 3. in codicibus contiones non semper continua serie certove temporis ordine scriptae, sed interdum turbato ordine inter se mixtae sunt; 4. immo non semel accidit, ut eiusdem contionis partes inter se disiunctae sint, e. g. una in medio codice, altera in extremo posita. Quare mirum non est, biographos et bibliographos, licet milia exstent contionum a Canisio habitarum, pauca tamen de Canisii contionibus dixisse. Statui igitur tandem aliquando hasce difficultates superare et in posterum multo, quam ante, diligentius ex ipsis fontibus singillatim proponere, quotiens sive quando, ubi, quibus de rebus Canisius contionatus esset; contionum argumenta ipsius Canisii verbis, quantum fieri poterit, significabo; alia quoque, cum operae pretium visum erit, ex contionibus excerpam; quae si breviora vel leviora erunt, ipsis contionum argumentis adiciam; si longiora vel graviora, post argumentorum seriem seorsim ponam.

Dubitari vix potest, quin Canisius Augustae in ecclesia cathedrali contionatus sit anno 1563 die sacro Circumcisionis Domini, Dominica proxima, die Epiphaniae Domini sive diebus 1., 3., 6. Ianuarii; cf. *Can.* II 850; III 617.

Prima tamen anni 1563 contio, quam repperi, de evangelio est Iesu pueri duodecim annorum in templo morati (Lc 2, 41—52); quod in dioecesi augustana „Dominica infra Octavam Epiphaniae", quae eo anno erat d. 10. Ianuarii, legebatur (*Missale* secundum ritum Augustensis ecclesie diligenter emendatum et locupletatum... Mandato et impensis ... *Othonis* ... Cardinalis: Episcopi Augustani [Dilingae 1555] f. 25^b—26^a). Canisius evangelium exponit et de quarto Decalogi praecepto „primam concionem" habet, praeter alia hoc populo commendans, ut ecclesiasticos honore prosequantur (Cod. „Can. X. U" f. 151^a—157^a). Cf. etiam infra monum. 449.

„2ª Concio" de quarto Decalogi praecepto; sine die. Canisius dicit, se „proxima dominica" hoc praeceptum in universum declarasse; in praesens autem singula eius verba expendenda esse; „non possum festi obliuisci"; die autem 17. Ianuarii, quae tunc erat Dominica I. post Octavam Epiphaniae, dioecesis augustana memoriam S. Antonii abbatis agebat; atque usque ad annum 1524 is dies ex „festis de praecepto" fuerat; deinceps solo missae audiendae praecepto populus tenebatur (*Hoeynck* l. c. 287—288). Quare hanc contionem Dominica I. infra Octavam Epiphaniae sive

17. Ianuarii 1563 habitam ese dicamus oportet (l. c. f. 157ᵇ—158ᵇ). De qua v. etiam infra monum. 478.

„Alia Concio" de IV. praecepto. Expendendum, qua ratione Iesus adulescens parentibus „subditus" (Lc 2, 51) fuerit, et quem honorem filii parentibus deferre debeant. Sine die. Aut 17., aut 24. Ianuarii, puto, habita (l. c. f. 159ᵃ—161ᵇ).

„Alia Concio." Quam oboedientiam filii parentibus praestare debeant, et quid hi filiis praecipere possint, quid non possint. Sine die. Die 24. Ianuarii habita? (l. c. f. 162ᵃ—164ᵃ.)

„Alia concio", qua filios parentibus etiam victum providere debere ostenditur et evangelium „Centurionis", quod est Mt 8, 1—13, exponitur; considerandum quanta illius fuerit fides, et quam longe homines iam ab ea recesserint. Evangelium autem illud Augustae legebatur Dominica II. post Oct. Epiph. (*Missale* l. c. f. 30ᵃ) sive 24. Ianuarii 1563 (l. c. f. 164ᵃ—168ᵃ).

De filiis legitimis et illegitimis; sine die; atque haec aut pars est contionis superioris, aut contio habita Dominica III. post Oct. Epiph. sive 31. Ianuarii (l. c. f. 168ᵇ—170ᵃ). Hoc enim die Canisius contionatus esse omnino videtur.

Canisius etiam 2. et 7. Februarii, quibus diebus „Purificatio B. M. V." et Dominica Septuagesimae agebantur, contionatus esse videtur; hae tamen contiones non comparent; cf. *Can.* II 851; III 617.

Die autem 8. Februarii Augusta Oenipontem, a Ferdinando I. imperatore evocatus, profectus est; Augustam paullo ante 7. Martii rediit; v. supra p. 49 111.

Proximam contionem sic exorditur: „Tempus est ut semel redeamus ad 4.ᵐ praeceptum, et hoc absoluamus . non dicam modo de meis ineuitabilibus occupationibus quae me aliquot septimanis auocarunt ab hoc munere praedicandj, sicut multis notum est satis, neque repetere uolo quae hactenus circa quartum praeceptum fuse tractata sunt, ut ex fundamento intelligeretur." Modo autem verba, quae illi „annexa sunt": „Ut sis longaevus super terram" etc. (Ex 20, 12) explicabit; deinde ex „Evangelio" exponet, „quomodo Cananea nos recte doceat orare, et oratione ieiunium nostrum sanctificare". Quod evangelium (Mt 15, 21—28) ecclesia augustana Dominica II. Quadragesimae legebat (*Missale* l. c. f. 53ᵇ); ea autem a. 1563 erat 7. Martii (l. c. f. 170ᵃ—171ᵇ).

Canisium inde a Dominica II. Quadragesimae usque ad Dominicam Palmarum (4. Aprilis) singulis hebdomadis minimum 4 contiones habuisse — diebus dominicis, Lunae, Mercurii, Veneris — ex more, quem annis 1560 1561 1562 1564 Augustae servavit (*Can.* II xl 846; III 615 616, et infra p. 830), collegeris, idque eum anno 1563 praestitisse eo magis est censendum, quod primis 11 Quadragesimae diebus contionari non potuerat. Satis etiam certum est, eum die sacro „Annuntiationis B. M. V.", qui ex „festis de praecepto" erat, dixisse (cf. *Can.* III 617, et infra p. 832). Ex his tamen contionibus una tantum, quod equidem norim, adhuc exstat eaque „Jntroductio ad poenitentiam ex primo cap: Jonae" inscripta et — id quod ex eius exordio intellegitur — feria II. post Dominicam Passionis sive die 29. Martii 1563 habita; incipit autem ita: „Qui hesternam concionem a me audiuerunt, satis[a] meminerunt 3 partes [quas] hoc tempore Ecclesia praecipue proponit tractandas et exercendas esse: de passione. Vnde de Dominica passionis heri egimus et quotidie de illa cantabimus 2° de confessione quia quilibet obligatus est ad eam breui accedere . . . 3 de communione" paschali. „Dixi praeterea quomodo posthac ad confessionem et poenitentiam meas conciones uelim dirigere, ut simplices utilem et necessariam de hac parte informationem habeant. Vnde statui rem statim aggredi, et ex nostro Jona occasionem accipere, ut primo discamus quare ad confessionem et poenitentiam nos ipsi excitare[b] et admonere debeamus 2° quomodo poenitentiam recte instituere habeamus, ut animo prosit et Deo grata sit, et foelix nobis pascha. 3° finiemus quae incepimus de poenis infernalibus quas patiuntur in sensibus externis damnati. Saepe dixi historiam Jonae quam tractauimus, multa nobis adferre mysteria" etc. (l. c. f. 172ᵃ—173ᵇ).

a) *Sequitur* intellexerunt, *oblitteratum.* b) excitari *libr.*

Dominica quoque Palmarum et proximis feriis II. et IV. atque etiam diebus „Coenae Domini“ et „Parasceves“, vel saltem alterutro ex his diebus, deinde Dominica Paschatis (11. Aprilis) et proximis feriis II. et III., quae ex diebus „festis de praecepto“ erant (*Hoeynck* l. c. 286 288), Canisium contionatum esse omnino censendum est; ita enim usitatum erat; fortasse etiam feria III. post Dominicam Palmarum, atque aliquibus diebus bis dixit; cf. *Can.* II xl—xli; III 109 606 617—619 628 642; et infra p. 832—834. Hae tamen contiones non videntur exstare.

Die 17. Aprilis 1563 vel paulo ante Canisius, a Ferdinando I. imperatore ad res concilii tridentini tractandas evocatus, Oenipontem advenit; unde paulo ante d. 11. Iulii Augustam rediit; v. supra p. 157 288. Sequuntur contiones post reditum habitae.

„De Jnstitutione Magistratuum“. Sine die. Contio habita est, ut ex ipsa intellegitur, anno 1563 die illo, quo evangelium Lc 5, 1—11 legebatur. Quod cum Augustae eo tempore Dominica VI. post Pentecosten recitatum esse constet (*Hoeynck* l. c. 234), contionem 11. Iulii 1563 habitam esse liquet. Incipit: „Mensib. ab hinc aliquot possibile non fuit, ut continuaremus das wir stettigs nacheinannder vnd ordenlich weren fortgefahren in notabili materia nobis proposita de sanctis decem praeceptis. . . . Nunc[a] Deus gratiam concedit mihi, ut impedimenta, quae hactenus se obtulerunt, cessent[b], vnde[c] ad intermissam redire materiam, et pergere in 4.to praecepto Honora patrem et matrem statuo[d]. Relinquo et praetereo[e] modo quae dicta sunt copiose quomodo filij [erga][f] [?] patrem et matrem naturali et diuino iure sunt obligati ad huiusmodj honorem . 2.do quomodo famuli et famulae, patres et matresfamilias etiam honorare teneantur . 3º quomodo vicissim parentes filijs prouidere, et domini ac herae se erga familiam gerere debeant, quae omnia hic includuntur et a nobis alias explicata sunt.

Superest adhuc magnum caput et praecipuum quidem circa hoc praeceptum summe considerandum Von der Obrigkhait, dardurch Stätt vnd landt regirt werden, vnd auch aufferhalb des haufs über die anderen zu herschen haben, sy seien dann gleich aigene leuth oder freye personen. Et certe[g] nulla materia mihi videtur hoc tempore maioris esse momenti et [quae] populo utilius, proponi et a praedicatoribus vrgeri debeat[1]. Vnde nunc tantae dubitationes[h] dissensiones, disputationes, contentiones apud Christianos, nisi quod potestas et Magistratus non debite agnoscitur et honoratur . Quod nisi fiat tam diu nulla pax et unitas, nullus finis dubitandj et contendendj erit[i], sed de malo in peius procedent[2] partes, et erit horribilis confusio rerum omnium, unde spero vos[k] diligentius audituros, sicut et ego statim cum singulari diligentia, talem materiam ex fundamento tractare [volo][l] [?], sicut fortasse nunquam hoc loco tractatum fuit[m].

Vt autem recte ordiamur et reliqua sequentia melius fundentur, bonum et utile iudico, ut primo vobis proponam considerandas istas quaestiones. Primo, An in mundo[n] sit et debeat esse Magistratus? 2.do An homo potestatem habeat super syluestres et irrationales Creaturas. 3º An deceat ut unus homo alteri dominetur? 4.to An Christiana libertas permittat esse superiores qui suam exerceant potestatem libere in fratres fideles? 5to An teneamur utrique magistratui spirituali et Ciuili subesse et obedire? 6.to De spirituali potestate specialiter agendum, quousque se extendat et quid a nobis requirat, an sit conformis[o] in omnibus praelatis etc. Hodie initium tantum faciemus et ingressum.“ Deinde magistratus inter homines exstare debere tum ex sacra Scriptura tum ex ipsa ratione ostendit; tandem ex evangelio

a) *Sequitur* quia, *oblitt.* b) cessant *libr.* c) *Correctum ex* statim. d) *Hoc v. C. ipse supra vers. scripsit.* e) *Haec 3 vv. C. ipse scripsit supra vv. librarii:* Non repetam. f) *Hoc vel aliquid simile supplendum esse videtur.* g) *Sequitur* cum; *quod delendum fuisse vv. sqq. ostendunt.* h) *Verbum supra vers. scriptum.* i) *Correctum ex* erat. k) *A libr. corr. ex* post. l) *Aut hoc vel simile v. supplendum, aut* tractabo *ex* tractare *corrigendum esse videtur.* m) *C. postremae huic sententiae in margine ascripsit:* Ab attentione. n) *Duo vv. sqq. ab ipso C. supra vers. scripta sunt.* o) *Hoc v. C. sua manu scripsit super* eadem, *quod libr. scripserat.*

---

[1] Quae sequuntur, usque ad „confusio rerum omnium“ incl., vulgata sunt a *Riess* l. c. 336[3]. [2] Cf. 2 Tim 3, 13.

diei, quod de Christo e Petri navi docente ac de illa piscium captura et de Petro ad „homines capiendos“ vocato est, exponit, quid magistratus sacri civilesque praestare debeant quidque ipsis praestari oporteat; maximam autem operam in primatu romani pontificis explicando et illustrando ponit (Cod. „Can. X. Y“ f. 1^a—7^a).

„2ª concio de magistratu“ „Dominica 6 Matt. 5. de iustitia Christiana“ (verba „Dominica“ etc. ab ipso Canisio scripta sunt). Quod evangelium (Mt 5, 20—24) legebatur (*Hoeynck* l. c. 234) „Dominica VI. post Octavam Pentecostes“ (de qua Dominicarum significandarum ratione v. *Can.* III 621 [1] et *Hoeynck* l. c.) sive 18. Iulii 1563. Canisius de potestate magistratibus a Deo tributa et, ex evangelio diei, de temporis calamitate remediisque eidem adhibendis dicit; „quia instituenda processio“ adversus pestilentiam; „vnus peccauit, unus peniteat; si omnes, nemo grauetur ad communem venire processionem“ (l. c. f. 7^a—13^b).

„Jn processione contra pestem instituta“ [a]; sine die. Exorditur: „Prudens facile intelliget cur dictum Euangelium mihj proposuerim“; breviter Lc 11, 5—10 (—13?) exponit; deinde „de his quae fiunt in hodierna processione“ agit; eam „in Verbo Dej fundatam“ esse, et „quis usus“ eius esse debeat ostendit; eam et ecclesiasticis et civilibus magistratibus iubentibus institutam esse ex ipsius verbis intellegitur. „Jn Ecclesia maior pars orationis consumitur.“ „Jn processione seruamus ordinem ut suo loco eant scholastici, clerici, viri, mulieres.“ „Wir haben das geleut.“ „Addimus Letaniam sicut ante mille annos fuit adhibita“; litanias autem „Omnium Sanctorum“ significari patet ex proximis Canisii verbis. De huiusmodi „processionum“ ritu v. *Hoeynck* l. c. 180—182; in iis orationem habere officium erat contionatoris cathedralis (*Braun*, Bischöfe III 130. *Hoeynck* l. c. 180). Processionem hanc inter 18. et 22. Iulii 1563 habitam esse colligitur ex iis, quae in codice hanc contionem et antecedunt et sequuntur (l. c. f. 13^b—17^a).

„Magdalena.“ S. Mariae Magdalenae dies (22. Iulii) in dioecesi augustana ex „festis de praecepto“ et eiusdem dignitatis, ac dies S. Ioannis Baptistae et dies SS. Petri et Pauli, erat (*Hoeynck* l. c. 258 287 288). Canisius contionatur de evangelii verbis, quibus Christus pharisaeum illum reprehendit: „Vides hanc mulierem?“ (Lc 7, 44.) Quae 1. „ad Symonem [pharisaeum; cf. Mt 26, 6; Mc 14, 3], 2 ad hypocritas 3 ad nouos Christianos 4 ad vngeschichte Catholischen“ (haec verba ipse scripsit) accommodat. Contionem sic exorditur: „Hodiernum festum unum est ex illis quae nouus mundus parui facit et celebrare non curat, sondern gar dohin fallen lafst“ (postrema 5 verba Canisius ipse scripsit). „Non possum nec uolo hic defendere pseudoCatholicos, qui propter mundum uel lucrum uel timorem hoc festum negligunt, in eo laborant et nouo mundo se conformant.“ Paenitentiam commendat (l. c. f. 17^b—21^b). Vide etiam infra monum. 459.

Ante d. 25. Iulii multa Suebiae monasteria perlustrare coepit; d. 31. Iulii Augustae fuit; deinde monasteria invisere in iisque contionari perrexit; unde d. 14. Augusti vel paulo ante Augustam rediit (v. supra p. 301 et infra monum. 605 606). Num autem 1. Augusti, quae erat Dominica IX. post Pentecosten, in ecclesia cathedrali contionatus sit, certo non constat.

„Assumptionis“ (15. Augusti, eo anno etiam Dom. XI. post Pent.). „Hac dominica intendo nihil docere uel praedicare aliud, quam quod ad festum Dominae nostrae spectat, et ita uolo praeterire quae inchoauimus de magistratu tractare et ob breuitatem temporis seponemus Euangelium Dominicale“; die enim Assumptionis B. M. V. in ecclesia cathedrali ante missam sollemnem „processio“ habebatur; eodem die „benedictio herbarum“ fiebat (*Hoeynck* l. c. 168 179). „De quo magis praedicandum esset, quam de Maria in tali mariae festo, et in tali Mariae templo.“ Hunc Mariae diem sollemnius quam ceteros agi oportere, eo quod Mariae tum anima tum corpus in caelum recepta sint, atque ipsa super omnes sanctos sit elata. Hoc festum „semper insigni deuotione a maioribus est celebratum immo et 30 diebus singularibus orationibus et laudibus transactum, Sicut nullum aliud festum in toto anno“ (l. c. f. 21^b—27^b). Vide etiam infra monum. 450 465.

a) institutam *comm.*

„3 Contio de Magistratu." Praeterijt tempus aliquod, quod ob meam absentiam nihil tractatum est, de materia quam ante aliquot septimanas inchoaui cum promissione de illa prosequenda[a]. Haec materia non est alia quam de magistratu. . . . Nunc quia spero per Dei gratiam officium meum in praedicando continuare sine impedimento" statui „materiae inchoatae insistere". Magistratus hominibus necessarios esse ostendit; deinde ex evangelio publicani „ascendentis in templum" (Lc 18, 9—14) catholicam de hominum iustificatione doctrinam copiose confirmat simulque protestantium de „sola fide iustificante" doctrinam refellit. Quod evangelium quia in dioecesi augustana Dom. XII. post Pent. legebatur (*Hoeynck* l. c. 234), haec contio 22. Augusti 1563 habita est (l. c. f. 28ª—33ᵇ). De qua vide etiam infra monum. 479.

„4 Concio de potestate Ecclesiastica necessaria in festo S. Barthol." (verba ab ipso Canisio scripta); quod festum 24. Augusti et ex „festis de praecepto" erat (*Hoeynck* l. c. 286—288). Canisius in exordio dicit demonstraturum se, adhibendo etiam evangelium diei: „Spiritualem magistratum in Ecclesia esse oportere nec sufficere Ciuilem" (l. c. f. 34ª—38ᵇ).

„5 contio de magistratu." Ostendit potestatem ecclesiasticam „excellentiorem esse quam ciuilem", proferendo imperatorum Constantini Magni ad concilium nicaenum, Theodosii secundi ad concilium ephesinum, Basilii Macedonis ad oecumenicam synodum VIII. dicta (vide supra p. 78[3 4]), S. Ambrosii in Theodosium imperatorem severitatem. Sequitur evangelii, quod de homine surdo et muto (Mc 7, 31—37) erat, copiosa explicatio, cuius postrema parte (ipsius Canisii manu scripta) docetur, „Quomodo hinc discit homo se gerere hoc pestis tempore", et auditores monentur, ut in eo periculo cautionem adhibeant, Deum precentur in eoque confidant, paenitentiam agant. Contionem Dom. XIII. post Pent. sive 29. Augusti 1563 habitam esse ex evangelio (*Hoeynck* l. c.) intellegitur (l. c. f. 38ᵇ—47ª). De qua vide etiam infra monum. 451.

„Sexta Concio." „Pergemus nunc in eo quod coepimus proxime declarare, an et quomodo Ecclesiasticus magistratus Ciuilem excellat. Et hoc non potest melius intelligi nisi considerando fundamentaliter[b] priuilegia[c] et libertates, quae Deus ipse dedit Ecclesiasticis magistratibus, unde uolumus illa inquirere et proponere, sicut hoc tempore ualde refert talem potestatem in debito honore habere, quicquid nobis sectae contra garriant." Quibus honoribus Deus sacerdotum ordinem afficiat, exponit; atque ex evangelio Dominicae XIV. post Pentecosten, quantopere homines caritate indigeant et qua ratione eam sibi comparare debeant, ostendit. Contio igitur 5. Septembris 1563 habita est (l. c. f. 44ª 47ᵇ—49ª; 146ᵇ—151ª). De qua vide etiam infra monum. 466.

„Natiuitas Mariae" (8. Septembris, ex „festis de praecepto"). Dolet protestantibus eum diem non esse sollemnem vel tantum esse semisollemnem; sollemnitatem eius propugnat; Mariae dignitas et virtutes; eadem invocanda. Posita sunt duo commentaria diversis manibus scripta, utrumque Canisii manu correctum (l. c. f. 151ᵇ ad 156ᵇ).

„Septima Contio." Magistratus ecclesiasticos valde honorandos esse exemplis tum ex Testamento veteri novoque tum ex historia ecclesiatica prolatis ostendit; evangelium diei (Dom. XV. post Pent. = 12. Septembris 1563) exponit; auditores monet, ut proximis „quattuor temporibus" (15., 17., 18. Sept.) orent et ieiunent. De „Domo Austriaca" affirmat: „Nulli cedit familiae, sed habet plus splendoris, potestatis in orbe Christiano quam ullus princeps" (l. c. f. 49ª—57ᵇ). Vide etiam infra monum. 452 460.

„Nona[d] [?] Contio de exemplis res ecclesiasticas uiolantium."[e] Quantopere Deus eos puniat, exemplis illustrat. Habitane est Dom. XVI. post Pent. = 19. Septembris 1563? Certe eo die, ut ex evangelii expositione patet, habita est contio, quam Canisius ipse „Dominica 15" [post Octavam Pentecostes] inscripsit, et in qua

a) *A Can. ipso corr. ex* continuanda, *quod libr. scripserat.* b) *Verbum a Can. ipso additum.* c) *Duo vv. sqq. ab ipso Can. addita sunt.* d) *Sic; sed scribendum fuisse videtur* Octaua; *cf. infra p. 823. Nisi scriptum sit* Noua. e) uiolantia *libr.*

ex evangelio diei tum pauperes tum divites „aduersus nimiam uentris corporisque curam" munire studuit (l. c. f. 57[b]—59[b] 157[a]—160[a]).

„Jn festo D. Mathei" (21. Septembris); ex evangelio diei ostenditur 1. „Christi benignitas; 2. Conuersio peccatoris Mathaei" (l. c. f. 160[b]—162[b]).

Non comparent contiones ad Dom. XVII. post Pent. sive 26. Septembris 1563, vel ad dies Dedicationis ecclesiae cathedralis et S. Michaëlis archangeli (28. et 29. Septembris) spectantes; et aliunde intellegitur, Canisium sub hoc tempus Monachii et Dilingae fuisse; v. infra monum. 503 525.

„Decima[a] [?] Contio." Exponet, „quid de illis sentiendum, qui temere se immiscent in res Ecclesiae" et ecclesiae bona auferunt, destruunt etc. Deinde sermonem convertens ad „Euangelium Dominicae 17" [post Octavam Pentecostes = 3. Octobris 1563] et ad pestilentiam, quae urbem urebat: „Circa Euangelium", inquit, „dicam, quomodo nobis possit et debeat seruire hoc tempore cum nos affligit grauis infirmitas, ut nobis det consolationem et doctrinam" (l. c. f. 59[b]—64[b]). Vide etiam infra monum. 480.

„11[b] [?] Contio." „Hic exoritur quaestio, quid de auaris sentiendum, qui secreto uel aperte subtrahunt Ecclesiae iura, libertates et bona . . . De hac quaestione proxime diximus ostendendo quod tales peccant et grauiter quidem supra alios fures et raptores . . . Nunc procedendo uideamus: Quid accidit his qui furtum reportant (quomodo Deus eos persequitur horrendis et seueris iudicijs . 2 Cur non sit satis Christianos credere, sed etiam debeant diligere, et diligendo legem seruare 3 quid pertineat ad ueram dilectionem sicut mandatum requirit." „Dominica 18. [post Oct. Pentec. = 10. Octobris 1563, ut ex evangelio intellegitur] Mat. 22." Magna commentarii pars ab ipso Canisio, complura alia a P. Guilielmo Elderen scripta sunt (l. c. f. 64[b]—68[a]).

„11. Concio de Magistratu" (P. Elderen haec scripsit). „Nunc tempus est respondere obiectioni, quam nouus mundus solet saepe contra praedicta omnia habere in ore, et temerarie utitur ubi et quando sermo est de honore sacerdotibus debito, praecipue in ipsorum praeceptis et statutis. Dicunt enim . quid nobis cum huiusmodi statutis humanis impositis a papistis, sunt mandata hominum[1] et traditiones[2], de quibus Jsaias imo Christus ipse . Frustra me colunt, docentes seruare praecepta hominum[3]. Jtem oportet magis obedire Deo quam hominibus[4]." Dein ex evangelio diei (Dom. XX. post Pent. = 17. Oct. 1563) docere intendit, „quomodo se habere debeat Christianus, qui uult certus esse de peccatis remissis . 2 qui tempore egritudinis uult Christum habere medicum suum, sicut Paraliticus habuit sanatus ab illo in corpore et anima". Ubi etiam exponitur, „quomodo differenter consoletur Ecclesia et nouus mundus peccatorem in anxietate conscientiae" (l. c. f. 68[a]—74[a]).

„De nuptijs Mat. 22" (evangelio Dom. XXI. post Pent. = 24. Octobris 1563) et „12 Concio de Magistratu." „Nunc pergemus et tractabimus aliam obiectionem, qua nouus mundus saepe utitur ad excusandum suam rebellionem contra Ecclesiasticos. Dicunt enim et scribunt: Lex Euangelica, quia lex est libertatis[5] liberat nos a iugo praeceptorum et traditionum, quibus praelati et concilia uolunt nos premere et cogere . 2° dicunt. Satis est Christiano illa seruare, quae promisit in baptismo et ad salutem perducunt. Sed obseruando Decalogum saluantur . secundum illud . si vis ad uitam[6]. Quid igitur opus alijs praeceptis . . . Deinde dicetur de Euangelio quantum tempus permittet, praecipue autem quomodo hoc Euangelio conuincat Christus mundum, quod suo uitio relinquatur a Deo et in

a) *Sic; sed scribendum fuerat* Nona; *v. infra* („11. Concio de Magistratu." „12 Concio de Magistratu"). b) *Sic Can. ipse scripsit; v. adnot. a.*

[1] Mt 15, 9. Cf. Is 29, 13. [2] Mc 7, 8. Col 2, 8.
[3] Mc 7, 7. Cf. Is 29, 13; Mt 15, 9. [4] Act 5, 29.
[5] Ic 1, 25; 2, 12; cf. 2 Cor 3, 17; Gal 4, 31; 5, 13 etc.
[6] Sequitur „ingredi, serva mandata": Mt 19, 17.

perpetuum pereat[a]. ut e multis uocatis pauci etiam fideles saluentur cum electis[1] (l. c. f. 74[b]—76[a]. Canisius multa, Elderen reliqua scripsit).

„Jn festo Simonis et Judae" [28. Octobris]. „Nunc . . . adducemus aliam obiectionem quae quotidie auditur a Neochristianis ad infirmandam negandam et tollendam hanc obedientiam. Citant uerbum ex 5 lib. Mosi c. 12 et c. 4. Non addetis ad uerbum quod uobis loquor, nec auferetis ex eo[2]. Cur ergo uos additis uestros canones et statuta Episcopalia. nonne sufficit scriptura, ut sit homo Dei instructus ad omne bonum[3] . . . Cur ergo contra mandatum dei facitis[b] istas multiplices additiones in Concilijs etc. 2 quia celebramus festum Apostolorum, dicemus quomodo in his et similibus festis consideranda sit charitas Christi erga Apostolos, et horum erga Christum" (l. c. f. 78[b]—80[a]. Canisius ipse commentarium hoc scripsit).

„Euangelium de Regulo Dominica 21" [post Oct. Pent. = 31. Octobris 1563]. „Quomodo Christianus ueram fidem habere, augere et consummare debet?" Et „De magistratu". „Nunc adhuc aliud afferemus argumentum in quo occultat sathan suam fraudem, et multi decipiuntur. Sic enim dicunt noui [eius?] socij. etiam posito, quod Ecclesiastici possint facere leges et ordinationes et quod essent obseruande quatenus non contra uerbum Dei militant nec praeiudicant saluti animae, sicut Paulus multas leges fecit in Epistolis. Tamen non deberent uti hac potestate (non profuit tamen nec prodest hoc tempore urgere et defendere [eam]) quia plus nocet quam prodest. Est enim periculosum dare occasionem fidelibus peccandi et grauandi conscientiam" (l. c. f. 80[b]—86[a]). Vide etiam infra monum. 453.

„Jn festo Omnium Sanctorum" [1. Novembris]. De ratione festi, Sanctorum intercessione et invocatione. „Christus orat pro nobis, quanto magis sancti, qui debent se capiti conformare" (l. c. f. 86[b]—91[b]).

„De Purgatorio" [die Commemorationis omnium fidelium defunctorum sive 2. Novembris; v. *Can.* II XXXVIII—XLII; III 617]. „Annis praeteritis multa dixi de hac materia, et nunc paucis ostendam, quid Ecclesia credat et teneat." . . . „Quomodo antiqui et noui fideles differenter se habent circa fideles defunctos?" „Noua doctrina cum suis sequacibus . . . fere se habet, sicut cum asini sepeliuntur Hieremiae 22[4]. Deest crucis signum, lumina, ceremoniae, nulla oratio, nulla deuotio, memoria, praesertim si non diuites sepeliuntur." In margine Canisius ipse notavit: „Sine lux sine crux" (l. c. f. 92[a]—96[b]).

„Nunc proponam aliud ipsorum [i. e. „hostium Ecclesiae"] argumentum quod urgent admodum obijcientes hanc Pauli sententiam. Nemo uos iudicet[5] etc." In eadem contione iniuriarum condonationem commendat, exponens „Euangelium de seruo debitore Matt. 18" [Dom. XXIII. post Pent. = 7. Novembris 1563]. Posuit autem duas evangelii expositiones; quarum alteram ipse inscripsit: „Melior tractatio Euangelij." In priore hominem iratum ita loquentem inducit: „Valeat, nihil mihi cum illo, non obliuiscar, si non possum ulcisci, non loquar, non curabo de illo. Deus puniet[c], pestis illum inuadat, perdant illum daemones, elementa, Sacramenta, si possem illum a cruce liberare, uel illi in morte succurrere, non exirem, non redimerem illum uno obolo" (l. c. f. 97[b]—103[b]).

Die 7. Novembris 1563 vel paulo post Canisius Dilingam petiit, unde etiam Weissenhornium excurrit; Augustam autem post medium m. Novembrem rediit; v. supra p. 377 396—397.

„Dominica Vltima" [post Pentecosten = 21. Novembris 1563]. „En nobis prae manibus Dominica ultima totius anni [ecclesiastici] post quam sequetur Domi-

a) *Decem vv. sqq. ab ipso Can. addita sunt.* b) facites *Can.* c) *Sic; corrigendumne* puniat?

[1] Mt 20, 16. [2] Dt 4, 2; cf. Dt 12, 32. [3] 2 Tim 3, 17.

[4] „Haec dicit Dominus ad Ioakim filium Josiae regem Juda: Non plangent eum: . . . Sepultura asini sepelietur": Ir 22, 18 19.

[5] Sequitur: „In cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniae, aut sabbatorum, quae sunt umbra futurorum; corpus autem Christi": Col 2, 16 17.

nica prima [Aduentus] secundum laudabilem institutionem et ord. receptum Ecclesiae. Cogitaui autem hoc die concludere materiam quae hactenus prolixe tractata est de obedientia Superioribus Ecclesiasticis debita, si uolumus seruare praeceptum quartum Decalogi. Honores quantum uelis patrem et matrem, nisi honores etiam dein selsorger et ordinatos praelatos non es filius Dei et ouis Christi et nihil prodest alia obseruare nouem praecepta. Nunc uolo unum adhuc adducere argumentum, quod solent clamorose urgere ad populum, et infirmos illud offendit. Esto quod Christiani debent obedientiam matri Ecclesiae et praelatis eius quatenus docent et iubent licita et honesta non pugnantia cum uerbo Dej. Sed quae faciunt ad disciplinam et concordiam et politiam in populo Dei[1] necessariam sicut Paulus iubet[2]. Quomodo autem potest excusari quod uos Catholici praedicatis et creditis, quod Ecclesiae et praelatorum uestrorum instituta et praecepta homini prosunt ad placandum Deum, ad promerendam gratiam, et satisfaciendum pro peccatis, et ita tribuitis uestris operibus plus quam Christi meritis, plus rebus externis quam iustitiae fidej[3], per quam iustificari et saluari debemus. Ad hoc primum respondebo. 2° Circa Euangelium [Mt 9, 18—26] uidebimus, quid in tentatione et tribulatione homini agendum cum foris aut intus angitur, si uelit[a] cum Jairo et Emoruissa a Christo gratiam et consolationem consequj" (l. c. f. 104[a] — 107[a]).

„Dominica prima Aduentus" [28. Novembris 1563]. „Cogitaui . . . per hunc aduentum non tractare sicut hactenus factum est de decalogo, sed aliquid aliud prae manibus accipere. Jn hebdomada quidem uolo continuare secundum caput Jonae prophetae qui nobis etiam ad hoc tempus bene seruit[b]. Hic debeo mihi timere paucos uenturos ad contiones . alijs est frigidius egredi. Et uere magnum et periculosum frigus, ubi Christianus tam facile sinit se a dei verbo et seruitute [auerti][c]. Ioan. 8[4]. Alij timent si ueniant ad alios et in contionem[d], ne inficiantur peste[5]. Sed dico Nescitis cuius spiritus estis[6]. Modice fidei quare dubit[asti][7]. Deo seruire et orare et audire verbum non nocere potest sed prodest corpori et animae. Quid tractabimus dieb. festis hoc loco. Manebo circa Euangelium, sed alio modo quam hactenus obseruauj. Proponam semper quaestiones aliquot quibus summa contineatur. Secundo puncta quaedam notabo quae occasionem praebeant meditandi, quae hoc tempore maxime cogitanda et meditanda sunt. 3º Semper accipiam unum peccatum et illud explicabo. Quid autem me ad hoc faciendum moueat, certe quidam mirabuntur; unde primum [me] excusare et rationem reddere mei instituti [volo]. . . . Loquar[e] . . tantum de Catholicis modo, qui manent circa unitatem et obedientiam ueteris Ecclesiae. Cur[f] hi sepe audiunt verbum dej et legunt, nec proficiunt magis, et tenent cerimonias, manent tamen ijdem uno anno sicut alio, in aduentu sicut extra . 3 Licet habeant fundamentum, tamen deficiunt in superstruendo[8] . 4 ex consuetudine faciunt magis quam ex deuotione omnia. Cogitaui de causa huius morbi et uidetur[g] triplex mihi assignanda. Prima quod (tales hic[h] fere omnes sumus) parum aestimamus peccata nostra, 2° in orando negligentes . 3° Jn meditando imperiti manemus nescientes nos exercere in meditandis spiritualibus." Auditoribus igitur serio commendat „meditationem spiritualem", „ut saltem toto die imo in 24 horis offeratis deo unam horam in salutem animae semper uicturae sicut impenditis multas horas ad corpori seruiendum, quod mortale

a) *Ita Can. sua manu correxit ex* angitur, et. b) *Quae sequuntur, usque ad* hoc loco *incl., ab ipso Can. in marg. addita sunt.* c) *Hoc vel aliquid simile supplendum esse res ipsa ostendit.* d) contione *Can.* e) *Hoc v. et quae sequuntur, usque ad* Cogitaui *excl., ab ipso Can. scripta sunt.* f) Quur *Can.* g) *Sequitur* esse, *a libr. oblitteratum.* h) quod tales (hic *libr.*

[1] Hebr 11, 25. 1 Petr 2, 10 etc. [2] Hebr 13, 17. 2 Cor 2, 9. Col 4, 10 etc.
[3] Rom 4, 11 13; cf. Phil 3, 9; Hebr 11, 7 etc.
[4] „Qui ex Deo est, verba Dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis" : Io 8, 47.
[5] Urbs tunc pestilentia, haud ita tamen vehementer, urebatur; v. supra p. 399.
[6] Lc 9, 55. [7] Mt 14, 31. [8] Cf. 1 Cor 3, 9—15.

est et cito in cinerem reuertetur". Meditatio instituenda „De Trinitate . Christo". „De promissionibus Dei antiquis. De miseria mundi ante Christum natum" etc. Deinde evangelium et epistolam diei explicat; vellet etiam „de acedia" dicere; sed, ne nimis longus sit, die S. Andreae de hac dicet (l. c. f. 107[b]—121[a] 125[b]—127[a]). Ad eandem contionem vel ad alteram eodem die habitam pertinere videtur commentarium in Cod. „Can. X. S." f. 2[b]—6[b] positum, quo idem evangelium exponitur et sacri huius temporis ratio explicatur.

„Jn festo Andreae" [apostoli = 30. Novembris 1563]. Incipit: „Jn disem kurtzen Euangelio beschreibt Math." etc. De „dignitatibus et priuilegiis Apostolorum"[1]. „Quomodo utendum festo": 1. Ad confirmandam fidem. 2º „Orandum pro propagatione[a] et conseruatione [fidei], Jn ansehung wie das der dritte theil der welt abgefallen ist von disem glauben, Das man auch die Apostlen nit mehr kennet an den orten do sie gelebt vnd gelernt haben, Ja aller apostlen kirchen sein gefallen, allein sandt Petri Kirchen aufsgenommen, welche auch darumb billich Apostolica genant wirdt . Math. 16" [Mt 16, 13—19] (l. c. f. 121[b]—125[a] 196[b]—199[b]).

„Jn Caput . 2 . Jone." Incipit: „Jch verhoffe, es werde niemandts sich beschweren, das ander capittel Jone zuhoren Dieweil ir so willig vnd vleissig dafs erst gehoret haben jn quadragesima." Quae in primo capite Ionae narrantur, repetit; Deum in inoboedientes severe animadvertere, poenitentium misereri ostendit. Sine die. Feria vel II., vel IV. hebdomadae primae Adventus sive vel 29. Novembris vel 1. Decembris 1563 hanc contionem habitam esse dixeris, si huius hebdomadae contiones cum contionibus proximarum hebdomadum contuleris (Cod. „Can. X. S." f. 9[a]—10[b]). Quod si feria II. haec dicta esse censueris, Canisium feria IV. alteram de Iona contionem habuisse atque ad hanc verba illa spectare dixeris, quibus Canisius Dominica II. Adventus contionem exorsus est: „Die nechste vergangene Predig, ist darauf gangen, das wir in gemein, sollen wissen, was ein frommer Christ zubedencken hat, bei den wortten, do Jnnen die schrifft sagt, Jonas hab gebetten zu Gott seinem Herren vom Bauch des fisches" [Ion 2, 2—10] (l. c. f. 16[a]).

„Dominica 2[a] Aduentus" [5. Decembris 1563]. Ex evangelio diei (Lc 21, 25—33; cf. *Hoeynck* l. c. 55) auditores docet, quomodo sacri Adventus tempore ita debeant uti, ut non solum in primo Christi adventu fiduciam collocent, sed etiam alterum eius adventum timeant. 2.) Quid de fine mundi credere debeant. 3.) Quid de articulo fidei „Inde venturus est" etc. (l. c. f. 11[a]—15[b]). Vide etiam infra mon. 467.

Concio sine die. De S. Nicolao episcopo (cuius dies ex „festis de praecepto" erat [*Hoeynck* l. c. 287 288]). Unde contionem 6. Decembris 1563, quae tunc erat feria II. hebdomadae II. Adventus, habitam esse cognoscitur. In eadem contione fideles ex priore parte precationis Jonae (Ion 2, 2—5) ad orandum Deum et ad fiduciam in eius misericordia collocandam monentur (l. c. f. 16[b]—23[a]).

„Conceptionis Mariae" [8. Decembris 1563; feria IV.]. Mariam sine peccati labe conceptam esse demonstrat; vitae integritatem sanctitatemque commendat; Ion 2, 6 7 exponit (l. c. f. 23[b]—27[a] 31[b]—33[a]). Vide etiam infra monum. 481.

„Am dritten Sontag" [im Advent = 12. Decembris 1563]. Evangelium diei (Mt 11, 2—10)[2] ad fidem confirmandam et vitam emendandam esse adhibendum. „Deficit quotidie probitas[b]. Crescit autem luxus[c] fastus pompa exterior in Rusticis ciuibus et Nobilibus et spiritualibus." Atque ad laudem, quae in hoc evangelio S. Ioanni Baptistae ob severam vitae disciplinam a Christo tribuitur, Canisius adnotat: „Aliter laudat christus quam nouus Mundus, qui nunquam laudaret talem Joannem sed rideret potius et reprehenderet, ut stultum[d]. Non ualent opera nisi a Deo praecepta, quomodo igitur laudaret Joannem, imo contempneret[e] pro Monacho imperito" (l. c. f. 27[b]—31[a]).

a) progatione *libr.* b) probeidas *libr.* c) luxos *libr.* d) *In cod. a libr. correctum ex* et repenteret, uel Dei. e) contemptarint *libr.*

---

[1] „Nunc etiam nouus mundus retinet Apostolica festa, et alia fere abrogat, aut nihil ducit." L. c. f. 196[b]. [2] *Hoeynck* l. c. 55.

Exponit Ion 2, 7. Sine die. Contio feria II. post Dom. III. Adv. sive 13. Decembris 1563 habita esse videtur.

„Feria 4 Dominicae 3.“ [15. Decembris 1563]. Ieiunium quattuor temporum ipso hoc die incohatum commendat; evangelium diei explicat; Ion. 2, 7 8 interpretatur: Ionae lamentatione audita, etiam eius consolationem esse audiendam atque ex ea discendum, res adversas donum esse Dei, et Christum mortuos ad vitam suscitando magno nos solacio afficere etc. (l. c. f. 35^a—39^a).

„Dominica 4.“ [Adventus = 19. Decembris 1563]. Evangelio breviter exposito: „Nunc“, inquit, „seponam Euangelium et incipiam tractare noui aliquid quod ad festum [Natiuitatis Christi] seruire nobis posset, nihil autem melius inuenio quam de regno Christi.“ Iam igitur „de persona Regis“ et de animorum ad eius diem festum parandorum ratione dicit. Deinde ex Ion. 2, 9 („Qui custodiunt vanitates frustra“ etc.), vanitates, quae sint et quomodo spernendae, exponit (l. c. f. 39^b ad 43^b).

„Secunda Concio de Regno[a] Christi.“ Sine die. Christus etiam ut homo est, regibus omnibus est maior. Omnibus eucharistiam sumentibus historia Thomae apostoli et in ipsa sacramenti sumptione et post eam consideranda et de eadem exempla capienda. Unde patet, contionem die S. Thomae sive 21. Decembris habitam esse (l. c. f. 43^b—48^a).

Contio de precationis Ionae verbis postremis (Ion 2, 10). Deum laudandum esse monet. Votorum rationem exponit eademque defendit. „Spirituales faciunt uotum quod uolunt esse eunuchi[1] et crucifigere carnem[2] ut[b] melius Deo seruiant casti corde et corpore.“ Sine die. Feria IV. hebd. IV. Adventus sive 22. Decembris 1563 habita esse videtur (l. c. f. 48^b—51^a).

„Am helligen Chrisstag“ [25. Decembris 1563]. Quanti dies sit faciendus; quomodo Christus in ipso ortu rex appareat atque exstet; ad quid, pastorum bethlehemiticorum exemplo, dies sit adhibendus (l. c. f. 51^b—58^a).

„An Sant Steffanstag“ [26. Decembris 1563]. Christi ortus duplex. Stephanus, quomodo cives regni Christi se gerere debeant, exemplo docet. Homines etiam ob „peccata aliena“ damnari possunt (l. c. f. 58^a—62^a). Vide etiam infra monum. 461.

„An Sant Joannes tag“ [S. Ioannis Evangelistae = 27. Decembris 1563]. Homines regnum Christi non posse ingredi neque in eo manere, nisi vera fide; eosdem exemplo Ioannis moneri, ut in regno Christi peccata fugiant, caritatem colant, adversa pro Christo sustineant. Virginitatem magni faciendam esse; attamen „magis placet Deo vxor humilis quam virgo superba“ (l. c. f. 62^a—66^b).

„De strena danda.“ „Am neuen Jarstag“ [die sacro Circumcisionis Christi, sive 1. Ianuarii 1564]. „Bei den nechst vergangenen Christlichen festen, haben wir offt und dickh gehandlet, von dem hechsten konig vnd herren christo vnd seinem reich . . . wie wol ich nun habe mit mir bedacht vnd beschlossen, mit disem neuen Jahr, ein neuen Materi fur mich zunemen, nemlich das wir einmal fortfahren mit den zehen gebotten vnd das fünfte gebott erkleren, doch so wil ich[c] noch drej oder vier Predig von disem gemeltem Konig vorlauffen lassen.“ Deinde 1.) de Christi corpore prae reliquis omnibus nobili atque egregio, 2.) de recto usu diei sacri dicit; 3.) ex veteri contionatorum more singulis auditorum ordinibus strenas sacras dat (l. c. f. 66^b—74^a). Vide etiam infra monum. 468 482.

„Dominica ante Epiphaniam“ [= 2. Ianuarii 1564] Christum etiam in rebus ad corpus et ad externa spectantibus gratiis privilegiisque singularibus prae reliquis omnibus regibus insignem fuisse demonstrat; evangelium exponit; de viduis dicit (l. c. f. 64^b—79^b).

„Epiphaniae“ [= 6. Ianuarii 1564]. Cur ecclesia eum diem colat; quomodo Christum quaerere et honorare debeant, qui regni ipsius participes esse velint (l. c. f. 80^a—84^a).

a) Regna *libr.* b) et *libr.* c) *Sequitur* heut, *oblitteratum.*

[1] Mt 19, 12. [2] Gal 5, 24.

Dominica infra Octavam Epiphaniae = 9. Ianuarii 1564. Evangelium exponit; deinde „Von Kinder Zucht" dicit (l. c. f. 84[b]—89[a]).

Canisii scriptor notavit f. 89[a]: „Euangelium de nuptijs omissum est." Dominica enim II. post Epiph., qua id evangelium (Io 2, 1—11) legitur, sive 16. Ianuarii 1564, Canisius Dilingae erat; v. supra p. 437 441.

Sequitur (l. c. f. 89[b]—91[a]) expositio evangelii Dom. III. post Epiph.; haec igitur 23. Ianuarii 1564 dicta sunt; atque haec tractatio, ut omnino videtur, praeposita est contioni inscriptae „Non occides", qua, tempore non ascripto, ostenditur, „quare nobis debeat esse carum et commendatum" quintum Decalogi praeceptum (l. c. f. 166[a]—167[b]). Nam altera quidem haec tractatio in codice non est coniuncta priori, neque in serie contionum inde a Dominica I. Adventus sibi succedentium comparet, sed una cum reliquis contionibus V. praeceptum spectantibus post contionem diei natalis S. Ioannis Baptistae posita est; eam tamen Dom. III. post Epiph. habitam esse ex eo colligitur, quod manus (ignota), qua scripta est, in serie illa contionum ibi primum apparet, ubi huius Dominicae evangelium exponitur; in qua sententia confirmant me ea, quae in secunda contione de V. praecepto habita dicuntur. De hac contione vide etiam infra monum. 454.

„Dominica Septuagesimae" [30. Ianuarii 1564]. Evangelium exponens ostendit, quam non recte protestantium magistri de operibus bonis sentiant. Eodem pertinet, ut omnino videtur, „Secunda concio de homicidio", cui dies ascriptus non est. „Primo tractabo sicut dixi de vero intellectu[a] huius praecepti, 2º de ordine ecclesiae in hac dominica[b] considerando" (f. 91[a]—95[a] 167[b]—170[a]).

„Purificationis" [Beatae Mariae Virginis = 2. Februarii 1564]. Diei sacri rationem rectumque usum proponit et morem candelas benedicendi in sacraque pompa gestandi defendit (l. c. f. 95[a]—100[b]).

„Sexagesima" [6. Februarii 1564]. Evangelium diei potissimum adversus protestantium contionatores convertit, demonstrans, eos pravos esse satores, quippe qui verbum Dei corrumpant, abiciant, semina nocentia ei admisceant. Cui expositioni iuncta esse videtur „Tertia Concio" de V. praecepto, qua docetur, quomodo homines corpora eorumque membra conservare debeant, et qua ratione aliqua, quae in Sanctorum vitis narrentur, cum doctrina illa conciliari possint (l. c. f. 100[b]—104[a] 170[a] ad 171[b]). Vide etiam infra monum. 446.

„Quinquagesimae" [13. Februarii 1564]. De proxima „sacra Quadragesima"; quomodo Christiani Bacchanalium tempore simul et laetari et Deo placere possint; acriter invehitur in „larvatos", „ebriosos", „ventri servientes". Atque huic contioni iuncta erat, ut videtur, „Concio Quinta" [scribendum fuisse videtur „Quarta"] de V. praecepto; in qua magistratui hominum occidendorum potestatem esse comprobatur. „Quomodo mali timerent Magistratum nisi haberent gericht, recht, vrthel, straff, —[c], gefencknufs, hencker, galgen, reder et similia arma contra malefactores?" (l. c. f. 104[b]—106[b]; 171[b]—173[b]).

„Quadragesimale Anno 1564. Die Cinerum" [16. Februarii 1564]. „Nichil hodie adferam de Jona propheta, vt haec prima Contio sit tantum generalis quaedam admonitio et introductio ad sequentes in quibus Jonas deinde tractabitur sicut promisi." „Vobis uiam ostendam ex Aegipto fugiendj[1] 2 quo ueniendum in desertum[2], 3º quid illic primum faciendum." Auditores monet, ut a protestantibus, quippe qui Quadragesimam parvi pendant, se segregent eamque cum animorum demissione ex sui ipsorum cognitione orta, rerum vanarum contemptione, paenitentiae studio agant. „Dicit Ecclesia ab hoc die cessandum esse ab esu carnium"; „claudit altaria[3]. Jmaginem de passione Christi representat" (Cod. „Can. X. Z" f. 3[a]—6[b]).

a) intellecto *libr.* b) dominico *libr.* c) *Verbum obscurius scriptum.*

---

[1] Cf. Ex 13, 17—22; 14, 5 etc. [2] Cf. Ex 15, 22; 16, 1; Mt 4, 1 2 etc.
[3] Cf. *Can.* III 650[4].

„Concio prima in Jonam.“ Exponit Ion 2, 11; 3, 1 2. „Si est aliquis non sciens ordinem Ecclesiae uel qui nondum incepit ieiunare et amisit duos primos dies non potest minus facere quin hodie incipiat uiam ingredi. Est prima dies Veneris“ [18. Februarii 1564]. „Sicut promisi, Ionam iterum sumamus prae manibus, ut sit ipse non solum Niniuitis sed etiam nobis eyn vast vnd boefsprediger. . . . Sed video quosdam[a] adesse, qui ab initio me non audiuerunt in explicatione huius prophetae, alij qui audiuerunt, vix poterunt meminisse quid hucusque tractauimus. Vnde vtile fore puto vt primum repetam praecipua capita historiae totius, quam Jonas ipse ab initio describit, et fideles omnes sepe cogitare debent 2°, dicam quomodo Deus mirabiliter se et benigne se ostenderit Jone post factam poenitentiam. 3° quomodo Jonas, exemplum est omnium recte praedicantium verbum et ministrantium Ecclesiae.“ Contionatores debent esse 1.) a Deo ad id muneris vocati, 2.) „Deo reconciliati et in charitate Dei“ constituti (l. c. f. 7[a]—9[b]). Vide etiam infra monum. 469.

„Dominica in Quadragesima“[b] [I. = 20. Februarii 1564]. „Vt breue tempus bene applicemus, cogitaui hodie nihil de 5° precepto secundum morem tractare, sed primum simplicibus exponere, quid antiqui Christiani hoc tempore fecerint, et Ecclesia ante 1000 annos in vsu habuerit, et velit adhuc apud bonos omnes obseruari. 2 in specie dicam de ieiunio, id est quomodo bonus Christianus ad Christi exemplum[1] certare habeat contra immundum spiritum[2], qui a[c] praecepto Jeiunij nos hodie uelit[d] [?] [auertere]. Vnde varios errores circa Jeiunium exortos et vigentes proponam.“ In fine contionis Canisius: „Quemlibet“, inquit, „admoneo ad poenitentiam sicut solebant maiores, in principio quadragesime se reconciliare Deo, et[e]]?] purget conscientiam et accipiat absolutionem. . . . Secundo qui Christianus est et esse vult, sanctificet ieiunium[3] per elemosinam, hoc tempore rigido, in quo magna est miseria pauperum in quibus Christus, esuriens vult cibari, nudus vult vestiri[4], desolatus est et vult consolari. . . . Jeiunium[f] est auis uolans in celum, sed eget 2 alis. Tertio qui Christianus est et esse vult non negligat suum froenvasten[5] et suos etiam vrgeat, hos dies obseruare cum strictiori ieiunio, secundum ordinem ecclesiae, singulariter autem roget dominum messis pro operarijs[6] ordinandis. . . . Quarto qui Christianus est nondum confirmatus in gratia spiritus sancti, sit admonitus ad accipiendum Sacramentum Confirmationis“ etc. Canisius sua manu ascripsit: „Monendi ad obediendum de abstinentia carnium 2 de ieiunio exteriore et spirituali seu generali 3 de ieiunio sanctificando. 2 de mittendis pueris et famulis ad confessionem. 3 de more ueteri se reconciliandi et consultandi quj possent et deberent ieiunare[7].

4 de contione habenda in posterum.

5 de catechismo“ (l. c. f. 11[a]—16[a]).

„Secunda Concio in Jonam“ (Ion 3, 3). „Propositio“: „Quid egerit deus cum Iona liberato. Quomodo moneat Jonas praedicatores. Cur missus solus ad Niniuitas?“ Huic expositioni iungitur explicatio evangelii feriae II. post Dom. I. Quadr. sive d. 21. Februarii 1564 (l. c. f. 16[a]—19[a]).

„Tertia Concio in Ionam“ („Et Ninive erat civitas magna itinere trium dierum“ Ion 3, 3). „Propositio.“ Videamus „illius antiquitatem . 2° nomen, 3 magnitudinem,

a) quosram *libr.* b) Quadragesimam *libr.* c) quis (*vel* quid) a Christiano et *libr.* d) *Vel* uult; uidet *libr.* e) *Sic; fortasse corrigendum* ut. f) *Hoc v. et sqq., usque ad* alis *incl.,, Canisius ipse adscripsit.*

---

[1] Hoc exemplum in evangelio diei (Mt 4, 1—11) proponebatur.

[2] Zach 13, 2. Mt 10, 1; 12, 43. Mc 1, 26. Lc 8, 29 etc.

[3] Ioël 1, 14; 2, 15. [4] Cf. Mt 25, 34—40.

[5] Ieiunium „quattuor temporum“, quod futurum erat d. 23., 25., 26. Februarii.

[6] Mt 9, 38. Lc 10, 2. „Quattuor temporibus“ sacri ordines conferri solent.

[7] De hoc medicos corporum et animorum consulendi more v. *Can.* III 75 ad 76 76[1].

4 potentiam". Canisius singula in urbem accommodat augustanam; quam tamen non nominat; addit brevem expositionem evangelii feriae IV. post Dom. I. Quadr. sive 23. Februarii 1564 (l. c. f. 19[a]—20[a]).

„Jn festo Mathie[a] 2[a] tractatic de Jeiunio." De quo iterum agitur et propter protestantes, et propter catholicos, maxime propter ecclesiasticos (de quibus plura infra monum. 470); refutantur 9 „errores" ieiunium spectantes; S. Mathias in exemplum proponitur; exponitur quomodo evangelium diei (fer. VI. post Dom. I. Quadr.) „ad poenitentiam [excitandam et commendandam] possit seruire". Contio igitur d. 25. Februarii a. 1564 (qui intercalaris sive bissextilis erat) habita est (l. c. f. 20[a]—26[b]). De qua vide etiam infra monum. 462 470.

„De potestate occidendi." „Debemus reuerti ad 5[um] praeceptum." Magistratui potestatem esse occidendi. Quae quibus finibus contineatur et quibus condicionibus astringatur. Sine die. Contio habita esse omnino videtur Dom. II. Quadr. sive 27. Februarii 1564 (l. c. f. 27[b]—29[b]).

De Ion 3, 4 sive Iona Ninivitas ad paenitentiam exhortato. Sine die. Habita, ut videtur, F. II. sive 28. Februarii 1564 (l. c. f. 29[b]—31[a]).

De Ion 4, 5 sive de Ninivitis paenitentiam agentibus. Sine die. Habita, ut videtur, fer. IV. sive 1. Martii 1564 (l. c. f. 31[a]—32[b]).

De Ion 3, 6. Exemplo regis Ninivitarum proposito paenitentiam animique demissionem commendat; deinde, quomodo in usu vestium peccetur, exponit. Contio, ut ex proxima de Iona contione patet, f. VI. sive 3. Martii 1564 habita est (l. c. f. 32[b]—35[a]). Cf. etiam infra monum. 447 459 463.

„Dominica Oculi [i. e. III. Quadr. = 5. Martii 1564]. De Euangelio" [Dominicae, Lc 11, 14—28]. „De satana et obsessis" [atque magis strigisque] (l. c. f. 37[b] ad 41[b]). Gravissima haec contio proponetur infra monum. 476.

In Ion 3, 7. „De mandato illo regio cum fructu cogitando et acceptando" (quo Ninivitae ieiunare iubebantur). „Priusquam vero haec verba exponamus in specie, primo absoluam quod die Veneris incepi dicere, quomodo circa vestes possimus et soleamus peccare." „Dico iterum sicut nuper dixi, quod licet in se peccatum non sit pulchras, speciosas et splendidas vestes portare, tamen multis modis fiet, vt noceant fidelibus." „Valde crescit luxus et fastus in vestibus, imo quidem quo carius constet pannus, eo emunt auidius." Contio habita, ut ex proxima contione colligere licet, feria II. post Dom. III. Quadr. sive 6. Martii 1564 (l. c. f. 35[b] ad 37[a] 42[a]).

„Refutatio errorum circa textum Jonae." „Proponam octo errores noui mundi et ostendam illos ex hoc textu confutari et reijci posse ac debere." Qui errores ad paenitentiam, voluntarias corporis „afflictiones", „timorem servilem", praecepta ecclesiae spectant. Contio habita, ut omnino videtur, f. IV. sive 8. Martii 1564 (l. c. f. 42[b]—44[b]).

In Ion 3, 6—8. Protestantium magistros refutat, qui Ninivitarum paenitentiam falsis infirment Scripturae interpretationibus, dicentes: Regem Ninive, cum ediceret: „Homines et jumenta, et boves et pecora non gustent quidquam, nec pascantur, et aquam non bibant", hoc tantum praecepisse, ut illi cibis exiguis vescerentur, ut panem solum et aquam sumerent; eum, cum Ninivitas „operiri saccis" iuberet, tantum vestes lugubres et inornatas significasse; neque „sedere in cinere" aliud esse, quam demisso animo esse. „Sepe habeo timere ne male accipiant multi, quae adfero de poenitentia sicut amator veteris ecclesiae qui nollem transgredi terminos antiquos[1] sed monstrare viam antiquam Jerem. 6[2]." Sine die. Contio omnino videtur habita esse feria VI. post Dom. III. Quadr. sive 10. Martii 1564 (l. c. f. 47[a]—50[a]). De qua vide etiam infra monum. 464.

a) *Libr. scripsit* Mathei; *sed dies S. Matthaei m. Septembri, dies autem S. Mathiae m. Februario agitur; atque paulo infra in eodem commentario ipse Canisius scripsit:* De historia S. Matthiae.

[1] Prv 22, 28. [2] Cf. Ir 6, 16.

„Dominica Letare" [Dom. IV. Quadr. = 12. Martii 1564]. „Quia sumus in hanc ingressi materiam [de daemonibus eorumque potestate] nec omnia potuimus proxima dominica declarare, nunc mihi proposui, relicto 5 praecepto primo loco tractandum quomodo Christiani, demoni et eius virtuti possint et debeant resistere . . . 2 quia dominica Letare est et prouocat ad gaudium causas letandi explicabo aliquas . 3 breues ex Euangelio doctrinas adducam" (l. c. f. 50[b]—54[a]). Quae Canisius in hac contione dixerit de daemonibus, vide infra monum. 477. Cf. etiam infra monum. 455.

In Ion 3, 8. „De clamore Niniuitarum"; 2. „de conuersione et emendatione vitae". Protestantium falsam securitatem arguit. Sine die. Contio habita, ut omnino videtur, feria II. sive 13. Martii 1564 (l. c. f. 54[b]—56[b]).

In Ion 3, 10. Deus opera paenitentiae a Ninivitis facta probat et laudat. Sine die. Contio habita, ut omnino videtur, f. IV. sive 15. Martii 1564 (l. c. f. 57[a]—59[a]).

„Vltima Concio in Jonam." „Tempus admonet vt Jonam nostrum finiamus. Nam vt promisi posthac sumemus nobis in manus materiam aliam de passione Christi." Modo autem ex historia Ninivitarum, quomodo Christiani ad communionem paschalem se parare debeant, ostenditur. Sine die. Contio omnino videtur esse habita feria VI. sive 17. Martii 1564 (l. c. f. 59[a]—62[a]).

„Dominica Passionis" [19. Martii 1564]. Exordium copiosius, idque ex tempore sacro et ex evangelio diei petitum. „Aliud Exordium. Videtur mihi non posse[a] nocere, si relicta materia[b] de Decalogo nunc tractemus de illis rebus, quae tempori et ordini Ecclesiae conformjora[c]. Sunt autem tres partes concurrentes, quas urget Ecclesia et Christiani scire et percipere deberent[d], ab hoc die[e] vsque ad Pascha. 1°, vt cum speciali meditatione se serio[f] conuertant ad passionem Christi siue redemptoris. 2°[g] vt peccatores omnes se praeparent diligenter ad Sacramentum Poenitentiae, 3°, vt[h] omnes adulti usum rationis habentes cum fructu vero accipiant den Zarten Fronleichnam. . . . Non dubito, quin D. Suffraganeus[1] posthac, de istis ea proponet[i], quae sunt vtilia et salutifera ad sciendum et considerandum[k]. Vnde vellem illius Conciones audiri ab omnibus. Ego vero iuxta[l] meam tenuitatem, vt promisi, conabor ad passionem domini referre sequentes conciones ante prandium habendas. Nunc satis erit si[m] initium faciam et introductionem, vt intelligant simplices cur sit bonum, vtile et iustum, quod praesertim[n] ab hoc tempore fideles, debeant cum speciali studio se conuertere ad Christi passionem. De illa libenter audire legere loqui et cogitare. 2° quia magni refert, vt ad confessionem bene praeparemur, dicam, ex quibus causis magna pars non fructum referat ex confessione[o], et ita se ipsos priuant, passione et[p] merito Christi. Post prandium, mihi proposui explicare apud S. Johannem, ob[q] quas causas Christiani[r] impediantur quod non possint nec debeant accipere corpus domini, quia illis est prohibitum." At Canisius, quae se mane secundo loco propositurum promiserat — tractationem dico confessionis — in contionem postmeridianam (tempore matutino non sufficiente) reiecisse videtur. Causas porro, ob quas multi ex confessione sacra utilitatem non capiant, tres recenset: Daemonem dicere: 1. „Beschliesse dafs Hertz"; 2. „Beschliesse den mund"; 3. „Beschliesse den Seckell". Quod autem ad tertiam causam attinet

a) *Can. super haec vv. sua manu scripsit:* meines erachtens. b) *Can. similiter:* den handel. c) *Sic C. sua manu correxit ex* quae nunc Christianis sunt magis necessaria, si volunt veri et obedientes esse filii Dei et Ecclesiae. d) *Ita Can. correxit ex* Sunt autem tres partes circa quas ordo Christianus commendat et requirit ab omnibus Christianis. e) *A Can. correctum ex* tempore. f) *Hoc v. a C. supra vers. scriptum est.* g) *Duo vv. sqq. a C. supra vers. scripta sunt.* h) *Quinque vv. sqq. a C. supra vers. addita sunt.* i) opponet *libr.* k) *Septem vv. sqq. a libr. in marg. addita sunt.* l) *Tria vv. sqq. a C. ipso supra vers. scripta sunt.* m) *Ita Can. correxit ex* Nunc tantum. n) *Hoc v. a C. ipso additum est.* o) *Ita C. scripsit in marg., incipiendo ab* ex quibus*; libr. scripserat* dicam, de tribus tentationibus demonis, per quas multi falluntur, vt vel non confiteantur, vel frustra confiteantur. p) *Sequuntur vv.* cruce eius*, a libr. oblitterata.* q) *Sequuntur vv.* quae Chris, *oblitt.* r) *A libr. correctum ex* Christianus.

[1] Michael Dornvogel, titularis episcopus adramytanus et Ottonis cardinalis et episcopi augustani episcopus suffraganeus sive auxiliaris; cf. *Can.* II 632 846; III 622.

sive ad eos, qui nolint res iniuste ablatas restituere, damna compensare etc., Canisius suadet: „Primo vt quis non credat sibi ipsi quia facile fallit auaritia[a] in proprijs bonis et priuata vtilitate. 2°, vt querat peritum confessarium, qui sciat iudicare non secundum consuetudinem, quae multa peccata excusat coram mundo, 2° . . .[b] illi non secundum polliciam secularem, quae cogitur sepe mala concedere licet sit contra deum et salutem animae 3° sed secundum ius diuinum et spirituale, siue[c] Secundum id [secundum] quod iudicanda est conscientia“ [1] (l. c. f. 62^{a}—65^{a}).

„Prima Concio de Passione.“ Sine die. Quam feria II. post Dom. Passionis sive 20. Martii 1564 habitam esse colligitur ex his exordii verbis: „Quoniam Ecclesia heri honorauit anniuersariam memoriam passionis Christi“ etc. Passionem Christi singillatim enarrare incipit, eamque enarrationem a cena in domo Simonis leprosi sumpta usque ad „ultimam“ cenam perducit. Atque Canisius Christum in illa Simonis cena fraudes Pharisaeorum, caecam Iudae mentem, daemonis vitae suae insidiantis studia expertum esse dicit. „Haec omnia nonne affligerent dulce cor Jesu?“ (l. c. f. 65^{b}—69^{b}).

„Secunda Concio de Passione Christi in horto.“ De rebus in superiore contione tractatis Canisius: „Haec“, inquit, in vnam concionem proxime contraxi. . . . Esset quidem bonum, vt de communione populus nunc admoneretur et instrueretur, Sed credo Suffraganeum hoc facere, et ego pro simplicibus, statui tractare post prandium partim de confessione partim de Communione propter communicaturos.“ „Nos erubescimus genua flectere, Christus etiam in faciem procidit . . . nos facile indormimus tempore concionis vel orationis. Christus“ etc. Sine die. Contio omnino videtur habita esse feria IV. sive 22. Martii 1564 (l. c. f. 69^{b}—72^{b}). Cf. infra monum. 442.

„De modo Communicandi.“ Incipit: „Quomodo se geret, non indigne communicaturus?“ Eucharistia indigne sumitur ab iis, quibus vel fides, vel paenitentia, vel reverentia desunt. „Vnde nunc tractabimus quaestionem in quibus consistit bona et Christiana praeparatio, ad hoc sacramentum et in eo Christum suscipiendum.“ Ex contione superiore intellegitur, hanc 22. Martii 1564 post prandium habitam esse (l. c. f. 73^{a}—75^{b}).

„Tertio Concio de Passione.“ 1.) Cur passio Christi maximi facienda sit: 2.) „de captiuitate Christi“, incipiendo a proditione Iudae. Sine die. Contio omnino videtur esse habita f. VI. sive 24. Martii 1564 mane (l. c. f. 76^{a}—80^{a}).

„Annunciationis“ [B. M. V. = 25. Martii 1564]. „Est hic dies, singularibus et mirabilibus priuilegijs Dei ornatus. Hodie mundus primum creatus, 2° mundi creator conceptus, siue vt canit Ecclesia hodie deus homo factus est, 3° hodie Christus in cruce exaltatus[2], salutem nostram operatus est in medio terrae[3], vt doctores asserunt.“ [4] „Pij certe“ non „grauantur quotidie dare gloriam Deo[5] cum pulsatur ad Aue Maria mane et vesperi, 2° pro maiori deuotione flectunt genua, 3° aperiunt caput, et se se admonent humilitatis, qua filius Dei se humiliauit[6] descendens in hunc abyssum miseriae.“ „Propositio: Dicam 1 de salutatione quomodo intelligenda 2 quomodo utenda Christiano.“ Atque hanc „Propositionem“ Canisius sua manu scripsit. Quae autem sequitur „salutationis angelicae“ expositio, ultra verbum „in mulieribus“ non progreditur (l. c. f. 80^{a}—83^{a}).

„Dominica Palmarum“ [26. Martii 1564]. Dominicae huius ac totius hebdomadis sacrae rationem caerimoniasque breviter exponit; deinde passionem proponere pergit: Christus ex horto ad Annam et Caipham ducitur; Petrus se eum novisse negat. „Quomodo se quis praeparare debeat hac septimana ad felix pascha, dicam post prandium.“ In passionis „applicatione“ hoc, praeter alia, notat: „Videmus etiam

a) auaritiam *libr.* b) *Sequitur v. obscurius scriptum.* c) *Libr.:* quod *vel* quia.

[1] Canisius hic potissimum fenerationes significare videtur; v. supra p. 563.
[2] Io 12, 32. [3] Ps 73, 12.
[4] De his opinionibus vide, quae disserui *Can.* III 794.
[5] Ps 67, 35. Io 9, 24. [6] Phil 2, 8.

sanctos in aulis Principum facile corrumpi, nec tuto illic manere bonos“ (l. c. f. 83[b] — 86[a]).

„Concio post prandium in die Palmarum“. De peccatorum confessione recte facienda et „de modo se praeparandi ad Communionem“ (l. c. f. 86[b] — 88[b]). De qua contione vide etiam infra monum. 442 456.

„De domo Caiphae“. Sine die. Contio habita est feria II. sive 27. Martii 1564; nam Dominica Palmarum dixerat: „Decreui in historia passionis progredi hodie et cras“ (l. c. f. 83[b]); et sequitur contio feriae IV. (l. c. f. 89[b] — 91[a]).

„Die Mercurij“ [29. Martii 1564] „de desperatione Judae . et domo Pilati et Herodis“. Sequuntur duo huius contionis commentaria. Alterum inscriptum est „Dispositio Concionis“; in cuius exordio Canisius auditores monet: „Fortasse cogemur vltra horam nunc contionarj, et adhuc satis nobis restat praedicandum cras, et die veneris. Vt autem, sciatis ordinem posthac seruandum, incipientur hodie cantari[a] matutine, sicut et duobus diebus sequentibus. Non dubito quin boni cultum dei hoc sacro tempore non negligant, sed cum deuotione, participes [se] reddant[b], spiritualium exercitationum, quas nunc Ecclesia per totum orbem obseruat . 2° cras habebitis concionem in templo beate Virginis[1], sed tardius solito, 3°, ego post prandium circa primam horam, hic praedicabo iterum[2], et similiter am Karfreytagk mane circa sextam. Nostis, quomodo circa pulsationem mutatio fiet, his diebus ex causis rationalibus . 4° post prandium hodie, intermittetur Concio partim, quia sunt audiende Confessiones, multorum, vt cras cum apostolis anniuersariam memoriam celebrent de vltima caena in qua Christus hoc sacramentum primum instituit . partim, quia forte quidam grauarentur, tam diu esse in Ecclesia“ (l. c. f. 92[a] — 96[b]).

„In die Coenae domini“ [30. Martii 1564]. „De Christi flagellatione et Coronatione“ (l. c. f. 97[a] — 100[b]).

„In die Parasceves“ [31. Martii 1564]. Primum totam passionem Christi in brevem redigit summam, quia „multi non audiuerunt quae dicta sunt hactenus et alij audita non retinuerunt“. „Deinde manebimus circa crucem quam Christus deportauit, cui affixus [est,] in qua septem verba dixit, et tandem spiritum patri reddidit“ (l. c. f. 101[b] — 106[a]).

„Secunda Concio Parasceues“. Is dies „non solum ad Noui sed etiam veteris testamenti memoriam [nos] excitat“; „2° tractabo, quomodo nobis in vtilitatem vertamus mortem amaram, vnd traurige begrebnifs Domini nostri“ (l. c. f. 106[a] ad 108[b]).

„Jn die festo Pascae“ [2. Aprilis 1564]. „Cur Christianus tanti facere debet Pasca . .? An idcirco tantum quia credimus et cantamus Christ ist erstanden uon todten und marter allen. De hoc ergo primum tractabimus ut huius diei excellentia et sanctitas ab omnibus melius cognoscatur 2. quomodo nos circa hoc festum habere et recte vti debeamus nostro paschate, ut cum Marijs gratum deo seruitium praestare possimus“; quae „Mariae“ (Maria Magdalene et Maria Iacobi) mane huius diei ad sepulcrum Christi adeuntes etc. in evangelio eiusdem diei (Mc 16, 1—7) exhibentur. Atque haec quidem ex huius contionis commentario, quod in Cod. „Can. X. Z“ f. 109[a] — 111[b] positum est, exscripsi. Exstat autem eiusdem contionis commentarium alterum in Cod. „Can. X. Y“ f. 200[a] sqq; ubi contionis pars prior brevius, pars posterior multo copiosius tractata est. De hac contione vide etiam infra monum. 483.

„Feria 2 post Pascha“ [3. Aprilis 1564]. „Quomodo Christus per se resurrexerit et gratiam nobis dederit cum ipso etiam resurgendi“ (verba ab ipso Canisio scripta). Et de evangelio diei recte adhibendo (Cod. „Can. X. Z“ f. 111[b] — 114[b]).

a) cantare *libr.* b) reddent *libr.*

---

[1] Templum cathedrale significat.

[2] Haec igitur non in ecclesia cathedrali, sed in ecclesia S. Ioannis Baptistae dixit.

„Feria tertia Pascatis“ [4. Aprilis 1564] de evangelio diei (l. c. f. 115[a]—117[a]).

„Octaua Paschae“ [et Dominica in Albis = 9. Aprilis 1564] „de Vita Aeterna“ et „De Euangelio“ (l. c. f. 117[b]—121[b]).

Paulo post Canisius Dilingam, inde Ingolstadium profectus est; unde paullo ante d. 25. Apr. Augustam rediit; brevi post Weissenhornium abiit (supra p. 496 512).

„De Vita aeterna“. Sine die. Ex exordio intellegitur, contionem habitam esse aliquanto post pascha, „mense maio“, quo die legebatur evangelium Io 14, 1—13; habita est igitur die SS. Philippi et Iacobi apostolorum sive 1. Maii 1564 (Cod. „Can. X. S“ f. 107[a]—112[b]).

„Dominica Rogationum“ [sive V. post Pascha = 7. Maii 1564] „de oratione“. Incipit ab expositione evangelii Dominicae. In exordio haec, praeter alia, auditores monet: „Statuj . . . de oratione per dies sequentes agere apud sanctum Ioannem, Sperans, quod nullus propterea poterit contra me commouerj et obtendj[a] [?], quod[b] occasionem dem bonis ad ecclesiam Dej [ueniendi], De oratione discendi et eandem exercendi diligentius[1]. Vtinam non esset necessarius hic labor, ita ut omnes sciremus et vellemus orare in spiritu et veritate[2]. Contrarium vero proh dolor experimur in nobis et alijs, et ita non omittam de oratione hodie incipere, et per sequentes dies continuare, siue multj siue pauci veniant ad audiendum conciones“; „praeter[c] et post contionem erit processio“ [3]. Dicetur autem: 1.) „quomodo praesens mundus circa orationem se habeat“, 2. de orationis praestantia et vi, 3. de eius impedimentis. In prima porro hac contione queritur: „Quomodo nos autem rogamus? Partim sicut Iudej vno genu, et corde alienj[4] labijs honorantes[5] Deum, et prophanantes templa confabulationibus, partim sicut aethnicj nihil curantes sacramenta, sacerdotes, Ceremonias, et stantes sicut stipites et pecudes, et aliquando ridentes bona quae videmus.“ [Ecclesia] „toties nobis facit pulsari campanas, mane meridie et vesperj[6], ut non obliuiscamur orationes[d] [?] et gratiarum actiones[e] [?]“ (Cod. „Can. X. Z“ f. 122[a]—128[a]). Vide etiam infra monum. 580.

„Feria Secunda Rogationum“ [8. Maii 1564]. „Quoniam vero[f] nunc processio instituitur cogitaui primo aperire[g] causam veram, vnser Creutzwochenn id est, Cur Ecclesia, hodie et sequentibus diebus instituat processionem, et suis caeremonijs nos ad orandum excitet, 2°[h], quid sentiendum de processionib . in Ecclesia usitatis 3 quam oratio sit res potens et efficax“ (l. c. f. 128[b]—134[a]).

„Confutatio errorum circa orationem“. Sine die. „Nunc vero statuj, totam concionem eo referre, ut consideremus et confutemus errores varios, quos Sathan excitauit contra hoc sanctum opus“ orationis. Confutat 10 errores. Contio omnino videtur esse habita feria III. rogationum sive 9. Maii 1564 (l. c. f. 135[a]—138[b]). Vide etiam infra monum. 580.

„In Vigilia Ascensionis“ [et Feria IV. Rogationum = 10. Maii 1564]. „Hodie concludendum nobis quod tractauimus de oratione.“ „Nunc duo siue 3 tantum vobis proponam; Primum an uerum sit, quod sectarij docent, quod Christianus debeat

a) *Sic libr.; corrigendum esse videtur* obtendere. b) *Sequuntur vv.* praeter morem, *a libr. oblitt.; qui supra versum scripsit* sit. c) *C. sua manu hoc v. et 5 sqq. in marg. scripsit, nec, quo loco contionis inserenda essent, clare significavit.* d) *Sic libr.; corrigendumne* orationis? e) *Sic libr.; corrigendumne* actionis? f) *Quattuor vv. sqq. ipsius Can. manu scripta sunt.* g) aperiamus *libr.* h) *Quae sequuntur, a Can. ipso in marg. scripta sunt.*

---

[1] Augustae non consueverant tribus „feriis Rogationum“ contionari: cf. *Can.* III xl. [2] Io 4, 23.

[3] Hae „processiones“ proximis feriis II., III., IV. mane habebantur; de quarum ritu v. *Hoeynck* l. c. 226—227. [4] Cf. Is 29, 13; Mt 15, 8; Mc 7, 6.

[5] Mt 15, 8. Mc 7, 6.

[6] Mane et vesperi ad Beatam Mariam Virginem verbis illis angeli salutandam; meridie ad memoriam passionis Christi instaurandam et Dei auxilium adversus Turcas impetrandum. Cf. quae scripsit *Thom. Esser* O. Pr. in „Historisches Jahrbuch“ XXIII 261—265 780—788; et v. infra monum. 588.

esse certus orationem suam a Deo exaudirj absque omnj dubitatione. 2º Cur multj credentes, et petant saepe et orent et tamen non exaudiantur. 3º Quae praecipue sint obseruanda ut bene oremus et exaudiamur" (l. c. f. 139ª — 141ᵇ).

Valde quidem verisimile est, Canisium die sacro Ascensionis Domini sive 11. Maii 1564 usitatam in cathedrali ecclesia contionem habuisse; neque tamen huius contionis vestigium repperi.

„De Excommunicatione". Incipit: „De excommunicatione dicendi dat Occasionem Euangelium: Absque Synagogis facient vos" [Io 16, 2]. Quod evangelium Augustae Dominica infra Octavam Ascensionis legebatur. Contio igitur 14. Maii 1564 habita est. Excommunicationem iustam, necessariam, utilem esse comprobatur (Cod. „Can. X. S" f. 112ᵇ — 115ᵇ). Vide etiam infra monum. 472.

„Pentecostes 1564" [21. Maii 1564]. Exordia posita sunt duo. Ostendet: Qua de causa omnes Pentecosten magni aestimare magnaque cum laetitia agere debeant; qui Pentecostes solacio fructuque priventur; qui Pentecosten bene agant. „Cras et post cras tractabimus de donis Spiritus s. et de peccatis in Spiritum s." Tota contio ab ipso Canisio scripta est (Cod. „Can. X. Y" f. 163ª — 166ª).

„De peccatis in spiritum sanctum". „De Euang. Ioan. 3" [quod Augustae legebatur Feria II. post Pentecosten = 22. Maii 1564]. „Agimus adhuc festa Pentecostes . . . De Euangelio postea dicemus breuiter. 1 tractabimus de peccatis in spiritum sanctum ubi fundentur 2 quae illa dicantur et quomodo intelligantur. 3 Ad quid iuuat illa nosse" (l. c. f. 166ᵇ — 169ᵇ).

„Propositio. Dicam de conclusione festi, 2 de donis Spiritus". „Quomodo concludemus Penthecosten?". Sequitur expositio evangelii Feriae III. post Pentecosten (23. Maii 1564). „Quomodo dignoscendi ueri et falsi prophetae?" Ubi verbis perspicuis et grauibus affirmatur, protestantium ministros in „falsorum prophetarum" numero habendos esse (l. c. f. 170ª — 174ᵇ). Vide etiam infra monum. 457.

„Trinitatis" [28. Maii 1564]. De mysterio Trinitatis et, ex evangelio diei, de baptismo dicit (Cod. „Can. X. S" f. 115ᵇ — 121ª).

„Corporis Christi" [1. Iunii 1564]; „de modo Celebrandi festum et eius Octauam". Quae sollemnitatis causa? Qui usus? Potissimum de sacra pompa eucharistica agit. Quae cum olim haberetur, maiores nostri „portarunt coronas in capite" (l. c. f. 121ª — 125ª).

„Prima Concio de Missa"; sine die; habita, ut omnino videtur, postridie sollemnitatis Corporis Christi (2. Iunii 1564). „Prudenter" maiores nostri „ordinarunt, ut quotidie concio fieret per octo dies" Octavae Corporis Christi . . . „Cogitaui et conclusi mecum, de hoc Sacramento aliquid speciatim tractare. . . Quid autem illud? de Sacrificio Missae." Ad quod argumentum tractandum etiam praecepto illo concilii tridentini (cf. infra monum. 474) inductus esse videtur Canisius. In prima autem contione exponit, „incuria sacerdotum, cupiditate magistratuum, inuidia sectariorum", populi curiositate et imperitia etc. fieri, ut missa plerisque contemptui et odio sit (l. c. f. 125ᵇ — 129ª). Plura ex hac contione proponentur infra monum. 473 474 484.

„Secunda Concio"; habita, ut ex exordio intellegitur, postridie primam contionem sive die 3. Iunii 1564. „Quid Missa?" (l. c. f. 129ª — 132ª).

„Tertia Concio"; postridie secundam, sive 4. Iunii 1564 (Dominica infra Octavam Corporis Christi) habita, ut ex exordio cognoscitur. „De partibus Missae essentialibus"; ubi adversus protestantes ex sacra Scriptura comprobatur: 1.) In missa panem et vinum in Christi corpus et sanguinem converti. 2.) Missam verum esse sacrificium (l. c. f. 132ᵇ — 136ª).

„Quarta Concio": sine die: 5. Iunii 1564, ut omnino videtur, habita. Quibus ex „fontibus" protestantes „argumenta contra Missam" hauriant. „Aufs erdichter vnwarheit vnd falscher anzug, so der Kirchen zu vnglimpff werden zugemessen vnd dem gemeinen hauffen eingebildet. 2 ex falso intellectu scripturae. 3 ex crassa textuali consideratione Cenae descriptae. 4 ex malo fundamento nouarum opinionum" (l. c. f. 136ᵇ — 140ª).

„Quinta Concio“; sine die; habita, ut omnino videtur, 6. Iunii 1564. „De Missae praestantia“ omnium temporum testimoniis confirmata (l. c. f. 140ᵇ—143ᵇ).

„Concio Sexta“; sine die; eam postridie quintam contionem (die 7. Iunii 1564) habitam esse ex exordio patet. Exponitur: 1.) Quibus in rebus potissimum christiani veteres et novi, quod ad eucharistiam attinet, dissentiant. 2.) Quomodo fideles ad missam adire debeant (l. c. f. 144ᵃ—147ᵃ).

„Vltima Concio“; sine die; postridie sextam contionem, ut ex exordio patet, sive 8. Iunii 1564 habita. „De modo audiendi Missam“. Caerimoniae missae explicantur (l. c. f. 147ᵇ—151ᵇ).

„De Caena magna. Luc. 14“. Quod evangelium Augustae tunc legebatur (*Hoeynck* l. c. 234) Dominica III. post Pentecosten sive 11. Iunii 1564. Ex evangelio, cur multi salutem aeternam non consequantur et quomodo salutis impedimenta removeri oporteat, docet (l. c. f. 152ᵃ—156ᵇ). Vide etiam infra monum. 475.

Contio Dominicae IV. post Pent. non comparet; aliunde autem constat Canisium 21. Iunii 1564 Dilingae fuisse; v. supra p. 586.

„Joannes Baptista“ [24. Iunii 1564]; qui dies ex „festis de praecepto“ erat (*Hoeynck* l. c. 286). Per Ioannis vitam virtutibus plenam errores recentes redarguuntur (l. c. f. 157ᵃ—161ᵃ).

„De Doctrina Ioannis. Heri celebrauimus festum Ioannis. . . Promisimus hodie tractare quantum ad Praedicationem et Doctrinam Ioannis attinet, et ita relinquemus Euangelium hodiernae Dominicae.“ Contio igitur habita est Dom. V. post Pent. sive 25. Iunii 1564. Proponitur Ioannes paenitentiam, fidem, vitae sanctitatem docens (l. c. f. 161ᵇ—164ᵇ).

Ab exeunte m. Iunio fere ad d. 20. Iulii Canisius praepositus provincialis collegia Societatis oenipontanum, monacense, ingolstadiense „visitavit“; v. supra p. 579 593 et infra monum. 519.

„Magdalena“ [22. Iulii 1564]. De eius paenitentia, et de eius exemplo singulis hominum ordinibus in utilitatem convertendo (Cod. „Can. X. S.“ f. 174ᵃ—177ᵃ).

„Attendite a falsis prophetis“ [Mt 7, 15]. Quod evangelium Augustae legebatur (*Hoeynck* l. c. 234) Dom. IX. post Pent. sive 23. Iulii 1564; atque hanc contionem Dominica aliqua habitam esse intellegitur etiam ex contione proxima. Ex evangelio diei ostenditur haereticos esse vitandos (l. c. f. 177ᵇ—181ᵇ).

„Iacobi Apostoli“ [25. Iulii 1564]. De patientia et prudentia catholicis, cum pseudoprophetae impune grassentur, exercendis. Si illi ita grassantur, „ut neque spiritualis neque secularis potestas se illis possit opponere“, „opus est“ — quae sequuntur, ab ipso Canisio scripta sunt — „patientia in ferenda cruce, et non rebellandum, sed cedendum necessitati“ (l. c. f. 182ᵇ—186ᵇ). Vide etiam infra monum. 458.

„Dominica 9.“ [post Oct. Pent. — ut supra p. 821 monui — sive 30. Iulii 1564] „Lucae 16. cap.“ Ex evangelio diei auditores ad pauperes iuvandos hortatur (l. c. f. 186ᵇ—191ᵇ).

„Dominica 10.“ [post Oct. Pent. = 6. Augusti 1564] „Lucae 19. cap.“ Ex evangelio de Christi fletu et de poenis per Deum a peccatoribus repetendis dicit (l. c. f. 191ᵇ—195ᵇ).

„Jn festo Laurentij“ [10. Augusti 1564]; quod ex „festis de praecepto“ erat (*Hoeynck* l. c. 286—288). Mors non metuenda, sed cum martyribus expetenda (l. c. a f. 196ᵃ ad ultimum, non sign.).

Commentaria contionum a Canisio inter diem S. Laurentii et Dominicam I. Adventus (10. Augusti et 3. Decembris) 1564 habitarum non repperi. Vix tamen dubitari potest, quin Canisius hoc tempore singulis diebus dominicis et festis, quibus Augustae versabatur, contionatoris officio satisfecerit. Satis autem certum est, eum Augustae fuisse Dominicis post Pentecosten XIII. XIV. XVI. XVII. XVIII. XIX. XX. XXI. XXII. XXIII. XXIV. et diebus festis S. Bartholomaei Ap., Nativitatis B. M. V., S. Matthaei Ap., S. Michaëlis Archangeli, SS. Simonis et Iudae App., Omnium Sanctorum, Commemorationis omnium fidelium defunctorum, S. Andreae Ap.

sive diebus 20. 24. 27. Augusti; 8. 10. 17. 21. 24. 29. Septembris; 1. 8. 15. 22. 28. 29. Octobris; 1. 2. 5. 30. Novembris. Dubium est porro, num Augustae fuerit Dominicis XII. XXVI. ultima post Pent. et diebus Assumptionis B. M. V. et anniversario Dedicationis ecclesiae cathedralis sive diebus 13. 15. Augusti; 28. Septembris; 19. 26. Novembris; satis certum est, eum Augusta abfuisse Dom. XV. et XXV. post Pent. et die S. Martini, sive 3. Septembris, 11. et 12. Novembris. Iis enim temporibus Canisio Herbipolim et Ingolstadium ac compluries Dilingam eundum fuit.

„Dominica I. Aduentus" [3. Decembris 1564]. De sacro adventu magni faciendo et pie agendo (Cod. otting. „L. C." f. 1^a^—2^b^).

„Exordium sequentis Concionis, qui hesternam concionem a me audiuerunt, adhuc ut spero recordantur" etc. Contio igitur habita est feria II. sive 4. Decembris 1564. Se per adventum aliquid ex prophetis, quo melius Christus cognoscatur, expositurum dicit; Isaiam laudibus extollit; interpretaturum se igitur huius „canticum" (Is 12, 1—6) „Confitebor tibi" etc. De cantico universo et singillatim de primis eius versibus dicit (l. c. f. 2^b^—6^b^).

„2 Concio in Canticum Esaiae". „Cogitaui mecum quem ordinem seruare possem, ut semel in anno tractem de magnitudine gratiae Dej nobis per Christum et eius aduentum exhibitae, nec video quicquam dulcius auditu 2 magis consolatorium et aptum tempori et 3. efficacius ad amandum Deum et laudandum." Quod ut intellegatur, de peccato originali tractabit. Dicit igitur 1.) de „iustitia originali" et de peccati originalis effectibus; 2.) de Maria sine peccati originalis labe concepta (quam doctrinam argumentis comprobat). Sine die. Contio habita est vel F. IV. sive 6. Decembris, vel — id quod mihi magis probatur (S. Nicolaus enim, cuius dies 6. Decembris agebatur et ex „festis de praecepto" erat, in commentario non memoratur — F. VI. sive 8. Decembris, quo Conceptio B. M. V. colebatur (l. c. f. 9^a^—16^b^).

„Dominica 2. Aduentus" [10. Decembris 1564]. De Cantico Isaiae: Deo gratum esse, si quis metu poenae et spe praemii ad bene agendum moveatur; deinde, ex evangelio diei, de extremo iudicio (l. c. f. 16^b^—20^b^).

„De Christo bellatore", ex Isaia. „Ex tribus concionibus hic [1] habitis diligentes auditores intellexerunt quare nobis tractandum sumpserimus Canticum Esaiae hoc tempore". Quomodo Christus satanam vicerit idque ita, ut christiani quoque cum Christo adversus satanam pugnare debeant eundemque vincere et possint et debeant. Sine die. Contio habita esse videtur, pro illius temporis more, feria II. sive 11. Decembris 1564 (l. c. f. 21^a^—24^a^).

„De remedio peccati originalis". Adversus protestantes ostendit: Homines per Christum in baptismo ita expiari, ut peccatum in renatis non remaneat; parvulos quoque in Christo renasci debere; liberum arbitrium in hominibus non esse exstinctum; concupiscentiam in baptizatis non esse peccatum. Sine die. Contio habita esse videtur feria III. vel IV. (12. vel 13. Decembris 1564); nam usitatae quidem erant adventus tempore tantum contiones Dominicae et feriarum II. IV. VI.; sed haec hebdomas 5 habet contiones easque fortasse propterea, quod superior 3 tantum habebat; fortasse igitur Canisius hac hebdomade, praeter usitatas contiones, etiam feria III. vel V. contionem habuit (l. c. f. 24^a^—26 bis ^b^).

„De libero arbitrio". Adversus protestantes, qui dicant: Ne iustificatos quidem boni quicquam (praeter fidem) facere posse, neque Christum aliud exigere nisi, ut homines credant et gratiam oblatam admittant. Sine die. Contio habita esse videtur feria IV. vel V. sive 13. vel 14. Decembris 1564 (l. c. f. 27^a^—20 bis ^a^).

„2. Concio de libero arbitrio". „Incepimus proxima concione tractare de libero hominis arbitrio" etc. Exordia posita sunt duo. Docetur: „1 in quo conueniant partes 2 in quo differant 3 cur fideles lib. arb. magis abutantur ad peccatum et damnationem, quam ad iust. et salutem suam". Sine die. Contio omnino videtur esse habita feria VI. sive 15. Decembris 1564 (l. c. f. 20 bis ^b^—27 bis ^a^).

---

[1] In templo cathedrali? In hoc, nisi fallor, Canisius dominicis diebus contionari solebat.

„Dominica 3. Aduentus" [17. Decembris 1564]. Ex evangelio diei exponit: 1. „Cur deus permittat errare multos etiam fideles circa fidem et pati offendiculum." 2. Quomodo Ioannes Baptista in evangelio nos doceat „nos praeparare ad Christi natalem". „Peccata disponunt ad haeresim." „Alia causa errandj negligentia praelatorum": „3. causa curiositas in rebus sacris et sibj nimium fidere". Ita Deus permittit, ut homines „pro ueritate falsitatem et mendacium, pro uerbo Dej idola haereticorum, pro ueris doctoribus magistros errorum, pro pastoribus lupos, pro sacramentis nuda signa uel ritus tantum externos[a], pro ueris psalmis adulterata cantica recipiant et retineant" (l. c. f. 40^{b}). Fideles ad diem Christi natalem se parare debent per ieiunia quattuor temporum, peccatorum confessionem, opera paenitentiae (l. c. f. 27 bis ^{a}—29 bis ^{b}. 40^{a}—41^{b}).

„De peccato quid sit et quomodo discernendum." 1.) „De praecipuis erroribus" apud haereticos et apud vulgus grassantibus; 2. „quomodo sit discernendum inter mortale et veniale peccatum." Sine die. Contio omnino videtur esse habita feria II. sive 18. Decembris 1564 (l. c. f. 41^{b}—46^{a}).

„De peccato uenialj". „Ostendimus proxima contione aliud esse peccatum originale . . aliud esse actuale." Iam ostendetur, quae peccata sint venialia, qui eorum „effectus". Sine die. Contio habita, ut prorsus videtur, feria IV. sive 20. Decembris 1564 (l. c. f. 46^{b}—52^{a}).

„De peccato mortali in die Sancti Thomae Apostoli" [21. Decembris 1564]. Evangelium diei breviter exponit: deinde: „Est animus", inquit, „hodie et cras agere de peccato mortali". Cur ita vocetur: „regulas aliquot" proponit, quibus omnes, quandonam ita peccent, dignoscere possint. „Non possunt a mortalj excusarj inobedientes Ecclesiae praecipientj . . . delectum ciborum die veneris et sabbathj, . . . vitare libros haereticorum ne habeantur uel legantur sine debita facultate" (l. c. f. 52^{b}—58^{a}).

„De peccatorum mortalium inaequalitate et malignitate." „Heri coepimus agere de peccato mortali". Contio igitur habita est feria VI. sive 22. Decembris 1564. Ostendit: 1.) Quae peccata mortalia „grauiora et nocentiora" sint. 2.) „Quid importet uel obsit quando aliquis manet in vno mortali peccato" (l. c. f. 58^{b}—62^{a}).

„Dominica 4. Aduentus" [24. Decembris 1564]. „De remedijs peccatj". Quae „media" et „remedia" peccatori, qui peccatis levari et gratiae Christi particeps effici velit, necessaria et utilia sint (fides, paenitentia, sacramenta, digni fructus paenitentiae). Quomodo animi ad diem Christi natalem parandi (l. c. f. 62^{a}—66^{b}).

„In die festo Natalis Christj" [25. Decembris 1564]. Ex Isaia ostendit, quis natus sit et qualis: quales Christiani sint oporteat ad eum diem rite celebrandum (l. c. f. 67^{a}—70^{b}). Cf. infra monum. 485.

„In festo stephani" [protomartyris = 26. Decembris 1564]. In exordio refelluntur adversarii ecclesiae, qui catholicis exprobrent, „quod statim a Christo deficiamus ad Sanctos", dies SS. Stephani, Ioannis, Innocentium agentes. Deinde „de statu Ecclesiae primitiuo": quo fideles in fide et in oboedientia ecclesiae praestanda confirmentur (l. c. f. 70^{b}—75^{b}). Vide etiam infra monum. 485.

„In festo Ioannis Evangelistae" [27. Decembris 1564]. „Non scio melius hodiernam incipere concionem, et haec festa concludere" etc. Ostendit: 1.) „Quomodo possit homo se gerere ut non facile circa Dej verbum erret . 2. quomodo Joannes omnibus fere statibus doctrinam porrigit ad Christiane viuendum". Necesse est fideles Scripturas maximi faciant, agnoscentes suam „insufficientiam et imbecillitatem ad illas recte intelligendas"; „requiritur etiam singulare studium animj". „Habent virgines pulchrum in Ioanne exemplum ad contemnendas nuptias et carnales voluptates, quoniam a nuptijs vocatus reliquit sponsam[1], et perpetuo mansit virgo." „In

a) externus *libr.*

---

[1] „De nuptijs volens nubere, a domino vocatus fuit: *B. Iacobus a Voragine* O. Pr., Legenda aurea sive Historia lombardica, De sancto Johanne apostolo (in editione a. 1483, sine loco, f. e 3^{b}). Ferebant enim, eum in nuptiis illis „in Cana

pace" vita cessit, „et sine dolore mortuus, ut quidam scribunt, imo cum corpore et anima simul in coelum assumptus, quia nihil repertum fuit in eius sepulchro" [1] (l. c. f. 75^b—79^b).

„Dominica 1. post Natiuitatem" [31. Decembris 1564]. 1. Ad Scripturam recte intellegendam „intellectum acutum, fidem, orationem piam" satis non esse 2. ex evangelio diei „De Concione Simeonis quomodo nos moneat" (l. c. f. 80^a—84^a).

„De xenio nouj annj . 1565". Ex „ueteri et probata consuetudine" precatur „auditoribus pro nouo anno" „ignem" caritatis, qua et Deum et homines diligant, eumque singilatim magistratibus et ecclesiasticis et civilibus, clero, laicis, pauperibus, miseris etc. offert; deinde, argumento ex diei sacri [1. Ianuari 1565] ratione et evangelio capto, de „circumcisione" corporis et animi dicit (l. c. f. 84^b—89^a). Canisius, ut „ignem" auditoribus precaretur, eo videtur esse inductus, quod, ut *Achilles Pirminius Gassarus* medicus augustanus illius temporis aequalis narrat, „anno Christiano MDLXV. totus Januarius . . . immanissimo frigore Augstburgi rigebat" (Annales Augstburgenses, apud *Menckenium* l. c. I 1907).

„Epiphania" [6. Ianuarii 1565] „de uero sensu Scripturae". Quem ut homines assequantur, audire debent sanctos Patres, concilia, magistratus ecclesiasticos, contionatores illos, quos rite vereque contionari certis quibusdam indiciis cognoverint; gratia quoque divina opus est. Ad quae praecepta illustranda evangelium diei accommodatur (l. c. f. 89^a—94^b).

„Summa illorum, quae herj tractauimus de uerbo Dej, haec fuit" etc. Contio igitur habita est 7. Ianuarii 1565, quae erat Dominica infra Octavam Epiphaniae. Iterum de Scriptura recte intellegenda; quae obici possint; quomodo reicienda; quam non recte protestantes aliquos Scripturae locos catholicis opponant. Deinde ex evangelio diei „De puero duodennj" Iesu dicit; queritur pueros multum peccare in parentes, „ad forum et choreas currere" idque ipsorum parentum magistrorumque vitio (l. c. f. 95^a—98^b).

„Desunt conciones a 2. Dominica post Epiphaniam [a] [14. Ianuarii] usque ad Quinquagesimam" [4. Martii]. Canisius sane inter d. 7. et 9. Ianuarii Monachium profectus est; unde inter d. 25. et 27. Ianuarii 1565 Augustam rediit; eodem mense exeunte (27. Ianuarii?) Dilingam petiit (v. infra monum. 515 531). Quare saltem dubium est, num 28. Ianuarii, quae erat Dom. IV. post Ep., in ecclesia cathedrali contionatus sit. De reliquis autem mensibus proximo huius operis volumine dicetur.

Ut cuncta paucis verbis complectar, Canisius 18 fere mensibus illis, per quos annis 1563 et 1564 et initio anni 1565 (usque ad exitum m. Ianuarii) Augustae degebat, ibidem fere 200—210 contiones habuit. Per sacrum Adventum a. 1563 singulis septimanis ter dixit, a. 1564 contiones habuit 14. Per sacram Quadragesimam a. 1564 minimum quater singulis septimanis contionatus est; quibus orationibus 2—3 sermones catecheticos singulis hebdomadibus accessisse paene certum est, excepta hebdomade ultima sive „maiore"; qua tamen et ipsa septies

a) Epiphania *libr.*

Galilaeae factis" (Io 2, 1—11) sponsum fuisse. Ad quae *Baronius* notat: Sunt haec omnia commenticia" (Annales ecclesiastici, in a. 31, n. 30). Ceterum vide, quid Baronio respondeat *Eusebius Amort*, Can. reg., De Revelationibus privatis Regulae tutae II, Augustae Vindelicorum 1744, 63—66.

[1] Hanc „assumptionem", quam SS. Hippolyto, Ambrosio, Hieronymo, Augustino, Leoni I., Dorotheo, Petro Damiano, graecis plerisque probatam esse asserebant, et quae ne ipsi quidem Baronio displicuit, reiecit *Len. de Tillemont*, Mémoires pour servir à l'Histoire Ecclésiastique des six premiers siècles, T. I. Saint Jean l'Ev., art. 11 et note 18 (Venise 1732, 352—353 610—612).

ille, si non saepius, sacrum suggestum ascendit. Eodem anno per Octavam Corporis Christi 8 contiones habuit. Interdum, raro tamen, binas eodem die habuit orationes sacras. Alias mane, alias post prandium dixit. Plerasque contiones in ipsa cathedrali ecclesia Beatae Mariae Virginis habuit; orationes tamen sacrae Quadragesimae et sacri Adventus diebus operosis in templo parochiali S. Ioannis Baptistae habuisse videtur; quod templum cryptoporticu quadam, quam „finstere Gräd" vocabant, cum ecclesia cathedrali coniunctum, anno 1689 instauratum, anno 1808 destructum est (*Braun,* Domkirche 50—51 55); de qua re cf. etiam *Can.* II XXXIX 845 [3]; III 624 690. De Adventu tamen, quod ad annum attinet 1564, ea res mihi propter illa, quae Canisius 11. Decembris 1564 dixit (v. supra p. 837), nonnihil dubia est. Eodem anno tempore Passionis praeter Canisium etiam Michael Dornvogel, cardinalis Augustani episcopus auxiliaris, in cathedrali ecclesia dixit. Idem his annis Canisii absentis vices non semper quidem, sed aliquando gessisse videtur; v. supra p. 561 660.

Canisius, cum a. 1560—1562 tria prima Decalogi praecepta explicuisset, a. 1563 IV., 1564 V. exposuit; atque in IV. explicando 15 fere orationibus magistratuum, maxime ecclesiasticorum, iura, libertatem, bona propugnavit atque vindicavit. Anno 1563 per Quadragesimam potissimum caput I. Ionae et poenas tartari, per Adventum caput II. Ionae, per natale Christi tempus „regnum Christi" auditoribus proposuit; anno 1564 per Quadragesimam praecipue de capite III. Ionae et de V. praecepto, Passionis tempore de Christi passione, ac de paenitentiae et eucharistiae sacramentis bene suscipiendis, per Octavam Corporis Christi de missae sacrificio, per Adventum de cantico illo Isaiae (c. XII.) ac de peccato et gratia, ineunte a. 1565 de sacra Scriptura recte intellegenda dixit; quae tamen omnia ita tractavit, ut simul diei evangelium sacrique temporis rationem exponeret. Neque fieri poterat, quin in iis tractationibus protestantium de hominis libertate, de iustificatione, peccato, concupiscentia, precatione, eucharistia, bonis operibus, mortuis etc. sententias impugnaret, Scripturam interpretandi rationem, quam ipsi sequebantur, argueret, ecclesiae praecepta caerimoniasque, ut quae ad ieiunium, dies festos Sanctorum, sacras pompas, benedictiones candelarum, excommunicationes spectant, adversus eos defenderet. Cum pestilentia urbem ureret, Canisius auditores solari iisque animos addere studebat. Aliis orationibus Mariam sine labe conceptam eiusque tum corpus tum animam in caelum receptam esse comprobabat vel auditores, ne nimio vestitui indulgerent neve libros haereticorum legerent, monebat vel susceptionem sacrae confirmationis, frequentiam sacrae communionis, „meditationem spiritualem", salutationem evangelicam, virginitatem, misericordiam in pauperes iis commendabat.

Labi eos, qui Canisium hisce annis Augustae in contionibus habendis a P. Guilielmo Elderen socio suo adiutum esse affirment, paulo infra ostendam. De P. Gregorio

Roseffio S. J. (cf. *Can.* II 559) P. *Ioannes de Polanco* S. J. Tridento 14. Octobris 1563 P. Christophoro de Madrid S. J., collegii romani superintendenti, scripsit: „Esta mañana partió de aquí el Maestro Gregorio Roseffio tudesco que ua á Roma. Et un muy buen sugeto y buen religioso, y ha mostrado gratia en el predicar en Vienna y en Augusta en lugar del P. Canisio“ (Epp. *Nadal* II 405). Licet autem Roseffium, quem a. 1561 Vindobonae contionatorem egisse constat (*Can.* III 112 191), Augustae loco Canisii contionatum esse neque in litteris domus S. J. augustanae diebus 15. Maii et 2. Septembris a. 1563 datis neque in superioribus monumentis augustanis commemoretur, fieri tamen poterat, ut Roseffius, cum m. Aprili 1563 P. Georgius Schorichius Monachii in locum P. Martini Stevordiani substitutus esset contionator ac Stevordianus m. Iulio Vindobonam ad contionandum missus esset (v. supra p. 197 296), Augustam veniret ibique loco Canisii m. Iulio et Augusto Suebiam peragrantis etc. aliquotiens contionaretur. Permiserat quidem Lainius Canisio, ut Stevordianum Augustam mitteret; id vero, ut videtur, tunc nec Canisio nec Lanoio visum est expedire; v. supra p. 208 215. Exeunte tamen a. 1564 Stevordianus Augustam evocatus est, ut pro Canisio absente contionaretur; v. supra p. 792.

442. Sacris Quadragesimis a. 1563 et 1564.

Ex contionum commentariis ab ipso Canisio recognitis. Cod. „Can. X. Z.“ f. 14[a] 74[b] 86[b].

Canisius a. 1564 atque, ut videtur, etiam a. 1563 per sacram Quadragesimam catechismum suum populo (bis terve singulis hebdomadis in templo S. Ioannis, ut videtur) exponit.

Canisius Augustae sacris Quadragesimis a. 1561 et 1562 praeter 4 contiones singulis septimanis usitatas vel 3 vel minimum 2 sermones catecheticos habebat (*Can.* III 615 616 623—624). Quos utroque anno post prandium et, si non utroque anno, certe anno 1562 diebus Martii et Iovis, addita post aliquod tempus etiam Dominica, habebat (l. c. 615 624 627) eosque vel aliquando, vel (id quod mihi magis probatur) semper in templo parochiali S. Ioannis Baptistae cathedrali ecclesiae vicino (l. c. 624). Quibus catechesibus Catechismum suum germanicum (Parvum Catechismum Catholicorum? Catechismum minimum?) adhibuisse videtur (l. c. 594).

Anno autem 1564 Canisius, cum Dominica I. Quadragesimae sive 20. Februarii in ecclesia cathedrali contionem haberet, auditores etiam „de catechismo“ monuit. Atque feria IV. post Dominicam Passionis sive 22. Martii post prandium in templo S. Ioannis contionem sic exorsus est: „Sumus in hoc sacro tempore, et merito circa sancta occuparemur praesertim autem circa misterium passionis et sacramenta confessionis et communionis. Nam haec tria sunt quae uobis nunc proponi et tractari vult mater Ecclesia. Si tempus permitteret, pergerem vt cepi in Cathechismo . sed quia tempus est breuius, relictis omnibus dicam aliquid de communione sicut promisi“. Similiter in exordio contionis Dominica Palmarum sive 26. Martii 1564 (in templo S. Ioannis, ut videtur) habitae: „Tempus breue non permittit[a] [?] vt proposito nostro primo respondeamus. Ceperamus tractare Cathechismum, sed vident prudentes ipsi[b] breue tempus esse ante Pasca,

a) patitur? *Librarius perperam scripsit* potest. b) *A Can. ipso corr. ex* videtis ipsi.

2° nos alijs concionibus satis grauari. 3° rationem[a] habendam esse simplicium[b], vt ea tractentur quae sunt, simplicibus utiliora et magis necessaria. Quid autem magis prodesset, quam bonam habere informationem de duobus Sacramentis confessionis et communionis."

Contiones hasce catecheticas a Canisio etiam hoc anno 1564 feriis III. et V. ac fortasse diebus quoque Dominicis easque post prandium in templo S. Ioannis habitas esse existimo. Quod porro ad annum 1563 attinet, commentaria quidem orationum per Quadragesimam a Canisio habitarum praesto non sunt; valde tamen probabile est illum hac quoque Quadragesima similes habuisse sermones catecheticos, idque eo magis, quod ineunte m. Februario a Ferdinando I. imperatore Oenipontem arcessitus Augustae contiones quadragesimales ante Dominicam II. sive d. 7. Martii 1563 incohare non potuit.

443. A m. Ianuario ad Maium 1563.

Ex autographo. Cod. „G. Ep. IV" f. 134[a]—135[a].

Canisius Augustae de Iona, inferno etc. coram multis magno cum fructu contionatur.

P. Guilielmus Elderen S. J., unus ex Canisii sociis augustanis, in „Litteris quadrimestribus" domus augustanae Societatis Iesu, Augusta 15. Maii 1563 datis, de contionibus a Canisio, cathedralis ecclesiae augustanae contionatore, in eadem ecclesia et in templo S. Ioannis prope eandem sito habitis haec ad Lainium praepositum generalem rettulit: Augustae cum est concionatus, praeter alia, Jonam Prophetam et de quatuor hominis nouissimis ea docuit, quae Augustanis non solum grata et passim commendata, sed etiam salutaria fuerunt. Et auditorum quidem coetus solito frequentior, fructus uero Catholicae pietatis in multis uberior uisus est, hinc sibi gratulantibus bonis, quod Augustae Catholicj numero meritoque magis ac magis per nos augeantur.

Canisium per Quadragesimam a. 1563 de primo capite Ionae ac de poenis inferni contionatum esse colligitur ex iis, quae in contionibus 29. Martii et 29. Novembris vel 1. Decembris 1563 ab eo dicta esse constat; v. supra p. 819 826. Cui rei congruit, quod de morte a. 1560, de extremo iudicio tum particulari tum generali a. 1561 et 1562 Augustae dixerat (*Can.* II XLIII: III 603—622 652).

Quod ad Canisii auditores attinet, notandum est, Augustae simul alios quoque, paucos tamen, catholice contionatos esse (*Can.* III 593). Canisio autem longe plures, quam reliquis, fuisse auditores tum ex aedis, in qua ille dicebat, dignitate, tum ex ipsius dicentis auctoritate et eloquentia conieceris. Difficile autem dictu est, quot Augusta habuerit catholicos. Nam *Octavius* quidem *de Santa Croce* episcopus ficoclensis (Cervia) et apostolicus apud imperatorem nuntius Augusta 26. Maii 1581 Romam ad Ptolomaeum Gallum cardinalem Comensem de ea urbe rettulit: „Dicono che il numero delli Catolici può essere da XV. mila et il resto luterani, facendo la Città dicono intorno 100. mila anime" (ex litteris archetypis, quae sunt Romae in archivo vaticano, „Nunz. di Germ. 103" f. 469—470). Sed *Adolphus Buff*, urbis augustanae archivista (Augsburg in der Renaissancezeit. Bamberg 1893, 3) tabulis urbanis

a) *A libr. corr. ex* necessitatem. b) *A C. corr. ex* ipsam vrgere.

et maxime, ut videtur, kalendariis sive libris vectigalium usus, censuit incolas urbis a. 1498 numerum 20 000 non plene exaequasse, saeculo autem XVI. continuo auctos esse atque a. 1604 numerum 40 000 fere esse assecutos. Ac cum idem historicus ex numero incolarum vectigalia pensitantium per numerum $3^3/_4$ vel paulo maiorem multiplicato, qui eo tempore universorum incolarum numerus fuerit, cognosci posse affirmet et a. 1554 Augustae eiusmodi vectigales 8 242 fuisse scribat, a. 1563 fere 32 000 urbem incoluisse, si Buffio credideris, dicas oportet; ex quibus catholicam fidem tenuerint paene 3000; nam eo tempore „decuplo plures haereticj quam catholicj Augustae reperiebantur" (v. supra p. 801). Praeter catholicos tamen, qui Augustam incolebant, nunquam in civitate non versabantur plurimi peregrini.

444. **A m. Septembri ad Decembrem 1563.**

Ex apographo eodem paene tempore in Societatis collegio coloniensi scripto. Cod. colon. „L. Qu." f. 157[b].

Canisii in cathedrali ecclesia augustana contiones.

P. Guilielmus Elderen S. J., unus ex Canisii sociis augustanis, in domus augustanae litteris quadrimestribus Augusta 13. Ianuarii 1564 datis de Canisio haec, praeter alia, narrat: P. Prouincialis noster D. Canisius preterquam[a] occupationes alias non leues habet persequitur[b] concionandi munus in Ecclesia cathedrali, et frequens illi satis obtingit auditorium, cum iam decalogum iam Jonam prophetam explicat.

Ex Decalogo Canisius superioribus mensibus praeceptum IV. et imprimis magistratuum ecclesiasticorum dignitatem et potestatem auditoribus proposuerat: v. supra p. 819—825.

445. **Initio anni 1564.**

Ex apographo eiusdem temporis. Cod. „Epistolae Italiae [Praepp. Genn.] 1562—1564" f. 342[b].

Canisii contiones augustanae valde frequentantur.

P. Ioannes de Polanco, secretarius Societatis Iesu, Roma 12. Martii 1564 uel P. Aloysium (Ludovicum) de Mendoza S. J. scripsit: So che in Augusta predica il P. Canisio con gran concorso (et come speramo) con frutto benche delli particolari non ci da auiso.

446. **6. Februarii 1564.**

Ex contionis commentario, a Canisio recognito. Cod. „Can. X. S" f. 101[a].

Canisius Augustae ex cathedralis ecclesiae suggestu queritur, se per complures iam annos mandatu Dei agrum augustanum seminantem, parvum ex eo colligere fructum. Multos raro ad contionem venire, „censores" potius quam auditores esse, longiorem non ferre contionem etc.

Canisius Augustae in templo cathedrali Dominica Sexagesimae (6. Februarii) anni 1564 evangelium Dominicae (Lc 8, 4—15) exponens auditores monuit: Nouistis omnes, seminatorem Christum et eius uicarios [esse,] quos ipse dedit pastores et doctores[1]

a) *Sic; supplendum tamen esse videtur* quod. b) *Sic ap.; scribi etiam potuerat* prosequitur.

[1] Eph 4, 11.

Ecclesiae in quibus uult audiri [1], a quibus iubet accipi semen, accipi uerbum et cognosci uoluntatem suam. Jnter hos misit [a] et fecit me licet indignum seminatorem, commendando mihi suum semen ad seminandum [b] [2] in hoc agro Augustano, longe et late inter doctos et indoctos [c], et requiret a me rationem iacti seminis, vult me non esse personarum acceptorem [d] [3] nec curare [e] siue cadat semen super petrosa [4] super spinas et uepres [5] siue super bonam terram [f] [6]. Deus est qui dat incrementum [7] et facit ex petris filios Abra [8]. Vnde fit autem, ut ego multis annis [g] hic seminem et alij mecum uerbum et uoluntatem domini praedicando, unde fit inquam ut in paucis fructus appareat et uix quarta pars boni [h] seminis conseruetur. Ex multis diuitibus, qui aequant se Matheo et Zacheo, vbi unus Matheus et Zacheus in poenitentiam [i] [?] [9], secundo ex potentibus et rectoribus, ubi unus Dauid [dicens] in toto corde meo [10] [etc.] 3 ex [k] multis uanis et superbis feminis ubi una Magdalena, lachrimans, et vanitates deserens [11]. Doleo, laborem hunc meum non magis esse fructiferum. Si mea culpa est . libenter emendo . si uestra est idem facite. Vt autem recte faciatis dicam defectus uestros et quomodo uos ipsos impeditis, ut neque meus labor neque semen bonum [12] neque oblata gratia, uobis prodesse soleat. Primo multi sunt negligentes ante et in concione [l], parui faciunt [m] semen et seminatorem, non adferunt famem, raro ueniunt et ex consuetudine magis quam recta intentione, distracti, et attenti circa res mundi uel domus, considerantes personam dicentis [n] magis quam rem quae dicitur, censores magis quam auditores. Fastidiosi cum longior est concio, non orantes ante et post concionem, non repetunt audita. Quid ergo mirum uenire satanam [13] et tollere semen [14]. O graue peccatum acidiae. Secundo pauciores qui auditum retinent [15] *etc.*

447. 3. Martii 1564.

Ex contionis commentario, a Canisio recognito. Cod. „Can. X. Z." f. 33[b].

Canisius se et fideles quosdam, qui Augustae a Sociis instituti diligentius Deum orabant, sacramenta sumebant, ieiunabant etc., contra procerum (ecclesiasticorum) censuras et obiurgationes defendit.

a) *Duo vv. sqq. a libr. supra versum scripta sunt.* b) seminando *libr.* c) *Quae sequuntur, usque ad* acceptorem *incl., a Can. ipso supra vers. scripta sunt. In cod. librarius post* indoctos *scripserat:* sine acceptione personarum. d) *In cod. sequitur* et, *oblitt.* e) *Libr. correxerat* curando *ex* curans. f) *Aliqua ex vv. sqq. ab ipso C. supra vers. scripta sunt.* g) *In comm. sequitur alterum* annis. h) *Verbum supra vers. scriptum.* i) *Sic; sed malim legere* poenitentia. k) *In comm. supra vers. scriptum.* l) *Can. hic sua manu supra vers. scripsit* nunquam veniunt et [*sic;* vel?] raro. m) *Libr. addit* hoc officium; *Can. autem sua manu 3 vv. sqq. supra vers. scripsit.* n) personam quid sentis *libr.*

---

[1] Cf. Lc 10, 16. [2] Mc 4, 3. [3] Act 10, 34; cf. Dt 10, 17; 2 Par 19, 7 etc.
[4] Mc 4, 5; cf. Mt 13, 5 20; Lc 8, 6 13. [5] Cf. Lc 8, 7 etc.
[6] Mc 4, 20; cf. Lc 8, 8 15 etc. [7] 1 Cor 3, 6 7. [8] Cf. Mt 3, 9.
[9] Cf. Mt 9, 9 10; Mc 2, 14 15; Lc 5, 27—29; 19, 1—10.
[10] Ps 9, 2; 85, 12. Cf. Ps 110, 1; 137, 1 etc.
[11] Cf. Lc 7, 37—50; Io 11, 2; 12, 1—8 etc. [12] Mt 13, 24 27 37 38.
[13] Mc 4, 15. [14] Cf. Mt 13, 19; Mc 4, 15; Lc 8, 12. [15] Lc 8, 15; cf. Mt 13, 23 etc.

Canisius Augusta 6. Maii 1564 Lainio praeposito generali scripsit: „Non omittam addere, persecutionem aliquam ijs mensibus excitari nobis Augustae ab ecclesiasticis diligentiam nostram inuide calumniantibus . . . Obijciunt filiabus confessionis quod sint Iesuiticae sectae" etc. (supra p. 523). Atque proximo mense Canisius in litteris, quibus se sociumque apud capitulum cathedrale defendit, eorum facit mentionem, qui „torquentur misere, cum uident" auctoribus Societatis hominibus „ad frequentem usum sacramentorum plures accedere, et uitam plane spiritualem meditari" (supra p. 557). Has querelas Canisius significavit, cum in contione 3. Martii 1564, quae tunc erat feria VI. post Dominicam II. Quadragesimae, Augustae (in templo S. Ioannis, ut videtur) habita ad verba illa „Et pervenit verbum ad Regem Ninive; et surrexit de solio suo, et abiecit vestimentum suum a se, et indutus est sacco, et sedit in cinere" (Ion 3, 6) haec, praeter alia, notaret: Jn hoc rursus arguit Rex nostros regentes qui licet audiant verbum dei praedicari[a] et videant alios inde meliores effici et ad timorem induci[b] nec uerbum custodiunt[1] nec praedicatorem amant, nec exempla curant. Jmo quam primum incipiunt disputare de persona dicentes[c] quia seuerior 2º despiciunt vel rident aliquando exempla bonorum quasi sint simpliciores[d] nimium, credant facile, minime spirituales. Quid attinet toties confiteri et communicare, quae noua secta, non possunt seruire deo sine hac noua seueritate aut volunt forte videri[e] meliores quam ceteri. Quid autem Rex ninive? sinit Jonam esse Jonam, non querit de propheta, non quaeritur de populo ieiunante, et in sacco ambulante, non impedit quenquam, sed cum audit exemplum subditorum probat, et se confirmat[f] [?], imo strictiorem agere vult poenitentiam. Nunc facimus sicut rex impius Ochosias qui audiuit seueram in se dei sententiam et quasi nihil curans quaesiuit cuius conditionis esset propheta qui eam sententiam pronuntiauit. 4º Reg. 1º.[g] Cuius figure et habitus est uir ille[2]. Aliqui faciunt sicut Herodes qui curiose quaerunt, de alijs bonis, et nihil minus cogitant, quam vt inde admoneant sese[3]. Alij faciunt vt athenienses ponentes in dubio quae Paulus praedicauit sibi eligentes quae volunt et suum sequentes caput[h] [4]. Respondeo: O homo[5] tu quis es qui iudicas seruum alienum[6] 2 conscientiam proximi[7] 3 rem bonam capis in deterius 4 Si liceret iudicare dicerem forte cum maiore ueritate: Hic uel illa sicut tu putas nimium orat tu nimis parum. Vtrum melius . 2 nimis angustam habet conscientiam, tu nimis latam. Vtrum melius. 3 nimis

a) praedicare *libr.* b) *VV. sqq., usque ad* Jmo *incl., ipsius C. manu addita sunt.* c) *Duo vv. sqq. a C. ipso addita sunt.* d) *Tria vv. sqq. a Can. ipso addita sunt.* e) videre *libr.* f) *Sic; corrigendum esse videtur* conformat. g) *Quae sequuntur, usque ad* ille *incl., a Can. supra vv.* sicut rex impius Ochosias *scripta sunt.* h) *Quae sequuntur, ab ipso C. in marg. addita sunt.*

1 Ex 12, 24. Lc 11, 28 etc. 2 4 Reg 1, 7. 3 Cf. Lc 23, 6—12. 4 Cf. Act 17, 16—33. 5 Mich 6, 8. Rom 2, 1 3; 9, 20. 6 Rom 14, 4. 7 Cf. 1 Cor 10, 28 29.

saepe confitetur, tu nimis raro, utrum laudabilius. 4 Confitetur peccata parua et magna . tu parum curas omnia, utrum tolerabilius? 5 ieiunat secundum conscientiam . tu neque conscientiam, neque praeceptum, neque exemplum bonorum respicis. Vtrum Christianius. 6 abstinere vult a vanitate mundi et gaudijs, tu nimis delectaris. Vtrum magis probandum? Hypocrita respice trabem in oculo tuo primum[1]. 2 sis tibi medicus[2]. 3 cura tibi commissa . 4 gratias age pro alijs qui uolunt et possunt esse meliores. Noli prohibere eum *etc.*[3]

448. A m. Maio ad Septembrem 1564.

Ex exemplo eiusdem temporis. Cod. guelpherb. „36. 24. Aug." f. 101. Hanc litterarum partem primus vulgavit *Raderus*, Can. 131.

Canisius in ecclesia cathedrali cum alias contiones, tum eucharisticas non sine fructu habet.

P. Guilielmus Elderen S. J., unus ex Canisii sociis augustanis, in domus S. J. augustanae litteris quadrimestribus, Augusta m. Septembri 1564 datis, de contionibus a Canisio in cathedrali ecclesia augustana habitis haec refert: Neque sine fructu redit uerbum Dei in aede hac Primaria per Patrem Prouincialem pluribus praedicatum. Accesserunt octo fere conciones et hae quotidianae[a] de sacro sancta Eucharistia, cui sacramento populus Augustanus reuerentiam nunc tribuit singularem, ut multi mirentur.

Has de Eucharistia contiones Canisius per Octavam Corporis Christi sive 1.—8. Iunii 1564 habuit: v. supra p. 835 836.

2. Fides et ecclesia catholica.

449. 10. Ianuarii 1563.

Ex commentario a Canisio recognito. Cod. „Can. X. U" f. 155.

Canisius ex sacro suggestu refutat eos, qui dicant quarto Decalogi praecepto satis pleneque obtemperare eos, qui, ecclesiasticos magistratus nihil curantes, parentes et principes honorent.

Canisius 10. Ianuarii 1563 Augustae in ecclesia cathedrali evangelium diei sive Dominicae infra Octavam Epiphaniae, quod de Iesu, duodecim annorum puero, „sedente in medio doctorum, audiente illos et interrogante eos" (Lc 2, 46) erat, exponens simulque Decalogi praeceptum IV. explicans, fideles monuit: Videmus, quod Christus hoc praeceptum obseruauit, non solum erga suos parentes, sed etiam spirituales alios, agnoscit sedentes in cathedra Mosi[4], 2° honorat et audit illorum admonitionem, sicut et postea docuit illos audiendos esse[5].

a) *Correxi ex* quotidinae.

[1] Mt 7, 3 5. Lc 6, 41 42. [2] Cf. Lc 4, 23.
[3] „Noli prohibere benefacere eum, qui potest: si vales, et ipse benefac": Pv 3, 27. [4] Mt 23, 2. [5] Cf. Mt 23, 3.

Vnde hoc exemplum arguit temeritatem illorum qui libertate Christiana abutuntur, et putant satis honorare parentes et magistratus, nihil curantes de spiritualibus qui habent potestatem super animam ut remittant peccata, 2° ut pascant uerbo et sacramentis, 3° ut regant Ecclesiam, quarto ut excludant uel recipiant in regnum Christj. Tunc ergo recte obseruas praeceptum, quando cum Christo subditus es parentibus, 2° spiritualibus, 3° saecularibus, qui omnes patres in scriptura dicuntur [1].

450. 15. Augusti 1563.

Ex commentario contionis, ipsius Canisii manu scripto. Cod. „Can. X. Y" f. 27[b].

Canisius ad „reformationem" requirit: 1. unitatem fidei; privatos sensus doctrinae veteris ecclesiae cedere debere; 2. animos ad sui emendationem paratos; 3. coniunctionem inter clerum et magistratum civilem.

Canisius in contione die festo Assumptionis Beatae Mariae Virginis sive 15. Augusti 1563 Augustae in ecclesia cathedrali habita: „Quomodo", inquit, „reformanda Christianitas?" Ad quam quaestionem haec potissimum respondit: Huc spectat ut vnum quod est inprimis necessarium obtineatur, unitas scilicet fidei et doctrinae in Religione, ne studeant Ecclesiae filij dissensionibus, sed vnum credant et loquantur, doceant et seruent omnes circa fidem sacramenta et cultum externum. Nisi haec vnitas restituatur sicut erat in prima Ecclesia, ubi multitudinis [erat] cor unum et anima vna [2], fundamentum deest cui superedificanda Reformatio, nec proderit Concilium, Comitia, Colloquia. Ad hanc vnitatem opus est ut quisque de suo priuato sensu scripturae decedat, et non sibi plus tribuat quam conuenit, sed ut sinat valere iudicium publicum et magisterium Spiritus s. in Ecclesia saltem veteri, ita ut probemus quae illa probauit, damnemus etiam quae illa damnauit ante 1000 annos. Jta multiplex disputatio resecaretur. 2 Opus etiam vnitate ex parte animorum et affectuum ut hi non impediant in nobis reformationis executionem, sed ut idem sit affectus reformandi et reformationem acceptandi, quoquo modo agatur contra nostros abusus, mores, inclinationes, lucra et respectus priuatos, carnis, mundi etc. 3 Vt vniant se Clerus et Magistratus ciuilis ad Christo seruiendum, ad domum bene ordinandam, ad honorem Dei promouendum, ad Apostolos [a] et pauperes bene tractandos.

Hanc sacerdotii imperiique concordiam *Canisius* etiam alias commendavit; ut cum scripsit: „Tum quidem praeclare agitur cum Ecclesia, cum inter vtriusque ordinis proceres optime conuenit, et Ecclesiastici simul et politici magistratus coniunctis velut manibus aedificant Ecclesiam, quemadmodum Iesus filius Iosedec sacerdos

a) *Sequitur* vnd, *a C. oblitt.*

[1] Cf. Gn 4, 20 21; 45, 8; 1 Par 4, 14; 4 Reg 5, 13; 6, 21; 13, 14; Ier 35, 8 etc.
[2] Act 4, 32.

magnus, et Zorobabel dux Iuda communi studio templum iussu Domini feliciter construxerunt" [Agg. 1, 12—14]: Notae in Evangelicas lectiones, quae festis Sanctorum diebus recitantur (Friburgi Helvetiorum 1593) p. 40.

451. 29. Augusti 1563.

Ex commentario a Canisio recognito. Cod. „Can. X. Y" f. 40[a].

Canisius ex suggestu improbat morem contemptim de episcopis loquendi.

Canisius in contione Dominica XIII. post Pentecosten sive 29. Augusti 1563 Augustae in ecclesia cathedrali habita: Peccant contra uerbum Dei, qui more huius saeculi contemptibiliter loquuntur de Episcopis et praelatis, quibus respondet Moises, non est murmur uestrum[a] contra nos sed contra deum[1], imo Deus ipse non te abiecerunt sed me ne regnem super eos[2]. 1 Reg. 8. Nolite tangere Christos meos[3], Qui uos tetigerit, tangit pupillam oculi mei[4].

452. 12. Septembris 1563.

Ex commentario a Canisio recognito. Cod. „Can. X. Y" f. 53[b].

Canisius grande esse peccatum atque exitiosum pronuntiat, ecclesiasticis resistere.

Canisius in contione, quam a. 1563 Dominica XV. post Pentecosten sive 12. Septembris Augustae in ecclesia cathedrali habuit, auditores monuit: Contradicere et repugnare saecularibus [superioribus] facit sediciosum dignum punitione . Contradicere autem Spiritualibus facit etiam haereticum, Ethnicum et indignum nomine Christiano, et dignum priuari spiritualibus bonis et excludi ab Ecclesia[5]. Vtrumque graue peccatum et damnabile, sed coram Deo grauius se opponere spiritualibus[b] [?] Ecclesiasticis . . . [Spiritualis] potestas apud uulgus deprimitur, negatur, contemnitur, ridetur. Hoc facit sathan haud dubie quia nouit uersipellis, se non posse maius adferre damnum Ecclesiae, et omnem eius unitatem scindere, [quam] hoc unum si efficiat, ut parui aut nihili ducatur haec potestas.

453. 31. Octobris 1563.

Ex commentario, a Canisio recognito. Cod. „Can. X. Y" f. 82[b].

Canisius monet: Qui fidem catholicam conservare et amplificare velint, eos debere libros suspectos non legere, cum fidei contemptoribus commercium non habere, in Deo, qui ecclesiam suo tempore reformaturus sit, confidere, ecclesiam opibus et factis adiuvare, a feneratione, neglectis aliorum consiliis, abstinere.

Canisius Augustae ex ecclesiae cathedralis suggestu Dominica XXII. post Pentecosten sive 31. Octobris 1563, „quomodo Christianus ueram fidem habere, augere et consumare" deberet, docens haec, praeter alia,

a) uester *libr.* b) *Sic libr.; qui fortasse scribere debuerat:* superioribus.

[1] Ex 16, 8. [2] 1 Rg 8, 7. [3] Ps 104, 15. [4] Zach 2, 8.
[5] Cf. Mt 18, 17.

monuit: Maior et melior adhuc fides eorum qui uidentes et audientes uarias fides praedicari[a] non solum non commouentur, sed etiam fructum colligunt, primo ut ex charitate moneant et conuertant alios ad ueram fidem . 2° exercent zelum ut horreant audire noua dogmata, timent et cauent legere libros suspectos, nolunt edere et conuersari cum illusoribus et contemptoribus antiquae fidei . 3° Habent patientiam et compassionem cum intelligunt tot ciuitates et Prouincias seducj, tot exoriri malos praedicatores, et d e i r e g n u m a multis a u f e r r i[1]. Condolent illis qui spe libertatis et uerbi Dei praetextu decipiuntur et ab uno errore ducuntur in alium . 4° Exercent spem in Christum eiusque promissionem quod p o r t a e i n f e r o r u m n o n p r a e u a l e b u n t a d u e r s u s E c c l e s i a m[2], quod manebit cum sponsa usque ad finem[3], quod l i b e r a b i t et r e d i m e t J s r a e l[4] siue per concilium siue per alias reformationes, Vnde patienter expectant cum Symeone salutare[5], ut cum bonis semel uideant et gaudeant Ecclesiam reformari eo tempore quod Deus p o s u i t i n s u a p o t e s t a t e[6]. 5° Exercent opera misericordiae erga uere fideles, fauent et iuuant defendere Religionem suis consilijs[b], opibus et praesidijs. 6°[c] Vis in fide adhuc crescere et ascendere eamque consumare? Viua fide apprehendere praecepta Dei, nec curare quid mundus, quid caro et natura corrupta suadeat et suggerat, sed magno animo se subijcere uoluntati Dei, et laete illam[d] exequi, exempli gratia. Quid mihi cum usura, licet non accipiam ultra sortem, nonne credam Deum mihi et meis affuturum. Non curo, quid dicat mundus, quid consuetudo, politia, auaritia[e], non credam, sed uerbo Dei Lc 6[7].

454. 23. Ianuarii 1564.

Ex commentario a Canisio recognito. Cod. „Can. X. S" f. 90[a].

Canisius Augustae in ecclesia cathedrali contemptores sacerdotum vituperat.

Canisius, in contione Dominica III. post Epiphaniam sive 23. Ianuarii 1564 Augustae in ecclesia cathedrali habita evangelium diei exponens, a leproso illo (Mt 8, 1—4) ostendi et confirmari fidem *docet,* vt m i n i s t r o s D e i[8] honoremus loco Christi, et per illos mundari desideremus in Sacramentis, et illis offeramus. Nunc sic Christum praedicant, vt cum[f] [?] nullum locum dent Sacerdotibus, non mittunt ad illos[g], sed auocant ab obedientia illis debita, contemnunt et rident[h] ordinem sacerdotalem. Jta manent leprosi, in sua lepra, nec possunt immundi venire in Jherusalem.

a) praedicare *libr.* b) concilijs *libr.* c) 5° *libr.* d) illa *libr.* e) *Verba sqq., usque ad* Dei *incl., a libr. correcta sunt ex* sed quod uerbum Dei. f) *Sic libr.; corrigendumne* iam? *Vel omittendum?* g) illum *libr.* h) ridunt *libr.*

[1] Mt 21, 43. [2] Mt 16, 18. [3] Cf. Mt 28, 20.
[4] Ps 24, 22: 129, 8. 2 Mach 1, 25. Lc 24, 21 etc. [5] Cf. Lc 2, 25 30.
[6] Act 1, 7. [7] Cf. Lc 6, 30—38.
[8] 1 Thess 3, 2. 1 Tim 4, 6. 1 Cor 3, 5 etc.

455. 12. Martii 1564.

Ex contionis commentario, a Canisio recognito. Cod. „Can. X. Z" f. 52[a].

Canisius ex cathedralis ecclesiae augustanae suggestu pronuntiat: Graviter peccare catholicos, qui liberos per ministros protestantium baptizandos curent. Num liberos illos per sacerdotes iterum baptizari oporteat.

Canisius, cum Augustae in templo cathedrali 12. Martii 1564 contionaretur, graviter reprehendit et peccati mortalis reos esse pronuntiavit eos, qui contempnunt [ecclesiasticas baptismi] ceremonias, vel etiam propter timorem mundi illas intermittunt priuando paruulos maiori gratia, et ostendendo se inobedientes ecclesiae et honorantes Sacramenta quae ab hostibus Ecclesiae conferuntur, et dantes malum exemplum alijs, quod veluti non credant et teneant cum Catholicis. Multi etiam putant consultum, vt tales pueri Baptizati, rursus postea cum ceremonijs baptizentur a Catholico, sed sine forma baptismi nisi essent a Zwinglianis baptizati[a] et Anabaptistis.

Canisius igitur censebat sui temporis Lutheranos verum conferre et conficere baptismum, ideoque a catholicis sacerdotibus in iis, quos Lutherani baptizassent, non ipsum baptismum, sed illas tantum sacras caerimonias, quibus baptismus ab ecclesia quasi circumdatur et ornatur, repeti posse. P. *Ioannes Maldonatus* S. J. Parisiis 28. Iunii 1567 Stanislao cardinali Hosio scribit: „Versatur hic inter multos viros doctos quaestio grauis de baptismo: an ministri Caluiniani vere baptizent? afferunturque in vtramque partem magnae rationes." Petere se vehementer ab Hosio, ut suam ea de re sententiam dicat. *Idem* eidem Parisiis 5. Octobris 1568 scribens: Ea res „magna", inquit, „nunc contentione partium in Gallia et Germania disputatur". Deinde ostendere conatur eos, qui a Calvinistis baptizati sint, non esse iterum baptizandos, ne sub condicione quidem (*Cyprianus*, Tabularium 442 469 ad 477). Ceterum de Zwinglianorum et Lutheranorum baptismo vide, quae scripsi *Can.* III 541[2].

456. 26. Martii 1564.

Ex contionis commentario, a Canisio recognito. Cod. „Can. X. Z" f. 86[b].

Canisius Augustae Vindelicorum ex sacro suggestu auditoribus commendat, ut praeter suum precationum libellum Ioannis Fabri O. P. libellum confessionalem, Dietenbergeri et Heldingii catechismos, Thomae a Kempis Imitationem Christi domi legant et legendam curent.

Canisius in contione, quam Augustae Vindelicorum (in templo S. Ioannis, ut videtur) Dominica Palmarum sive 26. Martii 1564 post prandium habuit, auditores monet: Tempus sibi non permittere, ut in catechismi expositione, quam susceperit, pergat. Nunc enim ea esse tractanda, quae sunt, simplicibus utiliora et magis necessaria. Quid autem magis prodesset, quam bonam habere informationem de duobus Sacramentis confessionis et communionis. Composui, de vtroque et aedidi[b] [?] quantum, putaui satis esse secundum temporis exigentiam[1]. Nec forte

a) Swinglianis Baptizati *libr.* b) *Ita vel similiter corrigendum esse* aequi, *quod libr. posuit, ex vv. sequentibus intellegitur.*

[1] Vide, quae de hoc libello et de iis, quos Canisius proxime nominat, sub ipsam hanc contionem dicentur.

malum esset, vt ea legerentur et cogitarentur nisi forte aliquis alia habeat maiora. Scripsit etiam .D. Faber eyn Beicht beuchlen, et vellem illum vobis commendatum esse[a]. Jdem dico de Cathechismo Johannis Dietenbergi[b] [1] et D. Michaelis Mersburgensis Episcopi[2]. [et][c] die nachfolgung Christi. Nam non sufficit audire multa in templo praedicari . Qui legere potest, vel audire domi, presertim hoc sacro tempore[d] et dieb. festis, huic consulo, vt[e], huiusmodi libris libenter et sepe vtatur qui sunt vere[f] Catholici, et ad poenitentiam ac obedientiam, Deo et Ecclesiae praestandam admonent[g]. Curent patres et matres familias ea prelegi dieb. festis . melius esset quam ad choreas et sumendas[h] [?] tabulas[i] [?] mittere uel longas postillas legere.

Hac igitur contione Canisius populo augustano hos libros commendavit:

1. Quae ipse „de duobus Sacramentis confessionis et communionis" „composuisset et aedidisset". Canisius in editione altera sui Libelli precationum germanici una cum Catechismo suo Dilingae initio a. 1563 in lucem emissa („Catechismus . . Auch rechte vnd Catholische form zu betten") 18 quaestiones cum suis responsionibus iisque satis amplis, quae ad peccatorum confessionem bene instituendam spectant, ac totidem alias ad sacramentum altaris recte suscipiendum pertinentes posuit; v. infra, monum. 577. Eodem anno 1563 Ingolstadii Canisii „Parvus Catechismus Catholicorum" germanice versus in lucem emissus est, additis precationibus et ratione sacramentorum paenitentiae et eucharistiae pie suscipiendorum; de quo libro v. infra monum. 585. Postea (inde ab a. 1573 ?) seorsim editus et compluries excusus est Canisii libellus „Beicht- und Communionbüchlein". Cf. *Editoris* „Katechismen" 148—150, et *Sommervogel*, Bibl. II 672; VIII 1980.

2. Libellum confessionalem a „D. Fabro" scriptum. Ioannis Fabri (Schmidt) O. Praed. († 1558), cui Canisius Augustae in ecclesiae cathedralis sacro suggestu successerat, scripserat: „Ein nutzlich Beychtbüchlin. wie der Mensch sich seiner sünd erinnern unnd die bekennen soll. Durch den wolgelerten F. Johann Fabri von Hailbrunn, Thumprediger zu Augsburg" (Augsburg, apud Philippum Ulhart; sine anno; 12°; 28 ff.). Libellus denuo excusus est Dilingae a. 1551 et 1563 (*Nik. Paulus,* Die deutschen Dominikaner im Kampfe gegen Luther [Freiburg i. Br. 1903] 239—240).

3. „Cathechismum Iohannis Dietenbergi." Ioannes Dietenberger († 1537) O. Pr. praeter multos alios libros egregium illum scripsit catechismum, qui primum Moguntiae apud Ivonem Schäffer anno 1537 („Catechismus. Evangelischer bericht und Christliche unterweisung der fürnemlichsten stück des waren heyligen Christlichen glaubens"; 8° min.; 167 ff.), deinde Moguntiae et Coloniae saepius excusus est (*Herm. Wedewer,* Johannes Dietenberger [Freiburg i. Br. 1888] 206—209 480. *Chr. Moufang,* Katholische Katechismen des sechzehnten Jahrhunderts in deutscher Sprache [Mainz 1881] 1—106).

4. „Cathechismum D. Michaelis Mersburgensis Episcopi." Michael Helding († 1561), quo tempore episcopus titularis sidoniensis et archiepiscopi moguntini episcopus auxiliaris erat — postea episcopus merseburgensis creatus est —, praeter latinum Catechismum maiorem (Moguntiae 1549 et Parisiis 1550) minorem (Moguntiae 1549 etc.) ediderat, qui brevi post a Benedictino quodam moguntino germanice redditus

a) *Quae sequuntur, usque ad* Christi *incl., a libr. in marg. addita sunt.* b) *Sic libr.; sed malim legere* Dietenbergeri *vel* Dietenbergii. c) *Hoc supplendum esse res ipsa suadet.* d) *Tria vv. sqq. ipsius Can. manu addita sunt.* e) *Sequitur* in, *a libr. oblitt.* f) veri *libr.* g) perstandam admonet *libr.* *Quae sequuntur, Canisius sua manu in marg. scripsit, non significans, utrum hic an supra, post* nachfolgung Christi, *addenda essent.* h) *Verbum obscurius scriptum;* sumptuosas? i) *Sic; corrigendumne* epulas?

[1] Vide paulo infra n. 3. [2] Vide infra n. 4.

est: „Catechesis, das ist, kurtzer bericht unseres Heyligen Christlichen glaubens nach Catholischer Lehr". Ita prima editio, Moguntiae apud Franciscum Behem a. 1555 in lucem emissa; aliae editiones a. 1557 et 1561 prodierunt (*N. Paulus,* Michael Helding, in „Katholik" LXXIV[2] 428—430. *Moufang* l. c. 365—414. *Sim. Widmann*, Eine Mainzer Presse der Reformationszeit, Paderborn 1889, 91).

5. Thomae a Kempis librum de Imitatione Christi.

457. 23. Maii 1564.

Ex commentarii huius contionis parte illa, quam Canisius ipse scripsit. Cod. „Can. X. Y." f. 174[a].

Canisius, Augustini aliorumque veterum auctoritatem adhibens, contendit, ut principes in haereticos vi agant, eorum libros tollant etc.

Canisius a. 1564 feria III post Pentecosten sive 23. Maii Augustae in ecclesia cathedrali, cum protestantium contionatores „falsos prophetas" esse multis argumentis planum facere studuisset, de verbis illis Christi „Attendite a falsis prophetis" (Mt 7, 15) haec, praeter alia, notavit: Christus haec praecipit magistratibus ciuilibus, qui potestatem habent[a] in malos [et][b] ius gladij, et protectores Ecclesiae esse debent, et manutenere religionem, et praecauere incommoda quae sequuntur ex mala doctrina sectariorum, et ex mutatione Religionis . Sicut enim uera et antiqua religio est mater et conseruatrix omnis pacis unitatis obedientiae et disciplinae, sic contra noua et falsa religio perturbat omnia bona, et inducit dissensiones, rebellionem, sectas, licentiam et frechait. Vnde Augustinus docet non solum vtile, sed et necessarium principibus et magistratib. Catholicis ut potestate sua utantur contra sectarios et cogant eos uel redire ad ueram fidem, uel in pace relinquere alios, et bonos conseruent, ne ab illis perturbentur et offendantur[1]. Exempla . Constantinus comburi iussit ab Ario scripta . Tripar. hist. lib. 2. c. 15[2]. Jtem Theodosius, Valentinianus[3], Martianus ferre noluerunt[4] sed expulerunt haereticos qui se opponerent Conc. Calcedonensi, et eorum libros iusserunt exuri[5], sicut et fatetur Augustinus in Joannem scribens, suo factum esse tempore de libris exustis.

a) *Can. hanc vocem a se scriptam postea oblitteravit; quam oblitterandam non fuisse vv. sqq. ostendunt.* b) *Hoc supplendum esse res ipsae docent.*

[1] Retractationum l. 2, c. 5. Epistola 93 (alias 48) c. 5, n. 17 18. In Ioannis Evangelium Tract. 11, c. 2, n. 13 14 (*Migne,* PP. LL. XXXII 632; XXXIII 329—330; XXXV 1482—1483).

[2] *Cassiodori* Historia ecclesiastica, quae vocatur tripartita, l. 2, c. 15 (*Migne,* PP. LL. LXIX 934).

[3] Multae leges ab imperatoribus Valentiniano I., II., III., Theodosio I. et II. a. 372—435 adversus haereticos latae exstant in Codicis Theodosiani l. 16, tit. 5, 3—66 (Codex Theodosianus, ed. *Gust. Haenel*, Bonnae 1840, col. 1523*—1573*).

[4] Lex, qua Theodosius II. a. 435 libros a Nestorianis adversus concilium ephesinum (a. 431) scriptos „publice comburi" iussit, exstat in eius Codice l. c. n. 66 (*Haenel* l. c. *1572).

[5] Legem, qua Valentinianus III. et Marcianus imperatores libros ab Eutychianis adversus concilium chalcedonense (a. 451) scriptos „ignibus cremari" iusserunt, posuit *Gust. Haenel,* Corpus Legum ab imperatoribus romanis ante Iustinianum latarum, quae extra constitutionum codices supersunt, Lipsiae 1857, 257 258.

Hieron. in c. 5. ad Galat. Arius in Alexandria una scintilla fuit sed quae non statim restincta est, totum orbem eius flamma populata est [1]. Quae est ista misericordia, uni parcere, et omnes in discrimen adducere? [a] In ueteri lege puniebatur seuere malus doctor et pseudopropheta [2].

Quae Canisius de haereticorum libris ab imperatoribus veteribus proscriptis protulit, eo consilio protulisse videtur, ut tridentinum illum librorum prohibitorum „Indicem", qui paulo ante (24. Martii 1564) a Pio IV. promulgatus erat, apud auditores tueretur et commendaret.

458. 25. Iulii 1564.

Ex contionis commentario, ab ipso Canisio recognito. Cod. „Can. X. S" f. 184[b]—185[a].

Canisius monet: Cum plurimae haereses existant, magis quam antea, necesse est catholici fidem discant, litteris studeant, doceant, scribant.

Canisius Augustae in ecclesia cathedrali die S. Iacobi Apostoli sive 25. Iulii 1564 sacram orationem habens: Admonet nos hoc tempus *haeresibus plenum, inquit,* ut melius discamus fidem, et confirmemus nos in [b] uera doctrina, contra errores et haereses praesentes. Vnde oportet nunc quoque esse doctiores, et peritiores in rebus fidej, quam olim. Quando credebant homines sine contradictione quicquid credit Ecclesia, de sacramentis et 12 articulis et intellectu scripturae. Non erant [c] Anabaptistae, Iconomachj, sacramentstirmer, Mariae müssgüner, vnd der heiligen feindt, mess verspöter, kirchreuber .etc. Igitur nunc opus est Cathechismos scribere, docere, discere et legere. Opus est diligentius studere et praedicare de uerbo dej, et eius intellectu. Opus est quaerere testimonia conciliorum [d] et patrum antiquorum. Et sic Augustinus dicit, per haereses excitarj ministros [?] [e] [Dei] [?] [e] ad magis uigilandum et pascendum et praedicandum, et scribendum, ad legendum scripturam [3].

3. Mores laicorum.

459. 22. Iulii 1563 et 3. Martii 1564.

Ex contionum commentariis ab ipso Canisio recognitis. Codd. „Can. X. Y." f. 20[b]; „Can. X. Z." f. 35[a].

Canisius homines vestitui cultuique nimio indulgentes depingit et reprehendit.

a) *Quae sequuntur, a C. postea addita sunt.* b) *A libr. corr. ex* illa. c) erunt *libr.* d) consiliorum *libr.* e) *Ita vel similiter corrigenda esse conicio, quae libr. scripsit:* excitarj ministerij.

[1] Haec verba (pro „restincta" nunc legunt „oppressa" vel „oppressus") *Hieronymi* in eius „Commentariorum in Epistolam ad Galatas" l. 3, c. 5 (in Gal. 5, 9) exstant (*Migne,* PP. LL. XXVI 403).

[2] Interficiebatur. Cf. Dt 13, 1—5; 18, 20; 3 Rg 18, 40; 4 Rg 10, 19—25 etc.

[3] *S. Augustinus,* De vera religione c. 8, n. 15. De Genesi contra Manichaeos l. 1, c. 1, n. 2. De Civitate Dei l. 16, c. 2, n. 1; l. 18, c. 51, n. 1. De dono perseverantiae c. 20, n. 53 (*Migne,* PP. LL. XXXIV 129 173—174; XLI 477 613; XLV 1026).

Canisius die festo S. Mariae Magdalenae sive 22. Iulii 1563 Augustae ex ecclesiae cathedralis suggestu conquestus est: Vbi nunc Magdalena lacrimans, publice se humilians [1], deponens habitum superbum, abiiciens die guldene hauben, perlene harpender, guldene ketten, die erdichten harleck [a]. Quomodo uiri hoc tempore sine timore peccant et nihil poenitentie assumunt, semper ambulant et tument mit iren gulden ketten, zerhackten [b] hosen, mit den hochen stoltzen kregen, mit iren villen knechten vnd hunden, mit geprechtigen ausgeschmuckten vnfletigen vppigen klaidern [c].

Similiter Canisius 3. Martii 1564, quae erat feria VI. post Dominicam II. Quadragesimae, (in templo S. Ioannis, ut videtur) vestium luxuriam reprehendit: Tanta est copia annulorum turpium, et ornamentorum, vt simul si comportaretur media pars ex vna ciuitate Augustana et in pecuniam conuerteretur, possemus, magnam dare contributionem contra Turcam, vel construere hospitale, vel vicinos pagos diu inde alere.

460. 12. Septembris 1563.

Ex contionis commentario, a Canisio recognito. Cod. „Can. X. Y" f. 51[a].

Canisius ex ecclesiae cathedralis suggestu „collectam" pro pauperibus instituendam commendat.

Canisius a. 1563 die 12. Septembris sive Dominica XV. post Pentecosten, quam „Quattuor tempora" proxime secutura erant, Augustae, quam urbem pestilentia urere coeperat, in ecclesia cathedrali auditores monuit: Rogo et moneo ut nunc honoretis Sacerdotes pro illis orando, et [d] ut sit efficatior oratio, ieiunando [e], immo etiam ut ieiunetis et oretis pro uobis ipsis et offeratis decimas de corpore uestro, et gratiam petatis bene incipiendi et finiendi Autumnum in quo solent morbi generari et augeri ut plus sit metuendum de peste. Rogant uos pauperes et ego illorum loco ut sanctificetis [f] hoc tempus eleemosinis et collectam faciatis [2], quae postea magis indigentibus discrete expendetur et distribuetur [g]. Rogo iterum vt sint uobis commendati pauperes, et ex uera charitate detis Michaelj [3], ego superintendam.

461. 26. Decembris 1563.

Ex commentario a Canisio recognito. Cod. „Can. X. S" f. 61[b]—62[a].

Canisius ex suggestu reprehendit principes, qui pauperes aliosve sibi subiectos non protegant a feris, feneratoribus, latronibus etc.

Canisius die S. Stephani sive 26. Decembris 1563 Augustae ex templi cathedralis suggestu auditores monuit, peccatorum alienorum, quae

a) *Can. hic sua manu in marg. scripsit:* In feminas. b) *Sequitur* hossen, *a libr. oblitteratum.* c) *Can. sua manu in marg. scripsit:* Jn uiros. d) *Sequitur* ad, *a libr. oblitt.* e) ieiunandum *libr.* f) *A libr. corr. ex* centificetis. g) *Sic C. ipse correxit ex* expendatur et distribuatur.

[1] Cf. Lc 7, 36—50. [2] 1 Cor 16, 1 2. [3] Aedituo?

vocantur, reos esse etiam die Obersten welche die boswichter vngestraffet lassen vnd gestadden iren Muttwillen vnd vngerechtigkeit wider die Armen, lassen die vnderthanen beschedigen durch die wilden thieren, durch wucherer, durch strassenrauber, oder sunst schutzen vnd schirmen[a] beherbergen verbergen vnd entschultigen die bosen vnd auffrurischen.

462. 25. Februarii 1564.

Ex commentario, a Canisio recognito. Cod. „Can. X. Z." f. 22[b]—23[a].

Canisius optat, ut magistratus civiles homines ad ieiunii et abstinentiae leges observandas cogant.

Canisius in contione, quam a. 1563 die S. Mathiae Apostolo sacro sive 25. Februarii Augustae in ecclesia cathedrali (vel templo S. Ioannis) de ecclesiastico ieiunii praecepto habuit, praeter alia, hoc quoque adversus praeceptum illud proferri affirmat: „Si debet ferri lex circa ieiunium, seculares magistratus debent ordinare et instituere." Ad quod ipse respondet: Dico primo . laudarem ego illos si aliquando cogerent ieiunare die fresser vnd sauffer die ihre wiber vnd kinder arm fressen vnnd sauffen, vnnd alles verschlemmen was si am leib vnd im hauss haben . 2° qui in ebrietate sunt turbulenti proterui et molesti alijs, non peccarent magistratus, si tales ad tempus discerent[b] [?] ieiunare 3° Deus pro bono haberet, si, diligenter exequerentur ipsorum aut maiorum statuta, vt de Jeiunijs concorditer obseruandis[c], de Delectu ciborum etc. nam nihil boni sperandum, quando vnicuique datur libertas quiduis edendi et contra alios ieiunantes contendendi, nam in hoc agitur non solum contra Ecclesiam sed etiam contra superiores seculares et eorum autoritatem. *Ceterum ieiuniorum institutionem et abrogationem ad magistratus ecclesiasticos spectare.*

463. 3. Martii 1564.

Ex commentario a Canisio recognito. Cod. „Can. X. Z" f. 33[a].

Canisius principes magistratusque vituperat, quod voluptatum et pecuniarum avidi, sibi subiectis, maxime pauperibus non provideant.

Canisius in contione 3. Martii 1564 Augustae (in templo S. Ioannis, ut videtur) de Iona propheta apud Ninivitas contionato habita verbis illis „Et pervenit verbum ad regem" (Ion 3, 6) haec adnotavit: Habemus nos etiam principes et regentes, sed impeditos sepe crapula ludo iocis et voluptatibus, non potest ad illos et illorum cognitionem peruenire causa seria[d] et subditorum necessitas, iubet expectare nescio quot horis, donec ventri sit satisfactum. Quidam putant indignum admittere pauperes et cognoscere causam, mittunt huc et illuc se excusantes, sed si adessent munera, melius procederet currus, libentius laboraret[e] lingua et magis paterent aures, minus curarentur alij quorum respectu negligitur[f] pauper et citius haberent finem negotij.

a) schutz vnd schirm *libr.* b) *Sic; sed scribendum fuisse videtur* docerent. c) obseruantes *libr.* d) *Tria vv. sqq. a Can. ipso addita sunt..* e) laborarent *libr.* f) necligitur *libr.*

464. 10. Martii 1564.

Ex contionis apographo vel commentario, a Canisio recognito. Cod. „Can. X. Z." f. 50[a].

Canisius fideles hortatur ad ieiunia, sui ipsorum flagellationes, vigilias.

Canisius Augustae (in templo S. Ioannis, ut videtur) 10. Martii 1564, quae erat feria VI. post Dominicam III. Quadragesimae, de paenitentia a Ninivitis olim acta (Ion 3, 5—10) auditores monuit: Notemus quomodo non teneamus nos Catholici cum Niniuitis vltro nos exercentes in poenitentia ante praeceptum neque cum illis post praeceptum regis, sed semper manemus alieni a ieiunijs et alijs asperitatibus odientes afflictiua carnis. Verbi gratia quam esset graue non dormire nocte in lecto vel in lecto sine lintheaminibus, vel castigare carnem flagellis, vel noctem vnam vigilare et plorare, vel vno die tantum cogitare peccata cum luctu, vel pane et aqua contentum esse.

4. Mores clericorum.

465. 15. Augusti 1563.

Ex contionis commentario, ab ipso Canisio conscripto. Cod. „Can. X. Y" f. 27[a].

Canisius Augustae ex cathedralis ecclesiae suggestu queritur, ecclesiasticos (complures) dissolute et neglegenter vivere.

Canisius a. 1563 die Assumptionis Beatae Mariae Virginis sive 15. Augusti Augustae in ecclesia cathedrali evangelium diei festi, quod erat de Maria (Magdalena), „quae etiam, sedens secus pedes Domini, audiebat verbum illius" (Lc 10, 39), exponens questus est: Spirituales nolunt Magd. partem ad se pertinere. Non sedent sed currunt, non tacent sed garriunt, non meditantur sacra sed tractant uana, non habent quietem et consolationem in orando praedicando studendo.

Canisius — haec etiam ad proxima monumenta adnotata sunto — ita censebat: „Licet pro Concione non modo populi, sed etiam Cleri uitia publica et communia taxare, . . . ut ne alioquin populus existimet se solum argui, et omnia Cleri uitia, quae in oculos etiam multorum incurrunt, semper excusari atque dissimulari" (v. supra p. 559—560). Ceterum vide, quae monui supra p. 567.

466. 5. Septembris 1563.

Ex contionis commentario, a Canisio recognito. Cod. „Can. X. Y" f. 149[b].

Canisius ex sacro suggestu clerum accusat, quod in divinis officiis neglegens sit, parum contionetur, pauperes non curet etc.

Canisius in contione Dominica XIV. post Pentecosten sive 5. Septembris 1563 Augustae in ecclesia cathedrali habita quaerit: Vbi nunc charitas? an apud spirituales? Merito quidem[a] [apud eos esse debebat. At hi] sine deuotione tractant diuina officia, tanta sacramenta, et saepe h o n o r a n t Deum labijs[1] magis quam corde, non habent amo-

a) *In codice Can. sua manu vv., quae modo posui, scripsit supra vv. a libr. scripta:* Quae Charitas apud Spirituales, qui sine deuotione.

[1] Is 29, 13. Mt 15, 8. Mc 7, 6.

rem in canticis cum Dauid[1], non Zelum ut Hieremias ut defleant peccata populi[2], non ardorem ut Simeon[a] in templo[3], non desiderium et usum praedicandi sicut Paulus[4], non contemplationem et deuotionem ut Magd:[b][5] Vbi cura pauperum et uiduarum sicut apud Diaconos[c][6]. Portamus in sinu ignem[7] et frigidi manemus . mel ponimus super linguam et non sapit[8]. Quot infideles pastores, muti canes[9], ceci doctores[10].

467. 5. Decembris 1563.

Ex contionis commentario, ab ipso Canisio recognito. Cod. „Can. X. S." f. 11^b—12^a.

Canisius contionatores sui temporis aequales reprehendit, quod, cum in Scriptura Christus et misericors salvator et iustus iudex proponatur, ipsi de Christi tantum meritis gratiaque dulcia dicentes, vulgus in vitia ruere sinant.

Canisius, cum Dominica II. Adventus sive 5. Decembris 1563 Augustae in ecclesia cathedrali contionaretur, ita questus est: Vor tausent Jar ist es also gehalten, das man zu diser Zeit in dem Aduent in der Kirchen gelert, gelesen vnd gesungen hat, von zwaierley Aduent dess herren, wie es auch die Euangelien klerlich anzaigen, fragstu aber was es nutzet 1° da lern[d] [?] alle getreue Prediger, wie sie Christum recht furbilden vnd verkundigen sollen, Namlich wie er im ersten Aduent, mit eiteler gnadt kommen ist, vnnd der[e] [?] in[f] letzter Zukunfft mit großer gerechttigkait kommen wirdt, wie dan Joannes[g] Christum auch predigte[h], Ecce agnus Dej[11], macht in darneben ain solchen Richter vnd ein solchen strengen Herren Cuius ventilabrum[12] etc. 2° Also predigte[i] auch Paulus Christum. Venit Christus Jesus in hunc mundum[13]. Apparuit benignitas et humanitas saluatoris nostri Dej non ex operibus Justitie quae fecimus nos sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit[14], Herwiderumb nent er in Justum Judicem[15] qui unicuique reddet secundum opera eius[16], Omnes nos[k] manifestari[l] oportet ante tribunal christi[m][17].

a) Simon *libr.* b) *Quae sequuntur, a C. ipso scripta sunt.* c) *Quae sequuntur, a C. in marg. addita sunt.* d) *Sic libr.; corrigendum esse videtur* lernen. e) *Sic; corrigendum videtur* er. f) *A libr. corr. ex* zum. g) Ioannis *libr.* h) predigten *libr.* i) Predigten *libr.* k) *In cod. correctum ex* non. l) manifestare *libr.* m) *In cod. sequitur* ut, *a libr. oblitt.*

---

[1] Cf. 2 Rg 22, 1—51; Ps 12, 6; 32, 1—3; Eccli 47, 10—12 etc.
[2] Cf. Lam 1, 5 8; 3, 42 etc. [3] Cf. Lc 2, 25—35.
[4] Cf. Act 20, 24—27; Rom 1, 11—16 etc.
[5] Cf. Lc 10, 39—42: Io 20, 11—18 etc. [6] Cf. Act 6, 1—6.
[7] Prv 6, 27. [8] Cf. Prv 24, 13 14; Ps 18, 10 11. [9] Is 56, 10.
[10] Cf. Mt 15, 14; 23, 16 etc.
[11] Sequitur: „ecce, qui tollit peccatum mundi": Io 1, 29.
[12] Sequitur: „in manu sua, et permundabit aream suam, et congregabit triticum suum in horreum, paleas autem comburet igni inextinguibili": Mt 3, 12. Similiter Lc 3, 17.
[13] Sequitur: „peccatores salvos facere": 1 Tim 1, 15. [14] Tit 3, 4 5.
[15] 2 Tim 4, 8. [16] Rom 2, 6. 2 Tim 4, 14. [17] 2 Cor 5, 10. Cf. Rom 14, 10.

Scientes ergo timorem Domini hominibus[a] suademus[1]. vnde praedicans festo fecit eum tremere loquens de Juditio[2], Vnd da er Predigt zue Athenn Sagt er mit Runden wortten, vnd zum ersten von dem Jungsten tag[3], vnd gewisslich, bey allen Propheten findet man disse zweierley Predig von Christo, wie auch bey seinen Apostelen, welche aber anders Christum furgeben, vnd Predigenn, die Predigen Christum nit recht, sonder machen das volckh etwa[4] zu leichtfertig wen sie allein vf die ersten Aduent weissen oder zu klainmutig vnd verzagt, wen sie nur dreiben, das vrthel vnd die gerechtigkeit Christi. Heut findt man der Prediger viell die nur von der ersten Zukunfft Christi durch das gantz Jar predigen vnd sagen gar liebliche susse ding, von Christi genadt verheissungen verdiensten, Wen sie aber demgleichen auch Predigten, von Christi vrthel, gerechtigkait, vnd der Ewigen straff, so wurde der gemein man, nit so grob vnd leichtferttig an alle forcht dahin lauffen, in alle sundt vnd laster, Sonder einen eingezogener wandel furen, Vnd noch der beicht vnd buess, vleissiger trachten, in disser kurtzen Zeit[5] der genaden, Demnach lass vns bitten Dass sie und alle Prediger nit ein halben sonder ein gantzen Christum predigen, wie vns die Christenlich Kirch gepredigt vnd lang zuuor Dauid gesunget hat, Misericordiam et Judicium[6].

His verbis similia sunt* illa, quae *Canisius* eodem loco protulit 26. Decembris 1563, reprehendens „die Geistlichen so die Sund vngestrafft lassen vnd schmeicheln dem volck, sagen in von der freiheit, vom glauben vnd durffen ire Sundt nit schelten, sagen nur was man gern horet, zeigen den breitten weg[7], bosser ist wen sie auch loben die kirchenrauber, kelchdieb, kirchenschander" (ex commentario contionis a Canisio recognito. Cod. „Can. X. S." f. 61[b]—62[a]. Utroque tamen loco, puto, Canisius potissimum protestantium contionatores significat.

468. 1. Ianuarii 1564.

Ex commentario a Canisio recognito. Cod. „Can. X. S." f. 67[b].

Canisius in contione queritur: Multos de clero ex ignorantia, pigritia etc. contionandi officio non satisfacere; multos prava vita dignitatem suam violare.

Canisius 1. Ianuarii 1564 Augustae in ecclesia cathedrali auditoribus dixit, se ex antiquo more annum novum faustum felicem ipsis precari: Vnd das ichs von dem hochsten vnd wirdigsten vnnd Geistlichen standt anfahe, da bedunckt mich es wer wol vber Zeit das sie ein guttes neue Jar hetten, dieweil es leider also vbel, wie Paulus sagt Propter uos blasphematur[b] nomen Domini[8], Darumb sie ein bosses Jar bisshieher gehapt, viel vnder inen findt man die

a) omminibus *libr.* b) plasphematur *libr.*

---

[1] 2 Cor 5, 11.
[2] Non (Portio) Festo, Romanorum in Iudaea procuratori, ita locutus est Paulus, sed (Antonio Claudio) Felici decessori eius (Act 24, 24 25). [3] Act 17, 31.
[4] „Etwa" hic = non semel sive nonnunquam. Cf. *Grimm* l. c. III 1182.
[5] Cf. 1 Cor 7, 29. [6] Sequitur: „cantabo tibi, Domine": Ps 100, 1.
[7] Cf. Mt 7, 13. [8] Rom 2, 24. Cf. Is 52, 5.

den helligen namen Gottes mehr verschweigen dan bekennen[1] mehr verbergen dan offenbahren[2], vnd das thut nun ire vnwissenheit, oder menschliche forcht, oder nachlessigkeit vnnd faulligkeit, das sie nit wellen mit dem predigampt herfur die armen schefflin zu weiden[3]. Viel sein irer auch die Gottes namen mehr verdunckelen den zieren mit irem leben vnd wandell, beflecken iren hohen standt mit fleischlichen lusten vnd wercken, mit weltlichen sorgen vnd geschefften, also das gottes nam auch darumb hat zuleiden bey denen nachbauren freunden vnd feinden.

469. **18. Februarii 1564.**

Ex contionis commentario, ab ipso Canisio recognito. Cod. „Can. X. Z" f. 9ª.

Canisius eos arguit, qui sine „missione canonica" immaturi ineptique contionatores agant.

Initio anni 1563 Otto Truchsess cardinalis et episcopus augustanus Roma Augustam litteras miserat, quibus praecipiebat: Ne quis ad parochiam vel ad aliud beneficium ecclesiasticum admitteretur, nisi ipsius scientia moribusque per episcopum eiusve vicarium cognitis atque „investitura", quam vocant, canonica ei data etc.; qui autem aliter beneficium essent nacti, illud relinquere ut cogerentur etc. (Braun, Bischöfe III 483). Atque haec Canisius significare videtur, cum in contione feria VI. post Cineres sive 18. Februarii 1564 Augustae (in templo S. Ioannis, ut videtur) habita de Jona propheta Niniven a Deo misso[4] *haec notat:* Facile potest circa textum considerari, quomodo Deus velit quemlibet praedicatorem esse sicut Jonam, si velint cum Jona esse fideles ministri Dei[5] et Ecclesiae. Opus habent primo vocatione[6], ne se ipsos mittant et ingerant . . . . Contra faciunt multi hodie currentes et ambientes hoc munus, et proinde non per ianuam ingrediuntur[7] et nocent magis quam prosunt ouili. Jmpatientes homines expectare non posse[a] [?] donec spiritus veniat, et mittat eos[8] per ordinarios, timent ne veniant tardius et quod mundus cadet nisi succurrant ipsi, docent deinde quae nunquam bene didicerunt[b], sunt magistri in arte in qua nunquam fuerunt discipuli laerscholer.

470. **25. Februarii 1564.**

Ex contionis commentario, a Canisio recognito. Cod. „Can. X. Z" f. 20ᵇ.

Canisius legem ieiunii commendans dolet eam ne a clericis quidem servari; hos gulosos, ebriosos, libidinosos, in officiis divinis, contionibus, sacramentorum administratione neglegentes esse.

a) *Sic libr.; sed puto Canisium ponere voluisse* possunt. b) *Can. sua manu in marg. scripsit:* selbs gewachsene.

[1] Cf. Mt 10, 32; Rom 10, 10; 1 Tim 6, 12 13 etc.
[2] Cf. Ps 39, 11; Io 17, 6 etc. [3] Cf. 1 Petr 5, 2 etc.
[4] Ion 1, 1 2; 3, 1—3. [5] 2 Cor 6, 4. 1 Thess 3, 2. Col 1, 7 etc.
[6] Cf. Hebr 5, 4. [7] Cf. Io 10, 1—9. [8] Cf. Act 13, 2—4.

Canisius in contione die S. Mathiae Apostoli sive 25. Februarii 1564 Augustae in ecclesia cathedrali (vel in templo S. Joannis) habita: Noui Christiani sunt facti inimici Jeiunij, quod abrogarunt et contempnunt plurimum, veteres autem Christiani, in hanc venere consuetudinem vt aut parui faciant ieiunium aut ex centum vix vnus id obseruet secundum exemplum veterum, et iuxta ordinem ecclesiae. Nec potest iuuare, quin etiam spirituales vix vt sint valde culpabiles, qui, si ex media parte tam essent diligentes in obseruando ieiunio, sicut in crapula, ieiunium esset hodie vt credo minus contemptibile, secundo sacerdotalis ipsorum castitas non esset adeo rara et polluta, 3° plus haberent temporis et voluntatis et deuotionis ad studium, ad orationem, ad horas canonicas, ad laudes cantandas . 4° ipsorum ordo et status minus contempneretur, sed magis honoraretur, 5° verbum Dei et Sacramenta per illos decentius et fructuosius dispensarentur. Quomodo autem nos clerici hodie ieiunemus norunt domestici et vicini, imo pueri fere in platea, et ego non possum laudare nec volo excusare . sed rogo deum, vt vnusquisque se ipsum iudicet [1], et mecum roget Deum vt der fress teuffel post hac in nobis et alijs spiritualibus non ita regnet potenter ad destructionem corporis, bonae [a] famae et animae.

471. 7. Maii 1564.

Ex commentario a Canisio recognito. Cod. „Can. X. Z.“ f. 124^b-125^a.

Canisius in ecclesia cathedrali orationem habens affirmat, bonos sacerdotes in Deo orando diligentes esse; sed multos ecclesiasticos ab oratione abhorrere et in „chartarum“ lusu, poculis, libidinibus voluptatem quaerere.

Canisius in contione a. 1564 Augustae Vindelicorum „Dominica Rogationum“ sive 7. Maii de oratione habita, postquam protestantes „magis impedire quam promouere hoc bonum opus“ ostendit, haec addit: Quid dicam de Spiritualibus. Bonos [nec] uolo nec possum reprehendere qui sciunt se obligatos ad orandum magis quam Laicos, in veteri et nouo testamento, qui praeterea libenter cum Simeone [b] veniunt in templum ad orandum et laudandum Deum [2], ad offerendum, et placandum sicut Zacharias [3], et Pontifices apud Iudaeos, siue sicut apostolj ipsi qui semper erant in templo laudantes et benedicentes Deum [4]. Sed hi bonj etiam dolent, magnam partem spiritualium, nunc amisisse spiritum et celum orandj. Vnde videmus, quam parum maneant [c] in templis, quasi non habeant delectationem in hoc opere. 2° Orare et Cantare sine deuotione de fine potius quam de principio solicitj. 3° Vix reputatur peccatum, cum intermittimus horas canonicas, praesertim quando peregrinamur . 4° sinunt se impedirj curis temporalibus, fastu [d], auaritia, ut non faciant secundum fundationem

a) bonnam *libr.* b) Simone *libr.* c) maneat *libr.* d) fasto *libr.*

[1] Cf. 1 Cor 11, 31. [2] Cf. Lc 2, 25—35. [3] Cf. Lc 1, 5—10.
[4] Lc 24, 53. Cf. Act 2, 46 47; 3, 1; 5, 12.

orando, sacrificando, et iram Dej auertendo[1] a populo, et eosdem ad cultum diuinum excitando[a]. O quam paucos inuenimus Episcopos ut Moysen et Aaron[2], quam paucos[b] Presbyteros, ut Samuelem et Eliam[3] qui pro peccatis populj flerent[4], saccis vestiantur[5], et dormiant in terra[6] et ex corde contristentur ad Deum clamantes nocte ac die[7]. Quia vero non sapit oratio, et cultus Dej, debemus aliquid[c] [?] quaerere, videlicet in Chartis, Poculis, delitijs, Contentionibus, impudicitijs etc.

472. 14. Maii 1564.

Ex commentario a Canisio recognito. Cod. „Can. X. S" f. 115[a].

Canisius ex cathedralis ecclesiae augustanae suggestu queritur, excommunicationem neglegi etiam a sacerdotibus confessiones excipientibus; qui necessaria potestate destituti iis, qui libros haereticos legerint etc., eam tribuant absolutionem, quae irrita et nulla sit.

Canisius Augustae in ecclesiae cathedralis sacro suggestu Dominica post Ascensionem Domini sive d. 14. Maii 1564, cum excommunicationis utilitatem et necessitatem comprobasset, haec addidit: Videmus caecitatem huius mundj qui nunc minoris facit, et magis contemnit hanc supremam ecclesiae potestatem[d] — die hochste vnd furnemste pein vnd letste straff, nec potest maior excogitari, gladius episcopi[8] quo anima occiditur, sicut gladio principis corpus — et eo reduxit rem ut Praelati, nec ausint nec possint vtj hac potestate praesertim contra sectas et illarum adhaerentes. Ita ut iam ignoremus qui sint excommunicati vel non, et si sciremus, vix homo posset, nunc in aliquo loco viuere cum bona conscientia[9]. Hoc dicam de Catholicis nostris, quod spirituales in Confessionibus, maiorem deberent habere rationem casuum propter quos homines cadunt in excommunicationem, et a quibus non possunt nec debent Sacerdotes omnes absoluere, si autem absoluunt ut nunc fit, proh dolor, tunc caecus caecum in

a) excitandum *libr.* b) *Sequitur* Episcopos, *a libr. oblitt.* c) *Sic;* alibi delectationem? d) *Quae sequuntur, usque ad* corpus *incl., ab ipso Can. supra versus scripta sunt.*

---

[1] 1 Esr 10, 14. Ps 105, 23. Bar 2, 13 etc.

[2] Cf. Ex 17, 10—13; 32, 11—14 30—32: Nm 11, 2: 14, 13—20; 16, 46—48; Dt 9, 18—29: Eccli 45, 19—21 etc.

[3] Cf. 1 Rg 7, 5—9; 3 Rg 17, 1: Eccli 46, 19: 48, 1—15; Iac 5, 17 18.

[4] Cf. Ioel 1, 13; Dn 9, 1—20. [5] Cf. Ioel 1, 13; Ion 3, 5—8; Dn 9, 3.

[6] Cf. 2 Rg 11, 11. [7] Cf. Ps 21, 2.

[8] Ita censura ecclesiastica (excommunicatio, interdictum etc.) vocatur „gladius ecclesiasticus" ab *Innocentio IV.* in litteris „Ad decanum Aurelianensem" datis, quae exstant in „Sexto Decretalium" (Corpus Iuris Canonici c. 6 in VI, 5, 11); cf. etiam *Aug. Potthast*, Regesta Pontificum Romanorum II, Berolini 1875, 1245, n. 15126. Atque poena ecclesiastica „felix mucro episcopi" dicitur in epistula quadam — apocrypha, ut omnino videtur — „Ioannis papae", quam posuit *Gratianus* in „Decreto", c. 1, C. XVI, qu. 2. Ipsum denique *Concilium tridentinum* de „excommunicationis gladio" loquitur in Sessione XXV. de ref. cap. 3.

[9] Vide, quae sub ipsum hoc contionis caput notabuntur.

foueam ducit[1]. Et hoc est horrendum, quando vnus putat se absolutum, et tamen manet excommunicatus, verbi gratia. Separat se in vno articulo fidej. 2°, sine facultate legit et retinet libros haereticos. 3° agit contra libertatem ecclesiasticam etc.

In „Bullae Coenae", quam pontifices singulis annis „feria quinta in Coena Domini" Romae sollemniter promulgabant, exemplo, quod *Paulus III.* Romae 13. Aprilis 1536 dedit, pronuntiatur: Tum haereticos omnes, tum omnes, qui Lutheranorum libros (sine singulari facultate) legerint vel retinuerint, tum illos, qui libertatem ecclesiasticam violaverint, excommunicationis maioris poena teneri, a qua nemo eorum „nisi in mortis articulo constitutus", per alium, quam per summum pontificem solvi possit; si qui autem aliter eos absolvere sint conati, hos et ipsos excommunicatione teneri, et „quicquid egerint absolvendo vel alias, nullius fore roboris vel momenti". Atque excommunicationem in haereticos latam *Paulus IV.* Bulla Roma 15. Februarii 1559 data sollemnissime renovaverat et instauraverat (*Bullarium* Romanum VI 218—224 551—555). Praeterea *Paulus IV.* in Indice Romae a. 1557—1559 vulgato excommunicatione aliisque poenis propositis interdixerat, ne quis libros, quos „labe aliqua cujusvis haeresis respersos vel ab haereticis prodiisse compertum esset" retineret etc. (*Fr. H. Reusch*, Die Indices etc., Tübingen 1886, 176—177). Atque in „Indice tridentino" Romae 24. Martii 1564 a *Pio IV.* approbato edictum erat (Reg. X.): „Si quis libros haereticorum, vel cuiusuis auctoris scripta, ob haeresim, vel ob falsi dogmatis suspicionem damnata, atque prohibita, legerit, siue habuerit, statim in excommunicationis sententiam incurrat": Index Librorum prohibitorum [Coloniae 1564] f. B[b] — B 2[a]. *Concilium Tridentinum* et ipsum definiverat, sacerdotes „nihil posse in casibus reservatis", nisi „in articulo mortis"; atque episcopis hoc tantum concesserat, ut „in quibuscunque casibus occultis, etiam Sedi Apostolicae reservatis", „per seipsos, aut Vicarium, ad id specialiter deputandum", in haeresi autem per seipsos tantum delinquentibus absolutionem „in foro conscientiae" impertiri possent (Sessio XIV. De poen. sacr. cap. 7; Sessio XXIV. De ref. cap. 6). Dubitari vix potest, quin eo tempore in Germania confessarii complures haec vel bona fide vel mala ignoraverint (cf. *Can.* I 311[1]); alii fortasse vel contrariam causabantur consuetudinem vel hac utebantur excusatione, quod neque Bulla Coenae, neque „Indices" illi, neque Concilii Tridentini decreta in Germania promulgata essent (cf. *Can.* I 310 594; II 377 380 426 500; et supra p. 508 606); erant enim eo tempore viri etiam graves doctique, qui legibus eiusmodi ecclesiasticis, antequam in singulis provinciis promulgatae essent, homines teneri negarent: id quod ipse etiam Iacobus Lainius Societatis praepositus generalis et theologus in concilio tridentino spectatissimus censuisse videtur (v. *Can.* II 900—901 et supra p. 474). Denique hoc quoque dicere poterant: Multos ex fidelibus leges illas ecclesiasticas nullo suo vitio ignorare; ideo eos in illas — in ecclesiasticas, inquam, leges — non peccare, et excommunicatione immunes esse. Quare Canisium hac in re paulo severiorem fuisse non negaverim. Idem fortasse dicere licet de verbis illis Canisii: „Si sciremus", qui sint excommunicati, „vix homo posset, nunc in aliquo loco viuere cum bona conscientia"; quicunque enim excommunicatur, — ita in eadem contione Canisius *dixit — „amittit potestatem . . . orandi cum alijs, imo etiam conuersandi, etiam[a] cum pijs" (l. c. f. 114[b]). At *Martinus V.* papa anno 1418 in „Concordatis germanicae nationis" (n. 7) „omnibus Christi fidelibus . . . indulserat, quod nemo deinceps a communione alicujus in sacramentorum administratione, vel receptione, aut aliis quibuscumque divinis, vel extra; praetextu cuiuscumque sententiae aut censurae ecclesiasticae, a jure vel ab homine generaliter

a) neque *libr.; quem ita emendandum esse et ex ipsa rei natura et ex eo intellegitur, quod ipse Can. ex* imo neque conuersandi *correxit* imo etiam conuersandi.

[1] Lc 6, 39. Mt 15, 14.

promulgatae, teneatur abstinere, vel aliquem vitare, ac interdictum ecclesiasticum observare. Nisi sententia vel censura hujusmodi fuerit in vel contra personam, collegium, universitatem, ecclesiam, communitatem aut locum certum, vel certa, a judice publicata vel denunciata specialiter et expresse", nisi quem „pro sacrilegio et manuum injectione in clerum sententiam latam a canone" omnino „notorie constiterit incidisse" (*Mansi* l. c. XXVII 1192—1193; cf. etiam *Hefele* l. c. VII 357). Ceterum etiam alias, ut videtur, aetatis illius Socii excommunicatos „toleratos" a „vitandis" haud ita distinguebant; cf. *Can.* II 48 62: III 70.

Quae Canisius de sacerdotibus fideles temere et inaniter a peccatis quibusdam absolventibus ex cathedralis ecclesiae suggestu dixit, aliquibus auditoribus et maxime ecclesiasticis quibusdam viris vehementer displicuerunt; id quod ex querimoniis paulo post ad capitulum cathedrale adversus ipsum eiusque socium prolatis, quas posui supra p. 544, facile patet. Atque ipsum capitulum m. Septembri a. 1564 questum est, Canisium e suggestu ita esse locutum, ac si sacerdotes, qui de Societate non essent, fidelium confessiones rite excipere eosve a peccatis, ut oporteret, solvere non possent (v. supra p. 678). Eadem Canisii verba (praeter alia) a *Ioanne Egolpho a Knöringen* episcopo augustano eiusque *Capitulo cathedrali* significari videntur, cum hi in secreto quodam „Memoriali", Dilinga et Augusta 4. Septembris 1574 dato, oratores, quos ad Albertum V. Bavariae ducem legant, hoc, praeter alia, duci de Canisio eiusque sociis referre iubent: „So haben sie auch den Leutten, die ahn sich, vnd von vnſs abzuziechen, dise gewissen eingestöckht, alss ob dieselben die vnsrigen nit zu absoluieren hetten" (ex archetypo, quod exstat Augustae in archivo curiae episcopalis, Fasc. „Augusta Civitas. Coll. PP. Soc. Iesu. Introducirung" etc. nr. 10. Etiam in *„Anti-Mangoldo"* I, Amstelodami et Ulmae 1784, 317—324, et apud *Schellhass* l. c. IV 191—198).

473. 2. Iunii 1564.

Ex commentario a Canisio recognito. Cod. „Can. X. S" f. 129[a].

Canisius per divitum „Cappellanos" domesticos missam in contemptionem venisse asserit.

Canisius in contione Augustae 2. Iunii 1564 habita inter causas, quibus missae sacrificium in tantam venerit contemptionem et invidiam, hanc quoque commemorat: Familiaritas nimia peperit contemptum, praesertim cum diuites voluerunt habere Sacerdotes domj et Cappellanos pro famulis, qui omnia facerent etiam in Sacrificio, pro voluntate dominorum, sicut iam prohibitum est.

Concilium tridentinum 17. Septembris 1562 in Sessione XXII. episcopis praeceperat, „ne paterentur privatis in domibus, atque omnino extra ecclesiam, et ad divinum tantum cultum dedicata oratoria, ab eisdem . . designanda et visitanda", missae sacrificium Deo offerri (Decretum de observandis et evitandis in celebratione Missae).

474. 2. Iunii 1564.

Ex commentario a Canisio recognito. Cod. „Can. X. S" f. 127.

Canisius in cathedrali ecclesia augustana contionatur: Cleri ignorantia, ignavia, avaritia hominum animos a missae sacrificio esse abstractos. Licet sacerdotes regibus et angelis antecedant, nullum magis contemni hominum ordinem, quam sacrificulorum („Messpfaffen"); multos enim sacerdotes esse palam ebriosos, impudicos, orandi negligentes, impios. Merito igitur synodum tridentinam „abusus" ad missam spectantes graviter proscripsisse et missae rationem saepe populo explicari iussisse.

Canisius in contione Augustae intra Octavam Corporis Christi (die 2. Octavae, ut videtur, sive 2. Iunii) a. 1564 habita quaerens, quibus de causis Deus missae sacrificium adeo ab hominibus contemni iisque invidiae esse patiatur, respondet: Prima Causa est in pastoribus Ecclesiae[a], et ministris Ecclesiasticis, qui secundum exemplum Petrj nimium dormitarunt, cum Iudas et lupj vigilarent, ad[b] Christj Corpus persequendum[1]. Cum enim dormirent homines venit inimicus et superseminauit zizania[2]. Et idem conquaeritur Esaias, de Pastoribus sui temporis imo omnium temporum . Et dicit[c] Ceci speculatores, canes mut.[3] pastores pascentes seipsos[4]. propterea captiuus ductus est populus quia non habuit scientiam[d][5], propterea dilatauit infernus[e] animam suam, et aperuit os suum absque ullo termino[6]. Et quae erit poena, respondens huic Dormitantiae et negligentiae. Caecus caecum in foueam ducit[f][7]: Qualis sacerdos talis et populus[8]. Qualis magister, talis discipulus[9]. Sed vtinam sola fuisset ignorantia et negligentia; Idem nostris accidit ministris Ecclesiae[10], quod[g] tempore Malachiae[h]. Quis est in vobis qui claudat ostia et incendat altare meum gratuito, non est mihi voluntas in vobis dicit Dominus. Munus non suscipiam de manu vestra[11], vos polluistis illud[12]. Vere polluimus nostris manibus immundis[13], nostro ore illoto[14], nostris incircumcisis cordibus[15], nostra scandalosa vita, nostris grauibus abusibus. Nota est auaritia quam saepe quaerimus et promouemus apud hoc[i] sacrificium, Nota immundities, nota incuria in officijs diuinis. Quid maius potuit nobis Deus dare quam ut corpus et sanguinem suum ore conficeremus, manibus tractaremus, et alijs distribueremus, et pro tota Ecclesia offerremus[16]. Talis potestas et dignitas non est data principibus quib. commissus est gladius[17]. 2. non[k] Prophetis, quibus commissa lex[18]. 3º Non angelis quibus commissae animae[19], sed solis sacerdotibus,

a) *Librarius in margine ascripsit:* Attendite vobis et vniuerso gregi in quo vos spiritus sanctus posuit [*correxi ex* sanctus vos] regere Ecclesiam Dej propter quod vigilate *[Act 20, 28 31].* b) *A libr. correctum ex* ut *vel* et. c) *Septem vv. sqq. ab ipso Can. in marg. ascripta sunt.* d) *Sequuntur vv.* et nobiles eius interierunt, *oblitt.* e) *Ita ex Is 5, 14 correxi* dilatabit in aeternam, *quae vv. libr. perperam posuerat.* f) *Novem vv. sqq. a libr. in marg. addita sunt.* g) quo *libr.* h) Monuchiae *libr.; cf. infra adnot. 11.* i) hos *libr.* k) *Sequitur* angelis, *a libr. oblitt.*

---

[1] Cf. Mt 26, 36—49: Mc 14, 32—50: Lc 22, 39—54: Io 18, 1—3.
[2] Mt 13, 24. [3] Is 56, 10. [4] Ez 34, 1 8 10 etc. [5] Is 5, 13.
[6] Is 5, 14. [7] Lc 6, 39. Mt 15, 14.
[8] Cf. Eccli 10, 2: Is 24, 2; Os 4, 9. [9] Cf. Mt 10, 24: Lc 6, 40: Io 13, 16.
[10] Cf. Rom 16, 1: 1 Tim 3, 10 13. [11] Mal 1, 10. [12] Mal 1, 12.
[13] Cf. Ps 25, 6; 72, 13; Ex 30, 18—21; 40, 29 30: Is 59, 3 etc.
[14] Cf. Is 6, 5. [15] Ir 9, 26. Ez 44, 7 9. Act 7, 51.
[16] Canisii animo hic obversata esse puto verba, quibus *Thomas a Kempis* sacerdotum dignitatem et potestatem extollit, De imitatione Christi l. 4, c. 5, n. 1: c. 11, n. 6.
[17] Cf. Rom 13, 3 4.
[18] Cf. 1 Cor 14, 3: 2 Petr 1, 19—21 etc.
[19] Cf. Ps 33, 8: 90, 11: Mt 18, 10: Lc 16, 22 etc.

quorum dignitate nulla[a] maior sub Coelo . Teste Augustino [1], imo etiam maior angelis Teste Bernh. [2]: Sed tanto maius peccatum nostrum, in

a) quorum nulla dignitas *libr.*

---

[1] Num Canisius significat „Sermonem", qui inter „Sermones ad fratres in eremo" XXXVI. est, et in quo sacerdotibus dicitur: „Vos estis . . patroni et rectores terrae . . Vos estis dii excelsi, in quorum synagoga Deus deorum stare desiderat" etc. (*Migne*, PP. LL. XL 1299 1301)? Hi certe sermones, quantumvis nomine S. Augustini essent indigni, sub hoc tamen nomine Canisii aetate circumferebantur (cf. *G. Morin* O. S. B., Notes d'ancienne littérature ecclésiastique, in „Revue Bénédictine" XIII, Maredsous 1896, 346—347). Magis inclino in hoc, ut lapsu quodam vel memoriae vel calami Augustinum hoc loco pro Ambrosio positum esse censeam et Canisii animo obversatum esse dicam locum illum epistulae Sancti *Gregorii VII.* papae (*Phil. Jaffé*, Monumenta Gregoriana, Berolini 1865, 458—459), quem, nomine Gelasii papae perperam pro nomine Gregorii ascripto, *Gratianus* proposuit in „Decreto" c. 10, dist. XCVI: „Beatus etiam Ambrosius, licet sanctus, non tamen vniuersalis ecclesiae episcopus, . . . in suis scriptis ostendit, quod aurum non tam pretiosius sit plumbo, quam regia potestate sit altior dignitas sacerdotalis, hoc modo circa principium sui pastoralis scribens: ‚Honor, fratres, et sublimitas episcopalis nullis poterit comparationibus adaequari. Si regum fulgori compares, et principum diademati; longe erit inferius, quam si plumbi metallum ad auri fulgorem compares: quippe cum videas regum colla, et principum submitti genibus sacerdotum, et osculata eorum dextera, orationibus eorum credant se communiri'": Decretum Gratiani vna cum Glossis *Gregorii XIII.* iussu editum (Lugduni 1584) col. 468—469. Haec autem a Gregorio VII. exscripta sunt ex libello „De dignitate sacerdotali" (c. 2), quem Sancti Ambrosii esse putarunt, donec Maurini eum suppositum esse monuerunt. In eodem libello, paulo infra (c. 3), asseritur — Gregorius VII. haec quoque verba in epistula illa ad Herimannum metensem 15. Martii 1081 data commemoravit (*Jaffé* l. c. 459) —: „Nihil esse in hoc saeculo excellentius sacerdotibus, nihil sublimius episcopis reperiri" (S. Ambrosii Opera, cur. *P. A. Ballerini* VI, Mediolani 1883, 378—379; *Migne*, PP. LL. XVII 569—570). Atque Canisium hos significare voluisse locos ex eo etiam colligere licet, quod in ipsius „Summa" (c. IV., De sacram. Ordinis), ubi de sacerdotii „ingenti, semperque reuerenda dignitate" agitur, Augustini scripta non memorantur, hic autem „de dignitate sacerdotali" libellus haud obscure designatur. Ceterum potuerat Canisius in hac contione etiam testem adhibere (sicut in „Summa" l. c. adhibuit) S. Ioannem Chrysostomum, aureorum illorum „De Sacerdotio" librorum auctorem, in quibus (l. 2, n. 2; l. 3, n. 5 6) sacerdotii excellentia egregie declaratur (*Migne*, PP. GG. XLVIII 633—634 643—644).

[2] Sacerdotum potestatem angelorum dignitate maiorem esse ostenditur capite IX. libelli „Instructio Sacerdotis", qui in codicibus manu scriptis nomen Sancti Bernardi prae se fert, quamquam ipsius non est; neque tamen hoc caput a Canisio significari puto; nam ante editionem Operum S. Bernardi a. 1641 a Iacobo Merlono Horstio curatam hic libellus non videtur esse excusus (Sancti *Bernardi* Volumen II., cur. *Io. Mabillon* O. S. B. [ed. nova, Parisiis 1719] col. 536—546; *Migne*, PP. LL. CLXXXIV 771—786). Opinor autem Canisium significare voluisse „Sermonem ad pastores in synodo congregatos", quem a Bernardo habitum esse olim existimabant, et quem, „cujuscumque sit, nec inelegantem esse, nec lectu indignum" etiam *Mabillonius* affirmat; ibi sane dicitur: „Vos maxime, qui in circuitu Domini estis, et in conspectu ejus affertis munera, et offertis, non corruptibilium auri et argenti, sed pretiosi Sanguinis et Corporis Agni immaculati. Quantam dignitatem contulit vobis Deus! Quanta est praerogativa ordinis vestri! Praetulit vos Deus Regibus et imperatoribus; praetulit ordinem vestrum omnibus ordinibus, immo (ut altius loquar) praetulit vos Angelis et Archangelis, Thronis et Dominationibus. Sicut enim non Angelos, sed semen Abrahae apprehendit ad faciendam redemptionem: sic non An-

abusu nostrae dignitatis, qui neque propter Deum, neque propter Ecclesiam, non propter amicos, vel inimicos volumus hoc sacrificium et nostrum statum honorare, et ita propter nos blasphematur, nomen Dej [1] et Sacrificium, et quia non sumus sal terrae, ad nihil valemus nunc nisi ut eijciamur foras et conculcemur [a] [2] ab omnibus [b] [?]. Et ita [fit] [c] ut nullus status sit hodie contemptior, als der mäss pffaffenn. Vere culpa est nostra, nec [d] dicere aliud possumus [quam] Justus es Domine, et rectum iudicium tuum [e] [3] . non dico de mortuis, qui pro se rationem reddiderunt [4]. Quam multi adhuc hodie, qui publice sunt incontinentes, ebrij, non orant sed blasphemant, curant temporalia, et nauseat anima illorum [5], quod [f] sunt sacerdotes et nusquam habent maius taedium quam in altari et in sacrificio [g]. Hinc cogimur audire, si missa valeret, sacerdotes crederent. Quod autem non credant, probant moribus, accurrunt sicut canes . 2. non astant [cum] deuotione, discedunt in tabernas, ex more faciunt omnia, non est honestas in domo, sobrietas in mensa, non continentia in lecto, non studium in libris, non deuotio in corde. Haec ego cum bonis omnibus conqueror, et non possum aliter dicere quam Concilium Tridentinum proxime conclusit, In quo abusus circa hoc Sacrificium serio prohibentur et peculiariter auaritia et Symonia, et nimia solicitudo, 2° prohibetur [h] irreuerentia et immunditia [i] exterior et interior [6]. 3° Iubentur Parochi [k], in Missis saepe populo explicare quid illic agatur et legatur Sessione 6 [l] cap: 8 [7]. Cogitemus quid acciderit filijs Haeli propter quorum vitam multi abstrahebantur a Sacrificio, et admonitj noluerunt [se] emendare, et tantum confidebant, vnnd vertrösteten sich auff die arch gottes [m]. Sed

a) conculcetur *libr.* b) *Sic libr.; sed corrigendum esse puto (ex Mt 9, 13):* hominibus. c) *Hoc vel simile v. ut suppleatur res ipsa suadet.* d) et nec *libr.* e) *Quae sequuntur, usque ad* redditerunt *incl., a libr. in marg. addita sunt.* f) *Ita corrigendum esse omnino censeo ex* quot, *quod scripsit libr.; cf. Num 21, 5.* g) *Quae sequuntur, usque ad* in corde *incl., a libr. in marg. addita sunt.* h) probetur *libr.* i) munditia *libr.* k) *Hoc v. a libr. in marg. est additum.* l) *Ita libr.; cf. infra adnot. 7.* m) *Libr. in marg.:* Admonitio. Erat peccatum grande puerorum nimis coram domino, quia detrahebant *[sic]* homines a sacrificio dominj *[1 Rg 2, 17].*

gelis, sed hominibus, solisque sacerdotibus Dominici Corporis et Sanguinis commisit consecrationem. Omnes enim, sicut ait Apostolus, sunt administratorii spiritus, in ministerium missi propter eos qui haereditatem capiunt salutis. Sed longe excellentius est officium vestrum, quod admirabile est, et non solum in oculis vestris, sed etiam Angelorum" (*Mabillon* l. c. II 757. *Migne* l. c. col. 1085—1086). Fortasse Canisius etiam illum „De excellentia Sanctissimi Sacramenti et Dignitate sacerdotum sermonem" noverat, qui et ipse aliquamdiu Bernardi nomine erat ornatus, quamquam ipsius non est: ubi sacerdotibus dicitur (n. 3 5): „Certe non est potestas post Deum, sicut potestas vestra . . . Audite modo, et obstupescentes admiramini. Nulli Angelorum, nullis spiritibus supernis, sed hominibus, nec tamen omnibus, sed Ordini vestro tantum mandatam esse tanti sacramenti celebrationem" (*Mabillon* l. c. II 682—683. *Migne* l. c. col. 983—984). [1] Is 52, 5. Rom 2, 24. [2] Mt 5, 13.

[3] Ps 118, 137. [4] Rom 14, 12. [5] Nm 21, 5.

[6] Sess. XXII., Decreto de observandis et evitandis in celebratione Missae.

[7] Sess. XXII. (quae erat VI. sub Pio IV.), Doctr. de sacr. Missae, c. 8; cf. etiam Sess. XXIV. de ref. c. 7.

vno die ambo percussj amiserunt primo Arcam . 2° Sacerdotium 3° vitam et Deum[a] [?] praeterea [1 b]. Sacrificate sacrificium iustitiae[2]; Maledictus qui facit opus Dej negligenter[3].

Haec Canisii verba etiam magis quam ea, quibus ille paulo ante confessariorum quorundam ignorantiam et neglegentiam reprehenderat (v. supra p. 861), catholicis aliquibus et maxime ecclesiasticis compluribus augustanis displicuerunt. Postero die parochiae cathedralis sacerdotes eum eiusque socium apud capitulum cathedrale iurium parochialium usurpatorum reos fecerunt (v. infra monum. 488). Praeterea Canisius ad capitulum delatus est, quod „in contionibus" „publice" „in Clericos inveheretur" eosque „odiosos faceret" etc. (v. supra p. 544). Porro Canisius quidem neque in hac contione, neque, quod equidem norim, in ulla alia affirmat, sacerdotum concubinariorum, potatorum, similium missas vel irritas esse vel, si id spectetur, quod in missis facit Christus — „opus operatum" a theologis id vocatur —, minoris virtutis vel praestantiae quam missas sacerdotum proborum: hoc tantum dolet, quod multi sacerdotes impure, irreverenter, neglegenter, simoniace sacris operentur, sive „opus operantis", quod theologi dicunt, in missae sacrificio haud ita, ut decet et oportet, peragant; neque sacerdotes Societatis Iesu sacerdotibus reliquis, sed bonos sacerdotes malis comparat. Attamen aliqui eius verba ita sunt interpretati, ac si missas Sociorum missis aliorum sacerdotum meliores esse ex suggestu pronuntiasset. Atque ita *Ioannes Egolphus a Knöringen* episcopus augustanus eiusque *Capitulum cathedrale* in „Memoriali" illo Augustae anno 1574 conscripto (v. supra p. 863), postquam Canisium eiusque socios [anno 1564] in ecclesia cathedrali negotiis parochialibus se immiscuisse et „potentiorum" favorem petisse dixerunt, sic pergunt[4]: [Es hat] „auch der herr Canisius dazumal Thumb Prediger sich so weit auf offner Canntzel, hinaufsgelassen, das er offentlich darauf geredt, alfs ob Jre Messen bösser, dann anndérer Leutt[c] weren, Welchen Crassum errorem (. da es anderst ein Error vnd nit ein fürsetzlichait gewesen .) auch auf beuelch weilund vnsers lieben herrn vnd vorfaren auch gnedigisten herrn defs Cardinals etc. hochloblicher gedächtnus er herr Canisius hernacher publice retractieren müessen" (ex archetypo, de quo scripsi supra p. 863; locus positus est etiam ex eodem archetypo in *„Anti-Mangoldo"* 318—319, et ex apographo eiusdem temporis, adhibito etiam commentario quodam, apud *Schellhass* l. c. IV 194[1]). At m. Septembri 1564 ipsum capitulum in illis Canisii contionibus hoc tantum notaverat: Canisium ita locutum esse, ac si sacerdotes, qui de Societate non essent, missae sacrificia ita, ut oporteret, facere non possent; atque ita factum esse, ut aliqui Sociorum amici sacra ipsorum sacris aliorum sacerdotum meliora esse censerent (v. supra p. 677 678). Atque ipse *Canisius* in litteris sub medium m. Iunium ad capitulum datis: „Ridiculum est plane", inquit, „quod fingunt quidam, propterea" Sociorum „sacra frequentari magis, uelut quae meliora et sanctiora sint, quam aliorum sacerdotum"; illorum certe missas tempore et commodiore et certiore, quam alias, dici, et aliquos libentius illis interesse eo, quod Socios moribus magis integris esse censeant, quam plerosque alios; si quae autem „mulierculae" etiam magis extollant Sociorum sacra, his invitis id fieri (v. supra p. 557).

a) *Verbum obscurius scriptum.* b) *Quae sequuntur, a libr. in marg. addita sunt.* c) *Ita canonici augustani in „Memorialis" commentario correxerunt ex* dann die unsern.

[1] Cf. 1 Rg 2, 12—36; 4, 1—11. [2] Ps 4, 6.

[3] Ir 48, 10; *Vulgata* habet: „Maledictus, qui facit opus Domini fraudulenter." „Fraudulenter" hic = non serio: quare haud multum differt a „negligenter", quod ex *Septuaginta (ἀμελῶς)* translatum est. In *Ioannis Eck* Bibliis germanicis Ingolstadii a. 1550 denuo excusis (f. CCCCVI[a]) „truglich" est; in margine tamen emendationis vel explicationis instar „hinlässig" positum est. Lutherus habet „lässig".

[4] *Schellhass* ad ea, quae sequuntur, adnotat: „Diese Vorgänge fallen wol in das Jahr 1564" (l. c. IV 194[1]).

Quod porro canonici a. 1574 asseruerunt, Canisium sua de missis Sociorum dicta iussu Ottonis cardinalis Augustani palam retractasse, huius retractationis neque in commentariis contionum annis 1564 et 1565 a Canisio habitarum neque in eius vel aliorum Sociorum epistulis ullum vidi vestigium; cardinalis Otto Canisium summi faciebat et in controversia illa inter Canisium et canonicos exorta totus pro Canisio stabat; neque tamen negaverim, Canisium Ottonis suasu in proxima aliqua contione dicta superiora similiter, atque in litteris modo memoratis explicaverat, explicasse falsasve eorum interpretationes refutasse; unde postea dictus sit ea retractasse.

475. 11. Iunii 1564.

Ex commentario a Canisio recognito. Cod. „Can. X. S." f. 153[b]—154[a].

Canisius ex cathedralis ecclesiae suggestu queritur: Non solum laicos epularum, aedium, similium rerum studio paulatim a pietate deflexisse, sed etiam ecclesiasticos curationis bovum et feminarum etc. excusatione defendere, quod nec litteris studeant, nec breviarium recitent, nec contionentur etc.

Canisius a. 1564 Augustae in templo cathedrali Dominica III. post Pentecosten sive d. 11. Iunii evangelium illud „coenae magnae" (Lc 14, 16—24) explicans primos Christianos curas humanas neglexisse, ut Deo famularentur, dicit; verum paulatim refrixit hic ardor . . . Vnde ceperunt cogitare, vnde manducabimus et bibemus domine [1]. Opus est pane et post panem opus est carne, et post carnem elixa et assata. Et post haec non vna [a] sed multis [b] [?] domibus [b] [?], nec tantum in Ciuitate sed etiam foris. Emenda igitur villa [2], arx, aedificando [c] [?] stabulum, lusthaufs, Hortus etcetera. Non quod Deum vellent negare [d], uel [e] Euangelio resistere, uel de [f] Sacramentis et bonis operibus male sentire, sed quod putent se excusatos in statu secularj, et alios pro ipsis orare in caelo et in terra . et cetera. Non vacat orare nimis, confiterj, et communicare. Habe me excusatum [3]. Scis quia caro sum [4] et in carne mea non est bonum [5]. Hinc nos spirituales etiam cepimus declinare, et persuademus nobis non opus esse praedicare, studere, orare, et sancte viuere, sicut nostrj fecere maiores. Habemus nostras villas, nostros boues et vtinam non etiam feminas [6] et ita nunc facti sumus spirituales ut multj dicant se non posse venire, sicut Patres ad foelicitatem, quia via nimis est dura, alij credunt se posse venire, sed excusant sese propter familiam, redditus, consuetudines, et [g] Haufssorg, amicos . ita vita nostra quid est aliud quam si dicere vellemus . Non vacat venire, habe me excusatum [7], et [h] mihi parcas, licet in octo diebus semel celebrem, horas non legam, et parum obseruem Canones, et non satis faciam meo statui.

5. Daemones, obsessi, magi, strigae.

476. 5. Martii 1564.

Ex contionis commentario, a Canisio recognito et emendato. Cod. „Can. X. Z" f. 37[b]—41[b].

Canisius ex sacro suggestu, ut auditores in re, de qua saepe disputetur, erudiat, haec exponit: Daemon etiam christianis timendus est; nam eum hominum etiam fidelium tum corporibus, tum animis magna damna intulisse, Christum eius potestatem imminuisse, non abstulisse, hominibus adversus eum serio pugnandum esse intellegitur et ex sacra Scriptura et ex veteris ecclesiae caerimoniis. Daemon hominum corpora

a) vnum *libr.* p) *Vel* multae domus; *libr. scripsit* multas domos. c) *Sic; sed corrigendum videtur* aedificandum *vel* aedificanda. d) *Sequitur* sed, *oblitt.* e) *Sequitur* ab, *oblitt.* f) *Sequitur* oratio, *oblitt.* g) *Sequitur* alia, *oblitt.* h) *Sequitur* nihil, *oblitt.*

[1] Cf. Mt 6, 31; Lc 12, 22. [2] Cf. Lc 14, 18. [3] Lc 14, 18 19.
[4] Gn 6, 3. Ps 77, 39. Eccli 28, 5. [5] Rom 7, 18.
[6] Cf. Mt 22, 5; Lc 14, 18—20. [7] Lc 14, 18—20.

obsidere eosque graviter vexare et tentare potest, Deo iustis de causis id permittente; neque tamen „secreta cordis" inspicere vel ad peccatum quemquam cogere potest; ecclesiae miraculorum patrandorum potestas data est. Mulieres pravae et daemoni addictae falso opinantur fieri, ut ipsae signis verbisque vanis, quae ab ipso daemone iis suggeruntur, eundem adiurando tempestates excitent, frumenta laedant, homines sterilitate et infirmitate afficiant etc. Daemoni natura aspectabilis non famulatur, nisi quantum Deus permittit. Hic propter gravissima peccata nunc permittit, ut daemon per strigas (Hexen) hominibus multum imponat et noceat. Hae merito puniuntur. Adhibenda arma veteris ecclesiae: Exorcismi, res sacratae, ieiunia etc.

Canisius Augustae Vindelicorum in ecclesia cathedrali anno 1564 die 5. Martii sive Dominica III. Quadragesimae, qua ecclesia augustana cum romana evangelium illud Lc 11, 14—28 „Et erat ejiciens daemonium" etc. legebat, ipsum evangelium adhibuit ad contionem de daemonum vi habendam, idque eo opportunius, quod et omnem Germaniam strigarum sive veneficarum timor magis magisque incedebat (v. supra p. 400) et factum illud Susannae Rosman a daemone obsessae, per ministros protestantes frusta exorcizatae, per sacerdotem catholicum liberatae Augustanorum admirationem vehementer moverat (v. supra p. 806). Mea consuetudo est, *inquit,* quando festis diebus hic praedico, vt aliquid primo loco tractetur de Decalogo. Nunc mutabo hanc consuetudinem, et non aegre feretis vt spero, quia statui vobis proponere materiam non minus vtilem et sepe nunc disputari solitam, nempe [de] malis spiritibus et obsessis hominibus. Ad hoc materiam mihi dat Euangelium. . . Dicam igitur primo, quomodo[a] non ita leuiter et ridicule de diabolo sit sentiendum et loquendum 2° de potestate demonis, circa obsessos et alios pessimos homines [qui] velut instrumenta sunt propria, ad alios ledendos et perdendos[b]. 3 de 4 genere[c] [?] peccatorum in Euangelio considerando.

Atque capita primum et secundum — tertium, quod tamen in codice primo loco tractatur (f. 37[b]—38[b]), hic omitto — sic a Canisio tractantur:

Si quis expendat leuitatem et impietatem, horum temporum, fateri cogitur, multis annis plures non fuisse, qui minus timerent Deum et sanctos, bonos et malos angelos[d], et minus cogitarent de caelo et inferno. Et quia ex abundantia cordis os loquitur[1], passim audiuntur multi inepte stulte leuiter et vnchristlich loqui de deo et sanctis, 2° de Ecclesia et sacramentis . 3° de bonis et malis angelis, quasi essent Turce Tartari et infideles. Jmo[e] vix volunt et possunt audire et ferre cum illis veritas dicitur[f] ex fundamento, et per scripturas probatur. Verbi gratia vt tantum agamus de demonibus, vnus dicit Quid ego timeo demonem, 2° autem sit terribilis sicut velit, quid

a) *Quae sequuntur, usque ad* loquendum *incl., a Can. ipso emendata sunt ex* errores multorum communes de Demonibus, hic ex hoc Euangelio possint refutari. b) *Quae sequuntur, usque ad* considerando *incl., a Can. ipso addita sunt.* c) *Corrigendum videtur* generibus; *nisi pro* 4 *ponatur* quadruplici. d) *Sic Can. sua manu correxit ex* Deus et — *(sequitur verbum obscurum;* satanam?*)*. e) *A libr. corr. ex* Et. f) dicetur *libr.*

[1] Mt 12, 34. Lc 6, 45.

potest facere contra me et fideles alios[a] 3° Christus vicit et potestatem eius destruxit[1] 4° noui tentationes, sicut nihil curo illius fallaciam et tentationes: 5°, Quid posset ipse vel ministri et aulici, die vnholten vnd hexen, die Zauberer vnd swartze Künstner.

Tales sermones non possum probare, quando video ab[b] illis vanis et leuibus carnalibus et sepe ebriosis adferri, qui parum habent de bono spiritu, et a[c] malo spiritu potius ad omne peccatum se sinunt impelli, 2° non video sanctos Patres tam audaces et securos fuisse in verbis et scriptis sed potius timuisse eyn solchen thausent Künstler vnd listigen ertzfeiendt. Tertio, scriptura sic loquitur de illo vt merito timere possimus de tali hoste. Cur christus quotidie docuit orare Et ne nos inducas[2] Cur Petrus monet nos esse sobrios et vigilare[3] 3° Cur Paulus dicit non enim nobis est colluctatio[d] [4]. Jtem 1 Thess. 2 se impeditum dicit a Sathana[5]. Transfigurat se[6]. Colaphizabat . 2 Cor. 12 datus angelus[7]. Sed tantum hoc Euangelium satis esset, ad terrorem nobis incutiendum . quomodo vocat illum Christus. Fortem armatum[8]. Et vere fortis quia non est similis potestas super terram . Job vltimo[9], 2° Vocat illum principem mundi[10], et Paulus Deum mundi[11], 2° fatetur christus hunc principem sub se alios habere principes[12], alios alijs esse nequiores[13], regnum ejus[14] esse constitutum, vt ordinem teneant[15] sine quo non possit durare regimen, quod habet et habebit vsque ad mundi finem[16] 3°, dicit illum non solum agere cum infidelibus sed etiam cum fidelibus vt his magis queat nocere et ad illos reuerti cum maioribus viribus vt illos redigat iterum in suam potestatem[17], nam auget iram et inuidiam illi, primo ne locum illius ascendamus[18], 2° quod ipsum abnegauerimus[19], quod ab homine Christo

a) *C. hic in marg. scripsit:* er [ist] nit so schwartz und grausam. b) ad *libr.* c) *Ita libr. scripsit supra v.* pro. d) *Quae sequuntur, usque ad* angelus *incl., Can. ipsius manu addita sunt.*

---

[1] Cf. Apc 5, 5; Hebr 2, 14 etc.

[2] Sequitur: „in tentationem“: Mt 6, 13. Lc 11, 4.

[3] „Sobrii estote et vigilate, quia adversarius vester diabolus tamquam leo rugiens circuit, quaerens quem devoret“: 1 Petr 5, 8.

[4] Sequitur: „adversus carnem et sanguinem: sed adversus principes et potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiae, in caelestibus“: Eph 6, 12.

[5] „Voluimus venire ad vos, ego quidem Paulus, et semel, et iterum, sed impedivit nos satanas“: 1 Thess 2, 18. [6] Sequitur: „in Angelum lucis“: 2 Cor 11, 14.

[7] „Datus est mihi stimulus carnis meae, angelus satanae, qui me colaphizet“: 2 Cor 12, 7. [8] Lc 11, 21. [9] Ib 41, 24. [10] Io 12, 31: 14, 30: 16, 11.

[11] „Deus huius saeculi“: 2 Cor 4, 4.

[12] Cf. Mt 25, 41: 12, 24—27: Lc 11, 15—19: Apc 12, 7 9.

[13] Mt 12, 45. Lc 11, 26. [14] Mt 12, 26. Lc 11, 18.

[15] Cf. Eph 6, 12; 1 Cor 15, 24.

[16] Cf. 1 Cor 15, 24—28; 2 Thess 2, 1—11: Apc 12, 7—12: 20, 7—15.

[17] Cf. Mt 12, 43—45; Lc 11, 24—26. [18] Locum, quem olim in caelo tenuerat.

[19] Inter sacras baptismi caerimonias haec quoque est, quod baptizandus vel ipse vel per patrinos planis verbis satanae „abrenuntiat“.

confusus fuerit [1] et nihil habere potuerit [2]. Tertio quod adhuc saepe vincatur ab Electis in humana carne. Nonne redijt ad Dauid [3] 2° ad Salomonem [4], 3° ad Sampsonem [5], 4° ad Judam [6] 5 ad Ananiam et et Saphiram [7]. et magnum illis damnum attulit. Quarto nonne grauiter nocet et magis quam vllus tyrannus, qui aufert homini oculos ne videat, aures ne audiat, linguam ne loquatur secundum literalem [8] et spiritualem sensum [9]. Non enim solum in corpore sed in animo affligit, nec solum malos sed etiam bonos, sicut Job iustum auferens illi bona, domum, filios, amicos et sanitatem [10]. percussit enim illum vlcere pessimo [11]. Nonne colaphisauit et Paulum qui habebat fidem, et orabat in fide melius quam nos omnes, nec potuit ab illo liberari [12]. Cur igitur dicunt Christus vicit Demonem [a]. (Recte. Eiecit illum ex templis, sustulit crassum et commune genus idololatriae toto orbe usitatum . 2 liberauit a potestate peccati [et] mortis electos [13] 3 promeruit gratiam uincendi si uolumus 4 spoliauit infernum liberando patres e limbo [14]. Apoc. 1° [15]. Manet tamen princeps mundi [16] 2° seducit orbem [17] 3 est astutior omnibus doctior peritior hostis cui semper dicere opus. Vade retro me sathana [18]. lauret auff vnss [19]), sed non occidit, 2° debilitauit sed non annihilauit, imminuit potestatem, non abstulit. Jmo tanto Demon est furiosior nunc quo magis instat finis mundi et maiores vires habet tantumque efficiet, per se et suos, vt Christus dicat fidem vix futuram super terram [20]. Christus vicit, sed, reliquit illum in terra, donec damnabit illum in Judicio [21]. Vicit, sed vt possit adhuc nocere, et nobiscum quotidie pugnet [22]. Vicit, sed vt nos etiam vincamus [23] et resistamus [24] non dantes locum illi [25]. Vicit vt nobis impetraret [b] gratiam pugnandi et vincendi. Qui vicerit autem dabo illi sedere mecum [26].

Vnde vetus Ecclesia, speciales orationes, iussit haberi, ad Dei gratiam implorandam contra Demonem et eius potestatem [27]. 2° voluit

a) *Quae sequuntur, usque ad* auff vnss *incl., a C. ipso in marg. addita sunt.* b) impetrare *libr.*

[1] Cf. Mt 4, 1—11; Lc 4, 1—13; 10, 17 18; Col 2, 15 etc.
[2] Cf. Io 14, 30. [3] Cf. 2 Rg 11, 1—24; 12, 13; 1 Par 21, 1—7.
[4] Cf. 3 Rg 11, 1—10; Eccli 47, 21—23. [5] Cf. Iud 16, 4—21.
[6] Cf. Lc 22, 3 4 53; Io 13, 27. [7] Cf. Act 5, 1—10.
[8] Cf. Mt 9, 32 33; 12, 22—24; Mc 9, 16—24; Lc 11, 14.
[9] Cf. Io 8, 43—47; Act 26, 18; Col 1, 13; 1 Io 3, 10; Apc 16, 13 14 etc.
[10] Cf. Ib 1, 1—20; 2, 7—13. [11] Ib 2, 7. [12] Cf. 2 Cor 12, 7—9.
[13] Cf. Act 26, 18; Col 1, 13; Hebr 2, 14 15 etc.
[14] Cf. Eph 4, 8 9; Col 2, 15 etc. [15] Cf. Apc 1, 5—7.
[16] Vide supra p. 870. [17] Apc 12, 9. [18] Mc 8, 33.
[19] Cf. Eph 6, 11; 1 Tim 3, 6 7; 6, 9; 2 Tim 2, 26; 1 Petr 5, 8 etc.
[20] Cf. Mt 24, 24; Lc 18, 8. [21] Cf. 2 Thess 2, 1—11; Apc 19, 19—21 etc.
[22] Cf. Mt 12, 43—45; 1 Cor 7, 5; 2 Cor 2, 11; 1 Thess 3, 5 etc.
[23] Cf. Eph 6, 16. [24] Iac 4, 7. [25] Eph 4, 27. [26] Apc 3, 21.
[27] Ita v. g. in „Exorcismo ante baptismum", quem episcopus recitare iubetur in „*Testamento* Domini nostri Iesu Christi" (ed. *Ign. Ephr. Rahmani,* Moguntiae 1899, 120—127), et in „Orationibus" et „Exorcismis super electos", qui exstant in „Libro

fideles omnes signare se signo crucis [1], 3° fecit [a] [?] aquam et sal, vt creatura per verbum et orationem Ecclesiae sanctificaretur, et prodesset fidelibus contra nequitiam daemonis, sicut ante 1000 annos est obseruatum [2], 4° voluit erigi cruces in templo et alibi, vt virtutem Christi cogitaremus, et cum fide illius confortati in omnibus periculis et tribulationibus consolaremur [3].

Quinto, habuit semper exorcistas ad demones eijciendos [b], qui obsidebant [4] corpora [5], de quibus etiam dicit Euang. Si ego in Beelze-

a) *Aut* benedici *simileve verbum supplendum, aut* benedixit *ex* fecit *corrigendum esse videtur.*
b) eijciendas *libr.*

Sacramentorum Romanae Ecclesiae", quod „*Sacramentarium Gelasianum*" vocatur (The Gelasian Sacramentary, edited by *H. A. Wilson,* Oxford 1894, 46—50), et in orationibus, quae ad fontes baptismales benedicendos etc. praescribuntur in „*Missali Gothico*" et in „*Missali Gallicano veteri*", quae vulgavit *J. M. Thomasius* Cler. Reg., Codices Sacramentorum nongentis annis vetustiores, Romae 1680, 334 473.

[1] *Tertullianus,* De corona cap. III (*Migne,* PP. LL. II 99); *S. Cyrillus Hierosolymitanus,* Catecheses IV, n. 14; XIII, n. 36 (*Migne,* PP. GG. XXXIII 471 815); *S. Ambrosius,* Epist. 72, n. 12 (*Migne,* PP. LL. XVI 1247); *S. Epiphanius,* Adversus haereses l. 1, tom. 2, haer. 30, n. 8 (*Migne,* PP. GG. XLI 419).

[2] Oratio, qua episcopi et presbyteri aquam et oleum sacrare iubentur orando Deum, ut aquae et oleo det „*δύναμιν δαιμόνων φυγαδευτικήν*", exstat in „Constitutionibus Apostolicis" l. VIII, c. 29 (*Migne,* PP. GG. I 1125), quas ineunte fere saeculo V conscriptas esse censet *F. X. Funk,* Die Apostolischen Konstitutionen, Rottenburg a. N. 1891, 366. Cf. *eiusdem* „Das Testament unseres Herrn und die verwandten Schriften", Mainz 1901, 297. „Exorcismi" et „Benedictiones" sali et aquae adhibenda, quibus Deus rogatur, efficiat, ut, ubicunque fuerint aspersa, „omnis infestatio immundi spiritus abigatur, terrorque venenosi serpentis procul pellatur" etc., comparent in „Libro Sacramentorum", quem a *S. Gregorio Magno* († 604) compositum esse tradunt (*Migne,* PP. LL. LXXVIII 231—232 [ex editione L. Menardi O. S. B.]; *Lud. Ant. Muratori,* Liturgia Romana Vetus II in eius „Raccolta delle Opere minori" XII, Napoli 1760, 104—105). Atque haec de communi illa aquae salisque benedictione; benedictiones autem illae, quae in catechumenatus et baptismi caerimoniis adhibebantur, etiam antiquiores sunt. A protestantibus haud ita raro etiam aqua benedicta et similes res sacrae in rerum magicarum numero habebantur (*Janssen-Pastor* l. c. VIII [13—14] 597—598).

[3] Id, si non ante, certe saeculo IV. vel V. institutum est; cuius rei exempla posuerunt *P. J. Münz,* Archäologische Bemerkungen über das Kreuz etc., Wiesbaden 1866, 102—103; *J. Stockbauer,* Kunstgeschichte des Kreuzes, Schaffhausen 1870, 127—130; *H. Grisar* S. J., Analecta Romana I, Roma 1899, 427—444, tav. IX; Rom beim Ausgang der antiken Welt, Freiburg i. Br. 1901, 415 540 749; vide etiam *Ios. Wilpert,* Die Malereien der Katakomben Roms, Freiburg i. Br. 1903, 94 ad 95 227 292 495—496 527.

[4] Obsessio in eo est, quod daemon hominis corpus occupat eiusque membris etiam ipso invito utitur, ea etiam addens atque efficiens, quae supra humanas sunt vires.

[5] Canisius iam viderat, puto, „*Constitutiones Apostolicas*", quas ab Apostolis per S. Clementem Romanum evulgatas esse tunc putabant, quasque Veneti a. 1563 primum et graecas et latine versas typis exscripserant; ubi l. VIII, c. 26 Thaddaeus apostolus de „exorcistis" constituens inducitur (*Migne,* PP. GG. I 1121). Certe primis ecclesiae temporibus tum clerici, tum alii fideles daemones „exorcizando" (cf. Act 19, 13) ex corporibus hominum pellebant (*Origenes,* Contra Celsum l. 7, n. 4 [*Migne,* PP. GG. XI 1425; Origenes, Werke II, herausg. v. *P. Koetschau,* Leipzig 1899, 156]):

bub eijcio demonia filii vestri in quo eijcient[a] [?][1]. Nam Salomon instituit Exorcistas ad adiurandum obsessos per inuocationem diuini nominis[2]. Vnde et Christus peculiarem dedit facultatem Ecclesiae ad demones eijciendos[3] qua vsus est Paulus et Apostoli[4].

Nunc de obsessis agendo, cur dat Deus tantam potestatem demoni, vt substantialiter intret corpus et inhabitet, non solus sed aliquando cum septem[5] vel milibus vel tota legione[6], nonne homines imbecilliores ad resistendum hosti tam potenti et astuto et exercitato, et in omnem partem exercitato, 2°, quis potest satis explicare quomodo demon ingressus commoueat carnem sanguinem et membra, 2. quomodo mutet imaginationem et fantasias, quomodo vsum rationis impediat et auferat[7], quomodo faciat loqui ignota lingua ac si ebrij essent, et agere quae nunquam sane desiderarent, quomodo abripiat proijciat et impellat[8], ad laqueum, vel gladium vel subuersionem[b] [?], ad blasphemiam ad sacrilegia et contemptum rerum sacrarum[c] et errorem, ita etiam potest dici de alijs qui non sunt obsessi sed tamen vident ante se et audiunt demonem et certo experiuntur eius graues tentationes, sicut etiam expertus est Antonius[9] Hilarion[10] et multi

a) *Ita libr.; corrigendum esse videtur* eijciunt; *ita enim habet Lc 11, 19; cf. infra adnot. 1.* b) *Sic; corrigendum videtur* submersionem; *cf. Mt 17, 14.* c) *Duo vv. sqq. librarius in marg. addidit, post* contemptum, *puto, inserenda.*

Minucius Felix, Octavius cap. 27 [*Migne*, PP. LL. III 339; M. Minucii Felicis Octavius etc., rec. *Car. Halm*, Vindobonae 1867, 40]; *S. Athanasius*, Epistola ad Marcellinum n. 33 [*Migne*, PP. GG. XXVII 44—45]; *Sulpicius Severus*, Dialogus II (III), n. 6 [*Migne*, PP. LL. XX 215; Sulpicii Severi libri qui supersunt, rec. *Car. Halm*, Vindobonae 1866, 204]; *Paulinus*, Vita S. Ambrosii n. 43 [*Migne*, PP. LL. XIV 42]; *S. Gregorius Nyssenus*, Vita atque encomium Sancti Ephraem Syri [*Migne*, PP. GG. XLVI 845—848]). Atque ordinem ecclesiasticum „Exorcistarum" iam saeculo IV. exstitisse intellegitur ex canone 24. *Concilii laodicensis* (*Harduinus* l. c. I 785—786; *Hefele* l. c. I 765—766). Ad idem vel proxima saecula spectant, quae de hoc ordine statuuntur corpore illo canonum ecclesiasticorum, quod „Concilium Carthaginensium Africae IV." vocant, can. 7 (*Harduinus* l. c. I 979; cf. *Hefele* l. c. II 68—70). Immo vero id officii iam inde a saeculo III. exstitisse colligit ex scriptis Origenis, Cornelii papae etc. *Ferd. Probst*, Sakramente und Sakramentalien in den drei ersten christlichen Jahrhunderten, Tübingen 1872, 44.

[1] Ita Christus in evangelio Dominicae III. in Quadragesima (Lc 11, 19). Cf. Mt 12, 27.

[2] Id narrat *Flavius Iosephus*, Antiquitates Iudaicae l. 8, c. 2, n. 5. Cf. Mt 12, 27; Mc 9, 37—39; Lc 9, 49 50; 11, 19; Act 19, 13 14.

[3] Cf. Mt 10, 1; Mc 3, 15; Lc 10, 17—20; maxime autem Mc 16, 17.

[4] Cf. Act 5, 14—16; 8, 5—7; 19, 11 12.

[5] Cf. Mt 12, 45; Lc 11, 26; Mc 16, 9. [6] Cf. Mc 5, 9; Lc 8, 30—35.

[7] Cf. Mt 8, 28; Mc 5, 2—5; Lc 8, 27.

[8] Cf. Tob 3, 8; 6, 17; Mt 17, 14—17; Mc 1, 26; 9, 16—25; Lc 4, 35; 9, 38—42; 13, 11—16.

[9] *S. Athanasius*, Vita et conversatio S. P. N. Antonii n. 5 6 8 9 39—41 51—53 etc. (*Migne*, PP. GG. XXVI 848—857 900—904 916—920 etc.).

[10] *S. Hieronymus*, Vita S. Hilarionis n. 5—7 (*Migne*, PP. LL. XXIII 31—32).

alij, nam sanctiores grauius tentantur praecipue autem morientes in fine vitae, sicut et Martinum tentauit [1].

Non potest homo conqueri, de hac permissione Dei, quam licet ignoremus, tamen iustam esse fateri[a] cogemur. Si respicimus intentionem Dei, Fidelis est qui non patietur uos tentari supra id quod possitis [2], sed sicut dat Diabolo tentandi veniam [3] sic uobis tentatis misericordiam et gratiam [4]. 2° Christus tentatus est per omnia [5], vt disceret compati fratribus [6]. 3° non solum promisit gratiam sed etiam mittit angelos ministros et custodes et consolatores vnde Heliseus noli timere plures enim nobiscum sunt quam cum illis [7] 4° Reg. 7[b] [?]. 4° Proponit aeternam mercedem[c] et coronam breui certamini[d] [8] 5° gladium spiritus [9] et alia arma[e] nobis offert[f] ad extinguenda tela nequissimi [10], per quae etiam parui et infirmi fugare possunt hostem 6° licet permittat vexari corpus, non tamen sinit demonem in animam ingredi et intus operari [11], imo neque secreta cordis nostri cognoscere [12], nec immittere malas cogitationes [13], neque compellere ad aliquid [impie][g] [?] agendum. 7° cum permittit illum venire facit hoc ad manifestandum postea[h] maiorem sui gloriam [14] tempore liberationis sicut in Maria magdalena Marci

a) fatere *libr.* b) *Ita libr.; scribendum certe fuerat* 6. *Cf. infra adnot. 7.* c) *Duo vv. sqq. a libr. postea addita sunt.* d) certaminis *libr.* e) *Sequitur* dat, *a libr. oblitt.* f) *Quattuor vv. sqq. a C. ipso supra vers. scripta sunt.* g) *Vel hoc vel aliquid simile, ut:* improbe *vel:* quod peccatum sit, *supplendum esse ea ipsa quae C. paulo ante dixit, ostendunt; cf. infra adnot. 11 huius pag.* h) *Libr. hic perperam alterum* ad *addidit.*

---

[1] *Sulpicius Severus,* Epistola III, n. 16 (Sulpicii Severi libri ed. *Halm* [cf. supra p. 872 [5]] 149. *Migne,* PP. LL. XX 182—183). [2] 1 Cor 10, 13. [3] Cf. Ib 1, 12; 2, 6. [4] 1 Tim 1, 2. 2 Tim 1, 2; 2 Io 3. [5] Hebr 4, 15. [6] Cf. Hebr 2, 18: 5, 8. [7] 4 Rg 6, 16. [8] Cf. Mt 5, 3—12; 1 Cor 9, 25; 2 Cor 4, 17; 1 Petr 1, 3—9 etc. [9] Eph 6, 17. [10] Eph 6, 16.

[11] Canisius iam paulo ante dixerat, ex Dei permissu posse homines per daemones „non solum in corpore, sed in animo affligi", posse per daemones „commoveri carnem, sanguinem et membra", „mutari imaginationem et phantasias", „usum rationis impediri et auferri", posse fieri, ut homines „videant ante se et audiant daemonem" (v. supra p. 871 873). Quare cum hoc loco „animam" dicit, intellectum maxime dicit et voluntatem, neque negat, daemones hominibus posse „immittere", ut *Franciscus Suarez* S. J. ait, „prauas cogitationes, vel interius phantasmata immutando, vel exterius objecta sensibilia incitantia ad malum offerendo, vel etiam aliquando exterius sub diuersis figuris apparendo et loquendo"; ne hoc quidem Canisius negat, posse daemones „movendo et alterando corpus" — iterum *Suaresii* verbis utor — „excitare appetitum sensitivum" atque „in voluntate ipsa vi appetitus prauos excitare motus, quoddammodo naturales, et necessarios" (De Angelis lib. 8, c. 18, n. 8; lib. 6, c. 16, n. 29; Commentaria in primam partem Divi Thomae II, Moguntiae 1621, 681 478). Hoc vero Canisius negat: Daemones vel animis hominum nulla eiusmodi re interposita „malas cogitationes immittere", vel ulla ratione efficere posse, ut homines non possint non peccare sive ut necessario peccatum verum sive „formale", quod theologi vocant, admittant. De qua re cf. *S. Thomae Aquinatis* Quaestionem de anima, art. 18, et Summam theologicam I, qu. 111, a. 1—4.

[12] Cf. 3 Rg 8, 39; Ir 17, 9 10; 1 Cor 2, 11 etc. De qua re vide *S. Thomae* Summam theologicam I, qu. 57, a. 4, et „De veritate" qu. 8, a. 13.

[13] Vide supra, adnot. 11. [14] Io 2, 11.

vltimo[1]. 8° ad ostendendam iustitiam in punitione peccati. Sicut permisit Saul Regem, arripi a demone[2], 9° ad salutem animae, 1° Corinth[a]. 5° Apostolus tradit Corinthium[b] satanae in interitum carnis vt spiritus saluus fiat[c] in die domini[3], et similiter Himenaeum[d] et Alexandrum vt discant non blasphemare[4] 1° Timoth. 1° 10. Ad declarationem vere fidei contra infideles et haereticos. Sic non solum Christus per se sed suos viuos et mortuos fecit et facit miracula, testantia nobis veram doctrinam et Ecclesiam. Haeretici non possunt facere miracula[5] et propterea sicut pharisei blasphemant Deum in sanctis suis et tribuunt ea demoni[6]. Scimus quod etiam mali possunt miracula facere[7] sicut magi pharaonis[8] et multi facientes condemnabuntur[9]. sed tamen negari non potest quod Christus peculiariter promiserit gratiam miraculornm apostolis et ecclesie suae. Signa eos qui crediderint haec sequentur[10], et quod adhuc sepe faciat multis in locis in testimonium fidei[11] et in consolationem bonorum, Sicut videmus bey dem tauff-

a) Corith. *libr.* b) Corinthum *libr.* c) *Tria vv. sqq. a C. ipso supra vers. scripta sunt.* d) Hircanum *libr.*; *vide 1 Tim 1, 20.*

---

1 Cf. Mc 16, 9: Lc 8, 2.

2 Cf. 1 Rg 16, 14—23; 18, 10; 19, 9. Neque tamen omnes sacrae Scripturae interpretes Saulem a daemone obsessum esse censent; sunt, qui eum tristitia quadam et gravitate mentis affectum esse putent; quam sane daemon et efficere et sustentare et ad hominem tentandum perdendumque adhibere poterat. Cf. *Aug. Calmet* O. S. B., Commentarius literalis in omnes libros Veteris Testamenti, latinis literis trad. a *I. D. Mansi* III, Wirceburgi 1790, in 1 Rg c. 16, v. 14 (p. 696—697), et *Mart. Hagen* S. J., Der Teufel im Lichte der Glaubensquellen, Freiburg i. Br. 1899, 16. 3 1 Cor 5, 5. 4 1 Tim 1, 20.

5 Ex Canisii verbis proximis collegeris, eum hoc dicere: Protestantes sui temporis velle quidem miracula quaecumque edere, sed non posse. Ceterum hoc nunquam fieri potest, ut haeretici ea edant miracula, quibus ipsorum haeresis confirmetur; nam ita ipse Deus eos ad haeresim stabiliendam adiuvaret; vera enim miracula sunt „opera extraordinaria, et rara praeter legem ordinariam Dei, et supra omnem virtutem causarum naturalium“, atque ideo „pignora quaedam omnipotentiae Dei“, ut ait *Suarez*, De triplici virtute theologica Tract. 1, Disp. 4, sect. 3, n. 8 (Moguntiae 1622, 71).

6 Cf. Mt 9, 34; 12, 24: Mc 3, 22; Lc 11, 15.

7 A malis vera miracula edi possunt, quibus non quidem falsae doctrinae confirmentur, sed hominibus beneficia tribuantur, ut aegrotis sanitas etc.; edi etiam possunt miracula falsa, sive ea, quae, cum supra naturae vires non sint, speciem tamen miraculorum habent; divinae autem providentiae est, curare, ut in huiusmodi miraculis daemonum, magorum, pseudoprophetarum „semper relinquatur aliquis modus, quo moraliter possint diiudicari“ et a veris miraculis distingui, „si homines, quod in se est, faciant ad cognoscendam veritatem“: *Fr. Suarez* S. J. l. c. n. 9 10 (p. 71—72), et Commentaria in Tertiam Partem Divi Thomae T. II, Qu. 44, art. 4, sect. 2 (Moguntiae 1604, p. 304). Vide etiam, quae de verorum miraculorum vi et virtute atque de „discrimine inter vera miracula et falsa“ „retinendo“ exposuit ipse *Canisius*, De Maria Virgine incomparabili l. 5, c. 18 (Ingolstadii 1577, p. 669—670).

8 Cf. Ex 7, 11 22; 8, 7. 9 Cf. Mt 7, 22 23; 24, 24: Mc 13, 22.

10 Mc 16, 17; cf. Mc 16, 20; Io 14, 12; 1 Cor 14, 1—40 etc.

11 Hebr 11, 39.

wasser, 2° in Exorcistis[a] [?] secundum Catholicum ritum[1], 3° per operationem sacramentorum vt quotidie multi experiuntur.

Sed querit aliquis, Cur deus permittit hoc tempore vt male mulieres, per medium et suggestionem[b] et cooperationem demonis den lufft betrueben, Hagel machen, frumenta et vinum ledunt, infirmitates emittunt, et quosdam steriles faciunt vn[d] gebrechafftig, Jmmissiones per angelos malos[2].

Dico primo, meram esse fallaciam maleficarum, quod putant se hoc facere, hagel vnd windt machen, leudt vnd landt verderben[c] [3], vnde, solent etiam postea gratias agere Demoni, adorare et offerre, credentes, quod potuerint elementa mouere, damna inferre[d] vicinis sicut sepe faciunt ex mero odio, inuidia et vindicta. Ad haec autem vtuntur, admonitione[e] [?] demonis qui docet vt ad tales effectus[f] eligant lapides, proijciant Keysleinsteyn hinder sich gegen der sonnen neddergangck, 2° sandt sprengen in eynen rinnenden bach, oder eyn bloch ruber Zwerch in eynen bach legen, deputat[g] etiam illis certos dies ac horas ad haec ridicula facienda[h], ut obseruent constellationes, dies fortunatos et infortunatos et ita fallit miseras[i] [4].

Dico 2° quod Demon non habet potestatem, et multo minus seyne trauanten die swartze Künstler sic[k] [?] contra naturae ordinem aliquid faciendi et nocendi, vt docet Augustinus 3° de trinitate[5] 2° Damascenus[6] 3° Gregorius 3° Dialogorum[7], 4° Exodi 7° Non potuerunt magi facere signa omnia[8], sed confessi sunt digitus dei est hic[9]. 5° Satan non potuit ingredi in porcos nisi rogaret primum[10]. Vnde,

a) *Sic libr.; sed ob ea quae antecedunt et sequuntur, malim legere* Exorcismis. b) *Duo vv. sqq. a libr. in marg. addita sunt.* c) *Sequitur* et, *a libr. oblitt.; fortasse hic inserenda sunt, quae paulo infra sequuntur:* Jta falsa credunt *etc.; cf. infra p. 877 e.* d) *Sequitur* qui; *fortasse scribendum fuerat* suis. e) *Sic libr.; corrigendum videtur* adiuratione; *nam adiurare solebant daemonem, non admonere.* f) affectus, vt *libr.* g) deputant *libr.* h) *Septem vv. sqq. ab ipso C. in marg. addita sunt.* i) miseros *libr.* k) si *libr.; fortasse hoc v. omnino oblitterandum est.*

---

[1] Cf. supra p. 806. [2] Ps 77, 49.

[3] Vide, quae sub ipsam hanc contionem dicentur.

[4] Canisius haec ex *Udalrici Molitoris* „Tractatu de pythonicis mulieribus" excerpsisse videtur; vide, quae sub ipsam hanc contionem dicentur.

[5] Ex sacra Scriptura (Exodi capitibus VII. et VIII.) „intelligi datur, ne ipsos quidem transgressores angelos et aereas potestates, . . . per quas magicae artes possunt quidquid possunt, valere aliquid nisi data desuper potestate. . . . Nec ideo putandum est istis transgressoribus angelis ad nutum servire hanc visibilium rerum materiam, sed Deo potius, a quo haec potestas datur, quantum in sublimi et spirituali sede incommutabilis iudicat": *S. Augustinus,* De Trinitate l. 3, c. 7 8, n. 12 13 (*Migne,* PP. LL. XLII 875).

[6] *„Οὐκ ἔχουσιν τοίνυν [οἱ δαίμονες] ἐξουσίαν κατά τινος, οὐδὲ ἰσχὺν, εἰ μὴ ἐκ τοῦ Θεοῦ οἰκονομικῶς συγχωρούμενοι, ὡς ἐπὶ τοῦ Ἰὼβ, καὶ καθάπερ ἐπὶ τῶν χοίρων ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ γέγραπται": S. Ioannes Damascenus,* De fide orthodoxa l. 2, c. 4 (*Migne,* PP. GG. XCIV 877).

[7] „Absque concessione omnipotentis Dei nullam malignus spiritus contra hominem potestatem habet, qui in porcos intrare non potuit, nisi permissus": *S. Gregorius Magnus,* Dialogi l. 3, c. 21. (Opera D. Gregorii Papae I, Venetiis 1583, 1018; *Migne,* PP. LL. LXXVII 273). [8] Cf. Ex 7, 10—25; 8, 1—19.

[9] Ex 8, 19. [10] Cf. Mt 8, 30—32; Mc 5, 11—13; Lc 8, 32 33.

non possunt demones et sui [nobis nocere][a], nisi quando quomodo ubi et quamdiu deus[b] permittit, alioquin ve nobis[c] 2 tanto maiorem potestatem dat dominus quo magis recedimus a gratia et obedientia.

Cur Deus nunc permittit magis quam alio tempore?[d] Judicia Dei abissus multa[1] et inscrutabilia[2], quis enim cognouit sensum domini[3]. Tamen magnas mutationes deus nunquam fecit aut permisit, nisi propter magna et grauia peccata. Cur deleuit Sodoma et Gomorra?[4] 2° Cur Abiron et Dathan voluit absorberi[5]. 3°, cur puniuit exercitum Sennacherib et vna nocte occidit 185 000 [ain hundert funff vnd achtzig] thausent man[6] Jsaiae 37 . 4° Cur Nabuchodonosor fecit vt bouem vagari in deserto et comedere fenum[7]. 5 Cur voluit Corinthios infirmari et mori[8]. Quid ergo mirum, nunc cum maxima peccata regnant[9], et fides deficit[10] et poenitentia negligitur, confessio ridetur, et oratio parum curatur, et deuotio est penes paucos, et nulla obedientia subditorum vel iustitia maiorum viget, quid mirum inquam deum plus mali permittere Demoni, vt potestatem suam maiorem accipiat per illos et illas, qui omnino se separant a Deo, et dedunt se demoni, negant fidem, et iurant, se facturas contra infantes et alios bonos omnia mala pro voluntate demonis, offerentes [ei] et adorantes illum, Nihil curantes Baptismum, crucem, orationem et ad omnia mala sollicitantes[e]. Jta falsa[f] [?] credunt, vt[g] [?], se[h] adiurare[i] et cogere demones inuocando aut[k] [?] per characteres, per benedictiones factas[l] super pomum, vel pirum vel[m] cingulum, orando per[n] ignota nomina hebraica angelorum, licet admisceant pater noster, per collectiones herbarum in die Johannis. Nonne igitur merito punientur, sicut Jus Cesareum statuit in codice de maleficis et matematicis .l. multi[11] . 2° sicut lex diuina

a) *Haec vel similia supplenda esse intellegitur ex Canisii verbis paulo superioribus.* b) *VV.* ubi et quamdiu *a C. in marg. scripta sunt, ut emendarentur, quae scripta erant a libr.:* nisi quando quomodo et vbi deus. c) *VV. sqq., usque ad* obedientia *incl., a C. in marg. addita sunt.* d) *C. in marg. scripsit:* 3 quaestio. e) *Libr. ea, quae sequuntur, usque ad* die Johannis *incl., in summae paginae (quae incipit:* permittere Demoni, vt potestatem suam *etc.) margine addidit, non significans, quo loco contioni ipsi inserenda essent; quae fortasse a libr. in pag. superiore scribenda fuerant, et post* landt verderben *contioni inserenda; v. supra p. 876.* f) *Vel sic ex* falso, *quod libr. posuit, corrigendum, vel* vt, *quod sequitur, delendum esse puto.* g) *Vide supra adnot. f huius pag.* h) *Hic fortasse* posse *addendum est.* i) abiurare *libr.* k) *Hoc v. oblitterandum fuisse puto; supervacaneum enim esse videtur.* l) facta *libr.* m) *Sequitur* simbolo, *a libr. oblitt.* n) cingulum orando, per *libr.*

---

[1] Ps 35, 7. [2] Cf. Ib 5, 9; 37, 5; Rom 11, 33.
[3] Rom 11, 34; cf. Sap 9, 13.
[4] Cf. Gn 18, 20—33; 19, 1—29; Sap 10, 6—8; Ez 16, 49 50 etc.
[5] Cf. Nm 16, 1—40; 26, 9—11; Eccli 45, 22—24 etc.
[6] Cf. Is 36, 7—22; 37, 1—36; 4 Reg 18, 17—37; 19, 1—35; Tob 1, 21 etc.
[7] Dn 4, 22, 29 30. [8] Cf. 1 Cor 11, 17—31. [9] Rom 5, 21; 6, 12.
[10] Lc 22, 32.
[11] Legem dicit a *Constantio* imperatore a. 357 latam, quae in „Corpus Juris civilis" (Codex Justinianus, lib. 9, tit. 18 [n. 6.]) relata est: „Multi magicis artibus usi elementa turbare, vitas insontium labefactare non dubitant et manibus accitis audent ventilare, ut quisque suos conficiat malis artibus inimicos . hos, quoniam naturae peregrini sunt, feralis pestis absumat" (Corpus Iuris civilis. II. Codex Iusti-

etiam ordinat [1], 3° sicut ratio ipsa dictat, vt homicidae non sinantur viuere [a].

Omitto, quomodo satan possit assumere corpora, edere, bibere, loqui, percutere, luxuriari, decipere oculos, mutare sensus, et alia mira facere [b]. Certe Christus, non frustra dixit discipulis [c], demonem ab illis non posse eijci, propter incredulitatem [2], 2° quia non orassent, 3° quia non ieiunassent. [3] Math. 17 [d].

Arma omnia ueteris Ecclesie contra demonem abijcimus: 1 Negleguntur exorcismi ante baptismum. Tempore Apost. Dion. in Hier. eccl. [4] Chrys. in hom. de Adam et eua [5].

a) *Libr. in marg. litteris paulo maioribus scripsit:* De puniendo. Bona eorum publicanda. b) *Canisius hic sua manu in margine quasi dubitans scripsit:* quid sentiendum de incubis et succubis, an possint generare. c) *Sequitur* vt, *a libr. oblitt.* d) *Omnia, quae sequuntur, a C. ipso scripta sunt, exceptis vv.* Leuitici *etc., usque ad* reliquias sanctorum *incl., quae scripta sunt a libr.*

---

nianus, ed. *Paul. Krueger,* Berolini 1877, 380). Antiquo quoque iure germanico, quod saeculo XIII. libris *„Sachsenspiegel"*, *„Schwabenspiegel"* etc. comprehensum et propositum est, tum apostatae haereticique, tum magi, tum venefici igni necabantur (Sachsenspiegel, auffs newe vbersehen durch *Christoff Zobel,* Leipzigk 1563, lib. 2, art. 13, f. CCV [b]; Der Schwabenspiegel, herausg. v. *F. L. A. von Lassberg,* Tübingen 1840, n. 174, p. 84). Similiter de magis statuebatur legibus complurium provinciarum urbiumque germanicarum illo proximoque saeculo conscriptis. Lege tamen *„Carolina"* a. 1532 in imperii comitiis confirmata cavebatur, ne magi igni cremarentur, nisi pravis illis artibus aliis damna vel detrimenta intulissent (*J. Hansen,* Zauberwahn, Inquisition und Hexenprozeß im Mittelalter, München u. Leipzig 1900, 369—374. *Janssen-Pastor* l. c. VIII [13—14] 587—589).

[1] „Maleficos non patieris vivere": Ex 22, 18. „Vir, sive mulier, in quibus pythonicus, vel divinationis fuerit spiritus, morte moriantur: lapidibus obruent eos: sanguis eorum sit super illos: Lv 20, 27. Cf. Dt 18, 10—12; 1 Rg 28, 7—10.

[2] Mt 17, 19.

[3] Cf. Mt 17, 18—20; Mc 9, 27 28.

[4] De ecclesiastica Hierarchia Cap. 2, P. 2, § 6 7; P. 3, § 5 6 (*Migne,* PP. GG. III 395 401); quem librum a S. Dionysio Areopagita, apostolorum discipulo, conscriptum esse putabant.

[5] S. Ioannes Chrysostomus aliquot de Adam et Eva homilias habuit, quamquam illorum nominibus inscriptae non sunt (Homiliae in Genesim n. 15—18 [*Migne,* PP. GG. LIII 118—158]); neque tamen in his exorcismos in baptismi collatione usitatos commemorat. At praeter Canisium alii quoque ad exorcismos illos vindicandos Chrysostomi de Adam et Eva homiliam proferunt: ita *Franciscus Suarez* S. J., Commentarii ac Disputationes in tertiam partem Divi Thomae, Qu. 71, art. 2 (T. III, Moguntiae 1619, 355). Et *Guilielmus Lindanus:* „Ex Apostolica", inquit, „doctrina Baptizandos antea exorcisari, siue adiurari, Ioannes ille Chrysost. verbis plane aureis describit homil. cui titulus de Adam et Eua: Illud etiam, inquiens, quod circa Baptizandos in vniuerso mundo sancta Ecclesia, siue sint paruuli, siue iuuenes, vniformiter agit, non otioso contemplemur intuitu, Quod cum ad regenerationis veniunt Sacramentum, non prius fontem vitae ingrediuntur, quam Exorcismis et exsufflationibus Clericorum Spiritus ab eis immundus abigatur, et deinceps vasa eius eripiantur, in possessionem translata illius victoris, qui captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. His ergo Ecclesiasticis regulis et diuina sumptis authoritate documentis, ita, adiuuante Domino, confirmati sumus: et quae sequuntur": Panoplia Evangelica lib. 4 (ed. 2, Coloniae Agrippinae 1563) p. 247—248. Eundem locum, verbis aliquot omissis, ex Chrysostomi „Hom. de Adam et Eva" proferunt *Iodoc.*

2 Signum crucis in templo, domo, fronte. Athan. lib. 2 de Jncar. uerbi dicit signo crucis pelli omnem artem magicam. Et lib. 9. q. 38 Crucem uidentes [daemones] sepe tremunt fugiunt euanescunt [1].

3 Consecrata[a] aqua[a] et sal. Augustinus de bapt.[2] Chrysostomus[b][3] [?] lib. 8 c. 35 Alex. 5 a Petro[4]. benedictio Iacob et aliorum

a) Consecratam aquam *Can.; cf. infra p. 880:* 5 Fides . . 6 Oratio *etc.* b) *Sic Can.; corrigendum videtur* Clemens Romanus, *vel* Clemens primus; *v. infra adnot. 3 huius pag.*

Coccius, Thesaurus Catholicus II, Coloniae Agrippinae 1674, 568, et *Jul. Corblet*, Histoire du Sacrement de Baptême II, Paris 1882, 339. At integer ille locus, quem Lindanus posuit, exscriptus est, paucis rebus mutatis, ex *S. Coelestini I.* papae „Epistola ad Episcopos Galliarum" (Ep. XXI.) cap. 12, n. 13 14 (*Migne*, PP. LL. L 535—536). Ex qua epistula transcripta est eiusdem loci maxima pars, Coelestini nomine non memorato, in *Gennadii Massiliensis* Librum de ecclesiasticis dogmatibus, cap. 31 (*Migne*, PP. LL. LVIII 988), minor pars, Coelestini nomine ascripto, in *Gratiani* Decretum, c. 53, Dist. IV. De cons.

[1] *„Τῷ σημείῳ τοῦ σταυροῦ πᾶσα μὲν μαγεία παύεται, πᾶσα δὲ φαρμακεία καταργεῖται, καὶ πάντα μὲν τὰ εἴδωλα ἐρημοῦται καὶ καταλιμπάνεται . . . Πάλαι μὲν δαίμονες ἐφαντασιοκόπουν τοὺς ἀνθρώπους . . .· νῦν δὲ . . . πέπαυται τούτων ἡ φαντασία. Τῷ γὰρ σημείῳ τοῦ σταυροῦ καὶ μόνον ὁ ἄνθρωπος χρώμενος, ἀπελαύνει τούτων τὰς ἀπάτας":* *S. Athanasius*, Oratio de Incarnatione Verbi n. 31 47 (*Migne*, PP. GG. XXV 149 180). *„Τοῦ σταυροῦ γενομένου, πᾶσα μὲν εἰδωλολατρεία καθῃρέθη, πᾶσα δὲ δαιμόνων φαντασία τῷ σημείῳ τούτῳ ἀπελαύνεται":* Idem *S. Athanasius*, Oratio contra gentes n. 1 (*Migne* l. c. XXV 5).

[2] „Non est autem aqua profana et adultera, super quam nomen Dei invocatur, etiamsi a profanis et adulteris invocetur: quia nec ipsa creatura, nec ipsum nomen adulterum est": *S. Augustinus*, De baptismo contra Donatistas l. 3, c. 10, n. 15 (*Migne*, PP. LL. XLIII 144; cf. etiam *Lindani* Panoplia l. c. 674). Haec Augustinus de aqua baptismi, non de lustrali, quam vocamus, scripsit.

[3] Canisium hic vel calamo vel memoria lapsum esse puto. Nam Chrysostomi „lib. 8, c. 35", quo de aqua vel sale consecratis agatur, non exstat, quod equidem norim. Quare eum hoc loco idem significare voluisse conicio, quod postea in libro „De Maria Virgine incomparabili" significavit, ubi (lib. 4, cap. 10) ecclesiasticum illum aquam, oleum, cereos, alia „benedicendi" morem defendens scribit: „Benedicendi morem Episcopis et Sacerdotibus Constitutio Apostolica, quae apud Clementem Romanum extat, non obscure commendat"; in margine autem haec adnotat: „Lib. 8. c. 34. 35. et 36. Constitutionum Apostolicarum" (l. c. 422). Neque dubitare possum, quin Canisius capita illa dixerit, quae nunc in Constitutionum l. VIII. numeris 28. et 29. designata sunt; ubi ita: *„Ἐπίσκοπος εὐλογεῖ . . . Πρεσβύτερος εὐλογεῖ . . . Εὐλογείτω ὁ ἐπίσκοπος τὸ ὕδωρ, ἢ τὸ ἔλαιον· ἐὰν δὲ μὴ παρῇ, εὐλογείτω ὁ πρεσβύτερος"* etc. (*Migne*, PP. GG. I 1124 1125). Cf. etiam supra p. 872[2].

[4] „Alexander Papa V. a Petro, epistola prima, cap. 5. Aquam sale conspersam populis benedicimus, vt ea cuncti aspersi sanctificentur, et purificentur. Quod et omnibus sacerdotibus faciendum esse mandamus. Nam . . . aqua sale aspersa, diuinisque precibus sacrata populum sanctificat, atque mundat. Et . . . sal . . . insidias diaboli auertit, et a phantasmatum versutiis homines defendit": *Gratianus*, Decretum c. 20, Dist. III, De cons. Haec autem Gratianus excerpsit ex spuria illa „Epistola Alexandri Papae prima" (nunc cap. 9.), quam *Pseudoisidorus* (*Hinschius* l. c. [cf. supra p. 86[3]] 99) posuit, usus fortasse *„Libro Pontificali"*, in quo de Alexandro I. (qui ibidem in pontificum romanorum serie VI. a Petro est) refertur: „Hic constituit aquam sparsionis cum sale benedici in habitaculis hominum" (Liber Pontificalis, ed. *L. Duchesne* I, Paris 1886, 55).

patrum [1]. Quodcumque petitis [2] [etc.] 4 Exorcistae. Exorcizando eijcimus demonis iura [3].

5 Fides [4]. Leuitici 19 Non declinetis ad magos nec ab ariolis aliquid sciscitemini [5]. Demones oderunt nomen Jesu virtutem crucis et gloriam Christi et manifestationem fidei, et reliquias sanctorum.

6 Oratio [6].

7 Jeiunium [6].

8 Paupertas. Qui uolunt diu.[a] fieri incidunt in tent. et laq.[b] diaboli [7].

9 Continentia Tob. 8. Angelus apprehendit demonem et religauit[c] [8] Asmodeum qui 7 uiros occiderat cum ingrederentur ad Saram [9].

Hanc contionem copiosius, quam reliquas, proposui, tum quia usque adhuc prorsus ignota erat, tum quia contiones de mulieribus veneficis („Hexenpredigten") hac quidem aetate a catholicis habitae haud ita frequenter comparent (cf. *Janssen-Pastor* l. c. VIII[13—14] 659), tum quia inter canisianas contiones, quas equidem novi, nulla exstat alia, in qua hoc argumentum tam diligenter tractetur.

Subicio, quae in reliquis annorum, ad quos hoc volumen spectat, contionibus de veneficis illis a Canisio dicta repperi. Kalendis Ianuariis a. 1564 in eadem sacra aede *orationem habens queritur, pauperes saepe animis cadere, mortem sibi precari, „suchen Rhat vnd hilff bey den schwarzkunsteren vnd hexen vnd anderen Teuffelsleutten" (ex contionis commentario, a Canisio recognito. Cod. „Can. X. S." f. 69[a]). Dominica autem IV. Quadragesimae sive 12. Martii 1564 Augustae ex ecclesiae cathedralis suggestu auditores *monuit, ne sinerent „suam fidem contaminari superstitione, confidendo, in rebus vanis signis herbis benedictionibus, ad invenienda perdita, ad curandas infirmitates, ad sananda vulnera, nam hoc est fedus tacitum cum demonibus vt Augustinus docet lib. 2° super Genes. [10] et sepe invenitur apud stultas mulierculas quae putant non esse peccatum quod addant † Simbolum [11] pater noster, et quia aliquando vident se obtinere quod volunt, cum demones se admisceant, illis operibus, licet ignorent et nolint huiusmodi superstitiones." Atque in eadem contione veneficas perspicue commemoravit: „Demon adhuc ab istis veneficis requirit abnegationem expressam crucis Baptismatis crismatis, nec ferre potest aquam sacram in obsessis et reijcit omnia consecrata, sicut docet experientia" (ex totius contionis commentario, a Canisio recognito. Cod. „Can. X. Z." f. 51[a] 52[a]).

a) *I. e.* diuites; *cf. infra adnot. 6 huius pag.* b) *I. e.* tentationem et laqueum. c) *C. sua manu ascripsit:* bant jn jn der wust.

---

[1] Cf. Gn 27, 27—29; 28, 1—4; 48, 12—20; 49, 1—28; Ex 39, 43; Lv 9, 20—23; Dt 33, 1—29; Ios 14, 13 etc.

[2] „Quodcunque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam": Io 14, 13. Cf. Mt 7, 7 8; 21, 22; Mc 11, 24; Io 16, 23 24 etc.

[3] Vide supra p. 872. [4] Cf. Eph 6, 16; 1 Petr 5, 8 9. [5] Lv 19, 31.

[6] Cf. Mt 17, 20; Mc 9, 28; Eph 6, 16—18 etc. [7] 1 Tim 6, 9.

[8] Tob 8, 3. [9] Cf. Tob 3, 7—25; 6, 17—22; 8, 4—15.

[10] „Bono christiano siue mathematici siue quilibet inpie diuinantium, maxime dicentes uera, cauendi sunt, ne consortio daemoniorum animam deceptam pacto quodam societatis inretiant": *S. Augustinus,* De Genesi ad litteram l. 2, c. 17 (Sancti Aureli Augustini De Genesi ad litteram etc., ed. *Ios. Zycha,* Vindobonae 1894, 62. *Migne,* PP. LL. XXXIV 279).

[11] Id est: Crucis signum et symbolum apostolorum.

Pro certo igitur habebat Canisius, exstare viros et maxime mulieres, quae a Deo se segregarent, daemoni se dederent, ipsum adorarent, foedera et pactiones cum eo facerent, invidia odioque motae aliis daemonis ope damna inferrent, aliquos etiam interficerent. Atque huiusmodi magos magasque merito morte multari (saltem si homicidia ipsi perpetrassent), Canisius cum omnibus fere illorum temporum aequalibus, sive catholici illi erant, sive non erant, censebat (v. supra p. 402).

Si quis autem hanc contionem cum litteris 20. Novembris 1563 ad Lainium datis (v. supra p. 400) contulerit, Canisium tribus illis, qui interpositi sunt, mensibus sententiam aliquantum mutasse intelleget. Lainio enim de sagis et maleficis mulieribus scripserat: „Tempestates excitant dirasque clades immittunt Rusticis et alijs christianis, ut nihil ab illarum horrendis artibus et uiribus tutum satis uideatur.“ Modo autem ex sacro suggestu dicit: Opinantur quidem maleficae, se daemonum ope procellas grandinesque efficere, „frumenta et vinum laedere“, homines reddere steriles infirmosque; „sed mera est fallacia maleficarum, quod putant se hoc facere“, adiurando et cogendo daemones lapidibus siliceis post tergum occidentem versus proiectis, nominibus hebraicis prolatis etc. Daemon „fallit miseras“. Qui ne ipse quidem, ut libet, „contra naturae ordinem aliquid faciendi et nocendi habet potestatem“, neque „visibilium rerum materia“ ei famulatur, nisi quantum Deus permiserit. Deus autem hoc tempore „propter magna et gravia peccata“, quae passim patrantur, plus permittit quam alias. Haec sententiae mutatio quomodo effecta est?

Udalricus Molitoris constantiensis, „studii papiensis decretorum doctor et curiae constantiensis causarum patronus“, in „Tractatu de pythonicis mulieribus“ Sigismundo Austriae archiduci anno 1489 dedicato, qui latine saeculo XV. compluries, postea quoque non semel, germanice a. 1544 et 1575 excusus est (*I. Hansen*, Quellen und Untersuchungen zur Geschichte des Hexenwahns und der Hexenverfolgung im Mittelalter, Bonn 1901, 243—246), ita docet (cap. 7): „Cum vt[a] [?] Diabolus ex motu elementorum[b] cognoscit mutationem aëris, et tempestates fieri debere: quas tamen ipse Diabolus, vt supra diximus, facilius et citius, quam homo praescire poterit: Vel dum diuina permissione aliqua plaga, et peccatorum correctio super terram iusto Dei iudicio cadere debet: cuius quidem plagae, et correctionis ipse executor diuina prouidentia deputatur: ita vt huiusmodi plagam praenoscit futuram, ex tunc commouet mentes huiusmodi Maleficarum[c] mulierum, aliquando eisdem persuadendo: aliquando ob inuidiam quam tales sceleratae mulieres aduersus proximum gerunt in vindictam mouendo easdem sollicitat, quasi ipsas mulieres doceat huiusmodi tempestates et aëris turbationes prouocare. . . . Cum Diabolus praeuidit, vel ex cursu naturae, et elementorum, vel ex permissione diuina, super aliquam terram plagam infligi[d] debere, sibique potestatem faciendi concessam esse: et sic huiusmodi euentum alias futurum fore: perficit vt mulieres huiusmodi sceleratae credant, se ex doctrina Diaboli talia efficere: Diabolus instruit easdem, vt quandoque accipiant lapides silicis, et versus Occidentem post tergum proijciant: aliquando vt arenam aquae torrentis in aërem proijciant: aliquando quod in vna olla pilos porcorum bulliant: aliquando quod trabes vel ligna in ripas transuersaliter collocent, et sic de alijs facultatibus. Et tamen talibus faciendis communiter Diabolus praefigit eis diem et horam, vnde fatuae huiusmodi mulieres Diaboli doctrinae credentes, talia et alia his similia faciunt. Itaque postquam ipsae talia fecerunt, ac succedentibus tempestatibus, grandinibus et alijs incommoditatibus, quas Diabolus alias in tali tempore nouit, vt praemissum est, pro futuras[e] [?], ex tunc credunt illae sceleratae fatuae mulieres euentum huiusmodi ex facto earum processisse: cum tamen talia earum facta non possent vnicam guttam prouocare. Verum ex post huiusmodi mulieres gratificantur Diabolo, adorantes eum, et immolantes ei holocaustomata, vel quid aliud eidem offerentes. . . . Quis tam hebes mentis est, qui credere posset, quod ex huiusmodi fatuitate et mulierum stulta operatione, vna tam immensa sphaera aëris et alia elementa deberent commoueri interim, vt grandines et fulmina prouo-

a) *Sic; sed aut hoc v. omittendum, aut* videlicet *ex eo corrigendum esse puto.* b) *Correxi ex* clementorum. c) *Correxi ex* Malchiesarum. d) *Correxi ex* infligere. e) *Sic;* futuris?

carentur?" (Ex huius tractatus editione, quae adiuncta est „Malleo Maleficarum, auctore *Iacobo Sprengero* Ord. Praed.", Francofurti ad Moenum 1580, 698—699.) Haec Molitoris verba legit et magnam partem repetiit *Ioannes Weyer* († 1588), Guilielmi ducis clivensis medicus; qui in famosissimo illo libro, quo omnium primus a. 1563 aequalium in strigis magisque inquirendis et iudicandis iniustitiam atque in tortura illis adhibenda pravitatem palam vehementerque carpebat, haec de strigis notat (lib. 2): „Singulari insuper ratione in aere concitando illuduntur hae aniculae a diabolo, qui simulatque ex elementorum motu, et naturae cursu citius faciliusque quam homines, mutationem aeris et tempestates fore praeuidet: uel alicubi infligendam ex abstrusa Dei uoluntate plagam, cuius ipsum spectat exequutio, intelligit: tunc harum muliercularum mentes agitat, uarijsque imbuit imaginibus, et superstitione multiplici, quasi ob inuidiam in proximum, uel ob uindictam aduersus inimicum sint aerem turbaturae, tempestates excitaturae, et prouocaturae grandines . itaque eas instruit, ut quandoque silices post tergum, occidentem uersus proijciant: aliquando ut arenam aquae torrentis in aerem conijciant, plerumque scopam in aqua intingant, subinde in olla porcorum pilos bulliant, non nunquam trabes uel ligna in ripa transuerse collocent, et alia id genus deliramenta efficiant: atque ut arctius eas satan illaqueet, diem et horam his actionibus praefigit. Quum uero successum hae uident, nimirum quascunque desideratas in aere turbationes: magis confirmantur, quasi effectus hic subsequatur ipsarum operationem, qua ne aquae quidem stillam elicere possent. Nec sanae mentis hominem opinari decet, futili uesanaram muliercularum actioni obedire elementa, et ad harum nutum institutam a Deo naturalium rerum seriem impediri uel inuerti: quod haud dubie contingeret, si harum arbitrio tempestates, pluuiae, grandines et fulmina inseruiant, ut quandocunque et quomodo hae iubeant, ea insequantur": De Praestigijs Daemonum, et incantationibus, ac ueneficijs, Libri V. Authore *Ioanne VViero* Medico, Basileae 1563, p. 216—217. Haec sane Molitoris et Wieri dicta dictorum Canisii valde similia sunt; licet, ubi Canisius sagas nonnunquam arenam in torrentem proicere et lignum transverse in rivo collocare affirmat, illi rectius, ut puto, eas arenam torrentis in aerem proicere et lignum transverse in ripa collocare scribunt. Ac fieri quidem facile poterat, ut Wieri liber autumno anni 1563 vel paulo post per Willerum bibliopolam augustanum ex librorum mercatu francofurtensi Canisio afferretur (v. supra p. 351). Attamen Canisium in contione componenda Molitoris potius quam Wieri libro usum esse arbitror; cum illo enim eius verba magis quam cum hoc conveniunt; et quae de strigis diabolo „offerentibus" a Canisio dicuntur, in Molitoris libro sunt, in Wieri libro non comparent. Ac cum Molitoris liber compluries evulgatus neque semper ita emendate excusus sit — lectionibus variantibus, quas supra p. 881 posui, id illustratur —, fieri potuisse existimo, ut Canisius editionem haberet, in qua loco modo memorato legebatur „vt arenam in aquam torrentis [vel: torrentem] proijciant" pro „vt arenam aquae torrentis in aërem proijciant", et „quod trabes vel ligna in riuos transuersaliter collocent" pro „quod trabes vel ligna in ripas transuersaliter collocent".

Porro hoc Canisio perinde ac plerisque aequalibus (atque iam olim S. Thomae Aquinati: Summa theol. 1, q. 51, a. 3 ad 6) constabat: Daemones cum strigis „luxuriari" posse. Verum id, quod non solum affirmabatur a *Martino Luthero* (Dr Martin Luther's vermischte deutsche Schriften, bearb. v. *I. K. Irmischer*, II: Tischreden, Bd. IV, Frankfurt a. M. u. Erlangen 1854, 40—42; D. Martin Luther's Tischreden oder Colloquia, herausgeg. v. *K. E. Förstemann* III, Leipzig 1846, 56—57 67—71), sed etiam multis aliis, ut *Iacobo Wecker* doctori protestanti („Hexenbüchlein" 1576; v. *Janssen-Pastor* l. c. VIII 13—14 642), *Ioanni Bodino* iurisperito gallo (De Magorum Daemonomania libri IV, translati per *Lotarium Philoponum*, Basileae 1581, 204—208), *Hieronymo Zanchi* († 1590) theologiae professori calviniano (*Janssen-Pastor* l. c. VIII 637 adn. 2), *Petro Binsfeldio* suffraganeo episcopo treverensi (Tractatus de confessionibus maleficorum et sagarum recognitus et auctus, Augustae Trevirorum 1591, 191—200), probabatur: posse ex daemonum cum veneficis concubitu proles oriri, id Canisius, ut videtur, non est ausus affirmare (v. supra p. 878 b).

Hoc quoque satis multi tum catholici, ut *Ioannes Trithemius* († 1516) O. S. B. abbas (Antipalus maleficiorum; *Hansen*, Quellen etc. 294—295), *Iacobus Sprenger* O. Pr. († 1495) inquisitor (Malleus Maleficarum, P. II, qu. 1, cap. 2, Francofurti ad Moenum 1580, 220), *Martinus Delrio* S. J. (Disquisitionum Magicarum Libri sex, l. 2, qu. 11, n. 3: Tom. I, Lovanii 1599, 152), tum protestantes, ut *Martinus Lutherus* (D. *Martin Luthers* Werke. Kritische Gesamtausgabe XXIX, Weimar 1904, 520; Dr Martin Luther's exegetische deutsche Schriften, hg. von *I. K. Irmischer* XIII, Erlangen 1850, 184; Luthers Tischreden in der Mathesischen Sammlung, herausg. v. *Ernst Kroker*, Leipzig 1903, n. 170) et *Sigefridus Thomas* („Richtige Antwort etc.", 1593 et 1594; v. *Janssen-Pastor* l. c. VIII 643—645), asseverabant: Magis strigisque potestatem esse procellas ciendi, pluvias et tonitrua etc. efficiendi. Canisius id negat (v. supra p. 876). Strigas nonnunquam vere et re ipsa a daemonibus in loca etiam longe dissita ad „ludum daemonum" per aerem perduci, multi tradebant, ut *Petrus Ciruelo* (sub a. 1521) professor complutensis (*Hansen* l. c. 323), *Paulus de Grillandis* castilioneus (sub a. 1525), iuris utriusque doctor (l. c. 337—341), *Bartholomaeus de Spina* († 1546) O. Pr. (l. c. 329—331), *Martinus Lutherus* (v. supra p. 402), *Lambertus Danaeus* theologus calvinianus (Dialogus de veneficis, 1574 etc.; vide *Janssen-Pastor* l. c. VIII 636), *David Meder* (sub a. 1605) protestantium nebriensium (Nebra) parochus (*Diefenbach*, Hexenwahn [v. supra p. 402] 304—305), *Petrus Binsfeldius* (l. c. 221—236), *Martinus Delrio* S. J. (l. c. lib. 2, qu. 16, n. 2: p. 188); Canisius huius sententiae ne mentionem quidem facit. Magis etiam abest, ut Canisius perinde ac *Lutherus* „diabolum esse in psittacis vel papagulis, simiis et cercopithecis", vel bombardas (sclopeta) a daemone excogitatas esse (*Kroker* l. c. n. 302 746) existimet; et quamquam magos strigasque a magistratibus puniri volebat[1], ea tamen maxime adversus daemonum fraudes praesidia commendabat, quae ad fidem, pietatem, virtutem christianam pertinent; neque mihi quidem compertum est, Canisium unquam suasisse, ut diabolo ea „ignominia imponeretur", quam ei Martinus Lutherus, Ioannes Bugenhagen (sive Pomeranus) Lutheranorum vitembergensium parochus, Sebastianus Fröschel eorundem contionator ducebant imponendam: „Der Teuffel", inquit *Lutherus*, „kam dem Pomerano auch ins haus, das die magd und meid sich mud butterten, nil inde lucrantes; da fur der Pomer zu, vorhonet den Teuffel, sch . . . ins butterfas, tunc desiit Sathan, nam ipse est superbus, non vult contemni" (*Kroker*, Luthers Tischreden n. 715; *Förstemann*, Tischreden III 34 48).

Canisius igitur, nisi fallor, pro illorum temporum ratione de magis strigisque moderatius sentiebat; quamquam de universa Canisii doctrina daemoniologica dici nequit, quod, eius catechismos proxime spectans, affirmat *J. Diefenbach:* „Canisius räumt dem Satan nur eine geistige Macht ein in der Gefährdung unseres Seelenheiles durch seine Versuchungen, läfst ihm aber keine Macht zukommen über den menschlichen Leib und die erschaffenen Dinge" (Der Zauberglaube des sechzehnten Jahrhunderts nach den Katechismen Dr Martin Luthers und des P. Canisius, Mainz 1900, 40); idem tamen auctor optime ostendit, Canisium in catechismo strigarum mentionem non facere, atque daemonis potestatem in Lutheri catechismo multo magis extolli quam in canisiano (l. c. 2—42).

477. 12. Martii 1564.

Ex contionis commentario, quod Canisius partim ipse scripsit, partim ab alio scriptum recognovit; quidquid hic ponetur, a Canisio ipso scriptum est, praeter pauca illa, quae notabuntur infra p. 885 adnot. a. Cod. „Can. X. Z." f. 50^b—52^a.

---

[1] „Es unterliegt keinem Zweifel, dafs sehr viele wegen Hexerei Verklagte verworfene Personen waren, welche sich der schwersten Sittenverbrechen schuldig gemacht hatten. . . . An wirklichen Giftmischern und Giftmischerinnen fehlte es unter den vor Gericht gestellten ‚Zauberern' und ‚Hexen' nicht": *Janssen-Pastor* l. c. VIII 581 583.

Canisius ex cathedralis ecclesiae augustanae suggestu docet: Obsessos non esse pro damnatis ducendos, licet plerique eorum per peccata locum dent obsessioni. Hanc tamen etiam ob levia peccata et in ipsis innocentibus contingere posse. Longe peius habere, qui graviter peccent. Obsessos iuvandos esse fide, precatione, ieiunio, sacramentis poenitentiae et eucharistiae, exorcismis.

Canisius in contione Augustae in templo cathedrali 12. Martii 1564, quae tunc erat Dominica IV. Quadragesimae, habita: Quoniam, *inquit,* de obsessis acturi sumus quomodo illis succurri possit, primum illud statuendum est, quod nullus idcirco sit spernendus energumenus iam potestati Sathanae traditus[a] nec statim damnatus, si sic moriatur[b]. Verum quidem quod iuxta communem ordinem obsessi causam dant suo malo ob quaedam peccata sua occulta uel aperta. Vt uidemus in Saul [1] 2 Magdal. [2] 3 in Corinth. [3] 4 in Alexandro et Hyme . [4] 1 benignus Deus id permittit[c] ad salutem hominis, ut id[d] [?] minus pro peccatis[e] puniatur 2 vt purgatior[f] ex hac uita discedat, magisque humilietur 3 ex leuibus peccatis hoc aliquando contingit[g], etiam sanctis. Cassia. Coll. 7 25 et 27[h] dat exemplum de quodam qui Machario durius respondit [5] . 2 Seuerus[i] in dialogo narrat de s. uiro qui tentabatur vana gloria cum haberet gratiam eijciendi demones. Orabat igitur vt ad septimanam[k] [?] obsideretur a demonio, sicut et factum est [6]. Jmo Augustinus lib. 22. c. 22[l] dicit pueros etiam iam baptizatos a demone possideri licet innocentes ut mundi miseria nobis ostendatur . et alterius desideranda felicitas [7]. Miserj quidem[m] obsessi subiecti demoni, ut cogantur[n] loqui et agere et pati quae uult ipse. Sed[o] deterius habet adulter, fornicarius, blasphemus, auarus; multo grauius per unum peccatum mort. spiritualiter possideri. Jmo optabilius a mille Demonibus corporaliter vexari, quam ab vno peccato vinci et

a) *Sex vv. sqq. a Can. in marg. addita sunt.* b) *Can. ea, quae sequuntur, usque ad* Hyme. *incl., supra tractatus huius initium in vacua aliqua paginae parte scripsit neque, ubi inserenda essent, significavit.* c) *Sequitur* aliquando, *a Can. oblitt.* d) *Sic; fortasse corrigendum* eo. e) *Sequitur alterum* minus. f) purgatorior *Can.* g) *Sequuntur vv.* ut dum quidam, *a Can. oblitt.* h) *A Can. corr. ex* 28. i) *Duo vv. sqq. a C. in marg. addita sunt.* k) *Vel* septimanas. l) *C. scripsit quidem* 21 (*quod correxit ex* 11), *sed in marg. ascripsit* Aug. lib. 22. c. 22. m) *Sequitur* quod, *quod oblitterandum fuisse vv. sqq. ostendunt.* n) loquantur *Can.* o) *Can. 6 vv. sqq. in marg. inferiore addidit, non significans, ubi inserenda essent.*

---

[1] Cf. 1 Rg 15, 8—30; 16, 14—23; 18, 6—10 etc. Vide tamen supra p. 875[2].
[2] Cf. Mc 16, 9; Lc 7, 37—48; 8, 2; Io 11, 1 2.
[3] Cf. 1 Cor 5, 1—5. [4] Cf. 1 Tim 1, 18—20.

[5] Moyses abbas „cum ipse quoque singularis et inconparabilis uir esset, ob reprehensionem unius sermonis, quem contra abbatem Macarium disputans paulo durius protulit quadam scilicet opinione praeuentus, tam diro confestim est traditus daemoni, ut humanas egestiones ori suo ab eo suppletus ingereret“: *Ioannes Cassianus,* Collationes 7, c. 27; cf. c. 25 (Ioannis Cassiani Conlationes XXIIII, rec. *Mich. Petschenig,* Vindobonae 1886. 203—204 206; *Migne,* PP. LL. XLIX 702—703).

[6] *Sulpicius Severus,* Dialogus 1, c. 20 (ed. *Halm* [cf. supra p. 872[5]] 172—173; *Migne,* PP. LL. XX 196—197): qui tamen dicit, eum, ut „mensibus quinque“ obsideretur, et petiisse et impetrasse.

[7] *S. Augustinus,* De Civitate Dei lib. 22, cap. 22 (Sancti Aurelii Augustini episcopi De Civitate Dei Libri XXII, rec. *Em. Hoffmann* II, Vindobonae 1900, 638; *Migne,* PP. LL. XLI 786).

sic spiritualiter possideri sicut Judae factum est [1], quem Christus etiam diabolum uocat [2], quia peccatum ex homine quasi diabolum facit. Sed loquendo de obsessis corporaliter quomodo iuuandi, dico 1 quod in primis opus scuto fidei [3]. Vbi fortis fides, cauentur omnia pacta cum Sathana [a]. Secundo expellitur demon [b] per orationem et Jeiunium [4] sicut aperte Christus monet apostolos praescribens hanc armaturam [5] non solum ipsis sed etiam omnibus fidelibus Math. 17 . . . per externa quaedam secundum exemplum [c] Christi qui ad expellendum demonem vsus est ceremonijs [6] Marc. [d] 7. . . .

3 Expellitur penitentia [e], confessione humili qui uerus gladius ad conficiendum Goliath [7], nulla res magis confundit hostem qui mutos saepe facit, ut homo mereatur spiritualiter et corporaliter possideri. Quo saepius et cum maiore fit contritione confessione [f] [?], eo potentia eius magis debilitatur. Sic Magdal. penitens liberatur 7 demonibus [8].

4 Multum prodest communio talibus, si petant et sumant cum deuotione [et] reuerentia, cum lucida sunt illis interualla, et usum rationis habent. Nam illic locum habet. Parasti mensam aduersus eos qui trib. me [9]. Mirabiliter enim demon metuit presentiam domini sui. Sic docet Cassian. Coll. 7. c. 30. non esse arreptitios arcendos a sacramento, sed quotidie potius admittendos ut urantur demones ab hoc igne, et impellantur a tali hospite foras [10]. Chrys. hom. 61 ad Hebr. epistolae dicit hoc sacramentum expellere demones qui fugiant illo uiso, et concurrere angelos [ad] ueneranda et tremenda mysteria [11].

a) *Quae sequuntur, usque ad 3 excl., a libr. scripta, a Can. aliquot locis emendata sunt.* b) *Ita Can. correxit ex* resistere habemus demoni. c) *Ita Can. correxit ex* Tertio habemus exemplum. d) *Correxi ex* Mar.; *cf. infra adnot. 6 huius pag.* e) *Hoc v. a Can. supra vers. scriptum est.* f) *Sic Can.; sed corrigendum videtur* confessio.

---

[1] Cf. Lc 22, 3 4; Io 13, 2 27. [2] Cf. Io 6, 71 72.
[3] Eph 6, 16. [4] Mt 17, 20; cf. Mc 9, 28. [5] Eph 6, 11 13.
[6] Cf. Mt 9, 32, 33; 12, 22; Mc 7, 32—35; Lc 11, 14.
[7] Cf. 1 Rg 17, 40—52. [8] Cf. supra p. 884 adnot. 2.
[9] Ps 22, 5 (trib. = tribulant).
[10] *Cassianus,* Collationes 7, 30 (ed. *Petschenig* [v. pag. 884, adnot. 5] 208; *Migne,* PP. LL. XLIX 709—710).
[11] Exstant quidem in maurina illa operum S. Ioannis Chrysostomi editione a Bernardo Montfaucon curata homiliae in Epistulam ad Hebraeos, sed 34 tantum; neque in his locus, quem Canisius posuit, comparet (*Migne,* PP. GG. LXIII 9—456). Sed in Chrysostomi „homilia ad populum Antiochenum 61., de sacrorum participatione mysteriorum“ habita, quam olim ponebant, haec sunt: „Hic mysticus sanguis daemones quidem expellit, et procul esse facit: ad nos autem angelos vocat, et angelorum dominum. Vbi namque dominicum viderint sanguinem, daemones quidem fugiunt, concurrunt autem angeli. Hic sanguis effusus omnem terrarum orbem abluit. Multa de hoc sanguine beatus Paulus in epistola ad Hebraeos sapienter disseruit . . . . horrenda scilicet ecclesiae mysteria, horrendum altare“: Tomus quintus et vltimus Operum Divi *Ioannis Chrysostomi*, Parisiis 1570, col. 336. In Maurinorum autem editione haec leguntur in homilia 46 (alias 45) in Ioannem, n. 3, ubi — brevitatis causa reliqua omitto — haec sunt: „*Ὅπου γὰρ ἂν ἴδωσι τὸ αἷμα τὸ Δεσποτικὸν, φεύγουσι μὲν δαίμονες, συντρέχουσι δὲ ἄγγελοι*“ (*Migne,* PP. GG. LIX 261).

5 per spirituales exorcismos qui primo in uet. test. Luc. 11. deinde exemplo Christi 3 ab Ecclesia approbatj [1].

6. Varia.

478. 17. Ianuarii 1563.

Ex commentario, a Canisio recognito. Cod. „Can. X. U" f. 160 [b].

Canisius morem exempla gentilium in sacra contione proferendi probat.

Canisius in commentario contionis, quam 17. Ianuarii 1563 Augustae in ecclesia cathedrali de IV. Decalogi praecepto habuit [2], *loco illi, quo, praeter alia veterum exempla, Aeneam Anchisem patrem humeris impositum ex capta urbe Troia per medios hostes efferentem proponebat (Verg., Aen. II 687—743), haec sua manu adnotavit:*

Exemplorum aethnicorum usus
1 cum non sunt contraria scripturae, admonent ad bonum fideles.
2 uerificant Rom. 2 Gentes quae legem non habent .n. q. l. s. f. [3]
3. arguunt falsos Christianos et iniustitiam nostram ostendunt ac inexcusabilem ingratitudinem [4] Ideo ipsi iudices uestri erunt [5].

479. 22. Augusti 1563.

Ex contionis commentario, a Canisio recognito. Cod. „Can. X. Y" f. 30 [b].

Protestantibus catholicos „pharisaeos" vocantibus Canisius respondet, protestantes peius vivere quam pharisaeos.

Canisius in contione, quam Augustae in ecclesia cathedrali Dominica XII. post Pentecosten sive 22. Augusti 1563 habuit, evangelium illud de Pharisaeo et publicano in templum ascendentibus (Lc 18, 9—14) exponens, de protestantibus haec notavit: Aduersarij nos uocant Pharisaeos, et nos illis optamus [a] ut sint non [b] minus boni quam Pharisaei, si non uolunt esse omnino boni cum Publicano. Nunc clamant in Pharisaeos et sunt deteriores. Jlli multum ieiunabant [6]. Jsti sunt adhuc diligentiores in crapula et ebrietate . 2° illi non rapiebant sed dabant multas eleemosinas [7]. Jsti auferunt et rapiunt non sua. 3° Jlli non erant iniusti, sed irreprehensibiles in conuersatione in mercatura et negotijs. Jsti per fas et nefas, ui et dolis fraudant proximum, uincunt Judaeos omnes in usuris et lucris 4° Jlli non erant adulteri sed fideles in coniugio. Jsti [c] frangere uota, aperte sunt impudici cor et oculos habentes plenos [d] adulterij [8], propensos ad omnem luxuriam 5° non ieiunant bis in Sabbatho [9], sed contemnunt ieiunia quasi sit satis a peccatis ieiunare, uel ob crapulam . 6° Non dant decimas [10] bonorum, sed putant obsequium praestare Deo [11], quum Ecclesiae bona [e] diripiant. Solum hoc habent et retinent ex Euangelio, quod post commissa crimina glorientur [f] de misericordia Dei, et cum Publicano sciunt dicere quinque uerba [12] , uelut aliud nihil [g] requiratur.

a) *Sequitur* a. b) *A libr. corr. ex* ad, *quod supra vers. scriptum erat.* c) *Duo vv. sqq. a Can. ipso super* aperte sunt *scripta sunt.* d) plenis *libr.* e) *Sequitur v. oblitteratum (*reditus*?).* f) glorientor *libr.* g) *Sequuntur vv.* ad hoc, *oblitt.*

---

[1] Vide supra p. 871—880.

[2] In eadem *contione *Canisius* filiis adversus parentes reverentiam adhibendam esse dicit, „vt filij bene precantur (*correxi ex* precantes) patri et matri mane et uesperi . 2 osculantur manus 3. deponunt pileum 4 dicunt Lieber herr vatter Liebe frawe mutter. Talis disciplina decet bonos filios et ornat" (l. c. f. 159 [b]).

[3] i. e.: „naturaliter [ea,] quae legis sunt, faciunt": Rom 2, 14.

[4] Cf. Rom 2, 1. [5] Mt 12, 27. Lc 11, 19.

[6] Cf. Mt 6, 16; 9, 14; Lc 18, 12. [7] Cf. Mt 6, 2. [8] 2 Petr 2, 14.

[9] Lc 18, 12. [10] Lc 18, 12. Cf. Mt 23, 23. [11] Io 16, 2.

[12] Cf. Lc 18. 13.

480. 3. Octobris 1563.

Ex commentario, a Canisio recognito. Cod. „Can. X. Y" f. 62ᵃ 63.

Canisius cathedralis ecclesiae augustanae canonicos laudat, quod singulares precationes contra pestilentiam instituendas curent. Fideles hortatur, ut mature peccata confiteantur et domesticos quoque mittant ad sacerdotes; qui cotidie praesto sint futuri.

Anno 1563, cum pestilentia urbem augustanam urere coepisset, „a Clero", inquit Corbinianus Khamm O. S. B., „Augustae persistente in omnibus Parochijs finito missae officio sub campanae pulsu antiphona ‚media vita in morte sumus', etc. decantabatur . . . nec non in Ecclesia Cathedrali singulis per hebdomadam Lunae diebus processio cum litanijs ad intumescentem contagii molem amoliendam instituebatur" (Hierarchia Augustana Chronologica tripartita I, Augustae 1709, 361). Quo tempore Canisius in contione, quam Dominica XVIII. post Pentecosten sive 3. Octobris 1563 Augustae in ecclesia cathedrali habuit, auditores monuit: Docet experientia, uidemus et audimus aliquid noui se nobis offerre cum Deus nos uisitat flagello et multos tangit, arripit[a] uicinos imo conciues per infirmitatem grauem et malam. J d e o m u l t i i n t e r u o s i n f i r m i e t d o r m i u n t m u l t i[b] [1] et utinam sic dormirent: vt dici posset B e a t i q u i i n D o m i n o m o r i u n t u r[2]. . . . Laudo Dominos capituli qui prudenter ordinarunt vt quotidie pulsetur maiore campana et non solum vt audiamus sed etiam cogitemus Deum iratum esse et rogari uelle ut auertat flagellum plebis. Vnde cantabitur media uita[3] flexis genibus . 2° qualibet septimana seruabitur in hoc templo processio, et cantabitur missa de Spiritu sancto uel contra pestem cum multis orationibus pijs . 3° Parati erunt Patres Spirituales[4] quotidie ad instruendum consolandum et iuuandum omnes uenientes ad confessionem et paenitentiam. Jlli rogant etiam uos specialiter. vt in tempore uos ostendatis[5] et reconcilietis uos Deo, non expectantes donec morbus uos praeocupet, nam docet experientia multos in infirmitate ineptos esse ad medicinam[c] spiritualem, intellectus obscuratus, memoria debilis, caput grauatum et impeditum dolore, vt saepe lingua non possit[d] loqui et tanta uis[e] morbi[f] vt non iuuent admonitiones et consolationes bonae. Quare nimis expectatum est et accedit mortis timor et horror ut homo[g] quid agat aut cogitet nesciat. Vnde si diuites nolunt uenire mittant saltem suam familiam, ut in tempore discant et sciant quomodo se debeant gerere in morbo et non negligant gratiam ipsis necessariam hoc tempore.

481. 8. Decembris 1563.

Ex commentario, a Canisio recognito. Cod. „Can. X. S" f. 23ᵇ—24ᵃ.

a) aripit *libr.; 3 vv. sqq. a Can. ipso addita sunt.* b) *Can. sua manu in marg. notavit:* 1 Cor. 11. c) medicina *libr.* d) posset *libr.* e) *A libr. corr. ex* sit. f) *Libr. 3 vv. sqq. bis posuit.* g) *Sequitur* ne, *oblitteratum.*

---

[1] 1 Cor 11, 30. [2] Apc 14, 13.

[3] Dubium non est, quin Canisius cantionem illam significet, quae etiam in libro „Rituali", quem vocant, dioecesis augustanae iussu Marquardi episcopi Dilingae a. 1580 excuso inter cantiones tempore „Quadragesimae" cantandas comparet: „Mitten unseres lebens zeyt" (*Hoeynck* l. c. 348[11]). Cantionis (latinae et germanicae) varias formas et modulos musicos vulgavit *Wilh. Bäumker*, Das katholische deutsche Kirchenlied in seinen Singweisen I, Freiburg i. Br. 1886, 583—595. Formas germanicas ad saecula XV. et XVI. pertinentes posuit *Phil. Wackernagel*, Das deutsche Kirchenlied II, Leipzig 1867, 749—752. De forma latina, quae certe germanica prior est, v. *Ul. Chevalier*, Repertorium hymnologicum II, Louvain 1897, 98, et *F. I. Mone*, Lateinische Hymnen des Mittelalters I, Freiburg i. Br. 1853, 397—398.

[4] Horum praecipui certe erant ipse Canisius et P. Guilielmus Elderen, eius socius. [5] Cf. Lc 17, 14: 5, 14 etc.

Canisius ex cathedralis ecclesiae augustanae suggestu affirmat: De immaculato B. Mariae V. conceptu iam non posse disputari; rem enim in synodo basileensi esse definitam.

Canisius Augustae a. 1563 die „Conceptionis Mariae" (quem eo tempore in episcopatu augustano d. 8. Decembris actum esse neque tamen festum „de praecepto" fuisse constat: Hoeynck l. c. 282—283 286—288) contionem, quam in templo cathedrali vel in ecclesia S. Ioannis eidem iuncta de Ionae prophetia habuit, sic exorsus est: Ehe das ich kume zu vnserem propheten Jona, achts ichs nit vnbillich, das man auch etwas handele von dem heutigen fest, so vil frommer andechtiger Christen halten vnd feiren. Nemlich von der empfengnuss Marie, Vnnd gewisslich mag das fest, auch nutzlich gehalten vnnd gefeiert werden. . . . Nec moueat aliquem quod multae[a] disputationes circa hoc festum fuerunt. Die seint aber nun mehr gestillet, Die weil die kirch sich entschlossen hat in dem Concilio zu basel, das die reine vnd vnbeflecte empfengnus Marie gemess vnd ehrlich[1], nit allein der vernunfft vnd menschliche beduncken, sonder auch vnseren glauben vnd der helligen geschrifft.

Synodus basileensis in sessione 36., 17. Septembris 1439 habita, „diffiniverat et declaraverat", illam de immaculata Beatae Virginis conceptione doctrinam „tanquam piam et consonam cultui Ecclesiastico, Fidei catholicae, rectae rationi, et sacrae scripturae, ab omnibus catholicis approbandam fore, tenendam et amplectendam, . . . nullique de cetero licitum esse in contrarium praedicare seu docere" (*Mansi* l. c. XXIX 183). Hoc tamen mirum est, quod Canisius hoc decreto caussam illam definitam omnemque disputationem sublatam esse putabat. Nam synodus basileensis, quo tempore haec constituit, ne in ipsa quidem Germania certa vel suprema pollebat auctoritate (*Hefele* l. c. VII 771—780). Ac postea *Leo X.* in oecumenici concilii lateranensis V. sessione 11., 19. Decembris 1516 habita, pronuntiavit, synodum basileensem post concilii in urbem ferrariensem translationem exeunte a. 1437 per Eugenium IV. factam „concilium amplius appellari non meruisse" (*Harduinus* l. c. IX 1828). Id quod recte dictum esse vel ipsi Gallicani moderatiores fassi sunt, ut *Nat. Alexander* O. Pr., Historia Ecclesiastica, Saec. XV. et XVI., diss. 8, art. 5. et diss. 10, art. 1. (in editionis a *Const. Roncaglia* et *Io. Dom. Mansi* factae t. XVIII, Bingii ad Rhenum 1790, p. 489—498 604—620). Similiter *Canisius* in editione principe „Summae Doctrinae Christianae", anno 1555 Vindobonae in lucem emissa, haec, inter alia, ad communionem „sub una specie" defendendam profert: „Qua de re vel ambigendi, vel disceptandi amplius nullus iam relictus est locus, posteaquam Spiritus sanctus, qui iuxta promissionem Christi docet ac regit Ecclesiam, certam nobis et explicatam sententiam edidit, editamque confirmauit Sacrosanctae Synodi non violanda authoritate. Eius sententiae verba si quis requirit, breuiter sic habent: ‚FIDELES Laici . . .' Synod. Basilien. sessione 30. Et rursus in alia Synodo: ‚CVM huiusmodi consuetudo . . .' [Constant. sess. 13.] Haec sacrosanctarum Synodorum doctrina est" etc. (f. 80—81). Et in Summae editione, quam Canisius „recognitam" a. 1566 Coloniae vulgavit, ad communionem „sub una specie" propugnandam haec quoque afferuntur: „Qua de re ambigendi, vel disceptandi amplius nullus iam relictus est locus, posteaquam Spiritus sanctus, qui iuxta promissionem Christi docet, ac regit Ecclesiam, certam nobis et explicatam sententiam edidit, editamque semel ac iterum sacrosanctae Synodi non violanda authoritate confirmauit. Vnde perspicue colligi potest" etc. Atque ipsa quidem decretorum verba hic omissa sunt; in margine autem adnotatum est: „Synod. Constant. sess. 13. Basilien. sess. 30. Trident. sess. 21." (f. 88[a]. Eadem sunt in editione Summae dilingana, quam Canisius Guilielmo V. Bavariae principi dedicavit (Summa Doctrinae Christianae, Dilingae 1571, f. 80[b]—81[a]), et in editione principe „Operis catechistici" sive magni illius com-

a) multa *libr.*

[1] „Ehrlich" hoc loco = ziemlich, geziemend (conveniens, congruum). Cf. *Grimm* l. c. III 70—71.

mentarii, quo Petrus Busaeus S. J., Canisio iuvante, Summam explicavit (Authoritatum Sacrae Scripturae et Sanctorum Patrum, quae in Catechismo D. Petri Canisii Theologi Societatis Jesu citantur . . . Pars secunda, Coloniae 1569, 212 228—231).

Ceterum basileensem de immaculato conceptu constitutionem in Germania magni habitam esse ex eo patet, quod ipso saeculo decimo quinto Argentorati, Augustae, Coloniae, Heidelbergae typis exscripta est (*Katholik* LXXXIII ² 520); et de eiusdem decreti auctoritate iisdem fere verbis ac Canisius locuti sunt Dionysius Cartusianus († 1471), Gabriel Biel († 1495), Iodocus Clichtovaeus († 1543), alii theologi graves (cf. *Bened. Plazza* S. J., Causa immaculatae Conceptionis Sanctissimae Matris Dei Mariae, Panormi 1747, 362—363). Ac *Canisius* a. 1577, ubi de hoc decreto disserit, de „Synodo Basiliensi", quam vocat, haec monet: „Scimus interim, authoritatem huic Concilio maiorem posse constare, si Romanae Ecclesiae calculum meruisset, quoniam vt Gratianus ex antiquis Canonibus probat, quae Concilia Episcoporum a Sede Apostolica non approbantur, ad definiendum et constituendum inualida reputantur. At vicissim intellegimus, Synodum hanc Basiliensem a multis Prouincijs receptam, et a Sede Apostolica non omnino reiectam esse" (De Maria Virgine incomparabili, et Dei Genitrice sacrosancta, Ingolstadii 1577, 45).

482. 1. Ianuarii 1564.

Ex Cod. „Can. X. S" f. 66 ᵇ.

Canisius Augustae in ecclesia cathedrali docet strenas dari alias impure et superstitiose, alias christiane et sancte.

Canisius in commentario contionis, quam anno 1564 die Circumcisioni Christi sacro sive Kalendis Ianuariis Augustae in ecclesia cathedrali habuit, haec sua manu scripsit: De strena [1] danda.

Antiqua res est et bona ac mala intentione fieri potest imo et solet.

1 ex impuro et carnali amore. Hoc repugnat festo 2 displicet Christo paruulo . 3 est contra praeceptum Non concupisces [2]. Sed electi sumunt occasionem hinc [a] deuotionem se et sua desideria offerendi Christo et petendi nouum annum, nouam gratiam spiritualem.

2 ex superstitione ethnica putando bonum omen gaudere, aliquid dare et accipere pro bono anno.

3 pro conseruanda amicitia et declaranda beneuolentia. Hoc Christianum . melius autem Christo dare scilicet pauperibus, ut retribueretur nobis in nouiss. die [3].

4 [b] ad spiritualem exhortationem, sicut a praedicatorib. fieri solet.

483. 2. Aprilis 1564.

Ex. Codd. „Can. X. Y" f. 200 ᵃ et „Can. X. Z" f. 109 ᵃ.

Canisius Augustae ex cathedralis ecclesiae suggestu canticum germanicum a populo tempore paschali usitatum memorat.

Canisius in commentario contionis, quam Dominica Paschatis a. 1564 (2. Aprilis) Augustae in ecclesia cathedrali habiturus erat, haec posuit, in exordio contionis de sacro hoc die dicenda: „Volant de Kreutzfenlin, Omnes sciunt cantare Christus ist erstanden, albae stolae sunt in vsu". Atque in altero eiusdem contionis commentario: „Credimus et cantamus Christ ist erstanden uon todten und marter allen".

Quod ad cantionis paschalis initium illud „Christ ist erstanden von todten und marter allen" attinet, Canisius aut cantionem ponit hymnologis usque adhuc parum

a) *Supplendumne* et *vel* ad? b) *Sequitur* ex, *a Can. oblitt.*

---

[1] „Strena" dicebatur munus, quod dabatur die festo, et fere anni initio.
[2] Ex 20, 17. Dt 5, 21 etc. [3] Cf. Lc 14, 12—14; Mt 25, 31—40 etc.

notam, aut — id quod mihi multo magis probatur — duas cantiones paschales in unam confundit: „Christus ist erstanden von des Todes Banden" etc. et „Christ ist erstanden von der Marter allen" etc. (*Bäumker* l. c. I 502—510 533; *Fr. M. Böhme,* Altdeutsches Liederbuch, Leipzig 1877, 658—661; *Wackernagel* l. c. II 43 726—732). De aliis cantionibus paschalibus Augustae usitatis v. *Can.* III 651. Ritus dioecesis augustanae hoc, praeter alia, singulare habebat: Mane Dominicae Paschatis „Visitatio sepulcri" Christi fiebat; in qua cum „sequentia" latina „Victimae paschali" hymnus germanicus „Christ ist auferstanden" cantabatur (*Hoeynck* l. c. 222).

484. 2. Iunii 1564.

Ex contionis commentario, a Canisio recognito. Cod. „Can. X. S" f. 128[b].

Canisius affirmat: Eos, qui ex catholicis sacerdotibus ministri protestantium effecti sint, ipsa suae utilitatis cura ad maledicta in missam conicienda induci.

Canisius Augustae 2. Iunii 1564 ex sacro suggestu, cur missae sacrificium hominibus adeo sit contemptui et odio, quaerens, respondet: Una ex huius rei caussis „noui" sunt sectarij, qui ab initio fuerunt Sacerdotes, et sacrificarunt, ut causam et defectionem suam defendant, ne videantur treulosse vnd meineidige[a] buoben am dem geystlichen orden vnd priesterlichen wirdigkeit. 2° Non illis vacat etiam si velint, quia[b] cum suis viuunt mulieribus et ita non habent tempus multum sacrificandj[c]. 3° Si admitterent hanc partem, male audirent apud seductos, quasi inconstantes in doctrina, et quod vellent nunc honorare contemptum ordinem, sic populus ab illis deficeret, et uniret[d] se rursus cum Catholicis; Nunc, ut retineant populum, et maneant in autoritate sua, debent clamare contra Missam, et condemnare, catholicos Sacerdotes et Laicos illic praesentes. Vnde semper debet audire populus ab illis greuwel greuwel.

485. 25. et 26. Decembris 1564.

Ex commentariis contionum, ab ipso Canisio recognitis. Cod. otting. „L. C." f. 69[b] 70[b].

Canisius tempore Christo nato sacro ex cathedralis ecclesiae augustanae suggestu auditores monet, ut carmina, etiam germanica, canant.

Canisius Augustae in ecclesia cathedrali die Natali Christi sive 25. Decembris 1564 contionem habens „bonos" hortatur, „ut hodie libenter canant cum pueris"; et die S. Stephani sive 26. Decembris 1564 ibidem ex sacro suggestu eosdem monet: Per hoc sacrum tempus cotidie ecclesia canit „verbum caro factum est[1] et alia cantica ad Christum et eius natiuitatem pertinentia et de illo solo credit et confitetur wan das kindlein nit wer geboren, so weren wir alsampt verloren".

Quod Canisius ecclesiam „Verbum caro factum est" canere dicit, nescio, utrum „responsorium" illud et „versiculum" significet, quem etiam nunc breviarium romanum in officio „Nativitatis Domini" (ad Tertiam et ad Nonam) habet, an cantionem illam

„Verbum caro factum est
ex virgine Maria.
in hoc anni circulo,
vita datur seculo" etc.

a) meineinide *libr.* b) *Sequitur* sunt. *oblitteratum.* c) *Libr. in marg. scripsit:* 2° ad fornicationem retinendam. Vxorem duxi, et ideo non possum venire *[Lc 14, 20].* d) puniret *libr.*

[1] Io 1, 14.

(*F. I. Mone* l. c. I 66—67; *Bäumker* l. c. I 360—361.) Quod porro ad verba illa „wan das kindlein nit wer geboren“ etc. attinet, haec in cantione „Der Tag der ist so freudenreich“ (latine: „Dies est laetitiae“) comparent, quam iam saeculo XV. sacro hoc tempore cantatam esse constat (*Wackernagel* l. c. II 520—523), et quam cum aliis cantionibus germanicis his annis per tempus Christo nato sacrum Augustae usitatam fuisse ipse Canisius testatus est: v. *Can.* III 650—651. Cf. etiam *Ant. Beck*, Kirchliche Studien und Quellen, Amberg 1903, 357—358.

c) Controversiae inter canonicos et Societatis homines.

486. Martio et Aprili 1564.

Ex autographo. Cod. „G. Ep. V“ f. 147ᵃ.

Epistula usus est *Sacchinus,* Can. 209—210.

Augustae non solum protestantes, sed etiam aliqui ex clero catholico oppugnant Societatis homines. Qui tamen in Deo spem collocant.

P. Guilielmus Elderen S. J., unus ex Canisii sociis augustanis, in litteris quadrimestribus domus S. J. augustanae, Augusta Vindelicorum 2. Mai 1564 datis, primum quidem refert, „Sectarios“ „cessare nunquam tum scriptis publicis . . ., tum pro concione et priuatim“ in Societatis homines „destomachari“. Deinde pergit: Oppugnamur etiam ab alijs, qui nobis primum fauere uisi sunt, quique nostra defendere et promouere debebant. Sed tentat nos forte dominus[1], neque sinet is uti speramus, immodico istorum zelo et obtrectatione profectum animarum retardari, Sed quod bene coeptum est, confirmabit ipse, qui coepit ad aeternam suam gloriam.

Dubitari non potest, quin Elderen his verbis molestias significet, quas aliqui ex clero augustano et maxime, qui ecclesiae cathedralis parochiam administrabant, Sociis parabant; v. supra p. 523 538 etc.

487. 26. Aprilis 1564.

Ex *Schellhass* l. c. IV xix [1]; qui ea, verborum scribendorum ratione ad nostrae aetatis morem accommodata, exscripsit ex Cod. monac. „Augsb. Domk.“ p. 91.

Cathedrale Capitulum augustanum constituit, ut Canisio denegetur, quod non semel oravit: ut aedes, in quibus cum ludimagistro habitat, sibi sociisque integrae tribuerentur.

In actis cathedralis Capituli augustani narratur: In sessione 26. Aprilis 1564 habita decanum capituli [Christophorum a Freyberg] ad canonicos rettulisse: Canisium non semel a capitulo petisse, ut aedes, in quibus ipse una cum ludimagistro [scholae latinae ecclesiae cathedralis] habitaret, sibi integrae concederentur. ist aus allerhand bewegenden Ursachen verlossen, ihm auf sein weiter Anhalten fügliche abschlägige Antwort zu geben, als nämlich dass solches ein Domherrnhof, der vigore statutorum einem Domherrn, der desselbigen begehrt, käuflich zugestellt werden muss, mit andern mehr glimpfigen Umständen.

De his aedibus v. *Can.* II 524 843. Quas integras decanus ille Freyberg Canisio obtulerat iam a. 1562 exeunte; v. *Can.* III 675. Ludimagister („Schulmaister“) autem ille, qui cum „commensalibus“ discipulis in aedium illarum parte una eaque satis ampla et ab altera parte distincta et separata habitabat (*Can.* II 843; III 675), nescio an fuerit Ioannes Holthusius (Holtheuser) kempensis (Kempen), quem a. 1565 Augustae „examinatorem ordinandorum“ et rectorem scholae cathedralis fuisse testatur *Guil. Eysengrein,* Catalogus testium veritatis, Dilingae 1565, f. 208.

Ex his capituli actis corrigenda sunt, quae *Can.* III 677 scripsi: Sociis augustanis paulo post initium a. 1563 ampliores aedes a capitulo datas esse.

---

[1] Dt 13, 3. Cf. Gn 22, 1; Ps 25, 2; Sap. 3, 5 etc.

488. 3. et 5. Iunii 1564.

Ex Cod. monac. „Augsb. Domk." p. 91—93.

Ioannes Udalricus Halbmair cathedralis ecclesiae augustanae parochus suo et adiutorum nomine ad cathedrale capitulum defert, Canisium eiusque socios in cathedrali ecclesia iura parochialia sibi usurpare; ex qua re ne „schismata" oriantur, timendum esse. Capitulum re considerata Freybergium, capituli cathedralis decanum, et Rhemium, praepositum ad S. Mauritii, Canisio modeste exponere iubet: ex ea usurpatione schismata oriri, neque Socios sacramenta administrare iussos esse; rogari ergo Canisium, ut et ipse et P. Elderen in posterum ea usurpatione supersedeant.

In actis cathedralis Capituli augustani haec referuntur de duabus eiusdem capituli „sessionibus" d. 3. et. 5. Iunii 1564 Augustae habitis:

Tertia Die Junij Anno etc. 64.

Vff vorbeschribnen tag hatt der her scholasticus alls pfarrer nomine suo vnnd der helffer [1] angezaigt das sie mit gedult bis anhero vmb bewegender vrsachen willen zugesehen das der herr Canisius vnnd seiner E. [2] socij societatis Jesu die Jura parochialia jm thum vsurpirt etc. [3] Dieweilen sie aber aus teglicher erfarung souill befinden das ein solches den effectum so mann verhofft ad aedificationem etc. nit operire sonder zu besorgen mit der zeitt schedliche schismata daraus eruolgen etc. so were seiner E. bit den sachen nachzugedenckhen vnnd einsehens zu habenn etc.

Hierauff ist verlassen die sachen vff dismal ein zustellenn vnnd denselben Jrer wichtigkhait nach zugedenckhen.

Actum V Junij Anno etc. 64.

Auff vorgende proposition des herren D. Jo: Vlrich halmaiers [4] scholastici vnnd pfarers etc. vonn den Jesuiter etc. Jst in betrachtung der vrsachen jnn vermelter proposition angeregt vnnd viler anderen mehr fur nottwendig angesehen vnnd verlassen, das mein genediger herr Thumdechant [5] vnnd Probst Rem denn herren Canisium beschickhen vnnd sein .E. mit guetter beschaidenhait ansprechen vnnd erinern sollen, Jn was geferlichait vnnser ware Catholische Religion mit der zeitt auss solchen eigenwilligen Vsurpation der pfarlichenn Rechten eruolgen möcht jnn ansehung das sich vor diser zeitt vnnd je lenger ie mehr schismata inter catholicos ainer kirchen eraugnen wellen, sonderlich bey disen onedem beschwerlichen lauffen etc. Zu dem das er Canisius zuuersehung des predigstuls auffgenomen, vnnd Jme oder seinem socio D. Wilhelmo [6] die Sacramenta jn der pfar zu

---

[1] Priore saeculi XVII. parte parochia cathedralis habebat „Cooperatores Parochiales duos": *Car. Stengelius* O. S. B., Mantissa ad Commentarium Rerum Augustan. Vindelic., Augustae Vindel. 1650, 10. [2] Erwurden.

[3] De hac accusatione vide supra p. 555 566, et infra monum. 489 492.

[4] De Ioanne Udalrico Halbmair sive Hallmair vide supra p. 523 [8].

[5] Christophorus a Freyberg. [6] P. Guilielmo Elderen.

administriren nit beuolhen worden. Das alles er Canisius alls ein gottseliger hochgelerter bey sich selbst aus hochem verstandt fursich stattlich zubedenckhen vnd zuerwegen hett. Als man Jme das anzaigen konte oder mochte, Mit bit fur sich selbst dergleichen Vsurpation sampt Herrn Wilhelmo furtter zuenthalten, Dan man werde des also weitter nicht wissen zugestatten, etc.

Labitur *Agricola* (l. c. P. I, Dec. 3, n. 107) — Agricolam sequuntur *Mangold* (l. c. 10—11) et (aliqua ex parte) *Riess* (l. c. 340) —, cum et Eldereno et P. Iacobo Seclero permultos peccata confessos esse atque utrique in aede maxima sacrum facienti plurimos astitisse narrat; nam Secleri nomen in actis capituli non comparet; atque aliunde certo constat, eum ne anno quidem 1565 sacerdotem fuisse: „frater coadiutor" a P. *Theodorico Canisio* S. J. 25. Iulii 1566 in litteris praeposito generali missis appellatur (Epp. *Nadal* III 255 763 765). Agricola autem in eum errorem inductus esse videtur verbis, quae in collegii augustani **Historia* legerat: Curio eiusque „synergi" „P. Canisium, P. Wilhelmum Eldrensem, Jacobum Seklerum socios, de iure Paroeciae violato occupatoque postulant" (Cod. frib. „Hist. coll. Aug." p. 11—12). At Seclerum tunc sacerdotem non fuisse, vel ex eo conici potuerat, quod „P." (Pater) vocatur tum Canisius tum Eldrensis, non vocatur Seclerus. Hic Augustae tunc „ministrum" egisse simulque sacristiam curasse videtur: cf. *Can.* II 843, et supra p. 804.

Neque magis verum est, quod significatur ab *Agricola* (l. c.). *Mangold* (l. c. 10—11), *Plac. Braun* (Bischöfe III 457), *F. I. Lipowsky* (Geschichte der Jesuiten in Schwaben I, München 1819, 47), *Riess* (l. c. 340), invidiam illam amplificatam esse eo, quod P. Elderen, cum Canisio absente ex ecclesiae cathedralis suggestu diceret, frequens habuisset auditorium. Nam non solum haec ab actis capituli prorsus absunt, sed aliis etiam argumentis probatur, Elderenum Augustae non esse contionatum; vide infra, monum. 491 497 501.

Addo denique, antiquam illam collegii augustani **Historiam* in eo quoque peccare, quod tempestatem hanc anno 1562 ortam esse referat (l. c. p. 11).

Drews (l. c. 98) de Canisio eiusque sociis augustanis a. 1564 apud capitulum accusatis: „Es war Thatsache, dass die Jesuiten in die Rechte des Dompfarrers unbedenklich eingriffen. Dass sie Seelsorge trieben, sich in Krankenhäuser rufen liessen und die Ehesachen an sich rissen, das war ein offenbarer Uebergriff in die Rechte des Pfarramtes". Ad quae crimina probanda *Drews* (l. c. 98 154) lectores ad *Placidi Braun* Geschichte des Kollegiums der Jesuiten in Augsburg (München 1822) „S. 7 f." remittit neque ullum aliud profert argumentum; sed Braun loco illo satis perspicue significat, Socios temere perperamque accusatos esse! Atque in monumentis fontibusque a Braun memoratis vel idem significatur, vel vitia quaedam asseruntur quidem, sed non probantur.

489. 11. Augusti 1564.

Ex Cod. monac. „Augsb. Domk." p. 110—111.

Cardinalis augustanus per duos consiliarios cathedrali capitulo exponit: Societati Iesu facultatem sacramentorum ubique ministrandorum a pontifice datam esse, eaque Canisium eiusque socios, ex quo tempore Augustam venerint, in cathedrali ecclesia haud sine animarum utilitate usos esse; iam autem se accepisse: Socios eucharistia ministranda etc. per capitulum interdici ideoque statuisse Augusta abire etc. Quod ne facerent, se iis iam persuasisse. Petere se autem a canonicis, ne quidquam in iis rebus immutarent; si quid autem immutarent, Societati aedes templumque proprium a se datum iri. Capitulum decanum duosque canonicos causam considerare iubet.

In cathedralis Capituli augustani acta haec ab eiusdem secretario vel notario sunt relata de legatione ad idem capitulum ab Ottone cardinale Augustano[1] *Dilinga missa:*

Freytags XI Augustj Anno etc. 64.

Seind vor meinen gnedigen herrn erschinen meines gnedigsten[a] Herrn Rethe, doctor Christoff Balstat Strassuogt, vnnd Bartholme Kelner Secretarj, Die haben nach vbergebung Jrer Credentzschrifft, zuuerderst anzaigt, wiewoln der herr Cantzler[2] neben Jnen verordnet worden, so werde er doch Schwachheit halben verhindert,

Vnnd vff dass hat der herr Secretarj mündtlichen anbracht, wie das die Lobwirdig Societet Iesu von papistlicher Heiligkhait ansehenlichen priuilegiert, Das sie allenthalben, wo sie hinkhomen, vnd wonen, es sey Jm durchziehen zugelassen frey vnuerhindert messlesen, Beicht hören, vnd die hailigen Sacramenta ministrieren mögen.

Darauff der herr Canisius, vnd die seinen alhie, Jn der thumbkhirchen bissanheer Got zu Lob, vnd zu gewinung der Irrenden schäfflen, sein Pöstes gethan, vnnd verhoffenlichen etliche seelen gewunnen, vnd sey zuuerhoffen, das hinfurter noch weiter zueruolgen. Seindt auch allso die zeit sie alhie gewesen, des alles jn wirkllicher vbung, vnnd jn possessione.

Nun haben Jre F. Gn. aber mit beschwernuss vernommen, das bey gedachten herrn Jesuitern, durch meine herrn die Communion abgeschaffen, etc. Dieweiln dardurch der Pfarrern[b] [?] preiudiciert werden solte,

Auss dem seij souiln geuolgt, Das Jr F. gn. glaublich bericht, das Canisius, vnd herr Wilhelm[3] von hinnen ziehen wöllen, vorhabens sich des an orten, vnnd ennden, daher si priuilegiert zubeclagen,

Dieweiln aber Jre F. gn. solche verenderung, vnd abschaiden dahin verstanden, das dasselbig Jren F. gn. verclainerlich mein Herrn verletzlich, vnd sonsten vilen frommen seelen gefarlich, So haben Jre F. gn. sollich propositum bey Jnen den Jesuitern gewendt,

Vnd sey darauff Jr F. gn. gnedigist pith, meine gn. herrn die welten den sachen mit statlichem Rath nachgedenkhen vnd nicht leichtlichen etwas endern, Das Jren F. gn. vnd ainem Erw: Thumb Capitul zuuerwiss vnnd nachthail geraichen möge.

Dann so das nit beschehen solt, wurden Jre F. gn. verursacht Jnen den Jesuitern mit hilff andere heüser vnnd kirchen einzugeben,

a) gsten *libr.* b) *Supplendumne* rechten *vel aliquid simile? Vel corrigendum* dem *vel* Pfarren?

[1] Capitulum Augusta 4. Augusti 1564 Ottoni, qui eo ipso tempore universitatem dilinganam Societati traditurus erat, scripserat, ut a Iesuitis caveret; eos esse dominandi cupidos etc. (*Schellhass* l. c. IV xx).

[2] Christophorus Forstenheuser; v. supra p. 328[3] et infra monum. 497.

[3] P. Guilielmus Elderen.

Damit aller vnwillen, verwiss, nachreden, vnd Ergernuss vermitten pleib etc. Piten vmb fürderliche Antwurt.

Haben auch ain Extract, der angezogenen Freyhaitten vbergeben [1],

Seindt zu berathschlagung obangeregts begerens meine gn. herrn Thumbdechant [2], Keller [3], vnnd Bischoff zu Lauandt [4] erbeten.

Des allso den herrn Ftl. Räthen anzaigt worden ist.

Cardinalis Ottonis legati capitulo cathedrali, ut ex ipsis hisce actis intellegitur, *exemplum privilegiorum Societatis ad hanc controversiam spectantium tradiderunt; quod hic pono ex archetypo, quod est Augustae in archivo curiae episcopalis, Fasc. „Dompraed., Corresp. d. Card. O. Tr. etc." n. 24. (apographum saeculo XVI. scriptum exstat in Cod. monac. „Augsb. Domk." p. 112—113). Ipsa autem illa privilegia ad verbum expressa sunt ex *Pauli III.* Bulla „Licet debitum" Roma 18. Octobris 1549 data (*Litterae* apostolicae etc. p. 48—49. *Bullarium* Romanum, ed. taurin. VI 398—399).

Excerpta quaedam ex Priuilegijs quae summi Pontifices nostrae societati concesserunt.

Praeterea cum intellexerimus populos ciuitatum, terrarum et locorum, apud quae habitationem ijdem socij habent, uel ubi eosdem versari aut transire contingit, exemplo illectos [a] et inductos religiosae vitae, quam domino concedente ducunt, libenter ad confitendum eisdem et sacratissimam Communionem de manibus eorundem [b] accipiendum confluere, vt illis sic confluentibus satisfacere ualeant, uniuersis utriusque sexus Christifidelibus, ut cuilibet de Societate praedicta confiteri possint, Rectoris sui licentia minime requisita, cui non teneantur eadem peccata, de quibus confessi et absoluti fuerint, rursus confiteri: nec non omnibus et singulis Christifidelibus tam forensibus, quam jn ciuitatibus et locis in quibus Socij praedicti consistunt, commorantibus, aut illac transeuntibus Eucharistiae Sacramentum (quod in suis Ecclesijs decenter tenere socios praefatos uolumus) quocunque anni tempore, praeterquam in festo paschatis resurrectionis dominicae et mortis articulo, nisi necessitas urgeret, eorundem fidelium, Parrochialium Ecclesiarum Rectorum licentia minime requisita, accipere libere et licite ualeant etc.

490. 18. Augusti 1564.

Ex Cod. monac. „Augsb. Domk." p. 113—118.

Libelli a canonicis per capitulum delectis compositi exemplum eodem fere tempore scriptum exstat etiam Augustae in archivo curiae episcopalis, Fasc. „Dompraed., Corresp. d. Card. O. Truchsess den Dompr. P. Can. betr." Eiusdem libelli vel apographum vel commentarium est Augustae in archivo urbano, „Dompfarrkirche A 18 [2]".

Libellus typis exscriptus est in libro „*Anti-Mangoldus* sive Vindiciae historiae ecclesiasticae Claudii Fleury" I (Amstelodami et Ulmae 1784) 296—302; ubi tamen perperam annus 1561 ei ascriptus est.

a) allectos *Litt. ap.; Bull.* b) eorum *Litt.; Bull.*

---

[1] Hanc brevem summam sub ipsa haec acta subiungo.

[2] Christophorus a Freyberg.

[3] Huius nominis canonicum equidem non novi; quare nescio an hoc verbo Wolfgangus Andreas Rhem significetur; qui fortasse cellarii sive administratoris bonorum (Keller = Kellner sive cellarius [*Grimm* l. c. V 515]) munus in capitulo gerebat; Rhem certe, cum magnae auctoritatis esset, ad hoc negotium et antea adhibitus erat (v. supra p. 892), et postea adhibitus est (v. infra p. 908).

[4] Hercules Röttinger (Rettinger).

Capitulum augustanum cardinali respondet: Capitulum temere a Canisio privilegiorum pontificiorum violatorum et divinae gloriae imminutae esse accusatum. Num Canisius parochiale officium in se suscipere paratus sit? Pactum faciendum esse, quo in ecclesia cathedrali Canisio, quamdiu ex re publica id fuerit, nobilibus sacramenta ministrare liceat, reliqui de Societate nulla administrent sacramenta, Canisius etiam pro P. Elderen alium, qui ipso absente contionari possit, sibi adiungat.

In cathedralis Capituli augustani actis haec comparent, a notario vel secretario relata: 18. Augusti 1564 sessionem habitam esse „peremptoriam". Quid de causa Canisii cardinali respondendum esse videretur, recitatum esse ex scripto trium illorum capitularium ad id negotii expendendum a capitulo nuper delectorum. Sequitur in actis ipsum scriptum, idque germanicum et satis copiosum. Brevem eius summam pono: Capitulum nuper per legatos Canisium rogavit, ut ipse eiusque socii a sacra eucharistia in ecclesia cathedrali ministranda in posterum se continerent idque ministerium parochi esse sinerent. Iam autem compertum est, ab iisdem capitulum ad cardinalem Augustanum esse delatum, quod ea ratione ipsorum privilegia violasset et Dei famulatum gloriamque minuisset. Neque quisquam existimaverat, ita acturum esse Canisium; qui certe primum amice familiariterque cum capitulo conqueri debuerat. Nam pontificia Iesuitarum privilegia, quia a capitulo nunquam sunt visa, violari ab eodem non potuerunt; quod summo pontifici semper praestitit oboedientiam. Atque capitulo quoque sua sunt privilegia probataeque leges. Neque aliud admonitione illa spectabat capitulum, quam ut Dei gloria amplificaretur. Qui autem usque adhuc parochiam administrabant, hoc petierunt, ut, si Canisius eiusque socii in cathedrali ecclesia iura parochialia exercere pergerent, ipsi munere levarentur; quare capitulum ex Canisio quaerit, num illis levatis ipse ad parochi officium suscipiendum et more recepto administrandum paratus sit. Optime tamen utrique sic fere videntur esse pacturi: Canisio cathedralis ecclesiae contionatori in eadem ecclesia personarum amplarum et nobilium („anschenliche vnd fürnemen Personen"), qui peccata ipsi confiteri voluerint, confessiones excipere iisque, tempore paschali excepto, post missam eucharistiam praebere licebit. Reliqui vero Iesuitae a iuribus parochialibus in ecclesia cathedrali administrandis in posterum se continebunt. Praeterea Canisius pro P. Guilielmo Elderen alium Societatis sacerdotem sibi adiunget eumque ex Germania superiore ortum („hochteutschen"), qui etiam Canisio absente contionatorem agere possit. Haec tamen tamdiu tantum a capitulo concessa censebuntur, quamdiu eadem saluti publicae conducere cognitum erit; salva quoque erunt et iura parochialia et capituli privilegia antiquaeque consuetudines etc.

Hoc capituli scriptum *Sacchinus* significare videtur, cum de Canisio haec narrat: „Dilingani Collegij statum recognoscebat, cum litteras ab Canonicis non sane perhonorificas accipit, quibus petebant, vt Guilielmus Elderenus (acceptissimus is quamplurimis Confessarius erat) Augusta concederet; Canisius obtineret quidem suggestum in templo ipsorum, sed Confessiones non nisi quarumdam forte insignium nobilitate matronarum exciperet: priuilegiorum Societatis vsu omnino abstineret" (Hist. S. J. II, l. 8, n. 105). Sed tum ex Canisii litteris (v. supra p. 657) tum ex capituli monumentis (v. supra p. 894) colligi videtur, capitulum litteras ad cardinalem, non ad Socios dedisse, quamquam illae, ut Canisius loquitur, ad Socios „proprie pertinebant" et Canisio exemplum earum traditum est; cf. supra p. 657.

491. CATHEDRALE CAPITULUM AUGUSTANUM **OTTONI TRUCHSESS DE WALDBURG**, cardinali, episcopo albanensi et augustano, imperii principi. Augusta Vindelicorum 30. Augusti 1564.

Ex archetypo (2°; 2 pp.; in p. 4 inscr. et sig.), quod exstat Augustae in archivo curiae episcopalis, „Dompraed. Corresp. d. Card. O. Tr. den Dompr. P. Can. betr."

Nomine capituli decanus queritur: Canisius cum se Kalendis Septembribus in Ferdinandi I. imperatoris exsequiis contionaturum esse promisisset, Herbipolim ab episcopo illo arcessitus, decano inscio Augusta discessit neque, ut alius suo loco in exsequiis diceret, curarit. Qui alias quoque contempto capitulo sacrum suggestum suo arbitratu deseruit. Quare cardinalis rogatur, ut Canisium maiore diligentia uti iubeat; qua nisi utetur, officio movebitur.

Hochwurdigster Furst. Eur Fl: Gn: seien vnnsere vnnderthenige, ganntz willige vnnd gehorsame diennst steets begirigs fleiß zuuoran berait, Gnedigster Furst vnnd Herr. Wir mögen Eur Fl: Gn: auß eraischender notturfft, vnndertheniger getreuer wolmainung nitt bergen. Das ich der Techannt, dem Herrn Canisio, an nechst verschinen freytag [1] freintlicher wolmainung anzaigen lassen, Das wir der Romi: Khay: Mt: hochsaliger gedechtnuß besingnus [2], vff nechst khunfftig Dorstag [3] zu nacht, mitt vigilen vnd volgennden freitag nach gewonhait vnnsers Chors begeen vnd halten wolten, vnnd das sich daheer geburen wurde, vff sollichen tag ain Predig zu thun etc. Darumb möchte er sich damitt vf solliche zeitt gefast machen. Wiewol nun er Canisius sich dem also volg zu thun guetwillig erpoten, vnnd wir vnns zu Jme versehen, er solte an dem nitt manngel erscheinen haben lassen. So khamen wir doch Jnn erfarnuß, das der Wurtzburgisch Canntzler [4] den Herrn Suffragni [5] angesprochen, dieweil sein gnediger Herr von Wurtzburg [6] den Herrn Canisium zu sich eruordert, so where sein bitth, vf nechstkhunfftigen Sontag [7] die Canntzeln zuuersehen, Ganntz ohne das er Canntzler oder yemannts annderß von des Canisij wegen, Jne Herrn Suffragni ersuecht, oder Jme anzaigt hette, das er zu der besingnuß auch predigen solt, vnnd vber das so befinden wir Im werckh, das gedachter Canisius one vorwissen mein des Techants sich an nechst verschinen Sontag [8] nach der Predig von hinen erhaben, vnd verritten, des er dann gleichwol zuuor vber meermals beschehen verwarnen auch gethun, vnnd die Cantzl zu zeiten auch vf die hailigen tag vnuersehen steen hatt lassen, Dieweil wir aber das yetzt letstlichen annderst nitt versteen mögen, als das Canisius vnns seines gefallens zu trutzen, vnnd alle sachen nach seinem aignen willen, sinn vnd wolgefallen zu richten, vnnd vnns hinauß zutruckhen vorhabens,

So haben wir ain solliches Eur Fl. Gn. wie obgehört, vnndertheniger wolmainung vnanzaigt nitt lassen khönden, der wolgetrösten hoffnung vnnd zuuersicht, die werden ab sollichem allem khain gefallens haben, vnnd Jne Canisium dahin weisen, das er seinem beuolchnen Predig stuel, mitt mererm fleiß, gegenwirtikhlichen auswarte, vnnd nitt dermassen seins gefallens Jnsalutato hospite ohn alles vorwissen vnnd vrlaub verachtlicher weise daruon zihe, Dann ohne das wurden wir verursacht, vff mittl vnnd weeg zu trachten, darmitt die Canntzel Jnn annder bestenndiger weege . mitt Eur Fl: Gn: rhatt vnnd vorwissen fursehen, vnnd wir sollichs vbermäßigen aigen willens . gemuessiget, So wir doch das waiss gott vil lieber Jme Canisio vnnd den seinen hinofur wie biß anheer, alle freundtschafft liebs vnnd guets erzaigen vnd beweisen, wolten, Eur Fl: Gn: vns hiemitt in williger gehorsame zu gnaden beuelchen. Datum Augspurg . den 30ten Augusti A. etc. 64

Eur Fl: Gn: vnderthenigste gantz willige vnnd gehorsame

Christoff von Freyberg vom Eißenberg.

Techant . vnd gemain Capitl der hohen Stiffte zu Augspurg.

---

[1] Die 25. Augusti.

[2] Ferdinandus I. imperator Vindobonae 25. Iulii 1564 diem supremum obierat.

[3] Die 30. Augusti. „Dorstag" nonnunquam positum esse videtur (Die *Chroniken* der schwäbischen Städte: Augsburg IV [Leipzig 1894] 66 [1]) pro „Dornstag", quo verbo Suebi diem Iovis („Donnerstag") significabant (l. c. II 5 18 24 27 etc.).

[4] Balthasar ab Hellu (cf. supra p. 642 [1]).

[5] Michaelem Dornvogel, cardinalis Augustani episcopum suffraganeum.

[6] Fridericus a Wirsberg, episcopus herbipolensis. [7] 3. Sept. [8] 27. Aug.

Dem Hochwurdigsten Fursten vnnd Herrn Herrn Otho, der hailigen Romi: Kirchen Bischoff. Cardinaln zu Alban vnnd Augspurg, Brobst vnd Herrn zu Elwanngen, vnnserm gnedigsten Fursten vnd Herrn.

Otto cardinalis capitulo Dilinga 4. Septembris 1564 rescripsit.

492. 1. Septembris 1564.

Ex epistula archetypa, eaque ex parte ipsius cardinalis manu scripta, quae exstat Romae in archivo regni italici, „Arch. dei Gesuiti, Lettere 1548—1575", fasc. 1562—1564.

Otto cardinalis et episcopus Augustanus Lainio Societatis praeposito generali scribit: Augustae a pravis ecclesiasticis Canisium officio movere volentibus cathedrale capitulum in ipsum eiusque socios instigari. Canisium tamen et ipsum bene se defendisse, et a se, quod optime agat, defensum iri.

Otto Truchsess de Waldburg, cardinalis et episcopus augustanus, Dilinga 1. Septembris 1564 Romam ad Iacobum Lainium, Societatis Iesu praepositum generalem, haec scripsit de difficultatibus, quas Augustae aliqui ex clero Canisio parabant, affirmantes, eum iura parochialia ecclesiae cathedralis usurpare, contionatoris officio deesse etc.: Canisium Augustae manere necesse est idque cum propter utilitatem, quam eius labores Augustanis afferunt, tum maxime per la urgentissima causa che hora se li appresenta, dellaquale se ben mi rendo certo che dalli suoi Padri ne sarà auuisata, nondimeno non uoglio lassare di dirle, che per mero odio et persecutione di tristi, è cercato di metterlo in mala opinione del Capitulo, et d'altri, à fine [che] esca del loco doue si troua, et lassi la santa et utile opera; onde egli non ha mancato prudentemente giustificarsi di quanto gli è stato apposto [1], ne io per quanto sono tenuto et potrò, non lassarò di fare cio [che] giudicarò necessario, et aiutarlo in modo che non li conuenga lassare l'operà frequentata da lui con tanta satisfattione di tutti li Catholici qui circonuicini: Onde per ogni respetto è da laudare il restare suo. *Sequuntur in epistula alia quaedam; deinde cardinalis sua manu addit: Manifestum est, daemone instigante fieri, ut sanctae Societati Iesu tantae difficultates obiciantur ab ecclesiae cathedralis capitulo et clero,* che in o[gni modo] sera necessario di pigliare qualche opportuno remedio, come ho deliberato di consultare ogni cosa con li nostri Padri di qua et [il] Padre Canisio, et spero che in ogni euento del [canto] loro et nostro non mancaremo di pigliare ogni cosa con Charita et se non potremo far altro, la vinceremo con patientia, et costanza necessaria apresso cosi duri aduersarij.

Dio sa quanto dolore [s]i[nt]iamo [a] [?] di questa improuisa disturbatione, sed necesse est quod veniant scandala, sed vae vae per quem [2], etc.

a) *Obscurius scriptum.*

[1] Has Canisii apologias vide supra p. 555—565 642—645.

[2] Mt 18, 7.

Certo è che la Compagnia non ha dato[a] [nessuna] [?] occassione, Ma la malignita di alcuni inquieti et ingrati del Clero diformato ha causato ogni male. . . .

Qua in Dilinga spero in breue che V. Reuerenda P. conoscera [per] le opere mia volunta, Dio ne sia ringraziato.

493. 4. Septembris 1564.

Ex apographo saeculi XVI., quod est in Cod. monac. „Augsb. Domk.“ p. 119—123.

Epistulae commentarium exstat Augustae in archivo curiae episcopalis, fasc. „Dompraed. Corresp. d. Card. O. Tr. den P. Can. betr.“

Epistula usus est et particulam ex ea posuit *Schellhass* l. c. IV xx [3].

Otto cardinalis Augustanus cathedrali capitulo respondet: Canonicos a Canisio accusatos non esse. Sinistros rumores, qui de Societatis hominibus nonnunquam circumferantur, ab invidis et adversariis spargi; id quod ex exemplo Marci Velseri pateat; iam enim compertum esse, Canisium nunquam vel huius confessionem excepisse vel in eius domo pernoctasse vel pecuniam ab eo petisse. Canisium pro P. Elderen alium sibi adiungere paratum esse et, quod Herbipolim abierit, culpa carere. De alia ecclesia Sociis providenda cogitari.

Otto cardinalis et episcopus Augustanus Dilinga 4. Septembris 1564 Augustam ad capitulum cathedrale litteras dedit germanicas, quibus Canisium adversus querelas a capitulo ad se delatas (quas vide supra p. 896 897) hac fere ratione tuebatur: Canisius nequaquam canonicos detulit ad cardinalem; sed hic a canonicis ipsis incitatus in eam caussam inquisivit, ac, cum Societatis homines extra culpam esse intellexisset, capitulum monuit, ne in posterum ita facile ab iis abalienaretur. Dann ob woll von Inen bissweiln allerlay geschray, vnd aussgiessungen beschehen, So befindt es sich doch letstlichen, das solch geschray vnd aussgiessungen vrsprünglichen allain auss neidt, vnd von Eurn, vnd Iren widerwertigen heerfleüst, vnd ohne grundt ist, Vnd das mag dann ab dem Exempel mit Marxen Welsern[1], wälches zu Augspurg, vnd sonsten bey menigclichen offentlich, vnd one scheuch, für gwiss, vnnd wahr aussgeben worden, wol geschlossen, vnd abgenommen werden, Dann da wir dem selbigen geschray aigentlichen nachfragen, Vnnd Jnen Welsern Selberst durch etliche Leut, Darumb zu red stellen lassen, zaigt er nicht allain an, das sollich geschray, an Jme selbst erdicht seie, vnd dem Canisio onrecht beschehe, Sonder auch das er Jme Canisio niemaln gebeicht habe, noch er Canisius Je ainich mal Jnn seinem Hauss, vber nacht gelegen were, auch khain gellt, weder vil noch wenig für die Societet Jesu ye begert habe[2]. *Ipse autem Canisius capitulo ad querelas istas respondit scripto, quod cardinalis cum sua epistula canonicis mittit*[3], *iterum eos rogans, ne Socios sacramentis extra*

a) *Sequuntur 1 vel 2 vv. obscurius scripta.*

[1] De Marco Velsero „seniore“, patricio augustano, v. *Can.* III 38 **147**.

[2] Cf. supra p. 544, n. 15. [3] Vide supra p. 642—645.

tempus paschale administrandis prohibeant; Canisius paratus est, P. Guilielmo [Elderen] post duos menses Augusta amandato, alium socium sibi adiungere, qui loco absentis Canisii contionari queat. Quae si capitulo non placuerint, cardinalis Augustae aliam ecclesiam domumque Sociis providebit. Quod vero Canisius Herbipolim discessit, id vitio ei verti nequit; nam ipse, antequam abiret, cum [Balthasare ab Hellu] cancellario herbipolensi commeatus petendi gratia ad aedes [Christophori a Freyberg] decani adiit; quem cum non repperissent Augustae, Dilingae apud cardinalem commorari rati eoque profecti sunt; id quod cancellarius iam per litteras decano exposuit.

494. A m. Iunio ad Septembrem 1564.

Ex exemplo eiusdem temporis. Cod. guelpherb. „36. 24. Aug.“ f. 101.

Capitulum augustanum Canisium eiusque socium eucharistiam in templo cathedrali ministrare vetuit; amicitiae simulatae iam a veris discernuntur. Cardinalis augustanus Socios protegit. Hi adversarios amant Deoque commendari cupiunt.

P. Guilielmus Elderen in litteris quadrimestribus augustanae domus Societatis, Augusta m. Septembri 1564 datis, tempestatem inde a m. Iunio 1564 per cathedrale capitulum in Canisium et ipsum Elderenum, quod sacramenta administrando etc. cathedralis ecclesiae iura parochialia violassent, concitatam his verbis commemorat: Christo gratias agimus, et agi ualde cupimus, quod antequam [a] [?] nunquam fuerit nobis Augustae maior occasio, imo et necessitas exercendae charitatis et patientiae in eos qui ex clericis zelo contra nos ardenti flagrant, et nostris se conatibus palam opponunt. Jtaque sacram communionem a nobis in templo suo dari prohibuerunt, [et] [b] uarias obijcere querelas non desinunt, multa certe indigna confingentes atque obijcientes. Dominus in suam gloriam uertat hanc tempestatem, quae multorum cordium cogitationes hucusque latentes ostendit [1], et uere fidos nobisque fauentes, falsos item et fucatos amicos prodit. Reuerendissimus Cardinalis aperte dixit, quamdiu futurus erit ipse Augustanus Episcopus, tam diu se nostros Augustae retenturum esse, uelint, nolint aemuli, qui demum ut hos sopiret motus, per legatos iussit componi negotium [2], de quo alias certiora scribemus. Cupimus ut boni omnes pro his aemulis, ac nobis etiam Dominum JESVM sedulo precentur.

495. GEORGIUS et MARCUS FUGGERI aliique proceres augustani CARDINALI **OTTONI TRUCHSESS**, episcopo albanensi et augustano, imperii principi. Augusta Vindelicorum 18. Septembris 1564.

Ex apographo (2°; 4½ pp.) cardinalis Ottonis Truchsess iussu ex litteris archetypis exscripto; quod cardinalis sua manu sic inscripsit: „Copey des schreibens von Augspurg der Fugger vnd Jlsunger die Societet belangent.“ Exstat Augustae in archivo curiae episcopalis, fasc. „Jes. in Augsb. 1564—1579“.

Epistula typis exscripta est, mendosius tamen, a *Fel. Jos. Lipowsky*, Geschichte der Jesuiten in Schwaben I, München 1819, 212—216. Eiusdem breve compendium posuit *Plac. Braun*, Bischöfe III 457—458, et Geschichte des Kollegiums 9. Epistula usus esse videtur *Agricola* l. c. I, Dec. 3, n. 110; eadem usus est *Schellhass* l. c. IV xxi.

Ad se esse relatum, in eo esse, ut cathedrale Capitulum augustanum non solum Societatis hominibus sacramentorum administratione interdiceret, sed etiam alium

a) *Sic;* ante? antea? b) *In ex. antiquo hic v. aliquod deletum vel potius confusum est.*

[1] Cf. Lc 2, 35. [2] Cf. supra p. 894 et infra p. 906.

quaereret contionatorem atque ita Socios iam urbe cedere cogeret. Ea re animos suos vehementer esse commotos. Iesuitas enim viros esse et pios et doctos; quorum opera Augustae multi protestantes ad fidem catholicam, multi catholici ad pietatem adducti sint; ac Canisium „unicum Germaniae decus et columnam totius ecclesiae" merito vocari. Quod si viri illi Augusta per capitulum amandentur, catholicorum animos magnopere offensum iri; nam eam esse doctorum hominum apud catholicos penuriam, ut potius plures Iesuitae accersendi sint; ac cum „gravamina" adversus Socios prolata vel „ex falsa imaginatione" orta, vel levia et ea sint, quae facile componi tollique queant, catholicos ita iudicaturos esse: Sola ecclesiasticorum invidia et licentius vivendi cupiditate fieri, ut Iesuitae urbe abesse cogantur. Lutheranos vero ea re delectatum iri atque etiam libellos, quibus dissidia inter catholicos orta esse nuntietur, disseminaturos esse. Apud pontificem porro principesque catholicos, quippe qui Socios magni faciant, eorum eiectionem et cardinali et capitulo dedecori futuram esse. Petere se igitur a cardinale, cum capitulo agat, ut Socii Augustae retineantur.

Hochwürdigister Durchleuchtigster Fürst . genedigster Herr.

Ewer hochfurstlichen gnaden seien vnnser vnnderthenigst gehorsam willig Dienst beuor.

Gnedigster Fürst vnnd Herr . vnns hat glaubwürdig anngelanngt . wie daß Er: Thumbcapitel alhie zu Augspurg vorhabenns sein soll . denn Herrn Jesuitern nit allein das Beicht hören vnnd Communiciren auff Jrem Altar . Jm Thumb abtzustellen, Sunder auch nach einem andern Prediger sich zubewerben, vnnd also gedachte herrn Jesuiter gar abtzuschaffenn. Welches aber nit allein vns sonnder der gantzen [a] Christennlichen Gemaindt, vnnd beuorab denen so die Thumbkürchen besuchen, wa solches ann Sy gelanngen sollt, auss vil beweglichen vnnd schliessenden vrsachen gantz schmertzlich zuuernemen sein würt, Dann was gelerte Gottselige vnnd Frome Leut die Herrn Jesuiter seindt . vnnd wie höchlich Sy Cultum diuinum gemert, wass grosse anndacht auch mit Christlicher Lehr vnnderweisung . vnnd Gotseligenn Exemplen Sy allennthalben anngestelt . Jtem wieuil anndechtiger fromer Leut, Sy bißher gemacht vnnd noch täglich machen, vnnd von denn abgetretnen in vnnser kürchen bringen . Daß ist meniglich der on Affection von den sachen judiciren will . offennbar vnnd kuntlich. So achten vnnd halten wir auch den herrn Canisium für ein solchenn gelerten frommen . vnnd Gewaltigen Theologum vnnd Prediger . das er nit allein bej disem Loblichenn Thumbstifft für ein Costlich Edelgestain zuhalten . Sunder Vnicum Germaniae decus et Columna totius Ecclesiae, billich genannt werden mag . bej dem in vniuersali hac totius Ecclesiae concussione [b] [?] die Jrrigen . Christlichenn guten bericht die bestenndigen aber gewaltigen Trost vnnd sonnst meniglich in all Jrem obligen Gotselige Räthe vnnderweisung hilff vnnd Trost finden künden welches den in hac rerum omnj [c] [?] perturbatione billich der höchst schatz zu achten sein soll.

Dargegenn aber wa solche gelerte . Gotselige Leut ex falsa imaginatione vnnd onn gnugsame vrsachen abgeschafft werdenn . vnnd solches

a) *Hoc v. manu (altera?) antiqua supra versum scriptum est.* b) *Vel* confusione*; libr.:* concusione. c) *Sic libr.; sed legendum videtur* omnium.

vnnder die Christlich Gemaindt komen sollt . Da habenn .E. Hochf. gnaden gnedigst vnnd Leichtsam abtzunemen wass hoch beschwerliche Jnconuenientia gewisslich daruß volgen würden. Dann Erstlich wurdenn sich die Catholici grosslich verwundern . wa ein Ehr: Thumbkapitel . dise frome gelerte Leut alß Jre aigne Patronos Aduocatos Catholicae Religionis defensores in hac Theologorum penuria abschaffenn sollt. So doch ein Ehr: Thumbcapitl vil mer vrsach het . Sy die Jesuiter . aller billicheit nach in grosserer antzal . zu Jnnen zufordern oder doch vffs wenigst die annwesenden . mit billicher danksagung zuerhalten. Beuorab bey Jetziger Gelertenn weltt . vnnd den so mancherlay beschwerlichen sectenn . auch sonnderlich den Jetz eingefallnen Sterbs Leuffen[1], Dann wie Vigilant geschwindt listig beret vnnd falsch vnnsere aduersarij seinndt . vnnd dargegen wie Treg . faul . vnnd arm wir, gleichwoll in optima causa . ann gelerten Leuten Jetziger zeit seien . vnnd wie uil vnd hoch vns aber . derselben von nöten, daß muß laider ein Jetziger gutherziger Christ mit beschwertem hertzen . Teglichs hören vnnd sehen. Der halbenn wir zu allen thailen desto mer vrsach haben . vmb nach mer dergleichen Leut alles vleiss zuwerben . Dann eos qui sine dubio a Deo optimo Maximo ex singulari gratia ad nos . missi sunt abtzutreiben.

Zum anndern so ist gewiss zubesorgenn . dass solche vnntzeitige verenderung . anderst nichts den ein schwere . vnnd sündige Ergernuss bej meniglichen Causieren vnnd den Catholicis vrsach gegebenn werdt . weil die fürgewente Grauamina ringschetzig vnnd gar Leichtsam zuuergleichen . dass Sy villeicht sagen möchten daß sollches allein ex animi passione et affectu vel ex falsa imaginatione eruolgt. Vnnd das [?] etlich [?] die Jesuiter allein darumbenn nit mer leiden wöllen, daß Sy gelerter eingetzogner vnnd fromer gewesen . alß villeicht etlich ander vnnd das gaistlich vnnd weltlich semotis arbitris Jeder desto freyer lebenn vnnd hanndlenn dörfften .etc. zu waß grossen Ehren . aber solches denn gaistlichen gelanngen, vnnd zu waß abfall . vnnd vermeidung der kürchen dergleichen sachen denn weltlichen vrsach gebenn würt[a] [?] das ist nit schwer abtzunemmen.

Zum dritenn waß die Luterischenn . belanngt, wurdenn die nit allein höchlich erfrewt, wa Sy[b] dergleichen spaltung oder widerwillen gegenn denn Jesuitern spüren solten, Sunder wurden auch gleich alß bald buecher in Truck in alle Land außgeen lassen . alß were vnnser Kürch ebenn so gespalten alß die Jr[c] so wir Catholicj doch vnnß nichts hohers zuberuemen haben . dann der allgemeinenn Christlichen . vnnd von dem hailligen geist gegebner ainigkait vnnsers[d] waren Catholischen glaubens. Wa[e] [?] nun solch der Luterischen schreien

a) *Sic; corrigendumne* würdten? b) sich *libr.* c) *Duo vv. sqq. manu (alia?) antiqua in marg. addita sunt.* d) vnnses *ap.* e) *Sic ap.; legendumne* Was?

[1] Pestilentia Augustam urere paulo ante iterum coeperat; v. supra p. 669.

vnnd schreiben . Jnnen selbst für ein hertz freudt vnnd Trost bej dem gemeinen Mann vnnd dargegen der Catholischen kürchen . vnd vns für ein hochbeschwerlicher eingang schmelerung vnnd abbruch bej den ainfaltigen [gebenn] wurde . Daß hat ein Jeder der gleich nit hohenn verstanndts ist . Leichtsam zuermessen.

Zum viertenn . so waißt mann . wie hoch die Jesuiter nit allein bej der Bäbst: heilichait vnnd der Kay: Maiestet Sonnder auch bej allen Catholischenn Chur vnnd Fürsten anngesehn vnnd gehalten . Dergestalt . dass Sy nichts annders clagen . dann dass Sy derselbenn gelerten Leut nit gnug bekomenn künten . solte[a] [?] dann dise frome Menner vnnd dern Oberster Prouincialn jn Teutsch Lanndenn[1] selbst abgeschafft werden, So ist abermals nit schwer abtzunemen, wa solcher verenderung nit andere vrsachen verhandenn. Dann die noch bissher fürkomen . wass Schimpff Spott nachred vnnd verclainerung .E. hochfurstlichen gnaden vnnd ein[b] [?] Ehr: Thumbcapitl bej der Bäpst: heilichait auch allen Catholischenn Chur vnnd Fürstenn nach volgen würt weil ein Ehr: Thumbcapitl . ebenn die Ersten weren so die Jesuiter nit leidenn wolten.

Dieweil dann gnedigster Fürst vnnd Herr . die vrsach so der Jesuiter halbenn fürkomen, Einß thailß auß falschem bericht vnnd die anndern so ringschetzig daß die sach gar leichtsam verglichenn werdenn kann . Vnnd dann auß solcher vntzeitiger abschaffung der Jesuiter annderst nichts dann sündige vnd hochbeschwerliche . Ergernuss destruction . der algemeinen kürchen . vnnd sonnst aller hannd weitleuffigkait: die wir zuerzelen vmbgan miessen volgen . vnnd allein die Catholische Gmain darob schmertzlich leiden die Luterischen aber grösslich erfreut wurdenn . So ist vnns die sach nit vnbillich zu Hertzen gangen vnnd vns vrsach gegebenn . ain Nachgedencken zuhabenn wie solcher vnnrat vnnd weuterung mit fueg in der Still fürkomen. Ergernuss verhiet . die Jesuiter mit vnbegrünten aufflagen . wider die billichait nit beschwert . vnnd die Catholisch gemain nit so schwerlich offendiert vnnd Jm Thumbstifft erhalten werdenn möcht.

Nun stellen wir aber gleichwoll . gar in keinen Zweifel Ewer . hochfurstlichen gnaden werdenn aller sachen gnugsamen bericht haben . Vnnd auß der sonnder affection So Sy zu Christenlicher Zucht . andacht vnnd Erbarkait habenn . Jres tragennden amptßhalben . hierin wol wissen gebürlich einsehen zuthun. Derwegen dann solches vnnsers schreibens gar nit not gewesen . sein möcht. Dargegen aber so hat vns bewegt das schmertzlich clagenn . etlicher vil Gotseliger Personen . die alberait ein geruch von der sach Empfanngenn, Vnnd dann die gefarlich weitleuffigkait die auß gehörten vrsachenn gewisslich volgen wurde . das wir zu yberfluss nit vnnderlassen künden .

a) *Sic; corrigendum videtur* solten. b) *Sic; corrigendum esse videtur* einem *vel* eim.

[1] In Germania superiore Canisius Societatis praepositus provincialis erat.

sollches alles E. hochfurstlichen gnaden vnderthenigst zuberichten. Vnnd langt hierauff ann die selb vnnser gantz gehorsam bit solches annderst nit . dann wie es vonn vns gemaint würdet zuuerston. Sich der sachen . mit gnaden zubeladen vnnd durch gelegne guete mitl mit derselbenn Thumbcapitel dahin zuhandlen . damit die herren Jesuiter . Gott dem almechtigen zu Ehern vnnd der ganntzen Christenlichen gemain alhie zu hilff Trost . vnnd gutem erhalten werden. Daran ertzaigen E. hochfurstlichen gnaden Gott dem allmechtigen sonnder zweifels ain hochgefellig guts werck . vnnd jren armen schefflin hie ain sondre gnade . vnnd thun .E. hochfurstlichen gnaden die sach vnnd vns zu gnadenn gehorsamlich befelhen. Datum Augspurg den .18. Septembris Anno etc. 64.

His litteris aliquos ex praecipuis urbis augustanae viris catholicis eosque laicos nomina subscripsisse, ex ipsis litteris satis intellegitur; quae subscriptiones adhuc exstare non videntur. Ac scribit quidem *Sacchinus:* „Patritij ferme omnes Catholici . . . grauissime indignitatem rei apud Cardinalem Augustanum exaggerant, et comprecantur, fidem opesque potestatis suae adhibere ne cunctetur" (Historia S. J. II, l. 8, n. 105). Modestius vero *Agricola:* „Implorant Fuggeri, Illsungi, alii celeriter Othonem, ut decreto intercedat" (l. c. n. 110). Hunc secuti sunt *Max. Mangold* l. c. 14; *Braun,* Bischöfe III 457, et Kollegium 9; *Lipowsky* l. c. I 49.

Iam si ipsos fontes consulimus, *Canisius* Augusta 23. Septembris 1564 Romam ad Lainium rettulit: „Profectus est vir nobilis ad Cardinalem et litteras adfert a patriciis quibusdam Augustanis subscriptas quibus illi magnopere contendunt ne permittat Cardinalis nos Augustae privari cathedra et loco excludi sicut Canonici isti cupere videntur" (v. supra p. 672). Ex actis porro Capituli augustani, quae infra monum. 497 ponentur, certum efficitur, litteras datas esse a Georgio Fuggero (de quo *Can.* III 655) et a Marco Fuggero (de quo ibidem) et a Georgio Ilsung a Tratzberg, patricio augustano, qui a. 1550 a Ferdinando I. Romanorum rege praefectus („Landvogt") Suebiae constitutus, a. 1566 a Maximiliano II. imperatore magnis privilegiis ornatus est, a. 1581 hereditariam „liberorum baronum" dignitatem ascendit, ac denique a Melchiore Ilsungo, Georgii fratre, cuius filius Ioannes Achilles et ipse Suebiae praefectus fuit et gravibus Maximiliani II. legationibus functus est (*Paul von Stetten, jünger,* Geschichte der adelichen Geschlechter in der freyen Reichs-Stadt Augsburg, Augsburg 1762, 109—111; *Hirn* l. c. I 240 636). Confirmantur haec verbis ipsius cardinalis, quae posui supra p. 900.

Labitur *Riess* (l. c. 342), cum has litteras Romam ad cardinalem missas esse scribit; Otto Dilingae degebat; v. supra p. 670 899.

Cardinalis has litteras 3. Octobris 1564 per legatos cum capitulo cathedrali communicavit; quod 7. Octobris 1564 constituit legatos Dilingam ad cardinalem mittere cum litteris, quibus adversus patricios illos se defendebat; v. infra monum. 499.

496. PIUS IV., Pontifex Maximus, DECANO ET CAPITULO CATHEDRALIS ECCLESIAE AUGUSTANAE. Roma 30. Septembris 1564.

Ex apographo (A), quod saeculo XVI. ex ipso, ut videtur, archetypo Augustae exscriptum est. Cod. monac. „Augsb. Domk." p. 159—160.

Exstat alterum apographum (B), saeculo XVI. scriptum, in Cod. „Brevia et Rescripta antiquissima" f. 29.

Praesto erat etiam apographum (C), Romae in archivo vaticano a. 1905 exscriptum ex apographo vetere (ipso a. 1564 vel paulo post scripto), quod ibidem exstat Cod. „Arm. 44, to. 20", ep. n. 50.

Breve positum est etiam (S) a *Sacchino,* Can. 211—213.

Brevis partem (R) ex Registro Brevium anni V. pontificatus Pii IV. („ep. 50") exscriptam („Ad nos, et hanc Sanctam" usque ad „diligens ministerium", incl.) vulgavit *Raynaldus* l. c. in a. 1564 n. 53.

Litteras vulgarunt etiam *Dorigny* (l. c. 234—235, gallice); *Python* (l. c. 210—212; hic eas ex gallica Dorignii versione latine, minus tamen accurate, reddidit); *Long. degli Oddi* S. J. (Vita del Venerabil Servo di Dio il Padre Pietro Canisio, Napoli 1755, 168—169); *Boero* (Can. 272—273 471—472, italice et latine); *Michel* (l. c. 284—285, gallice); alii. Iisdem usi sunt *Sacchinus* (Hist. S. J. II, l. 8, n. 105), *Riess* (l. c. 342), *Schellhass* (l. c. IV xxi).

Ex Canisii et aliorum Societatis hominum opera Augusta copiosos pietatis fructus percepit. Daemonis vero et malevolorum hominum instinctu canonicorum animi a Sociis alienati sunt. Quare pontifex eos hortatur, ut Socios contionari et sacramenta administrare patiantur, immo omni eos studio adiuvent; si quid autem adversus eos habeant, ad cardinalem Ottonem ipsorum episcopum deferant.

Dilectis filijs, Decano [1], et Capitulo Ecclesiae Augustanae
PIVS. PP. IIIJ [a].

Dilecti filij, salutem et apostolicam benedictionem. Ad nos [b], et hanc Sanctam Sedem per hosce annos peruenit bonus admodum, et gratus odor fructuum, quos ex dilecti filij petri Canisij, et aliorum Societatis Jhesu [c] professorum opera Augustana ciuitas uberes, Domino Cooperante [2], percepit. Auditum enim fuit, quam multi haeretici ad Ecclesiam Catholicam eorum doctrina, hortationibusque reducti sint [d]: quantumque et adiumenti, et solatij Catholicis ciuibus afferre consueuerit [e] fidelis eorum [f] opera, ac [g] diligens ministerium, ea nos sicut laeti audire antea consueuimus: Ita non sine dolore nuper audiuimus, humani generis hostem tam pia, et salutaria opera impedire coepisse [h], Eius enim instinctu, et improbis maleuolorum quorundam sermonibus factum esse [i] ut animi uestri ab ea societate alienarentur. Quod eo grauius ferendum est: quia ea res non solum inchoato [k] Dei operi impedimentum allatura est: Sed paritura etiam dissidium et scandalum inter uos, et laicos Catholicos, et [l] [?] haereticorum animos auctura. Quibus offensionibus, et scandalis nos pro pastorali officio [m] obuiam ire uolentes, Deuotionem uestram hortamur [n], et admonemus [o]: ut ipsum Canisium, et alios ex ea Societate pristina Charitate, et beneuolentia [p] complectamini: eosque diligenter tueaminj: et quo quam plurimum proficere possint, tum uerbo [q] Dej docendo [r] [3], tum ministrandis sacramentis, non ijs modo ministerijs, quae illis ab Apostolica sede permissa sunt: fungi eos libere patiamini: sed etiam fauore eos, et studio uestro iuuetis, eaque in re venerabilis fratris nostri Cardinalis Augustani Antistitis uestri [4] voluntatj obsequamini: apud quem

a) *In CS nomen papae deest.* b) Dilecti filij, salutem etc. Ad nos *BC.* Dilecti filij salutem, etc. Ad nos *S.* c) Jesu *BC;* Iesu *SR.* d) sint reducti *CR.* e) consueverint *C.* f) eorum fidelis *R.* g) et *CR.* h) cepisse *AB;* caepisse *Boero.* i) *Ita ABCS; Bo. haud recte:* est. k) incohato *B.* l) *Ita A; sed malim legere* atque, *quod habent BCSBo.* m) offico *A.* n) *Apud SBo 2 vv. sqq. non sunt.* o) admoneamus *A.* p) beniuolentia *B.* q) verb. *A.* r) *Ita ABC; idque recte (cf. Act 18, 11);* dicendo *SBo.*

[1] Christophoro a Freyberg. [2] Mc 16, 20. [3] Act 18, 11.
[4] Ottonis Truchsess a Waldburg.

si quid aduersus eos proponere volueritis, querelam vestram tanquam apud[a] ordinarium uestrum deferre[b] debebitis[c]. Datum Romae[d] apud S. Marcum[e] sub Annulo piscatoris, die vltima Septembris M.D.LXIIIJ Pontificatus Nostri Anno Quinto[f]. Ant: Florebellus[g] Lauellinus[1].

Pontificias has litteras ad Capitulum dandas curaverat Iacobus Lainius Societatis praepositus generalis (v. supra p. 662). Breve (una cum apographo) Roma 3. Octobris 1564 a Polanco mandatu Lainii Augustam ad Canisium missum est, ut videret Canisius, utrum per Ottonem cardinalem Augustanum canonicis tradendum esset, an per alios (v. supra p. 686). Traditum autem illud esse Dilingae a cardinale legatis capituli cathedralis et recitatum Augustae 23. Octobris 1564 in conventu eiusdem capituli, intellegitur ex **Actis* capituli (Cod. monac. „Augsb. Domk.“ p. 158—159).

497. 3. Octobris 1564.

Ex actis capituli augustani, quae sunt in Cod. monac. „Augsb. Domk.“ p. 128 ad 138, et ex exemplo mandatorum legatis cardinalis Augustani ab ipso cardinale datorum, quod a legatis capitulo traditum, nunc exstat Augustae in archivo curiae episcopalis, fasc. „Dompraedicatur; Corresp. d. Card. O. Truchsess“ etc. n. 23.

Actis capituli usus est et pauca ex iis posuit *Schellhass* l. c. IV xxi[2].

Cardinalis Augustanus cum capitulo litteras a patriciis augustanis Societatis gratia ad se datas communicat; Canisium eiusque socios laudat; querelas illas vel iniustas vel exiguas esse affirmat; cur Socii Augusta amandari non debeant ostendit; suadet, haec constituantur: Ut Canisius socium, qui ipsius loco contionari possit, sibi adiungat; Socii quattuor festis praecipuis omnes eucharistiam petentes ad altare parochiale remittant; reliquo tempore eandem vel in suis altaribus vel saltem alio aliquo loco ecclesiae cathedralis porrigant, vel tandem, contionari in ecclesia cathedrali pergentes, sacramenta in templo proximo administrent.

In cathedralis Capituli augustani actis notatum est, in comitia capituli 3. Octobris 1564 habita Ottonis cardinalis Augustani „vicarium“ generalem [Ioannem Schencking] et eiusdem cardinalis cancellarium [Christophorum Forstenheuser] a cardinale legatos venisse et ipsius nomine aliqua ad negotium illud Canisii spectantia exposuisse; ostensum quoque ab iis esse „ain schreiben, so herr Jörg Fugger, herr Marx Fugger, herr Landtuogt Jn Schwaben Jlsung, vnd Melchior Jlsung Iren F. gn. zukhomen lassen“, „Alles die Jesuiter, vnd herrn Canisium betreffendt“; cum autem capitulum a consiliariis illis harum litterarum (Augusta 18. Septembris 1564 a patriciis illis ad cardinalem datarum; quas v. supra p. 901—904) apographum petisset, ipsos negasse.

Cardinalis porro in „Instructione“, quam vocamus, sive mandatis, quae legatis scripto dedit, haec fere dicit: Ipse, postquam episcopatum administrare coepit, semel atque iterum in exsilium pulsus est; neque tamen ex ulla eius generis calamitate tantum dolorem accepit, quantum ex dissidio inter capitulum et Societatem Iesu modo orto; hoc enim ad res sacras atque aeternas pertinet. Conquesti sunt apud ipsum urbis augustanae cives catholici, quod Socii tantopere oppugnarentur,

a) ad *Bo.* b) deffere *A.* c) debetis *SBo.* d) *In B sequitur* etc. ut supra, *nec quicquam aliud; antecedit autem aliarum Pii IV. litterarum apographum eadem manu scriptum, quod sic terminatur:* Datum Romae apud Sanctum Marcum sub annulo Piscatoris, die ultimo Septembris. M.D.LXIIIJ. Pontificatus Nostri Anno Quinto. Ant. Florebellus Lauellinus. *C habet:* Datum Romae etc. ut supra [ultimo septembris MDLXIIIJ pontificatus nostri anno V°]. e) *Bo. 3 vv. sqq. omisit.* f) *SBo. 3 vv. sqq. omiserunt.* g) Frobellus *A; cf. supra adnot. d et infra adnot. 1.*

---

[1] De Antonio Florebello (Fiordibello, Fiorabelli), episcopo lavellino (Lavello), secretario Pii IV. etc., v. *Can.* III 65. *Sacchinus:* Florebello, inquit, „plane multum Societas nostra debet“ (Historia S. J. II, l. 5, n. 78).

atque inprimis patricii quidam ea de re ipsi scripserunt. Augustae autem hominibus, quorum animi in fide et pietate minus firmi erant, iidem Socii „praeseruatiff vnnd remedium“ semper fuerunt, [und haben] „vil vnnd manche ab ipsa peste et lepra spirituali gewaltigclich liberiert vnnd erlöst“. Cardinalis porro, cum et capitulo et reliquis, qui in urbe sunt, catholicis satisfacere ex animo velit, querelas tamen adversus Iesuitas prolatas maximam partem iniustas esse comperit; reliquae autem — quae paene ad aliud non spectant, quam quod Canisius intempestive Augusta discedere solet — eiusmodi sunt, „dass darinn vil mer ain bruederliche geduld zuhaben, dann mit gehenlicher abschaffung derselben ain ganntze Confusion vnnd ergerliche zerritlichait zu machen“. Atque si Socii sacramentorum administratione et aliis pietatis operibus exemplisque impedientur, totum capitulum cathedrale multum ex ea re detrimenti capiet, et plerique ex catholicis tum augustanis tum exteris id canonicis vitio vertent; ipse etiam cardinalis merito vituperabitur, quod ita cum Sociis agi patiatur, et Deus eos, qui rem vel fecerint vel probarint, puniet. Quare cardinalis nullo unquam tempore Socios Augusta amandari sinet; nunc vero vel maxime abest, ut id ferat; hominibus enim pestilentia laborantibus Socii magno sunt solacio; praeterea Augustae comitia imperii brevi videntur esse habenda; quibus huiusmodi homines admodum necessarii sunt. Ideo pacis componendae gratia pactio aliqua inter capitulum et Societatem facienda est, in qua haec statuantur:

Das Canisius ainen gelerten . taugenlichen hochdeütschen [1] zu ainem Substituten zu dem Predigen, neben Ime bestendigclich hielte.

Am andern, das die [a] [?] Societet sich aller Pfarrlichen Recht, wie sie dann die selbige nie begert, entschliegen, vnnd sonderlich, das auf die hohe Vest . Sy zu dem Pfarraltar, alle Communicanten weisen sollten, vnnd das sy doch ausserhalb der Vier Vest [2], nach vermog der geschribnen Rechten, vnnd nach zulassen Irer habenden special Priuilegien Iederman frey libere communiciren mochten. So aber Solchs ainem Thumbcapitul beschwerlich sein wolte . das es auf denen Alltarn da die Societet Mess zulesen pflegt, geschehe, So were nit vnrathsam . das solche der Societet Communion, auf dem allten Chor, oder aber S. Vlrichs Capell [3] beschehe.

Wo aber solchs ainem Capitul auch nit gefellig, So möchte ain Mittel sein, das die Societet den Predig Stuel, ain weg wie den anndern, Jm Thumbstifft . wie bissher versehe . vnnd Jr Confession vnnd Communion Inn Sanct Iohanns khirchen [4] gebrauchten.

498. 7. Octobris 1564.

Ex actis capituli, quae sunt in Cod. monac. „Augsb. Domk.“ p. 138—158. Actis usus est *Schellhass* l. c. IV xx [4].

Capitulum cardinali respondet: Ipsis cum Societate Iesu res non est; non Iesuitas Augusta pellere, sed dissensiones arcere volunt, ut etiam alibi statutum est. Habet Societas homines doctos piosque; Canisius tamen pauciores habet auditores, quam qui ante ipsum contionatus est; minuitur etiam numerus eucharistiam sumentium. Pauci a Iesuitis Augustae ad ecclesiam reducti sunt, licet ipsi multos reductos esse fortasse iactaverint. Iesuitae pestilentia laborantes non iuverunt; a germanico ingenio alieni, imperiosi sunt. Quare nec P. Elderen ferendus est, nec locus ad sacramenta ministranda Iesuitis a capitulo tribui potest. Ad patriciorum litteras seorsum respondetur.

a) *Sic.* die von der? *Sequitur enim* entschliegen, solten *etc.*

---

[1] P. Guilielmus Elderen, Canisii socius, ex Germania inferiore (Stevoort, vico belgico) ortus erat (*Can.* I 414).

[2] Quattuor festa praecipua, „die vier Hochzeiten“, dicit; quae erant Nativitas Domini, Pascha sive Resurrectio Domini, Pentecoste, festum Omnium Sanctorum (*I. A. Schmeller*, Bayerisches Wörterbuch, bearb. von *G. K. Frommann* I, München 1872, 1044; *Grimm* l. c. IV [2] 1640).

[3] De his ecclesiae cathedralis partibus vide supra p. 416.

[4] In ecclesia S. Ioannis Baptistae, quae cathedrali proxima erat.

In cathedralis Capituli augustani actis notatum est: Capitulum 7. Octobris 1564 sessionem habuisse, ut videret, quid Ottoni cardinali Augustano ad superiorem ipsius legationem (v. supra p. 906) respondendum esset; placuisse, ut Christophorus a Freyberg decanus capituli, Wolfgangus Andreas Rhem praepositus ad S. Mauritii, Hercules Röttinger episcopus lavantinus Dilingam ad cardinalem mitterentur cum litteris mandatorum germanicis et ab universo capitulo subscriptis, quae tamen cardinali non essent tradendae, sed tantum per legatos coram eo recitandae. Litterae in iisdem actis ad verbum sunt expressae; in quibus haec fere dicuntur: Capitulo nihil rei est cum Societate Iesu; negotium ei est tantum cum duobus Iesuitis Augustae degentibus; quos nulla ratione urbe pellere vel voluit vel vult; hoc solum spectavit, ut ab ecclesia cathedrali eiusque divinis officiis dissensiones et partium studia arcerentur. Habet quidem Societas Iesu inter suos „gelerte, dapfere, vnd frome Männer"; sed omnibus fere Germaniae locis inter Iesuitas et parochos dissensiones quaedam ortae sunt; unde factum est, ut magistratus Iesuitas separata templa habere et parochialibus munibus procurandis supersedere iuberent. So ist auch offenbahr am tag, das hieuor zu zeiten obgedachts frommen Herrn .D. Fabrj [1] vil mehr leüt zu der Thumbkirchen, zu seinen Predigen khommen seindt, vnd nimbt auch di anzal der Communicanten, bey der Pfarr nicht zu, sondern scheinbarlich ab, vnnd ist zwar, Laider Got erbarms dern wenig, so alhie auss den Jnficierten seitheer ab erroribus uel lepra Curiert, vnd widerbracht, vnnd in so geringer anzal, das die gegen dem grossen numero so die Jhesuiter Jnn welschn vnd andern Landen spargiert, vnd aussgebrait mochten haben, nit wol zunennen, vnd mit betrüebtnuss verdrukht werden muess [2], Got verlaiche hinfüro ain mehrers gedeyen. *Iesuitas Augustae ad quemquam pestilentia laborantem accessisse, canonici usque adhuc non cognoverunt. Novi sunt illi atque exteri, ideoque Germanorum indoli se accommodare nequeunt, et demissos animos prae se ferentes, se suaque super omnes extollunt, omnibus imperare gestiunt, nemini volunt parere. Quare P. Guilielmus [Elderen] Augusta modeste amandandus est, neque Iesuitis permitti potest, ut vel in templi cathedralis choro veteri vel in eiusdem templi sacello udalriciano vel in ecclesia S. Ioannis [Baptistae] sacramenta ministrent; ne separatam quidem ecclesiam iis concedere licet [3]; ita enim discordia inter ipsos catholicos concitaretur. Ad ea autem, quae proceres quidam eo de negotio ad cardinalem scripserunt, capitulum separatam responsionem legatis tradet [4].*

In **Actis* capituli, quae dixi, refertur, 7. Octobris 1564 praeter Marquardum „vom Berg" praepositum et Christophorum „von Freyberg" decanum ex canonicis hos 13 Augustae versatos esse (quamquam ex iisdem Actis dubium efficitur, num sessioni illi omnes interfuerint): Ioannem Conradum „von Stadion" „Custodem", Ioannem Christophorum „von Stadion", Wolfgangum Andream „Rem", Ambrosium „von Gumppenberg", Marquardum „von Bintzenaw", Ioannem Guilielmum „a Neunekh", Ludovicum „Knebel", Ioannem Egolphum „von Knöringen", Ioannem Conradum „Von Stain", Herculem „Rettinger" episcopum lavantinum, Casparum „Schluderer" (Cod. monac. „Augsb. Domk." p. 138—139 158).

499. 7. Octobris 1564.

Ex litterarum commentario (2°; 2 pp.), quod exstat Augustae in archivo curiae episcopalis, fasc. „Dompraedicatur; Corresp. d. Card. O. Truchsess, Canisius betr." n. 19.

Ibidem exstant alterum commentarium (n. 28) et apographum eiusdem fere temporis (n. 25).

---

[1] P. Ioannis Fabri (Schmidt, Cussii), O. Praed., qui proxime ante Canisium cathedralis ecclesiae augustanae contionatorem (1547—1558) egerat (*Can.* I 711[2]).

[2] Ipsum capitulum antea omnino aliter scripserat; v. *Can.* II 857; III 589.

[3] Haec a cardinale pacis conciliandae causa proposita erant; v. supra p. 907.

[4] Hanc vide infra p. 909.

Capitulum ad epistulam patriciorum respondet: Se iniuste accusari; Ilsungum, cardinali capituloque parum amicum, epistulae auctorem esse; Iesuitas eam emendicasse.

Augustae 7. Octobris 1564 in sessione capituli cathedralis constitutum est, ut legatis Dilingam ad cardinalem Ottonem mittendis praeter litteras mandatorum (v. supra p. 908) traderentur litterae alterae, quibus capitulum ad epistulam a patriciis quibusdam augustanis de Canisii negotio ad cardinalem datam (v. supra p. 901) et per hunc cum capitulo communicatam responderet; placuit praeterea, ut his litteris, quotquot adessent canonici, nomina subscriberent, et ut legati cardinali, quotiescunque vellet, eas legerent, neve tamen exemplum earum traderent; litterarum autem (quae germanice scriptae sunt) haec est brevis summa: Eorum, qui epistulam dederunt, non erat, vel cardinali, vel capitulo, quid in ecclesia cathedrali eiusque rebus sacris fieri oporteret, proponere. Atque ipsi iniuste accusant capitulum, quod Iesuitas Augusta pellere aut alium contionatorem constituere velit. Id quod tamen minus patriciis illis, quam aliis quibusdam, qui novas res moliuntur, crimini est; nam neque Georgius neque Marcus Fuggeri usque adhuc hisce rebus se immiscuerunt, et Melchior Ilsungus ipse aliquibus de capitulo dixit, Iesuitis, ut rerum ecclesiasticarum ordinem inverterent, non esse permittendum. Georgius igitur Ilsungus epistulae auctor esse videtur, qui quomodo non semel cardinalem et capitulum tractaverit, cardinalis non ignorat. Confidunt igitur canonici, huiusmodi deprecationes a Iesuitis „emendicatas" apud Ottonem nihil esse valituras, eundemque capitulo suo cathedrali praesidio futurum esse sperant.

500. Sub medium m. Octobrem 1564.

Ex commentario, quod exstat Augustae in archivo curiae episcopalis, fasc. „Dompraedicatur; Corresp. d. Card. O. Tr. etc." n. 21.

Cathedrale capitulum augustanum Augusta sub medium m. Octobrem 1564 Dilingam ad cardinalem Ottonem litteras misisse videtur, quibus ex eo quaerebat, quo die Dilingam veniendum esset iis, quos cardinalis vellet nomine capituli secum de negotio Canisii et de alia quadam causa agere; cum autem Canisii negotium per litteras confici vix possit, capitulum a cardinale petit, ut Canisium quoque stato die Dilingae adesse iubeat.

Tempus commentario, quo usus sum, ascriptum non est; litteras tamen, si datae sunt, sub medium m. Octobrem 1564 datas esse ex eo colligitur, quod aut de iis legatis, quos capitulum mittere 7. Octobris statuerat (v. supra p. 908), aut de altera legatione sunt, quae brevi post illam mittenda erat; constat enim, 20. Octobris Dilingae inter capituli legatos et Canisium pactionem factam esse; v. infra monum. 501.

501. 20. Octobris 1564.

Ex exemplo (A) archetypo (2°; $2\frac{1}{2}$ pp.) manu notarii, ut videtur, scripto et ab ipso Ottone cardinale Augustano subscripto ipsiusque sigillo minore munito, quod eo tempore capitulo cathedrali traditum, nunc exstat Augustae in archivo curiae episcopalis, fasc. „Dompraedicatur. Corresp. d. C. O. Truchsess d. Dompr. P. Can. betr." n. 26. In tergo archetypi manu eiusdem fere temporis scriptum est: „Vertrag zwischen meinenn gnedigen Herrn Einem Erwirdigen Thumbcapitl .etc. vnnd dem Herrn Canisio etc. Anno etc. 64"; postea additum est: „dann der herrn Jesuiter d. d° 20a Octobris".

Apographum (B) saeculo XVI. scriptum exstat in Cod. monac. „Augsb. Domk." p. 160—162; alterum apographum cum testimonio, quo Thomas Agricola notarius a. 1585 asseruit, apographum cum archetypo convenire, exstat Augustae loco, quem supra dixi.

Maiorem harum litterarum partem ex archivo augustano, quod dixi, primum protulit, verbis tamen nonnihil mutatis, *Plac. Braun*, Bischöfe III 459—460, et Geschichte des Kollegiums 10—11. Litterarum brevem summam posuit *Schellhass* l. c. IV XIX—XX.

Tabulae pacis inter cathedrale capitulum augustanum et Canisium compositae. Dilingae cardinalis Augustanus ipse re cum legatis capituli et Canisio diligenter tractata has pacis condiciones constituit: Canisius in cathedrali ecclesia contionatoris officium in posterum quoque tenebit, neque Augusta abibit, nisi decani permissu et altero substituto, qui pro ipso contionetur. Sacramentis paenitentiae et eucharistiae in ecclesia cathedrali et templis ad eam pertinentibus administrandis Canisius eiusque socii omnino supersedebunt; quid tamen iis permittendum sit aliis locis, capitulum cardinalis arbitrio permittit. Capitulum Sociis honorem et favorem praestabit; illi et in contionibus et in privatis colloquiis ita se gerent, ut nihil nisi vera in capitulum eiusque clerum caritas appareat. Capitulum ut pacta probet, legatis cordi erit; Canisius eadem, dummodo a capitulo rata habeantur, accipit. Utrique parti exemplum a cardinale subscriptum traditur.

Nach dem der Hochwürdigst Fürst vnnd herr . Cardinal vnnd Bischoff zu Augspurg .etc. Mein gnedigster herr, Eines Ehrwürdigen Thumbcapitels zu Augspurg auss Jhrem Mittl verordnete vnnd abgesante herrn [1]. Ann einem . Vnnd dan den herrn Doctorem Canisium . anders thailss . Jnn den Jrrungen vnnd Missverstand . so sich zwischen einem Thumbcapitel, vnnd Jme herrn Canisio eraigt vnnd erhalten . gegen ein andern . Jnn Jren fürbringen, gnugsam vnnd gnedigst Jnn aginer [a] [?] Person verhört, Darauff auch sich beeden thailn mit getrewer vätterlichen vnderhandlung gnedigst bemiehet, habenn Jhr furstlichen gnaden letstlich vorwesenndenn Strit vff mitel verglichen vnnd verabschidet wie volgt.

Zum Ersten . dass vorernanter Doctor Canisius . Eins Ehrwürdigen Thumbcapitels Prediger . Jnn Jrer Thumbkürchen hinfüran. wie bisher bleiben, derselben auch mit getrewem vleiss ausswarten, vnnd sich onne vorwissen vnnd willen . Eines Thumbdechants, auch onne bestellung eins andern . so für jne den Predig Stuel Jnn seinem abwesen, gnugsam vnnd one clag versehen künde. nit absentieren soll, vnnd das auch nit lennger. dan es einem Thumbcapitel vnnd Jme Doctor Canisio gelegen vnd gefällig.

Am anndern, Souil Eingerissnen Strit . der Administration Sacramentorum belanngt. Jst aber durch Jr .fl. gn: für gut angesehen worden, Dieweil eins Erwürdigen Thumbcapitels, Jnn disenn Puncten fürgeschlagne mitl vnnd Erbieten, Ime Domino Canisio vnnd herwider des Canisij fürschlag vnnd begern, denn verordneten herrn Jn manngel jres habenden befelchs vnnd Jnstruction auch nit annemblich gewest . das zu gentzlicher vfhebung solcher Jrrungen der herr Canisius et Socij sich hinfüran solcher Administration Sacramentorum

a) *Ita A;* aigner *B.*

[1] Missos esse existimo Dilingam a capitulo eosdem, qui antea missi erant: Christophorum a Freyberg decanum, Wolfgangum Andream Rhem, Herculem Röttinger; v. supra p. 908.

Communionis et Confessionis, Jm Thumb Stifft vnnd desselben zugehörigen kürchen [1] genntzlich enthalten vnnd miessigen vnnd ein Thumbcapitel vnnd desselben Pfarr darinen mit nichten verhündern sollen . Was aber Jr .fl. gn. Jme Domino Canisio vnnd den seinen an andern orten . ausserhalb der obestimbten, zulassen wurden, des hete sich ein Capitel nit zubeladen . sonnder Jhr fl. gn. discretion haimbgestelt sein solte.

Neben dem ist durch Jhr fl. gn. auch beret, dass ein Erwürdig Thumbcapitel, dem herrn Canisio vnnd seinen Socijs, hinfüran wie bissher beschehen . Gnedigen . günstigen vnnd freüntlichen willen ertzaigen, Ehren vnnd Lieben . Vnnd hinwider . Mergedachter herr Canisius vnnd die seinen sich gegenn Jren gnaden vnnd gunsten, vnnd derselbigen zugehörige Clerisej, ess seie gleich in publicis Concionibus oder priuatis Colloquijs auch dermassen ertzaigen vnnd beweisen sollen, dass vtrobique annderst nichts dann Sincera et fraterna Charitas gespürt vnnd befunden werden möge, wie Sy dann hiedurch gegen vnnd miteinandern obgehörter massen vff ein Ende, Jrer habenden jrrungen verglichenn . veraint . Vnnd so ainicher widerwill . zwischen den thailen. jnn solcher zwaiung sich erhaben, hiemit auch gentzlich auffgehabenn tod vnnd ab sein solle.

Welches die abgesannten herrn Eins Erwürdigen Thumbcapitels jres thails . doch vermug jrer Jnstruction vff hinder sich bringen . ann Ein Capitel, dasselbig bej Einem Capittel zubefürdern zu vnderthenigstem danck angenommen .

Welches der herr Canisius für sich vnnd seine Socios Jm fall ein Capitel solches ratificiren wurde, auch bewilligt vnnd angenomen haben . Vnnd ist dises abschidts jedem thail ein gleichlautender mit hochgedachts meins gnedigsten Fürsten . dess herrn Cardinals .etc. agien [a] [?] handen vnderschriben . vnnd fürgetruckten Pitschafft verfertigt . behendigt vnnd zugestelt worden . Actum Dillingenn, am zwaintzgisten [b] [2] tag dess Monats Octobris . Vonn Christj gepurt getzelt . Fünffzehenhundert Sechtzig vnnd Vier Jhar.

O. Cardinal zu Augspurg. (L. S.)

Sacchinus, cum res valde diligenter et accurate narrare soleat, in huius pacti narratione, cum primum eam legeris, liberius egisse videri potest; nam hanc quoque ponit condicionem: „Canisius cathedram obtineret, sed ita vt cum ipsis, tum societati integrum esset, cum quid alterutra pars mutatum vellet“ (Can. 213); et planius alio loco: „Obtineret ipse concionem, verum ita, vt tum Societati id munus deponere, tum Canonicis in alium transferre, vbi commodum alterutris videretur, integrum esset“ (Hist. S. J. II, l. 8, n. 106). Ac paullo infra: „Canisius . . non modo conditionum nullam reiecit, sed etiam demonstrauit nihil societatem suscipere libentius, quam quae pacis, et concordiae essent: ac proinde gratias ingentes agere, quod in pristino caritatis loco habere ipsos benigneque complecti velint. Se vero ea modestia vsuros,

a) *Sic A;* aigen *B.* b) Am zwantzigisten *B.*

[1] Ex harum ecclesiarum numero certe erat ecclesia S. Ioannis Baptistae.
[2] *Braun* l. c. haud recte ponit d. 22.

eaque verecundia, quae ipsorum venerabili Collegio iure deberetur. Vellent et ipsi minimae huius familiae homines quocunque degerent, quocunque divina facerent loco, commendatos habere. Haec literis comprehensa quo firmius sancirentur, Cardinalis publice in vtriusque partis conspectu recitari, suoque communiri signo voluit" (Can. 214). Haec sane in tabulis pacis non sunt. At fortasse non litteris quidem, sed verbis a Canisio significata sunt; vel, id quod mihi verisimile esse videtur, Canisius, qua erat modestia, litteras ad capitulum ipse dedit, per quas ea ratione gratias agebat, Societatem commendabat etc.; quarum litterarum apographum a Canisio ad Lainium missum etsi nunc non exstat, Sacchino tamen praesto esse poterat. Canisium sane, praeter pacti illius confirmationem, aliis etiam modis capitulo caritatem declarasse, ex eo conieceris, quod 28. Octobris 1564 Lainio scripsit: „Canonici ad suas mensas me invitare caeperunt, ut veterem in me benevolentiam declarent post Dilingensem illam concordiam" (v. supra p. 709).

Sacchinum in hac Canisii modestia enarranda secuti sunt *Dorigny* l. c. 240, *Python* l. c. 212, *Agricola* l. c. I, Dec. 3, n. 112, *Mangold* l. c. 15 etc.

502. **23. Octobris et 2. Novembris 1564.**

Ex Cod. monac. „Augsb. Domk." p. 158 163—164.

Capitulum augustanum pacem a legatis suis cum Canisio initam firmat.

Ex actis cathedralis Capituli augustani intellegitur, pacis Dilingae 20. Octobris 1564 ab Ottone cardinale Augustano inter Canisium et capituli legatos conciliatae tabulas capitulo per eosdem legatos traditas, coram canonicis Augustae 23. Octobris 1564 recitatas, ab iisdem 2. Novembris 1564 in „capitulo peremptorio" probatas esse.

Ceterum et acta haec capituli et reliqua huius controversiae monumenta, quae posui, ostendunt, quam non facile tribuenda sit plena fides primis capitibus manu scriptae illius **Historiae* collegii Augustani; haec enim in annum 1562 haec refert: „Frequentia plebis, studiumque omnium ordinum ad nos confessionis caussa concurrentium grauiter offendit animum Augustensis curionis et collegarum, siue synergorum eius, qui neque nos a multitudine circumueniri ferre, neque se deseri sustinere diutius poterant. Caussam igitur ad Canonicorum consilium deferunt, P. Canisium, P. Wilhelmum Eldrensem, Jacobum Seklerum socios, de iure Paroeciae violato occupatoque postulant. . . . Non prius acquierunt responsis nostrorum accusatores, dum Canisius literis Societatis imagine signatis testaretur, neque se, neque socios curialia sacerdotia vnquam petituros vel admissuros, quae ad paroecum et curiales sacerdotes pertinerent, praeter ea, quae ab ipso Othone curare iussi essent. Jn quam legem pax conuenit, quamuis ea non diuturna; nam post biennium acrior tempestas excitata, nos e templo, cuius vnum angulum, imperatu Cardinalis, occupaueramus, eiecit. Vrebat homines maxime illud, quod viderent, populum ab altari nostro non modo non discedere, sed frequentius accedere, semperque locum illum, vbi Nostri faciebant, multitudine obsessum esse" (Cod. friburg. „Hist. coll. Aug." p. 11—12). Si iam anno 1562 apud capitulum eiusmodi actio instituta esset, et si Canisius ipso illo a. 1562 sollemnes huiusmodi litteras signasset, a. 1564 a canonicis et actio illa memorata, et litterae semel atque iterum prolatae essent.

B.

MONUMENTA DILINGANA CANISII.

503. **30. Septembris 1563.**

Ex Cod. diling. „Acta ac. Dil." p. 66, et ex Cod. „V. P. 63" f. 277[b].
Polanci litteris usus est *Sacchinus,* Can. 205.

Canisius die S. Hieronymi Dilingae ad litterarum studiosos orationem habet.

In Actis universitatis dilinganae, eodem fere tempore scriptis, haec referuntur in annum 1563: R. D. Canisius in festo S. Hieronymi habuit orationem ad studiosos.

Exstat etiam litterarum a P. Ioanne de Polanco, secretario Societatis Iesu, Tridento 14. Oct. 1563 ad P. Ludovicum de Mendoza S. J., qui cum Ottone cardinale Augustano versabatur, datarum apographum eodem fere tempore scriptum. In his litteris Polancus de Dilinga refert: Si trouo di la il giorno di Santo Hieronimo il Padre Canisio et fece la predica ò oration latina che si suole in tal giorno.

In universitate dilingana eo tempore feriae autumnales ab 8. ad 29. Septembris erant. Die autem S. Hieronymi, quem universitas patronum colebat, sive 30. Septembris, studia sive novus „annus scholasticus" sollemniter incohabatur; inter quae sollemnia aliquis ex magistris orationem habere solebat; anno vero 1563 plerique ex magistris veteribus Dilinga iam abierant, magistri novi, qui de Societate futuri erant, nondum advenerant. Fortasse Canisius Dilingam (Monachio vel Augusta) ivit una cum Cornelio Herlen a Rosenthal, universitatis rectore; quem 30. Septembris ex itinere romano Dilingam redisse traditum est (*Specht* l. c. 32—33 49 58).

Canisium 30. Septembris 1563 ad academicos dilinganos de laudibus S. Hieronymi dixisse, etiam *Raderus*, monumentis, puto, usus dilinganis, affirmat (Can. 121). *Sacchinus* vero eum 21. Novembris 1563, astante etiam P. Hieronymo Natale Societatis visitatore, orationem illam habuisse asserit (Can. 205). *Sacchinum* fere secutus est *Boero* (Can. 267). *Dorigny* autem (l. c. 226) et *Python* (l. c. 205) cardinalem quoque Augustanum orationem audivisse atque eodem die universitatem Societati sollemniter tradidisse referunt. At cardinalis a. 1563 Dilingam non venit; neque a. 1564, cum sollemnia illa ab eo agerentur, Canisius huiusmodi orationem habuit; v. supra p. 370 413[6], et infra monum. 509—511.

504. 12. Octobris 1563.

Ex apographo eiusdem temporis. Cod. „V. P. 63" f. 316[b].

Canisius cum P. Cuvillonio Dilingam ivit. Quo etiam Natalis profectus est, ut Societatis homines in collegium introduceret hocque bene institueret. Postea Canisius collegii curam geret.

P. Ioannes de Polanco, Societatis secretarius, Tridento 24. Octobris 1563 ad P. Ludovicum de Mendoza S. J., Ottonis cardinalis Augustani confessarium, scripsit: Jl Padre Canisio col Padre Couillon sene andauano ala uolta de Diljnga alli XIJ del presente. Et il Padre maestro Natal si parteua in sul mezzo di questo octobre de Jspruc per andar pure à Dilinga con due turme de nostri fratellj, delli quali bona parte haueua de menar seco et gia serranno arriuati un pezzo fa à Dilinga et lasciato qualche buon ordine sene tornara il Padre Natal à Trento et credo restara di la el Padre Canisio ò ui andara molto spesso.

Canisius consilium mutasse videtur; nam ex Cuvillonii litteris, quas proxime ponam, hunc 20. Octobris Dilingam advenisse, Canisio et Natale iam paulo ante eodem advectis, conieceris. Ac cum Canisium 17. Octobris 1563, quae erat Dominica XX. post Pentecosten, Augustae contionatum esse constet (v. supra p. 823), equidem nescio, num 12. Octobris Dilingam ierit, sub 16. Augustam redierit, post 17. iterum Dilingam petierit, sub 23. Octobris denuo Augustam reverterit (cf. supra p. 823); fortasse enim priore illa peregrinatione dilingana supersedit.

505. M. Octobri vel Novembri 1563.

Ex apographo, eodem fere tempore scripto. Cod. colon. „L. Qu." f. 157[b].

Canisius Dilingae contionatur.

P. Guilielmus Elderen S. J. in domus S. J. augustanae litteris quadrimestribus, Augusta 13. Ianuarii 1564 datis, postquam Canisium Augustae in ecclesia cathedrali „concionandi munus persequi" narravit, haec addit: Concionatus est alibi quoque vt Dilingae Cum Augustana virgo habitum monasticum assumeret, et apud matronam nobilem, que bis illum Religionis ergo euocauit.

Canisius Dilingae a. 1563 m. Septembri brevissime, m. Decembri nulla ratione moratus est. Quare eum dilinganam illam contionem vel m. Octobri (inter d. 13. et 23.) vel m. Novembri (inter 8. et 19.) habuisse conicio; v. supra p. 377 396 913. Dilingae duo exstabant virginum monasteria; alterum („das grosse Kloster") „tertiam" regulam S. Francisci, alterum („das kleine Kloster", „die mindere Samnung") regulam S. Dominici observabat (*Steichele,* Bisthum Augsburg III 125—143). Neque dubium est, quin virgo illa ex earum numero fuerit, quae Sociis augustanis vel suadentibus vel probantibus Christo se desponderunt; de quibus v. supra p. 800 804 809.

506. A 20. Octobris ad 19. Novembris 1563.

Ex archetypo. Cod. „G. Ep. V" f. 140 141.

Canisius et Natalis Dilingae primos huius collegii Socios ex Italia missos excipiunt. Natalis res collegii constituit et in disputatione theologica „argumentatur".

P. Ioannes Cuvillonius S. J. in primis collegii dilingani litteris quadrimestribus, Dilinga 1. Maii 1564 datis, de eiusdem collegii initiis, a. 1563 factis, haec praeter alia rettulit:

Vicesimo die mensis Octobris huc peruenimus, cum adessent Reuerendus P. Natalis commissarius et Reuerendus pater Canisius prouincialis qui praeparaturi necessaria [nos][a] praeuenerant et eam tum charitatem qua in Societate fratres peregre uenientes excipi solent omnibus declararunt . Et Pater quidem Commissarius ad hoc Collegium recte et commode constituendum magnopere laborauit ac propterea integrum mensem hic est demoratus, interea cubicula quae desiderabantur, quibus locis aedificari uellet, designauit, et instructiones officiorum quibus hoc Collegium gubernandum esset plurimas et sapientissimas conscripsit, singulisque praeceptoribus suas lectiones assignauit, easque coram audiuit, denique nihil praetermisit, quod ad collegium promouendum, et ad utilitatem fratrum, consolationemque retinendam uisum est pertinere. Interfuit et disputationi Theologicae hic a nostris institutae [1], in ea sic argumentatus est, ut non paruam doctrinae suae opinionem omnibus qui interfuerunt reliquerit. Rebus autem omnibus recte constitutis hinc 19ª Nouembris Tridentum discessit.

Nescio quibus monumentis antiquis usus sit *Matthaeus Raderus,* cum de his initiis scriberet: „Secuti Canisium XIII. Cal. Nouemb. qui fuit vigesimus Octobris, Professores primum XVI. mox quatuor, vt essent XX. quibus Hieronymus Natalis post lustratas Gallias et Germanias, ad victum, cultum et locum necessaria praesens cum Canisio comparauit. Illi Dilingam ingressi pridie S. Vrsulae sub vesperis, postridie comparuere omnes ad solenne sacrum [2]. Proximo post D. Vrsulae die ab

a) *In archet. hic lacuna comparet.*

[1] Cf. supra p. 385.

[2] Cardinalis Otto 21. Octobris 1558 quinque capita Sociarum Sanctae Ursulae ab Ioanne Groppero praeclaro illo theologo coloniensi accepta Dilingae in collegii

omnibus Magistris, cunctis obstupescentibus, qui Socios vix de via respirasse putarant, initium docendi factum" (Can. 121—122). Confer etiam *Specht* l. c. 58.

P. Claudium Iaium (Le Jay) S. J. a. 1563 Dilingae domicilium collocasse affirmat *Carolus Henricus de Lang*, Geschichte der Jesuiten in Baiern, Nürnberg 1819, 104. At Iaius Vindobonae 6. Augusti 1552 mortuus erat (*Can.* I 406).

Quod autem ad primum „Catalogum lectionum" collegii dilingani attinet, *Polancus* nomine Lainii Tridento 28. Novembris 1563 P. Ludovico de Mendoza S. J. cum cardinale Augustano versanti *scripsit: „Quj mando à V. R. il catalogo delle lectionj de Dilinga. Le lectionj latine del D. Couillon, et non essendosi trouatj capaci li auditorj in questo principio del hebreo, ne anche del grego ne de Mathematica non sono cominciate queste lectioni ma come si potra si cominciaranno che li lectorj[a] sono paratj, et pero non parse al Padre Natal fossi expediente stampar adesso il Catalogo" (ex apogr. eiusdem temporis).

507. A m. Ianuario ad Maium 1564.

Ex archetypo. Cod. „G. Ep. V" f. 140 141.
Epistula usus esse videtur *Sacchinus*, Can. 207—208.

Sociorum dilinganorum numerus. Quibus cardinalis Otto et bibliothecam et sui horti usum tribuit. Scholae. Discipuli cotidie missam audiunt. Catalogus lectionum excusus. Canisius bis Dilingae fuit, de Societatis instituto saepe ad Socios dixit, eorum confessiones et vota excepit, officia iis distribuit. Contiones catechesesque latinae. „Puer episcopus." Discipulorum confessiones.

P. Ioannes Cuvillonius S. J. in collegii Societatis Jesu dilingani litteris quadrimestribus, Dilinga 1. Maii 1564 datis, haec, praeter alia, refert: Sedecim in hoc Collegio sumus, Sacerdotes sex, fratres decem ex quibus Coadiutores Laici tres. . . . Die Jouis sancto aduenit Colonia R. P. D. Henricus Dionysius huius Collegij Rector nec multo post ex vrbe missi fratres incolumes appulerunt[1] . . . . Reuerendissimus Cardinalis Augustanus . . . praeter pecunias nobis donauit bibliothecam satis copiosam et huc aduehi eam uoluit Jngolstadio. Ad haec usum sui horti maximi et pulcherrimi concessit fratribus in quo praeter piscinas, et aestiuas domunculas omnis fere generis arbores, cygni et viuaria uisuntur. . . . Habet Academia scholas elegantes distinctas et amplas utpote pro studiosis Theologiae, Philosophiae, Logicae, Rhetoricae, Humaniorum literarum, Grammaticae, et primorum principiorum, neque deest oratorium amplissimum ad quod Scholastici omnes missam, aliaque diuina officia audituri quotidie conueniunt. Curatum est autem ut typis ederetur Catalogus lectionum et exercitationum quae in hoc gymnasio frequentantur[2]: nec dubitamus quin ea res bonis gratissima futura sit, praesertim cum duae lectiones linguae Hebreae et Grecae accesserint. . . . R. P. Prouincialis noster postquam discessit R. P.

a) electorj *ap.*

---

sacello inferiore, S. Hieronymo sacro, reposuerat (*Specht* l. c. 32[2]), „ea lege", inquit *Agricola* (l. c. Dec. 3., n. 100), „ut . . festa . . Divae Martyris lux quot annis sancta haberetur". [1] Vide supra p. 458—461 483.

[2] Catalogus hic, sub Pascha sive sub initium m. Aprilis 1564 Dilingae a Sebaldo Mayer in 2° excusus, denuo vulgatus est a *Specht* l. c. 639—641.

Natalis bis ad nos uenit cum respirandi tempus a concionibus habuit, et quidem utroque tempore multa ad collegij rectam administrationem pertinentia recte constituit[a] [?], crebras [?] etiam [?] de [?] instituto [?] societatis exhortationes habuit omnes ad viriliter in [?] eo [?] proficiendum exhortans atque inflammans[1]. Igitur generaliter confessi ei fratres omnes vota sua magna in Domino laetitia eo ipso praesente renouarunt, ac praeter alia salubriter constituta postremo Rectori nouo rationem administrandi Collegij demonstrauit et ijs qui ex urbe recens aduenerant fratribus lectiones publicas, domesticaque officia prouide assignauit. . . . Reuerendus p. Cuuilonius qui hactenus Prorectorem egit atque latini concionatoris officio functus est, Dominicis festisque diebus Ecclesiasten Salomonis adiuncto euangelio diei in templo est interpretatus, post meridiem uero idem Catechismum latinum[2] 200 fere adolescentibus exposuit. Nunc uero utrunque munus obit successor illius Rector D. Dionysius. . . . Alius est et germanice quoque concionatus die ipso Sanctorum Innocentum[3], tunc et carmina quibus celebrabatur puer episcopus[4] recitata sunt. Scholastici non pauci singulis mensibus, quidam etiam saepius nobis peccata sua confitentur.

508. **4. Augusti 1564.**

Ex apographo eiusdem fere temporis, quod exstat in Cod. monac. „Augsb. Domk." p. 106—108.

Capitulum cathedrale augustanum Ottonem cardinalem monet, ne Dilingae Sociis omnem potestatem tribuat; compertum enim esse, Societatis homines discordias serere, imperium appetere, privilegia neglegere etc.

Cathedrale capitulum augustanum Augusta 4. Augusti 1564 ad Ottonem a Truchsess cardinalem et episcopum augustanum (Dilingae, ut videtur, degentem) germanicas litteras dedit, in quibus haec fere exponit: Capitulo nuntiatum est, Ottonem collegium scholamque dilinganam Iesuitis tradere statuisse eorumque partem iam tradidisse. Capitulum tamen Ottoni commendat, ut lente et paulatim in ea re procedat neve ipso initio omnem eis tribuat potestatem; ne ita quidem multos Iesuitas arcessat; licet enim ii multa bene faciant, tamen locis, in quae inducti sunt, homines complura experti sunt, das nit wenig beschwärlich zu gedulden, vnd etwa auch an den orten, da sie vberhandt genommen, allerlay widerwertigkhaiten, vnd Spaltungen entstanden; *compertum est etiam*, das dieser Societet gedenckhen hoch, vnd weit standen, Niemands gern neben Jnen gedulden, Sondern an den orten, da man Jnen zuuil Lufft

a) *In archet. 4 vv. proxime sequentia et 2 vv., quae infra post* viriliter *scripta sunt, aqua fere deleta sunt.*

---

[1] Canisius Dilingae fuit a 9. fere ad 17. Ianuarii et a 12. fere ad 16. Aprilis 1564; v. supra p. 429 437 441 496 501.

[2] Canisii „Summam Doctrinae Christianae" vel „Catechismum parvum Catholicorum". [3] Die 28. Decembris.

[4] Ioannes a Murnheim, a scholasticis electus, ut pontificalibus vestibus indutus vesperas cantaret et benedictionem impertiretur. Quem ludum medio aevo in Germaniae ecclesiis cathedralibus, monasteriis etc. valde usitatum (*E. Michael* S. J., Geschichte des deutschen Volkes etc. II, Freiburg i. Br. 1899, 383—386) cardinalis Otto a. 1558 in universitatem dilinganam induxerat (*Specht* l. c. 353).

last, Nachdem gwaldt vnd Regiment all gemach zutrachten, vnnd andere ausszusetzen nit träg seien; *ut nunc [Cornelium Herlen] universitatis dilinganae rectorem loco movent; privilegia quoque universitatis dilinganae in discrimen veniunt, ac timendum est, ne capituli „domicelli" (iuvenes in capitulum cooptandi) iam nequeant „juxta Statuta nostra" Dilingam mitti.*

509. 17. Augusti 1564.

Ex archetypo, a secretario aliquo (ut videtur) Ottonis cardinalis Augustani scripto. Cod. „Germ. Sup. Fundat. I" f. 233[a]—234[b].

Otto cardinalis Augustanus significat, qua ratione et quo ritu Dilingae debeat primum quidem universitatis rector officio se abdicare et protonotarius creari, deinde autem Canisius nomine Societatis a cardinale potestate donari universitatem et contubernium S. Hieronymi regendi ac tandem novus aliquis rector in munere constitui.

De modo faciendi translationem Rectoratus . Die XVIJ. Augusti . 1564.

Hora sexta Reuerendus Dominus Suffraganeus [1] cantabit missam Pontificalem solemniter de spiritu sancto, Dicentur tres collectae, Vna Deus qui corda fidelium, cum sua conclusione, Deinde de sancto Hieronimo, Deus qui Ecclesiae tuae in exponendis sacris etc . Et ex missa de sanctissimo nomine Jesu, Deus qui gloriosissimum nomen Jesu etc. sub altera conclusione [2].

Cardinalis, Prelati [3] et Societas Iesu habeant loca sua parata.

Post missam exuet se Dominus Suffraganeus cum suis ministris, et quisque ibit ad sedem suam.

Jnterim erigetur mensa cum tapete ante infimum gradum sedis Cardinalis.

Omnibus ordinatis Cardinalis sedens in sede sua Pontificali, dicet aliqua uerba ad libitum, et dabit Notario [4] et secretario suo [5] proclamationem scriptam quam Secretarius stans apud Cardinalem leget alta uoce intelligibiliter [6], in qua declarabitur actus faciendus . etc.

Finita proclamatione Cardinalis in sede sua procumbet et incipiet Himnum Veni Creator spiritus, quem Cantores et Chorus finient alternis uersibus. Cardinalis dicet uersiculum et collectam, de spiritu sancto.

Tunc habeatur de pulpito parato Oratio.

Post Orationem Rector Cornelius [7] surgens de sede sua aliquid dicat, Deinde accedens ad mensam quae est parata ante Cardinalem, deponat Insignia Rectoralia [8], sceptra, sigilla, Claues . etc.

---

[1] Michael Dornvogel; cf. *Can.* II 632[3].

[2] De Missali augustano v. supra p. 818.

[3] Horum nomina vide infra p. 927. [4] Paulo Kleindienst; v. infra p. 927[3].

[5] Gasparo Lemechen; v. infra p. 921.

[6] Inserta est diplomati, quod proxime ponam; v. infra p. 921—924. [7] Herlen.

[8] Cornelium Herlen, primum universitatis dilinganae rectorem, anno 1554, cum universitas sollemniter inciperetur, his ornamentis sive insignibus ab Ottone cardinale instructum esse refertur (ab ipso Herleno, ut videtur) in **Actis* academicis: „Caputio rubeo, sigillo, sceptro" (Cod. diling. „Acta ac. Dil." p. 37). *Raderus,* ubi Herlenum rectorem a. 1564 „omnia honoris insignia . . ei, a quo ea accepisset", reddidisse narrat, eadem „epomidem, signum, sceptrumque" vocat (Can. 123). *Agricola* autem affirmat, Herlenum a. 1554 ab Ottone cardinale accepisse „sceptrum argenteum, Epomidemque [pallium breve, Schultermantel] rubram e serico raso [Atlas] una cum sigillo argenteo" (l. c. I, Dec. 3., n. 95); unde intellegitur, Dilingae, si non ab ipso initio, certe sub a. 1727, quo Agricola scribebat, haec fuisse rectorum dilinganorum insignia. In diplomate porro ipso illo die 17. Augusti 1564 Dilingae conscripto haec recensentur „insignia et ornamenta Rectoralia": „Sceptra, cappae Rectorales, sigilla et claues"; v. infra p. 925.

Post resignationem, Cardinalis respondebit Rectori prout uidebitur, et statim pro signo remunerationis creet illum in Prothonotarium Apostolicum[1] imponendo illi Rochettum, mantelletum et biretum, et iubeat eum duci ad scamnum praelatorum per ceremoniarium praecedente macerio[a] [2] Cardinalis.

Facta creatione Protonotarij Cardinalis det authoritatem Reuerendis Patribus Societatis Jesu et ipsorum successoribus in perpetuum creandi nouum Rectorem et gubernandi totam Academiam et Collegia [Societatis][b] Jesu et sancti Hieronimi . etc. prout in proclamatione est publicatum.

Reuerendus Dominus Canisius Praepositus Prouincialis Societatis acceptet nomine suo et totius Societatis talem autoritatem, et statim se recipiat in sacristiam cum patribus et eligant nouum Rectorem, quo electo redeant ad loca sua et incipiat Prouincialis prefari aliquid ad Cardinalem et Vniuersitatem nomine totius Societatis et pronuntiet personam noui Rectoris.

Tunc Cardinalis e uestigio iubeat dari[c] omnia insignia Rectoralia prout super [mensam][d] sunt deposita a Domino Cornelio[3], et Dominus Prouincialis sine mora induat nouum Rectorem habitu suo, et indutum mittat ad Cardinalem pro accipienda benedictione.

Deinde nouus Rector associatus ab omnibus ex societate[e] Jesu precedentibus Pidellis cum sceptris[f] [4] ducatur ad locum Rectoris solitum.

Praepositus Societatis ducatur a Ceremoniario Cardinalis ad scamnum praelatorum et Professores ex Societate ad loca Professorum, et scholares[5] ex societate ad locum ipsis designatum.

Omnibus collocatis nouus Rector breuiter aliqua dicat, commendando se Reuerendissimo et toti Gimnasio.

Hic Secretarius pronuntiet secundam proclamationem[6].

Deinde Notarios[g] Secretarius roget [vt faciant][h] de omnibus anteactis Instrumentum seu Instrumenta uocando in testes prelatos et alios de facta resignatione, assignatione, noua institutione, et accepta possessione . etc.

Tunc Cardinalis stans in sede sua incipiat Te deum laudamus, quem prosequentur Cantores et Chorus alternis Versibus.

Quo finito[i] Cardinalis e sede sua faciat benedictionem solemnem.

a) materio *arch.; vide infra adnot. 2 huius pag.* b) *Hoc supplendum esse et ipsa res et diploma, quod infra ponam (v. p. 925), suadent.* c) dare *arch.* d) *Verbum in arch. perperam omissum.* e) *In arch. correctum ex* societatis. f) *In arch. corr. ex* Pidello cum sceptro. g) *Correxi ex* Notarius*; v. infra p. 926.* h) *Haec supplenda esse et ex ipsa re, et maxime ex diplomate, quod proxime ponam, cognoscitur; v. infra p. 926.* i) *In arch. corr. ex* fine.

---

[1] Protonotarii „supra numerum" vel „non participantes" (qui tunc quidem in „protonotarios ad instar participantium" et in protonotarios tantum titulares nondum distinguebantur) creari poterant non solum a summis pontificibus, sed etiam ab aliis quibusdam, ut a „legatis a latere" (*Io. Bapt. Rigantius,* Commentaria in Regulas Cancellariae Apostolicae, In Reg. 1, § 4, n. 45 [Tom. I, Coloniae Allobrogum 1751, 94]). Cardinalis autem Augustanus legatus a latere erat (v. supra p. 34 [1]). Neque hi protonotarii a protonotariis „participantibus" (et protonotariis „ad instar participantium", qui postea dicti sunt), si honores spectantur et iura (acta consistoriorum conscribendi, notarios constituendi, liberos „legitimandi", „praecedendi", beneficia habendi „reservata" etc.), eo quidem tempore ita multum differebant, quamquam illorum reditus non habebant (*Luc. Ferraris* O. Fr. Min., Prompta Bibliotheca, sub v. Protonotarii; in ed. Mignii VI, Parisiis 1861, 839—848. *Micke,* Die apostolischen Protonotare, in „Archiv für kath. Kirchenrecht" XX, Mainz 1868, 179—229).

[2] Famulo (officiali, „bidello") baculum globo (argenteo?) munitum ferente (*Du Cange* l. c. V 161 296). [3] Herlen a Rosenthal.

[4] Rectores dilingani utebantur sceptris „maiore" et „minore" (*Specht* l. c. 126).

[5] Societatis fratres scholastici. [6] Hanc vide infra p. 926.

His praeceptis P. *Aloysius de Mendoza* S. J., qui cum cardinale Ottone tunc erat Dilingae, haec *ascripsit: „quae omnia facta fuerunt ad literam magna sane cum solemnitate et pompa et multi interfuerunt tum abates tum nobiles ad hoc specialiter uocati et rogati multis ex locis“. Atque *idem* in pagina 4. huius commentarii verbis „Actus translationis Rectoratus“ a secretario cardinalis (ut videntur) scriptis haec *ascripsit: „Dilingae. 17 Augusti, 1564“. Unde facile colligitur, hoc scriptum per Mendozam Romam ad Lainium praepositum generalem missum esse.

510. 17. Augusti 1564.

Ex apographo recenti, exscripto ex Cod. diling. „Acta ac. Dil.“ p. 67; in quem haec relata esse conicio vel ab ipso Cornelio Herlen, qui usque ad 17. Augusti 1564 universitatis rector fuit, vel a Iosepho Edlinger, de quo infra, vel ab alio, qui de Societate Iesu non erat; Societatis enim homines in ea narratione „Domini de societate“ vocantur, quae dicendi ratio Sociis non erat usitata.

Narratione usi sunt *Raderus,* Can. 122—123; *K. M. Mayer,* Die Rectoren der Universität Dillingen im ersten Jahrhundert ihres Bestehens, in „Jahrbuch des Historischen Vereins Dillingen“ 9. Jahrg., Dillingen 1897, 56 57; *Specht* l. c. 60.

Universitas dilingana ab Ottone cardinale Augustano sollemniter curae Societatis Iesu traditur: Missa pontificalis coram cardinale et tribus abbatibus; Cornelius Herlen rector laudatur, officio rogatu suo levatur, protonotarius creatur. Canisius nomine Societatis universitatis curam accipit et P. Henricum Dionysium instituit rectorem; cui cardinalis benedicit. Herlen universitatis „gubernator“, adiutore ipsi addito, nominatur. „Te Deum“.

In „Acta“ universitatis dilinganae haec sunt relata:

Anno Domini 1564 die 17 Augusti praesentibus Illustriss. Cardinali ac Reuerendissimo Episcopo Augustano Ottone Truczes ac tribus Abbatibus [1] priusquam Suffraganeus Augustanus [2] cantasset solemniter sacrum de Sancto spiritu habuit vnus ex Societate Ihesu orationem in commendationem D. ac M. Cornelij rosenthal S. Theologiae baccalaurei formati quod cum summa laude hactenus administrasset offitium Rectoratus Academiae Dilinganae [3]. Deinde M. Cornelius egit gratias Reuerendissimo Episcopo de administratione rectoratus sibi concredita deque benefitijs sibi collatis et cupiuit a Reuerendissimo exonerari ab hoc rectoratus oneroso offitio, depositis sceptris capsis [4] sigillisque argenteis reliquisque ad Vniuersitatem pertinentibus. Cardinalis vero creauit M. Cornelium prothonotarium. Postea tradebat Cardinalis omnia quae ad rectoratus administrationem pertinent D. Petro Canisio Doctori Theologo ac per Germaniam prouintiali nomine totius Societatis Ihesu. Is vero consilio cum reliquis Dominis de societate habito elegit D. Henricum dionysium doctorem theologum eique, astipulante Reuerendissimo Cardinali tradidit omnia quae spec-

---

[1] Duo tantum nominantur in „Instrumento translationis“; vide infra p. 927.

[2] Michael Dornvogel.

[3] Non ante, sed post sacrum haec oratio habita est; v. infra p. 925. In librum „Actorum“ aliquanto post factum hanc narrationem relatam esse colligitur etiam ex postremis eius verbis.

[4] Arculis, in quibus claves servabantur? Cf. infra p. 925.

tant ad rectoratus vniuersitatis offitium . qui accepta a Reuerendissimo benedictione ac confirmatione deductus est praeeuntibus duobus sceptris ad consuetum Rectoris [locum] et breuem oratiunculam de difficultate offitij ex obedientia suscepti habuit. Postremo D. Cornelius a Reuerendissimo designatus est Gubernator hoc est ut habeat administrationem (ut vocant) coercitivam [1] ad nutum tamen et voluntatem Rectoris iuxta litteras hac de re confectas. Adiunctus quoque est ad hunc[a] [?] iuuentutem coercendi facultate[b] [?] M. Iosephus [2] ut censor . Omnia per Te Deum laudamus figurali cantu terminata fuerunt . Doctor autem Henricus non statim intrauit domum S. Hieronymi sed[c] [?] Collegium Societatis Ihesu ut nempe ibi ad aliquod tempus pristinam valetudinem (nam expectabat) recuperaret [3].

511. 17. Augusti 1564.

Ex apographo (2°; 4 pp.), quod (ut omnino videtur) eodem tempore Dilingae ex archetypo iussu Ottonis cardinalis et episcopi augustani exscriptum, ab eodem Ottone Romam ad Iacobum Lainium, Societatis Iesu praepositum generalem, missum est. Otto in margine paginae 4. sua manu inscripsit: „Copia Jnstrumenti Translationis".

Diplomate usi esse videntur *Sacchinus*, Hist. S. J. II, l. 8, n. 108 109, et *Agricola* l. c. I, Dec. 3, n. 129—131.

Diploma publicum curae universitatis dilinganae et contubernii S. Hieronymi per Ottonem cardinalem Augustanum in Societatem Iesu translatae: Missa per episcopum suffraganeum cantata cardinalis recitari iubet scriptum, in quo refert, cur et qua ratione universitatem condiderit et privilegiis instruxerit ac magistris; inter hos praecipuam laudem mereri Cornelium Herlen rectorem; qui iam officio levetur et quod ipse velit, et quod cardinalis, quae ante cum P. Francisco Borgia deliberarit, in effectum velit deducere, ut universitas cum contubernio S. Hieronymi Societati tradatur libere administranda, reditibus quoque ei suppeditatis. Deinde hymno Spiritus Sancti cantato Herlen a Socio aliquo laudatus, cardinalem affatur, rectorum insignia deponit, protonotarius creatur. Cardinalis rectorum universitatis libere eligendorum atque tum universitatis tum collegiorum Societatis et S. Hieronymi regendorum potestatem Societati tribuit. Canisius cum Sociis novum rectorem eligit, cui ipse insignia tradit, cardinalis benedicit. Alterum recitatur scriptum, quo cardinalis „gubernatorem" a rectore deligendum ius dicere et privilegia tueri etc. iubet idque munus Herleno, adiutore adiuncto, ad tempus tribui pronuntiat. Te Deum. Nomina testium.

[In Nomine Domini. Amen.][d]

Nouerint vniuersi praesentis publici instrumenti seriem inspecturi, lecturi et audituri, qualiter Anno eiusdem Domini 1564,

a) *Ita*; hanc? *Vel addendum* cum? b) facultatem exercendam? c) *Ita corrigendum esse puto ex* siue, *quod in cod. scriptum est; id enim ipsa grammaticorum praecepta exigere videntur; ac contubernium S. Hieronymi a collegio Societatis diversum erat; et cum Herlen et universitatis et contubernii S. Hieronymi rector fuisset, exspectari poterat, fore ut Dionysius universitati praepositus etiam contubernium S. Hieronymi susciperet regendum; ceterum v. supra p. 695.* d) *Haec vel omnino similia supplenda esse ex eo intellegitur, quod paulo infra dicitur:* Anno eiusdem Domini 1564. *Quod initium etiam in aliis huiusmodi litteris publicis comparet, ut in iis, quas posuerunt Fr. X. Werk, Stiftungs-Urkunden akademischer Stipendien an der Hoch-Schule zu Freyburg im Breisgau, Freyburg i. Br. 1842, 409, et Ed. Winkelmann, Urkundenbuch der Universitaet Heidelberg I, Heidelberg 1886, 77.*

[1] Vide supra p. 332—334 586 655. [2] Edlinger: v. infra p. 926.

[3] De Dionysii infirmitate v. supra p. 646 665 754.

Jndictione septima, Pontificatus Sanctissimi Domini Nostri Pij diuina prouidentia papae quarti, Anno ejus[a] [?] Quinto, Die vero Jouis decima septima mensis Augusti . Jn mei Notarij publici testiumque infra scriptorum ad hoc specialiter vocatorum ac rogatorum praesentia personaliter constitutus Jllustrissimus Princeps et Reuerendissimus Dominus Otho Truchses[b] de Waldburg S. R. E. Episcopus Cardinalis Albanensis et Augustanus vulgariter nuncupatus, Praepositus et Dominus Elwacensis, Volens vt asseruit[c], illa quae Anno proxime praeterito concluserat et conuenerat cum Patribus Societatis sanctissimi nominis Jesu[1] de regimine et gubernatione Collegij sui Ecclesiastici sancti Hieronimi, et totius Academiae Dilingensis[2] executioni mandare, et ad effectum deducere, et publicare, praedictique gymnasij Dilingensis Rectoratum in dictam Societatem transferre, et eiusdem Societatis Patres, tum praesentes[d] tum secuturos in realem et actualem possessionem inducere, Cantato prius solemni sacro de Spiritu sancto per Reuerendissimum D. Michaelem[3] Episcopum Adramitanum[e], et Suffraganeum Augustanum, idem Jllustrissimus D. Cardinalis, vt breuiter viva voce suam voluntatem plenius intelligerent iussit honorabilem Virum Gasparum Lemechen eius familiarem, vti secretarium suum alta voce legere scriptum quoddam, vbi clare et expresse potuit intelligi eiusdem Jllustrissimi D. Cardinalis integrum propositum, cuius quidem scripti tenor hic sequitur . Otho Miseratione diuina S. R. E. Cardinalis Episcopus Albanensis et Augustanus, Praepositus et D. Elwacensis fundator insuper et confirmator huius generalis Gymnasij Dilingensis, omnibus et singulis hoc scriptum audituris gratiam et salutem in Domino, et saluatore nostro JESV Christo praecatur . Postquam diuinae aeternae bonitati sic visum fuit, vt nos, quamuis immerentes ad huius Augustensis Ecclesiae curam et gubernationem suscipiendam adsisceremur[f] et susceptum hoc Episcopale munus, quod sane magnum est, et arduum, legitime administraremus, nihil quidem, aut studiosius, aut sollicitius enitendum nobis existimauimus, quam vt fauente Dei opt. Max. gratia, suppetias omnes ferremus afflictae huic Ecclesiae: nostrae restituendae et ministris necessarijs[g] [?]: quorum est summa vbique penuria, pro virili nostra fulciendae, conseruandae et promouendae. Ad quam rem efficiundam post multas

a) *Sic ap.; sed hoc v. supervacaneum atque omnino omittendum esse dixeris.* b) Truchies *ap.* c) *In ap. sequitur* quod*; quod perperam positum esse tota haec enuntiatio et maxime vv.* mandare, deducere *etc., quae sequuntur, ostendunt.* d) praesentis *ap.* e) Aldrimitanum *ap.; v. supra p. 561*[5]. f) adscisseremur *ap.* g) *Sic ap.;* sacris?

[1] Ita vel „Societas nominis Iesu" initio nonnunquam, etiam ab ipso Canisio (*Can.* I 113 128 145), religio ab Ignatio fundata vocabatur; at Ignatius ipse non „Societatem nominis Iesu", sed „Societatem Iesu" eam appellari volebat (*Astrain* l. c. [v. supra p. 547] I 128). Atque ita etiam a Pio IV. in litteris apostolicis Roma 13. Aprilis 1561 ad ipsam datis (*Litterae* apostolicae p. 79 80) et a Concilio Tridentino (Sess. XXV. De regul. et mon. c. 16) vocata est.

[2] Vide supra p. 393—395. [3] Dornvogel.

deliberationes cum sapientibus doctisque viris vltro citroque habitas hoc nobis consilium maxime placuit, vt Generale Gymnasium hoc loco et schola ecclesiastica institueretur, vbi praeter sacr. sanctae[a] [?] Theologiae maximam diuinamque sapientiam humanarum quoque literarum et liberalium artium studia excolerentur: vbi praeterea non modo linguae expoliendae, et philosophiae docendae atque discendae vacaretur verum etiam formandis ad Religionem et virtutem studiosorum animis cura et opera diligens perpetuis temporibus adhiberetur. Jd quod magnis sumptibus, et non sine multis periculis varijsque incommodis nostris sumus agressi[b] quemadmodum plerique hoc loco praesentes satis habent exploratum, neque cessimus tamen obiectis impedimentis, non minis[c] et conatibus aduersariorum; quin potius tanto audentius contra nitentes cum ad aratrum sanctum semel manus admouimus[1], continenter hoc vrsimus institutum, vnice nobis hic proponentes, diuini nominis gloriam, deinde sanctissimi doctoris Hieronimi, tum nostri tum Gymnasij huius patroni honorem neque minus vniuersalis Catholicae et Apostolicae Ecclesiae hisce difficillimis temporibus defensionem, Jnsuper Ecclesiae nostrae Augustan. cui tutandae veluti sponsae nostrae curam peculiarem debemus restitutionem et conseruationem. Postremo etiam Germanicae Juuentutis in fide et moribus recte instituendae communem vtilitatem. Nunc vero gratias immortales debemus ac agimus Deo opt. max: qui nobis hoc qualecunque desiderium instituendi Gymnasij non modo dedit, sed datum etiam mirabiliter conseruauit, atque adeo conatus nostros benedictione sua prosperauit hactenus, vt iam minime dubitemus, quin sicuti sapientem Architectum decet, domum hanc nostram non super arenam, sed super petram edificauerimus[2], vt pro inde nec irruentes pluuias, nec inundantia flumina, nec seuos ventos, nec turbines qualescunque irrumpentes[3] extimescamus. Cum autem diuinam bonitatem nobis nostrisque pijs desiderijs sic fauentem experiremur, non potuimus non saepe multumque solliciti esse de hoc ipso gymnasio in dies magis magisque promouendo, et illustrando. Vnde superioribus Annis factum est, vt apud sanctam sedem Apostolicam, nec minus apud Jmperialem Maiestatem multa et praeclara priuilegia huic gymnasio ad exemplum summarum Academiarum Bononiensis Parisiensis, et aliarum tam Jtaliae, ac Galliae, quam Germaniae Vniuersitatum non sine singulari studio simus consecuti[4]. Vnde insuper remotis e locis, doctos et praestantes professores huc accersiri, magnisque sumptibus non paucis annis hoc loco sustentari[d] procurauimus, et[e] vnum ex illis ipsis totius Gymnasij nostri

a) *Sic; sed malim legere* praeter sacrosanctae. b) *In ap. mutatum ex* aggressi. c) *In ap. corr. ex* minus. d) *In ap. sequuntur iterum vv.* magnisque sumptibus non paucis annis hoc loco sustentari, *postea oblitterata.* e) vt *ap.*

---

[1] Cf. Lc 9, 62. [2] Mt 7, 24 26. [3] Cf. Mt 7, 25—27; Lc 6, 48 49.

[4] De his privilegiis a Iulio III., Carolo V., Ferdinando I. concessis vel confirmatis v. *Specht* l. c. 22—25 609—615 636—638.

Rectorem, et velut caput instituimus, penes quem auctoritas et potestas primaria resideret, ad hoc totum Gymnasium domi et foris administrandum. Jnter quos Professores non possumus non commendare doctissimum virum M. Cornelium Herlenum a Rosendal, qui multis ab hinc annis in hoc rectoratu, et Collegio sancti Hieronimi praefuit ac etiam nunc praeest, hocque munus pro sua doctrina sapientia, et virtute singulari sic obiuit, vt cum aliorum bonorum tum nostrae simul expectationi fecerit satis . Laudant igitur illum vtriusque status [1] eximij viri, et re ipsa senserunt vtiles et salutares eiusdem in hac Academia fuisse conatus . Quare multum illi debemus, magnamque apud nos iniuit gratiam, qui vt fidissimum Pastorem decebat, vigilanter affuit gregi suo vt et [a] [?] bonas oues in ouili suo contineret, recteque pascendas curaret, scabiosas vero et pestilentes [b] suo tempore abigeret, atque a Grege sano noxium pecus segregaret. Nec est quod de illo quisquam aliter sentiat quam esse illum ac futurum nobis semper commendatissimum, vt qui nostra et iuuentutis causa multos grauesque labores hoc loco exantlauit, et praesertim nobis diu absentibus non secus quam si praesentes essemus Diui Hieronimi Collegium simulque Gymnasium hoc vniuersum prudenter et prouide semper gubernauit. Sunt tamen causae non nullae, quarum gratia cogitamus dictum D. Rectorem hodierno die hoc suscepti muneris sui onere liberare [c] atque in personam alterius idem Rectorale munus transferre. Primum enim iam diu sic illum velle, ac desiderare intelligimus, vt quemadmodum meretur sane, velut emeritus miles his quotidianis curis, scholasticisque laboribus tandem eximatur, suamque valetudinem sepe afflictam rectius curet, Deinde tempus ipsum admonet, vt alijs honoribus spectata illius virtus ornetur, atque augeatur, quo idem alibi nobis Ecclesiaeque nostrae suam operam commodius locet: Ad haec praesentes esse videmus religiosos Patres et doctissimos Professores Societatis JESV quos peculiari cura, et sollicitudine [d] pia permoti huc traduci curauimus, atque porro nostris etiam sumptibus sustentare, et retinere pergemus, nimirum, vt illi pro solita pietate diligentiaque sua hoc loco vt sepe alibi factitant, cum literarum professores, tum Juuentutis institutores se praebeant, ac de hoc toto gymnasio praeclare mereantur. Qui nostram quidem expectationem hactenus adeo non fefellerunt vt nunc etiam magis magisque confirmemus nostra consilia, quae de illis ipsis antea Romae conceperamus. Sic [e] [?] enim ex re Gymnasij nostri fore putauimus, vt eiusdem [f] administratio et regimen in dictos patres traduceretur, et ab illis plane penderet. Qua ratione futurum intelligebamus, vt nos minores quam antea difficultates in professoribus conquirendis et conser-

a) *Sic ap.; sed aut* et *omittendum, aut paulo infra pro* scabiosas vero *ponendum esse videtur* et scabiosas. b) *Sequitur* suo, *a libr. oblitt.* c) *A libr. corr. ex* laborare. d) sollicitudinae *libr.* e) *Ita vel similiter corrigendum esse puto* Si, *quod in ap. est.* f) eusdem *ap.*

[1] Ecclesiastici et saecularis.

uandis experiremur, vtque[a] vnum et perpetuum hoc Collegium Societatis JESV reliquo gymnasio adiunctum huic[b] scholae commoditates tantas afferret, quantas alibi videre est, vbi ex eiusdem instituti Collegijs cum ad Juuentutem docte pieque instituendam, tum ad Remp. Christianam illustrandam et promouendam praeclara fit quotidie accessio, nimirum Christo Iesu Societati sui sancti nominis mirabiliter cooperante[1]. Proinde quod faustum felixque sit, conuentum hunc hodiernum indiximus in quo diuina spiritus sancti gratia, primum communibus omnium votis[c] ardenter imploraretur, ac deinde translatio Rectoratus Gymnasij Dilingensis publice fieret in dictam Societatem. Nec enim sat esse duximus Romae Anno superiore translationem huiusmodi inchoasse, atque confecisse, cuius rei sunt probati testes, praesens ipse Rector Cornelius et Pater Franciscus de Borgia[d], qui paucis retro Annis, relicto Gandiae[e] Ducatu, cum esset Princeps Jllustrissimus hoc ipsum Societatis JESV institutum magna est cum laude professus[2]: Coeterum vt certius tum praesentes tum posteri de nostra sententia cognoscerent, praeter instrumentum, vt vocant, autenticum quod hac de re sigillo nostro munitum apud eandem Societatem extat[3], hodie publicum et solemne testimonium edere voluimus, dictosque patres in possessionem ipsam inducere nullum vt esse dubium possit, quin ab hoc ipso die Collegium nostrum Sancto Hieronimo sacrum scholaque vniuersa Dilingensis cum classibus omnibus penes Rectorem eiusdem Societatis permaneat, et ab eo ipso, ceu capite et Praeside suo libere et integre administretur. Cui insuper Societati, vt Collegium hic suum necessarijs instructum sumptibus habeant, meliusque Gymnasio huic praeesse et prodesse possint, prouentus annuos iam constituimus, eisque plura quibus opus erit, deesse non patiemur vt in literis in hoc confectis autenticis[f] fusius continetur. Atque ita nos veluti fundator dotator et patronus Primarius Gymnasij huius tam ex parte nostra, quam successorum Episcoporum huius Augustanae ecclesiae quantum possumus protestamur coram Notario et testibus praesentibus, semperque testatum esse volumus nimirum praedictos Societatis JESV Professores, qui nunc adsunt et posthac adfuturi sunt, huc a nobis vocatos et missos ac iam velut per ostium[g][4] legitime ingressos et introductos Gymnasium hoc Dilingense ex professo docere, regere, gubernare, ordinare et promouere posse ac debere in nomine Patris et Filij et Spiritus Sancti. Amen.

Praelecto[h] autem supradicto scripto successiue hymnus de spiritu sancto Veni creator spiritus per praefatum Jllustrissimum D. Cardinalem inchoatus per chorum ac Cantores decantatus est, ac deinde

a) *A libr. corr. ex* atque. b) *Sequitur* crebrae, *a libr. oblitt.* c) vocis *ap.* d) Burgia *ap.* e) Candiae *ap.* f) auctenticis *ap.* g) hostium *ap.* h) Perlecto *ap.; sed supra (p. 921) dictum erat:* Cardinalis . . iussit . . alta voce legere *etc.*

[1] Cf. Mc 16, 20. [2] Vide supra p. 32 74. [3] Vide supra p. 395.
[4] Io 10, 1 2.

habita fuit, per quendam ex Societate[a] professorem latina Oratio, qua R. D. Cornelius Herlenus a Rosendal Collegij et Academiae Dilingensis Rector supradictus ob bene administratam Academiam Dilinganam[b] laudabatur[c], ac idem Rector Cornelius manens in consueto Rectoris loco, et indutus ornamentis Rectoralibus Jllustrissimo D. Cardinali Rectoratum suum resignauit, egitque gratias suae Jllustrissimae Dominationi quod ante multos annos dignum illum iudicauerit cui Academiae suae et Collegij regimen crederet, atque successorem suum omnibus studiosis commendauit, ac continuo accedens ad Jllustrissimum D. Cardinalem in sede sua Pontificali sedentem, facta debita reuerentia deposuit in mensa ad hoc praeparata insignia et ornamenta Rectoralia, Videlicet sceptra, cappas Rectorales, sigilla et claues[1]. Ex quo Jllustrissimus D. Cardinalis benigne prius locutus in laudem ipsius D. Cornelij eiusque fidelis administrationis Rectoratus eundem D. Cornelium remunerationis loco fecit et creauit Prothonotarium Apostolicum[2] et Comitem Palatinum[3], induendo illum habitu prothonotariorum adhibitis ceteris ceremonijs consuetis. Post cuius Prothonotarij creationem idem Jllustrissimus D. Cardinalis dedit authoritatem et potestatem Reuerendis Patribus Societatis JESV presentibus et eorum successoribus nunc et deinceps in perpetuum creandi nouum Rectorem, ac gubernandi totam Academiam Dilingensem. Et Collegia Societatis JESV et sancti Hieronimi, iuxta tenorem autentici instrumenti desuper confecti nec non scripti paulo ante in hoc publico actu lecti. Mox R. D. Petrus Canisius praefatae Societatis JESV Theologus et Praepositus in Germania Prouincialis premissa modesta excusatione, et commemorando quam propensum animum Jllustrissimus D. Cardinalis erga dictam Societatem semper habuerit, eiusmodi auctoritatem et potestatem totius Societatis nomine acceptauit, et cum quibusdam suae Societatis Patribus in Dilingensi Academia Professoribus ad hoc delectis[4] recepit se in Sacristiam ad eligendum nouum Rectorem[5]. Quo electo redierunt ad sua loca, et idem Reuerendus Petrus Canisius nonnulla praefatus ad Jllustrissimum D. Cardinalem ac ad totam Academiam nouum Rectorem electum nominauit, ex quo e vestigio Jllustrissima Dominatio[d] iussit eidem D.

a) Societati *ap.* b) *A libr. corr. ex* Dilingensem. c) laudabat *ap.* d) *Supplendum esse videtur* sua.

---

[1] Cf. supra p. 917 [8]. [2] Vide supra p. 918 [1].

[3] „Comites Palatini" tum pontificia tum imperiali auctoritate creabantur et similes ac protonotarii habebant potestates, ut notarios publicos et doctores constituendi, liberos „legitimandi" etc. (*Io. Kahl [Calvinus]*, Magnum Lexicon Juridicum, sub v. Comitum [I, Coloniae Allobrogum 1759, 333]. *Iac. Wiestner* S. J., Institutiones Canonicae, Monachii 1706, l. 2, tit. 22, n. 5; l. 4, tit. 17, n. 56; l. 5, tit. 5, n. 7 [II 377; IV 347; V 73]).

[4] Ex horum numero certe erant PP. Hieronymus Torrensis et Conradus Swagerius, theologiae professores.

[5] Is fuit P. Henricus Dionysius, qui dilingano Societatis collegio iam praeerat; v. supra p. 483 486 497.

Petro Canisio tradi ornamenta et insignia Rectoralia quae sine mora tradita sunt nouo Rectori electo, eique singulorum significatio et vsus eleganter ab ipso Canisio expositus fuit[1], Rectorque sic indutus et ornatus, statim ad Jllustrissimum D. Cardinalem fuit ductus, ad cuius genua prouolutus accepit benedictionem, ac deinde idem nouus[a] Rector praeeunte Bedello cum sceptro, et comitantibus professoribus eiusdem Societatis, deductus est ad locum Rectoris, ceterisque ad sua loca reuersis ipse nouus Rector stans in suo loco gratias egit Jllustrissimo D. Cardinali et exposita suscepti muneris grauitate et imbecillitate sua, se ipsius celsitudini humiliter commendauit. Post haec supradictus D. Gaspar Lemechen, legit publice et alta voce alterum scriptum cuius tenor erat talis.

Reuerendissimus et Jllustrissimus D. Dominus Cardinalis et[b] Episcopus Augustanus etc. hoc loco statuit et decernit, vt Mag. D. Rector iam electus adiunctum sibi habeat virum bonum et industrium quem gubernatoris nomine vult appellari et hoc loco haberi ab omnibus, vt idem a Rectore ipso electus et confirmatus, a quo etiam mutari poterit Rectoris vicem in multis supplere possit, ac praesertim vt in Judicialibus, et criminalibus aduersus delinquentes libere procedat, crimina et excessus corrigat, tum alia quae ad scholae huius iura et priuilegia pertinent, praesertim in exteriori foro, diligenter vindicet atque tueatur. Cuius praeterea gubernatoris opem et operam Rector idem possit[c] sibi adiungere, quoties ita opus esse putabit ad studiosos omnes in officio melius continendos[d]: Atque hoc munus nunc datur et iniungitur Doctissimo et Reuerendo Viro Magistro Cornelio[2] a Rosendal nouo Prothonotario, vt ipse sub electo Rectore primum agat gubernatorem, quoad alius eligatur et constituatur. Praeterea idem Reuerendissimus D. et Jllustrissimus Princeps decernit, et statuit vt Gymnasij huius studiosi omnes praedictis Dominis Rectori, et Gubernatori ex hac ipsa hora precipuam obseruantiam et obedientiam omnem deferant, eosdem Patrum superiorum et censorum suorum loco priuatim et publice habeant, et illorum legibus et iussis se suaque studia pendere sciant. Habebit autem dictus D. Gubernator hoc tempore adiunctum sibi doctum virum M. Josephum Edlinger, cui peculiaris potestas datur in admonendo et corrigendo studiosos, ac proinde illius rationem studiosi omnes singularem habere debent in Collegio Sancti Hieronimi, nec non in classibus et passim alibi. Quo scripto lecto idem D. Gaspar Lemechen nomine et iussu Reuerendissimi et Jllustrissimi D. Cardinalis requisiuit omnes Notarios praesentes vt facerent

a) *In ap. corr. ex* nouo. b) *Sequitur* Otho, *a libr. oblitt.* c) posset *ap.* d) *In ap. corr. ex* melio continendis.

[1] Canisium 17. Augusti 1564 Dilingae, cum universitas Societati traderetur, „luculentam orationem“ habuisse refert *Erasmus Volckerus* S. J. in *litteris semestribus collegii dilingani, Dilinga 22. Ianuarii 1565 datis (Cod. „G. Ep. VI“ f. 114[a]).

[2] Herlen.

instrumentum et instrumenta de omnibus actis, lectis visis et auditis vt praefertur circa huius modi resignationem, assignationem, nouam institutionem ac datam et acceptam possessionem requirendo in testes praelatos ac alios praesentes infra scriptos. Post haec vero Dominus Cardinalis stans in sede sua incepit . Te Deum laudamus cantoribus et Choro alternatim prosequentibus. Postremo postquam idem Jllustrissimus D. Cardinalis publicum ipsum et solennem actum solenni et episcopali benedictione conclusit omnes dimissi sunt. Acta sunt haec in oppido Dilingae Augustensis Dioecesis in principali Oratorio Collegij Sancti Hieronimi sub Anno Jndictione Pontificatu, die et mense quibus supra Jn praesentia plurimorum Reuerendorum Dominorum Praelatorum ac generosorum nobilium virorum, doctorumque et diuersarum disciplinarum graduatorum et studiosorum magno numero congregatorum Nominatim vero praesentibus requisitis testibus Reuerendis Dominis Venerabilibus, honestis et discretis viris Domino Michaele [1] Episcopo Adramitano [a] et Suffraganeo Augustano [b], Domino Benedicto [2] Abbate Monasterij sanctae Crucis eiusdem ordinis [3] et Diocesis in Werda Sueuorum [4], nec non D. Leonardo [5] Abbate Monasterij Elchingensis [6] eiusdem ordinis et Diocesis, Domino quoque Bartholomeo Gayl et magistro Nicolao Lang praesbiteris et Parrochis in dicto oppido Dilingae [7] atque Gasparo Vlman et Sebastiano Ebensang eiusdem oppidi Consulibus vocatis ad hoc atque rogatis.

Magister Paulus Kleindinst [8] est Notarius ad supra dictum instrumentum rogatus et subscriptus.

Hae litterae, praesertim si cum monumentis superioribus (v. p. 917—920) conferantur, ostendunt, labi *Stengelium* (Comment. 286), cum 18. Augusti vel

a) Adrimitano *ap.* b) *Fortasse hic complura vv. in ap. omissa sunt; v. infra adnot. 3.*

---

[1] Dornvogel. [2] Glocker (*Coel. Königsdorfer* O. S. B., Geschichte des Klosters zum Heil. Kreutz in Donauwörth II, Donauwörth 1825, 171—223).

[3] In superiore quidem diplomatis parte „ordo" (praeter Societatem, quae abbates non habet) nominatus non est; licet tamen verbum „eiusdem" ad nomen ipsius abbatis Benedicti aliqua ratione referre: Domino Benedicto Abbate Monasterij sanctae Crucis ordinis Sancti Benedicti. At cum in „Actis" academicis dicatur, „tres Abbates" adfuisse, coniectare licet, non 2 tantum abbates, sed tres in numero „testium" fuisse, librarium vero antiquum lapsu quodam calami post nomen suffraganei augustani nomen alicuius abbatis, eiusque benedictini, omisisse.

[4] Monasterium Sanctae Crucis donawerdanum (Donauwörth, nunc oppidum Suebiae bavaricae) ineunte saeculo XIX. suppressum est.

[5] Mayer (*Ioh. Iac. Moser*, Mart. Crusii Schwäbische Chronick, Continuation II, Franckfurt 1733, 639).

[6] Elchingen, prope Ulmam (nunc provinciae suebicae regni bavarici). Monasterium ineunte saeculo XIX. suppressum est.

[7] Hic valetudinarii parochus („Spitalpfarrer") erat, ille urbis (*Weifs*, Chronik [cf. supra p. 398 [7]] 342 344).

[8] Paulus Kleindienst († 1599), ex Annaberga Saxoniae oppido ortus (frater Bartholomaei Kleindienst O. Pr., de quo *Can.* II 78 etc.?), Augustae sacerdos chori ecclesiae cathedralis fuit (*Specht* l. c. 45 [5]).

19. Septembris 1564, *Agricolam* (l. c. I, Dec. 3, n. 129), *Lipowsky* (Jesuiten in Schwaben I 52—53), *Boero* (Can. 275), cum 16. Septembris 1564 universitatis dilinganae curam Societati sollemniter traditam esse scribunt; labi etiam *Ios. Haut* (Geschichte der k. Studien-Anstalt Dilingen I, Dilingen 1854, 65—66), quem secuti sunt *M. Hausmann* (Geschichte des ehemaligen päpstlichen Alumnates in Dillingen, Dillingen 1883, 4—5), *Janssen* (l. c. VII[13—14] 157), *Drews* (l. c. 100), cum contubernium S. Hieronymi a. 1565 Societatis curae commissum esse affirmant; labi etiam magis *Sommervogel,* cum Societatis collegium dilinganum anno quidem 1563 institutum sive fundatum, die autem 30. Septembris 1566 apertum esse scribit (Bibl. III 66). Alia quoque, ut ex iisdem monumentis patet, de hac traditione sive translatione perperam affirmata sunt, ut: Canisium in ea orationem latinam de laudibus S. Hieronymi habuisse (*Dorigny* l. c. 226; *Python* l. c. 205): in diplomate cardinalis iussu per notarium recitato P. Claudium Iaium commemoratum, Canisium ob haereticos ad ecclesiam conversos et catholicos in pietate stabilitos vehementer laudatum esse (*Boero,* Can. 275) — haec ad diploma anno 1569 scriptum pertinent (*Raderus,* Can. 124—126. *Riess* l. c. 338[1]) —; cardinalem ipsum, compluribus cathedralis ecclesiae augustanae canonicis astantibus, sacrum sollemne cantasse et rectoris officium in P. Henricum Dionysium contulisse (*Lipowsky* l. c.). Ne id quidem probarim, quod affirmavit *Haut* (l. c. I 31): P. Henricum Dionysium, cum academiae rector nominatus et benedictione a cardinale donatus esset, genibus flexis sacramentum („den Amtseid") dixisse; huius enim sacramenti neque in „Modo faciendi translationem Rectoratus", neque in Actis academicis, neque in diplomate modo posito ulla fit mentio. Hoc quoque ex iisdem monumentis cognoscitur: Maximo tantum cum „grano salis" admitti posse, quod *Drews* de Sociis in universitatem contuberniumque dilinganum introductis affirmat: „Auf die Jurisdiction verzichteten sie" (l. c. 101).

Poteram quidem huius diplomatis eam tantum partem, ceteris omissis, proponere, quae ad Canisium proxime spectat; sed quia grave hoc monumentum historicum ex una parte fere prorsus ignotum, ex altera ad multa errata corrigenda utile esse vidi, integrum evulgavi.

512. 17. Augusti 1564.

Ex exemplo eiusdem temporis. Cod. guelpherb. „36. 24. Aug." f. 101.
Hanc litterarum partem primus vulgavit *Raderus,* Can. 132.

Canisius Dilingam ad universitatis translationem a cardinale evocatus rectorem instituit.

P. Guilielmus Elderen S. J., unus ex Canisii sociis augustanis, in domus S. J. augustanae litteris quadrimestribus, Augusta m. Septembri 1564 datis, haec refert de universitatis dilinganae cura per Ottonem cardinalem Truchsess Dilingae 17. Augusti 1564 in Societatem sollemniter translata (v. supra p. 925): [Cardinalis] Patris Canisij consilijs saepe et libenter utitur, et[a] [?] nuper uoluit Patrem adesse cum totius Gymnasij Dilingensis administrandi curam in societatem hanc, neque sine solenni[b] quodam actu, transferret. Vbi Pater D. Henricum Dionysium Rectorem eiusdem Gymnasij pronunciare, et rectoralibus illis insignibus[1] ornare in magna hominum corona debuit, addita simul oratione publica.

513. 13. et 14. Septembris 1564.

Ex archetypo, ab ipso *Volckero* subscripto. Cod. „G. Ep. VI" f. 113[a].

Canisius Dilingae Sociorum confessiones et vota excipit.

a) *Vel* vt, *id quod est apud Rad.* b) solemni *R.*

---

[1] De his vide supra p. 917[8].

Erasmus Volckerus S. J. in litteris semestribus collegii dilingani, Dilinga 22. Ianuarii 1565 datis, haec refert de rebus in eodem collegio anno 1564 sub diem „Exaltationi sanctae Crucis" sacrum (qui est 14. Septembris) gestis: In die exaltationis S. Crucis patres et fratres renouarunt uota sua praeuijs mortificationibus, pijsque exercitijs ac confessionibus generalibus, quas Reuerendus P. Prouintialis exceperat. Incredibile dictu quantum haec res fratrum animos inflammauerit, quod non obscure faustus probauit euentus.

514. 25. Novembris 1564.

Ex Catalogis archetypis, qui sunt in Cod. „GSC 66" f. 374[b] et p. 364, et ex Volckeri litteris ipsius manu subscriptis, quae sunt in Cod. „G. Ep. VI" f. 113[a], atque ex Libro Professionum, qui exstat Monachii in bibliotheca universitatis, Cod. 270 f. 1[a].

P. Hieronymus Torrensis Dilingae coram Canisio praeposito provinciali sollemnem professionem religiosam facit.

In collegii dilingani Catalogo, Dilingae 1. Ianuarii 1565 conscripto indeque Romam ad Lainium praepositum generalem misso, haec referuntur de P. Hieronymo Torrensi, theologiae in universitate dilingana professore: Dilingae . . professionem fecit anno 1564 .25. Nouemb. sacrum faciente R. P. Prouintiale Petro Canisio. *Atque Erasmus Volckerus S. J. in collegii dilingani litteris historicis Dilinga 22. Ianuarii 1565 datis:* Doctor Torres ipso S. Catharinae festo ad manus Reuerendi P. Prouintialis professionem fecit, non sine loci ornatu atque celebritate, fratrumque communione. *Ipse autem Torrensis postea, cum in universitate ingolstadiensi theologiam traderet (1567—1575 [Mederer l. c. I 303; II 26]), in „Libro Professionum et Votorum" etc. collegii ingolstadiensis sua manu scripsit, se sollemnem quattuor votorum professionem Dilingae 25. Novembris 1564* in manibus Reuerendi Patris Petri Canisij prouincialis praepositi *fecisse. Atque P. Paulus Hoffaeus S. J. in Catalogo omnium provinciae Germaniae superioris professorum et „coadiutorum formatorum", quem sua manu scriptum et subscriptum post a. 1569 Romam ad Societatis praepositum generalem misit, hoc quoque notavit, professionem hanc Dilingae in sacello collegii S. Hieronymi factam esse.*

515. Exeunte m. Ianuario 1565.

Ex apographo recenti, quod sub a. 1860 curante Boero ex exemplo quodam antiquo exscriptum est.

Canisius in collegium dilinganum ad votorum renovationem proficiscitur.

In „Litteris semestribus" provinciae Societatis Germaniae superioris Dilinga 1. Iulii 1565 datis haec, praeter alia, referuntur de votis religiosis in collegio dilingano 2. Februarii 1565 coram Canisio renovatis: Vota magno cum animorum suorum gaudio, et emolumento ipso Die Purificationis B. Mariae post factam Reverendo Patri Provinciali generalem de more confessionem omnes renovarunt.

Ipse *Canisius* Augusta 27. Ianuarii 1565 Romam de collegio dilingano scripserat: „Nunc illuc proficiscar, auditurus fratrum omnium confessiones, et interfuturus votorum renovationj" (v. supra p. 792). Canisius igitur, si non ante, certe 31. Ianuarii Dilingam profectus est; aliter enim confessiones illas excipere non poterat. Cum autem in codice contionum initio a. 1565 Augustae ab eo habitarum contio 28. Ianuarii 1565 (quae erat Dominica IV. post Epiphaniam) habita non compareat (v. supra p. 839), eum ipso die 27. Ianuarii 1565 Dilingam petisse conicio.

Ex **Catalogo* collegii dilingani Dilingae 1. Ianuarii 1565 conscripto intellegitur, in collegio tunc 25 Socios degisse, ex quibus erant 11 sacerdotes, 10 fratres scholastici, 3 fratres laici, 1 novicius scholasticus (Cod. „Germ. Sup. Cat. 1566—1599" f. 374[b]).

Canisius vix Dilingam abierat, cum Augustae nova in eum et in collegium dilinganum ab eo institutum tempestas venire coepit: *Cathedrale capitulum augustanum* in sessione 30. Ianuarii 1565 habita Dilingam ad cardinalem Ottonem legatos mittere statuit; quibus tres dedit *„Instructiones": In prima et secunda canonici queruntur, quod Otto, licet habeat, unde commode vivat, tamen „capitulatione" neglecta, episcopatum aere alieno et novissime denuo gravarit, et gravare pergat; eius aulam nimis esse sumptuosam etc.; nisi autem ita agere absistat, fore, ut capitulum eum „incorrigibilem" habeat, imperatori et pontifici et imperii ordinibus, quam male res administret, exponat, de eo ex officio episcopali removendo vehementer instet. In tertia *„Instructione" haec sunt: Ferunt, Ottonem universitatem dilinganam, piis illis doctisque viris, qui in ea docuerant, remotis, integram cum omnibus iuribus, notarii opera adhibita, Iesuitis tradidisse, inter quos multi externi et ex aliis nationibus orti sunt. Quod si ita factum est, ea „alienatio" iniuria facta et vana est; quae nisi tolletur et irrita esse iubebitur, capitulum Ottoni actionem intendet et quibuscumque legibus poterit cum eo experietur (ex actis capituli. Cod. monac. „Augsb. Domk." p. 170—200).

C.

MONUMENTA INGOLSTADIENSIA CANISII.

516. 20. Ianuarii 1564.

Ex Epp. *Nadal* II 531—532.

P. Pisanus Ingolstadii coram Canisio vota simplicia professorum emittit.

P. Alphonsus Pisanus S. J., theologiae in universitate ingolstadiensi professor, P. Hieronymo Natali Societatis visitatori, a. 1566 collegium ingolstadiense „visitanti", haec, praeter alia, scripto affirmavit: Feci professionem 4 votorum Augustae, in Germania, prima die anni 1561 post septennem et amplius probationem. Ingolstadii anno 1564, 20 Januarii, in die sancti Sebastiani emisi vota simplicia, quae professi solent post suam professionem, utraque in manibus Rev. Patris Canisii, in Germania provincialis praepositi.

De votis simplicibus professorum S. J. vide *Can.* III 92[2].

517. M. Ianuario et Aprili 1564.

Ex apographo paulo post Coloniae scripto. Cod. colon. „L. Qu." f. 171.

Canisius Socios ingolstadienses bis invisens, eorum animos et recreavit et ad virtutis studium incendit.

Fr. „Joseph. Siculus Panhormitanus"[a] *S. J. in litteris quadrimestribus collegii ingolstadiensis, Ingolstadio 2. Maii 1564 datis, de Canisio Ingolstadii post medium m. Ianuarium duos dies et medio fere m. Aprili aliquot dies versato (v. supra p. 441 501) narrat:* Sumus duodeuigintj, sacerdotes 8. caeteri partim studiosj, partim coadiutores[b][1].... Quod ad spiritualem profectum attinet . . conatus nostros iuuit . . plurimum bina Reuerendi Patris prouincialis visitatio qui omnium[c] animos, cum pietate, tum diligentia sua suauissime recreauit . ad studium vero perfectionis[d] accurate cohortatus est.

a) Panthormitanus *ap.* b) cooperatores *ap.; vide infra adnot. 1.* c) *Sic legendum esse omnino censeo;* eius *ap.* d) profectionis *ap.*

[1] In *Catalogo* ingolstadiensi 2. Ianuarii 1564 conscripto (v. supra p. 794[2]) „coadiutores" sive fratres laici iique rei domesticae curatores recensentur quattuor.

Idem *Siculus* in iisdem *litteris haec narrat de ultimis diebus vitae Friderici Staphyli († 5. Martii 1564), quem protestantes, ut *Ioannes Udalricus Zasius* consiliarius caesareus Vindobona 22. Martii 1564 Alberto V. duci scripsit, „sine communione“ et foedissime („abscheulich“) mortuum esse spargebant[1] (*Goetz,* Beiträge 294): „Personae quaedam afflictae, ex colloquijs nostris nec modicam nec infrequentem consolationem acceperunt, inter quas numerarj potest clarissimus vir, ac vniuersitatis huius superintendens D. Fredericus Staphylus, piae memoriae, apud quem decumbentem, nostri plures dies ac noctes, partim orando, partim exhortando, consumpsere et ad extremum illi spiritum adfuere.“ Ac de urbe et academia ingolstadiensi idem *Siculus* ibidem: „Paenitentium numerus fere ad trecentos excreuit, sub festum Paschatis; plures quidem antea reperti non sunt.“ Ac de PP. Theodoro Peltano et Alphonso Pisano, theologiae in universitate professoribus: Alter „Genesim: alter theologiam scholasticam Diuj Thomae profitetur“. Et de tribus adulescentibus „ab Hoyos, baronibus in Stixenstein“, in album universitatis relatis, ex quibus unus, Petrus Gomezius ab Hoyos, exeunte m. Aprili 1564 rector (Christiano Kripper, collegii georgiani regente, „vicerectore“ adiuncto) aetatis illius consuetudine academica erat electus (*Mederer* l. c. I XXVI—XXVII 275 278—279): „Adsunt 3 barones . . Germanj, egregia pietate pollentes, filij quoque nostri spirituales . quorum maior natu nunc in rectorem vniuersitatis electus est. Habent hj domj suae altare ornatum certasque orandj horas constitutas . quas studiose obseruant, nosque non parum amant et venerantur.“

518. Post medium fere m. Aprilem (a 16. ad 23.?) 1564.

Ex autographo. Cod. „G. Ep. V“ f. 192ᵃ—193ᵃ.
Epistula usus esse videtur *Sacchinus,* Can. 208.

Canisius in collegii ingolstadiensis „visitatione“ de P. Haupt aliqua constituit; Socios aliquos ad theologiae doctoratum nondum esse promovendos censuit; rectori, ut Ioannis Veltmilleri medicinae professoris Sociis amicissimi viduae communionem bonorum spiritualium Societatis a Lainio impetraret, mandavit; Socios multum adiuvit; Hoffaeum in contionando pergere iussit. Quae omnia Lainio probantur. Hic Socios ingolstadienses monet, ut in rebus dubiis Canisium consulant.

P. Paulus Hoffaeus S. J., collegii ingolstadiensis rector, Ingolstadio 24. Aprilis 1564 Romam ad Iacobum Lainium praepositum generalem de collegio suo per Canisium praepositum provincialem post medium fere m. Aprilem (a 16. ad 23.?) 1564 visitato scripsit: Quanto à M. Pietro Coloniense[2], sta luj hora in casa nostra con la febre terzana, liberato della casa di conuittorj. Luj desidera andar altroue . . . finalmente conclusit Pater Prouincialis *[stando]* S. R. quj . . . che non sentesse lettioni publiche, a quibus M. Petrus abhorrebat, ma che legesse in casa ad alchuni il Di[spau]cterio[3], et che si mandasse Treuirim, se cosi piacesse alla R. V. di cuj risposta espettiamo. . . Judica il R. P. Prouinciale non si promouino in Doctores[4] questo anno il M. Alphonso Pinedano et M. Henrico Arboreo, perche Alphonso desidera profittar' prima in linguis, et de M. Henrico si dubita se sarà apto per exercitar actus Doctorales parendo non possa assaj mostrar' che ha et che sa, come si ricercha d' vn Dottor. Se pur V. R. uole che fra tanto si pigliono in facultatem

---

[1] Ita *Sigismundus Altendorffer,* qui Pragae in camerae bohemicae cancellaria scribam agebat, 15. Septembris 1564 Nicolao Gallo, Lutheranorum ratisbonensium superintendenti et amico suo familiari, scripsit: Legisse se relationem de Staphyli apostatae horrendo exitu scriptam (*Ed. Böhl,* Beiträge zur Geschichte der Reformation in Österreich, Jena 1902, 139—140).
[2] P. Petrum Haupt dicit; v. supra p. 512.
[3] Ioannis Despauterii grammaticam latinam; v. *Can.* III 110[5].
[4] Theologiae; v. supra p. 513.

artium, non sarà difficultà di farlo. E qui vna benefactrice, vidua d' vn Doctor Medico morto[a] che era molto nostro[1], lej si chiama Vrsula Veltmüllera et ha priegato[b] il P. Prouinciale accio S. R. impetrasse dalla R. V. d' esser lei[c] partecipe dei beni della Compagnia[2] come puoco fa, si fece partecipe nostro Medico[3]. Volse donche il P. Prouinciale che io scriuesse cio alla R. V. et priegasse accio si facesse, come priego humilmente. Stette qui otto giornj il R. P. Prouinciale à consolar' et indrizzar' li fratelli il che fece con assaj gratia et frutto. . . . Jo hauendo comminciato predicare in sacello nostro[4] con bona volontà della obedienza, poj mi venne scrupulo, si come mia inclinatione plus operata esset in hac parte quam obedientia, et proponendo mia indifferentia di lassar et prosequir' la predicha, non ho voluto pur prosequire senza expresso commandamento della obedientia sperando riuscerebbe meglio cosi, et cosi mi commondò il P. Prouinciale accio pergerem, ilche io facio come per gratia [d' Jddio][d] meglio[e] posso . pur' il numero delli auditori va crescendo qualche puogho.

*Polancus, Societatis secretarius, rebus cum Lainio collatis, tum iis, quae de PP. Pinedano et Arboreo in facultatem artium recipiendis, tum iis, quae de Veltmüllera in communionem bonorum spiritualium Societatis admittenda scripserat Hoffaeus, *ascripsit:* Fiat. *Ad ea autem, quae idem Hoffaeus de contionibus suis narraverat, Polancus *notavit:* predichi pure et bene. *Ac cum Hoffaeus in eadem epistula varias proposuisset quaestiones, ut: utrum, cum aliquis de Societate doctor creatus esset, praecipui universitatis professores ad mensam invitandi essent, necne: Polancus *monuit:* quando hanno casi dubii consultino il Prouinciale, et venga qua il p[arer] di esso.

Similiter *Lainius* Hoffaeum rectorem ad Canisium provincialem remiserat 4. Martii 1564, per Polancum de Litaniis omnium Sanctorum Ingolstadium *scribens: „Si Lytaniae dici non possent ab omnib. simul congregatis, posset eas dicere quilib. separatim, nisi P. Prouincialis aliter iudicaret“ (ex huius particulae apographo, quod exstat in Cod. monac. „Resp.“ f. 85[a]).

Quod porro ad Ursulam „Veltmülleram“ attinet, huius maritus Ioannes Veltmiller ingolstadiensis in ea universitate a. 1524 matheseos, 1533 medicinae professor constitutus, a. 1561 vita cesserat (*Mederer* l. c. I 148 266—267. *Prantl* l. c. I 198 ad 199 209). De quo P. *Ioannes Curillonius* S. J. Ingolstadio 19. Augusti [1556] ad Wiguleum Hundt, Alberti V. consiliarium, *scripsit: „Doctor Veltmillerus . . . licet senex“, Societatis hominibus, cum aegrotant, libenter et gratis operam praestat; neque dubitavit „e proprijs facultatibus impendere, sibique adimere quod nobis daret . . . Ne pharmacorum quidem, quae domo sua ad nos misit, pretium vult. Sed cum de his agitur, Commendo, inquit, vobis animam meam“ (ex autographo. Cod. monac. „Ies. Ing 1359/II“ [cf. *Can.* II LIII] fol. 2. post 92). Litterae autem communicationis bonorum spiritualium, quas ipsius viduae a Societate concedi Canisius cupiebat, concessae sunt; P. *Theodoricus Canisius* enim Ingolstadio 11. Octobris 1564 Romam ad Lainium *scripsit: „Gratias agimus pro litteris illis ad D. Veltmulerinam gratiosis scriptis, pergit illa cum D. Boschio Medico et D. Hungerina

a) *V. ab Hoff. supra versum scriptum.* b) priegata *Hoff.* c) *V. ab H. supra vers. scriptum.* d) *Vel haec vel* di Dio *vel similia ut suppleantur, ipsa loquendi ratio Hoffaeo usitata exigere videtur.* e) *V. ab H. supra vers. scriptum.*

---

[1] De hoc vide, quae sub ipsas has Hoffaei litteras dicuntur.

[2] Communionem dicit bonorum spiritualium Societatis; cf. *Can.* I 485[2].

[3] Is erat (vide, quae sub ipsas has Hoffaei litteras dicuntur) Ioannes Lonaeus Boscius brabantinus († 1585), medicinae et mathematices in universitate professor, graecae latinaeque linguarum valde peritus: qui de re medica multos libros composuit (*Mederer* l. c. I 260 263; II 100—101. „Auch bei den Bürgern als Arzt sehr beliebt“: *Prantl* l. c. I 320).

[4] S. Catharinae Alexandrinae; v. *Can.* III 245.

bene de nobis mereri" (ex autographo. Cod. „G. Ep. V" f. 188ª). Hungerina porro illa erat, puto, aut Anna Cuspinia, quae Wolfgango Hunger († 1555), iuris in universitate ingolstadiensi professori, deinde episcopi et principis frisingensis cancellario, nupserat, aut Anna Hungerin, Wolfgangi et Annae filia atque doctoris Ioannis Lonaei Boscii coniux (*Mederer* l. c. I 209; II 101).

Ut hoc argumentum semel absolvam, in collegii ingolstadiensis **Tabulis* notatum reperio: „Anno 1576 Domina Feldmillerin vidua domum suam testamento nobis reliquit; quae postmodum sequenti anno 1100 fl. uendita fuit nobili Domino Leonardo a Zeilnhouen: qua pecunia a Senatu Jngolstadiensi census annuus 55 . fl. est coëmptus" (Cod. „Fundatores et Benefactores Collegii S. J. Ingolstadij ab Anno 1549" f. 2. Eystadii in archivo curiae episcopalis).

519. Sub medium m. Iulium 1564.

Ex archetypo. Cod. „G. Ep. V." f. 186ª—187ᵇ.
Epistula usus esse videtur *Sacchinus*, Can. 208.

Canisius, collegium ingolstadiense visitans, ad Socios de instituto Societatis dicit et omnium confessiones votaque excipit. Frater laicus, votis primum nuncupatis, multis molestiis liberatur.

Fr. „Ioannes Vierus" (Wierus, Wyerus) S. J. in collegii ingolstadiensis litteris quadrimestribus Ingolstadio 1. Septembris 1564 datis haec refert de hoc collegio a Canisio praeposito provinciali sub medium m. Iulium — venit inter 12. et 15. Iulii (v. supra p. 593) — 1564 visitato: R. P. Prouincialis dum prouinciam hanc pro sui muneris ratione, nuper uisitaret, ad nos quoque difficili peregrinatione, tandem uenit, et[a] exceptis generalibus (quas uocant) omnium confessionibus[1], concionibus quoque de instituti nostri scopo, et ratione habitis, ad sanctam uotorum renouationem, atque interioris hominis augmentum, et perfectionem nos Christi gratia praeparauit: peracta uero est ipsa renouatio 16. Julij[2] magna omnium (ut in Domino confidimus) consolatione, et emolumento non uulgari. Affuit tunc ex coadiutoribus unus sartoris exercens officium[3], qui anno uno probationis expleto, uota sua diu multumque desiderata[4], primum deo laetus obtulit. Quare id consequutus est, ut non paruis difficultatibus, quibus hucusque molestissime cruciari uisus erat, editis uotis, magna ex parte liberaretur, qui etiam egregio nobis omnibus sua modestia et diligentia est nunc exemplo.

Quoniam et in hac et in aliis relationibus saepe confessiones ab omnibus Sociis tempore „visitationis" factae memorantur eaeque in hac relatione perspicuis verbis „generales" appellantur, iuverit haec notare: *Sanctus Ignatius* constituerat, ut singuli primae probationis tempore „generalem vitae totius confessionem apud aliquem Sacerdotem a Superiore assignatum", nisi quis iam antea „generaliter confessus fuisset alicui de Societate", facerent, „et sic sexto quoque mense, eodem modo generaliter, ab ultima" confessione generali „inchoando, confiterentur", donec vel „professi", vel „coadiutores formati" essent; hos enim „semel singulis annis" ad eiusmodi „confessionem generalem, quae ab ultima generali inchoetur, ei quem Superior sibi substituerit faciendam" paratos esse iubet (Examen c. 4, n. 41; Constitutiones S. J. P. 1, c. 4, n. 6; P. 6, c. 1, n. 2. Summarium Constitutionum n. 3).

a) ut *archet.*

---

[1] Vide, quae sub ipsam hanc Vieri relationem notantur.

[2] Ea erat Dominica VIII. post Pentecosten.

[3] In **Catalogo* collegii ingolstadiensis 2. Ianuarii 1564 conscripto inter „Coadiutores" comparet: „Joh. Wirtenbergensis sacristanus, sartor, sine votis solus" (Cod. „GSC" 66" f. 2 [sign. „393"]).

[4] Vota „devotionis", quae vocantur; v. *Can.* I 653⁸; II 375⁴.

520. **Sub initium m. Octobris 1564.**

Ex autographo. Cod. „G. Ep. V" f. 188[a].

Canisius ad universitatem ingolstadiensem iuvandam ab Eckio cancellario evocatur.

P. Theodoricus Canisius S. J., collegii ingolstadiensis rector, Ingolstadio 11. Octobris 1564 Romam ad Lainium praepositum generalem haec scripsit de Petro fratre et de Simone Thaddaeo Eckio, Alberti V. ducis cancellario catholicae religionis studiosissimo: Rogauit P. Prouincialem D. Cancellarius vt secum vna huc ueniret ad iuuandam labentem hanc Academiam, vtrumque propediem expectamus et Haereticos tunc ab omni honoris gradu in posterum arcendos speramus.

Confer supra p. 790 et infra p. 936.

M. Iulio a. 1564, cum Petrus et Theodoricus Canisii ac Paulus Hoffaeus Monachii morarentur, ducis consiliarii, quomodo universitas ingolstadiensis iuvari posset, ex iis quaesierant; v. infra monum. 530.

521. **ALBERTUS V.**, Bavariae dux, CATHEDRALI CAPITULO AUGUSTANO. Monachio (?) exeunte m. Octobri 1564.

Ex commentario (2°; ½ p.), quod exstat Monachii in archivo regni bavarici (Reichsarchiv), Cod. „Bayrische Relig. Acta Tom. III" f. 24[a].

Proxima hebdomade Ingolstadii Canisii operam ad negotia quaedam universitatis tractanda necessariam fore. Petere se igitur a capitulo, ut ei ad 8—10 dies eodem eundi facultatem dent. Sin autem diutius ei manendum fuerit, P. Stevordianum Augustam missum iri, ut Canisii loco in ecclesia cathedrali contionetur.

Besonders lieb vnd getreue. Wir weren auf die nechstkhunfftig wochen des wirdigen vnd hochgelerten Doctoris Petrj Canisij Euers Thumbpredigers von vnser hohen schuel wegen zue Ingolstat . daselbs hin wir etliche vnsere Räthe[1] verordnet . bedurfftig vnd langt demnach vnser gnedig beger an euch, Jr wellet Jme deshalben[a] auf acht oder 10 tag vngeuerlich erlaubnus geben[b] vnd do sich sein aussein zue lang erstreckhen wollte[c] des wir vns doch nit versehen, soll sein Confrater M. Martinus[2] hinuber geordnet werden vnd Jne Jm Predigen mitler Zeit vertretten vnd wir wellen das[d] vmb euch hinwider Jn gnaden erkhennen. Datum —.

Commentario a librario antiquo adnotatum est litteras „An Dechant[3] vnd Capitl zue Augspurg" datas esse; atque litterae ipsae cum cathedrali Capitulo augustano in sessione die 4. Novembris 1564 (quod erat sabbatum) habita communicatae sunt (v. infra p. 935); proxima autem hebdomade Canisius Ingolstadium petiit (v. supra p. 712); quare Albertus V. exeunte m. Octobri scripsisse censendus est; eum 26. Octobris 1564 Monachii degisse constat ex *Goetz,* Beiträge 319.

522. **4. Novembris 1564.**

Ex Cod. monac. „Augsb. Domk." p. 164.

Capitulum augustanum Alberto V. Bavariae duci concedit, quae petiit de facultate Ingolstadium eundi Canisio danda.

a) *Hoc v. supra versum scriptum est. Subter vv. sqq. autem, usque ad* vngeuerlich *(incl.), linea ducta est.* b) *Verba sqq. usque ad* wellen *(incl.) in marg. addita sunt.* c) *Sequuntur vv.* wellen wir, *oblitterata.* d) *Sequuntur vv.* begeren wellen wir, *oblitt.*

---

[1] Ex horum numero erat Simon Thaddaeus Eck cancellarius; v. supra mon. 520.

[2] Stevordianus; v. supra p. 691 792.

[3] Christophoro a Freyberg.

In actis cathedralis Capituli augustani de ipsius „sessione" 4. Novembris 1564 habita haec, praeter alia, notata sunt: Hertzog Albrecht von Bairn Schreibt dem Canisio geen Inglstat zuerlauben etc., Jst bewilliget.

523. 7. Novembris 1564.

Ex apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1561" f. 206[a].

Canisius a Lainio praeposito generali monetur, curet, ut universitas ingolstadiensis reformetur, et nominatim ut protestantes a gradibus academicis excludantur.

Polancus nomine Lainii praepositi generalis Roma 7. Novembris 1564 Ingolstadium ad P. Theodoricum Canisium, collegii rectorem, haec scripsit de Petro Canisio et de Simone Thaddaeo Eckio (v. supra p. 934): Buon opera fara el Padre Prouincial et anche il Signor Cancellario sessi dara ordine che niuno Heretico sia promosso perlo auenire, et se in altre cose se rjformara la Uniuersita.

524. Sub medium m. Novembrem 1564.

Ex fontibus paulo infra nominandis.

Canisius Ingolstadii cum Eckio cancellario aliisque Alberti V. consiliariis consilia confert de universitate in fide catholica conservanda, de protestantibus a gradibus academicis excludendis, de pietate et litterarum studiis instaurandis. Collegium Societatis ingolstadiense de suis ad senatum et consilia admittendis, de testimoniis, de aedibus aliqua consiliariis proponit et, ut ab iis promittantur, impetrat.

Quae consilia Canisius cum Eckio cancellario et aliis Alberti V. consiliariis (Wiguleo Hundt? Onuphrio Perbinger? Erasmo Vendt? Guilielmo Lösch?) de universitatis ingolstadiensis reformatione contulerit (v. supra p. 934), colligere licet ex „Quaestionibus circa universitatis reformationem Ao. 64", quae primus vulgavit *Prantl* l. c. II 250—251. Quaeritur „circa religionem": „1. An professores et magistri quidam non aperta quaedam offendicula praebeant in universitate, ut se alienos ostendant a catholica religione. 2. An observetur a rectore et decanis, qui a sacris et ingressu templi, a sacra itidem communione et confessione abstinent[a] [?]. 3. An permittantur quidam de religione liberius et saepius disputare. 4. Qui magistri, patresfamilias et cives sic soleant suis hospitibus carnes edendas proponere, quando id prohibet ecclesia. 5. Sintne quidam inter stipendiatos et convictores novi collegii[1] perverse de fide catholica sentientes et loquentes. 6. An retineatur mos ad processiones, oblationes eundi, anniversarios dies celebrandi, conciones audiendi, in templo se reverenter et modeste gerendi. 7. An promoveantur aliquando, qui aperte profitentur, se catholicos non esse, praesertim in artium facultate." Sequuntur aliae „quaestiones" et „dubia", e quibus alia ad illos litterarum studiosos pertinent, qui scholas non audiant, praescriptum studiorum tempus

a) *Ita Prantl; sed corrigendum videtur* abstineant.

[1] Seminarii Georgiani (quod nunc vocatur), a Georgio „divite" Bavariae duce a. 1494 pro theologiae studiosis conditi; cf. *Can.* II 5[3].

decurtent, vestitum non habeant decorum, sediciones moveant, licenter vivant etc., alia id spectant, ut impediatur, quominus professores vacationes nimias sibi sumant, pensa non absolvant, palam inter se rixentur, repetitiones, disputationes, tentamina scientiae omittant etc., alia de ratione statis temporibus exigenda et de pauperibus adulescentibus iuvandis sunt.

Consiliarios sive „universitatis patronos“ (cf. supra p. 569) rebus cum Canisio perpensis aliqua „constituta reliquisse“, quae in posterum academicis observanda essent, atque universitatis magistratibus „plurima exequenda commisisse“, ex „*Instructione*“ 16. Decembris 1564 doctori Nicolao Everardo ab universitate data (v. supra p. 759) constat (*Prantl* l. c. II 251 254). Ac quod ad gradus academicos attinet, *Prantl* refert, consiliarios non scripto, sed verbis ita statuisse: Opus quidem non fore, ut promovendorum fides tentaretur atque exploraretur; si qui vero in rebus ad religionem pertinentibus ea ratione se gessissent, quae aliquid offensionis habuisset, eos a gradibus prorsus esse excludendos (l. c. I 270 271). *Theodoricus Canisius* autem, collegii ingolstadiensis rector, Ingolstadio 20. Decembris 1564 Romam ad Lainium praepositum generalem *scripsit: „Promotio haereticorum impediri a nobis omnino non potuit, quod consuetudinem Vniuersitatum Jtalicarum[1] et leges concordiae germanicae[2] nobis opponerent. . . . Nostri ad haereticorum promotiones non vocantur amplius. Jn facultate artium non habituros locum vllum haereticos, quod ad gradus alicuius consecutionem attinet, plane speramus . Soli sunt jurisperiti qui promiscue omnes promouent“ (ex autographo. Cod. „G. Ep. V“ f. 194 b).

Ceterum harum consultationum fructus quidam etiam variae leges et praecepta fuisse videntur, quae primis anni 1565 mensibus de rebus academicis lata sunt: Dux graviter interdixit, ne quid typographi ingolstadienses excuderent nisi probante rectore et decano facultatis, ad quam liber spectaret. Idem universitati, praefecto, senatui civitatis mandavit, ut diligentissime curarent, ne quis e ministris protestantium urbem ingrederetur ad eucharistiam ministrandam etc. Legibus seminarii georgiani novae aliquot additae sunt. Facultas theologica quaedam constituit ad severiorem promovendi disciplinam stabiliendam etc. (*Prantl* l. c. I 270—271 342; II 254—257; *Pachtler* l. c. I 189—191).

Praeterea Socii ingolstadienses, id quod ex „Instructione“ universitatis supra memorata intellegitur, hac Canisii in civitatem advecti opportunitate usi sunt ad „supplicem libellum“ consiliariis tradendum; „responsum datum . . . per dominum cancellarium, et . . . concessa eis“ sunt „multa“ (*Prantl* l. c. II 252). *Libelli porro huius, a *Theodorico Canisio* collegii rectore subscripti partem illam, quae de Sociis ad senatum et ad consilia facultatum admittendis est, iam posui supra p. 569. Praeterea, quoniam Socii ingolstadienses id egerant, ut pro Sebastiano Reisacher

[1] Vide supra p. 653.

[2] „Pacem religionis“ a. 1555 Augustae constitutam dicere videtur.

philosophiae professore (qui officio se abdicaverat) Fr. Ioannes Dominicus Facciardus S. J. neapolitanus in facultatem artium sive philosophicam admitteretur, academici vero aliquot id fieri posse negaverant, nisi Facciardus et „de natalibus“, et „de adeptis alibi promotionum gradibus testimonia“ exhibuisset, Socii haec petierunt: „Quandoquidem“ patronis „ita visum esset, ut tres deinceps“ ex Societate „in facultate artium“ essent „professores“, caveretur „scripto Principis“, ne Socii alia de iis rebus „testimonia exhibere cogerentur, quam suorum superiorum, Generalis scilicet sui uel prouincialis“. De aedibus autem *Theodoricus Canisius:* „Auctus est“, inquit, „nostrorum fratrum numerus, ut nunquam fuerint plures uno tempore. Tanto magis cogit necessitas hoc iterum postulare, ut cubiculorum nobis aliqua fiat accessio, et commodior paretur habitatio in his angustis aedibus, quae sicut Domini norunt, magnas habent sane incommoditates. Verum de ratione fabricandi cum Architecto Stella [1] iam actum est, qui perspectam habet rem omnem, neque impedit aliud quicquam hactenus, quam quod aerarium Camerae hoc necessarium institutum remoratur. Cui tamen incommodo posset obuiam iri, si non uno quidem tempore omnia, sed paulatim cubicula quaedam extruerentur. Igitur hoc tantum obnixe rogamus, ut architectus admoneatur de duobus uel tribus cubiculis primo quoque tempore parandis, ex Illustrissimi Principis seria uoluntate.“ Deinde de carcere universitatis, quem aegrotis curandis adhibere sive in valetudinarium quoddam transmutare volebant (*Prantl* l. c. I 229), haec addit: „Praeterea non possumus Mag. Dominos non uehementer orare, ut nostris vsibus assignare dignentur carcerem Vniuersitatis, ex quo turbas nobis ac molestias adferunt studiosi, et qui alibi locum praesertim in nouo Collegio facile reperiret. Certe nobis deest domi habitatio, tum infirmis tum externis subinde accedentibus congrua. Et quoniam in suprema Collegij parte uiuimus, iudicet sapientia vestra, quam incommode agatur illic cum aegrotis, ad quos perferuntur cibi, et cum medico tot gradus quotidie conscendente, et cum imbecillioribus, qui [a] plus aequo defatigantur frequenti illo ascensu ac descensu plurimorum graduum, omitto quod [b] hic totus locus caloribus, frigoribus ac uentis maioribus mire sit expositus, qui non solum domesticos sed etiam externos accedentes satis exercet [c] [?]. Rogamus igitur Mag. uestram ut pro charitate et aequitate sua, communi fratrum ualetudini, qui iam saepius male habuerunt [d] [2], consulant, et rationem aliquam habeant, huius nostrae non minimae necessitatis.“ Tandem, quod iterum ac saepius a Sociis propositum erat, denuo proponitur: Ut, nova universitatis porta parata, integrum S. Catharinae sacellum Societatis usui tradatur; per studiosos enim, qui per sacellum transeuntes universitatem ingrediantur, et Socios et multos alios, quominus rite sacra faciant Deumque orent, impediri (libelli verba posui supra p. 584 [3]).

Sociis, quae de senatu consilioque, de testimoniis, de novis cubiculis, de porta universitatis petierant, a patronis concessa vel potius promissa esse colligere licet ex Instructione illa Everardo data. Atque ipse *Canisius* testatus est: Consiliarii „ampliora aedificia et cubicula plura humaniter nobis promiserunt, ut gratiam illis debeamus praesertim D. Cancellario“ (v. supra p. 743). Atque *Theodoricus Canisius* Ingolstadio 20. Decembris 1564 Romam ad Lainium *scripsit: „Nos ex principis gratia et refectorium nostrum amplius et culinam refectorio contiguam, coniunctum etiam culinae valetudinarium et quaedam alia commoda propediem habebimus“ (ex autographo. Cod. „G. Ep. V“ f. 194 [b]). De carcere tamen universitatis v. supra p. 759.

De collegio ingolstadiensi per Albertum V. 8. Decembris 1563 una cum collegio monacensi „dotato“, de numero Sociorum Ingolstadii degentium etc. vide infra p. 939—940.

a) quam *ap.* b) quid *ap.* c) *Sic ap.;* exercent? d) habent *ap.*

[1] Georgius Stern (Sterren) significari videtur; qui a. 1555 et 1556 primis collegii Sociis in domo universitatis sive „Collegio veteri“ sedem paraverat; vide *Can.* I 577 [2] 602 718. [2] Vide supra p. 512 587 591 691.

D.

MONUMENTA MONACENSIA CANISII.

525. Inter 22. et 28. Septembris 1563.

Ex Epp. *Nadal* II 504—506.

Canisius Monachii „visitationi" collegii, quam P. Natalis habet, interest et de collegiis Bavariae cum Alberto V. duce agit.

P. Hieronymus Natalis S. J. Roma 1. Februarii 1564 P. Antonio Araoz, Societatis per Hispaniam commissario, de rebus a. 1563 in Germania a se gestis haec, praeter alia, scripsit: En fin de Agosto partí de Viena para Monachio, cuyo collegio aun no avía yo visitado. . . . Estando yo en Monachio, se trató y concluyó la fundaçión de aquellos dos collegios con el duque [1], y asignó mill ducados de renta á cada vno dellos por este prinçipio sin obligaçión ninguna sino en general, saluo que en Inglestat tienen los nuestros dos cáthedras de theología, vna de artes, y otra de griego: son medianos collegios estos dos, y espérase con la diuina gracia muy grande augmento, según es grande la voluntad y deuoçión que el duque muestra á la Compañía, y confianza que della haze. Habló Su Excellentia muy familiarmente con el P. M. Canisio y comigo, y no sólo nos dixo la buena voluntad que tenía de dar al presente lo que daua, y de augmentar aquellos collegios; mas de multiplicar el número de collegios por otras ciudades de Bauiera [2]. . . . Entran muchos en la Compañía, y tiénese allí casa de probaçión: detúueme en este collegio quinze ó veinte días: vinieron allí el P. Maestro Canisio, prouinçial, y el P. doctor Paulo [3], rector del collegio de Inglestat: hize todos los ministerios que acostumbro [4] con gran consolación mía y fructo de todos, como espero en el Señor. De Monachio partí á Inspruch.

Natalis 15. Septembris 1563 Monachium advenit (Epp. *Nadal* II 376), 6. Octobris 1563 Oeniponte morabatur (l. c. II 404—405 410—411). Canisium autem 18., 19., 21. Septembris ac 2. et 3. Octobris 1563 Augustae fuisse, 30. Septembris 1563 Dilingae orationem habuisse constat (v. supra p. 336 343 822—823). Quare Canisium inter d. 22. et 28. Septembris Monachii fuisse censeo.

Fr. *Henricus Samerius* S. J. in collegii S. J. monacensis *Litteris quadrimestribus, Monachio 1. Ianuarii 1564 datis: „Mirifice", inquit, collegii socios „in cepto proposito confirmarunt et promouerunt R. P. Natalis cum doctrina tum pietate refertissimae conciones quas spiritu feruentissimo cum proximo septembri visitaturus [a]

a) visitationis *ap.*

---

[1] De collegiis ingolstadiensi et monacensi cum Alberto V. Bavariae duce actum est; cf. supra p. 125—128. Plura sub ipsas has litteras dicentur.

[2] Nominatim Straubingae et Landishuti collegia condere volebat; vide supra p. 7 27 126 [6]. [3] Hoffaeus.

[4] Ad Socios orationes sive exhortationes sacras habebat; Societatis constitutiones et regulas iis exponebat; „rationem conscientiae" a singulis sibi reddendam curabat; eorum confessiones excipiebat; quomodo ab iis res gererentur, considerabat; ministeria et publica et domestica inter eos distribuebat; errata corrigebat.

hoc Collegium ex Austria huc venisset pluribus diebus ad nos habuit. Videbamur enim ad id vsque tempus nullam vel exiguam huius instituti habuisse cognitionem: efficaciam certe spiritus illius qui huic sanctae congregationi Dei gratia peculiaris est pro dignitate perspectam non habebamus. At optimi huius patris indefesso studio effectum est vt et propius[a] quae nostri sunt muneris conspicaremur, et vehementius ad consequendum supernae vocationis brauium[1] accenderemur" (ex apographo eiusdem fere temporis. Cod. colon. „L. Qu." f. 158^b—159^a).

Albertus V. edicto Monachio 28. Augusti 1563 dato, quod in amplo folio excudendum curaverat, Societatis in iuventute instituenda diligentiam, Sociorum pietatem et, qua etiam „puerulos" et „rudes" prosequerentur, caritatem laudavit ac parentes, ut filios collegiis ingolstadiensi et monacensi traderent instituendos, hortatus est. Edicti ita excusi exemplum exstat in Cod. monac. „Scripti . coll. Ingolst." f. 34—35.

In *„*Historia* de initio et progressu Collegij Monachiensis" Monachii m. Octobri 1567 ab aliquo eiusdem collegii Socio conscripta (cf. *Can.* II 875) haec referuntur: „Ursit . . . p. memoriae P. N. Praepositus Generalis M. Jacobus Laynez cum adesset hoc loco, nec parum effecit D. Hieronymus Natalis cum huc Visitator uenisset, ut certa demum et firma huic Collegio dotatio constitueretur. Vnde anno 1563 Jllustrissimus Princeps literas suo sigillo munitas dedit, quibus ex telonio ad Collegij huius annalem sustentationem promittit, et pro annuis perpetuisque redditibus assignat 1500 florenos Rhenenses, . . . Ex hac pecuniae summa uidentur 25 personae quotannis posse sustentari" (ex „Historiae" exemplo sub a. 1571 Romam ad praepositum generalem misso. Cod. „Ass. Germ. Fund. I" f. 4^a—5^b). Similiter in *„*Historia* de Jnitio, et progressu Collegij Societatis Iesu Jngolstadij", Ingolstadii m. Octobri a. 1567 ab aliquo eiusdem collegii Socio scripta: „D. Hieronymus Natalis qui missus est ex Vrbe Commissarius, et D. Simon Eckius Principis Cancellarius, idemque Patronus Vniuersitatis, hoc effecerunt ut anno Domini 1563 Principis literae obsignatae nobis traderentur et in illis pro Collegij huius dotatione mille et quingenti floreni Rhenenses pro annuis et perpetuis redditibus ex Jngolstadiensi Telonio assignantur, sicut postea haec pecuniae summa numerata fuit; et hinc uiginti quinque personae quotannis ali posse uidentur" (ex „Historiae" exemplo sub a. 1571 Romam, ut supra, misso. Cod. „Ass. Germ. Fund. I" f. 3^b).

Exstat adhuc *litterarum communium, quibus collegia monacense et ingolstadiense „dotarentur", commentarium a P. *Theodorico Canisio* S. J., collegii monacensis rectore, ad Lainium (ut videtur) missum (cf. supra p. 399), cui annus ascriptus non est, haec autem adnotata sunt: „Jn quibusdam corrigenda" (Cod. „Germ. Sup. Fund. II." f. 170^b—171^b). Porro ipsae *Litterae fundationis duobus illis collegiis communes atque ab *Alberto V.* duce „in ciuitate nostra Monachio ipsa Die Conceptionis Deiparae gloriosae virginis" sive 8. Decembris 1563 datae sunt. In quibus Albertus Societatis homines „pijssimos et doctissimos viros" appellat eorumque „eruditionem, pietatem, fortitudinem" laudat; ipsi Ingolstadii et Monachii „tum docendo, informandoque, tum viuendo, et aedificando incredibilj nostra voluptate id egerunt hucusque sedulo quod et ipsj nobis persuaseramus, et virtus illorum pluribus iam terrarum partibus praedicata, pollicebatur". Simul autem dux Socios „hortatur et admonet", ut „idoneos Societatis homines viros doctrina, et integritate commendabiles, non facile ex nostris collegijs dimittant, aliosue subinde accersant, quorum forsan minor sit in rebus maximis vsus" (ex litterarum apographo eodem fere tempore scripto et a Theodorico Canisio ad Lainium m. Februario a. 1564, ut videtur [cf. supra p. 447], misso, quod exstat in eodem codice f. 172^a—173^a. Alterum litterarum apographum, idque, ut videtur, saeculo XVI. scriptum, exstat in Cod. monac. „Scriptt. coll. Ingolst." f. 91—92). Ita igitur factum est id, quod *Polancus* in *litteris Tridento 3. Augusti 1563 ad P. Theodoricum Canisium datis sperandum esse affirmavit; scripsit enim: „Delli pochi fautori che scriue V. Reuerentia habbiamo nell' aula del

a) proprius *ap.*

[1] Phil 3, 14.

Signor Duca, non è da marauigliarsene poi che in quella sono molti noncatholici, il punto è procurare che ci sia fautore Dio N. Signore con usar delli doni suoi il meglio che si potrà in suo seruitio et aiuto del ben comune. Crediamo anche che la Eccellentia del Duca et li buoni che sono in casa di esso, saranno beneuoli, et che per mezzo di loro aiutara Dio N. Signor et assettara le cose nostre" (ex apogr. totius ep., eodem tempore scripto. Cod. „V. P. 63" f. 145b).

Henricus Samerius S. J. in collegii monacensis *Litteris quadrimestribus Monachio 1. Septembris 1563 datis refert: In eo collegio „24" Societatis homines degere, ex quibus 6 sacerdotes, 9 „praeceptores et studiosi", 9 novicii sint; scholas collegii a plus quam 200 adulescentibus frequentari (ex archetypo. Cod. „G. Ep. IV" f. 123). Ac *Polancus* in *litteris, quas paulo ante memoravi, de aliquibus in monacense Societatis tirocinium admitti cupientibus Theodoricum Canisium rectorem Lainii nomine monuit: „Del accettar quelli altri giouani N. Padre se rimette al Padre Prouinciale". *Hermannus Faber* S. J. autem in eiusdem collegii *Litteris quadrimestribus Monachio 1. Septembris 1564 datis affirmat: Societatis homines (additis noviciis) in collegio iam esse 30, ex quibus 6 sacerdotes sint; ac fere 300 adulescentes in Societatis scholas ire (ex archetypo. Cod. „G. Ep. V" f. 170a).

In collegii ingolstadiensis ***Catalogo* ibidem 31. Augusti 1563 conscripto recensentur 18 Socii: „Sacerdotes" 8; „Praeceptores" 4; „Studiosi" 2; „Coadiutores" sive fratres laici 4 (ex archetypo. Cod. „GSC 66" folio 1 [quod signatum est „392"]); in universitate, praeter duos theologiae professores, unus „Logicam" Aristotelis, alter litteras graecas tradebat (*Ioannes Wyerus* S. J. in collegii *Litteris quadrimestribus, Ingolstadio 25. Augusti 1563 datis. Cod. „G. Ep. IV" f. 152); accedebant 5 scholae inferiores eaeque extra universitatem constitutae (Epp. *Nadal* II 492). De quibus potissimum scholis P. Paulum Hoffaeum, collegii ingolstadiensis rectorem, Monachii exeunte m. Septembri 1563 vel cum solo Natale, vel simul etiam cum Canisio contulisse conicio; *Polancus* enim nomine Lainii Tridento 21. Septembris 1563 Hoffaeo ad litteras 31. Augusti 1563 datas haec, praeter alia, *rescripsit: „Circa le persone che V. R. dice che starriano meglio altroue, et altre che dice sarrebbono necessarie per non essere le schole tanto fornite como uorrebbe bisognera conferire col Padre Maestro Natal, et col Padre D. Canjsio quali forse sarranno adesso insieme" (ex apogr. eiusd. temp. Cod. „V. P. 63" f. 233b). Atque Ingolstadio 11. Octobris 1564 P. *Theodoricus Canisius*, qui tunc collegii illius rector erat, Lainio *scribit: Iam 23 Societatis homines Ingolstadii degere; ex quibus 4 versentur cum convictoribus; qui numero sint 28 (ex litteris archetypis).

526. Inter 22. et 28. Septembris 1563.

Ex *Gomez Rodeles,* Monumenta paedagogica p. 797.

Natalis visitator Canisio provinciali mandat: 1. Albertum V. ducem modestissime moneat, ut Societati suam constare velit libertatem neve plus quam unum contionatorem a Sociis monacensibus exigat. 2. Matronas aliquas monacenses exercitiis spiritualibus excolendas curet. 3. Evangelium pueris exponendum curet.

Inter scripta P. Hieronymi Natalis S. J. hic exstat commentarius:

Pro Monachio

Quae dixit Patri Prouinciali[1] P. Natalis . Ut Prouincialis agat cum Principe, ut possit nobis constare nostra libertas gubernandi nostros, mittendi et mutandi etc., ex exemplo Schorichii et Martini[2], et

---

[1] Petro Canisio.

[2] PP. Georgii Schorichii et Martini Stevordiani, S. J., contionatorum monacensium. Plura sub ipsum hoc scriptum dicentur.

ut non obligemur nisi ad unum concionatorem Monachii, quemadmodum est in fundatione collegii [1]; sed haec omnia modestissime, et ut uiderit Principem posse capere, ut prodesse possit et nihil obesse Prouincialis diligentia.

Videat Prouincialis an possit curare commode, ut dentur exercitia spiritualia aliquot matronis, quae possint alias foeminas iuniores instituere ad pietatem, et curam suscipere bonorum operum, sicut facit Dna [2] Fuggera [3] Augustae.

In scholis declarent euangelium [4] dominicis ac festis diebus.

Annus quidem huic institutioni ascriptus non est; sed quae in primo eius capite dicuntur, anno 1563 conveniunt; tunc enim Albertus V. Bavariae dux et aegre ferebat, quod P. Martinus Stevordianus Vindobonam missus erat, et P. Georgium Schorichium, qui Monachii in contionandi officio ei successerat, semel atque iterum in arcem quandam suam extra urbem sitam ad contionandum evocabat; unde Canisius timebat, ne Monachii alterum etiam contionatorem constitui oporteret; v. supra p. 303 398. Accedit, quod in scripto illo, ut *Gomez Rodeles* l. c. 797 [1] notat, emendationes et additiones manu P. Theodorici Canisii S. J. scriptae cernuntur. Ex quibus conicere licet, Theodoricum, cum Natalis collegium monacense „visitans" haec constitueret, eiusdem collegii rectorem fuisse; quae soli visitationi a. 1563 habitae congruunt; cum enim Natalis a. 1566 collegium iterum visitaret, Theodoricus rector erat collegii dilingani. Petrus autem Canisius visitationi illi inter 22. et 28. Septembris 1563 interfuisse videtur; v. supra p. 938.

527. Inter 7. et 11. Februarii 1564.

Ex apographo paulo post Coloniae scripto. Cod. colon. „L. Qu." f. 172[a]—173[b].

Canisius Monachii Sociorum confessiones et vota excipit atque eosdem ad virtutem colendam exhortatur.

Fr. Nicolaus Lymburgius S. J. in collegii monacensis litteris quadrimestribus 4. Maii 1564 datis haec refert de hoc collegio per Canisium inter 7. et 11. Februarii 1564 (v. supra p. 447) „visitato": Generalem peccatorum confessionem quae Sexto quoque mense fierj solet excepit ab omnibus R. P. Prouincialis noster mense Februario, quo etiam tempore adhibitis castigationibus corporis et alijs id genus pietatis[a] exercitamentis Votorum facta est innouatio . ingenti omnium consolatione et letitia in domino, quam eiusdem quoque R. P. Prouincialis cum priuate tum publice exhortationes duplicarunt.

In iisdem *litteris *Lymburgius* narrat: „Sumus . . . in hoc loco 29 impresentiarum . tricesimus quj inter Sacerdotes Septenarium explebat numerum propter afflictam valetudinem ad inferioris Germaniae Collegia non ita pridem hinc est translatus" (P. Henricum Arduinum significat; v. supra p. 498); adsunt modo novicii 14, iique „Germanj omnes et magne spei adolescentes". Scholas nostras fre-

a) *V. supra versum scriptum.*

---

[1] Cf. supra p. 938—939. [2] Id est: Domina.

[3] Ursulam Fuggeram dicere videtur; cf. *Can.* II 653—654 691 et supra p. 514.

[4] Evangelium diei, sive pericopen quam dicimus evangelicam sacro diei ab ecclesia assignatam; cf. *Pachtler* l. c. I 42 206 207 208.

quentant „trecenti et eo amplius“ adulescentes; quibus „septem praeceptores“ operam praestant; atque „elapsis proxime diebus“ iidem discipuli „D. Catharinae comoediam“, Alberto V. duce spectante, egerunt.

528. M. Martio 1564.

Ex autographo. Cod. „G. Ep. V.“ f. 165[b].

Canisius provinciae suae novicios Monachii instituendos curat.

P. Theodoricus Canisius S. J., collegii monacensis rector, Monachio 22. Martii 1564 Romam ad Lainium scripsit: Mittentur huc ex alijs Collegijs nouitij plures, vt cupit P. Prouincialis, et essent illi nobis gratissimi, si aliquam sumptuum partem Collegia etiam alia ferrent.

529. Ineunte m. Maio 1564.

Ex autographo. Cod. „G. Ep. V“ f. 166[a].

Canisius rectores monacensem et ingolstadiensem officia inter se mutare iubet.

P. Theodoricus Canisius, rector collegii monacensis, Monachio 10. Maii 1564 Romam ad Lainium praepositum generalem haec scripsit de se et P. Paulo Hoffaeo, rectore collegii ingolstadiensis, ob P. Georgii Schorichii contionatoris monacensis discessum officia inter se ad tempus permutare a Canisio iussis: Visum est P. Prouinciali vt propter hunc concionatoris nostri discessum, Rectorum ad tempus fieret mutatio, vt scilicet Jngolstadiensis hic, Monachiensis vero Jngolstadij ageret, poterit enim D. Paulus locum P. Schoritzij, vtcunque, vt sperandum est, concionando hic supplere. Mihi quidem haec mutatio, difficilis nonnihil initio visa est, si ad tempus duntaxat fieret, iudicat tamen pater prouincialis in Domino ita expedire, cui ego libenter assentior et morem gero.

530. Inter 7. et 14. Iulii 1564.

Ex autographo. Cod. „G. Ep. V“ f. 172.
Epistula usus esse videtur *Sacchinus,* Can. 208.

Monachii Canisius mutationem rectorum ingolstadiensis et monacensis promulgavit, vota religiosa excepit, res domesticas constituit. Consiliarii ducis invitati sunt. Dispensatio apostolica petetur, qua Sociis in monasterio augustiniano habitare liceat. Consiliarii de universitate ingolstadiensi iuvanda moniti. Socii ex inferiore Bavaria revocabuntur.

P. Paulus Hoffaeus S. J., collegii monacensis rector, Monachio 15. Iulii 1564 Romam ad Lainium praepositum generalem haec, praeter alia (cf. supra p. 584), scripsit de rebus a Canisio praeposito provinciali paulo ante (inter 7. et 14. Iulii) Monachii, quo etiam P. Theodoricus Canisius rector ingolstadiensis ab eo arcessitus erat (v. supra p. 593), in collegii visitatione gestis: Hora scriuerò come li di passati fu qui il R. P. Prouinciale et D. Theodorico, primieramente fu dicchiarata la volontà di V. R. che v. g. D. Theodorico restasse Rettor' in Jngolstadio, et io in Monachio[1]. . . . Poi si rinouorno li voti con bona deuotione et doj delli nouitij celebrorno le primitie di suoj voti . Si determinò anche che doj nouitij si mandassero in Oeniponto vno

[1] Vide supra p. 518 537 542.

perche era Monachiense, l'altro per ricuperar' la sanità . et forsa si manderanno altri anche altroue, benche il Padre non si risolse del tutto. . . Jl resto, diede ordini il Padre cerca piu cose communi. Con gli Conseglieri del Jllustrissimo, li quali inuitassimo, furno trattate piu cose. Volsero che noj conciperemus formam dispensationis accio sensa scrupulo tenessimo nostra habitatione in questo Monasterio [1], spero si farà et per il Reuerendissimo Delphino [2] si mandarà à Roma . Quanto al Collegio d' Jngolstadio credo che il D. Theodorico scriuerà assai . . . Domandorno li Conseglieri in che modo pensassimo si potesse aiutare l' vniuersità et gli fu risposto assai secondo il parer' nostro . Si concluse anche alhora acciò si reuocassero gli nostri Padri ex Jnferiore Bauaria et furno contenti gli Signori si mandassero tutti doj M. Martino [3] et M. Schorichio à Jngolstadio per studiare etc.

531. A d. 8. vel 9. ad 24. Ianuarii 1565.

Ex autographo. Cod. „G. Ep. VI" f. 131^a—132^b.
Epistula usus est *Duhr*, Jes. an Fürstenhöfen 102.

Canisius Monachii collegium visitat et Sociorum confessiones votaque excipit; Iacobam Alberti V. ducis matrem adit. Dux, mater, uxor, virgines nobiles libros suos ad pietatem spectantes Sociis mittunt cognoscendos. Canisius cum Hoffaeo rectore duci Breve a Pio IV. in Societatis defensionem datum et „candelam fundatoris" tradunt; huius animus in Societatem benevolus.

P. Paulus Hoffaeus S. J., collegii monacensis rector, Monachio 24. Ianuarii 1565 Romam ad Iacobum Lainium praepositum generalem (quem 19. Ianuarii e vita cessisse nondum cognoverat) de Canisio haec scripsit: Sta quj il R. P. Prouinciale in sua visitatione, senti le confessioni generalj di tutti, si rinouorno gli voti, doj nouitij celebrarunt primitias votorum [4], consolò tutti li fratellj, fece parecche exhortationi de conscientia, et ciò che tocca il officio suo, fece con bona diligenza, stando quj piu di 15 giornj. . . Visitando sua R. la Duchezza seniore [5], trouò vn libro mal Catholico, il che fú bona causa, che la Duchezza mandò tutti li suoj libri spiritualj à examinarli, commandandoci, li dessimo vn' altro modo d' orare, et meditarj: fece il medesimo la consorte del Duca [6], et anche istesso il Ducha, con molte altre verginj della Corte, quali tutti mandorno gli suoj libri à examinarli. Hieri andassimo il P. Prouinciale et io al Ducha à darli il Breue

---

[1] In monasterio monacensi Eremitarum S. Augustini; de quo vide *Can.* II 870—876.

[2] Per Zachariam Delphinum, apostolicum apud imperatorem nuntium.

[3] Stevordianus.

[4] Vota illi „scholasticorum" quae vocantur (v. supra p. 704) primum nuncuparunt.

[5] Iacobam, quae Philippi marchionis badensis filia, Guilielmi IV. Bavariae ducis vidua, Alberti V. ducis mater erat.

[6] Anna, Ferdinandi I. imperatoris filia, Alberti V. ducis uxor.

Apostolico, doue lauda il Pontefice la Compagnia contra gli aemuli etc. [1]. et disse il Ducha che maj hebbe credito al pasquillo, che si mandò di Roma in Alemagna contra la Compagnia: Anchora gli offeressimo la candela fundatoris [2], et si mostro molto beneuolo.

Una cum his Hoffaei litteris Romam missae sunt *litterae Monachio eodem illo d. 24. Ianuarii 1565 a P. *Dominico Mengino* S. J., noviciorum magistro, ad Lainium datae; in quibus is: „Adest nunc", inquit, „nobis Reuerendus P. Prouincialis, qui omnium confessiones generales, et uota nostra non sine summa animi consolatione excepit" (ex autographo. Cod. „G. Ep. VI" f. 129ª). Canisius aut 21. Ianuarii 1564, quae erat Dominica III. post Epiphaniam, aut — id quod mihi magis probatur — 14. Ianuarii, qua die Dominica festum sanctissimi Nominis Iesu agebatur, votorum renovationem excepisse videtur. Laudem a Canisio litteris 27. Ianuarii 1565 Roma missis collegio monacensi, et nominatim Hoffaeo et Mengino, tributam v. supra p. 792.

In **Catalogo* collegii monacensis, ineunte m. Ianuario 1565 ibidem conscripto, refertur, in collegio 27 Societatis homines (additis noviciis) degere, ex quibus sint 7 sacerdotes, 4 fratres scholastici, 2 fratres laici, 14 novicii (Cod. „GSC 66" f. 376ª—377ª).

E.

MONUMENTA OENIPONTANA CANISII.

Canisius, cum a. 1563 m. Februario, Martio, Aprili, Maio, Iunio Oeniponte versaretur, praeter ea, quae reginis et collegio Societatis etc. praestitit, plurima egit pro concilio tridentino; verum haec acta non hoc loco ponuntur, sed infra inter „Monumenta tridentina" recensebuntur.

532. M. Aprili et Maio 1563.

Ex litterarum apographo, eodem tempore scripto. Cod. „G. Ep. IV." f. 99. Hac litterarum parte usus est *Sacchinus*, Can. 202.

Canisius Oeniponte cum imperatore agit et virginem valacham baptizat.

In „Litteris quadrimestribus" collegii S. J. oenipontani, Oeniponte 1. Septembris [1563] datis, haec de Canisio ab exeunte m. Aprili ad exeuntem m. Iunium 1563 Oeniponte versato referuntur: Pater apud Caesaream Maiestatem multa expediuit negocia, quae cum ad totius Ecclesiae tum ad Societatis nostrae profectum spectant . Baptizauit et publice quandam Valachinam postulante sic Serenissima Regina seniore [3], simulque concionem adiunxit, quam multis fuisse gratam et laudatam audiuimus.

Canisium illam „virginem Turcis ereptam" sacro tempore Pentecostes „praeeunte contione" et „praesentibus Reginis et plaerisque alijs" „solenniter" baptizasse

---

[1] Litteras apostolicas Roma 30. Decembris 1564 hac de re a Pio IV. ad Albertum V. datas Lainius praepositus generalis 2. Ianuarii 1565 Roma Augustam ad Canisium miserat; v. supra p. 773.

[2] Albertus V. litteris 8. Decembris 1563 datis collegia Societatis ingolstadiense et monacense dotaverat sive „fundaverat" (v. supra p. 939); *S. Ignatius* autem statuerat: A singulis collegiis quotannis „candela cerea fundatori offeratur, aut uni ex suis, qui ipsi sit cognatione proxime coniunctus, aut illi demum, quem ipse fundator designaverit: in qua candela armorum fundatoris, aut devotionis insignia exstent. Illa vero testabitur Societas, quam fundatori in Domino debet, gratitudinem: Constitutiones S. J. P. 4, c. 1, n. 3.

[3] Magdalena.

ex ipsius epistula 31. Maii 1563, quae erat feria II. Pentecostes, ad Lainium data constat (v. supra p. 228). Neque tamen ex eadem plane intellegitur, utrum eam baptizaverit ipsa Dominica Pentecostes an vigilia eandem antecedente; id quod ne ex libris quidem baptismalibus parochiae illius oenipontanae cognoscitur; hi enim ab anno 1575 incipiunt. Vigiliae certe Paschatis et Pentecostes antiquitus baptismo sollemniter administrando singulariter sacrae erant (*J. Corblet*, Histoire du Sacrement de Baptême I, Paris-Bruxelles 1881, 477—480); qui mos ne in adultis baptizandis omnino praetermittatur, etiam nunc *Rituale Romanum* monet (Tit. II, cap. 1, n. 27).

Cum m. Decembri 1569 Magdalena et Helena archiducissae Oeniponte Halam (Hall am Inn) in virginum collegium a se conditum migrarent, haec quoque virgo valacha eas secuta est ([*Eg. Altheer* S. J.,] Das Leben der Durchleuchtigsten Königin Magdalena, Ynssprugg 1625, 132 146—152. *Ludw. Rapp*, Königin Magdalena von Oesterreich, 2. Aufl. Brixen 1899, 70). Atque in collegii illius „**Libro* professionum", qui, saeculo XVI. incohatus, nunc Halae in archivo urbano servatur, virgo illa „Christina", altero nomine non apposito (reliquis virginibus etc. nomina gentilicia ascripta sunt), vocatur, simulque notatur, eam ibidem 1. Aprilis 1571 votum castitatis nuncupasse, 22. Octobris 1579 vita cessisse. Die autem 22. Octobris 1578 eam obisse asseritur in **Indice* omnium collegii illius virginum etc. (p. 15), qui, „Ney-Eröffnetes Spiegl Zimmer der durch-leichtigisten Königin Magdalena" inscriptus et a. 1742 compositus, Halae in archivo urbano exstat. Neque scio, quam recte eadem „Christina Rott" vocetur in recenti quodam codice sive fasciculo, qui *„Gründung des Damenstiftes in Hall" inscriptus nunc Oeniponte in „Ferdinandeo" (II. h. 15) asservatur.

Sacchinus affirmat, Canisium Oeniponte, cum his mensibus apud caesarem ageret, „ad concionem non raro dixisse" (Can. 201); id quod equidem testatum non invenio. Atque Sacchini relatione illa P. *Iacobum Schmid* S. J. adductum esse puto, ut Canisium a. 1563 a Ferdinando I. Oenipontem ad contiones in aula habendas arcessitum hocque munere per dimidium annum functum esse scriberet: Heiliger Ehren-Glantz der Gefürsteten Graffschafft Tyrol III, Augspurg 1732, 143—144.

Ad Canisium tamen aliqua certe ratione spectant, quae Fr. *Georgius Peraxylus* (Paraxilus) S. J. in *Litteris quadrimestribus collegii oenipontani, „ex commissione R. P. Rectoris" (Ioannis Dyrsii) Oeniponte 20. Ianuarii 1563 datis de Magdalena, Margarita, Barbara, Helena, Ioanna archiducissis refert: „De serenissimis Imperatoris Ferdinandi filiabus quinque heroicis Virginibus multa possent dici . . . Hae omnibus intersunt sacris et concionibus Ecclesiae huius, nec ullum cultum diuinum peragi omittunt[a] [?], quem sua honorificentissima praesentia non ornent[b]. . . . Templum nostrum miris illustrant clenodis (ut uocant) deauratis, uestibus preciosis, pannis pulcherrimis, casulis auro intextis, tabulis, imaginibus, et id genus aliis aureis argenteisque rebus . . . sacra a nostris patribus fieri expetunt saepe, orationibus sese commendant, quaeri diligenter curant, quid nobis desit, qua re egeamus, si alicuius nos indigos intelligunt, e uestigio auxiliatrices manus praebent, . . . prompto animo petitionibus eorum, qui a nobis commendantur acquiescunt, nostram famam et Dei honorem ubicunque possunt, et[iam] nobis saepe ignorantibus tuentur[c] et a Zoilis[1] uindicant nec permittunt ut bonus Societatis odor[2] calumnijs obfuscetur[d] a maleuolis, omnes in quos iure suo dominantur, ad nostrum Collegium mittunt, ut iuuentur consilijs et in conscientiae pietatisque negotijs per nos doceantur. Pauperibus, quia misericordiae operibus deditissimae sunt, largas eleemosinas distribuunt, libros suspectos nobis mittunt uisendos et probandos: nobiles suos camerarios, ut loquuntur,

a) *Sic libr.; sed scribendum ei fuisse videtur* admittunt. b) hornent *libr.* c) ignorantur tuentibus *libr.* d) obfuscatur *libr.*

---

[1] „Zoili" olim vocabantur homines lividi et alienorum laborum reprehensores (*Manuccius* l. c. col. 859—860; *Aeg. Forcellinus*, Totius Latinitatis Lexicon III, ed. in Germ. I, Schneebergae 1833, 503). [2] Cf. 2 Cor 2, 15.

una cum praeceptore scholis[a] nostris commendant instruendos. Infirmis nostris tantum auxilij impendunt, ut carnalibus fratribus plus non possent praestare. Nihil dicam de earum laude celeberrima, qua nulli non propter maximam suam pietatem perspectae sunt, atque eam ob causam ab omnibus summopere diliguntur" (ex litterarum exemplo eodem fere tempore scripto. Cod. „G. Ep. IV" f. 110—111). In eiusdem autem collegii *Litteris quadrimestribus, a Fr. *„Michaele Cameracensi"* (Notes?) S. J. Oeniponte 5. Maii 1563 datis narratur, in collegio iam 20 Socios, e quibus 6 sacerdotes sint, degere, et collegii scholas a 150 pueris frequentari. „Inuisunt nos saepe multj nobilitate, authoritate et doctrina clarissimi viri Legati et Episcopi, aguntque grauib: de rebus nobiscum familiariter: Jnter quos annumeramus Jllustriss: Cardinalem Lothoringiae, et Amplissimum quoque Cardinalem Tridentinum iuniorem[1], quorum uterque Societatem nostram amare et laudare visus fuit" (ex autographo. Cod. „G. Ep. IV" f. 100[a]—101[a]). Atque in proximis collegii **„Litteris* quadrimestribus", Oeniponte 1. Septembris 1563 datis, refertur: „Elapso Pentecostes festo[2] apud nos multi suorum peccatorum sarcinam deposuerunt, et ij non solum infimae sed etiam supremae classis homines: imo et Serenissimae Reginae imperatoris nostri filiae nunc nostris confessarijs uti cepere[3], quos etiam retinere in posterum, annuente Jmperatore patre, constituerunt. . . In templis frequentes, in pauperes munificae. . . Priusquam[b] in Bauariam nuper discederent, magnam pulcherrimarum candelarum copiam in usum templi nostri donarunt, atque in mandatis reliquerunt, ut, si qua postularet necessitas, non minus quam si ipsae coram adessent, ea nos libere et confidenter peteremus" (ex apogr. totius epistulae, eodem tempore scripto. Cod. „G. Ep. IV" f. 99[a]).

533. 15. Iunii 1563.

Ex libro: *„Friderici Staphyli* Caesarei quondam consiliarii . . . libri, in unum volumen digesti" (Ingolstadii 1613) f. **4[a].

Canisius cum aliis Oeniponte Friderici Staphyli testamento faciendo interest.

Praeclari illius Friderici Staphyli, universitatis ingolstadiensis „superintendentis", Ferdinandi I. et Alberti V. consiliarii etc., libros de religione scriptos Fridericus Staphylus, ipsius filius atque episcopi eystettensis consiliarius et officialis, Ingolstadii a. 1613 in unum congessit volumen, brevi „Vita Staphyli" iis praeposita, quam ipse filius conscripsisse videtur. In eadem „Vita" haec narrantur: Staphylum, cum a. 1563 Ferdinandi I. iussu Oeniponte comitiis theologorum de rebus concilii tridentini agentium interesset, sub m. Iunium gravi morbo correptum esse. Proinde postremum suum et quidem apertum testamentum Staphylus tunc in die S. Viti[4] citato Anno LXIII. condidit (reuocato priori quod aliquando Nissae in Silesia clausum confecerat) adhibitis testibus Reuerendo P. Petro Canisio, tunc ibidem Prouinciali S. J. Ioanne Baptista Weber[5], et Thoma Schober Iurisconsultis Dionysio von Rast. Jacobo Huber Christophoro Vngelter, omnibus Caesareis Consiliariis, Camerae secretariis et taxatoribus. Simone Schönavver a Schonbach, aulicae Cancellariae expeditore. Notario Stephano Braun Dioecesis Moguntinae taxatore[c] Cancellariae aulicae Imperialis contrascriba etc.

Staphylus, recuperata valetudine, Ingolstadium rediit ibique 5. Martii 1564 pie vita cessit.

a) scolis *libr.* b) Plusquam *ap.* c) taxatoris *Vita.*

---

[1] Carolum Guisium et Ludovicum Madrutium; v. supra p. 58 130 203.

[2] Dominica Pentecostes 30. Maii fuit.

[3] Maiores natu Canisio, minores P. Hermeti Halbpaur confiteri coeperunt; v. supra p. 228. [4] Is erat 15. Iunii.

[5] De hoc viro, qui paulo post imperii vicecancellarius nominatus est, vide supra p. 418.

534. **Ineunte m. Iulio 1564.**

Ex litteris archetypis. Cod. „G. Ep. V" f. 158[a].

Sociorum oenipontanorum in laboribus, flagellationibus etc. diligentiam Canisius amplificat, dum collegium visitans eos exhortatur eorumque confessiones et vota excipit.

P. Georgius Crispus S. J. in collegii S. J. oenipontani „Litteris quadrimestribus" Oeniponte 1. Septembris 1564 datis de Sociorum oenipontanorum diligentia et pietate ac de votis religiosis ab iisdem 2. Iulii 1564, Canisio collegium „visitante", renovatis (v. supra p. 582) haec scripsit: Jn his qui literis dant operam, diligentiam arguit profectus, in omnibus ex aequo pietatem monstrat obedientia, et propriae despectionis studium. Praeterquam enim quod quisque diligenter iniuncto sibi fungatur munere, ea praeterea quaerunt et consectantur, quae ad profectum spiritualem et ad carnem cohibendam prodesse creduntur. Hinc non minus se flagellis, quam superiorem petendis alijs poenitentijs defatigant. Quibus rebus nuper notabilis facta est accessio, cum R. P. Prouincialis more suo nostrum collegium uisitans, tum omnes una tum singulos cohortando ad uirtutis profectum excitaret, et praemissa generali (ut uocant) confessione, quam a singulis ipsemet Prouincialis excaepit, iteratisque uotis, sacro Christi reficeret[a] corpore.

535. **Ineunte m. Iulio 1564.**

Ex autographo. Cod. „G. Ep. V." f. 155—157.

Canisius collegium oenipontanum visitat. Consiliarii, ut Socii litteras elementarias tradant, petunt; id quod praestandum esse et Canisius et reliqui Socii censent. Confraternitas sanctissimi Sacramenti instituitur. Reginae ornamenta sacra Canisio dant.

P. Ioannes Dyrsius S. J., collegii oenipontani rector, Oeniponte 14. Iulii 1564 Romam ad Lainium praepositum generalem de collegio illo ineunte m. Iulio 1564 a Canisio „visitato" et de votis religiosis coram eo die 2. Iulii 1564 renovatis (v. supra p. 582) haec rettulit: Praeterita septimana visitauit nos p. Prouincialis, omnium confessiones audiuit, et uota renouata suscepit. . . . Visum est hic Dominis de excelso Regimine vt paruulos Alphabetarios ad scholas susciperemus, et hanc ob causam supplicarunt Collegio: Re hac inter nos consilijs examinata, visum fuit omnibus consultissimum, etiam p. Prouincialj, vt munus hoc laboriosissimum assumeretur: Jdeo accessj Cancellarium[1] et respondj nos hoc onus subire uelle in gratiam Juuentutis, Petij autem duas classes nouas aedificarj: Ad haec omnia responsum adhuc nullum accepj sed expecto. . . . . Damus hic operam, ut Oenipontj instituamus nouam fraternitatem, corporis Christj et venerabilis Sacramentj: Vt e diametro videamur pugnare Caluinistis. Jam scriptum

a) reficere *archet.*

[1] Christophorum Klöckler. De hac re cf. supra p. 582—583 601.

dedj Serenissimis [1], quae diligentissime rem omnem et lapidem mouerunt, vt mihj promiserant: Jpsae etiam firmum fundamentum huius aedificij iacient . Duas insignes Casulas aliaque ornamenta donarunt Patri Prouincialj.

De his casulis cf. infra monum. 536.

536. **Ineunte m. Iulio 1564.**

Ex litterarum exemplo eodem fere tempore scripto. Cod. guelph. „36. 24. Aug." f. 101.

Etiam apud *Raderum,* Can. 131—132.

Canisius orationem sacram habet ad reginas; quae casulas ei donant.

P. Guilielmus Elderen S. J., unus ex Canisii sociis augustanis, in domus augustanae S. J. Litteris quadrimestribus Augusta m. Septembri 1564 datis de rebus a Canisio Oeniponte, cum m. Iunio exeunte et Iulio ineunte collegium illud „visitaret", gestis haec notavit: Cum in uisitatione Oeniponti esset, exhortationem ad Serenissimas Reginas gratam habuit, quae duabus, ut uocant casulis, eleganter et sumptuose confectis altare nostrum Augustanum ornare uoluerunt.

537. **8. Augusti 1564.**

Ex apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1561" f. 155[a].

Aliqua collegii oenipontani negotia praepositus generalis ad Canisium remittit.

Polancus Societatis secretarius P. Ioannem Dyrsium S. J., collegii oenipontani rectorem, litteris nomine Lainii praepositi generalis Roma 8. Augusti 1564 datis ad Canisium praepositum provincialem remisit, scribens: De Joanne Viennensi [2] dimittendo a Societate, uel retinendo arbjtrium esto P. Prouincialis, cui potestatem liberam djmissionis, uel retentionis facit Pater N. G. . . . De fratribus substituendis [a] praeceptoribus cum infirmantur consulat [b] .R. V. P. Prouincialem.

538. **16. Decembris 1564.**

Ex autographo. Cod. „Epistolae Principum I" f. 280 281.

Magdalena regina suo sororumque nomine Lainium praepositum generalem rogat, ut sibi duos Societatis sacerdotes oenipontanos Meranae retinere permittat vere ad Canisium id negotium referat.

Magdalena regina cum sororibus m. Augusto 1564 Oeniponte ob pestilentiam Meranam profecta, P. Ioannem Dyrsium, collegii oenipontani rectorem, et P. Hermetem Halbpaur, eiusdem collegii contionatorem et suum confessarium, secum abduxerat . Cui cum Canisius scripsisset, Lainio praeposito generali gratum fore, si ipsa horum alterum alio mitti pateretur, ubi et ecclesiae et Societati utiliorem operam

a) sustituendis *ap.* b) infirmantur. Consulat *ap.*

[1] Has Ferdinandi I. imperatoris filias Oeniponte habitantes *Dyrsius* in *litteris Oeniponte 7. Februarii 1564 ad Lainium datas hoc ordine recenset: „Magdalena, Margaretha, Barbara, Helena, Joanna" (ex autogr. Cod. „G. Ep. V." f. 150 151).

[2] De hoc v. supra p. 204 [10] 594.

praestare posset (v. supra p. 776), Magdalena Merana 16. Decembris 1564 ad Lainium sua manu litteras dedit germanicas easque satis copiosas, quibus ipsa post suum nomen sororum secum degentium nomina subscripsit („Madalena, margareta, warbara, elena, iohana"); ac simul, scidula adiecta, Lainium certiorem reddidit, una cum litteris germanicis versionem ipsarum latinam mitti. Reginae se Lainii „vnd der ganzen societet iesu geistliche Dechtern" vocant et vehementer instant, ut sibi utrumque Societatis sacerdotem retinere permittatur ad sermones sacros habendos, suas aulicorumque confessiones excipiendas, varia negotia, quae ad salutem animarum et rem publicam spectent, curanda; difficillimum sibi fore, aliorum, quam illorum, in rebus sacris iudicium sequi; neque permittere se posse, ut aulici aliis quam Societatis sacerdotibus peccata confiteantur [1]. „wier achten auch nit fier natwendig das sich EE. auf den frumben hern Canisij in der sachen referiern dan wier gebislich an seiner arnung vnd manung des wier sarg haben die vns zue witer sein wurt nit kinen vnd welen zue friten sein darvmb vns des dester e pebegt hat E.E. ses halben zue schreiben ganzlich der Hofnung sij wer vns diss vnser pit gar nit abschlagen".

Postremus hic locus, qui de Canisio est, intellectu est difficilior; quare eum etiam pono ex versione latina a Magdalena Lainio missa (quae integra excusa est in Epp. *Nadal* II 657—660): „Non uidetur etiam nobis consultum nec necessarium ut D. T. sese in hoc negocio referat ad probissimum Dom. Cannisium, ipsius enim ordinatione et sententia (quam nostrae petitioni timemus fore contrariam) certe non erimus nec uolumus esse contentae. Quare eo uehementius motae fuimus haec ad .T. D. perscribere, plane sperantes nobis hanc nostram petitionem nullo modo recusaturam" (l. c. II 659).

539. 2. Ianuarii 1565.

Ex apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1561" f. 236[a].

Lainius praepositus generalis Magdalenae reginae scribit, ut, quae de Sociis oenipontanis Meranae versantibus Canisius ipsi dicturus sit, a se ipso dicta putet.

Lainius praepositus generalis Roma 2. Ianuarii 1565 Meranam ad reginas, quae de PP. Ioanne Dyrsio et Hermete Halbpaur ad ipsum scripserant (v. supra monum. 538), litteras dedit latinas easque humanissimas, in quibus haec sunt: Nec deest mihi uoluntas per me ipsum ac per fratres meos gratificandi, et omne obsequium Nostrae Professioni conforme deferendi V. C.; *quare PP. Dyrsio et Halbpaur scribo, ut modo maneant* in Aula .V. C. quas breui aloquetur coram[a] Pater Canisius non minus propensus ad obsequia .C. V. quam quiuis[b] alius, et si quid meo nomine dixerit tanquam a me presente desidero accipi a .V. C.

Quid Lainius Canisium Magdalenae reginae exponere iusserit, vide supra p. 773.

a) quoram *ap.* b) qui uis *ap.*

---

[1] Sacerdotes, inquit *Magdalena*, „aut in fide sunt suspecti omnes fere, aut (quod clarum est omnibus) indocti et imperiti, ac uita scandalosi sunt" (Epp. *Nadal* II 659). Atque ita fere cleri tirolensis magnam partem se habuisse aliunde quoque constat: v. *Hirn* l. c. I 82 88—98.

540. 23. Ianuarii 1565.

Ex autographo (2°; 1 p.; in p. 4. inscr. et reliquiae sigilli) et eius versione archetypa (2°; 1 p.; in p. 4. manu eadem „Copia Literarum Serenissimarum"), manu ipsius reginae Magdalenae subscripta. Cod. „Epistolae Principum I" f. 166 et sq. non sign., f. 165 et sq. non sign.

Quinque reginae Lainio praeposito generali gratias agunt, quod concedat, ut duo collegii oenipontani sacerdotes ipsis officia praestent. Gaudent, Canisium brevi secum coram acturum esse; de cuius optima in se voluntate nunquam dubitarunt.

Quinque „reginae" Merana 23. Ianuarii 1565 manu Magdalenae, quae inter eas natu maxima erat, Lainio praeposito generali ad epistulam Roma 2. Ianuarii datam (v. supra p. 949) litteris responderunt germanicis, quibus eadem Magdalena singularum reginarum nomina subscripsit; una autem cum his litteris versionem earum latinam miserunt manu ignota scriptam, cui Magdalena sua manu suum sororumque nomina subscripsit. Versionem hic pono; nam litterae germanicae haud ita faciles sunt intellectu.

Honorande Domine et pater in Christo praecamur tuae Dominationi et toti societatj aeternam gratiam . Dominationis Vestrae literas accepimus, libentissime audiuimus Reverentiam Vestram ita esse contentam, ut hos duos ex societate apud nos habeamus uidelicet Dominum Joannem Dirsium, et Dominum Hermetem [1]. Agimus etiam vestrae Reuerentiae summas gratias, quod consenserit, ut in posterum hos duos praedictos in nostra aula retineamus [2]. Quod Reuerentia Vestra scribit Dominum Canisium breui nobiscum coram loquuturum, optime contentae [3] sumus, et gaudemus propter huius probissimj uirj [4] aduentum, quia erga eum propensissimae sumus cui etiam intime fauemus, antea etiam nobis bene constat de propensissima et optima uoluntate praedicti domini Cannisij erga nos [5], sicut Reuerentia vestra in suis literis meminit, nec de ea unquam dubitauimus, Haec Reverentiae vestrae ac suis literis respondere uoluimus . Dominus Jesus conseruet Reuerentiam vestram totamque Societatem in sua gratia ad totius Ecclesiae christianae consolationem et salutem, Commendamus nos sanctis orationibus Reuerentiae Vestrae, datum Meranj 23 Januarij 1565

madalena margareta warbara elena iohana.

Polancus his litteris sua manu primum quidem *adnotavit: „al Padre dirsio che li dica del transito de nostro Padre [6] etc. y remitese al canisio el resto"; deinde his verbis, linea transmissa, oblitteratis *scripsit: „risponderle della morte de n.

---

[1] Halbpaur.

[2] Lainius permisit, ut illi Meranae interim manerent et Oeniponte reginis, cum hae eo redissent, ita officia praestarent, ut ipsi in collegio Societatis habitarent; v. supra p. 773. [3] „Ganz wal zue friten": *Litterae germanicae.*

[4] „Frumben Hern": *Litterae germanicae.*

[5] „Geneigten vnd guetem wilen gegen vns": *Litterae germanicae.*

[6] Lainius Romae 19. Ianuarii 1565 vita cessit.

Padre et rimetterle al Canisio." Atque ita Sanctus *Franciscus de Borgia*, Societatis vicarius generalis, Roma 20. Februarii 1565 ad eas *scripsit (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1561" f. 257[a]). De qua re plura in volumine quinto huius operis dicentur. Vide etiam *B. Duhr* S. J., Die Jesuiten an den deutschen Fürstenhöfen des 16. Jahrhunderts, Freiburg i. Br. 1901, 72—73.

F.

MONUMENTA TRIDENTINA CANISII.

Licet Canisius a. 1563, quo concilium tridentinum absolutum est, Tridenti non fuerit, multa tamen, maxime Oeniponte, pro concilio praestitit; quae hic sub nomine „Monumentorum tridentinorum" comprehendere volui, quo clarius pateret, ea „Monumentis tridentinis" et „bononiensibus", in prioribus voluminibus positis, iungi.

541. 2. Februarii 1563.

Ex apographo totius epistulae eodem fere tempore scripto. Cod. „V. P. 62" f. 178[b].

Lainius praepositus generalis Commendonum nuntium rogat, apud Ferdinandum I. caesarem efficiat, ut is, si Canisium Oenipontem ad se arcessere velit, ita arcessat, ut Canisius per sacram Quadragesimam Augustae contionari possit.

Jacobus Lainius, Societatis praepositus generalis, Canisium brevi a caesare Oenipontem arcessitum iri edoctus, timebat, ne ea re Canisius a contionibus impediretur proxima Quadragesima sive a die 17. Februarii ad 10. Aprilis 1563 pro officio, quod in se susceperat, Augustae in templo cathedrali fere cotidie habendis (supra p. 44); quare Tridento 2. Februarii 1563 haec scripsit Oenipontem ad Ioannem Franciscum Commendonum, episcopum Zacynthi, a concilii praesidibus paulo ante ad Ferdinandum I. imperatorem legatum: La occasione di questa lettera è un officio di charità, che habbiamo a ricercare da V. Reuerendissima S. apreso la Maestà Cesarea . quale ha scritto al Dottor Canisio nostro, che stessi parato per uenir in Hispruch, quando per sue lettere fossi chiamato, hora io haueria molto charo, che V. S. Reuerendissima parlando a sua Maestà li sinificassi, che il detto Dottor Canisio ha da predicar questa Quaresima in Augusta, et quantunque tutti desideramo, che la Maesta sua si serua di esso et di tutti noi accio non si perdessi il frutto, che li si spera, saria bene se piacessi[a] a sua Maesta tuttauia di chiamarlo, che fossi presto, accio potessi ritornar à tempo de predicar la Quaresima; ò uero che auanti quella finita non fossi chiamato. Supplico adunque V. S. Reuerendissima faccia questo ufficio se intendera dal[b] Rettor di nostro collegio[1], che non sappia se sia anchora chiamato il detto Padre Canisio, perche non uorrei, che in sul tempo dela Quaresima se ricordassi di chiamarlo in modo che non li restassi tempo per tornare à farli l' ufficio suo.

Lainius eo facilius hoc „caritatis officium" a Commendono petere poterat, quod ipse paulo ante per suos eum adiuverat. *Polancus* enim Lainii mandatu Tridento 22. Ianuarii 1563 P. Ioanni Dyrsio S. J., rectori collegii oenipontani, *scripserat: „Has feret alumnus[c] Reuerendissimi Episcopi Comendonij, qui iam iam Nuntius ad Caesaream Maiestatem est destinandus et praemittit[d] hunc familiarem suum, ut domum aliquam preparet, in qua possit habitare. Pater noster Prepositus praeterquam quod in uniuersum uelit nostros omne obsequium deferre[e] eidem Reuerendissimo Episcopo ad Dei gloriam, (ut homini amicissimo, et ad res nostrae societatis iuuandas propensissimo) nunc comendat .RV. ut per se uel alium ex amicis iuuet

a) pacessi *ap.* b) dar *ap.* c) alunus *ap.* d) praemitit *ap.* e) deferri *ap.*

---

[1] P. Ioannes Dyrsius collegium oenipontanum regebat.

latorem harum literarum ad domum aliquam conducendam idoneam ad nuntii Apostolici habitationem, et si collegio nostro uicina esset, eo sane gratior illi est futura" (ex apographo totius epistulae, eodem tempore scripto. Cod. „V. P. 62" f. 160[b]).

Otto quoque cardinalis Augustanus Canisium Oeniponte Augustam ad contionandum haud ita brevi redire posse et cupiebat et sperabat; haec enim, ut videtur, significabat, cum haud multo post alicui scriberet: „Canisius, in magna reip. causa, ut nunc est, occupatus, ad suum pensum redibit." Vide *Pogiani* Epistolas III 232—234.

542. 11. Februarii 1563.

Ex apographo recenti totius epistulae archetypae, quae exstat Romae in archivo vaticano, „Conc. di Trento 30" n. 28.

Duae harum litterarum partes („In questo caso" — „XVII del presente", et „Sul finire" — „sempre securi") exstant in Epp. *Nadal* II 218[1]. Particulam germanice versam posuit *Kröss* l. c. 159. Integram epistulam ex archetypo vulgavit *Steinherz* l. c. III 188—190.

Delphini nuntii apostolici ad concilii praesides relatio: Imperator de rebus concilii Canisium, Franciscum de Corduba, Staphylum consulere statuit. Canisius optimus quidem est, sed ad pontificiam auctoritatem defendendam haud valde idoneus; Cordubensis in sentiendo rigidior, in loquendo liberior; Staphylus de pontifice cum Gallicanis sentit. Consultationibus intererit etiam Barbolus, Delphini theologus. Delphinus instat, ut sibi quam primum P. Natalis S. J. in auxilium mittatur, causa tamen legationis celata.

Zacharias Delphinus, episcopus pharensis et Pii IV. apud Ferdinandum I. imperatorem nuntius, Oeniponte 11. Februarii 1563 Tridentum ad cardinales concilii praesides scripsit:

Essendo qui gionto il Canisio, ho subbito inteso[1], che hanno ancora da gionger qui et sono aspettati dall' imperatore il Staphilo et il confessore dela Serenissima regina di Romani[2], a fine che questi tre habbiano da consigliare S. Maiestà Cesarea sopra le cose del Concilio, nelle quali farà tutto secondo il parere et consiglio loro.

Il Canisio se ben da ogni sua parte è ueramente catholico et pio, non è però il più uersato del mondo in quelle dottrine nelle quali bissogna che particolarmente sia ben consumato, chi uuole hoggi di ben deffendere la podestà di N. S.[3]

Il Franciscano è di nation Spagnola, uecchio seuerissimo, et che non dirà mai, se non che la corda si tiri più, oltra che ha di[a] [?] molte fantastiche opinioni, che si ponno uedere ne li scritti suoi[4], et è huomo di troppa[b] [?] libera lingua.

Staphilo doue si tratta de la podestà di N. S. parla sempre in modo, che se scuopre studioso, de li scritti die Gio: Gersone[5], et in

a) *Sic archet.; nescio num hoc v. omittendum fuerit.* b) *Sic ap.; corrigendum videtur* troppo; *id quod habet Steinh.*

---

[1] Ex Canisio, ut videtur; cf. supra p. 49—51.

[2] Franciscus de Corduba, ordinis Fratrum Minorum; v. supra p. 49[2].

[3] Potestatem summi pontificis significat.

[4] Franciscus de Corduba praeter librum „De Officio Praelatorum", de quo supra p. 49[2], Pragae a. 1562 ediderat, ut tradunt, librum „De Haereticis recipiendis" (*Nic. Antonius* l. c. I 416).

[5] Gerson libris quibusdam (qui tamen proxime ad gravissimum illud schisma

simili materie è certo pericoloso, tanto più che differisce[a] [?] molto al Quinqueclesiense[b] [1], il quale ha in questa parte concetti teribili.

In questo caso poichè li pareri di Monsignor Comendone et miei, non ponno esser se non sospetti all' imperatore, io doppo tutta la consideratione che può uscire da la mia debolezza, mi sono rissoluto[c] di far due cose, l' una di procurare che S. Caesarea[d] [?] Maiestà aggionga a questi theologi, il theologo mio [2], nouamente presentato da lei, al uescouato di Pedina, et del[e] quale essa ultimamente ha detto un gran bene, havendolo insieme col Serenissimo re di Romani udito predicare catholicissimamente, l' altra reuerentemente supplicare le SS. VV. Illustrissime che così parendole ispediente facciano con celerità[f] uenir qui il padre Hieronimo Natale Iesuita, che fu col Reuerendo padre Lainez[g] suo preposito in Francia [3], et con ordine che senza che altri che esso preposito sappesse la causa de la[h] sua partita, capitato qui desse fama nel suo collegio, eccetto che[i] [?] col[k] [?] Canisio, il quale intende ciò meco benissimo, d' esser uenuto solamente per raccomandare li altri collegij a S. Maiestà Cesarea, perchè gouernandosi qui come io li dirò, spero cauarne li beni infrascritti.

Che l' imperatore il quale perchè[l] [?] è di lui ottimamente impresso, perchè l' ha altre uolte ueduto, et m' ha di lui udito parlare, hauendo anco rispetto, ch' egli sia stato nele trattationi di Francia, lo aggiungerà facilmente come lo uegga a la predetta consultatione de theologi [4].

Che non seguendo questo potrà nondimeno esso padre fare da se con l' occasioni ch' io li mostrarò, molti boni offitij non solo con la medesima Maiestà ma col Fransiscano suo Spagnolo et forse ancora col Staphilo.

a) *Sic arch.; corrigendumne* diferisce? deferisce? b) *Sic St.; ap. perperam:* Quinque de Siense. c) risoluto *E. N.* d) *Sic ap.;* Ces. *St.* e) dil *E. N.* f) *Ita ap. et E. N.;* velocità *St.* g) Laynez *E. N.* h) *Ita E. N. et St.;* della *ap.* i) k) *Sic arch.;* eccetto il? eccetto il solo? l) *Sic arch.; omittendumne hoc* perchè?

---

tollendum spectabant et partim aliis ipsius Gersonis libris refutabantur), ut „De auferibilitate papae", „De potestàte ecclesiastica", affirmaverat, concilium supra papam esse, potestatis pontificiae usum ab ecclesia temperari et restringi posse, multas leges pontificias etc. a concilio generali reformandas vel abrogandas esse etc. Accedit, quod eo tempore scripta quaedam, quibus pontificis auctoritas minuebatur, falso pro libris gersonianis habebantur; ut Theodorici de Niem (?) „Monita de necessitate reformationis ecclesiae in capite et in membris" (*I. B. Schwab,* Johannes Gerson, Würzburg 1858, 250 470—482. *P. Ferret,* La Faculté de Théologie de Paris IV, Paris 1897, 242—246).

[1] Georgio Drascovitio, episcopo quinqueecclesiensi et uni ex Ferdinandi I. apud concilium oratoribus; de quo cf. supra p. 53—61 211 etc.

[2] Danielem Barboli O. Praed.; v. supra p. 61.

[3] Natalis a. 1562 per aliquot menses variis Galliae locis Societatis „visitatorem" egerat ac Parisiis per aliquod tempus cum Lainio eiusque comitibus Ioanne Polanco et Ludovico Giappio versatus erat (Epp. *Nadal* II 92—95. *Can.* III 177).

[4] Haec spes, quod quidem ex monumentis cognosci possit, Delphinum fefellit.

Elle dunque si rissolueranno, come parerà a la[a] loro sapientia: ben crederei esser da procurare che douendo il detto padre uenire, parta et uenga senza perdere oncia di tempo et sia qui al più longo, per tutto il XVI ò XVII del presente. . . .

Sul finire di questa, hauendo io mandato per altre cause, il sopradetto theologo mio al dottore[b] [?] Seldio[1], gl' ha detto, che tiene espressa commissione da la Maiestà Cesarea di fare ch' egli sia uno de quelli che consulti insieme con altri theologi, chiamati da S. Maiestà le comissioni[c] che la Cesarea S. Maiestà ha da[d] dare a li suoi ambasciatori in concilio[2]. Come dunque io m' alegro di ciò con le SS. VV. Illustrissime così le suplico da nouo, che, accioche siamo in sicuro di poter intieramente alegrarci, mi faccino uenir qui, il tanto da me desiderato padre Natale, perchè con tre uoti, ch' io dissegno hauere uniformemente catholicissimi, non solo preualerò ogni erronea opinione, nella quale accordassero gl' altri doi, ma so certo chel Seldio conuerrà referire a S. Cesarea Maiestà che in cose theologice, li pareri del Staphilo non sono sempre sempre[e] [?] sicuri. Come l' esser stato aggiunto del mio theologo a questa consulta, douerà pur far chiaro, di come piaccia a la Maiestà S. di[f] [?] intenderla meco, se non per mie qualità che non ho alcuna almeno perchè sono qui ministro di S. Santità, cosi confido il fine di questo negotio, esser per riuscire come tutti desideramo.

Concilii praesides Tridento 15. Februarii 1563 Romam ad Sanctum Carolum Borromaeum de Delphino *scripserunt: „Quel Padre Natale, che con tanta instanza ci era da lui richiesto, desiderando, che fusse in Jspruch alli 16. o, 17. là si doueua trouare sabbato[3] sera essendo partito di qua sei giorni fa per andare à trouarsi quiui col Canisio, si che Monsignore Delfino hauerà hauta uentura di uederlosi appresso anco prima del tempo, che egli domandaua" (ex totius ep. apogr. saeculo XVI. vel XVII. scripto, quod exstat in archivo vaticano, Cod. „Conc. di Trento 53" f. 486^{a}—487^{b}).

Delphinus Oeniponte 18. Februarii 1563 Tridentum ad praesides concilii rettulit: „Dapoi la partita di Mons. Comendone io ho atteso a ben disponere et informare li theologi che sono deputati da S. Maiestà, et sono certo che lei consulterà con loro tutto quello, che da qui innanzi intende di far domandare et solicitare da li suoi ambasciatori. Il padre Natale de la compagnia del Jesu fa un' gran servitio a la causa publica" (*Steinherz* l. c. III 197).

543. 12. Februarii 1563.

Ex totius epistulae apographo (A), ineunte a. 1904 exscripto ex litteris archetypis, quae exstant Romae in archivo vaticano, Cod. „Conc. di Trento 30" n. 31.

Praesto erat etiam alterum apographum (B), idque aliquot annis ante ex eodem archetypo exscriptum.

Epistulam ex archetypo vulgavit *Steinherz* l. c. III 191—192.

a) *Sic E. N. et St.;* alla *ap.* b) *Vel* dottor, *ut habent E. N. et St.* c) *Sic E. N. et St.;* commissioni *ap.* d) *Deest apud St.* e) *Sic ap. et E. N.; apud St. unum tantum* sempre *est.* f) d' *St.*

---

[1] Georgio Sigismundo Seld, imperii vicecancellario.
[2] Antonio Brus de Muglitz, Georgio Drascovitio, Sigismundo de Thun.
[3] Die 13. Februarii; cf. tamen supra p. 51.

Commendonus concilii legatis refert, se Oeniponte res concilii et cum Canisio, duobus diebus ante advecto, copiose contulisse, et cum Staphylo esse collaturum.

Ioannes Franciscus Commendonus (v. supra p. 951) Oeniponte 12. Februarii 1563 Tridentum ad cardinales concilii praesides haec, praeter alia, rettulit: Io dimane devo ritornare a S. Maiestà Cesarea che cosi essa hieri mi comandò. Al Canisio che già due di è gionto ho parlato due volte lungamente discorrendo seco et informandolo di quanto m' è parso far di bisogno . Il medesimo farò con lo Stafilo assai domestico amico[a] mio, se arriuarà[b] [?], come spero, prima ch' io parta . Di questi due et del Cordova confessore de la[c] Regina pur hoggi m'[d] ha detto il Serenissimo Re de' Romani[1] che sono chiamati a posta d' Augusta et d' Ingholstat per consultar sopra il presente negotio.

Polancus ad Societatis provincias hispanicas Tridento 21. Februarii 1563 de Canisio Oenipontem advecto *scripsit: „Como supo el emperador que era llegado luego ordeno que le fuesse a hablar" (ex apogr. totius ep., eod. temp. scripto. Cod. „V. P. 62" f. 195[a]).

544. **13. Februarii 1563.**

Ex autographo, quod est Cracoviae in museo principis Czartoryski, Cod. „240" p. 43.

Canisius, Commendonus, Cromer.

Martinus Cromer, Poloniae regis apud Ferdinandum I. imperatorem legatus, Oeniponte 13. Februarii 1563 Tridentum ad Stanislaum cardinalem Hosium de Ioanne Francisco Commendono, a concilii praesidibus ad imperatorem legato (v. supra p. 951), scripsit: D. Comendonus cras hinc discedit sub vesperum, dimissus non penitus e sententia sua, qvemadmodum mihi secreto significavit Canisius, quamvis ipse dissimulet.

545. **16. Februarii 1563.**

Ex apographo saeculi (ut videtur) XVIII., quod exstat Londini in museo britannico, Cod. „Egerton 1077" f. 247.

Epistulam ex eodem apographo evulgavit *I. v. Döllinger,* Beiträge zur politischen, kirchlichen und Cultur-Geschichte der sechs letzten Jahrhunderte III, Wien 1882, 323—324. Particulam epistulae (ex Döllinger) posuit *Steinherz* l. c. III 205.

Canisius cum Gratiano, Commendoni secretario, et cum Seldio vicecancellario quaedam tractat, quae ad coetum illum theologorum et ad Commendonum in locum Delphini nuntii substituendum etc. spectant. Canisius ecclesiae timet.

Antonius Maria Gratianus, Ioannis Francisci Commendoni, episcopi Zacynthi, secretarius (v. supra p. 61), Tridentum ad eundem litteras misit Oeniponte 16. Februarii 1563 datas; in quibus primum quidem eundem certiorem facit, eo ipso die Carolum cardinalem Lotharingiae Tridento Oenipontem advenisse et a Ferdinando I. caesare, Maximiliano II. Romanorum rege, Georgio Drascovitio episcopo Quinque

a) *Hoc v. deest in A.* b) *Sic B;* arriverà *A.* c) confessore della *St.* d) mi *B.*

[1] Maximilianus II.

Ecclesiarum, Zacharia Delphino nuntio apostolico magno cum honore exceptum esse; deinde sic pergit:

Fra questi Theologi deputati non s' è ancora cominciato a trattare cosa alcuna, et lo Stafilo non è ancora gionto, ma il Canisio dice, che non si tarda per aspettar lui, et che, se non viene, si darà già principio, essendo arrivato il Cardinal di Lorena. Fra li deputati è ancora Monsignor Cinquechiese et il Pettinense[a] [1].

Il Canisio dice, ch' io scriva a V. S., com' egli ha parlato hoggi col Seldio di lei il quale gl' hà detto, che l' Imperatore ama assai V. S., et questo di più, che desiderarebbe haverla appresso di se in loco di[b] Monsignor Delfino . Così m' ha detto il Canisio, ch' io scriva[c] a V. S., et se lei gli manda il libro di Monsignor di Feltre [2], potrà scriverli[d] una lettera et haver da lui risposta anche sopra questo che hà detto a me.

M' ha detto di più, come teme, che debba essere poco intendimento fra Monsignor Nuntio et il Cardinal di Lorena per il quale potria[e] nascere, che il Cardinal s' accordasse con Cesare et il Nuntio restasse escluso. Il Canisio teme assai per quanto si vede, se ben non si lascia intendere.

Canisium merito ecclesiae timuisse, ex litteris patet, quas Oeniponte 15. Februarii 1563 *Ioannes Micheli*, Venetorum apud imperatorem orator, ad reipublicae ducem misit; in quibus refert, adisse se Maximilianum II. regem; qui „parlando del concilio, disse che, non volendo il Papa nè gl' altri suoi esser riformati, l' Imperator non mancarà di proceder à cosa che sia di mala satisfattione del Papa, et quando il Papa non si lassi persuader quello che serà di bene universale, potrebbe seguir qualche gran disordine“ (ex litterarum „rubrica“ apud *Turba* l. c. III 219).

546. Sub 19. Februarii 1563.

Ex relationis apographo (A), quod, saeculo (ut videtur) XVII. in Italia scriptum, exstat Gottingae in bibliotheca universitatis, Cod. „theol. 177“ P. II. f. 89[a].

In eodem Codice, P. II. f. 491[a], exstat apographum (B) eodem fere tempore, alia tamen manu scriptum.

Relationis apographum (C) saeculo XVII. vel XVIII. scriptum exstat Tridenti in bibliotheca urbana, Cod. 89 f. 131[b]—134[b].

Quinque apographa romana commemorantur a *Steinherz* l. c. III 198.

Relatione (archetypa, ut videtur) usus est et aliqua ex ea ad verbum expressit *Pallavicino* l. c. l. 20, c. 4, n. 3. Integram relationem ex Commendoni „autographo“ evulgavit *Lagomarsinius*, Pogiani Epistolae III 242—246. Eadem posita est apud *Beccadelli* l. c. 264—270, et (apographis illis romanis adhibitis) apud *Steinherz* l. c. III 198—204. Particulam, quam infra ponam, posuerunt etiam *Michel* l. c. 267 (gallice) et *Boero*, Can. 253 (italice); relatione usus est *Kröss* l. c. 158—159.

Canisius in coetu theologorum oenipontano. Eius virtus.

a) *Correxi ex* Tottinense, *quod habet apogr.; vide supra p. 61*[1]*; Döll.:* Petenense. b) del *Döll.* c) *D. perperam:* seriva. d) scrivergli *D.* e) potrà *D.*

[1] Georgius Dráscovics et Daniel Barboli O. Pr., episcopi quinqueecclesiensis et petinensis.

[2] Thomae Campeggio „De auctoritate Conciliorum“, Venetiis 1561; vide *Can.* III 346[1].

Ioannes Franciscus Commendonus, episcopus Zacynthi, cum 17. Februarii 1563 Tridentum ex legatione illa oenipontana (v. supra p. 951) redisset, de eadem iussu cardinalium concilii praesidum relationem conscripsit; quam iidem 19. Februarii 1563 (Pogiani Epistolae III 242. Steinherz l. c. III 204) Romam ad Sanctum Carolum Borromaeum cardinalem et Pii IV. nepotem miserunt. Ac Commendonus[1] *de theologorum coetu illo oenipontano hoc, praeter alia, cardinales monuit:* Trà[a] questi Theologi è gran uentura che[b] sia il Padre Canisio, homo[c] di grandissima bontà, e[d] dottrina, e[d] gran diffensore[e] della[f] Potestà[g] Pontificia, ma temo che in[h] questo sia solo, ò quasi solo.

547. **19. Februarii 1563.**

Ex apographo epistulae, saeculo, ut videtur, XVIII. scripto, quod exstat Londini in museo britannico, Cod. „Egerton 1077" f. 249[b].

Ex eodem apographo epistulam vulgavit *Döllinger,* Beiträge III 324—328. *Lagomarsinius* ex hac epistula praeter ea, quae supra p. 61 dixi, protulit particulam: „Qui hanno cercato" — „ancho da altri", in *Pogiani* Epistolis III 234. Unde aliqua transcripsit *Boero,* Can. 256.

Canisium Oeniponte cardinalis Lotharingus et episcopi theologique galli adierunt et, ut aliqui dicunt, ad suam voluntatem perducere student; qui tamen optimum se praestat. Eius cum cardinale colloquium. Delphinus. Drascovitius. Canisius timet, ne, caesare cum Gallis coniuncto, concilium dissolvatur.

Antonius Maria Gratianus, Commendoni secretarius, Oeniponte 19. Februarii 1563 Tridentum ad Commendonum epistulam misit, in qua primum quidem exponit, de quibus „articulis" a caesare propositis quid sentiat Canisius (v. supra p. 97—99); deinde, quam benevole et honorifice Carolus cardinalis Lotharingus a Ferdinando I. imperatore et a Maximiliano II. Romanorum rege Oeniponte postridie adventus sui habitus sit, singillatim narrat, et sic pergit:

Io scrivo questi particolari, perchè da questi[i] ancora per aventura si può cavar qualche cosa circa la congiuntione loro la quale il Canisio mostra tenir[k] [?] per certo che sia per seguire, onde si può temere, che al ritorno del cardinal s' abbia da metter molte legne nel fuoco che fà bollire gl' humori di trento.

Qui hanno cercato questi Signori Francesi et cercano tutta via di guadagnare il Canisio il quale è stato visitato da Theologi, da Vescovi[l] et dal cardinal medesimo. Ma è di bontà eguale a la[m] dottrina, et l' una et l' altra è grandissima, come V. S. sà molto bene. Hieri li[n] dissi ridendo: „guardatevi, padre, da questi Galli, perchè si

a) Frà *C. St.* b) che vi *Becc.* c) huomo *B. St.;* uomo *C.* d) et *St.* e) defensore *B;* difensore *C.* f) de la *Lag. St.* g) podestà *St.* h) in in *A.* i) qsti *Dö.* k) *Sic ap.; corrigendum esse videtur:* tener. l) da' theologi, da' vescovi *Lag.* m) eguale alla *Dö.* n) gli *Lag.*

[1] Relatio in apographo quidem A inscripta est: „Relatione di Monsignore Commendone e di Monsignore Visconte, á i Legati del Concilio Tridentino"; at in ipsa relatione unus, non plures loquuntur; Commendonum autem loqui, non Vicecomitem, et ex reliquis monumentis et ex ipsa re patet.

dice, che vi vogliono tirar da la[a] sua". Esso rispose, che veramente non gl' havevano di ciò parlato, ma il Signor Gasparo[1] m' ha detto, che così si dice per corte, et io l' ho inteso ancho da altri.

Dice il Canisio, che il cardinale gl' ha riferito, come Monsignor Nuntio[2] s' è doluto seco, che lui et gl' altri Francesi vogliono esser causa della ruina della Chiesa, con queste loro dimande di riforma[3] le quali non tendono ad altro che ad impugnare l' autorità della sede Apostolica, et che queste cose[b] si doverebbono[c] trattare con sua Santità. Guardate, dice, che disse[d] il cardinale, che parlare è[e] questo. Il Canisio crede et teme, che questa desintendenza fra il Cardinale et il Nuntio debba tornare in danno d' esso Nuntio, cio è che il Cardinale s' unirà con l' imperatore, et esso restarà escluso[f] et pagato di parole. Il Nuntio diede hieri desinare ad alcuni Vescovi Francesi, ma due invitati non volsero andare: Metz et Orliens[g][4]. Domenica[5] fà banchetto a tutti, se pur vi vorranno andare, per la corte si sà questa disunione frà lui et Lorena.

Il Canisio hà paura de la dissolution del concilio et dice apertamente, che non vede rimedio a la[h] ruina della Christianità, se ciò segue; et pur ci stamo[i] troppo vicino per il fuoco attaccato[k] già in Trento, ut metuendum sit, ne incendium ruina restinguatur[l][6].

Monsignor Cinquechiese si dice che tornarà a Trento fornito[m] il carnevale[7], perchè vuol lassar[n] venir inanzi Lorena, così m' hà detto un de' suoi questa mattina, ma io credo, che non verrà prima che questi theologi non habbiano fornito[o] di dare li suoi voti, et che sua Maestà habbia deliberato quello che vorrà rispondere a li[p] legati, la qual risposta potria portare il detto Cinquechiese, et secondo gl' articoli proposti la[q] sarà molto diversa di quello che n' ha fin qui scritto l' amico[8]. . . .

Io spero, che non partirò di quì senza li denari. Vorrei di più vedere il fine di questi Theologi et avvisarne V. S. Lo Stafilo non è venuto ancora, et Dio sà, se verrà. . . .

Gratianus hic narravit, Oeniponte non solum cardinalem Lotharingum, sed etiam episcopos theologosque gallos Canisio humanitatis officia praestitisse. Porro

a) tirar dalla *Dö.* b) *Dö. perperam:* così. c) dovrebbono *Dö.* d) che . . . *Dö.* e) parlare . . . *Dö.* f) restarà . . . *Dö.* g) Orleans *Dö.* h) rimedio alla *Dö.* i) *Dö. non recte:* stanno. k) attacato *Dö.* l) *Dö. non recte:* extinguatur. m) Trento . . . *Dö.* n) lasciar *Dö.* o) *Dö. non recte:* finito. p) risponder alli *Dö.* q) *Dö. omisit* la.

---

[1] Nescio an significetur Gaspar a Schönaich, caesaris consiliarius, qui iam a. 1561 aliquamdiu cum Commendono et Gratiano fuerat (*Can.* III 158—159).

[2] Zacharias Delphinus. [3] V. supra p. 15—16 34 50—52.

[4] Franciscus de Beaucaire et Ioannes de Morviller. [5] 21. Februarii.

[6] „Incendium meum ruina restinguam" (i. e. excidio reipublicae): *Sallustius,* De coniuratione Catilinae c. 31, n. 9. [Respondit,] „si quod esset in suas fortunas incendium excitatum, id se non aqua, sed ruina restincturum": *Cicero,* Pro L. Murena oratio c. 25, n. 51.

[7] Post 23. Februarii, puto. Sacra Quadragesima eo anno 24. Februarii incipiebat. [8] Daniel Barboli? Natalis?

Vicecomes Tridento 15. Februarii 1563 Romam scripsit, Lotharingum „con nove de' suoi Prelati" Oenipontem ivisse (*Baluze-Mansi* l. c. III 440: *Aymon* l. c. I 20). Ex quorum numero fuisse archiepiscopos et episcopos Ioannem de Morviller aurelianensem (Orleans), Gabrielem le Veneur de Tillières ebroicensem (Evreux), Ludovicum de Brezé meldensem (Meaux), Nicolaum de Pellevé senonensem (Sens), Carolum de Rovey (Rouci?) suessionensem (Soissons), Nicolaum Pseaume (Psalmaeum) O. Praem. virdunensem (Verdun) ex eiusdem *Psalmaei* „Actis" tridentinis (*Le Plat* l. c. VII[2] 120) colligitur; adfuisse etiam Franciscum de Beaucaire episcopum metensem (Metz) ex ipso *Gratiano* intellegitur (supra p. 958); neque dubitari potest, quin adfuerit etiam Bernardinus Bochetel, episcopus rhedonensis (Rennes); is enim Caroli IX. regis oratorem apud Ferdinandum agebat (*Turba* l. c. III 613). Theologos autem gallos Lotharingus secum adduxerat quatuor eosque laudatissimos (*Vicecomes* apud *Baluze-Mansi* l. c. III 442): Hieronymum de Souchier Ord. Cist., abbatem claravallensem, qui postea cardinalis fuit; doctores sorbonnicos a Carolo IX. ad concilium missos: Claudium de Sainctes (Sanctesium) canonicum regularem ordinis S. Augustini; Simonem Vigor (qui postea archiepiscopus narbonensis fuit); Richardum du Pré sive de Prato (*Vicecomes* apud *Baluze-Mansi* l. c. III 445. *Raynaldus* l. c. in a. 1563 n. 43).

Neque tamen episcopi theologique illi galli Canisio eiusque collegis familiarius usi esse vel multa apud eos effecisse videntur. Ita certe *Carolus Vicecomes* censebat; cuius verba aliqua pono ex commentario („Scrittura"), quem epistulae Tridento 1. Martii 1563 Romam ad Sanctum Carolum Borromaeum missae addidit, eaque ex Codice londinensi „King's Libr. 15. 271 d" f. 222 (vide supra p. 52) a me exscripta; exstant etiam apud *Baluze-Mansi* l. c. III 445—446 et apud *Aymon* l. c. I 78. „Non si è potuto", inquit *Vicecomes*, „in questo ritorno [1] del Sig. Cardinale di Lorena per molta diligenza che si sia fatta e con li Prelati Francesi, e con li Teologi, che andarono [a] seco d'intendere alcuna risoluzione degli articoli, che l'Imperatore ha fatto consultare, anzi ragionandone io con l'Arcivescovo di Sans e Monsignore d'Ebrois [b] se ne mostrarono nuovi e di non sapere [c] niente, e mi disse detto Monsignore d'Ebrois che li teologi Germani non avevano mai parlato col Cardinale di Lorena, eccetto il Confessore della Reina [d] di Boemia, che lo venne a visitare, presentandogli un libro, che egli ha fatto in materia di Residentia [2], soggiugnendo ancora, che S.S. Illustrissima vide una sol volta il Canisio, quando andò a vedere il Collegio di Gesuiti."

548. 20. Februarii 1563.

Ex apographis recentibus, exscriptis ex priorum Delphini litterarum exemplo archetypo, quod exstat in archivo vaticano, Cod. „Conc. di Trento 30" n. 38, et ex alterarum apographo eodem tempore scripto, quod exstat ibidem, Cod. „Conc. di Trento 32" f. 66.

Delphini litteras ex iisdem codicibus vulgavit *Steinherz* l. c. III 209—212.

Delphinus nuntius apostolicus concilii praesidibus scribit: Licet caesar theologos de capitibus sibi traditis secreto agere velit, Barbolum et Canisium singula et secum et cum Natale collaturos esse; se eorum responsa missurum esse, cum Francisco Cordubensi egisse, cum Staphylo, ubi venerit, esse acturum. Ex Barbolo, Canisio, Seldio optima sperat. Articulos mittit et diligentissime occultari vult. Caesarem cum Canisio et Barbolo questum esse, quod cardinales non crearentur idonei, dispensationes concederentur nimiae, ecclesia non reformaretur serio. Illos autem, a Delphino institutos, respondisse: Pontificem diligenter operam dare reformationi; quae ut stabilis effice-

a) n' andarono *Ma.* b) *Ita etiam Ma.;* Ambruno *Ay.* c) saperne *Ma.* d) Regina *Ma.*

---

[1] Cardinalem 27. Februarii 1563 Tridentum redisse ex Vicecomitis litteris, quas supra dixi, cognoscitur.

[2] De hoc Francisci Cordubensis libro v. supra p. 49[2].

retur, a pontifice, non a concilio peti oportere; solum pontificem haec ita posse reformare; rogari eum posse, ut omnem in reformando operam locet.

Zacharias Delphinus, apostolicus apud Ferdinandum I. nuntius, Oeniponte 20. Februarii 1563 Tridentum ad cardinales concilii praesides litteras misit, in quibus primum quidem refert, theologis ab imperatore selectis 17 „articulos" (quos vide supra p. 58—59) traditos esse, de quibus scripto sententiam dicerent; quae Delphini verba vide supra p. 61; deinde is ita pergit:

È stato dalla Maiesta Cesarea commessa alli detti theologi la maggior secretezza[a] [?] possibile, con tutto ciò il presentato vescovo pedinense[1], et il padre Canisio, li quali sanno molto bene, qual sia l' obligo loro con la sede apostolica, s' hanno consigliati[b] meco[2], et non diranno cosa che non sia approbata dal padre Hieronimo Natale et da me, et col primo mandarò copia a VV. S.S. Illustrissime di come hauerano consigliato questi doi[3]. Per hora hauerano solamente copia degl' articoli[4], li quali desidero che non offendano soverchiamente l' animo di VV. Illustrissime S.S. perchè mi rendo certissimo, la rissolutione[c] [?] dell' imperator[d] [?] non poter esser se non catholicissima, et secondo il desiderio de la medesima S. Santità.

Se fatto tutto il possibile, acciochè il Franciscano[5] non escha de termini rispondendo, ma è uecchio fantastico, rigido et pratticato[e] [?] molto dal Quinqueclesiense[f] [6].

Col Staphilo quando saprò che sia gionto, io usarò parimente ogni possibil industria, se ben tutta la speranza mia è posta nelli doi pareri del pedinense et[g] [?] Canisio, et nel dottor Seldio, il quale mi par impossibile, che possa consigliar all' imperatore diuersamente da quello che hauerano[h] [?] consigliato li prefati doi pedinense et Canisio.

Io procedo in modo con l' imperatore et serenissimo re di Romani, che non ponno auuedersi ch' io habbia ueduto gl' articoli, ma uengo però tenendo propositi tali con le loro Maiestà che douerebbono allontanarle[i] [?] in tutto da pensieri, che non siano per esser accetti et grati a S. Santità.

Se VV. Illustrissime SS. hanno mai fatta secreta riserua di cosa alcuna, le supplico a farla di detti articoli . Il resto scriuerò diligentemente di man in mano.

a) *Sic E. N. et St.;* segretezza *apogr.* b) consigliato *E. N.* c) rissolution *St.* d) imperatore *St.* e) praticato *E. N. et St.* f) Quinquedesiense *ap.* g) e *St.* h) haveranno *St.* i) alontanarle *St.*

---

[1] Daniel Barboli, ex ordine S. Dominici.

[2] Quid illi in gravissima hac necessitate salva fide salvoque officio se facere posse merito censuerint, ostendi supra p. 41.

[3] At Canisius Delphino responsum suum tradere recusavit; v. infra monum. 553. Alia quoque caesaris secreta cum eo communicare noluit, quem „imprudentius quaedam et loqui et agere" censebat; v. supra p. 214.

[4] Hos vide supra p. 58—59. [5] Franciscus a Corduba.

[6] Georgio Drascovitio.

Idem Delphinus in aliis litteris eodem die ad eosdem concilii praesides datis: La Maiesta Ces. ha detto ancora co 'l Canisio et co 'l presentato vescouo di Pedina cose assai sopra la qualita de cardinali, et non sa scordarsi le cose fattesi in questa materia contra il suo gusto . ha di più chiamato tante dispensationi dissipationi, et quasi con lacrime detto che se non si fa riforma in modo che tenga, et et ogni giorno[a], non possi esser uariata, lei tiene che la rep. christiana sia per restare senza rimedio. Et qui hà ricordato, che anco la Santa me[1]: di Paolo IIIJ fece gran riforma nelle cose della corte di Roma, ma che tutto ando in fumo. Questi homini pii secondo gli advertimenti, ch' io haueua loro dato, dissero[b], che à simil cose S. Santità haverebbe rimediato da se, et che tuttauia staua in questo[2], et quanto al trouar uia che le cose fossero stabili, dissero[c] tal cosa non potersi fare da altri che da S. Santita, et che qui non bisognaua pensar' di mescolarui autorita di Concilio, ma che si poteua pregar S. Santita che in quello facesse tutti li rimedii, et che lei salui i priuilegi della sede apostolica non sarebbe mancata di fare quanto hauesse potuto.

Ferdinandus I. sub hoc tempus cum Barbolo et Canisio etiam planis verbis conquestus esse videtur de Pio IV., quod is Fridericum Gonzagam et Ferdinandum a Medicis romana purpura ornasset[3]. Ita enim in litterarum Oeniponte 21. Februarii 1563 a Delphino nuntio Romam ad cardinalem Borromaeum missarum (quae perisse videntur) summario quodam antiquo *refertur de eodem *Delphino:* „Aggiunge che l' Imperatore si è doluto di nuovo col Canisio et col Presentato Pedinense del' ultima promotione di Cardinali et anche de la persona del Cardinale d' Altaemps, al quale Sua Santità poteva far bene con altro che promoverlo al cardinalato" (ex apogr. recenti huius summarii; quod exstat in bibliotheca vaticana, Cod. „Barber. lat. 853 [60, XVI]" f. 3. Summarii partem posuit etiam *Steinherz* l. c. III 212).

549. 11.—22. Februarii 1563.

Ex apographo totius ep., eodem tempore scripto. Cod. „V. P. 62" f. 199[a].

Canisius et Natalis Oeniponte negotia, quae ad concilium tridentinum spectant, gravissima tractant.

Iacobus Lainius praepositus generalis Societatis Iesu Tridento 22. Februarii 1563 Romam ad Sanctum Franciscum Borgiam S. J. scripsit: Antayer tornamos de Mantua y halle las de V. R. de 6. 9. del presente. . . . He entendido la respuesta del Cardenal Borromeo y parece que da poco que tratar por agora desta materia de nuestra parte, aunque en Hispruch el padre Nadal con el padre Canisio, que el

a) et ogni giorno, et ogni giorno *ap.* b) disse *ap. antiqu.* c) disse *ap. antiqu.*

[1] I. e. memoria. [2] Cf. supra p. 45 58[2].

[3] Ut Ferdinandus aegre ferret, 6. Ianuarii 1563 Fridericum Gonzagam ducis mantuani fratrem et Ferdinandum Mediceum ducis florentini filium cardinales creatos esse, in hoc fortasse efficiebat aetas iuvenilis — 14 (16?) annorum erat —, in illo, quod in collegio cardinalium Herculi et Francisco Gonzagis is accedebat tertius (*Steinherz* l. c. III 178—179). Neque multum sane probatum erat Ferdinando, quod Pius IV. a. 1561 Marcum ab Hohenemps nepotem (a. 1533 natum) sacra purpura donaverat (*Sickel,* Trient 47).

emperador ha llamado con tres otros theologos dos obispos y un seglar [1] para tratar de las cosas que tocan al concilio, tendran bien en que entender y a lo que ha dicho el obispo Commendon que los legados embiaron al Emperador y es ya tornado y el nuncio de su santitad Delphino que sigue aquella [a] corte no sera su estada alli ociosa por la importantia de los negocios que se tratan.

550. **23. Februarii 1563.**

Ex totius epistulae apographo eodem tempore scripto. Cod. „V. P. 62“ f. 201ᵇ. Epistula ex eodem apographo vulgata est in Epp. *Nadal* II 213—217.

Lainius Natalem, quae inter imperatorem et Canisium de concilio agantur, ad se referre iubet, silentium promittens. Multas Societatis preces Deo pro eo negotio offerri. Sua de rebus illis scripta legi non posse. Librum, quo eaedem tractentur, mittit. De Natalis cum caesare congressu edoceri cupit. Canisium Oeniponte retineri posse, alio Augustae contionari iusso.

Polancus nomine Lainii praepositi generalis S. J. Tridento 23. Februarii 1563 P. Hieronymo Natali S. J. ad epistulas Oeniponte 14. et 16. Februarii 1563 ab ipso datas haec, praeter alia (cf. supra p. 41), rescripsit: Hase ententido asi por letras del mesmo padre Canisio [2] como por las de V. R. lo que ay se trata y para lo que ha sido llamado el dicho padre y es bien auisar de lò particular para adelante como se ha començado que aca se tendra el secreto [3] che conuiene y siruiran los auisos para si algo aca se podra hazer que sea en seruicio diuino y ben comun . y las oraciones que V. R. pide se haran [4] aquì en casa y nuestro padre aplicara la intention en muchas otras [b] oraciones y missas de la compagnia para este effecto.

Los escritos que V. R. pide a proposito de ciertos articulos de que se ha de tratar ay no los tiene nuestro padre scritos en letra legible [5], y seria menester se pusiesse a collegirlos de diuersos lugares de sus papeles: mas parecele que seruira a V. R. un libre de Lizeto de praeceptis mobilibus ecclesiae que trata d' estas cosas [6]. Esperamos entender lo que V. R. aura passado con el emperador pues por su

a) *A libr. correctum ex* la. b) ortras *ap.*

---

[1] Clarius *Polancus* ad provincias Societatis hispanicas, Tridento 21. Februarii 1563: „El emperador ha llamado a Hispruch al Doctor Canisio con otros tres Theologos, dos dellos obispos y otro seglar“ (ex apogr. eiusd. temp. Cod. „V. P. 62“ f. 195ᵃ; etiam in Epp. *Nadal* II 225 [2]).

[2] Cf. supra p. 49 55. [3] Cf. supra p. 41. [4] Cf. supra p. 51.

[5] „Usus est Lainius in scriptis suis exarandis charactere non solum ob adhibita insolita compendia nimis singulari, sed etiam alioquin adeo implexo ac dissoluto, ut nemo unus eadem scripta legere vel quidquam ex eis interpretari potuerit“: *Grisar,* Lainez I 22*. Atque ipse *Lainius* Ottoni cardinali Augustano Tridento 1. Aprilis 1563 *scripsit, se ipsius litteras 25. Martii 1563 datas accepisse, „et non faccio risposta di mia propria mano perche è tale, che duraria molta fatica a leggerla V. S. Illustrissima“ (ex commentario vel apogr. eod. temp. scripto. Cod. „V. P. 62“ f. 267ᵃ).

[6] Petrus Lizetius (Lizet) claramontanus, qui Parisiis primum praeses parlamenti, deinde abbas commendatarius canonicorum Sancti Victoris fuit, praeter alios libros: „De mobilibus Ecclesiae praeceptionibus“ scripsit (Lugduni 1552).

ultima dize le auia de hablar aquella tarde . No digo otros particulares sobre esto. . . . El disegno que V. R. escriue de que el padre Canisio quede en Hispruch y en lugar predique en Augusta el maestro Hermes [1] no parece se no bien a nuestro padre si asi lo requieren las otras cosas que ay se han de tratar asi que en esto se remite a V. R.

551. **22. et 24. Februarii 1563.**

Ex *Turba* l. c. III 221 [2], qui haec exscripsit ex tabulis caesareae aulae vindobonensis.

Oeniponte in sanctiore imperatoris consilio Lotharingi, Drascovitii, Canisii etc. de rebus concilii responsa expenduntur et aliqua de iisdem rebus constituuntur.

Marcus Singkhmoser, secretarius caesareus, Oeniponte in sanctiore Ferdinandi I. consilio 22. Februarii 1563 expensis litteris sive responsis cardinalis Lotharingi, Drascovitii, Barboli, Canisii, Cordubensis (de quibus supra p. 75—100) sic statutum esse notavit: In negocio concilii super sententiis seu votis reverendissimi cardinalis Lotharingi ac episcoporum quinquecclesiensis, petinensis, Canisii, f. Francisci Cordubensis, confessoris reginalis, [decretum,] ut scribantur litterae ad Papam pro obtinenda libertate et meliore statu concilii, quae communicentur cum legatis et cardinale Lotharingo et aliis: requiranturque reges Hispaniarum, Franciae et Lusitaniae, ut idem per suas litteras apud Pontificem agant. Quinqueecclesiensis remittatur cum certa formula agendorum posthac in concilio.

Ibidem 24. Februarii 1563, ut idem Singkhmoser notavit: Lectae litterae ad summum Pontificem in negocio concilii. Addatur unica clausula, ubi agit de facultate proponendi, quae dari debet legatis, patribus et oratoribus, his verbis: ‚ita ut non opus sit de iis rebus, quae per concilium sunt determinandae, aliorsum extra concilium recurrere.' Deliberati quoque fuere articuli, super quibus debet fieri ulterior declaratio et informatio pro commissariis Caesareae Maiestatis in concilio. Decretum insuper, ut litterae scribendae ad Pontificem mittantur a[d] oratorem Romae praesentandae Pontifici. Staphilus communicet negocium cum Conrado Brunone Augustae; communicetur etiam cum duce Bavariae, item cum doctore Gienger, qui huc vocetur.

De Conrado Bruno (Braun), canonico augustano, vide supra p. 129 163. Die 1. Martii 1563 *Ioannes Micheli*, Venetorum apud caesarem orator, Oeniponte ad Venetorum ducem rettulit, che „si continua ad esaminare le proposte et risposte che si ha à far al concilio" (ex litterarum „rubrica" sive summa, quae est apud *Turba* l. c. III 223). In aulici archivi vindobonensis *Tabulis* *notatum repperi, responsa Drascovitii, Barboli, Canisii, Cordubensis una cum aliquot aliis scriptis ad res concilii spectantibus 20. Martii 1563 ad Doctorem Georgium Gienger, consiliarium caesareum, missa esse („Romana, 1563 Mart." 75).

552. **21. Februarii — 6. Martii 1563.**

Ex apographis, eodem tempore scriptis, quae exstant in „Registro de le lettere scritte à Monsignore Delfino Nuntio à l' Jmperatore" etc., quod est in archivo vaticano, Cod. „Nunz. di Germ. 10." f. 207—209 245ᵃ 246ᵃ.

Epistulas ex iisdem apographis vulgavit *Steinherz* l. c. III 215 221 240.

Pius IV. sperat, Delphinum nuntium et P. Natalem S. J. Oeniponte theologis ab imperatore ad res concilii tridentini expendendas congregatis bonam operam navaturos esse, ac per cardinalem Borromaeum Delphino mandat, ut iis de rebus et ad se et ad concilii praesides diligenter scribat, et quicquid ad theologorum animos pontifici conciliandos conferre possit, iis vel det vel promittat.

---

[1] Halbpaur; cf. supra p. 103.

Sanctus Carolus cardinalis Borromaeus, Pii IV. nepos et in negotiis gerendis praecipuus administer, Roma 21. Februarii 1563 Oenipontem ad Zachariam Delphinum, episcopum pharensem et pontificis nuntium apud Ferdinandum I. imperatorem, de coetu illo theologorum ab imperatore ad res concilii tridentini expendendas coacto haec scripsit:

De la pia mente di S. Maiestà N. Signore resta (come ho detto) tanto satisfatto, et contento, che non si potrebbe dir piu, et commenda la risolution presa di communicar con quei Theologi le sue materie Conciliarj: essendole stato grato d' intendere che quel di V. S.[1] sia anch' esso in detto numero. Et poiche il Padre Natale sarà stato là prima anche di quello che essa desideraua[2]: staremo hora aspettando d' intendere il buon effetto che si *[sic]* promettemo de[a] la bontà et pietà loro. Cosí dunque le piacerà di tener diligentemente auuisati li Signori Legati del Concilio, et noi ancora di quanto seguirà.

Idem eidem Roma 28. Februarii 1563 per notas secretiores („Chiffres") scripsit:

Per il qual effetto — *dixerat de effectu* di far qualche rileuato seruitio à la Chiesa di Dio, à questa causa publica, et à la Santità S. insieme — non douerete anco sparagnar cosa alcuna per guadagnar quei Theologi, ò, tutti ò, parte, che S. Maiestà hà chiamati à la consulta, non guardando in ciò à spesa, perche S. Santità non mancherà di tutto quello che uoi farete, ò prometterete, parendoli che così ricerchi il seruitio di Dio ne le difficultà in che ci trouiamo.

Idem eidem Roma 6. Martii 1563 per similes notas:

Attendete à tener ben disposti quei Theologi de l' Jmperatore et cauare da loro quel di piu che potrete . Et come altre uolte ui s' è scritto non mancate, et di dar loro, et di promettere quel che giudicherete espediente; che S. Santità non mancherà a cosa alcuna.

Canisius sub 23. Februarii 1563 Oeniponte Augustam ad contiones habendas abierat neque ante medium fere m. Aprilem 1563 Oenipontem rediturus erat; v. supra p. 105 145. De largitionibus et promissionibus, quibus Delphinus theologorum animos pontifici conciliare conatus est, vide infra monum. 567. Borromaeus, si praevidisset, quam imprudenter et importune Delphinus interdum (ita saltem Canisius iudicabat) se gesturus esset (v. supra p. 214), aliter fortasse ad eum scripsisset. Delphinus postea ipsius pontificis gratia excidit.

553. **24. Februarii 1563.**

Ex apographo recenti litterarum archetyparum, quae exstant Romae in archivo vaticano, „Conc. di Trento 30" n. 41.

Litteras ex archetypo vulgavit *Steinherz* l. c. III 216—218. Iisdem usus est *Kröss,* Ferdinand I. etc. 623 624.

a) da St.

[1] Daniel Barboli; cf. supra p. 953—954. [2] Cf. supra p. 954.

Delphinus nuntius apostolicus praesidibus concilii exemplum mittit scripti, quo Dan. Barbolus O. Pr. ad caesareas de concilio quaestiones respondit. Ad easdem eadem fere Canisius respondit, eaque gravissime et doctissime. Cuius responsi exemplum nuntio tradere Canisius recusavit. De eodem responso Lainius referet.

Zacharias Delphinus, apostolicus apud Ferdinandum I. imperatorem nuntius, Oeniponte 24. Februarii 1563 Tridentum ad cardinales concilii praesides exemplum misit scripti, quo Daniel Barboli, Ord. Praed., episcopus petinensis electus et ipsius Delphini theologus, ad 17 illas quaestiones caesareas (quas vide supra p. 58—59) responderat, eique litteras adiunxit iisdem cardinalibus destinatas, in quibus scripsit: Mando a le Signorie Vostre Illustrissime et Reverendissime copia di quanto ha consigliato il Pedinense, et per auuiso loro è proceduto destramente quanto a l' ottauo articolo [1], perchè l' imperatore certissimamente le hauea detto, di uoler chel sacro concilio o conceda o neghi, et quanto al XVI [2] non ha osato contradire apertamente, per non parere d' hauere hauuto la legge da me, che ho contradetto largamente ogni desiderio di nouità in tal materia et allegato che altre uolte questo medesimo secretario ha supplito, et è stato conosciuto per sincerissimo.

Il Canisio ha concluso in tutti, eccetto li sopradetti doi capi, quanto ha concluso il Pedinense, procedendo strectissimamente et con allegationi fortissime, dico eccetto ne li doi sopra detti, perchè in quelli ha detto che S. Maiestà non deue far tentar il concilio di cose che certo non ottenirà [3], et ha mostrato che può trabastare un solo secretario allegando molte raggioni per cause de le quale [a] non si deue nè quasi si può far altramente.

Il detto Canisio per modo alcuno non ha uoluto dar copia del suo parere, perchè pur troppo teme non uenga a l' orecchie di S. Maiestà, che egli habbia hauuto intelligentia meco, il che non sarebbe altro che indur S. Maiestà ad hauerlo, con nostro et publico danno, nè l' auuenire per difidente, et a mutar forse animo uerso la sua compagnia, et dice chel padre Laines darà tal conto a le Signorie Vostre Illustrissime che potranno star di lui satisfatte.

Asserit quidem Delphinus, Canisium vehementer institisse, ne uni illi concilii secretario alii adderentur; at reapse Canisius alios ei addi oportere scripsit; quare aut Delphinum memoria lapsum esse, aut Canisium, postquam responsum suum cum Delphino contulisset, sententiam mutasse dicendum est. Quod autem Delphinus scripsit, fore, ut per Lainium cardinales de Canisii responso certiores fierent: summatim quidem per Natalem de illo ad Lainium relatum est; responsi exemplum proximis hebdomadis ne ipsi quidem Lainio missum est (v. supra p. 81 96 112).

a) quali *St.*

---

[1] Is erat de calice laicorum, coniugio sacerdotum, relaxatione legum ieiunii et abstinentiae; v. supra p. 59.

[2] In eo hoc maxime significabatur: Concilio unum secretarium (Angelus Massarellus hoc officium administrabat) non sufficere; v. supra p. 59.

[3] Vide supra p. 94—95.

554. 15. Februarii — 1. Martii 1563.

Ex apographo totius epistulae, eodem tempore scripto. Cod. „V. P. 62“ f. 213[a]. Eadem exstant in Epp. *Nadal* II 212.

Oeniponte theologi a caesare consulti inter se consenserunt, pontificiae auctoritati praeiudicium non esse faciendum. Canisius ad contiones Augustae habendas abeundi licentiam impetravit.

Polancus nomine Lainii praepositi generalis Tridento 1. Martii 1563 Romam ad Sanctum Franciscum de Borgia, Societatis „commissarium“, scripsit: De Hispruch tenemos letras del padre maestro Nadal por las quales se entiende que los theologos que alli auia aiuntado el emperador le han dado la respuesta a los articulos que[a] les propusieron consertandose todos en que[b] no se intentasse nada en periuizio de la auctoritad de su sanctitad y despues su Magestad dio licentia al padre Canisio que se fuesse a predicar a Augusta . . . Ha dicho asi mesmo el Emperador que en todo se procederá con moderacion.

555. 15. Februarii — 11. Martii 1563.

Ex totius epistulae apographo, eodem tempore scripto. Cod. „V. P. 62“ f. 234. Etiam (ex archetypo) in Epp. *Nadal* II 222—223.

P. Natalis Oeniponte Canisium, Barbolum, Cordubensem theologos adiuvit, ut caesari respondendo auctoritatem pontificiam tuerentur.

Polancus nomine Lainii praepositi generalis Tridento 11. Martii 1563 Romam ad P. Christophorum de Madrid S. J. scripsit: Lo que alla se dize de los buenos officios del padre maestro Nadal en Hispruch es mucha uerdad. Porque hauiendo llamado el emperador quattro theologos para trattar con ellos de ciertos articulos que auia de embiar toccantes al concilio que eran un obispo, confessor de la Reyna de Romanos[c] Español y otro Italiano que sirue de theologo al[d] nuncio y al padre Canisio con el staphilo. Hallose el padre Nadal en Hispruch quando huuieren[e] de dar la respuesta los tres theologos enfuera del staphilo che no era uenido y ayudo mucho a hazer que las respuestas fuessen tales que no se[f] periudicasse en cosa ninguna la authoridad de la sede apostolica y asi en platicas con los que podian tener authoridad en este negocio ha hecho su douer[g].

Polancus hoc loco, nescio quo pacto, Drascovitium episcopum et Cordubensem reginae confessarium in unum confudit theologum.

556. 15. Februarii — 22. Martii 1563.

Ex apographis eiusdem temporis. Cod. „V. P. 62“ f. 238[a] 237[b] 250[b].
Quae ad Natalem et ad Codrettum scripta sunt, exstant etiam, ex iisdem apographis transcripta, in Epp. *Nadal* II 236.

Pio IV. eiusque ministris officia, quae Oeniponte PP. Natalis et Canisius praestiterunt, grata fuerunt. Imperator multa Societatis collegia in Germania condi cupit.

a) *A libr. correctum ex* che. b) *A libr. corr. ex* che. c) Roma *Epp. Nad.* d) del *E. N.*
e) huuieron *E. N.* f) nose se *ap.;* no se *E. N.* g) deuer *E. N.*

Lainius Tridento 14. Martii 1563 Romam ad Sanctum Franciscum Borgiam S. J. scripsit: Emos entendido lo que passo V. R. con su santitad y consoladonos con ello . . . tanbien holgamos de entender que ayan sido grados a su santidad los officios que en aquella congregacion de Hispruch hauian hecho los padres Nadal y Canisio. *Atque eodem die Polancus nomine Lainii Tridento ad Natalem scripsit:* De Roma nos escriuen que hay mucha edificacion asi en el papa como en los principales ministros suyos de los buenos officios que V. R. hizo en Hispruch.

Idem Polancus P. Ludovico Coudreto (Codretto, du Couldrey) S. J. Tridento 22. Martii 1563 scripsit: Se ha entendido en particular que bueno officio aya hecho el padre maestro Nadal con el Emperador en lo que toca al negocio della religion y del concilio: y el dicho padre quedò muy contento de su Magestad y tanbien lo estan mucho en Roma su santitad y los ministros principales que tiene de lo que han entendido por uia del nuntio asi de los dichos officios del padre Nadal como de los del padre Canisio y nos auisan de alla, que el emperador ha escrito a su santitad que la uia mejor de reformar la Germania es hazer muchos collegios de nuestra compañia en ella: y esto es cierto lo escriuio de suyo el emperador porque de parte de la compañia nunca se le dio tal recuerdo.

De collegiis Societatis v. supra p. 118. De Canisio Romae laudato cf. supra p. 118 206 235.

557. A m. Februario ad Maium 1563.

In scriptis quibusdam perperam affirmatur, Canisium inter m. Februarium et Maium 1563 Tridenti et Romae fuisse, Canisii nomine pro nomine Cornelii posito.

Mansi (*Baluze-Mansi* l. c. III 443) litteras ponit a Carolo Vicecomite episcopo vintimiliensi Tridento 22. Februarii 1563 Romam ad Sanctum Carolum Borromaeum datas, in quibus Vicecomitem scribentem facit: Li 20. di Febraro „dopo pranso disse il Dottore Canisio il quale con assai parole essaltò l' autorità del Pontefice" etc. At *Aymon* (l. c. I 52), qui easdem litteras ex altero quodam codice (cf. supra p. 52) evulgavit, loco verbi „Canisio" habet „Cornelho"; atque ex actis concilii a *Massarello* secretario conscriptis (l. c. II 248) intellegitur, eo die post prandium unum dixisse Melchiorem Cornelium (qui a Sebastiano Lusitaniae rege ad concilium missus erat), idque Diario *Ficleri* (*Le Plat* l. c. VII² 356) confirmatur. Praeterea ex Canisii epistulis constat, eum tunc Oeniponte degisse (supra p. 74).

Apud *Aymon*[1] (l. c. I 140) exstat epistula ab eodem Vicecomite Tridento 15. Martii 1563 ad Borromaeum data, in qua haec sunt: „S' il Dottore Canisio non fosse partito per Roma come è già dieci giorni sono, haverei fatto ufficio che fosse restato sodisfatto, intendendo la mente di V. Sigmnoria [*sic*] Illustrissima." Quibus

---

[1] J. Aymon, ex Delphinatu ortus, sacerdos gratianopolitanus, Hagam Comitis ('s Gravenhage) ad Calvinistarum castra transgressus, hunc epistularum Vicecomitis librum una cum aliis quibusdam codicibus manuscriptis ex regia bibliotheca parisiensi furatus erat (*J. C. Adelung*, Fortsetzung und Ergänzungen zu C. G. Jöchers allgemeinem Gelehrten-Lexico I, Leipzig 1784, 1297—1298. *Ant. Marsand*, I manoscritti italiani della regia biblioteca Parigina I, Parigi 1835, 287).

verbis *Aymon* (l. c. I „Indice" in v. „Canisius") adnotat: „La Cour de Rome ... voulut le contenter, par des Recompenses." Licet autem vaticanus quoque Codex „Conc. di Trento 56" (de quo supra p. 52) hoc loco „Canisio" habeat (f. 160[a]), certum est, hanc lectionem falsam esse; Canisius enim tunc in Germania erat, non Romae vel in itinere romano (v. supra p. 110—120), nec Vicecomitem id fugere poterat. Atque tum Codex Mansii (l. c. III 451), tum Codex ille, quem supra p. 52 dixi, musei britannici (f. 239[a]) loco verbi „Canisio" habent „Cornesio"; Melchiorem autem Cornelium Tridento Romam sub exitum m. Februarii proficisci statuisse Vicecomes 22. Februarii 1563 Borromaeo scripserat (*Aymon* l. c. I 52).

Similiter *Aymon* (l. c. I 256 274—275) Vicecomitem Tridento 3. Mai 1563 Borromaeo scribentem facit: „Il Dottore Canisio Theologo, hà notato sopra il Canone dell' Elezzione de' Vescovi, molti inconvenienti che ne potriano seguire; onde io hò voluto mandargline l' alligata Copia, ancor che si sia qualch' opinione che non si debba dar voti sopra il detto Canone; ma lasciarlo da parte, ad' istanza dell' Ambasciadori." Et in „Scrittura", quae litteris ab eodem ad eundem Tridento 4. Maii 1563 datis adiuncta est: „Havendo il Dottore Canisio parlato al Signore Cardinale di Lorena, sopra il primo Canone degl' Abusi, che tratta dell' Elezzione de' Vescovi" etc. At Canisium tunc Tridenti non fuisse ex eius litteris constat; v. supra p. 168—179. Et Codex vaticanus, quem dixi, priore quidem loco (f. 180) habet „Canisio", altero autem (f. 183): „Carnesio." Et Codex Mansii (l. c. III 462 464): „Il Dottor Cornesio Theologo Portughese" et: „Havendo il dottor Cornesio." Et Codex londinensis, quem dixi (f. 271[a] 275[b]): „Il Dottor Cornesio Teologo Portughese" et: „Avendo il Dottor Cornesio" etc. Unde patet, Melchiorem Cornelium significari.

558. Ab 21. Aprilis ad 12. Maii 1563.

Ex apographo eiusdem temporis. Cod. „G. Ep. IV" f. 99.

Cardinalis Moronus Oeniponte saepe cum Canisio de rebus concilii consilia confert.

In collegii Societatis Iesu oenipontani Litteris quadrimestribus, Oeniponte 1. Septembris 1563 datis, haec, praeter alia, de Ioanne cardinale Morono, ab 21. Aprilis ad 13. Mai 1563 Oeniponte concilii causa versato (cf. supra p. 154—205), ac de Canisio referuntur: Jllustrissimus Cardinalis Muronus huc a Pontifice maximo destinatus et Caesareae Maiestati valde charus . . . hoc Collegium coram inuisit, et multa cum patre Prouinciale saepe contulit.

559. Ab 21. Aprilis ad 13. Maii 1563.

Ex apographo (G), quod saeculo XVII. in Italia scriptum esse videtur, quodque sic inscriptum est: „Lettera del Signor Cardinale di Morone." Exstat Gottingae in bibliotheca universitatis, Cod. „theol. 177" I f. 204[b]—213[b].

Relationem typis vulgavit (S) *Io. Georg. Schelhorn (iun.),* Sammlung für die Geschichte I, Nördlingen 1779, 205—225, usus (l. c. 178) codice „Lettere diverse, e Negoziazioni in Materia del sacro Concilio di Trento", quem *Io. Georg. Schelhornius (sen.),* ipsius pater, nactus erat; qui codicem exscriptum esse ait ex veneto quodam codice, multa monumenta tridentina complectente et paulo post concilii finem conscripto; quo Sarpium usum esse ipse quidem aliqua ratione significat (Commercii epistolaris Uffenbachiani Selecta IV, Ulmae et Memmingae 1755, 344—351).

Relationem (St) ex commentario sive „minuta", quam dicunt, in archivo vaticano („Conc. di Trento 28" f. 59—67[a]) posita typis exscripsit *Steinherz* l. c. III 303—312.

Relationis versio latina (F), a P. *Possidio Zitter* O. Er. S. Aug. sub exitum saeculi XVIII. facta, exstat Friburgi Brisgoviae in Codice illo bibliothecae academicae, quem dixi supra p. 245.

Relationis brevi summa usus est et pauca ex eadem summa ad verbum expressit *Leop. von Ranke*, Die römischen Päpste in den letzten vier Jahrhunderten I, 10. Aufl., Leipzig 1900, 218—220.

Cardinalis Moronus ad S. Carolum Borromaeum refert: Caesar, quid Morono respondere deberet, ipso invito ex theologis quaesivit. Quibus etiam alia proposuit expendenda, ut de auctoritate pontificis et concilii, pontifice eligendo etc. At Moronus, quid theologi tractarent, edoctus, bonis animum addidit, malorum conatus repressit. Caesar iam prima negotia absolvere, nova theologis non proponere statuit. Moronus, ut a pontifice iussus est, caesaris ministris et theologis, atque etiam Canisio, munera dedit; theologi pontifici multa poterunt officia praestare.

Ioannes cardinalis Moronus Tridento 17. Maii 1563 Romam ad Sanctum Carolum cardinalem Borromaeum, Pii IV. nepotem, de oenipontana sua ad Ferdinandum I. caesarem legatione (v. supra p. 121) haec, praeter alia, rettulit: Doppo ch' io hebbi[a] dato raguaglio[b] à sua Maestà di tutto quello, che teneuo in commissione da sua Beattitudine, restand' io[c] como[d] le scrissi, ammalato di podagra, et febre, la Maestà dell' Jmperatore[e] cominciò à consultare con li suoi Theologi la risposta, che douea[f] darmi, et se bene io feci fare qualche uffitio[g] con la Maestà sua per[h] diuertirla da questo proponimento, non dimeno non potendo io andare in persona, et essendo già la cosa incaminata, seguitaua per il corso[i] suo, et con mio dispiacere, perche vedeuo, che poteua sucedere[k] qualche disordine; tanto più[l] che già si ussiua[m] [?] dalle[n] prime matterie, et s' introduceuano nuoue[o] questioni in campo, come sarebbe à dire della superiorità del Concilio, et del Papa, di proveder[p] che [i][q] molti Vescoui Jtaliani in Concilio non hauessero[r] più autorità[s] ò uoce [de i pochi][t] d' ogni altra Natione[u], dell' elettione[v] del Pontifice[w] uolendo quasi, che toccasse[x] al Concilio, se restando aperto il Concilio, uenisse[y] sede uacante etc. Queste, et altre simile[z] questioni, che andauano attorno[aa], come harrà[bb] [?] ueduto VS. Jllustrissima per le Copie, che di tutte se gli[cc] son[dd] mandate, confesso, che tal uolta mi hanno[ee] dato molto fastidio, et mi hanno fatto temere di longhezza[ff], et di qualche inconueniente[gg], ma deuemo[hh] [?] dar gratie[ii] [?] à Dio che hà dato à questo Prencipe[kk] mente santissima[ll], et hà mè[mm] [?] dato occasione di potere[nn] penetrare[oo] per via[pp] certa, et secretta[qq] tutto quello, che si trattaua trà detti theologhi[rr], et di potere per interposite persone[1] animare i[ss] buoni, et Cattolici[tt] di loro[2] à diffendere[uu] [?] il uero, et il diritto[vv] [?] et

a) ebbi *S.* b) ragguaglio *St.* c) restando io *S. St.* d) come *St.* e) Imperadore *S.* f) doveva *S. St.* g) offizio *S.;* ufficio *St.* h) *S. omisit* per. i) camino *S.* k) succedere *St.* l) diù *S.* m) si vsciva *S.;* s' usciva *St.* n) delle *St.* o) nove *St.* p) *Ita St.;* de proueslese *G.* q) *Supplevi ex St.* r) avessero *S.* s) *Ita St.;* auutorità *G.;* auttorità *S.* t) *Supplevi ex St.* u) Nazione *S.* v) elezione *S.* w) pontefice *St.* x) restasse *S.* y) venesse *St.* z) simili *S. St.* aa) atorno *St.* bb) *Corrigendum videtur* havrà, *ut habet St.;* averà *S.* cc) tutte le gli *G.;* tutte legli *S.;* tutte se le *St.* dd) sono *St.* ee) talvolta m' han *St.* ff) *Ita St.;* Larghezza *G. S.* gg) inconvenient *S.* hh) *Vel* douemo*; id quod habet St.;* dolbiamo *S.;* dessemo *G.* ii) *Vel* gratia, *ut habet St.;* grazie *S.* kk) Principe *S. St.* ll) sanctissima *S.* mm) *Ita G.;* et à mè hâ *S.; legendum esse puto:* et à me hà *(St.).* nn) poter *S. St.* oo) penetrar *St.* pp) *Ita S. St.;* mia *G.* qq) é segreta *S.* rr) *Sic St.;* Theloghi *G.;* Teologi *S.* ss) li *S.* tt) Catholici *St.* uu) difendere *S. St.* vv) *Vel* dritto, *quod habet St.*

---

[1] Natalis sub 9. Martii 1563 Vindobonam profectus, ante exeuntem m. Septembrem a. 1563 Oenipontem non rediit; v. supra p. 117[2].

[2] Canisium et Brunum (v. supra p. 121 163 234) et fortasse etiam Cythardum et Staphylum (vide huius epistulae partem postremam) dicit.

con l' indrizzo[a] di questi buoni rompere l' ardire, et il dissegno[b] di qualch'[c] altro, che cercaua[d] di mettere romore à campo[1].

Dall'[e] altra parte si è procurato con ogni diligenza di persuadere l' imperatore, che alla pietà sua, et all' amore, che le porta il Papa non conuiene[f], che trà loro[g] si uenga à simili modi di negotiare[h] con lunghe[i] [?] scritture, et con litigi, mà deue uenirsi liberamente alla resolutione[k] di[l] [?] punti essentiali[m], et à quelli attendere[2]. *Atque imperatorem, cuius animus erga summum pontificem optime affectus est, certiorem reddidi, eundem pontificem reformationi ecclesiae serio studere.*

Alla[n] [?] fine sua Maiestà fatta capace di questo, è stata assai più facile à consentire alle raggioni[o], che si[p] [?] alegauano[q], et hauendosi[r] d'[s] altra parte l' auiso[t] [?] secretto[u] delli sopradetti Theologi[v], amici, et buoni, si è fatto tanto che si sono mandate[w] à morte[x] le questioni sopradette et l'[y] altre, che di nouo[z] si metteuano[aa] in consulta, et si è[bb] uenuto à ristretto de primi negotij[cc].

Hò sentito gran piacere della risolutione[dd] dell' Jmperatore[ee] . di non ammettere[ff] in consulta nuoue[gg] [?] questioni. . . .

Secondo la commissione[hh] di Nostro Signore hò donato alcuni presenti à questi Ministri Jmperiali, parte in dennaro[ii] [?], parte in altre cose[kk] d' argento et d' oro, et mi pare, che tutto sia stato[ll] benissimo impiegato.

Al Dottore Sceldio[mm] [3] vicecancellaro[nn] di sua Maiestà appreso[oo] la quale e di somma authorità[pp], hò donnato[qq] [?] un bocale[rr], et baccile[ss] d' Argento lauorato in Francia, che uale 150 scudi d' oro, et e stato miracolo che[tt] habbia[uu] accettato, alla Moglie del primo[vv] [?] Marescial[ww] [4] [?], che e[xx] il primo huomo[yy], che habbia[zz] l' Jmperatore[aaa] per essere lui persona alla quale non era conueniente far presente alcuno hò[bbb] mandato un gioiello[ccc] da capo, che uale 120. scudi[ddd]. Jn

a) indirizzo *S.* b) disegno *S. St.* c) qualche *St.* d) *Correxi ex S. et St.;* restaua *G.* e) da *St.* f) convenire *S.* g) lors *S.* h) negoziare *S.;* negociare *St.* i) *Vel* longhe, *quod habet St.* k) risoluzione *S.;* risolutione *St.* l) *Malim legere cum St.:* de. m) essenziali *S.* n) al *St.* o) ragioni *S. St.* p) *Vel* che se le, *ut habet St.* q) allegavano *S. St.* r) avendosi *S.* s) da *St.* t) l' avviso *S.;* lo aiuto *St.* u) segreto *S.;* secreto *St.* v) Teologi *S.;* theologhi *St.* w) mandato *S.* x) monte *G. St.* y) le *St.* z) nuovo *S. St.* aa) *G. perperam:* metterano. bb) s'è *St* cc) negozi *S.;* negocii *St.* dd) risoluzione *S.* ee) Imperadore *S.* ff) admettere *St.* gg) *Malim legere* noue; nove *St.* hh) comissione *St.* ii) denaro *S.;* danari *St.* kk) in altra cosa *St.* ll) *S. omisit* stato. mm) *Sic St.;* Sceldro *G F S.* nn) *Sic St.;* Vicecanclliero *G;* V. Cancellario *S.* oo) appresso *S. St.* pp) *Ita St;* auutorità *G;* autorità *S.* qq) donato *S. St.* rr) boccale *S. St.* ss) bacilo *S;* bacile *St.* tt) ch' *St.* uu) che l' abbi *S.* vv) *Malim legere cum St:* gran. ww) *Malim legere* marescialo, *quod habet St;* Marescallo *S.* xx) ch' è *S. St.* yy) uomo *S.* zz) abbi *S.* aaa) Imperadore *S.* bbb) *G. perperam:* hà. ccc) giviello *S.* ddd) *Apud St. v.* scudi *non est, et sequitur:* ad il segretario Singhmoser ho dato un anello di 50. *Quae perperam omissa esse ex eo*

---

[1] Moronus potissimum significare videtur Franciscum Cordubensem (v. supra p. 50 177 952); ac fortasse etiam Georgium Drascovitium, Antonium Brus, Georgium Gienger; v. supra p. 129 130 184 204 953.

[2] Hac in re etiam Canisii officium intercessit; v. supra p. 174—194.

[3] Georgio Sigismundo Seld, imperii vicecancellario.

[4] Ioannis de Trautson (*Hirn* l. c. I 55); cuius uxor, nisi fallor, erat Birgitta baronissa de Madrutio (*Gabr. Bucelinus* O. S. B., Pars tertia Germaniae Topo-Chrono-Stemmatographicae, Francofurti ad Moenum 1672, Austriaca Nobilitas p. 242).

dannari[a] si sono donati[b] 100. scudi al Canisio per limosina[c] della sua compagnia del Gesù[d] [?], 100, al Citardo[e] Confessore, et Predicatore dell' Jmperatore[f] [1], et 100 al[g] Corado[h] Bruno[i]; et si sono donnati[k] tanto più uolontieri[l], quanto, che intendo, che resteranno[m] in Corte per consultare per ordine di Sua Maiestà, le materie[n] di Teologia[o], et di Concilio, che occorono[p]; Hò dato similmente[q], come VS. Jllustrissima mi scrisse ducento scudi d' oro allo staffilo[r], il quale e ualent' huomo[s], et stà[t] ò in Corte di sua Maiestà Cesarea, ò in Corte di Bauiera, esso hà promessa di 300 Fiorini l' Anno[u] da sua Beattitudine, et desidera[v] se gli[w] faccino[x] pagare in Augusta per potersene ualere ne i[y] [?] suoi bisogni [2], il che saria à lui di gran commodo, et di nessuno[z] ò pocchissimo[aa] danno[bb] alla Camera Apostolica, et però[cc] [?] supplico VS. Jllustrissima ad ordinare, chè[dd] sia esequito[ee], perche tutto sarà con seruigio[ff] di N. Signore, il quale può hauere[gg] molto seruiggio[hh] [?] da queste genti ben sodisfatte[ii] [?], et io l'[kk] hò prouato in questo tempo, che sono stato in Jspruch[ll] se ben[mm] desiderarei si fosse ottenuto più che non si è ottenuto[nn] [?], la somma della spesa fatta nelli sopradetti[oo] presenti, è di circa 820[pp] scudi d' oro. . . .

Offendi videtur *Mauritius Ritter* in eo, quod Moronus scribit: Se Oeniponte Canisio 100 scutata, quae Societati Iesu pro stipe essent, aliis imperatoris theologis alia donasse (Deutsche Geschichte etc. [cf. supra p. 362[3]] I 172). Atque *Drews id* Morono plane in crimine ponit: „Auf Bestechung kam es hinaus" (l. c. 116). Immerito, ut mihi quidem videtur! Nam: 1.) Licet munere donare aliquem, ut hic bene agat, vel etiam ut faciat, quod debet. 2.) Licet pecunia iniustam vexationem redimere, vel, ut verbis *S. Thomae Aquinatis* (2, 2, q. 100, a. 2 ad 5) utar, „licet per pecuniam iniusta impedimenta removere". Timendum autem erat, ne theologorum quorundam vel probantium vel parum obsistentium vitio id efficeretur, ut concilii supra pontificem „superioritas" proclamaretur, cardinalibus sua ad pontificem recurrendi libertas praecluderetur, concilium in suffragiis ferendis rationem antiquis conciliis non usitatam sequi cogeretur, cardinalium collegium suo pontificis eligendi iure, ad tempus saltem, privaretur; breviter, periculum erat, ne tum pontifex cardinalesque, tum concilium iniuste vexarentur. Hanc iniuriam Moronus ab iis prohibere studebat. 3.) Theologi porro illi perfidiae sane labe se contaminassent et pretio venales se praebuissent, si, pecuniam aliave dona admittentes, planis verbis vel saltem tacite quodammodo paciscendo, se, vel quod nefas esse censebant, facturos,

verisimile redditur, quod paulo infra in omnibus exemplis dicitur, pecunias in caesaris officiales et theologos expensas fere 820 (826) scutata efficere. a) danari *St. In S. vv.* in denari *proxime ante* 100. scudi al Canisio *posita sunt.* b) dati *S.* c) elemosina *S. St.* d) *Malim legere cum St.:* Jesu. *S:* di Giesù. e) Nitardo *S. F.* f) Imperadore *S.* g) à *S.* h) Corrado *S.;* Conrado *St.* i) Brano *S.* k) donati *S. St.* l) volentieri *St.* m) restaranno *St.* n) mate — *S.* o) theologia *St.* p) occorrono *S;* corrono *St.* q) *Verba* come *etc., usque ad* scrisse *incl., non sunt apud St.* r) stafilo *S;* Staphilo *St.* s) valent uomo *S.* t) et signore *St.* u) all' anno *S.* v) decidete *St.* w) li *St.* x) farcino *S.* y) *Malim cum S. et St. hoc v. omittere.* z) et diniuno *S.* aa) pochissimo *S.* bb) damno *S.* cc) perciò *St.* dd) *Fortasse legendum:* che li*; St.:* che li si. ee) eseguito *S. St.* ff) servitio *St.* gg) avere *S.* hh) servigio *S.;* servitio *St.* ii) *Malim legere cum St:* satisfatte. kk) lo *St.* ll) lsprucha *St.* mm) bene *S. St.* nn) fatto *S.* oo) soprodetti *S.* pp) 826. *S.*

[1] P. Mathiae Cythardo (van Esche) O. P.

[2] Fridericum Staphylum, qui uxorem et filios alere debebat et rei familiaris inopia premebatur (*N. Paulus*, „Staphylus" in Kirchenlexikon XI 733. *Pogiani* Epistolae II 241), Canisius iam a. 1562 curiae romanae commendaverat (*Can.* III 396).

vel, quod sine scelere omitti non posse existimabant, omissuros esse spopondissent. Ita vero eos egisse, nulla ratione probari potest. Ipsi potius, atque inter eos maxime fortasse Staphylus, quem in difficultate pecuniaria fuisse iam monui (supra p. 971[2]), ea ratione iuvabantur et incitabantur, quo facilius et alacrius (hominum quorundam parum catholicorum, ex quibus pendebant, timore abiecto) ea praestarent, quae Deo eiusque ecclesiae debebant, et quae in imperii quoque atque ipsius imperatoris utilitatem cessura esse facile intellegi poterat. 4.) Praeterea Moronus, ut omnino videtur, theologos illos muneratus est, cum negotiis confectis Oeniponte abiret; atque ita, proxime saltem atque recta, ut dicimus, officiorum iam exhibitorum praemium iis detulit idque eius generis, quod „honorarium" vocari solet atque etiam pro ministeriis sacris salva religione admittitur. Hoc quoque notandum atque spectandum: Eiusmodi donationes ea aetate usitatissimae erant; honoris gratique animi significandi causa pecuniae, vasa pretiosa, ornamenta dabantur, sicut nunc multi insignibus classium quarundam turmalium, ut „aquilae nigrae", vel „legionis honoris", decorantur. 5.) Donatio porro centum illorum scutatorum, quae Canisio data sunt, non ipsius personam, sed, ut Moronus affirmavit, Societatem Iesu spectabat. Singularis autem quaedam suadebat ratio, ut pontificis conciliique legatus Societati stipem praeberet. Lainius enim Societatis praepositus generalis et alii duo Societatis homines iique ex praecipuis, Salmeron, dico, et Polancus, pontificis mandatu Tridenti versabantur, ut concilii et pontificis rebus operam navarent; quamvis autem diligenter id praestarent, vix tantum pecuniae ex pontificis aerario accepisse videntur, quantum ad vivendum ipsis sufficeret; *Polancus* enim Tridento 12. Octobris 1563 Romam ad P. Christophorum Matritium S. J. *scripsit: „La portion del Papa harto haze si llega à darnos de comer y uestir à los que aqui estamos" (ex tot. epist. apographo eodem tempore scripto. Cod. „V. P. 63" f. 267[b]). Societatis homines sane, si pecuniis studuissent, principum potius quam pontificis voluntati in rebus concilii obsecuti essent. A Ferdinando enim imperatore collegium Societatis romanum singulis annis 400 scutata aurea exspectabat (v. supra p. 8[5]); atque ipso anno 1563 Socii germani id agebant, ut Ferdinandus I. collegiis vindobonensi et oenipontano, Albertus V. collegiis monacensi et ingolstadiensi reditus amplificarent et litteras fundationis darent (v. supra p. 125 250 371 521[3]); in Gallia et Hispania Societatis domus regum potius quam pontificis gratia stabant et favore. Neque dubium est, quin Canisius hac de re similiter senserit atque ipse Lainius. Qui cum in litteris Tridento 29. Iunii 1563 per *Polancum* ad Natalem datis narrasset: Romae Pium IV. a collegio germanico 50 illos ducatos menstruos, quos paulo ante ei assignasset, iam abstulisse, neque longe abfuisse, quin idem pontifex etiam collegio romano 50 ducatos singulis mensibus dare cessaret, haec addidit: „Ad ogni modo la intentione nostra in seruir lui et quella santa sedia è spirituale, cioè per puro seruitio diuino, et in tutte queste cose ci dà occasione Iddio de far puramente per amor suo quel che si fà" (Epp. *Nadal* II 320). Ac cum in Hispania aliqui episcopi suspicarentur, Socios pontificia „mercede conductos", ne curia romana in concilio reformaretur, obstitisse, idque a P. Ioanne Suarez S. J. Burgis 18. Maii 1564 ad *Polancum* *relatum esset (Cod. „Hispaniae Epistolae 1564" f. 356[b]), hic Roma 6. Iulii 1564 ad Socios hispanos *scripsit: „Lo de la sospecha quod essent mercede conductj, es cosa de gratia, y para reirla mas que para responder à ella, porque parece que como sabia dios .N. Señor que no hazian nada los de la Compañia si no por su seruitio Assi ha querido que por adelante nos confirmassemos en hazer lo mesmo sin tener respecto à ninguno si no à su major seruitio, y bien de su yglesia, y por que entienda quam fuerint conducti mercede, quando N. P. G. fue llamado por Su Santitad de Francia al Concilio no le embio un solo real para el Camino, Todo el tiempo que estubimos en Trento con dar su santitad largas prouisiones à otros Perlados y Theologos à los nuestros la dio tan estrecha que no nos pudieramos sustentar con ella si no nos ayudara algun perlado Amigo, y este fue el Obispo de Coymbra[1] que suplio lo que

[1] Ioannes Soares, ex ordine S. Augustini.

faltaua a la prouision del Papa. Para partirnos de alli con darse a otros largo se dio a la Compañia tan estrecho el uiatico que con mucho no llego a lo necessario para llegar à Roma, llegados aqui aunque el Papa y todos mostrauan gran satisfaction de lo que la Compañia hauia hecho por la Sede Apostolica no solamente no ha usado de remuneration alguna Su Santitad aunque lo ha hecho con otros muchos, pero antes ha aprettado la mano en lo que solia hazer antes que fuessemos à Francia assi en l ayuda de costas de esta casa [1] y Collegio como en las gratias ò fauor que se le ha pedido para la Compañia [2] y todo esto lo enterpretamos à singular gratia que dios .N. Señor haze à nuestra compañia porque no espere de los hombres remuneration ninguna de lo que por solo dios .N. Señor haze. Tambien por rescitir à certas demandas de utraque specie y semejantes que se hazian de parte de algunos principes se ha uenido à perder mucho con ellos del fauor, y ayuda que antes dauan, pero mas se estima el hazer la uoluntad de Dios .N. Señor que todo el resto . esto sea dicho por satisfazer a lo que alcunos perlados han djcho por essas partes aunque bien sabemos que otros de los mesmos Prelados de Spaña sienten, y hablan de otra manera" (ex apographo totius epistulae, eodem tempore scripto. Cod. „Epistol. Hispan. [Praepp. Genn.] 1559 1564" f. 405).

Drews, ubi Canisium a Morono pecunia paene emptum esse significat, eundem alias quoque a curia romana pecunias accepisse adnotat („Auch sonst hat C. von Rom Geldspenden empfangen") idque ex „Visconti a. a. O. I, S. 140; Tabul. S. 254. 257. u. 37" intellegi monet (l. c. 156 adnot. 28). Atque ex epistulis, quas *Cyprianus* in Tabulario p. 34—38 226—227 254—255 257—258 vulgavit (exstant etiam in *Can.* III 395—396 515—517 526—528, et supra p. 605—609), hoc constat, cardinalem Hosium Tridento et aliunde compluries Augustam ad Canisium pecunias misisse; id quod sane mirum esse non potest; Hosius enim in libris suis Dilingae et Antverpiae evulgandis a Canisio diligenter adiuvabatur (*Can.* II 424 453 894—898, et supra p. 368 608 666); qui praeterea Hosio cum libros mittebat se curante excusos, ut „Preces selectas", „Martyrologium", „Epistolas indicas" (*Can.* III 375 394 395, et supra p. 381), tum etiam — id quod maximum est — multos libros novos, ab aliis, imprimis a Germaniae protestantibus, conscriptos et ex librorum mercatibus francofurtensibus Augustam allatos (*Can.* III 240 322 326 363 374 393 396 409 428 489 492 575, et supra p. 4 210 336 351 609). Planum est, Canisium, qui rectoratu in universitate ingolstadiensi administrato salarium usitatum recusaverat (*Can.* I 364) et contione in cathedrali ecclesia argentoratensi habita pecuniam a canonicis pro stipe sibi missam remiserat (l. c. II 190—191), facilius existimasse: Pecuniam „praeter meritum" se accipere, „obrui se" liberalitate Hosii etc. (l. c. III 516 526 ad 527). In epistula porro Vicecomitis, quam Drews commemorat, Vicecomes Canisii nullam prorsus fecit mentionem; apud *Aymon* autem (Lettres du Nonce Visconti I 140) „Canisio" perperam positum est pro „Cornelio"; v. supra p. 967—968.

560. Sub medium m. Maium 1563.

Ex apographo eiusdem temporis. Cod. „V. P. 63" f. 22ᵇ.

Cardinalis Moronus testatur se Oeniponte in rebus concilii cum caesare tractandis a Canisio magnopere adiutum esse.

Lainius Tridento 20. Maii 1563 Romam ad Sanctum Franciscum de Borgia S. J. scripsit: Hemos uisitado al Cardenal Moron despues de su tornada de Hispruch, alla se sabra como uiene satisfecho de las cosas por las quales principalmente fue a quella Corte, a lo menos del Doctor Canisio bien satisfecho muestra el uenir, y de lo que alla le a aiudado.

---

[1] Societatis domum professam dicit, ubi praepositus generalis habitabat.

[2] Cf. supra p. 274 282 492 599.

Morono legationem valde fauste successisse et ipse Pius IV. et Maximilianus II. et cardinalis Lotharingus plane testati sunt (*Steinherz* l. c. III 313; *Bucholtz* l. c. IX 690—691; *Goetz*, Beiträge V 263[2]). Similiter Iacobus Lainius, harum rerum spectator certe diligens (v. supra p. 243 et infra mon. 561); atque etiam ipse Moronus in litteris Mottera 13. Maii 1563 ad Ferdinandum I. datis, quas primum vulgavit *G. I. Planck*, Anecdota quaedam ad historiam Concilii Tridentini pertinentia, Nr. VI, Gottingae 1796, 3—4. Quare equidem miror, quod *Maur. Ritter* scribit (l. c. I 174): Conatuum Moroni successum fuisse parum prosperum („ungenügend").

561. 18. Maii 1563.

Ex apographo totius epistulae, eodem tempore scripto. Cod. „V. P. 63" f. 18b.

Polancus refert, Canisium Oeniponte cardinali Morono cum caesare de concilio agenti egregia officia praestitisse.

Polancus nomine Lainii P. Everardo Mercuriano, Societatis per Germaniam inferiorem praeposito provinciali, Tridento 18. Maii 1563 scripsit: Gia il Legato Moron hieri torno della corte dell' Jmperator al Concilio. . . . Jn Hispruch passorno le cose fra il Legato et l' Jmperator assai meglio che molti credeuano, et hà fatto il Padre Canisio chiamato della Maestà Cessarea con alcuni altri Theologi officij molto importanti pel ben della chiesa et comune.

562. 22. Maii 1563.

Ex *Baluze-Mansi*, Miscellanea III 508; ubi Mansi Amalthaei epistulam ponit ex manu scripto Codice bibliothecae „Francisci Mariae Fiorentini Senatoris Lucensis" (l. c. III xviii) exscriptam.

Sanctus Carolus Borromaeus Canisii pro concilio labores laudibus extollit.

Sanctus Carolus cardinalis Borromaeus, Pii IV. nepos, Roma 22. Maii 1563 per Ioannem Baptistam Amalthaeum (Amalteo) Tridentum ad Stanislaum cardinalem Hosium de rebus conciliis litteras dedit, in quibus haec sunt: A Canisio quae improbentur cognovi ex aliorum litteris; ea cujusmodi sint a Cardinale Morono plane intelliges: incredibile est, quanta cura, ac sollicitudine vir pius sit, ut Dei immortalis cultum, sanctimoniamque omni animi impetu tueatur, ac caeteris praestet. . . . Cardinalis Moronus nisi me conjectura fallit jam istuc rediit, cujus opera apud Ferdinandum Imperatorem designatum praeclare posita adducor, ut sperem omnium rerum expeditissimam rationem.

563. 22. et 28. Mai 1563.

Ex Ferdinandi I. litteris archetypis, quae exstant Augustae in archivo curiae episcopalis, fasc. „Dompraedicatur. Corresp. d. C. O. Truchsess. d. Dompr. P. Can. betr." n. 12, et ex Cod. monac. „Augsb. Domk." p. 89.

Ferdinandus I. caesar Capitulum augustanum rogat, ut Canisium diutius secum manere patiantur.

Ferdinandus I. imperator Oeniponte 22. Mai 1563 Augustam Vindelicorum ad capitulum ecclesiae cathedralis litteras dedit, et ipsius et Seldii vicecancellarii („Vidit

Seld") manu subscriptas, quibus dicit: Petrum Canisium, cathedralis ecclesiae augustanae contionatorem, a se arcessitum Oenipontem venisse, atque petere se a capitulo, ut eundem paulo diutius secum manere patiantur. Cf. supra p. 213.

In eiusdem capituli actis haec sunt:

Vicesima octaua Maij Anno etc. 63.

Die Römisch Kay. Maiestet excusirt D. Canisium.

564. 24. Maii 1563.

Ex totius epistulae apographo eodem tempore scripto. Cod. „V. P. 63" f. 29[a]—30[a]. Epistula usus est *Kröss*, Can. 165, et „Ferdinand I." etc. 642.

Polancus narrat: Cardinalis Moronus optime erga Canisium affectus est, quia Oeniponte ab eo in caesaris animo a sinistris quibusdam consiliis avertendo multum adiutus est. Canisius caesarem adiit et ab aliquibus rebus, quas reliqui theologi ei suaserant, abduxit. Iam de rebus concilii atque etiam de reformatione melius speratur.

Polancus Tridento 24. Maii 1563 ad Societatis homines in Hispania degentes communem quandam dedit epistulam, in qua haec, praeter alia, scripsit: Estos dias hemos tenido occasion de alegrarnos in Domino de 2 cosas . una es la tornada del Cardenal Moron Legado de la corte del emperador aqui al Concilio porque fue muy fructuosa su yda, desengannando a S. Magestad de muchas impressiones que algunos auian pretendido poner en su animo con muy mal concepto de las cosas del Concilio y con ciertos otros diseños quanto al modo de proceder en el que no conuenian para el bien de la yglesia uniuersal que a qui se pretiende. Hanos dicho que se ha mucho ayudado delos buenos officios que ha hecho el D. Canisio con el emperador y assi uiene no solamente muy contento pero aun muy aficionado al dicho Padre del qual sabemos las cosas mas en particular, y es assi . que aunque le ha llamado S. Magestad entre otros para tractar d'estas cosas que tocan al Concilio (entre los quales son Conrado Bruno, y Staphylo personas conocidas por sus libros, y un Padre de S. Francisco confessor de la reyna de Bohemia español [1]) y oydole juntamente con los otros que en particular, le ha hablado el dicho Padre Canisio de cosas de mucha importancia para el bien uniuersal, y aunque algunas dellas eran differentes de lo que parecia a los otros companeros .S. Magestad le ha dado credito ayudando (como yo me persuado) Dios N. S. y las oraciones que se hazen en la Compañia por el negocio del Concilio de manera que las cosas uan muy mas llanas, y se han casi guitado las dificultades principales que podian impedir, y realmente impedian el buen progresso del Concilio y assi esperamos todo haya de mejorar, y tomarse uia no solamente para espedir presto lo de los dogmas, pero aun alguna buena y necessaria reformacion para la qual se entiende estar S. Santidad muy dispuesta hauiendo el por su parte [reformado][a] lo que mas le toca y con mas decencia puede el mesmo reformar [2].

a) *Hoc v. supplendum esse, ea quae proxime sequuntur, ostendunt.*

[1] Franciscus de Corduba.

[2] Vide supra p. 45 154 170. Cf. etiam Epp. *Nadal* II 293.

565. 28. Maii 1563.

Ex apographo recenti archetypae Delphini epistulae, quae exstat Romae in archivo vaticano, „Conc. di Trento 30“ n. 93.

Hanc epistulae partem primus vulgavit *Steinherz* l. c. III 294.

Canisius apud Delphinum nuntium apostolicum.

Zacharias Delphinus, apostolicus apud Ferdinandum I. caesarem nuntius, Oeniponte 28. Mai 1563 Tridentum ad cardinales concilii praesides litteras misit, in quarum „Postscripto“, praeter alia, haec de epistula quadam ab Urbano Pfaffstetter sive Austriaco, episcopo gurcensi et Maximiliani II. Romanorum regis contionatore (ad Canisium?) data refert: Il Canisio ch' hor hora parte da me mi ha detto come il Reuerendo vescovo Gurcense il quale hora predicha in Vienna ha scritto le cose d' Austria andar così male, quanto a la religione, che nulla peggio.

566. Exeunte m. Maio 1563.

Ex apographo recenti archetypae Delphini epistulae („Postscriptum“ ipsius manu scriptum est), quae exstat Romae in archivo vaticano, „Conc. di Trento 30“ n. 95.

Epistulam ex archetypo vulgavit *Steinherz* l. c. III 322—323.

Theologi, quae a caesare concilio proponenda sint, colligunt; qui ne quid perperam ponant, Delphino curae est. Canisio aliisque probatur, quod procuratores votum consultativum tantum habeant.

Delphinus nuntius apostolicus Oeniponte 31. Maii 1563 Tridentum ad cardinales concilii praesides de Canisio caeterisque, quos Ferdinandus I. caesar consulebat, theologis scripsit: Questi theologhi sono tutti posti in apparechiar un scritto doue si conterrano tutte le cose le quale [a] a nome di S. Maiestà Cesarea doueranno esser proposte et io non perdono a fatiche [b] [?] ne diligentia acciochè in detto scritto non ui s' habbia a trouar cosa che possa offendere l' orecchie de le Signorie Vostre Illustrissime. *Et in „Postscripto“:* Fin qui ho fermi Canisio, Staphilo et Conrado Bruno che li procuratori de vescovi absenti si possano contentare [c] di uoto consultiuo, il medesimo spero del Franciscano. Sia per auuiso.

Nomine „Franciscani“ Delphinus Franciscum a Corduba significat, de quo cf. supra p. 960. De scripto, quod theologi tunc parabant, dictum est supra p. 213 230. Drascovitius, unus ex caesaris oratoribus tridentinis, paulo ante iterum coeperat agere (id quod iam ante actum erat), ut episcoporum absentium procuratores suffragium sive votum haberent „decisivum“ sive definitivum; v. supra p. 211 230[6].

Delphinus 26. Maii Borromaeo scripserat, se desiderare, „che N. Signore ponga l' ultima mano al resto de la riforma che è per fare, dicendo che S. Maestà non cerc[h]erà altro dal concilio sopra quello che haverà fatto S. Santità“; scripserat etiam, „che quei theologi et consiglieri gli dimandano spesso, se N. Signore ha per ancora fatta la bolla sopra la qualità de cardinali, desiderando S. Maestà di veder fatta sopra ciò gagliarda provisione ecc.“ (*Steinherz* l. c. III 318).

567. Exeunte m. Maio 1563.

Ex apographo recenti, quod transcriptum est ex autographo, Romae in archivo vaticano, Cod. „Conc. di Trento 31“ n. 11 posito.

Litteras ex eodem autographo vulgavit *Steinherz* l. c. III 323—324.

Delphinus, Canisio mirante, Francisci Cordubensis rigorem, concilii progressui difficultatem afferentem, mitigavit.

Delphinus nuntius apostolicus Oeniponte 31. Mai 1563 Tridentum ad Ioannem cardinalem Moronum, primum concilii praesidem, de Francisco a Corduba, ordinis

a) quali *St.* b) *Vel* faticha, *quod habet St.* c) contentar *St.*

Fratrum Minorum, qui Mariae Romanorum reginae confessarius erat et Oeniponte cum Canisio aliisque theologis, quaenam caesaris nomine a concilio tridentino petenda essent, expendebat, scripsit: Io non manco d' essorcisare ogni giorno il Francis-cano, et l' hó tanto addolcito, che il Canisio resta merauigliato. Confido anchora subbito che mi uenga il scritto promessomi da V. S. Illustrissima di fare che egli uada[a] [?] da se á dire all' Imperatore[b] [?] che dal dare uoto decisiuo a procuratori de Vescoui assenti non ne nascerá se non male: et hó in somma speranza che egli sara tutto nostro . Gl' ho donato un secchiello d' acqua santa col spergolo tutto d' argento, lauorato eccelentemente, uale scudi 25. e l' ho messo in dolcezza infinita . Appresso l' ho posto in humor d' orologij, et gli n' ho promesso un bello il quale ho detto essermi stato donato et che ogni giorno l' aspetto d' Augusta doue lo lasciai ad un maestro[c] che me l' accomodasse et mandasse; perhò V. S. Illustrissima fara gran seruizio[d] à N. S. contentandosi che il detto padre possa esso anchora poi che non toccha denari, sentir benefitio di presenti.

Canisius huiusmodi, puto, machinationes significare volebat, cum Oeniponte 23. Maii 1563 ad Lainium de Delphino scriberet: „Imprudentius quaedam et loqui et agere uidetur multorum iudicio". Delphinus postea pontificis gratiam amisit (v. supra p. 214).

568. 31. Maii 1563.

Ex apographo, per R. P. *Georgium Fell S. J.* a. 1904 exscripto ex exemplo (2°; 6 ff), quod eodem fere tempore, atque ipsum archetypum, scriptum et sic in-scriptum est: „1563 ultimo di Maggio, copia della instruttione data à Monsignor Nicolò Ormanetto per Baviera, mandata da li legati eadem die"; exstat Mediolani in bibliotheca trivultiana, Cod. 1132, n. VI, f. 5[b]—6[a].

Instructionis particulam, quam pono, *Pallavicino* l. c. l. 21, c. 2, n. 10 (nescio quo fonte usus) non tam ad verbum, quam „nel sentimento", ut ipse ait, expressit. Eandem etiam magis contractam *Bucholtz* l. c. VIII 656 (fonte non significato) et *Steinherz* l. c. III 330 (ex codice mediolanensi, quem dixi) posuerunt.

Concilii tridentini praesides Ormanettum, quem in calicis negotio ad Bavariae ducem mittunt, Oeniponte cum Staphylo et Canisio consilia conferre iubent.

Cardinales concilii praesides exeunte m. Maio a. 1563 Nicolaum Ormanettum (v. supra p. 224 238 257 277) in Bavariam legarunt, ut Alberto V. duci persuaderet, ne communionem sub utraque specie suis, vehementer eam petentibus, propria auctoritate concederet. Abeunti igitur Ormanetto cardinales 31. Maii „instructionem" dederunt, in qua haec, praeter multa alia, ei mandabant: In Ispruc trouerete un ministro del Duca huomo dotto et buono che si chiama il Stafilo col quale farete quei complimenti che sono necessarj et il medesimo farete col Padre Canisio della Compagnia del Giesù, il quale è ancor esso dotto et buono, et ambidue confidenti di sua Beatitudine come intenderete da Monsignore Nuntio[1], al quale si rimettemo, et in somma alla pru-denza sua et uostra si rimette tutta questa negotiatione.

Labitur Pallavicinus, cum hoc loco Staphylum et Canisium „teologi del duca" vocat; Canisius enim hoc tempore Oeniponte theologus imperatoris, domi contionator capituli augustani erat.

a) di far ch' egli vadi *St.* b) a l' imperatore *St.* c) maistro *St.* d) servitio *St.*

---

[1] Zacharia Delphino.

569. Exeunte m. Maio et ineunte Iunio 1563.

Ex apographo litterarum Polanci, eodem tempore scripto. Cod. „V. P. 63", f. 49[b]. Epistula posita est (ex eodem apogr.) in Epp. *Nadal* II 295—299.

Romae magnopere probantur officia, quae Canisius Oeniponte ecclesiae praestitit. Moronus pro Societate Iesu sanguinem fundere paratus est.

Polancus nomine Lainii praepositi generalis Tridento 4. Iunii 1563 Pragam ad P. Hieronymum Natalem scripsit: En Roma ay gran contentamiento de los officios que se han hecho en Jspruch por el Padre Canisio de los quales ha escrito el legado Moron el qual se muestra en gran manera aficionado a la Compagnia que dezia ayer a n. p. que daria la sangre por ella, y huelga de los recuerdos que se le dan.

Confer laudes Canisio a cardinale Borromaeo tributas, supra p. 974.

Facile igitur credi potest, quod *Sacchinus,* historicus valde diligens, fonte, ut equidem non dubito, usus antiquo, refert: Canisium Oeniponte tam probe ac sapienter se gessisse, „vt Romae Pontifex ex Cardinali Morono cognita re, adeuntem ad se Franciscum Borgiam, qui Vicarius Societatem administrabat, benignissimo complexu exceperit; impertiensque benedictionem magnifice res a Canisio gestas Oeniponti commendarit. Nec minor Cardinali sancto Borromaeo, et aliis approbatio, et gratulatio fuerit, ac tota demum Aula repleta suauissimo odore sit, iucundissimoque sonitu Canisiani nominis: Can. 196—197. Cf. etiam eundem *Sacchinum,* Hist. S. J. II, l. 7, n. 44.

570. P. FRANCISCUS DE CORDUBA O. FR. MIN., confessarius Mariae Romanorum reginae [1], FERDINANDO I. imperatori.

Tridento 6. Iunii 1563.

Ex autographo (2°; 2 pp.; in p. 4. inscr. et sig.), quod exstat Vindobonae in archivo aulico, „Tridentina 1563 Juni".

Epistulae brevem mentionem fecit *Sickel,* Trient 528.

In theologorum conventu Canisium collegis adversari idque ita, ut se, quid imperator velit, nosse iactet. Esse qui suspicentur, Canisium, quae a theologis tractentur, et nuntio apostolico et ipsi concilio aperire. Articulos a se propositos Cythardo et Staphylo probari, Canisio Brunoque displicere. Praestare, ut singuli theologi seorsim caesari sententiam dicant.

† .S. c. magestat . ayer estando en consulta [2] . a cerca del articulo de residencia [3] seofrecio una duda y para aueriguarla leimos las dos respuestas que v. magestat dio al cardenal moron [4] en lasquales .v. magestat pide que sedeclare el articulo de residencia [5] . el .p. canisio contradiciendo á esto come sienpre haze . respondio que el auia uisto una scritura enla qual .v. magestat mandaua que no se

---

[1] De hoc v. supra p. 49[2] 50 230 952.

[2] Comitia illa dicit, quibus theologi a caesare arcessiti de rebus concilii inter se consilia conferebant; v. supra p. 230 239 976.

[3] Cf. supra p. 160[3] 196 240 959. [4] Vide supra p. 182 192[3] 205.

[5] *Ferdinandus I.* Oeniponte 23. Martii 1563 ad oratores suos tridentinos: „Volumus et iubemus", ut „memores priorum mandatorum nostrorum agatis et elaboretis ut saltem statuatur et decernatur episcopos debere residere et sanciantur leges quibus ad residentiam cogantur, dissimulata quantum fieri poterit scrupulosa illa quaestione, utrum residentia ista sit divini vel positivi iuris" (*Sickel,* Trient 464).

pidiese la declaracion del articulo dela residencia[1]. esto haze para confirmar su parecer diciendo . ego scio mentem cesaris . y antes que se fuese el cardenal cierta respuesta que el .p. canisio daua, confirmauala con decir que el sabia que aquella era la uoluntad de .v. magestat y comole apretasen acerca de aquel negocio . dixo que losabia de el doctor celt[2] que selo auia dicho . con estas cosas que dice el .p. canisio y conla sospecha que setiene que trata estos negocios nonsolamente de palabra con el nuncio[3] y con otras personas . pero que tanbien las escriue al concilio ninguna consulta se puede hazer libremente y para esto v. magestat se informa[a] [?] particularmente del obispo[4] y del padre citardo muy enparticular . yo por estas cosas no dexo de decir lo que segun justicia me parece y ansi les propuse los articulos[5]. que a .v. magestat dio . el obispo los quales como no contentan a canisio no le contentan al doctor bruno que tiene cobrado miedo y ansi en el escrito tiene puesto que se v. magestat quisiere mas informacion que cada uno por si la podra dar . los articulos . que yo puse, al .p. citardo y al doctor staphilo contentan. y ansi nunca acaban de concertar se . yo[b] [?] preuiso[b] [?] que se haria mas presto se cada uno diese losarticulos que conforme ara con le pareciese porque acerca de la comunion sub utraque no pueden concertarse y tambien otras mas cosas.

capellan de v. magestat[c] FF francesco decordoua.

† Ala sacra [magestat][c] del emperadore.

Seldius vicecancellarius in epistulae inscriptione notavit: „F. Franciscus de Corduba. Vt quilibet ex ipsis deputatis opinionem suam particulariter offerat, et separatim . 6. Jun. Anno 63.“ *Marcus Singkhmoser* secretarius ascripsit: „7 Junij 1563“ [epistula ad caesarem relata est?]

Cordubensem, cum Canisium in arcanorum Delphino nuntio atque ipsi concilio iniuria patefactorum suspicionem vocat, „rigidiorem“ — ita fere Canisius (supra p. 230) — se praebere, Canisii facta supra (p. 158 214 etc.) relata ostendunt. Qui rigor nescio num bene congruerit homini, qui cum in ordine Sancti Francisci rigidam

a) *Voluitne scribere:* informe? b) yo e preuiso? y e preuiso? *Obscurius scriptum.* c) *Hoc v. equidem puto esse supplendum.*

---

[1] Cf. supra p. 240 et infra adnot. 5. Canisius scriptum legisse videtur, de quo supra p. 978[5].

[2] Canisius cum Seldio vicecancellario atque cum ipso imperatore familiariter agebat: v. *Can.* II 205 309 et supra p. 130 167 174 193 213 275 956.

[3] Zacharia Delphino.

[4] Franciscus Forgách, episcopus varadinensis, theologis praeerat; v. supra p. 130.

[5] Cordubensi indiculus ille „articulorum“ caesaris nomine in concilio „de novo proponendorum“ (apud *Sickel*, Trient 521—526; cf. supra p. 230) non probabatur, ideoque ipse 1. Iunii 1563 (*Sickel* ib. 528) alium absolvit huius generis „syllabum“, 36 „articulos“ complectentem; in quibus, praeter multa alia, haec postulantur: Ut summus pontifex eiusque curia, conclave, electio cardinalium in concilio reformentur. „Residentia praelatorum cujus sit juris (videlicet an divini an humani) declaretur.“ „Exemptiones cum jure communi pugnantes tam regularium quam secularium tollantur.“ Excommunicatio ne „ipso facto, sed per sententiam definitivam feratur“ (*Schelhornius*, Amoenitates I 587—592; *Le Plat* l. c. VI 260—261).

paupertatem professus esset, ab eodem Delphino et aquae lustralis vasculo argenteo aspergilloque et ipso argenteo se donari, et pulchri horologii spe se lactari passus erat; v. supra p. 977. Ceterum cf. supra p. 972—973.

571. 17. Iunii 1563.

Ex apographo totius epistulae, eodem tempore scripto. Cod. „V. P. 63" f. 80ª.

Tridento Romam ad Borgiam aliqua mittuntur ex Canisii epistulis excerpta. Qui laudatur, quod concilio apud caesarem optima praestet officia.

P. Ioannes de Polanco, Societatis Iesu secretarius, Tridento 17. Iunii 1563 Romam ad Sanctum Franciscum de Borgia, Societatis Iesu commissarium, epistularum Oeniponte 12. et 14. Iunii 1563 a Canisio Tridentum ad Lainium praepositum generalem datarum partes misit illas, quae positae sunt supra p. 246 254, de iisque haec notavit: Nella corte del Jmperator si comincia à sentire et parlare molto differentemente di quel che prima se soleua delle cose del Concilio como si potra uedere per li capitoli che qui si mandano delle lettere del Padre Canisio, il qual fa tuttauia lli molto boni offitij; como pare mostrano li effettj delli quali possiamo accorgerci qui in Trento.

Bucholtz de actionibus illis Ferdinandi I. et Moroni, in quibus Canisius quasi concordiae conciliator fuit: „So endigte diese wichtige Negotiation mit einem beinahe vollständig zu nennenden Einverständniß zwischen beiden Theilen" (l. c. VIII 555). *Knöpfler:* „Wohl das wichtigste und in seinen Folgen bedeutungsvollste Ereigniß während der dritten Periode des Concils war die Verhandlung Morones mit Kaiser Ferdinand. . . . Der Geschicklichkeit und Klugheit des Cardinals gelang es, den bereits stark mißstimmten Kaiser vollständig zu beruhigen und über alle wichtigeren Differenzpunkte eine Einigung zu erzielen. . . . Nachdem man sich über diese Hauptpunkte verständigt, war der Vergleich über Nebendinge eine leichte Sache. . . . Der Kaiser liess jetzt manche Punkte freiwillig fallen" („Trient, Concil von", in Kirchenlexikon XI 2104). Quae concordia ne conciliabulo quidem illo vindobonensi disiuncta est; itaque *Ferdinandus I.* Posonio 12. Octobris 1563 Comiti de Luna scripsit: „Nos certe non videmus cur nunc quasi prae foribus existente Concilii fine tantopere [de] declaratione illorum verborum proponentibus legatis debeamus esse soliciti, maxime quia quod ad personam nostram attinet, nihil fere amplius habemus quod per Nos proponendum sit, immo fateri cogimur per illos articulos reformationis ordinis ecclesiastici qui a Reverendissimis Legatis propositi sunt, quasi omnibus iis quae circa reformationem petere volebamus aut poteramus cumulate esse satis factum" (*Fuensanta,* Colección XCVIII 457). Facile igitur intellegitur, cur in Historia illa Societatis Iesu a *Paschasio Quesnellio* iansenista scripta (v. supra p. 46) Canisius de concordia hac conciliata vituperetur et „cet adulateur du Pape", „cet intriguant Jésuite", „ce rusé Jésuite", „aveugle", „outré dans ses sentiments" etc. vocetur (l. c. II 376 378 379*).

572. 23. Iunii 1563.

Ex apographo, quod R. P. *Petrus Tacchi Venturi* S. J. ineunte a. 1904 exscripsit ex archetypo, quod exstat in archivo vaticano, Cod. „Conc. di Trento. 30", n. 113.

Hanc epistulae partem ex archetypo primus vulgavit *Steinherz* l. c. III 355.

Delphinus nuntius apostolicus refert, Canisium et Staphylum de synodo provinciali salisburgensi adeo timere, ut haud multum abfuerit, ut ipse archiepiscopum adiret.

Zacharius Delphinus apostolicus apud Ferdinandum I. caesarem nuntius Oeniponte 23. Iunii 1563 Tridentum ad cardinales concilii praesides de conventu sive synodo provinciali, quam Ioannes Iacobus Khuen de Belasy archiepiscopus salisburgensis indixerat 5. Iulii 1563 Salisburgi habendam (v. supra p. 227[3]), haec scripsit: Il Staphilo[a] et Canisio sono oltra modo ansiosi per causa del convento che s' ha da fare in Saltzburg, onde s' io non havessi di già mandati li miei cavalli verso Vienna, mi lasciava credo persuadere a passar per quelle sassose et pessime strade et andava io medesimo a far uffitio col Reverendissimo Saltzburgense.

573. Inter 24. Iunii et 4. Iulii 1563.

Ex apographo totius epistulae, eodem tempore scripto. Cod. „V. P. 63" f. 101[b].

Canisius Oeniponte Augustam proficiscitur.

Polancus nomine Lainii Tridento 4. Iulii 1563 Oenipontem ad P. Ioannem Dyrsium S. J., collegii rectorem, scripsit: Redditae sunt P. N. Preposito litterae R. V. postridie diui Joannis date cum aliis Caesareae Maiestatis per secretarium Reuerendissimi Nuntij Delphinj[1]. Jntelleximus iam profectum esse Patrem Canisium. itaque R. V. Augustam mittere habuit fasciculum litterarum quae ad ipsum destinabantur.

Canisius 24. Iunii (qui dies „diui Joannis" Nativitati sacer est) 1563 Oeniponte Tridentum litteras misit (v. supra p. 273); quare 24. vel 25. Iunii, vel certe inter 24. Iunii et 4. Iulii Oeniponte discessit.

574. A medio fere m. Aprili ad exeuntem m. Iulium 1563.

Ex autographo, quod est Monachii in archivo regni bavarici, Cod. „Acta Consilii [sic] Tridentini. Tom IV" f. 165.

Vendtii litteris usus est *N. Paulus,* Die deutschen Dominikaner etc. 178[4].

Vindobonae, tempore conciliabuli ad calicem laicorum urgendum coacti, Societatis Iesu homines male audiunt. Canisius Oeniponte a P. Cythardo O. Pr. adorator turpitudinis romanae etc. appellatus esse et, abbatia a pontifice oblata, suam de calice sententiam mutasse fertur.

Erasmus Vendt (Fendt, Vend), secretarius Alberti V. Bavariae ducis, 27. Iulii 1563 Vindobona, quo una cum Thoma „Widman", cancellario burghusano (Burghausen), ac Martino „Eysengrein" et Rudolpho „Clenncklie", sacrae Scripturae et iuris canonici doctoribus ingolstadienibus, ab Alberto duce ad conciliabulum illud, quo de calice laicorum, coniugio sacerdotum etc. deliberabatur (v. supra p. 300), missus erat, ad Simonem Thaddaeum Eckium, Alberti praecipuum consiliarium, haec, praeter alia, scripsit: Die Jhesuiten seind hie Jämerlich verhaßt, werden schwerlich zu ainer Confirmation khomen, wie sy sich bej vns ruehmen[2]. Das mag nun die schuld sein das die Proceres aulae Jnen so hessig seind. Zasius[3] hat sich alweg der Jhesuiten Patronus

a) *Vel* Staphylo, *ut habet St.*

---

[1] Simonem Fata (*Steinherz* l. c. III xxvii[2] 352).

[2] Confirmati tamen sunt in ultima concilii tridentini sessione, v. supra p. 415.

[3] Ioannes Udalricus Zasius eo tempore, ut ex conciliabuli vindobonensis *Actis* intellegitur, „cancellarius bohemicus" erat. Caesaris iussu, ut ex iisdem *Actis* patet, conciliabulo praeter Zasium interfuerunt: Urbanus Pfaffstetter episcopus gurcensis; Mathias Cythardus O. Pr. caesaris contionator et confessarius; Mariae Roma-

geschriben. Jetzt impugniert ers Zum hefftigisten. Seider Zitardus vnd Canisius zu Insprugkh vneins worden. De quo Staphylus noster procul dubio[a] scit. Dan Zitardus sol zum Canisio gesagt ha[ben.] tu adoras turpitudinem aulae pontificiae et manifesta eiusdem v[itia,] es mancipium Papae etc. weil nun Zitardus in so grossem ansechen vnd der Kaj. Mjt: so gar lieb, richt sich menigclich darnach. Jn summa aula Jmperatoria obseruat flatus non ingratos Jmperatorj. Das mueßen die guetten Jhesuiten entgelten. Es ist das geschrej, wie der Pabst erfaren das Canisius concessionem Calicis im Concilio gerathen. Da hab Jr Heilikheit Jme hoffnung gemacht, die abtej Carte[b] ferrate zeschenckhen. Darauff sol sich Canisius des[c] [?] echsten[d] [?] mit seinem rathschlag vmbgewent haben. vnd Jetzt sein vorige meinung, de non concedendo Calice, zum hefftigisten treiben. Ob nun das zueglauben, weiß ich nit. Aber wie es laider sonst mit allem disem im Concilio zuegeet . also mags villeicht da auch ain gestalt haben. Jch habs Marthino nostro[1] verhebt . der schwert hoch vnd theuer darfür . mit vermelden der Khay: Hofe erdicht dergleichen dings vil wider sij vnd gemaine Religion.

Canisius, cum 15. Iunii 1562 Tridenti, a caesaris oratoribus (ut videtur) permotus, aliquam sacri calicis concessionem commendasset, litteris Augusta 23. Octobris 1562 ad Ferdinandum I. datis eam commendationem circumciderat (*Can.* III 499—513 742—752). Anno autem 1563 duobus fere mensibus, antequam de abbatia Grottae ferratae quicquam audisset, litteris Tridentum ad cardinalem Hosium datis concessionem calicis omnino et vehementer dissuaserat (v. supra p. 150). Neque Grottaferrata a pontifice Sociis oblata est, sed hi monasterium a pontifice petierunt idque frustra (v. supra p. 242 263). Neque, quae de contumeliosis illis Cythardi dictis Vindobonae narrabantur, ita facilia ad credendum sunt; quid Canisius reliquique Socii de curiae romanae vitiis senserint v. supra p. 88 90 175 206.

Ceterum etiam *Ioannes Udalricus Zasius,* consiliarius caesareus, in litteris Vindobona 28. Iunii 1564 ad Albertum V. Bavariae ducem datis de Societatis hominibus, quos „adulatores mit vierspitzen paretlin" (cf. *Can.* I 670) vocat, queritur, quod „flagitia rom. curiae adorent", „sich . . . nit schamen, auram pontificiam dermassen zu venieren, das wan P.P. et universus sacer coetus schon auf den köpfen giengen und alle tag 1000 mord täten, soliches dannocht recht hüpsch und catholisch, und hergegen alle gutherzigen, so nit heuchlen künden und es übel getan hiessen, ja alle usque ad unum haeretici sein muesten". Atque eosdem significare videtur, cum in eadem epistula dicit „hoc genus hominum, so vor ainem jar beim concilio des frommen Zithardi sitim calicis so spitzig herfürgestrichen" (*Goetz,* Beiträge 306—307).

a) dubie *autogr.* b) *Sic Vendtius; cui scribendum fuerat* Grotte; *v. supra p. 242.* c) den? zum? *Obscurius scriptum.* d) echisten? *Obscurius.*

---

norum reginae contionator; Ioannes de Trautson caesaris marescalcus; Doctores Georgius Sigismundus Seld et Georgius Gienger consiliarii caesarei. Interfuerunt etiam: Pro electore moguntino Dr. Philippus Agricola et Simon Bagghen; pro treverensi Dr. Bartholomaeus Latomus et Conradus Reckh; pro coloniensi Ioannes Ponarius episcopus suffraganeus (Cod. „Acta" etc. [vide supra p. 981] f. 109 117).

[1] P. Martino Stevordiano S. J., ex collegio monacensi, ubi contionatorem egerat, paulo ante in vindobonense misso; v. supra p. 120 303[1].

G.

MONUMENTA LITTERARIA CANISII.

575. Anno 1562 et ineunte a. 1563.

Ex epistulae totius apographo, eodem fere tempore a P. Leonardo Kessel S. J., collegii coloniensis rectore, scripto. Cod. colon. „Kess." f. 151 (in a. 1563 f. 4).

Epistula usus est *Hansen*, Rheinische Akten etc. 459[4].

Canisii catechismus Noviomagi ex templi primarii suggestu exponitur.

Noviomago 13. Ianuarii 1563 *Ioannes Iacobus ab Asten (Astensis)*, qui a. 1559 vel 1560 Coloniae doctor theologiae creatus erat ac primum quidem Antverpiae parochiam S. Iacobi rexerat, deinde Noviomagi decanus ecclesiae collegialis S. Stephani constitutus erat (*Hansen* l. c. 463 791), Coloniam ad P. Henricum Dionysium S. J. haec, praeter alia, rettulit: „Praedico quidem nunc omnibus diebus dominicis et festis exponens tantum catechismum Canisii post Vesperas; satis multi auditores concurrunt."

Astensis († 1579), vir dicendo multum valens, m. Februario 1563 Societati Iesu nomen dedit ac postea in Belgio, Hollandia, Borussia orientali, maxime Antverpiae, Noviomagi, Daventriae, Braunsbergae, Elbingae, multa pro ecclesia et egit et passus est (*Franc. Sacchinus* S. J., Historiae Societatis Iesu Pars quarta [Romae 1652] l. 7, n. 137; *Reiffenberg* l. c. 94—95. *Imago* primi saeculi Societatis Iesu [Antverpiae 1640] 840—841).

576. A mense Decembri 1562 ad m. Novembrem 1563.

Canisius et Natalis efficiunt, ut P. Fulvius Cardulus S. J. Romae aliquas „Epistolas Indicas" in Germaniae gratiam pure et latine vertat. Quas Canisius una cum praefatione, qua Ioannes Agricola medicinae professor ingolstadiensis Societatem defendit et commendat, Dilingae typis exscribendas curat.

Sanctus Franciscus Xaverius multique alii Societatis homines ex Indiis orientalibus, Arabia, Iaponia, Congo, Brasilia etc. ad Socios in Europa degentes multas iucundasque dabant epistulas, quibus, qua ratione in terris illis evangelium disseminarent, et quam copiosos fidei pietatisque fructus inde colligerent, narrabant. Quae epistulae et manibus transcriptae per totam Societatem circumferebantur (cf. supra p. 142), et typis exscriptae (ut Parisiis anno 1545, in Hispania ante a. 1557, Romae 1552, Venetiis 1551 1552 1558 1562) etiam cum externis communicabantur (Selectae *Indiarum Epistolae* [Florentiae 1887] p. XII. *Sommervogel*, Bibl. I 23 996; VIII 1327 1328). Canisius „Epistolas Indicas" — ita enim vocabantur — si non ante, certe inde ab a. 1550 magni aestimabat et avide exspectabat (*Can.* I 304 475; II 259 447; III 7 207 256 303 328) atque latinam earum editionem in regionibus septentrionalibus multum valituram esse sperabat (l. c. II 259 277; III 344). Idem P. Natalis sentiebat; qui a. 1555, cum Vindobonae moraretur, mandavit, ut epistulae indicae a Canisio latine redderentur atque ita in Germania excuderentur (Epp. *Nadal* I 310. *Polancus*, Chronicon V 271). Quidquid autem de canisiana hac versione factum est, aliquae eiusmodi epistulae ante m. Martium a. 1557 a P. Ioanne Cuvillonio S. J. latine versae erant (*Can.* II 69 259), eo

tamen dicendi genere, quod Natali haud ita placebat (Epp. *Nadal* II 172 275). Quare hic, cum a. 1562 iterum in Germaniam advectus vertendi laborem ibi non procedere vidisset, epistulis Tridentum ad Lainium, Romam ad Sanctum Franciscum de Borgia et ad P. Christophorum de Madrid datis impetravit, ut Fulvius Cardulus S. J. (de quo *Can.* III 580 [1]) Romae epistulas indicas in sermonem purum et latinum diligenter vertere iuberetur, quo in Germania excudi possent (Epp. *Nadal* II 172—173 188 188 [4] 195 195 [3]. *Can.* III 580, et supra p. 221). „Es cosa", inquit *Nadal* (l. c. II 198), „de gran importantia para Alemaña". Canisius autem, cum primam epistulam indicam m. Maio 1563 accepisset, „hanc vertendi gratiam et dexteritatem" valde probavit et a Lainio petiit, ut P. Fulvius in re adeo „salutari plaerisque et cumprimis vtili Germanis" progredi iuberetur (v. supra p. 215 226). Quare *Polancus* Tridento 28. Iunii 1563 Matritio* scripsit: „De Alemaña estan muy satisfactos de la translation de la letra de Jndia de P. Fuluio" (ex apogr. eiusd. temporis. Cod. „V. P. 63" f. 89 [b]), et 29. Iunii 1563 Natali: „S' è scritto a Roma che uada innanzi il P. Fuluio . . . nella translatione delle lettere dell' India" (Epp. *Nadal* II 319). Neque Fulvius officio defuit; nam Tridento 9. Augusti 1563 *Polancus* Matritium *certiorem facere potuit: „Vna lettera tradotta per il Padre Fuluio si è riceuta et si mandara al Padre Canisio con la prima commodita" (ex apogr. totius ep., eodem tempore scripto. Cod. „V. P. 63" f. 151 [a]). Quae versio et ipsa Canisio adeo placuit (v. supra p. 342), ut iam binas illas litteras prelo subicere statueret (v. supra p. 360). Quare *Polancus* nomine Lainii Tridento 12. Octobris 1563 Augustam vel Dilingam ad P. Cuvillonium *scripsit: „Hauemo inteso . . . come finalmente con bona licentia del Signor Duca [Alberto V.] era andato in Augusta et se preparaua per dilinga. . . . Le lettere del Jndia si stampino in bon hora" (ex apogr. eiusd. temp.; Cod. „V. P. 63" f. 273 [b]). Atque vel eodem m. Octobri exeunte vel primis m. Novembris diebus Canisius primum „Epistolarum Indicarum" exemplum excusum Tridentum ad Lainium misit; 6. Novembris 1563 alia duo exempla eodem misit, unum Lainio, alterum cardinali Hosio (v. supra p. 377 381). Erat autem hic liber:

„EPISTOLÆ INDICÆ, | IN QVIBVS | LVCVLENTA EX- | TAT DESCRIPTIO RERVM NVPER IN INDIA | Orientali præclarè gestarum à Theo- | logis societatis IESV: qui paucis ab- | hinc annis infinita Indorum milia | Christo IESV Christíque Eccle- | siæ mirabiliter adiun- | xerunt. *EIVSDEM ARGVMENTI EPI- | stolæ complures breui prodibunt, quæ omnes bona fi- | de narrant incredibilem Ecclesiæ Catholicæ apud | Indos et non ita pridem repertas Insulas pro- | pagationem: estque historia illa si vl- | la quidem alia, nunc lectu di- | gnissima iucundis- | simaque.* | Cum Gratia & Priuil. Cæs. Mai." In extremo autem libro (f. M. 8 [b]): „DILINGÆ, | Apud Sebaldum Mayer. | Anno D. M. LXIII." 12°; ff. 96 non signata (addito

titulari); f. A 2ª—B 2ª litterae dedicatoriae, Ingolstadio 1. Octobris 1563 a „Ioanne Agricola Ammonio Doctore et Medicinae professore, atque Academiae Quaestore Camerario“ ad Albertum v. Bavariae ducem datae; f. B 3ª incipiunt epistulae; f. M 6ª—M 8ª „Paraenesis, quis fructus ex huius libelli lectione sit colligendus.“

Ecclesiastica libri „approbatio“ (vel imprimendi licentia) in eo non cernitur. Libri exempla vidi Bernae (Bern in Helvetia) in bibliotheca urbana et Luxemburgi in domo Scriptorum provinciae Germanicae S. J.

Proponuntur in libello duae epistulae valde copiosae, eaeque ex insula et urbe „Ormutio“ sive Armuzia (Hormouz, Ormus, Ormuz) in freto persico sita, Persiae et Arabiae vicina, Lusitaniae regibus ea aetate subiecta, datae a „M. Gaspare Belga ex Societate Iesu Presbytero“ sive a P. Gaspare Barzaeo (Berse), qui ex Goes Zeelandiae ortus, a. 1546 Conimbricae (Coimbra) in Lusitania Societatem ingressus, a. 1548 in Indiam profectus, cum Goae magistrum egisset, a Sancto Francisco Xaverio in insulam illam missus erat, postea autem loco Xaverii Sociis in India degentibus praefectus, Goae a. 1553 vita cessit (cf. *Can.* I 304[4] et *Sommervogel,* Biblioth. I 996—997; VIII 1773). Epistula prior Ormutio 10. Decembris 1549 ad Socios conimbricenses, altera Ormutio anno 1551 ad Socios lusitanos data est. Utrum autem Fulvius epistulas ex lusitano sermone verterit an ex hispanico — utroque Barzaeus litteras scripsit (*Selectae Indiarum* Epistulae p. VII) — an ex italico (quo fortasse Venetiis iam erant vulgatae), nescio. Certe, quod Sancti Francisci Xaverii epistulis, cum latine verterentur et vulgarentur, accidisse constat (*J.-M. Cros* S. J., Saint François de Xavier. Sa vie et ses lettres I, Toulouse-Paris 1900, XXVIII—XXIX; *Monumenta* Xaveriana I, Matriti 1899—1900, VII), de his quoque epistulis factum est: Liberius tractatae sunt. Polancus Natali suas et P. Iacobi de Ledesma S. J. in priores litteras adnotationes sive „censuras“ miserat, significans, fortasse „decentiae“ gratia aliqua in litteris „mutanda“ fore (Epp. *Nadal* II, 275—276); neque longe aliter Canisius sensisse videtur; cui Lainius, ut quae ex litteris tollenda esse existimaret, tolleret, permisit, dummodo ne quicquam, quod verum non esset, iis adderet (v. supra p. 276). Ceterum eiusmodi in aliorum epistulis tractandis libertas ea aetate fere communis erat. Erant etiam, qui longe plus sibi sumerent. Unum tantum pono exemplum: Ioachim ille Camerarius, Philippi Melanchthonis amicus, cum epistularum a Melanchthone ad se datarum corpus illud, quod primum a. 1569 vulgatum, saeculo superiore etiam grandi illi „Corpori Reformatorum“ insertum est, prelo pararet, non solum complura ex epistulis illis expunxit et alia iis addidit, sed etiam earum verba ita mutavit, ut saepe Melanchthonis sententia, etiam de rebus maioribus, in contrariam verteretur (*Aug. von Druffel,* Die Melanchthon-Handschriften der Chigi-Bibliothek, in „Sitzungsberichte der philosophisch-philologischen und historischen Classe der k. b. Akademie der Wissenschaften zu München, Jahrg. 1876, München 1876, 491—527. *P. A. Kirsch,* Melanchthon's Brief an Camerarius über Luther's Heirath, in „Katholik“ LXXX[1], 385—397).

Canisius Lainio scripserat, ponendam sibi videri praefationem, qua institutum Societatis Iesu aliqua ratione explicaretur; ad quae is m. Iunio 1563 respondens Canisium monuit, ipse eiusmodi praefationem conscriberet, ita tamen, ut cum nomine amici alicuius, qui de Societate non esset, eam evulgaret (v. supra p. 276). Atque huius generis amicus sane erat Ioannes Agricola (Peurle, Baürle) ille, qui litteras dedicatorias ad Albertum V. datas subscripsit (*Can.* I 695—696; II 9[5] 17 903; III 605). Attamen ea in Agricola erat doctrina et morum gravitas, eae in praefatione illa comparent res eaque dicendi ratio, ut equidem existimen, Agricolam ipsam conscripsisse praefationem, non solum nomen subscripsisse praefationi a Canisio compositae; quamquam ex altera parte dubium esse vix potest, quin Canisius Agricolam et ad librum hac praefatione ornandum moverit et scribendi argumento

materiaque magnam partem instruxerit. Idem de illa „Paraenesi“ dixerim. Notatu autem digna sunt, quae de Societatis hominibus testatur clarissimus hic rei medicae magister scriptorque (cf. *Can.* I 695[1]), qui inde ab a. 1543 Socios Ingolstadii noverat et, collegio a. 1556 ab Alberto V. ibidem constituto, etiam ex quaestoris academici officio, quod administrabat, copiosam cum iis agendi causam nanciscebatur. „Ni ualde simus ingrati“, inquit *Agricola*, „Christo Opt. Max. errantium duci et Ecclesiae uindici nunc quidem communi Christianorum populorum nomine agendae sunt immensae gratiae, quod hoc nos tanto et tam eximio dono prosecutus est, ut in societate nominis IESV . . . nouos uelut Apostolos excitarit, qui ad impios illos sancto nomini et regno suo restituendos progressi sint, quo nomine pij omnes huic sodalitati tum religiosae, tum admodum eruditae aequiores esse deberent, cum ex hac uiri undecunque doctissimi exorti sint, qui adeo in hac ipsa India et in alijs Christiani orbis partibus toti Christianitati magnam hanc accessionem et Religionis nostrae propagationem, qualem multo ab hinc tempore uix alij ulli, admirabiliter et foeliciter pepererunt.“ Ac paulo infra Albertum V. sic appellat: „Placuit has Epistolas, . . . Princeps Christianissime, sub Illustrissimae celsitudinis tuae nomine in publicum aedere, ut pro tua authoritate . . . tueare officiosos uiros; quorum praeclaram societatem pro tua singulari pietate hactenus et amanter complexus et studiose tutatus es, utpote piorum et doctorum omnium protector atque Mecoenas magnificus. Garriant aemuli quod uoluerint in Iesuitas. Ex bonis fructibus arbores bonae dignoscuntur[a] [1]. Et cum multa sint studia, quae quisque ad suas potius priuatas opes, et ad externum splendorem atque fastum conuertit, hi nihil priuati commodi gratia moliuntur, sed ecclesiae tantum inseruiunt. Neque illos coaceruandae pecuniae studium tenet, sed gratuitam omnibus operam suam ac diligentiam assidue praebent: Episcopatus pingues facile impetrare possent, sed excutiunt oblatos. Non enim tales honores appetunt, sed quoties euocati ad consultationes Reipublicae Ecclesiasticae, uel pedestres accurrunt longius, ut fidem operamque suam locent, nec argentum nec supellectilem lautam, aut domum bene ornatam et bene instructam apud eos uideas, tantum redditus annuos in sumptus necessarios ipsis obtingere contenti, quos integros erogent, ut uertente anno nec desit eis quicquam nec superet. Accedunt tot itinera, tam multae et crebrae ultro citroque profectiones, et continui labores pro Republica Christiana suscipiendi, in quibus promptam uoluntatem et studium ad parendum maioribus et inseruiendum proximis maximum adferunt atque declarant“ (Epistolae Indicae f. A 7^{a}—B^{a}). Haec certe cum iis conveniunt, quae Agricola Ingolstadio a. 1550 de PP. Canisio, Iaio, Salmerone Alberti V. secretario scripsit (*Can.* I 695).

Libri exempla, ut *Agricola* ipse testatur (l. c. f. A 3^{b}), excusa sunt 1000 . P. *Lambertus Auer* S. J., collegii moguntini rector, Moguntia 9. Novembris 1563 Natali scripsit: „20 essemplari hauemo seruato delle lettere indiane, et altre tante mandate per Treuere . Il resto per li altri collegii et Franza“ (Epp. *Nadal* II 451—452) . Maximiliano II., 23. Ianuarii 1564 Pragam advecto (*Turba* l. c. III 253), P. Henricus Blyssemius S. J., collegii pragensis rector, librum tradidisse videtur[2]; cf. *Io. Schmidl* S. J., Historiae Societatis Iesu Provinciae Bohemiae pars prima (Pragae 1747) 171.

a) dignosuntur *Epp.*

---

[1] Cf. Mt 7, 16—20; 12, 33; Lc 6, 43 44.

[2] Anno 1561 P. Ioannes de Victoria litteras indicas latine versas in collegii vindobonensis typographia excudere et Maximiliano II. dedicare voluerat (*Can.* III 78).

Ceterum, quod Agricola et in titulo libri et in eius praefatione (f. A 8[a]) promisit, duabus hisce epistulis „mox alias successuras esse“, ita brevi hoc effectum non est. Nam Cardulus — id quod Canisius magnopere petierat (supra p. 215 360) — a Lainio quidem iussus erat in vertendo pergere (Epp. *Nadal* II 319; et supra p. 364); sed 14. Novembris 1563 Canisius a Polanco certior factus est, fore, ut rhetoricae tradendae officium Cardulo modo commissum versioni illi moram et tarditatem afferret (v. supra p. 393). Attamen cum a. 1566 Lovanii ab Ioanne Rutilio Sombergio (qui de Societate non erat) „Epistulae Indicae“ copiosius quidem, sed mendose vulgatae essent, Canisius et Natalis a Sancto Francisco de Borgia praeposito generali impetrarunt, ut doctissimus vir Ioannes Petrus Maffei S. J. ad novam versionem perficiendam incitaretur; quae primum a. 1571 Dilingae a Sebaldo Mayer excusa est (Epp. *Nadal* III 154 813. *Sommervogel* l. c. V 294). De qua editione plura suo tempore dicentur. Germanice quoque complures epistulae indicae Dilingae annis 1587, 1589, 1590 vulgatae sunt (Zeitschrift des *Münchener Altertumsvereines*. Neue Folge. 6. Jahrg., München 1894, 14). Has editiones et similes saeculis XVI. et XVII. factas tandem in Germania secutum est periodicum illud et pretiosum opus „Der Neue Welt-Bott mit allerhand nachrichten deren Missionarien Soc. Iesu“, Augustae Vindelicorum et Graecii inde ab a. 1726 ab *Iosepho Stöcklein* aliisque Societatis sacerdotibus 40 fere partibus in 2° editum; atque saeculo XIX., ab anno 1873 usque in praesens, libellus „Die katholischen Missionen“, qui nunc aliquot eiusdem Societatis sacerdotibus curantibus Friburgi Brisgoviae singulis mensibus in lucem emittitur [1].

577. Initio a. 1563.

Canisii precationes germanicae et (una cum iis) eiusdem „Parvus Catechismus Catholicorum“ germanice versus (liber primum a. 1560 Dilingae a Sebaldo Mayer editus) iterum ineunte a. 1563 ex eadem typographia in lucem prodeunt. Libri elegantia (figurae etc.); praefatio; cur Canisius nomen suum editioni priori ascribi noluerit, editioni alteri apponi passus sit. Institutiones ad paenitentiae et eucharistiae sacramenta bene suscipienda. Qua ratione altera haec editio emendata sit. Libri raritas. Pius IX. de eo ex latebris eruto gratulatus.

De germanico illo libro precationum („Betbuch“), a Canisio composito, qui una cum „Parvi Catechismi Catholicorum“ canisiani versione germanica primum excusus atque editus est anno 1560 Dilingae apud Sebaldum Mayer (v. *Can.* II 898—901), *Canisius* Augusta 26. Novembris 1560 Coloniam ad Socios scripsit: „Mitto Cathechismum vna cum precationibus recens editum, quem aliquando promisi . offeretis hunc librum Reverendissimo Archiepis . Coloniensi vt munus hoc boni consulat meo nomine precantes, libenter a vobis admonebor si quae in recognoscendo mutanda vel addenda iudicaueritis“ (*Can.* II 766). Colonia autem P. *Ioannes Rethius* S. J. 5. Ianuarii 1561

---

[1] *C. A. Witz,* unus ex protestantium austriacorum coryphaeis, in oratione, quam 16. Novembris 1897 Vindobonae in templo quodam protestantium habuit, hoc, praeter alia, in Canisio laudavit: [Er hat] „eine Anregung gegeben, welche unsere ungetheilte Anerkennung verdient, ja unsere Bewunderung erregt, zumal wenn wir bedenken, wie gering damals, besonders in den evangelischen Kreisen, das Verständniss für die Missionsthätigkeit gewesen: er hat nämlich veranlasst, dass die Berichte der Missionäre aus Indien in Druck erscheinen, um ‚die Gläubigen durch die guten, frohen und heilsamen Nachrichten zu bestärken‘“: Petrus Canisius, der erste deutsche Jesuit, und die evangelische Kirche. Vortrag, gehalten in der evangelisch-reformierten Kirche zu Wien . . . von D. C. A. Witz, Wien 1897, 12.

Canisio de eodem archiepiscopo (Ioanne Gebhardo a Mansfeld) scripsit: „Liber precationum quem R. V. miserat ualde gratus ipsi fuit" (*Can.* III 7). Eundem librum P. *Guilielmus Elderen* S. J. significat, cum in domus Societatis augustanae litteris historicis, Augusta 8. Maii 1561 datis, de Canisio refert: „Edidit Pater librum precatorium sed germanica lingua scriptum, qui summa quidem cupiditate quaeritur, emitur, teritur. Placuit is liber tum alijs, tum magnatibus admodum, praesertim vero Imperatori" (*Can.* II 900). Ex quorum procerum numero etiam quinque illae eiusdem Ferdinandi I. imperatoris filiae erant, quae Oeniponte eo tempore habitabant; hae enim exeunte m. Martio 1561 Canisio pro 12 libellis precationum („Pettpuechlen") sibi dedicatis, missis, donatis 20 florenos mitti iusserunt (*Can.* III 695). Idem liber Pragam quoque ad Ferdinandum archiducem, earum fratrem, missus esse atque eidem multum placuisse videtur (l. c. III 717). Quare mirum non est, quod *Elderen* in litteris, quas dixi, affirmat: „Exemplaria libri perpauca supersunt, vt iam Typographus nouam paret aeditionem" (l. c. II 900). At res protracta est; nam Canisius librum integrum relegere, emendare, amplificare statuit; quem etiam antequam iterum prelo subiceret, „doctoribus ingolstadiensibus" (PP. Nicolao Lanoio, Alphonso Pisano, Theodoro Peltano, S. J.) recognoscendum tradere a Lainio praeposito generali iussus erat (l. c. II 753 778). Tandem inter 5. et 19. Decembris 1562 *Canisius* Augusta Coloniam ad P. Henricum Dionysium S. J. scripsit: „Mittam ad Sororem fortasse libellum qui nunc sub prelo est, et fortasse vobis non displicebit. Correxi enim et auxi libellum precationum Germanicarum et Catechismum etiam germanice scriptum, vt de germanis bene mereri possim" (l. c. III 552). Paulo post in lucem prodiit:

„CATECHISMVS. | Kurtze Erclä- | rung der fürnemsten stuck | des wahren Catholischen | Glaubens. | Auch rechte vnd Catholi- | sche form zu betten. | Alles von newem mit fleiß gebessert | vnd gemehret, Durch D. P. Ca- | nisium Thumpredigern zu | Augspurg. | Mit Röm. Kay. May. Frey- | heit. | Anno Dñi M.D.LXIII." In extremo libro: „Getruckt zu Dilingen, durch Sebaldum Mayer."

In titulo versus 2, 3, 6, 7[1], 12 et verba „Durch D. P. Canisium" rubra sunt; integer titulus figuris frondium, foliorum, columnarum, angelorum etc. in lignum incisis velut ora quadam includitur; 8° min.; catechismus ff. 96 (addito titulari) non signatis constat; sequitur liber precationum „Rechte vnd Catholische Form zubetten" etc., isque ff. 326 signatorum, et 9 non signatorum, in quibus „Beschluß" libri precationum et index rerum eiusdem praecipuarum copiosus comparent. Singulae tum catechismi tum libri precationum paginae similiter ac pagina titularis figuris marginalibus ornatae sunt; praeterea in catechismo 35, in libro precationum 68 fere imagines in lignum incisae, eaeque variae magnitudinis, expressae cernuntur, ita tamen, ut nonnunquam eadem prorsus imago 2 pluribusve locis posita sit. Litterarum forma magna est atque elegans, charta densa; ex imaginibus nonnullae, ut

[1] Non 2 3 5 6 etc., ut in „Katechismen" etc. 129[3] perperam notavi.

Christi in monte oliveti orantis (f. 65a) et S. Hieronymi (f. 213a), Alberti Dureri memoriam excitant.

Ecclesiastica libri „approbatio“ (vel eius imprimendi „licentia“) in eo non comparet.

Libri praefationem (f. AIJa—AIIJa), quia ad ipsius historiam illustrandam multum confert, integram propono:

„Zum Christlichen Leser. D. P. Canisius. DJss Betbuch sammt dem Catechismo wirdt jetz abermal getruckt, vnd, wie ich vernimm, mit grossem verlangen viler guthertzigen, die sich mit der ersten edition nit wol ersetigen kondten. So hab ich dise arbeit auff mich genommen, das gantze Buch widerumb zu vberlesen, zu Corrigiren vnd zubessern. Gott gebe sein gnad vnd das gedeyen, dass mein geringe pflantzung[1] so fruchtbar sey, als gut vnd auffrecht die mainung ist. Jch hette aber meinen namen auff diss mal, wie vor, gern vnderlassen, zum thail darumb, dass ich bey der einfaltigkeit blibe, vnnd des rhums müssig gienge. Zum theil auch, damit den zänckischen zu diser zeit weniger vrsach zum hader, neyd vnd widerwillen gegeben wurde. Jetzunder aber, auss verstendiger leut anhalten, vnd dass ich die warheit vor freund vnd feinden frey bekenne, hab ichs also geschehen lassen, dass diss gebessert werck, Gott allein zu lob, vnd dem gmainen mann zu nutz in meinem namen offenlich aussgehe. Woellen sie mich darumb lestern vnd schenden, so hab ich desto mehr vrsach, das böse mit gutem zu überwinden[2], die feind vnd spötter zu lieben, vnd, wie Paulus sagt, fewrige kolen auff jhre häupter zu samlen[3]. Bit den Vatter aller liechter[4], er wölle die Sonnen der wahren weissheit in vnsern hertzen auffgehn lassen, damit die dicke finsternuss der Rotten vnnd Secten hingenommen werde, der helle glantz aber der Christenlichen Catholischen warheit leut vnd land durchscheine, alle hertzen erleuchte vnnd ernewere, ja auch beide die glaubigen vnd vnglaubigen auf den rechten schmalen weg[5] zum ewigen hail füre, durch Jesum Christum vnsern allerliebsten Herrn vnnd hayland, Der ist vnser schilt vnd helm, vnser trost vnd schatz. Sein heyliger Name sey in allen vnnd von allen menschen zu allen zeiten gebenedeyt[6], Amen.“

Quod autem Canisius in praefatione asserit, prudentium hominum hortatu se nomen suum libro ascribi passum esse, id fortasse primo loco ad ea referendum est, quae Lainius litteris Roma 14. Decembris 1560 per Polancum italice datis de precationibus germanicis iterum excudendis Canisio commendavit: Expediet vel episcopum vel eius vicarium auctoritatem suam interponere, neque abs re fore videtur, auctoris nomen saltem litteris aliquibus, quas vicarius conscripserit, inseri, ne lex illa, qua libri incertis auctoribus vetantur typis exscribi[7], violetur (*Can.* II 778). Neque tamen scio, num ad hanc editionem referenda sint etiam verba, quae (praeter alia ad Canisii vitam spectantia) leguntur in parte aversa tabulae, in qua Canisii imago pigmentis oleatis picta cernitur, eaque vetusta quidem, sed modo refecta (tabula Augustae in sacristia ecclesiae cathedralis servatur): „Anno 1563 die 27. Sept. a capitulo concessum, ut Catechismus huius P. Canisii prima vice Dilingae imprimeretur.“ Certe hic Canisii catechismus Dilingae apud Mayerum a. 1560 primum excusus, a. 1562 exeunte iterum excudi coeptus est; minimus autem Canisii catechismus iam a. 1558, si non prius, ibidem prelum subierat (*Can.* II 886—887). Fieri tamen poterat, ut eiusmodi concessionis 27. Septembris 1562 factae memoria in capituli augustani monumentis olim exstaret (equidem nihil repperi) atque eorum, qui in tabula illa scripserunt vel scripta refecerunt, vitio „1563“ et „prima vice“ ponerentur.

Fol. A3b—C2b calendarium positum est, cum variis legibus praeceptisque, ut de „Tailung des Jars“, „Vom Schaltjar“, „Die vier thail des Jars“; ex quibus prae-

[1] Cf. 1 Cor 3, 6—7. [2] Rom 12, 21. [3] Rom 12, 20. Prv 25, 22.
[4] Iac 1, 17. [5] Mt 7, 14. [6] Cf. Ps 112, 2 3; Rom 9, 5 etc.
[7] De hac lege v. *Can.* II 900—901.

ceptis nonnulla versibus, qui extremis syllabis consonant, enuntiantur; atque in „numeri aurei“ inveniendi ratione perinde, atque in prima huius libri editione, a. 1560 facta, monetur: „Fahe an zu zählen im Jar 1560, darinnen dieser Kalender gestellet ist“ (*J. B. Reiser*, Ueber die Entstehung der Canisius-Katechismen, in „Theologisch-praktische Monats-Schrift“ V, Passau 1895, 136); f. 𝔈 3ª — 𝔈 6ª „Vorred in den volgenden Catechismum“; f. 𝔈 6ᵇ conspectus rerum; f. 𝔈 7ª catechismus incipit; qui 116 quaestiones continet, easque per 5 capita dispositas; in cap. VI., sine quaestionibus, testimonia Scripturae et Patrum proponuntur; plura v. in *editoris* Katechismen etc. 130—133.

In libro precationum 18 quaestiones cum suis responsionibus iisque satis amplis ad peccatorum confessionem bene instituendam, totidem aliae ad sacramentum altaris recte suscipiendum pertinent; proponuntur etiam rationes dies Sanctorum pie colendi, animas mortuorum iuvandi etc., psalmi germanice versi, multae ex piis illis precationibus, quae cum nominibus SS. Augustini, Ioannis Chrysostomi, Ioannis Damasceni etc. circumferebantur. Plura vide in *editoris* Katechismen 128—133 [1].

Anno quidem 1560 liber editus erat forma, tum quod ad chartam tum quod ad litteras attinet, paulo maiore; plures etiam habebat imagines (in catechismo 47); sed in altera hac editione litterae comparent pulchriores, et imagines omissae sunt illae, quae minus erant pulchrae; catechismi quaestionibus 4 novae, testimoniis Scripturae 2 alia adiuncta sunt; atque — id quod in hac re maximi est momenti — responsiones, quae in catechismi germanici editione principe cum latino illo „Parvo Catechismo Catholicorum“ fere ad verbum conveniunt, in altera hac editione amplificatae sunt (*Reiser* l. c. et in „Katholik“ LXXV¹ 191); omissa autem est copiosa illa praefatio, quae in principe editione precationibus praeposita erat.

Librum vidi Eystadii; ubi is in bibliotheca episcopali (sign. „S 1“) asservatur, a J. B. Reiser cathedralis ecclesiae passaviensis canonico donatus. In cuius summa pagina titulari litteris (a Canisio scriptis?), quae iam paene evanuerunt, scriptum est: „In usum Collegii Soc. Iesu Ingolstadii d. d. d. P. Canisius“. Neque praeter hoc exemplum (quod olim collegii S. J. ingolstadiensis erat) ullum aliud, quod quidem integrum sit, adhuc exstare cognovi. Exemplum autem, in quo precationes desunt, vidi Vindobonae in bibliotheca aulica (21. Z. 46); Sangalli (St. Gallen) quoque in bibliotheca abbatiali (Stiftsbibliothek F. F. 6 13ⁿ) huiusmodi exemplum exstare ex litteris inde 13. Iunii 1903 a clariss. Dn. *Ad. Fäh*, eiusdem bibliothecae praefecto, ad me datis intellexi.

Integrum librum, omisso tantum illo calendario etc., ex exemplo illo ingolstadiensi typis denuo exscribendum curavit *J. B. Reiser*, quem dixi: „Gebetbuch des sel. Petrus Canisius S. J. Theol. nebst dessen kurzer Erklärung der Hauptwahrheiten des katholischen Glaubens (Originaltext in neuer Orthographie)“ etc. Regensburg und New-York 1867. Catechismum, antiqua dicendi et scribendi ratione servata, ex eodem exemplo vulgavit *Christ. Moufang*, Katholische Katechismen des sechzehnten Jahrhunderts in deutscher Sprache, Mainz 1881, 559—594.

Pius IX. litteris Roma 27. Martii 1867 datis Reisero (qui postea etiam principem editionem repperit) gratulatus est, quod „utilissimum“ hunc libellum „e vetustatis latebris“ eruisset (*J. B. Reiser*, B. Petrus Canisius als Katechet in Wort und Schriften [2. Aufl., Mainz 1882] 71).

Editionem posuit *Sommervogel*, Bibl. II 627.

578. 1563 (sub m. Maium?).

Dilingae ex officina typographica Sebaldi Mayer liber germanicus „Hortulus Animae . Der Seelen Garten“ multis imaginibus ornatus in lucem prodit. In quo,

---

[1] Lapsum me esse, cum („Katechismen“ 127—129) a. 1563 precationes quidem iterum, germanicum vero illum catechismum primum excusum esse affirmarem, iam monui *Can.* II 899.

praeter multas alias precationes, septem „Officia“ sive „Horae“ in singulos hebdomadae dies Canisii (id praestare a Natale olim iussi) opera dispositae sunt. Liber compluribus placet et utilis est; idem, ut videtur, Bavariae bibliopolis ab Alberto V. duce commendatur. „Hortuli“ postea in „Indice“ proscribuntur.

P. Hieronymus Natalis, Societatis visitator, Venetiis 6. Iulii 1555 ad Sanctum Ignatium haec, praeter alia, scripsit de rebus in Societatis collegio vindobonensi, in quo tunc etiam Canisius morabatur, a se gestis: Haereticorum „libri si moltiplicano in infinito, et stampano di nuouo; et li libri catholici, che son fatti contra loro, già non si stampano più, ne quasi si trouano, in modo che li medesmi catholici dicono, (benchè non si possono scusar') che non trouano da legger' altri libri che di questi luterani, che è andar tutto à la roina“. Qua de causa magistro Canisio „si ha dato ordine che . . . si stampino in modum enchiridi li decreti del concilio tridentino, et li euangeli et epistole dell' anno ex euulgata editione con alcuni scolij et annotationi breui contra li luterani, et certe hore che non si trouano già nessune con l' officio della Madonna et 7 psalmi [1] et altri officij catolici, et la carta abecedaria per li putti, et vn compendio della dottrina christiana, perchè tutto questo, Padre, etiam fra li catolici, è corrutto“ (Epp. *Nadal* I 309 310; cf. etiam *Polanci* Chronicon V 271—272).

Atque Evangelia quidem illa et compendium doctrinae christianae sive Catechismum Canisius a. 1555 et 1556 primum in lucem emisit; reliqua vero vel his vel proximis annis ab eo vulgata esse compertum non est. In litteris autem quadrimestribus domus augustanae S. J., Augusta 2. Septembris 1563 datis, P. *Guilielmus Elderen* S. J., unus ex Canisii sociis augustanis, haec, praeter alia, de eo refert: „Pater Prouincialis in ordinem redegit cursum quendam horarium, ut singulis diebus habeant pij quo se oblectent precando . Hunc librum complures habent sibi familiarem, eiusque lectione apprime iuuantur“ (ex archetypo . Cod. „G. Ep. IV“ f. 140ª—141ª). Significat igitur Elderen (quae erat dicendi ratio illis temporibus usitata; cf. *Du Cange* l. c. II 675; IV 232), Canisium „Horas“ quasdam sive „Officia“ ecclesiastica vel series hymnorum, psalmorum, orationum etc. ita disposuisse, ut pii singulis diebus suas, quas recitarent, horas sive suum officium haberent eoque se pie oblectare possent.

Exstat autem liber Dilingae in officina Sebaldi Mayer, anno non ascripto, excusus, et sic inscriptus:

„HORTVLVS | ANIMÆ . | Der Seelen | Garten, mit sonderli= | chem fleiß zugericht vnd er= | newert, zu Geistlichem lust | vnd trost allen liebha= | bern Christlicher | andacht. | Den gemainen Inhalt dises guldin Buch= | lins,· findt man alsbald hernach, das Regi= | ster aber insonderheit am end . |

[1] Notissimos illos psalmos dicit, quos „septem Psalmos poenitentiales“ vocamus (Ps 6 31 37 50 101 129 142).

Getruckt zu Dilingen durch | Sebaldum Mayer." (Tituli versus 1, 3, 4, ultimi duo rubri sunt.) Sine anno; 16°; ff. sign. 336; praeterea in initio 17 (addito titulari) et in fine 6 ff. non sign. Ecclesiastica libri „approbatio" (vel eum imprimendi „licentia") in eo non cernitur.

In folii titularis pagina aversa rerum praecipuarum conspectus, quem dicimus, comparet, isque sic incipit: „Der erst thail begreifft siben Curs auff die siben tag der wochen gestellt". In ipsius autem libri f. 4[b]—111[b] Horae illae („Curss oder siben Tagzeit") ita positae sunt, ut sint die Dominico de sanctissima Trinitate, die Lunae de aeterna Sapientia („von der ewigen Weissheit"), die Martis de Spiritu Sancto, die Mercurii de omnibus Sanctis, die Iovis de sanctissimo Altaris Sacramento, die Veneris de passione Christi, sabbato de Beata Maria Virgine („von vnser lieben Frawen"). In libri initio calendarium cum variis versibus, qui extremis syllabis consonant, ut „Tailung des Jars", „Vom Schalt jar", „Die vier thail des Jars" etc. (f. A II[a]—C[b]), cernitur idem, quod in Libro precationum („Catechismvs . . . Auch . . . form zu betten") a. 1563 Dilingae apud Sebaldum Mayer a Canisio iterum edito positum est. Ex precationibus quoque complures et in hoc et in illo libro exstant . In „Hortulo" similiter, atque in Libro precationum, singulae paginae figuris frondium, foliorum, capitum etc. in lignum incisis velut marginatae sunt et multae imagines eadem ratione incisae, eaeque variae magnitudinis, per librum dispositae cernuntur, ita tamen, ut aliquae saltem „Hortuli" imagines in libro illo precationum non appareant.

Quare hic Hortulus Canisii cura Dilingae a Sebaldo Mayer excusus esse omnino videtur . Dixeris fortasse, eum non a. 1563, sed 1560 editum esse; nam annus quidem nec titulo neque extremo libro ascriptus est; sed in calendario (f. B VI[a—b]) legitur: „Wie man die Gulden zal alle Jar finden soll . . . Fahe an zu zelen im Jar 1560 . Darinnen diser Kalender gestellt, vnd die Gulden zal 3 ist" etc. . At in libri quoque precationum („Catechismus" etc.) editione secunda, quam a 1563 factam esse certo constat, lector in numero aureo quaerendo ab a. 1560 incipere eodem modo iubetur (v. supra p. 990). Hoc igitur praeceptum, sicut ex libri precationum prima editione, a. 1560 facta, anno 1563 in editionem alteram simpliciter translatum est, ita etiam, ut eodem anno in Hortulum quoque similiter transferretur, fieri poterat . Similiter in „Hortulo Animae" Dilingae a Sebaldo Mayer anno „MDLXXV" excuso „Tabula Festorum Mobilium" (f. 11[b]—12[a]) ab anno 1571 incipit (id quod a. 1899 R. P. *Antonius Weis* O. Cist., monasterii reunensis [Reun] bibliothecarius, humanissime me monuit) . Certe si quis Eldereni verba initio huius commentarii a me posita diligenter consideraverit, hunc de „cursu horario" ante 3 annos per Canisium „in ordinem redacto" scribere negabit; atque ipsa litterarum quadrimestrium ratio hoc exigebat, ut res proximo quadrimestri tempore, non aliquot annis ante, gestae referrentur .

Neque Elderen „cursum“ iterum a Canisio in ordinem redactum vel cursus ante tres annos per Canisium in ordinem redacti novam editionem modo factam esse scribit . Quod autem in titulo hic „Hortulus“ renovatus („ernewert“) vocatur, id facile explicatur ex eo, quod iam inde a saeculo XV. „Hortulus animae“ saepe et latine et germanice excusus est, ut „Ortulus anime . Argentine per Wilhelmum Schaffener de Ropersswiler“ 1498, „Ortulus anime Der selen gärtlin würde ich gnent, . . . hat mich Sebastianus Brant Besehen vnd vast corrigiert zu teutsch auch vil transferiert“ etc. Strassburg 1508; similes editiones factae sunt Antverpiae 1533, 1540, Argentorati 1500, 1503, 1504, 1507, 1511, 1512, 1513, 1519, Augustae Vindelicorum 1513, Basileae 1515, 1523, Lovanii 1551, Lugduni 1513, 1516, 1517, 1518, 1546, Moguntiae 1514, Norimbergae 1510, 1516, 1519, 1521, Parisiis 1538 etc. (*Graesse* l. c. III 373—374; *L. Rosenthal,* Katalog 65 p. 59; Catalogue XLI p. 240—241; LX p. 130; LXXXIX p. 50; XCVIII p. 80; *Iac. Rosenthal,* Bibliotheca Catholico-Theologica, Cat. XVI p. 37 38). Ceterum coniectando, non definiendo, haec dixi. Fortasse enim editio, quam proposui, a. 1560 vulgata est hancque a. 1563 altera editio secuta est, cuius exempla vel perierunt vel latent.

Hunc „Hortulum“ a Canisio editum esse colligitur, aliqua saltem ratione, etiam ex lege ab Alberto V. Bavariae duce de libris vendendis lata, quae a. 1566 Monachii ex officina Adami Berg typis vulgata est cum hoc titulo: „Catalogus . Der Büecher vnnd Schrifften, vnser Heilige Religion vnnd Geistliche sachen belangendt“ etc . Ibi enim inter libros germanicos, quos in Bavaria per bibliopolas vendi liceat, nominantur: „Von Bethbüchlen, die Hortuli Animae, Alt vnnd new getruckht . Des Fabri . Des Nausee . Des Wilden . Des Canisij . Vnnd was der Dobereiner . Wallasser . Vnd andere verteutscht . Das alles in der Truckerey zu Dillingen zufinden sein wirdt. Dessgleichen zu Ingolstat“ (*Archiv* für Geschichte des Deutschen Buchhandels I. [Leipzig 1878] 177—178).

Primam huius „Hortuli“ partem, de qua supra scripsi, quattuor aliae sequuntur; quae quid contineant, in folii titularis pagina aversa sic significatur: „Der ander thail helt inn sich Morgens vnd abents gebet, sampt den siben bußpsalmen. Der dritt thail sagt von dem Sacrament der Beicht vnnd des zarten Fronleichnams Christi, auch von der Meß, vnnd den darzu gehörigen gebetten. Der viert thail ist gestellt auff die heilig Dreyfaltigkeit, auff die fürnemste Fest der Kirchen, vnd auff die Heyligen Gottes. Der fünfft thail beschleußt, wie man für gemaine vnnd sonderliche anligen der Christenheit, auch für die krancken vnd abgestorbnen bitten soll.“ In parte secunda haec, praeter alia, leguntur: Preces dicendae, cum domo exis; cum ecclesiam intras; cum in ecclesiam venisti. „Der fein alt Hymnus; Christe qui lux es et dies. CHrist der du bist das liecht vnd tag, Die finsternuss der nacht veriag“ etc. (f. 123^{a}—124^{a}). In parte tertia: Peccatorum confessio publica; absolutio; altera peccatorum confessio publica, eaque cotidie dicenda: brevis institutio ad sacramentum paenitentiae suscipiendum; missa Beatae Mariae Virginis germanica (Introitus; Kyrie; Gloria; Collecta; Epistula; „Der Sequentz. Verbum bonum. Das wort Aue last vns singen, das gut ist, vnd süss thut klingen“

etc. [f. 177 b — 178 a]; Praefatio; Sanctus; omisso Canone sequitur Pater Noster etc.). In parte quarta: Preces, quibus quinque Christi vulnera coluntur. Precationes SS. Ambrosii, Andreae episcopi hierosolymitani, Bedae, Gregorii Magni; precatio a Sixto IV. papa composita; „Planctus Marie", Ave Maria aureum quod sancto Bernardo ab angelo revelatum est, nomen „Maria" per quinque eius litteras expositum; S. Ioannis Damasceni ad sanctum Michaelem archangelum precatio. In parte quinta: „Ein gebett vor der Aderlassung" (f. 285a); precationes S. Bernardi; septem meditationes in singulos hebdomadis dies distributae (quae diversae sunt a septem illis meditationibus de Christi virtutibus in „Parvo Catechismo Catholicorum" positis, de quibus *Can.* III 777 et infra p. 1008); orationes S. Birgittae ad Christi passionem spectantes.

Canisius „Hortulo animae" Dilingae edendo operam impendit tum (puto), quia Lutherani suas precationes sub „Hortuli animae" nomine iam coeperant vulgare (ut: „Hortulus anime: Lustgarten der Seelen" excusus est Vitembergae in officina rhawiana a. 1547, et iterum a. 1550; similiter Francofurti ad Moenum a. 1546, 1548 etc. *Graesse* l. c. III 374; *Stevenson* l. c. II 1 373), tum quia in catholicis aliquibus „Hortulis" aliqua proponebantur haud ita probata; ut cum in „Hortulo anime" Argentorati a. 1507 per Ioannem Knoblouch excuso precatio ponitur, quam qui coram Christi crucifixi imagine pie dixerit, totidem dierum quot Christus passionis tempore vulnera habuerit, atque ita 5475 dierum indulgentiam habiturus sit; hanc enim indulgentiam a Gregorio III. concessam, a multis aliis pontificibus confirmatam esse (*J. B. Riederer*, Nachrichten zur Kirchen-Gelehrten- und Bücher-Geschichte VI, Altdorf 1764, 170—171; alia exempla posuit *Reusch*, Der Index I 310—311). Ac P. *Ioannes Dyrsius* S. J. Merana, ubi cum Magdalena regina eiusque sororibus versabatur, 12. Decembris 1564 Romam ad Lainium *scripsit: „Jnterrogor aliquando . . . de Jndulgentijs concessis orationibus, quae passim in Hortulis circumferuntur, ubi tot mille annorum Jndulgentiae, tot centenae [centena?] millium etc. et dicunt mundum tamdiu constare non posse" (ex autographo. Cod. „G. Ep. V" f. 108a); hac de re cf. supra p. 29[1].

Quare in „Indice" romano iussu *Sixti V.* a. 1590 excuso proscriptus est „Hortulus animae, quamdiu secundum regularum formam correctus non prodierit" (*Reusch*, Die Indices Librorum prohibitorum etc. 488), et in Indice iussu *Clementis VIII.* Romae a. 1596 primum evulgato prohibetur „Hortulus animae, nisi corrigatur" (*Reusch* l. c. 556; *Index* librorum prohibitorum etc. [Coloniae, apud Gosvinum Cholinum 1597] f. 26a). Similiter in Indicibus romanis postea vulgatis edicitur (*Reusch*, Der Index I 410). Ceterum iam in „Cathalogo" librorum prohibitorum, anno 1559 iussu *Ferdinandi de Valdes* archiepiscopi hispalensis et inquisitoris generalis Hispaniae Pinciae excuso, inter libros latinos proscriptus erat: „Hortulus animae absque nomine autoris". Similiter in „Indicibus" a. 1581 Olissipone iussu *Georgii Dalmeida*, inquisitoris generalis Lusitaniae, et a. 1583 Matriti iussu *Gasparis a Quiroga*, generalis inquisitoris Hispaniae, excusis inter libros latinos „Hortulus animae" simpliciter et sine exceptione prohibitus erat (*Reusch*, Die Indices Librorum etc. 223 356 410).

Libri exemplum vidi Guelpherbyti (Wolfenbüttel) in bibliotheca ducali, „697. 12. Th." Alterum exemplum exstat Londini in museo britannico (C. 30, c. 5).

Germanicus hic „Hortulus" Dilingae postea quoque compluries editus est, ut a. 1586 et 1605; de quibus editionibus suis locis dicetur.

Hortuli canisiani neque quisquam ex iis, qui Canisii vitam scripserunt, neque quisquam ex Societatis Iesu bibliographis fecit mentionem; id quod eo factum esse existimo, quod Canisii nomen in Hortulis non comparet, et quod Hortuli postea in „Indice" proscripti sunt.

579. Anno 1563 (ante m. Iunium?).

Verisimile est, „Hortulum animae" Canisii opera interposita Dilingae etiam latine excusum esse.

P. *Henricus Blyssemius* S. J., collegii pragensis rector, litteris Praga 13. Iunii 1563 datis a Canisio petiit, ut „ob praesentem Scholae“ pragensis „necessitatem“ sibi quam primum, praeter alios libros, „exemplaria“ „Hortulorum latinorum 50. Hortulorum germanicorum 20“ curaret mittenda vel Dilinga vel Augusta (v. supra p. 251); libri enim Dilingae excusi potissimum vendebantur per Georgium Willer, bibliopolam augustanum (*Fr. X. Schild*, Die Dillinger Buchdruckerei und ihre Druckwerke im 16. Jahrhundert, in „Jahresbericht des Historischen Vereins Dillingen“, 5. Jahrg. [Dillingen 1892] 105). Unum autem ex „exemplaribus“ illis Blyssemii rogatu per Canisium Pragam missis fuisse Hortuli germanici Canisio curante Dilingae excusi exemplum illud, quod nunc in bibliotheca guelpherbytana asservatur, ex eo conicere licet, quod in huius folio titulari manu antiqua scriptum est „Ex libris societatis IESV Pragae“. Atque Blyssemii verbis hoc quoque verisimile efficitur: Canisii cura Dilingae Hortulum animae non solum germanice, sed etiam latine editum esse. Accedit, quod Hortuli latini (a germanico tamen illo nonnihil discrepantes) cum Canisii „Parvo Catechismo Catholicorum“ Dilingae excusi sunt a. 1575 et 1581; de quibus suo tempore plura dicentur.

580. Ab exeunte a. 1562 ad m. Novembrem 1563.

Chemnitii adversus Societatem Iesu librum a Ioanne Zangero germanice redditum et multis verbis probrosis obscoenisque amplificatum Canisius, Lainio praeposito generali probante, scripto refutat germanico; quod ab Ioanne Alberto universitatis ingolstadiensis magistro laico evulgandum curat. Liber cardinali Hosio mittitur, Coloniae avide legitur, Romae latine versus Lugdunum perfertur.

Martini Chemnitii, Lutheranorum brunsvicensium theologi, libellus ille contumeliosus „Theologiae Iesuvitarum praecipua capita“ (*Can.* III 809—814) a. 1562 vel 1563 in lucem prodiit germanice versus et amplificatus per Ioannem Zanger oenipontanum, qui a fide catholica defecerat (ita ipse in libri praefatione fatetur) et eo tempore Brunsvici (Braunschweig) in templo S. Petri Lutheranorum contionatorem agebat: „Vom newen Orden | Der Jesuwi= | der, Was jr glaube sey, | vnd wie sie wider Jesum, vnd wi= | der sein heiligs Euangelion streitten, der | meinung, das sie die Deutschen vmb jre Seligkeit | bringen, vnd widerumb vnter des Bapsts Joch | ziehen wolten, zuuor in Latein durch M. | Martinum Kemnitz gestelt, Jetzt aber | dem Deutschen Leser zur war= | nung ins Deutsch ge= | bracht. | Durch Johan. Zanger | Oenipontanum. | Nahum am 3. Cap. | Du mörderische Stadt, die Du mit deiner Hure= | rey die Heiden, vnd mit deiner Zauberey Land vnd | Leute erworben hast, Sihe, Ich wil an dich, spricht | der Herr Zebaoth, Ich wil dir dein Gebreme auff= | decken, vnter dein Angesicht, Vnd wil den Heiden | deine blösse, vnd den Königreichen dein schande | zeigen, etc.“ In extremo libro: „Leipzig. | Bey Ernesto Vögelein.“; sine anno; 16°; ff. 218 non sign. (addito titulari); litterae dedicatoriae a Zangero Brunsvico 10. Augusti 1562 ad Henricum et Guilielmum „iuniores“, fratres, duces brunsvico-luneburgenses datae sunt; in quibus *Zanger* duces haec docet: „Nach dem der böse Geist der Bapstteuffel, aus den Euangelischen orten ausgetrieben ist, vnnd nu lange Jar, viel dürre stedte durchwandert hat, vnnd nicht stedte gefunden, kompt er jetzt abermals wider, bekleidet mit einem gar schönen Schaffbeltz, vnd lesset sich ein Jesuwiter nennen“ (f. A IIII[a]).

Atque lectoribus in „praefatione" affirmat: „Mir ligt stetts im hertzen die gar trewe vermanung des thewren Manns Gottes Martini Lutheri seliger gedechtnis, welcher in seiner letzten kranckheit, kurtz für seinem ende, zu denen Herren vnd Predigern, so seiner warteten, sprach, Jhr lieben Herren, Betet, betet, der Bapst Teuffel ist zornig, Gott gebe euch den göttlichen eyuer, die Bapstlehre zu hassen, zu uermeiden, vnd zuuerfolgen" (f. A VI[b]) . Haec Lutheri verba expendens Zangerus satis non habebat, Chemnitii libellum famosum latine reddere; plurimas ei addidit contumelias ac verba probrosa, fera, obscaena; ita ut ipsius Lutheri maledicentiam lasciviamque paene exaequasse videatur. Quo odio *Zanger* omnes ecclesiae catholicae ordines religiosos persequitur . Franciscanos, Dominicanos, singulos ex reliquis ordinibus suam habere regulam eamque omnium optimam sanctissimamque dicere asserit . „Derwegen sie auch dieselbe nicht allein, bis in den Himmel, sondern auch vber alle Himmel erheben, Will jetzt nicht sagen, wie all jr solche rhumprechtige erbettelte wort eitel dunst vnd federn sein, sondern ich sag es mit gutem gewissen, es sind eitel vnuerschempte, greifliche, grobe patzete, vnd gar garstige lügen, damit ein jede Orden jr geistlose heiligkeit, vber andere erhebet, vnd bey den Leuten will für gross vnd strengheilig gehalten sein vnnd bleiben" (f. B 8[b]—D[a]) . Et alio loco religiosos omnes vocat „faule schelm, fette, dicke, weitschlundige Helse, Wänst, Beuche, vnd Schleuchen, . . . halten mit grossem ernst vnd fleis die Regel Francisci . Nescientes non curent discere literas . Wer nichts weis, der soll auch nichts lernen" (f. B 6) . Potissimum autem eo consilio scribit, „dieweil zu diesen vnsern letzten zeiten, diese gar newe schedliche Rott vnd Sect der Jesuwiter vom Bapstteuffel hin vnd wider auch in die Euangelischen ört des Deutschen Landes verstecket werden, Ob vielleicht durch solche abgerichte geschwinde Teuffelskünstige buben, die lauterkeit des Euangelij möchte verfelschet vnnd mit des Bapstes grewel, zauberey vnd triegerey, nicht allein verschmitzet, sondern auch vergifftet werden, das der Deutsche Euangelische Leser, solcher seelmördischen Secten bubenstück . . gewar würde, sehe vnnd erkenne[1]" (f. A VI[b]—A VII[a]) . Jesuitae sane de sua regula longe aliter, quam ceteri religiosi de regulis suis, sentiunt . „Wenn ein Franciscaner Münch oder Parfoth von seiner Regel Francisci, nicht aus vorgesatzter bosheit vnd mutwillen, nichts hielte, sondern allein aus leichtfertig-

[1] *Ioannes Monhemius*, gymnasiarcha ille dusseldorpiensis (cf. *Can.* II 621), Dusseldorpio 29. Iulii 1562 Zangero scripsit: Allatum sibi esse ipsius adversus Iesuitas librum. „Fecisti igitur vim [*corrige:* rem] quam gratissimam, quod mysteria nova et perniciosissima illius sectae tam aperte, tam dilucide in lucem protulisti, ut nemo non, nisi plane inops mentis fieret, ipsorum fraudes, fallacias, mendacia inspicere, cognoscere atque evitare queat." Ipsos etiam apud patres concilii tridentini de fama sua detraxisse. Epistulam primus vulgavit *Friedr. E. Koldewey*, Johannes Monheim und die Kölner, in „Zeitschrift für wissenschaftliche Theologie", herausgeg. von *Ad. Hilgenfeld*, 42. Jahrg., Leipzig 1899, 136—137.

keit schimpflich vnd schertzlich dauon possieret vnnd redet, zwar seine Mettenbrüder würden ihn mit Holtzschuhen von ferns zu todt werffen . Aber diese Schalcksbuben, die Jesuwiter, halten erstlich aus vorgesatztem mutwillen vnd freueln thurst gar nichts von der heiligen Schrifft, als der einigen Regel Jesu, Darnach reden sie dauon nicht allein schertzlich vnd schimpflich, sondern viel mehr spöttisch, hönisch, vnd schmechlich . Solten denn die lieben Christen nicht billich sich zu beklagen haben, wenn sie also hören, sehen, vnd vernemen, das solche Antichristische newe geburt die Jesuwiderwertigen jre so grewliche ausgekotzte rotz vnd schmechklumpen aus jrem faulstinckenden wanst vnd maul werffen, vnd damit das heilige seligmachende wort Gottes die einige regel Jhesu Christi beklecken, vernichten, verstossen, verwerffen, vnd mit nichte was gelten lassen" (f. 𝔇 5[b]—𝔇 6[a]) . Paulo tamen infra Zanger, ipse se corrigens: „Diese Jesuwiderwertigen haben mit nichte geschworen in vnd auff die Regel Jhesu, sondern sie haben einen starcken, halsstarrigen eyd gethan, das sie der gesunden heilsamen meinung vnd auch aller vnd jeder wort des heiligen Geistes widersprecher sein, ja sein wollen vnd sollen" (f. 𝔉[a]) . Es „haben jhnen, diese Jebusitische buben, einmal fürgesatzt, Es soll kein vnfletige lügen vnnd loss geschwetz im Papstumb jhemals fürgebracht sein worden, Sie wöllen dieselben alle vnd jede, noch vnuerschampter vnd mit grösseren lügen, spicken vnnd verteidingen" (f. 𝔔 3[b]) . At qui se Societatis Iesu institutum optime nosse simulabat, ne sciebat quidem, a quo, ubi, quando Societas condita esset; eam a Ioanne Petro Carapha, qui postea cardinalis, deinde Paulus IV. papa factus esset, Venetiis institutam esse narrat (f. 𝔅 5). Ac Canisius quidem litteris 25. Februarii 1557 ad Guilielmum Lindanum datis monuerat: „Cordate et mature sobrieque defendenda veritas, ut modestia nostra nota sit omnibus hominibus" (Phil 4, 5); simul Lindanum, quod scriptis „falsas allusiones immisceret de nomine Caluini, Melanchtonis et similium", reprehenderat ac „grauitatem et lenitatem Theologo pio dignam" ei commendaverat (*Can.* II 72—73) . Aliter vero Zangerus. Iesuitas vocat „viechqueckische Sauiter"; „diese Sawiter vnd Sodomiter"; „diese Sawitische vnd diebseuchtige freche roth Chor"; „weitschlundige kelen, weitramige fawle beuche, vnnd langstreckige Schwein"; „recht gute Epicurer, vnnd fettgeile Schwein, aus der ganzen Schweinsherde sonderlich auserlesen vnnd ausgesetzet"; „ein gar new gifftig geschwerm vnd Otterngezücht"; „Jesuwitische Beerwolffe"; „dise winckelflüchtige, liechtschewhende Fleddermeuse"; „viehische schamlose tropffen"; „meineidige, eyduergessene, eydbrüchige, ehrlose, verzweiffelte, abgefeumbte Buben"; „grosse lecherliche Narren vnnd feine Jecken"; „Teuffelsköpff"; „dise gar newe geburt, als des Römischen Bapsts eigen kind, vnd sein endtlicher stinckender tödtlicher geiffer" (f. 𝔈 7[b] 𝔇[a] 𝔇 2[a] 𝔇 4[b] 𝔇 8[b] 𝔈 7[b] 𝔑 3[a] 𝔔[a] 𝔖 6 𝔡 8[b]) . Atque missam Iesuitae studiose defendunt; „dann sie

wissen wol, was für einen köstlichen Jarmarckt sie haben, wo sie jmer vnd stets, solche jhre Missen den Lebendigen vnnd Todten verkauffen könten, trawn dieser Jarmarckt würde dieser arbeit losen ledig vnnd müssiggengern, diesen langschleffenen, weithalsigen vnnd wol gebauchten langstreckigen Sewen jhre kuchen vnd keller, kisten vnd kasten füllen, dauon sie der Teuffel wol gemestet jhe einmal zu seiner hellischen küchen schlachten möchte“ (f. S 8[b]) . Iidem purgatorii quoque et sacramenti confirmationis defensores exstiterunt: „wie sie zuuor das Fegfewer haben geheitzet, weidlich fewer vnd holtz zugetragen, als gute grobe pengel Calefactores vnd offenheitzer . Also werden sie nu zu eitelen Apoteckern, inn jhrer schmierender firmung“ (f. b 6) . Ceterum unum ex praecipuis doctrinae iesuiticae capitibus hoc esse dicit Zangerus: „Die Leyen, was standes sie auch sein mögen, sollen nicht darnach forschen, ob das jene so [von] der kirchen fürgelegt, recht oder vnrecht sey, sondern sie sollen in aller demut den H . . . . . n küssen des . . papa“ (f. e[a]) . Quare mirum non est, Iesuitarum discipulos ab eo vocari „grobe weithelsige Chorschüler, vnd ungehobelte Bachanten vnd Chorröcks Esel“ (f. X 7[a]).

Repetit etiam Zangerus, quae Chemnitius scripserat de Canisii „Summa“; ac primum quidem, aegro quasi animo et suo dicendi modo, Summam cum modestia et moderatione scriptam esse concedit: „Vngefehrlich vor acht Jaren haben die Jesuwiter zu Wien inn Osterreich einen Catechismum in den Druck ausgehen lassen, doch mit verdauschung jres namens, Vnd wiewol sie in gedachtem Catechismo, von den meisten Artickeln der Christlichen lehr vnuerholen anzeigten, wohin sie sich neigen wolten, doch haben sie darin, aus grosser forcht mit leisem verzagtem tritt vnd gang, mehr rückgefusselt vnd vnter dem berg gehalten, als das sie sich, auffrichtig herfür geben, vnd jrer meinung bekandt sein wollten“ (f. C 6[b]—C 7[a]) . Deinde Iesuitae deferuntur, quod, quae in prima Summae editione de misericordia Dei per fidem apprehendenda recte dixerint, postea, pravo artificio alia substituentes, deleverint (f. D 3[b]). Quam criminitionem iniustam esse iam ostendi *Can.* III 811. Canisius porro etiam nominatim contumeliis afficitur a Zangero; qui Chemnitii verba probrosa amplificans Iesuitas colonienses, „Censurae“ illius auctores (v. supra p. 22), sic compellat: „Hört jhr Jesuwiter einer aus ewrem mittel vnd secten, mit einem hundmessigen gifft vnnd mordbeissigem namen, auff das er diesen grewel vom anruffen der verstorbenen Heiligen billichet vnd erhielte, hat er angefangen zu lehren, das Christus, do er noch in diesem sterblichen leben auff Erden vnter den Leuten wandelte, do hab er für die seinen gebeten, Nu aber nach dem er sich zur rechten handt Gottes seines Vaters gesetzet, bitte er nicht mehr noch weiter für vns, sondern habe solche fürbitt den Heiligen befohlen . Vnd wiewol jhr Jesuwiter euch dieser lesterung GOttes ewres mitbruders Canisij nu malens schemet, derwegen jhr sie auch, mit gar dünckelen worten

vertrucket habt, Doch weil ewer hertz desselben grewels voll ist, köndt jhr euch nicht enthalten, der mundt gehet euch vber, vnnd stimmet gleichwol mit dieser ausgeschutten hündischen opinion vnd meinung vbereins" (f. 33).

Canisius has Chemnitii et Zangeri criminationes, nisi fallor, spectabat, cum Augustae in ecclesia cathedrali 7. Maii 1564, quae erat „Dominica Rogationum", contionem de oratione habens, diceret: Christus est „Deus et homo . Secundum naturam diuinam, est qui exaudit nos cum Patre et conlargitur petita bona. Vnde Rom: 1. Paul. *Gratia vobis et pax a Deo Patre, et Domino Jesu Christo*[1]. Verum secundum naturam humanam *pro nobis interpellat*[2], vnde dicitur *aduocatus*[3], *pontifex*[4], *mediator*[5], intercessor in coelis, quia *nunc apparet* cum carne *vultuj Dej pro nobis*[6], et obit legationem, ut explicat Nazianzenus lib: 4 . Theol: 20, Cyrillus lib: 2 . de recta fide[a] ad Reginas[b]. Teoph. in Heb[7]. Ita Christus nunc est solus, qui per se ipsum placat Patrem, qui reconciliat genus humanum, qui regit credentes, qui mittit spiritum, et *primatum tenet in omnibus*[8]. . . . Nimis illi Christum paruj faciunt, qui orant hodie, Christe ora pro nobis, quia hoc est confirmare haeresim Arianiorum[c] [?], et Nestorianorum[c] [?], qui faciunt duas personas, vnam filium Dej, et alteram filium Mariae, qui quidem apud Deum fungatur sacerdotio Dej[9]. Nam[d] [?] aliter docet Euangelium et Ecclesia ut consideremus in Christo, tempore orationis quod est excellentius, Vnde dicimus Kyrie eleison, Recte eius diuinitati sicut accedens ad[e] Principem[f], dat illj titulos proprios non vulgares, sed conuenientes illius statuj, ut non dicat, du frumer gesell, du getreuver freundt, du gelärter man[g], sed du hoch geborner heer vnd gnädiger fürst etc. . . . Non est mens Christi . . . ut peccatum sit petere aliquid a Deo, per sanctos et quasi sit malum dicere Sancta Maria ora pro nobis". Et ibidem in templo S. Ioannis Baptistae 9. Maii 1564 de simili argumento loquens:

„Dicunt quidem et scribunt orandum esse ad Christum, Christe ora pro nobis, et volunt orare illum tanquam secundum naturam humanam. Sed hoc nullum habet exemplum in scriptura. 2° Confirmat sectam Arrianorum et Nestorrian: Christum priuantium diuinitate 3.° Hinc putant simplices Christum pro nobis orare supplicem in coelo ante Patrem[10] et rogare vocaliter sicut nos. Hoc autem derogat fidej, *de sessione* Christj *ad dextram Patris*[11]. Quomodo autem Christus dicitur, et

a) *Hoc v. Can. sua manu scripsit super* via, *quod scripserat librarius.* b) *Tria vv. sqq. a Can. ipso in marg. addita sunt.* c) *Obscurius scriptum.* d) Nam multo? Nam cum *libr.* e) *Sequitur* Episco, *a libr. oblitt.* f) *Sequuntur vv.* non vocat eum, *a libr. oblitt.* g) nan *libr.*

---

[1] Rom 1, 7. [2] Rom 8, 34. Hebr. 7, 25. [3] 1 Io 2, 1.

[4] Hebr 2, 17: 4, 14; 5, 5 etc. [5] 1 Tim 2, 5. Hebr 8, 6 etc.

[6] Hebr 9, 24.

[7] *S. Gregorii Theologi* Oratio XXX. sive theologica IV., n. 14 21; *S. Cyrilli Alexandrini* Ad reginas de recta fide oratio altera n. 13 37; *Theophylacti* Bulgariae Archiepiscopi Expositio Epistolae ad Hebraeos, in Hebr 7, 25; 9, 24 (*Migne,* PP. GG. XXXVI 121—124 132—133; LXXVI 1349—1352 1385; CXXV 281—284 312—313).

[8] Col 1, 18.

[9] „Christus, in quantum homo, orat pro nobis; sed ideo non dicimus ‚Christe ora pro nobis', quia Christus supponit suppositum aeternum, cujus non est orare, sed adjuvare; et ideo dicimus ‚Christe audi nos' vel ‚miserere nostri': et in hoc etiam evitamus haeresim Arii et Nestorii": *S. Thomas Aquinas,* In quatuor Libros Sententiarum, in 4, dist. 15, quaest. 4, a. 6, q. 2 ad 1. Vide etiam, quae de hac re notantur *Can.* I 767—769; II 685 904—905 916.

[10] *Παράκλητον ἔχομεν Ἰησοῦν Χριστὸν, οὐχ ὡς ὑπὲρ ἡμῶν προκαλινδούμενον τοῦ Πατρὸς, καὶ προσπίπτοντα δουλικῶς*": *S. Gregorius Nazianzenus,* Oratio XXX, n. 14 (*Migne,* PP. GG. XXXVI 121).

[11] Ps 109, 1. Mt 21, 44. Act 2, 34. Hebr 1, 3 etc.

appellatur[a] intercessor apud Patrem, non est hic locus dicendj. Patres intelligunt quod representationem suae carnis ita dicatur facere, cuius meritum semper pro nobis interpellat, imo clamat pro nobis sicut scriptum est quod *vox* Abel *sanguinis clamet de terra*[1]. Vnde dixj quod debeamus orare sicut Euangelium[2] et Ecclesia docet, Conuertentes nos ad diuinam Christj naturam, secundum quam etiam est adorandus, ut dicamus miserere nobis" (ex contionum commentariis, ab ipso Canisio recognitis. Cod. „Can. X. Z." f. 125[b]—126[b] 136[a].)

Zangerus multas alias calumnias, quas hic commemorare piget me et pudet, in Societatis homines profert; atque hisce quasi fundamentis positis clamat: „Wer wolt hier sagen, das die Babylonische Huer nicht genugsame vnd redliche vrsach gehabt hette, mit diesem newen ottern gezücht, schwanger zu werden, vnndt solchen newen orden der Jesuwiter das Kindt des verderbens zugeberen. O du zartes feines Kindt, wie bistu deiner Pepsthellischer Muter so gar eben gleich vnd ehnlich, von gestalt, farben, glid massen, muth, sinne, wort vnnd geberden, Solte dir dann dieselbe deine Mutter die da stehet, in so köstlichem Purperkleider, nicht gern zulechlen, dich füren und dentzken, Ja dich hertzen vnnd küssen, an jhre gifftweiche brüste drücken, vnnd endtlich auff jhre gar sanffte vnd warme schos setzen, dieweil schon jetzt so bald, noch in deinen roten kindsschuchlein, ein solche vertröstliche hoffnung an dir sich ereiget, vnd du von dir blicken vnnd scheinen lassest, als die du deiner huersüchtigen Mutter aussgeschamptes gestirn weit in aller vnuerschampten vnzucht vbertreffen werdest" (f. 𝔓 7).

Canisius in litteris Oeniponte 31. Maii 1563 datis, quibus Zangeri librum in lucem prodisse Lainio praeposito generali rettulit, haec addidit: „Ago cum quodam, vt ille adiutus a nobis respondeat Germanice, quod magni referat, ne silentio ipso tacite confiteri uideamur obiecta" (v. supra p. 228). Placuit *Lainio* consilium; eiusmodi enim responsionem praesens fore remedium adversus calumniatores; atque ita impeditum iri, quominus Societatis homines auctoritate, qua eos apud populum valere oporteret, privarentur (v. supra p. 236). Quam epistulam *Canisius* vixdum acceperat, cum, quae adversus Chemnitium[3] ipse conscripserat, Tridentum misit; ac *Lainius,* ubi scripta — latina igitur fuisse videntur — recognovit, per Polancum Tridento 10. Iunii 1563 Canisium monuit: Reprehensionem adversariorum temperandam esse; plus enim, quam satis esset, in ea acrimoniae comparere; atque laudes illas instituti Societatis ipsorumque Sociorum decentius ab aliquo extra Societatem constituto dici; optandum igitur esse, ut apologia cum amici alicuius nomine vulgaretur (v. supra p. 245). Canisius Lainii praeceptis prompte paruisse videtur; *Polancus* enim Canisio ad litteras Augusta 10. Iulii 1563 datas Tridento 18. Iulii

a) *Sic omnino censeo corrigenda esse, quae scripsit libr.:* dixit, et interpellatur.

[1] Gn 4, 10. Hebr 12, 24. [2] Cf. Mt 9, 27; 15, 22; 17, 14; 20, 31 etc.

[3] De Chemnitii libro v. „Der Jesuitismus. Von Pilatus (Dr. *Victor Neumann*)", Regensburg 1905, 133—137.

rescripsit, eum peropportune germanicam illam adversum Chemnitium apologiam parasse (v. supra p. 298). Idem *Polancus* scripsit Tridento 27. Iulii 1563* P. Kesselio, rectori coloniensi: „Libello Chemnitij in linguam germanicam conuerso germanice etiam responderi curabit P. Canisius" (ex apogr. eiusd. temp. Cod. „V. P. 63" f. 135ᵇ); et 31. Augusti 1563 Canisio (ad huius litteras 21. Augusti Lainio missas respondens): Quod ad apologiam a doctore illo lusitano [Payva de Andrada] adversus Chemnitium scriptam attinet, ipse dicit, se eam, quam primum potuerit, in lucem emissurum esse; interea autem vernacula illa, quam reverentia vestra curavit („quella uulgare di V. Reuerentia") nonnihil utilitatis habebit" (v. supra p. 318). Ipse autem *Lainius* Tridento 21. Octobris 1563 „in Borussiam" ad doctorem Theodoricum Lindanum *scripsit: „Sciat T. C. quod Kemnitij liber tam latinus quam germanicus ad nostrorum manus iam peruenit et quidem germanico P. Canisius sub amici cuiusdam[a] nomine respondit breuiter ea tantum explicando que ad nostrum institutum pertinent, Latino quod ad dogmata attinet Nostri Colonienses sub alicuius amici nomine respondere ceperunt, quidam etiam D. Lusitanus rare Doctrinae et eloquentiae uir satis luculentam parat, et breui absoluet confutationem, curabo ut ad uos hj libelli cum aediti fuerint mittantur" (ex apogr. totius epistulae, eodem tempore scripto. Cod. „V. P. 63" f. 305ᵇ) Canisii hic est liber:

„Von der Gesellschafft | Jesu. | Warhafter vnd | wolgegründter bericht, mit | widerlegung des vppigen lästerli- | chen schreibens, so baide, Martin | Kemnitz vnd Johann Zanger, die | Diener zu Braunschweyg, | haben newlich wider das | Cölnisch buch, Cen- | suram etc. lassen | außgehn. | Durch Ioannem Albertum VVim- | pinensem, Professorem zu | Ingolstatt. | M.D.LXIII."; versus 3. 4. 13. 14. 15. rubri sunt. In extremo libro: „Gedruckt zu Ingolstat. 1563.". 8° min.; ff. sign. 120; praeterea in initio 8 (addito titulari) ff. non sign., in quibus leguntur litterae germanicae, quibus „M. Ioannes Albertus VVimp. Oratoriae Professor, in Academia Ingolstad." Ingolstadio die festo S. Laurentii martyris sive 10. Augusti anni 1563 librum dedicat „Paulo Gmayner, Apt zu Nideralten[1], seinem Genädigen Herrn vnd Mecenaten".

Ecclesiastica libri „approbatio" (vel eum imprimendi „licentia") in eo non comparet.

Libri exempla vidi Constantiae (Konstanz) in bibliotheca gymnasii et Pragae in bibliotheca universitatis (XXI. K. 110). Liber exstat etiam Monachii in bibliotheca regia („Ies. 11p. 1").

Ioannes Albertus (Albrecht vel Albert), Wimpina (Wimpfen, urbs olim libera, nunc magni ducatus Hassiae), ut videtur, ortus, in universitate ingolstadiensi 2. Ianuarii 1561 artium magister (*Mederer* l. c. I 267), a. 1563 artis oratoriae professor

a) *In ap. est* cuiusdem *idque correctum ex* eiusdem.

---

[1] Niederaltach vel Niederalteich (Altaha inferior), in Bavaria inferiore, praeclarum monasterium benedictinum, ineunte saeculo XIX. suppressum.

creatus (*Prantl* l. c. I 229), a. 1564 unam ex quatuor laudationibus funebribus habuit, quae in Friderici Staphyli exsequiis recitatae sunt (*K. v. Reinhardstöttner*, Zur Geschichte des Humanismus . . . unter Albrecht dem Fünften, in „Jahrbuch für Münchener Geschichte" IV [Bamberg 1890] 106 158). Ac *Prantl* quidem Albertum Iesuitam fuisse fingit et obscuris illis Societatis personis („lediglich Figuranten des Ordens") et vani nominis hominibus annumerat, quos magna mala excitasse suspicatur (l. c. I 338). At eum extra Societatem fuisse Canisius testatur (v. supra p. 178 228; cf. etiam *Fr. S. Romstöck*, Die Jesuitennullen Prantl's, Eichstätt 1898, VII). Eandem rem *Prantl* ex Alberti V. ducis litteris a se vulgatis intellegere debuerat (*Prantl* l. c. II 248). Albertus postea Monachii medicus aulicus fuit. Ibidem a. 1569 in lucem prodiit eius liber „De Concordia Hippocraticorum et Paracelsistarum", cum appendice: „Quid medico sit faciendum" (*Adelung*, Fortsetzung etc. I 419). De reliquis eius scriptis vide *Ant. M. Kobolt*, Baierisches Gelehrten-Lexikon (Landshut 1795) 756—757.

Albertus affirmat quidem in litteris dedicatoriis: Cum Chemnitii et Zangeri libros legissem et, quantis ipsi conviciis Iesu famulos adorirentur, vidissem, „bin ich gleichsam von meinem gewüssen dise Gottselige leut zuuertheidigen gezwungen worden" (Von der Gesellschafft Jesu f. a V[b]); sed simul fatetur: „Darmit ich auch dises büchlein desto besser verfertigte, dieweil ich kain hochgelehrter Theologus, sonder ein einfeltiger gemainer Lay bin, dem die grossen gehaimnufs Gottes verborgen[1]: lafs mich derhalben genügen an der milch, die Paulus den newgebornen kindern gebeüt trincken zugeben[2], hab ich mich nicht geschemet, inn denen sachen, die ich aintweder nit gründtlich vnd genugsam verstanden, oder aber meinem verstande zu hoch geschetzt, andere hochberhümbte, vnd gewaltige Theologos zu erforschen, vnnd mich nach jrem sententz vnd spruch, der Catholischen lehr durchaufs gemäfs zu halten. Kan mir derhalben difs mein schreiben inn kainem argen aufｆgenommen werden, dieweil ich mir hierinn nichts zuaigne: dann allain wa ich etwann vnwissentlich (welches ich doch nit verhoff) geirret hette: was ich aber recht, vnd Catholisch geschriben, dasselbig schreib ich alles meiner geliebsten mutter der Catholischen kirchen, vnd jhr getrewen lehrern zu, welcher Maister vnd Obrister lehrer ist, der gaist Gottes, der vns gewifslich inn alle warhait fürt"[3] (l. c. f. a VI[a] ad a VII[b]). Porro in ipso libro tam multa proferuntur sanctorum Patrum dicta, ac de „traditionibus", „iustificatione", „merito", gratia etc. tam subtiliter disputatur, ut liqueat fieri non potuisse, ut praecipua libri pars ab alio componeretur, atque a viro rerum sacrarum valde perito et in fidei controversiis exercitato.

Attamen, quod Albertus se praestitisse in praefatione significat, id ipsa quoque rei natura exigebat: Ut Albertus materiae a Canisio sibi subministratae etiam aliquos sui ingenii industriaeque fructus adderet, atque eos maxime, quibus suam in Societatem „amicitiam" declararet; cuius generis esse censeo, quae f. 15 dicuntur de Sociorum bona disciplina tum scholastica tum domestica, et collaudationem Canisii, quam posui *Can.* II 917, et hanc: „Was aber den Ehrwurdigen, Hochgelehrten vnd Gottseligen Herrn D. Canisium belangt, so yetzunder noch zu Augspurg mit grossem nutz vnd aufbawung der kirchen Christi Gottes wort verkuendigt, Ist" etc. (l. c. f. 10[b]—11[b]).

Alberti, vel potius Canisii librum copiose describere non vacat. Unum tantum ex eo locum huc transfero. [Kemnitz vnd Zanger], inquit *Albertus*, „sagen vnd schreiben . . ., der Jesuiter Orden sey ain Newer orden, vnd sie haben ain Regel wie ander Münch. Nach dem ich aber disem mit fleifs nachgefragt, befind ich, das die, wölche diser Gesellschafft eingeleibt sein, nit Ordensleut sein, Sonder mit andern Gaistlichen, die man Clericos seculares [*sic*] haisset, halten: allain dafs sie nach aufsweisung vnd erforderung des Gaistlichen rechtens, in wölchem die Canones Patrum ain strenge disciplin den Gaistlichen fürschreiben, jren Priester-

[1] Cf. Mt 13, 11; Mc 4, 11; Col 1, 26 etc.

[2] Cf. 1 Cor 3, 1 2; Hebr 5, 12 13. [3] Cf. Io 4, 16 17 26; 16, 13.

lichen stand etwas fleissiger halten, vnnd die ergernussen, missbreüch, vnnd alle leichtfertigkait vil embsiger vermeiden, dann yetzunder (layder) bey vnser Geistlichen vnnd Weltlichen Priestern gesehen vnd gespürt würdt. . . . Dem nach halten sie auch nit solche Ceremonien, wölliche von andern Ordenssleüten in den Clöstern sonderlich, vnd der gewonhait nach gehalten werden. Das ist aber gewisslich an jhnen nit wenig zu loben, das sie so feine ordenliche disciplin vnnd zucht, in jren Schulen vnd Collegijs halten, das man (die warhait zusagen) yetzunder nit wol bessere ordnung, vnd eingezogners wesen in vilen Clöstern finden kan, wölches sehen, wüssen vnnd bekennen vil verstendige Leüt die täglich mit jnen vmbgehn, vnd jr Geistlichs leben, vnd wesen nit wol genugsam loben künden" (l. c. f. 14[a] ad 15[a]). Mireris fortasse, quae hic dicuntur: Societatis homines non esse „Ordenssleut", sed „Clericis secularibus" se adiungere. At in concilio quoque Tridentino Socii modo „clerici saeculares", modo „approbata religio", „religio clericorum" vocabantur, ea, nisi fallor, de causa, quod „huius societatis religiosum institutum", ut concilii praesides in diplomate quodam dixerunt, esset „praesbyterorum et non monachorum", quibus monastica regula certum vestitum habitumque, chorum, similes ritus praescriberet (vide *Can.* III 743—744). Similiter ut interpreteris verba illa Alberti, et ea quae antecedunt, et quae sequuntur, suadere videntur. Religiosi tamen Societatis eorumque similes haud multo post concilium tridentinum „clericorum regularium" nomine appellari coepti sunt; quae dicendi ratio nunc communis est.

In collegii *coloniensis* S. J. Litteris quadrimestribus Colonia ineunte m. Ianuario 1564 datis, postquam P. Henricum Dionysium „in publica schola" „contra Kemnitium et Zanger[a], iuratos Societatis Iesu hostes" disseruisse relatum est, sic pergitur: „Proxime praeteritis nundinis Francfordianis prodiit defensio per professorem quendam Ingolstadiensem germanice conscripta. Cognovimus in ea librariorum Coloniensium benevolentiam. Permulta enim illius exemplaria attulerunt, quae facile divendita sunt, deprehendimusque, illud scripti genus multis profuisse" (*Hansen* l. c. 491). Francofurti ad Moenum „proxime praeteritae nundinae" librariae m. Septembri (9. ad 26.?) 1563 habitae erant.

Lugdunum ad P. Edmundum Augerium, qui sub autumnum a. 1564 provinciae Societatis aquitanicae praepositus est, *Polancus** scripsit nomine Lainii praepositi generalis Roma 18. Iunii 1564: „Jl libro del Doctor Payua ci l ano scritto di venetia haueuano mandato à V. Reuerentia perla posta . si manda pur anche vn' altro di quà di Roma accio si l uno non ariua, ariui l' altro. V. Reuerentia vedera se si deuera voltare in Francese che N. Padre si rimete et perche non so si di Germania gli sara mandato vn' altro libretto che li si fece in Todescho (ben che gli hauemo raccomandato) si vedera di farlo voltar qua in freta in qualche lingua inteligibile da V. R. accio sene serua" (ex apogr. eiusdem temporis. Cod. „Epistolae Italiae [Praepp. Genn.] 1564 1565" f. 71[a]). Et* Roma 15. Novembris 1564: „Si mandara anche la translatione di quello libro in Tudesco, in fauor della Compagnia come sia tradotto in latino, o Jtaliano." Et* nomine Sancti Francisci de Borgia, vicarii generalis Societatis, Roma 13. Februarii 1565: „Quel libro che si stampo in Germania per la Compagnia qua l a uoltato un fratello nostro tudesco in latino . et forsa si mandara à V. R. col primo corriero" (ex apographis eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1561" f. 213[b] 251[a]).

581. 1563.

Canisii „Summa doctrinae Christianae" latine denuo editur Coloniae apud Maternum Cholinum, Venetiis apud Michaelem Tramezino. Libri praestantia et celebritas.

1. P. *Leonardus Kessel* S. J., collegii coloniensis rector, Colonia 15. Ianuarii 1563 P. Everardo Mercuriano, provinciae Societatis Germaniae inferioris praeposito, qui Lovanii vel tunc erat vel brevi post futurus erat (*Hansen* l. c. 455) *scripsit:

a) Langer *Hans.*

„Mittimus sex parvos catechismos germanicos. Magni catechismi Canisii hic non extant“ (ex epistulae apographo, ab ipso Kesselio scripto. Cod. colon. „Kess.“ f. 150ª—151ª [in a. 1563 f. 3ª—4ª]). Ac constitutum quidem a Ferdinando I. imperatore erat, ut Maternus Cholinus, typographus coloniensis, qui „Summam“ iam ediderat a. 1560 (*Can.* II 745), eandem iterum ederet ab auctore recognitam (*Can.* I 754), et Cholinus id praestare valde cupiebat (v. supra p. 11); sed cum Canisius plurima alia negotia curare deberet et alia intercederent impedimenta, recognitio illa dilata est, atque Colonienses, diutius exspectandum esse non rati, Summam ediderunt ita:

„SVMMA | DOCTRINAE | Christianæ, | *In usum Christianæ pueritiæ, per quæ* | *stiones conscripta, à D. Petro Ca* | *nisio Doctore Theologo, So-* | *cietatis Iesu.* | Edita iussu & auctoritate | Sacratissimæ Cęsareæ Maiestatis, | etc. | COLONIAE, | Apud Maternum Cholinum. | Anno 1563. | *Cum gratia & priuilegio Cæs. Mai.*“ 12°; pp. 302; praeterea ff. non sign. 6 (addito titulari) in initio, et 11 in fine; in pagina altera folii titularis cernitur Christi pueros docentis figura in lignum incisa; f. a 2ª – a 5ª Ferdinandi I. edictum 14. Augusti 1554 datum (v. *Can.* I 752—754); f. a. 5ᵇ — a 6ᵇ conspectus rerum; in postremis illis 11 foliis indiculus rerum alphabeticus et „Societatis Nominis Iesv“ insigne ligno incisum.

Librum vidi Ratisbonae in bibliotheca provinciali (Past. O. 58). Qui etiam exstat Darmstadii (Darmstadt) in bibliotheca aulica et Eremi Deiparae Matris (Einsiedeln) in bibliotheca monasterii O. S. B.

Editionem posuit *Sommervogel*, Bibl. II 622.

P. *Ioannes Rethius* S. J., gymnasii „trium coronarum“ coloniensis regens, Coloniae sub exitum a. 1563 universitati proposuit „Breuem catalogum lectionum et exercitiorum almae Academiae Coloniensis in diuersis facultatibus“ in posterum servandum atque Romam quoque mittendum. Quo catalogo Rethius praeter alia hoc efficere studebat, ut in universitate et „Summa“ Canisii et eiusdem „Parvus Catechismus Catholicorum“ copiose adhiberentur. Nam primum quidem in theologica facultate, postquam Lombardi Sententias et libros utriusque Testamenti explicandos esse monuit, haec addit: „Quoniam autem non omnibus datum est, tam diu in Vniuersitate subsistere, donec curriculum istud diuinarum literarum, et scholasticae Theologiae perficiant, quidam in eorum gratiam exponit omnia totius anni Euangelia et Epistolas: vt si ad curam animarum uocati fuerint, instructi sint ad docendum populum: atque ut id commodius possint, instituetur etiam orthodoxi Caesareae Maiest. Catechismi explicatio“. Deinde inter libros gymnasiis montano, laurentiano, trium coronarum (in quibus philosophia ac litterae et humanitas tradebantur) usurpandos „Summam doctrinae Christianae Caesareae Maiest.“ et „Minorem Catholicorum Catechismum eiusdem Caesareae Maiest. iussu et authoritate editum“, nullo alio catechismo memorato, recenset (ex Rethii autographo. Cod. colon. „Epp. ad Reth.“ [cf. *Can.* III lviii—lix] f. 81ᵇ 83ª. Etiam apud *Hansen* l. c. 482 483). At Rethii catalogus ab universitate reprobatus est (*Hansen* l. c. 484 485).

2. Eodem anno Michael Tramezinus (Tramezino), typographus venetus, qui Canisii Summam iam ediderat latine a. 1558 et 1559, italice a. 1560 (*Sommervogel*, Bibl. II 620 633), edidit librum sic inscriptum:

„SVMMA | DOCTRINAE | CHRISTIANÆ | PER QVÆSTIONES | conscripta à Reuer. D. PETRO | Canisio Theologo societatis IE- | SV, & nunc recens ab eodem reco- | gnita, & aucta. | *Iussu, & auctoritate sacratissimæ* | *Rom. Hung Boem. etc. Regiæ* | *Maiest. Archiducis Au-* | *striæ, etc.* | ACCESSERE | *Preces Horariæ de æterna* DEI *sa* | *pientia* IESV CHRISTO | *domino nostro, cum pijs* | *quibusdam & Chri-* | *stianis exercita-* | *tionibus.* | Cum priuilegio Senatus Veneti | ad annos decem.“ In extremo libro: „VENETIIS apud Michae- | lem Tramezinum, | 1563.“

12°; ff. 156; praeterea in initio ff. non sign. 12, addito titulari; folium titulare sequitur folium, in quo Christi cruci affixi, Beatae Mariae Virginis, SS. Ioannis Evangelistae et Magdalenae figurae ligno incisae apparent; sequuntur litterae dedicatoriae, a Tramezino (tempore non ascripto) datae ad Robertum de Nobilibus

(de' Nobili) cardinalem diaconum (qui Montepolitiano [Montepulciano] a. 1541 ortus, cardinalis a. 1553 a Iulio III. avunculo creatus, cum sanctissime vixisset Societatique Iesu totum se devovisset, a. 1559 vita cesserat [*Ciaconius-Oldoinus* l. c. III 784—796. *Sacchinus*, Hist. S. J. II, l. 3, n. 1—5]); quae litterae ex Summae editionibus a. 1558 et 1559 a Tramezino factis repetitae sunt; asserit autem Tramezinus, se libellum hunc ab homine valde pio sibique amico sibi traditum diligenter legisse; ac vix se verbis exprimere posse, quantum ex eo libro, quo aeternorum bonorum assecutio hominibus tam facilis efficiatur, laetitiae ceperit; quare se, „diuinum“ hoc opusculum iterum evulgando, alios quoque pretiosi huius doni participes reddere statuisse. Repetuntur deinde ex superioribus, quas dixi, editionibus etiam praefatio et privilegium; in praefatione, Venetiis, tempore non ascripto, data, *Tramezinus:* „Non est“, inquit, „ignotus hic Liber, vt qui Viennae primum aeditus, mox in multa exemplarium millia transfusus, atque dispersus, per totam fere Europam circumfertur. . . . Omitto quod Catechismus idem in varias linguas conuersus, ac saepe recusus, non modo a plerisque omnibus legatur, uerum etiam is a sapientibus iudicetur, qui tum ad docendum, tum ad discendum sit appositissimus. Vnde in Gymnasiis etiam publicis praesertim Louanii, et Coloniae praelegitur, magnoque cum studiosorum fructu explicatur.“ Itaque se librum, quod in Italia nondum esset excusus, typis exscribere statuisse; id quod amici cotidie a se petissent. Privilegium de libro et latine et italice edendo a republica veneta (italice) Tramezino ad decennium datum est 23. Novembris 1558. F. 123[b]—124[a] conspectus rerum positus est; sequuntur: Preces horariae de aeterna Dei sapientia; „Meditationes quotidianae“ de virtutibus Christi, quibus praefatio praeposita est; S. Thomae Aquinatis, quam circumferunt, oratio „Creator ineffabilis“; preces vespertinae (cf. *Can.* II 721[1]; III 775 777; *editoris* „Katechismen“ 125).

Ceterum quod Tramezinus hanc „Summam“ vocat „recens recognitam, et auctam“, eadem verba iam a. 1558 posuerat.

Librum vidi Romae in bibliotheca vallicelliana (C. V. 115) et Bruxellis in bibliotheca Hagiographorum bollandianorum.

Editionem posuit *Sommervogel*, Bibl. II 622.

582. 1563.

Canisii „Summa doctrinae Christianae“ Coloniae per Maternum Cholinum germanice editur.

Anno 1563 Canisii „Summa“ Coloniae ex officina typographica Materni Cholini prodiit germanice versa et sic inscripta: „Catholiſcher | Catechiſmus | oder Sum= | marien Chriſtlicher Lehr | Jnn frag vnd anntwort, der Chriſtli= | cher jugent, vnnd allen einfaltigen zu | nuꜩ vnd heil geſtelt, durch den hoch= | gelehrten Herrn Petrum Cani= | ſium, der Heiligen geſchrifft | Doctorem, *Societatis Iesu.* | Vnd Auß beuelch der Röm. Keiſ. | Maieſtat in druck außgangen. | Gedruckt zu Cöllen, durch Mater= | num Cholinum. | ANNO M. D. LXIII. | *Cum gratia & priuilegio Caes. Maiest.*“

Verba „Catholischer Catechismus“, „Christlicher Lehr“, „Petrum Canisium“, „Vnd“ et quae sequuntur usque ad „aussgangen“ incl., rubra sunt; 8° min.; ff. non sign., addito titulari, 196; post folium titulare positum est (f. II[a] — VII[a]) Ferdinandi I. edictum germanice Vindobona 23. Aprilis 1556 datum, quod cum latino illo Vindobona 14. Augusti 1554 dato (*Can.* I 752—754) omnino convenit, nisi quod in eo non compareat edicti latini pars extrema, qua Michaeli Zimmermanno Summae excudendae privilegium tribuitur et hic catechismus solus in scholis adhiberi iubetur; figurae ligno incisae, eaeque variae magnitudinis, in folii titularis pagina aversa et in ff. A III[b], B VI[a], C IIII[a], J VIII[a], P 3[b] cernuntur; f. A a II[b] — A a III[b] oratio regis Manassae; f. A a IV[a] oratio quaedam S. Augustini.

Librum vidi Monachii in bibliotheca regia (Catech. 361).

Editionem posuit *Sommervogel*, Bibl. II 628.

583. 1563.

Canisii „Summa", per Nicolaum Zegerum O. Min. a. 1557 vlamice versa, Antverpiae a Verwithagio denuo excuditur.

Antverpiae vlamicae „Summae" versiones iam erant excusae anno 1557 a Simone Cock, sine anno (a. 1558) a Petro van Keerbeghen, annis 1557 et 1560 a Ioanne Verwithagen; Lovanii quoque a. 1558 Martinus Verhasselt vlamicam Summae versionem typis exscripserat[1] (*Sommervogel*, Bibl. II 631 632 VII; VIII 1975 1976).

Anno autem 1563 liber denuo Antverpiae in lucem prodiit vlamice versus: „Catechismus | Dat is | Die Somme des Heyligē Chri= | sten gheloofs, int corte met vraghen | ende antwoorden den Christen ion= | ghers leerende alle het gene dat sy be= | hooren te wetene, te gheloouen, ende | te doene om salich te worden: Eerst | wtgegheuen in Latijnscher en= | de ouerlantscher spraecken, | door dbeuel des Keys. Ma= | iesteyts Fernandi Co= | ninck vom Roo= | men, Hun= | garien, | etc. | Ende nv ghetranslateert in onse ne= | derlantsche spraecke beuolen wort wt | tegheuen, ende ouer al te leeren door | tghebot ons Coninck Maiest. van | Spaengnien, etc. | Gheprint Thantwerpen inde Cam= | merstrate in die witte Valck by mi | Jan Verwithagen. | M. D. LXIJJ. | Met Coninckliicke Priuilegie." In extremo libro: „In eremo Botendalica[2] vertebat ad Dei laudem, et proximorum salutem, anno Domini M. D. LVIJ. Nicolaus zegerus Bruxellanus minorita: qui et extremam tandem his manum admolitus est Die diui Thome apostoli martyris[a] sacro[3]."

8° min.; ff. sign. CXX; praeterea in initio 6 (addito titulari) ff. non sign. Post folium titulare haec posita sunt: Philippi II. Hispaniae regis edictum, Bruxellis 16. Decembris 1557 datum, quo Canisii Summa belgica gallicaque linguis versa „autorisatur", ac simul hic catechismus solus in scholis tum publicis tum privatis adhiberi iubetur (edictum exstat etiam in *Canisii* „Summa" Coloniae 1566 edita, f. 7—8, et apud *Reiffenberg* l. c. Mant. p. 17); privilegium a Philippo II. rege Bruxellis 15. Ianuarii 1557 Martino Verhasselt, typographo et bibliopolae in universitate lovaniensi constituto, de Ferdinandi I. Romanorum regis catechismo linguis latina, gallica, vlamica excudendo et vendendo ad triennium concessum, librorum amittendorum et 100 florenorum carolinorum („carolusgulden") in gratiam Verhasseltii solvendorum poena iis, qui privilegium violassent, proposita; alterum privilegium, eodem a. 1557 per Brabantiae senatum Verhasseltio ad sex annos tributum; conspectus quidam rerum praecipuarum. Catechismus in charta densa magnis typis gothicis eleganter excusus est; f. LXXII[b] imago in lignum incisa comparet; multae quoque ex litteris primis (initialibus) simili ratione ornatae sunt.

Summae, quas modo dixi a. 1557 Antverpiae a Verwithagio (Withagen) et a Cocio excusas esse, a Ioanne „van Hemert" vlamice versae sunt (*Sommervogel*, Bibl. VIII 1975 1976). Quas autem a. 1558 Antverpiae Keerbeghius, Lovanii Verhasselt vulgarunt, Summae et, ut omnino videtur, etiam Summa a. 1560 Antverpiae a Verwithagio excusa (*Sommervogel* l. c. II 631 632 VII) atque — id quod ex postremis

a) *Sic; ponendumne fuerat* martyrio?

[1] Corrigenda esse censeo, quae *Can.* III 774 scripsi: Lovanii a. 1561 a Petro Sangre typis exscriptam esse Summam Canisii a Petro Calentyn vlamice versam. Ea enim, quae *Sommervogel* (Bibl. II 632) ex libelli praefatione proponit, satis ostendere videntur, non Summam, sed „Parvum Catechismum Catholicorum" a Calentino versum esse.

[2] In tenui hoc atque exiguo monasterio, prope Bruxellas sito, sanctus ille vir Theodoricus Kölde († 1515), ordinis Minorum Observantium, praeclari illius „Manualis simplicium" sive „Christenspiegel" auctor, exeunte saeculo XV. aliquamdiu „guardiani" munus administraverat (*R. Ernsing* in „Historisches Jahrbuch" XII 63).

[3] Die 21. Decembris.

libri verbis intellegitur — catechismus, quem modo accurate descripsi, alteram exhibent versionem eamque anno 1557 „in eremo Botendalica“ conscriptam a doctissimo viro Nicolao Tacito Zegero (Zegers) bruxellensi, ordinis Fratrum Minorum, qui diu Lovanii in ordinis sui conventu magister fuit ibique, cum „Scholiis“, castigationibus, concordantiis in Novum Testamentum aliisque libris Coloniae, Antverpiae, Lovanii a. 1555, 1558, 1559 etc. vulgatis de re theologica optime meruisset, a. 1559 vita cessit[1] (*Io. a S. Antonio* O. Min., Bibliotheca universa Franciscana III, Matriti 1733, 110; *Hurter*, Nomenclator IV 1280—1281; *Serv. Dirks* O. FF. Min., Histoire littéraire et bibliographique des Frères Mineurs de l'Observance de St.-François en Belgique et dans les Pays-Bas, Anvers 1886, 81—84),

Librum vidi Antverpiae in bibliotheca urbana.

Editionem (minus tamen accurate) posuit *Sommervogel*, Bibl. II 632.

584. 1563.

Canisii „Parvus Catechismus Catholicorum“ latine denuo editur Coloniae (a Materno Cholino), Lovanii, Venetiis (a Michaële Tramezino).

1. Maternus Cholinus, qui Canisii „Parvum Catechismum Catholicorum“ Coloniae a. 1558 et iterum a. 1561 in lucem emiserat (*Can.* II 891; III 776—777), eundem Ferdinandi I. caesaris mandatu denuo a. 1563 vulgavit:

„PARVVS | CATECHISMVS | CATHOLICORVM, NVNC PRI- | mùm integritati suæ restitutus, | & singulari auctoritate | Sac. Cæs. Maiest. | editus. | Consilium & Diploma Cæs. Maiest. quod acces- | sit minori huic, & quem paulò pòst dabi- | mus, maiori quoque Catechismo, | sequenti mox pagina | declaratur. | BENEDICES | CORONÆ ANNI | BENIGNITATIS | TVÆ PSAL 64 | COLONIAE, | Apud Maternum Cholinum. | M. D. LXIII. | *Cum Priuilegio Cæs. Maiest. ad decennium.*“

Verba illa Scripturae (Ps 64, 12) corona florea circumplectitur, quae manu ex nubibus protensa tenetur. 16°; ff. non sign. (addito titulari) 27 (A—D 3); f. A 2 Canisii praefatio, Augusta m. Maio 1561 data („Exiguum est opus hoc“ etc.; v. *Can.* III 777); f. A 3^a — A 6^a „Diploma“ Ferdinandi I., Vindobona 10. Decembris 1560 datum (quod posui *Can.* I 752—754)); f. D^a — D 3^b „Testimonia scripturae sacrae contra haereticos“ etc. Precationes huic editioni non sunt additae. Quod catechismus „nunc primum suae integritati restitutus“ in titulari folio vocatur, id ex editione a. 1561 facta repetitum est.

Librum vidi Cracoviae in bibliotheca universitatis (Theol. 8820).

Sommervogel hanc editionem non posuit.

2. Lovanii quoque Canisii Parvum Catechismum Catholicorum a. 1563 (in 16°) vulgatum asse asserit *Sommervogel*, Bibl. II 635.

3. Venetiis Michael Tramezinus, qui „Parvum Catechismum Catholicorum“ italice per P. Angelum Dovitium S. J. versum cum titulo „Catechismo Catholico“ etc. a. 1562 ediderat (*Can.* III 788), a. 1563 edidit:

„CATECHISMVS | CATHOLICVS | Iuuentuti formandæ hoc sæculo quam ma | ximè necessarius. Autore D. Petro | Canisio Doctore Theologo So | cietatis Iesu. | ACCESSERE | *Preces Horariæ de æterna Dei sapientia* IESV | CHRISTO *domino nostro, cum piis | quibusdam & Christianis | exercitationibus.* | Venetiis Apud Michaelem Tramezzinum.“ In extremo libro: „VENETIIS, | Apud Michaelem Tramezinum, | MDLXIII.“

In folio titulari nomen Iesu luce circumfusum atque ad unum et alterum eius latus duo angeli, unus homo, duo daemones, ex quorum capitibus cornua grandia

[1] Nescio an Zegerus fuerit monachus ille, quem *Polancus* commemorat, scribens: [Anno 1556] „Catechismus P. Canisii Lovanii in universum tantopere placuit, ut cum impressus ibi esset, paucis diebus omnia exemplaria distraherentur. Quidam autem monachus Sancti Francisci in Collegio Castrensi illum publice et cum magna acceptatione illum [*sic*] enarrabat“: Chronicon VI 467.

emergunt, iique omnes Iesum adorantes, apparent; 16°; ff. 78, addito titulari; in cuius pagina aversa 3 disticha, „Christianorum pueris" inscripta, leguntur; f. 2 editoris praefatio ad „Christianorum pueros": quae incipit: „En uobis dilectissimi in Christo libellum damus (epitomen Regij illius Catechismi, quem unum in scholis omnibus tum publicis tum priuatis Regis eiusdem edicto praelegi cautum est, ab eodem Autore concinnatum) ex quo" etc.; terminatur: „incrementa in dies maiora accipiat. Valete"; f. 32^a—53^b Preces horariae; f. 54^a—78^a: „Meditationes quotidianae" illae de virtutibus Christi (cf. supra p. 994); preces matutinae; S. Thomae Aquinatis oratio, ante litterarum tractationem recitanda; preces verpertinae.

Librum vidi Monachii in bibliotheca regia (Catech. 50).

Editionem posuit *Sommervogel*, Bibl. II 635.

585. 1563.

Canisii „Parvus Catechismus Catholicorum" germanice versus cum precationibus aliquot et cum institutione sive ratione sacramenta paenitentiae et eucharistiae pie suscipiendi Ingolstadii ab Alexandro et Samuele Weissenhorniis excuditur.

Canisii „Parvus Catechismus Catholicorum" germanice versus, cum Dilingae a. 1560 et iterum exeunte a. 1562 prelo subiectus esset (v. supra p. 987), a. 1563 excusus est etiam Ingolstadii:

„Der Klain | Catechismus, oder kur | tze Summa des waren | Christlichen vnd Catholi- | schen Glaubens. | Mit an gehengtem Calen- | der vnd nützlichen Gebeten, zu | täglichem gebrauch sehr | dienstlich. | Auch kurtzer vnterricht von der | Beicht, vnnd wie man sich in empfa- | hung des hochwirdigen Sacra- | ments des Altars, Christ- | lich halten soll. | Alles mit hohem fleiß, von newem | gemehrt vnd gebessert. | M. D. LXIII." In extremo libro: „Gedruckt zu Ingol- | statt, durch Alexander | vnd Samuel Weis- | senhorn. | Anno M. D. LXIII."

In titulo versus 1, 2, 6, 10, 15, 16 rubri sunt; 12°; ff. non sign. (addito titulari) 119; f. $\mathfrak{A}2^a$—$\mathfrak{A}3^a$ Canisii praefatio: sequitur calendarium, litteris modo nigris, modo rubris excusum, cum praeceptis ad dies ieiunii etc. spectantibus; f. $\mathfrak{C}2$ conspectus rerum praecipuarum; deinde catechismus; in quo, perinde atque in editione Dilingae a. 1563 vulgata, testimonia illa Scripturae, quae in editionibus latinis appendix sive additamentum quoddam sunt, sextum caput constituunt (f. $\mathfrak{M}2^b$: „Das Sechst Capitel, von bestettigung des waren Catholischen Glaubens, auss klarer zeugknuss der heiligen geschrifft genommen"); f. $\mathfrak{N}7^a$—$\mathfrak{O}3^b$ precationes; deinde institutiones sive rationes sacramentorum paenitentiae et eucharistiae pie suscipiendorum, cum tabula peccatorum (quam „Beichtspiegel" vocare solemus). Imagines in libro non comparent.

Iam integram pono praefationem: „Vorred Petri Canisij, der Heiligen Schrifften Doctors, an den Christlichen Leser. Freundlicher lieber Leser, man hat diss büchlin vormals offt gedruckt, vnd an vilen orten nit vnfruchtbarlich gebraucht, Gott allein sey vnd bleibe die ehr. Nun hett ich meinen namen widerumb inn disem, wie inn etlichen andern gedruckten Büchern, gern vnterlassen, zum theil darumb, das ich bey der Christlichen einfeltigkeyt bleybe, welche jhren eigen rhum nit suchet: Zum theil, damit den zenckischen weniger vrsach zum hader vnd schelten gegeben wurde. Jetzunder aber, dieweil es die Oberkeit also erfordert[1], vnnd damit ich auch in dem fall, die warheit frey bekenne, hab ichs also geschehen lassen, das diss gebessert Büchlin, in meinem namen gedruckt aussgieng, Gott vnd seinen heiligen zu lob, auch dem gemeinen Mann vnd der gantzen Catholischen kirchen zu wolfart. Bitte hiemit den Vatter aller liechter[2], er wölle die sonne der waren weissheit in aller Menschen hertzen auffgehn lassen, damit die dicke finsternuss allerley vnglaubens vnd Jrthumbs ein mal werde hingenomen, der helle glantz

---

[1] Vide, quae de hac re notavi supra p. 989. [2] Iac 1, 17.

aber Christlicher warheit, land vnnd leut durchscheine, erneüere, reformiere, vnd in allem guten zum ewigen heil stercke, durch Jesum Christum vnsern liebsten Herrn vnd Heyland, Amen." Qui cum catechismi germanici Dilingae exeunte anno 1562 excudi coepti et anno 1563 evulgati praefatione (supra p. 989) hanc contulerit praefationem, huius partem ex illa exscriptam, et catechismum ingolstadiensem dilingano posteriorem esse vix, puto, negabit.

Hic catechismus cum similibus libris a Ioanne Dietenberger O. Pr., Ioanne Fabri O. Pr. etc. conscriptis a Canisio Augustanis commendatus est in contione 26. Martii 1564 habita; v. supra p. 850—851.

Libri exemplum (quod olim collegii S. J. dilingani fuerat) vidi Dilingae in bibliotheca lycei regii (XVIII. 338).

Sommervogel editionem posuit Bibl. II 628.

586. 1563.

P. Antonio Possevino S. J., minorem Canisii catechismum ducis Sabaudiae impensis prelo subicere volenti, P. Angelus Justinianus, O. Fr. Min., ducis theologus, impedimenta affert. Lainius Canisii catechismum a theologis lovaniensibus commendari, gallice et hispanice versum esse, in Hispania magni aestimari, concilium vero novo catechismo componendo operam non dare respondet. Possevino autem, ut Canisii catechismus ille Tridenti approbetur, petenti respondetur: Eiusmodi approbationes concilio usitatas non esse; Moronum tamen et Hosium cardinales, Canisii amantissimos, eius catechismum et Sabaudiae duci et Iustiniano commendare et alia pro eo praestare paratos esse; cum autem Possevinus Canisii compendium nonnihil amplificaverit, librum per Lainium, Salmeronem etc. recognitum iri. Tandem Possevini arbitrio relinquitur, ut Canisii catechismo auctoritates Scripturae et Patrum subiungat; qui liber etiam Lugduni usurpari possit.

Antonius ille Possevinus (1533—1611), mantuanus, S. J., qui Italiam et Galliam contionibus excoluit, totius Societatis aliquamdiu secretarius, collegiorum avenionensis et lugdunensis rector fuit, per 10 fere annos gravissimis Gregorii XIII. pontificis legationibus in Suecia, Polonia, Rossia functus est, multos libros ad rem polemicam, asceticam, catecheticam, historicam, litterariam spectantes scripsit, a. 1560—1562 per Pedemontium et Sabaudiam, ut *Can.* III 778—779 ex Sacchino rettuli, plurimos Canisii catechismos disseminavit. Atque existimabam quidem, Sacchinum „Parvos Catechismos Catholicorum" significare; modo autem in libro recenti notatum invenio, 1500 catechismos illos latinos et totidem italicos, quos Possevinus sub a. 1561 P. Gasparis Loarte S. J. opera interposita Genuae excudendos curavit, „Summas" fuisse (*Georg. Fell* S. J., Possevins Leben und Schriften, in „Der Jesuiten Perpiñá, Bonifacius und Possevin Ausgewählte pädagogische Schriften, übersetzt von J. Stier, H. Scheid, G. Fell, S. J.", Freiburg i. B. 1901, 296). Atque ipse *Sacchinus* refert, a. 1561 exeunte Possevinum, ab Emmanuele Philiberto Sabaudiae duce egregie commendatum, Camberium (Chambéry, in Sabaudia) venisse ibique effecisse, ut senatus „maiorem Petri Canisij summam Christianae doctrinae in adultiorum gymnasiis tradi" iuberet (Hist. S. J. II, l. 5, n. 153). Possevinum tamen (qui ex Sabaudia Lugdunum, inde Cherium [Chieri] venit) fugere non poterat, pueros et rudes breviore aliquo catechismo indigere; atque ita *Polancus* nomine Lainii praepositi generalis Tridento 10. Martii 1563 ei *scripsit: „Jl summario della dottrina christiana lo ha dato nostro padre al padre maestro salmerone et se si potra mandar con questo spaccio si mandarà, senon sará con la prima opportunità che non è senon bene d' hauere abreuiato il cathechismo del padre Canisio perla prattica maxime del[a] uulgo. (Ex apogr. totius epist., eod. temp. scripto. Cod. „V. P. 62" f. 229.)

Cum autem Possevinus catechismum minorem ducis Sabaudiae impensis prelo subicere vellet, impedimenta quaedam huic rei efficiendae afferebat Angelus Justi-

a) dal *ap.*

nianus, ordinis Fratrum Minorum de Observantia, vir doctus et eloquens (postea episcopus genevensis), qui ipsius Lainii suasu ad ducem missus erat, ut in fidei difficultatibus eum consiliis adiuvaret[1] (*Sacchinus* l. c. l. 5, n. 150). Ita enim *Polancus* nomine Lainii Tridento 13. Maii 1563 Possevino *scripsit: „Riceuette N. Padre quella di V. Reuerentia di .29. del passato perla quale s'è inteso che ci fosse stato non so che impedimento nel far stampare il cathechismo del Padre Canisio ma la lettera che scrisse il giorno precedente allaqual se rimete non è uenuta alle mani di nostro Padre. Benche il istesso catechismo fu riceuuto per mano di Mon Signor di Geneua[2] . per aspettar il raguaglio della detta lettera, et hauer informatione del fatto non si è usata alcuna diligentia insino adesso per non edificar senza fundamento d'informacion. Quel Padre frate Angelo è amico nostro benche puo essere come accade che habbia patito alcuna mutatione, et se si sapessi, che lui hauessi fatto alcun mal ufficio con su .A.[3] buono sarebbe che se sapessi per rimediare. Pensaua .N. Padre scriuere al medesimo frate, et[a] auisar li Jllustrissimi legati del Concilio fra li quali il Moron et Warmiense[4] conoscono molto familiarmente il Padre Canisio accio scriuessino à sua .A. ma percio si aspetta quella lettera che non è comparsa, ò altra informacion. Quel catechismo fù approbato per la Vniuersita di Louayna in modo, che scriuendoli l'Jmperator[b] (?) che facessino uno[5], hanno detto ingenuamente che non lo sapriano far miglior di quello, et cosi ordino sua Maestà che non se leggessi altro nelli suoi stati, et in tutta Alemagna l'adoprano in latino et in tudesco. L'anno anchora uoltato in Francese[6], et qui nel Concilio un dottor l'ha uoltato in spañolo per spaña[7] nella qual pero sapiamo lo tengono in latino et lo stimano assai[8]. Se il Concilio fara alcun catechismo tutti lo haueremo molto charo[9], mà non si tratta di tal cosa, et intanto che non uscira cosa migliore fa molto mal ufficio et in dano spirituale de molti, chi fa impedimento al detto catechismo . Circa Monsignor di Auosta[10] non se li è parlato di nostra parte, ma forsa Monsignor di Geneua a chi

a) *Sequitur* che, *a libr. oblitteratum.* b) *Sic ap.; sed legendum videtur* il Re; *v. infra adn. 5.*

[1] *Hosius* Tridento 15. Februarii 1563 Sabaudiae duci *scripsit: „Cum . . . proficisceretur isthuc Reuerendus Pater Angelus Justinianus *cuius laus est in Euangelio* [2 Cor 8, 18], vt exstirpatis *zizanijs,* quae *seminauit inimicus homo, bonum* dei verbi *semen seminet"* [Mt 13, 24—28] etc. (ex apogr. eiusdem temporis, quod exstat Cracoviae in bibliotheca universitatis. Cod. „64" f. 122[b]).

[2] Archiepiscopus genuensis tunc erat Augustinus Salvaggi, O. Pr.

[3] Emmanuelem Philibertum Sabaudiae ducem significat.

[4] Praeter Moronum et Hosium concilio tunc praeerant cardinales Simoneta et Navagerius.

[5] Vel librarius antiquus vel ipse Polancus hic lapsu quodam calami vel memoriae imperatorem (Ferdinandum I.) pro rege (Philippo II.) posuit: v. supra p. 1006. Atque ipse *Polancus* in „Chronico" (in a. 1556) de Philippo II. affirmat: „Cum Rex facultati theologiae lovaniensi, ut catechismum conficeret, iniunxisset; tantopere hic" — catechismum Canisii significat — „illis placuit, ut alium meliorem se non posse conficere theologi censerent; et denuo imprimendum cum decreto theologicae facultatis et privilegio Regis curarunt": Chronicon VI 467.

[6] „Catechisme, ou Sommaire de la doctrine chrestienne . . . En Anuers, chez Jean Bellere" M.D.LVII. (*Sommervogel,* Bibl. II 632—633).

[7] Significari videtur Gaspar Cardillo de Villalpando (de quo supra p. 165). Certe Summa canisiana a Villalpando in castilianum sermonem versa typis Compluti (Alcalá) anno 1574 (1576) exscripta est (*Nic. Antonius* l. c. I 522. *Juan Catalina García,* Ensayo de una Tipografía Complutense, Madrid 1889, 159).

[8] Catechismi canisiani editionem latinam in Hispania ante a. 1564 factam non novi; fortasse autem Summae editio illa, quam a. 1562 Vallisoleti factam esse *Can.* III 791 rettuli, non hispanica, sed latina est; aut, id quod fortasse verisimilius est, ibidem praeter hispanicam editionem latina quoque in lucem prodiit.

[9] Cf. supra p. 92 239. [10] Marcum Antonium Bobba; de quo supra p. 293[11].

furno mostratte queste lettere forsa[a] (?) l'hauera fatto". (Ex apogr. eiusd. temp. Cod. „V. P. 63" f. 13[b].)

Possevinus autem a Lainio, ut minorem illum catechismum ab ipso concilio tridentino approbandum curaret, petisse videtur, perinde atque ipse Canisius, ut catechismus suus Tridenti „ueluti catholicus approbaretur", a. 1562 optaverat (*Can.* III 384 394). *Polancus* enim mandatu Lainii Tridento 17. Maii 1563 Possevino *scripsit: „Pochi di sono che si fece risposta a quelle di V. Reuerentia di .29. del passato . dopoi se riceuettero quelle di .25. perle quali scriue la difficultà che li è interuenuta nel imprimere il cathechismo, non gia del Padre Canisio mà un summario, che lui haueua fatto di quello, et .N. Padre lo haueua aprobato[1]. Non si risponde cosa risoluta intorno a questo punto insino à tanto che si ueda quel che si potra fare intorno alla aprobatione dil detto Catechismo perche in uero non è la usanza del Concilio approbare libri, mà come sia uenuto il Legato Morone che hoggi s'aspetta[2], si uedera di fare qualche ufficio conueniente. Si scriuira anche all' hora forsa a sua Alteza[3] perli Legati, et nostro Padre penso scriuira al padre Justiniano. Solamente ho uoluto dar questo auiso della riceuuta, accio non fossi sollicito del detto catechismo". (Ex apographo totius ep., eod. temp. scripto. Cod. „V. P. 63" f. 18[a].)

Porro *Polancus* Lainii iussu Tridento 12. Iunii 1563 Possevino *scripsit: „Hoggi s' è riceuuta una di V. Reuerentia delli 8. del presente. . . . Sopra quel compendio del Canisio, s' era parlato al Legato Moron dicendoli etiam gl'ufficij che haueua fatto il Padre Justiniano con sua A. et s' era offerto de scriuere al modo medissimo che uolessimo noi [tanto a sua A.][b] quanto etiam al detto Padre siben questo non si ricercaua. Ma poi considerando il compendio detto sibene non ci sia cosa, che non sia buona è pur in alcuni luogi differente del Catechismo del Padre Canisio dilatandosi in alcune materie come dela messa etc., che non si truouano nel detto Canisio, gia che non si poteua simplicemente dir fossi compendio di quello (massime essendoui stampato un altro compendio latino anche differente[4] il quale teniamo quì fatto per il medesimo Canisio perli puti) parse a N. Padre de uederlo insieme col Padre Salmeron et meco accio se bisognassi potessi presentarsi a questi signori et perle occupationi urgenti di detto N. Padre non ha potuto finir de reuederlo. L' ho ben io uisto tutto, et pare che al fine li manca una parte per che hauendo proposto il titulo della giusticia christiana, che comprehende due parti cio è partirsi dal peccato et operar il bene parla delli peccati in genere et poi uiene alli figlioli della superuia et auaricia, et fermasi là non dicendo delle figliole delli altri uitij[c] capitali, ne toccando niente dela seconda parte del ben operare, cio è dela oratione, elemosina opere di misericordia, uirtu cardinali doni[d] et frutti[e] del spirito santo beatitudini et conseglj euangelici . et pur de tutte queste cose tralasciate tratta il catechismo del Padre Canisio et anche il compendio latino di esso, dil quale se bisognera si potranno cauare, ò uero se di la resto qual che quinterneto come è uerisimile lo mandi V. Reuerentia . in questo mezzo potra N. Padre reueder quello che resta ò almeno li passi che io ho notati, et si dara auiso del tutto il quale pare sarebbe conueniente aspetar, prima che se stampassi questo compendio, ò uero se gia fossi stampato si potra di poi un altra uolta stampar. Et poi che il Padre Giustiniano è absente della corte di sua .A. et quella è[f] meglio informata dell' opera del Padre Canisio, manco fretta ci e di scriuere sopra questa materia, et non sollamente il Vescouo de Auosta[5] potrebbe scriuere a sua .A. de quanto habbia buon

a) *Alterum hoc* forsa *omittendum fuisse videtur.* b) *Haec supplenda esse ipsa suadent vv. quae antecedunt.* c) *A libr. corr. ex* peccati. d) *Duo vv. sqq. supra versum addita sunt.* e) frutto *ap.* f) *Supra vers. scriptum.*

[1] Cf. *Can.* II 606; III 9.

[2] Moronus 17. Maii Oeniponte rediit (v. supra p. 208 969 et Epp. *Nad.* II 287).

[3] Emmanueli Philiberto duci.

[4] Canisii catechismum minimum dicere videtur; de quo v. *Can.* I 592[2] 640[4] 773; II 69 885—887. [5] Marcus Antonius Bobba (Boba).

nome l' opera del Padre Canisio[a] mà come 'gl' e detto il Cardinal Moron fara quanto uorremo, et anche il Cardinal Warmiense che tutti duoi l' amano et stimano molto.... Del metter al margine le legationi della scrittura et Dottori, non solamente non pare inconueniente, ma in questi tempi cosa assai necessaria non obstante il giudicio di quel Padre[1] del quale haueremo charo intendere se torna alla Corte di sua A." (ex apogr. totius ep., eodem temp. scripto. Cod. „V. P. 63" f. 69). Iterum *Polancus* Tridento 30. Iunii 1563 Possevino *scripsit: „De Cathechismo abreuiato del Padre Canisio potra V. R. fare cio che li pare . che non despiace à N. Padre il suo disegno de lasciar lo stare et loco per loco doue fossi bisogno dechiaratione et corroboratione sotto porre in foggia de appendice ò di Scholia in lettera piu minuta le autorita delle scritture et de Padrj sommariamente. V. R. dunque faccia cio che Dio li spirara". (Ex apogr. totius ep., eodem temp. scripto. Cod. „V. P. 63" f. 97[a].)

Cum autem m. Martio 1563 Lugdunum ex Hugonottorum potestate ereptum esset, aestate eo missi sunt P. Edmundus Augerius S. J. et Possevinus, hic potissimum ut Italos, ille ut Gallos iuvaret (*Sacchinus*, Hist. S. J. II, l. 7, n. 57 62; *Fell* l. c. 303). Ac cum Augerius quoque catechismum composuisset („Catechisme et sommaire de la religion chrestienne" etc. Lyon 1563; v. *Sommervogel*, Bibl. I 633—634; VIII 1706), *Polancus* ad dubium quoddam Lainio propositum huius auctoritate Tridento 4. Decembris 1563 Possevino *respondit: „Cjrca el Cathechjsmo se debia adoperarsi quel breue del Padre Canjsio ò l altro del Padre Emundo ridotto in breuita perli fanciullj tratti si col Padre maestro oliuerio[2], et forse che l uno uoltato in Jtaliano potrebbe seruir per li Jtalianj[3], et l altro[b] in Francese perli Francesi, se pur a V. R. li parera dir qualche cosa del suo juditio lo faccja." (Ex apogr. eiusd. temp. Cod. „V. P. 63" f. 391[a].)

A Possevino eodem hoc anno 1563 Lugduni apud Michaelem Iovium (Iove) seorsum vulgatus est libellus: „Trattato del Santiss. Sacrificio dell' Altare detto Messa." Ac *Sommervogel* censet, fortasse eodem a. 1563 in Gallia primum editam esse Possevini epistulam italicam de ratione legendi et audiendi verbum Dei, in cuius editione a. 1571 Lugduni apud Michaelem Iovium in lucem emissa exstant p. 64—105: „Instruttioni alla dottrina catolica et alla pietà. Composto [Composte?] da i RR. MM. Pietro Canisio, et Antonio Posseuino della Compagnia di Giesv." (*Sommervogel,* Bibl. VI 1063 1064.) Equidem tamen existimo, librum, de quo Possevinus et Polancus a. 1563 scripserunt, esse „Somma" etc., Monte Regale a. 1564 editam; de qua infra p. 1025.

587. 1562—1564.

Canisius a. 1564 Coloniae iterum excudendas curat „Orthodoxas Explicationes", Tridenti tempore concilii (a. 1562 et 1563) a Didaco Payva de Andrada theologo lusitano, operam conferentibus Canisio, Pisano, Costero etc., ad Societatem Iesu defendendam et Martinum Chemnitium refutandum conscriptas.

Cum Martinus Chemnitius adversus Societatis homines atque adversus catholicos omnes — horum enim fidem et ecclesiasticam disciplinam Socii propugnabant — „Theologiae Iesvvitarum praecipua capita" vulgasset, Canisius 6. Septembris 1562 Tridentum ad Lainium praepositum generalem scripsit, optandum esse, ut aliquis extra Societatem constitutus libri refutandi officium in se susciperet, ita tamen, ut ei Societatis homines, quantas calumnias Chemnitius protulisset, exponerent (*Can.* III 481—482). Lainius autem Tridento 10. Novembris 1562 Canisium per Po-

a) *Ita corrigenda esse vv.* lopera di N. Padre, *quae librarius posuit, tum ea quae praecedunt, tum quae sequuntur ostendunt.* b) et laltra *ap.*

[1] P. Angeli Justiniani O. Min. Obs.

[2] Oliverius Manareus tunc Societatis per Galliam commissarius erat; v. supra p. 353[5]. [3] De hoc cf. supra p. 1007.

lancum monuit: Didacum Payvam de Andrada theologum lusitanum (de quo v. supra p. 8[1] etc.) munus illud scribendi subisse; mitteret igitur Tridentum Canisius, quae in eam rem adnotasset (l. c. III 530). Atque hic statim ea misit; misit aliqua etiam P. Alphonsus Pisanus S. J., theologiae professor ingolstadiensis (l. c. III 557). Medio mense Decembri eiusdem anni Polancus „prooemium“ a Payva scriptum Canisio misit (l. c. III 563—564). Colonienses quoque Societatis theologi ineunte m. Novembri 1562 a Lainio iussi erant, quae Chemnitio responderi oporteret, conscribere et Canisio mittere, ut per hunc Tridentum mitterentur (l. c. III 797—798; *Hansen* l. c. 441—442). Moguntinos porro Socios paulo post Canisius, ut ipsi quoque aliquid in eam rem conferrent, hortatus est (*Can.* III 550; *Hansen* l. c. 446). Atque iterum *Polancus* mandatu Lainii Tridento 12. Ianuarii 1563 P. Leonardum Kessel S. J., collegii coloniensis rectorem, *monuit: „Quae contra artopeum[1] vel Chemnicium scribere nostri ceperunt[2], non suo carebunt fructu. Sed vsui esse poterunt amico cuidam[a] nostro viro pererudito, qui ex professo contra librum Chemnitij pro Societate scribit . pergant ergo nostri anotare si quid ad rem facere viderint et ad patrem Canisium mittant“ (ex apographo Coloniae ab ipso Kesselio scripto, Cod. colon. „Kess.“ in a. 1563 f. 18[a]. Earundem litterarum apographum Tridenti eodem fere tempore scriptum exstat in Cod. „V. P. 62“ f. 148[a]. Priorem huius loci partem posuit etiam *Hansen* l. c. 442[1]). *Kessel* autem Colonia 9. Martii 1563 ad P. Everardum Mercurianum, Societatis per Germaniam inferiorem praepositum provincialem, *rettulit: „Misimus scripta contra cemnitium et arthopeum composita a nostris ad p. Canisium.“ Quorum scriptorum auctores fuisse PP. Franciscum Costerum et Henricum Dionysium intellegitur ex eiusdem *Kesselii** litteris m. Aprili 1563 ad Lainium datis (ex harum epistularum commentariis vel apographis eodem tempore scriptis. Cod. colon. „Kess.“, in a. 1563 f. 21 27[a]).

Cum Andrada tandem, Sociorum Tridenti in concilio versantium opera adiutus (v. supra p. 306 339), librum absolvisset, Canisius Augusta 12. Decembris 1563 Lainio scripsit, facile curaturum se, ut „opus typis excuderetur aut recuderetur“ (v. supra p. 422). Ac primum quidem „Orthodoxarum Explicationum Libri decem“ Venetiis prioribus anni 1564 mensibus ex officina Iordani Ziletti prodierunt (v. supra p. 422[1]; cf. *Nic. Antonium* l. c. I 305; *Graesse* l. c. V 179). P. *Caesar Helmi* S. J., collegii veneti rector, Venetiis 19. Iunii 1564 in Varmiam ad Stanislaum cardinalem Hosium *scripsit, se mandatu Andradae, qui „superioribus diebus“ Venetiis fuisset, librum illum „nuper“ Venetiis excusum cardinali mittere (ex archetypo, quod exstat Frauenburgi in archivo episcopali, Cod. „D. nr. 12 (19)“). Societatis quoque collegiis exempla haud pauca ab auctore donata sunt (v. supra p. 470[3]). Sed quia Veneti haud ita facile libros in Germaniam mittebant, Canisius curaturum se, ut Andradae „Explicationes“ in Germania „cito recuderentur“, litteris 29. Aprilis 1564 ad Lainium datis promisit (v. supra p. 512). Itaque (cf. etiam supra p. 540) *Lainius* in* epistula Roma 19. Iulii 1564 ad Andradam data: „La Copia“, inquit, „de los errores del estampador se embio al Padre Canisio, aunque ya los nuestros de Venetia auian receuido otra copia que se estampo para uenderse con los libros auiendo llegado à tiempo. El Padre Canisio embio la suya à Colonia donde dezia se estamparia tambien el mesmo libro, y para el mesmo effecto nos pidio el maestro Emundo[3] una Copia de Lyon que parece es muy bien receuido el libro donde quiera y nos da consolation que los trauajos de . V. Magnificentia que tomo en scriuirle tengan tam buen successo, y se seruira mucho como speramos Dios .N. Señor dellos“ (ex apographo eiusd. temp. Cod. „Epistol. Hispan. [Praepp. Genn.] 1559 1564“ f. 409[a]). Colonia autem 30. Augusti 1564 *Kessel* Lainio *nuntiare potuit: „Liber Andradij Lusitani pro Societate contra Kemnitium, nunc hic est absolutus. Exemplar mittemus

a) *Correxi ex* quidam.

---

[1] De hoc v. *Can.* III 526 553 798 799.

[2] Coeperant Socii colonienses ipso m. Novembri 1563 (*Hansen* l. c. 445).

[3] P. Edmundus Augerius S. J.

Romam cum libris P. Claisonij (ex archetypo, a P. Ioanne Rethio S. J. scripto et a Kesselio subscripto. Cod. „G. Ep. V." f. 217[b]). Est autem hic liber:

„ORTHO- | DOXARVM EXPLI- | CATIONVM LI- | BRI DECEM, | In quibus omnia ferè de religione capita, | quæ his temporibus ab hæreticis in | controuersiam vocantur, apertè | & dilucidè explicantur: | *Præsertim contra Martini Kemnicij petulantem | audaciam, qui Coloniensem Censuram, quam à ui- | ris Societatis Iesu compositam esse ait, unà cum | eiusdem Sanctiss. Societatis uitæ ratione, | temerè calumniandam suscepit.* | AVCTORE IACOBO PAY- | VA ANDRADIO LVSITANO, | Doctore Theologo | *Cum necessariis indicibus, rerum, verborum, & ex- | plicatæ scripturæ sacræ.* | COLONIAE | *Apud Maternum Cholinum,* | M.D.LXIIII. | Cum gratia & Priuilegio Cæsar. Maiest. & approba- | tione facultatis Theologicæ Coloniensis."

16°; pp. numeris signatae 826, et praeterea ff. non sign. in initio 16 (addito titulari) et in fine 11. In pagina aversa folii titularis praefatio *Materni Cholini;* in qua is: „Libri hi", inquit, „paucis ab hinc mensibus Venetijs typis excusi sunt, mihique ab amicis transmissi, vt eosdem meis etiam typis excusos in Germania diuulgarem, tum quod paucis ijs exemplaribus, quae ex Italia adferrentur[a], Germania exsatiari[b] nequiret, tum quod Veneta exemplaria propter sumptus, qui ijsdem aduehendis impenderentur[c], in eam precij magnitudinem excrescerent, quae multorum tenuitatem esset grauatura, cui ego facile consulere, subuenireque possem"; f. a 2[a]—a 5[b] litterae dedicatoriae Andradii ad Sebastianum I. Lusitaniae regem; f. a 6[a]—a 7[a] Index Scripturae sacrae explicatae; f. a 7[b] conspectus totius libri; f. b[a]—b 8[b] Andradii „Praefatio", in qua Socii et nominatim coloniense collegium maxime laudantur et „Censuram Coloniensem" a Societatis hominibus conscriptam esse (cf. *Can.* II 721—722) non planis quidem verbis, sed satis certe affirmatur. Liber primus est „De origine societatis Iesu"; in quo de Ignatio ex humana ad divinam militiam educto et coelitus copiose illustrato ac de Societate collegioque germanico per eum institutis et de S. Francisco Xaverio atque aliis multa proferuntur, quae antea typis vulgata non erant. In fine index rerum alphabeticus isque satis copiosus comparet.

Libri (qui ex rarioribus esse videtur) exemplum vidi Bruxellis in bibliotheca Hagiographorum bollandianorum, „4. XIII. C."

Andrada hoc libro doctrinae et eruditionis laudem, qua florebat, amplificavit (*Hurter* l. c. I 20—21). „Explicationes" integrae Venetiis a. 1592 et 1604 denuo excusae sunt. Primus autem earum liber, qui de Societatis Iesu origine est, a. 1565 Lugduni typis Michaelis Iovii (Jouve, Jove) gallice vulgatus est (*Nic. Antonius* l. c. I 305). Exstat etiam „De Societatis Iesv origine, Libellus. Authore D. Iacobo Payua Lusitano . . . Lovanii, Apud Rutgerum Velpium, Typog. Iurat. Sub Castro Angelico. Anno 1566" (16°. ff. 40 non sign., addito titulari) isque, cum suo tamen titulo, „Epistolis Indicis" eodem anno apud eundem in lucem emissis adiunctus. Libri exemplum vidi Luxemburgi in bibliotheca Athenaei, n. 4235.

588. 1564.

Canisii „Parvus Catechismus Catholicorum" germanice versus et (una cum eo) eiusdem Precationes Germanicae Dilingae tertio, a Canisio denuo recognitae, in lucem emittuntur. Figurae in libro expressae, quo sint numero et qua utilitate; figurae Christi; figurae liturgicae. Praefatio Canisii; quid de auctoris nomine ascripto, quid de adversariis dicat. Calendarium; ratio ieiunii quadragesimalis; versus de partibus anni. Definitio ecclesiae. Oboedientia et reverentia ecclesiasticis, etiamsi male vivant, praestandae. Ave Maria. Auditio contionis. Precatio „communis". Preces mane etc. ad campanae sonitum dicendae. Rosarium. Cor Iesu. Orationes birgittinae. Nullae litaniae lauretanae. Litaniae Omnium Sanctorum. Institutio ad confitendum et communicandum. Peccatorum confessio qualis esse debeat. Foedera cum daemone; superstitiones; strigae. Ablutio etc. post communionem. Via crucis nulla; indulgentia nulla.

a) *Correxi ex* adferrerentur, *quod est in libro.* b) *Correxi ex* exatiari. c) *Correxi ex* impenderetur.

Germanici illius libri precationum a Canisio compositi, qui una cum „Parvi Catechismi Catholicorum“ canisiani versione (et amplificatione) germanica Dilingae primum a. 1560, deinde a. 1563 excusus atque editus erat (v. supra p. 987), a. 1564 ibidem in lucem emissa est editio tertia, eaque sic inscripta:

„Catechismus, | vnd Betbuch. | Nach rechter, Catholi= | scher form vnd weyß jetz zum | drittenmal im Truck außgan= | gen, gemehret vnnd | gebessert. Durch Petrum Canisium, | der heiligen Schrifft Doctorn | vnd Thumpredigern zu | Augspurg. | Mit Röm. Kay. May. Freyheit. | Anno Dñi M.D.LXIIII.“

In titulo versus 1 2 8 9 10 11 13 rubri sunt, atque integer titulus figuris foliorum, angelorum etc. similiter, ac titulus editionis secundae, includitur; v. supra p. 988. In altera folii titularis pagina expressum est insigne caesareum ligno incisum.

Typographi nomen in folio quidem titulari non comparet; extremum autem libri folium in exemplo, quo usus sum — neque aliud huius editionis exemplum usquam vidi —, deest; ex omni autem libri specie et maxime ex typis et imaginibus facile patet, librum Dilingae a Sebaldo Mayer excusum esse; atque si tertiam hanc editionem cum secunda et quarta contuleris, dubitare vix poteris, quin in extremo illius folio, post finem „registri“, haec posita sint: „Getruckt zu Dilingen, durch Sebaldum Mayer.“

Liber est in 8^0 min.; prior eius pars sive catechismus ff. 96 (addito titulari) non signatis constat; sequitur „Rechte vnd Catholische Form zubetten“ eaque ff. 335 numeris signatorum; sequuntur ff. 8 vel 9 non signata — folium extremum vel duo folia extrema in exemplo, quo usus sum, desunt —, in quibus precationes breviter terminantur et rerum praecipuarum alterius huius partis copiosus proponitur index. Singulae totius libri paginae similiter ac folium titulare figuris marginalibus ornatae sunt; praeterea in catechismo 38, in corpore precationum 67 imagines in lignum incisae, eaeque variae magnitudinis, expressae cernuntur; quas puto easdem fere esse atque imagines editionis secundae (neque enim duas has editiones inter se conferre potui); complures tamen imagines non semel tantum positae, sed compluries repetitae sunt; ut imago sanctissimae Trinitatis eadem minimum quinquies (f. Cvɪɪ^a Lvɪ^a 5^b 33^a 79^b), figura item David regis eadem minimum quinquies (f. Jvɪɪɪ^a 10^a 57^b 91^a 217^a) cernuntur; inter has 105 imagines 43 potissimum Christum, 9 Beatam Mariam Virginem exhibent; reliquis sanctissima Trinitas, Sancti veteris novique testamentorum, caerimoniae sacrae, alia exprimuntur; ut miracula illa Christi Sancto Gregorio Magno inter Missae sacrificium apparentis (f. 39^a 150^b) et sacrorum stigmatum in corpore Sancti Francisci Assisiatis impressorum (f. 8^b); ceterum, si imaginum rationem diligentius consideraveris, alias satis recentes, alias antiquiores (paulo post initium saeculi XVI. delineatas?) et ex aliis libris in hunc translatas iudicaveris; imagines complures utiles sunt ad cognoscendas illius aetatis regionisque res liturgicas, ut rationem sacrae confessionis excipiendae (f. E^b), formam ostensorii eucharistici, tonsurae clericorum, casulae, pluvialis, albae parura ornatae, superpellicei (f. Dvɪɪ^b G vɪ^b 85^a 135^a 274^a etc.).

Fol. Aɪɪ^a—Aɪɪɪ^a: „Doctoris Canisij Vorred. DJss Betbuch sammt dem Catechismo wirdt jetz zum drittenmal getruckt, vnd wie ich vernimme, viler guthertziger menschen halben, die sich mit den vorigen editionen nit wol ersetigen können. So hab ich dise arbeit auff mich genommen, das ganze Buch nun abermal zu vberlesen, zu corrigiren vnnd zubesseren. Gott gebe seine gnad vnd das gedeyen darzu, daß mein geringe pflantzung [1] so fruchtbar sey, als gut vnd auffrecht die mainung ist. Ich hette aber meinen namen auff diß mal, wie vor, nit vngern darbey vnderlassen, zum thail darumb, dass ich bey der einfaltigkeit blibe, vnnd des rhums

---

[1] Cf. 1 Cor 3, 6—7.

müßig gienge: zum theil auch, damit den zänckischen zu diser zeit weniger vrsach wider mich zuhadern gegeben wurde. Jetzunder aber, auß verstendiger leut anhalten, damit auch der heiligen Gehorsam gnug geschehe [1], vnd daß ich darneben die warheit vor freund vnd feinden vnuerholen bekenne, hab ichs also geschehen lassen, daß diß gebessert werck, Got zu lob, vnd dem gmainen mann zu nutz, in meinem namen offenlich außgehe. Wöllen sie mich darumb lestern vnnd schenden, so sey es dem lieben Herrn Jesu befolhen: durch den selben wöllen wir das böse mit gutem überwinden [2], die feind vnd spötter lieben, vnd, wie Paulus sagt, fewrige kolen auff jhre häupter samlen" [3] etc. Sequitur f. 𝔄ɪɪɪ[b]—𝔈ɪɪ[b]: „Ein gemayner Christenlicher Kalender." In quo calendario [4] etiam multa posita sunt praecepta et consilia, eaque maxime ad leges ecclesiasticas et ad pietatem pro varia temporum ratione colendam pertinentia; ut cum, „lacticiniorum" nulla facta mentione, dicitur: „Wann die viertzigtägig Fasten vorhanden ist, soll ein jeder aufs Christlicher gehorsam . . . im tag nur einmal mefsigklich essen, auch sich fleisch vnnd ayer zuessen enthalten, allein die fünff Sontage in der fasten aufsgenommen, daran erlaubt ist zweymal fastenspeise zunemmen" (f. 𝔄 vɪ). Quae in superioribus libri editionibus de numeri aurei inveniendi ratione dicta erant (v. supra p. 990), in hac omissa sunt; comparent tamen aliae quaedam institutiones (quas memineris oportet ante reformationem calendarii gregorianam compositas esse); ut:

„Von den vier thailen des Jars:

Sanct Clemens vns den Winter bringt,
S. Peters stul den Lentz herdringt,
Den Sommer bringt vns S. Vrban,
Den Herpst aber Simphorian."

„Wann sich die Sonn von oder zu vns naigt:
Auff Barnabe die Sonne weicht.
Auff Lucie sie zu vns schleicht."

Fol. 𝔈ɪɪɪ[a]—𝔈vɪ[a] „Einlaytung in den volgenden Catechismum". Sequitur catechismus, quaestiones 116 et testimonia Scripturae etc. comprehendens, ut in editione superiore; v. supra p. 990.

Quoniam, qui Canisium Iacobo Lainio, Alphonso Salmeroni, omnibus fere Iesuitis posteris opponere novissimo tempore conantur, hosce, neglecta episcopali potestate, totos in pontificia commendanda fuisse, Canisium vero episcoporum auctoritatem vehementer extulisse asseverant, ex hoc catechismo canisiano (f. 𝔈 ɪɪɪ[b] — 𝔈 ɪɪɪɪ[a]) definitionem, quam vocamus, ecclesiae propono: „Was heist vnd ist die Kirch? Die einig, wahre vnd Catholische Kirch ist souil als ein gemaine versamlung aller Christglaubigen, welche in einigkeit des glaubens, vnd in gleichförmiger haltung der Sacrament, vereiniget seind, vnd sich aufs Christi befelch hie auff erden regieren lassen von dem Apostel Petro vnd seinen nachkommen, als von einem geistlichen haupthirten vnnd Christi stathalter." Hic, nulla paene episcoporum mentione facta, solus pontifex planis verbis memoratur! Cf. *editoris* Katechismen 86—87 131 [1].

De oboedientia et reverentia ecclesiasticis, etiamsi pravae sint vitae, praestanda haec dicuntur (f. 𝔊 vɪɪɪ[a] — 𝔋[a]): „Wie soll man die geistlich Oberkeit vnd gewalt ehren? Nit weniger dann die weltlich Oberkeit, also dafs wir in den geistlichen personen vnd Prelaten, ob sie schon jres stands vnwirdig weren, die Götliche ordnung vnd Christi einsetzung ansehen, bedencken vnnd ehren. . . . Summa, der heiligen Christlichen kirchen Obersten heuptern vnd fürstehern mufs man gehorchen vnd vnderthenig sein, nach jrem befelch thun, vnd nit nach jren wercken: Math. 23. Heb. 13. — Welche thun aber solches? Fürnemlich die, so gar gering oder gar

[1] Legem dicere videtur, qua libris nomina auctorum ascribi iubentur; de qua re v. *Can.* II 900—901. [2] Rom 12, 21. [3] Rom 12, 20. Prv 25, 22.
[4] „Jenner . . 28 Carolus Kayser" f. 𝔄 ɪv[b] 𝔄 v[a].

nichts halten von den geistlichen personen, vnd Prelaten der kirchen, vnd mehr auff jhr leben, dann auff jr ampt vnd stand mercken. . . . Dann wer die kirchendiener vnd jhre ordnung veracht, der verachtet Christum, vnd Christi vatter selbs, Luce 10."

In catechismi capite II., in quo salutatio angelica dedita opera commendatur et explicatur, haec ipsius forma proponitur (f. 𝔉 vii[a]): „Gegrüſst seystu Maria, voller Gnaden, der Herr ist mit dir, du bist gebenedeyet vnder den Weibern, vnnd gebenedeyet ist die frucht deines leibs Jesus Christus. Heilige Maria, muter Gottes, bitt für vns arme sünder. Amen."

In numero „praeceptorum ecclesiae" etiam auditio contionis refertur (f. 𝔋. vii[a]): „Das ander [Gebot der heiligen Christichen Kirchen]: Alle Feyrtage solt du das ampt der heiligen Meſs, auch das gepredigt wort Gottes andechtigklich hören."

Haec de priore libri parte; in altera duae leguntur expositiones salutationis angelicae, in quibus postrema illa verba: „Heilige Maria . . . . sünder" non commemorantur; quare has expositiones a Canisio ex antiquioribus libris exscriptas esse existimo.

Fol. 38[b]—40[a] precatio „communis" eadem est prorsus atque illa, quam Canisius a. 1560 Augusta Coloniam misit (*Can.* II 696—697), nisi quod sermonis genus sive dialectus quam vocamus non est eadem in utraque, et quod in paenultimo precationis capitulo sive particula post „O Herr, all" addita sunt verba: „vnser thun vnd lassen".

Fol. 52[a]—54[a]: „Wie man zu Morgen vnnd Abents betten soll, wann man leutet zu dem Aue Maria. Der Engel Gottes bracht Marie die Botschafft, vnd sie empfieng vom heiligen Geist vnsern Heyland. Aue Maria. Sihe, sprach Maria, ich bin ein Dienerin des Herren, mir geschehe nach deinem Wort, Aue Maria. Vnnd das Wort ist fleisch worden, vnd hat in vns gewonet. Selig ist der Leib, der dich Christe getragen hat, vnd die Brüst die du gesogen hast, Aue Maria. Darauff magst du weiter sprechen: Herr Gott wir bekennen mit deinem lob vnnd ehr, daſs du vnser Hayl in höchster Liebe durch verkündigung des Engels angefangen, vnd durch die seligste frucht Marie volendt hast, Verleyhe vns dein gnad, Christenlich zu glauben, gerecht zu leben, vnd seligklich zusterben. Durch denselben deinen Sun Jesum Christum vnsern Herren, wahren Gott vnnd Menschen, der mit dir in einigkeit des heiligen Geists lebt vnd regiert in ewigkeit, Amen."

„Wie man zu Mittag betten soll, vnd besonder am Freytag, so man das Tenebrae oder die schidung Christi leutet. Es seind finsternuſs worden, als die Juden den Herren Jesum gecreutzigt hetten. Vnnd vmb die Neunte stund schrye der Herr Jesus mit lauter stimm: Mein Got, mein Got, warumb hast du mich verlassen? Vnd mit genaigtem Haupt gab er den Geist auff. Derhalben, O Herr Jesu Christe, betten wir dich an, vnd loben dich. Dann durch dein heilig Creutz, durch dein bitter leiden vnd vnschuldigs sterben hast du vns vnnd die gantze Welt erlöset. Collect. Herr Jesu Christe, ich bitte dich flehenlich durch die bitterkeit deines heiligen leidens, so du vmb meiner willen am Creutz hast gelitten, allermaist aber in der stund da dein edle Seel von deinem heiligen Leib geschiden ist: Wöllest dich erbarmen vber mein arme Seele, wann sie von meinem leib wirt abschaiden, auff daſs dein Creutz vnd Marter an mir vnd andern Sündern nit verloren werde, Amen." [1]

---

[1] Similiter omnino de precationibus mane, vesperi, meridie ad campanarum sonitum faciendis Canisius scripserat in huius libri editione Dilingae a. 1563 facta; cf. *Reiser*, Gebetbuch [v. supra p. 990] 140—142. Ceterum vide, quae de hoc argumento scripserunt clar. P. *Thomas Esser* O. Pr., Das Ave-Maria-Läuten und der „Engel des Herrn" in ihrer geschichtlichen Entwicklung, in „Historisches Jahrbuch" XXIII 22—51 247—269 775—825; *Herb. Thurston* S. J., Our Popular Devotions V. The Angelus, in „The Month" XCVIII, London 1901, 483—499 607—616; XCIX, London 1902, 61—73 518—532; CIII, London 1904, 57—66; *C. A. Kneller* S. J.,

Fol. 82[a]—84[b]: „Siben Dancksagung für die heiligsten siben Blutvergiessungen Christi, wider die siben Todsünde nutzbarlich zusprechen".

Fol. 109[b]—125[a]: „Wie man das gantze leben Christi, in kurtze Gebetlin ziehen, auch als einen geistlichen Rosenkrantz gebrauchen, vnd desselben an einem Pater noster[1] sich erinnern mag." Sequuntur 50 precatiunculae vitam Christi et Mariae complectentes, et praecipitur, ut singulis illarum decadibus oratio „Pater noster" anteponatur, et post singulas precatiunculas „Alleluia" dicatur et „Aue Maria" recitetur[2].

Fol. 155[b]—158[a]: „Ein andechtige Grüssung vnd benedeyung zu den heiligen glidern Christi, so für vns gemartert." Ubi etiam haec sunt: „Gegrüsset seyst du aller rainestes vnd miltestes Hertz vnsers lieben Herren Jesu Christi, vmb vnsert willen mit des Ritters sper durchstochen, aufs welchem blut vnd wasser zu vnserm ewigen hayl geflossen ist" (f. 157[a]).

Fol. 168[a] *Canisius,* postquam multas preces ad Christum pro hominibus passum et mortuum fundendas proposuit, his verbis eam libri partem terminat: „Neben den obgemelten gebetten, kan man auch mit grosser frucht lesen, ja auch durch das gantze Jar in täglichem gebrauch haben die funffzehen Gebet S. Birgitte, von dem heiligsten leiden des Herren, dieweil sie gantz andächtig, kräfftig vnd gnadreich seind, hieuor offtmals im Truck aufsgangen." [3]

Fol. 195[a]—204[a] precationes ad Beatam Mariam Virginem faciendae proponuntur; verum neque hoc neque alio libri loco Litaniae lauretanae comparent, licet valde verisimile sit, latinas harum Litaniarum editiones, quas in Sebaldi Mayer typographia dilingana, alteram a. 1558, alteram eodem fere tempore (annus ei ascriptus non est), factas esse constat, Canisio curante factas esse (*N. Paulus,* Die Einführung der lauretanischen Litanei in Deutschland durch den seligen Canisius, in „Zeitschrift für katholische Theologie" XXVI 574—583).

Neque aliae litaniae in libro positae sunt nisi „Litaniae Omnium Sanctorum", omissis tamen psalmo, versiculis, orationibus, quae nunc iis adiungi solent, et una tantum addita precatione (f. 229[a]—235[b]); ipsae autem litaniae cum iis, quae nunc in Breviario romano proponuntur die S. Marci Evangelistae etc. recitandae, conveniunt, nisi quod invocationes nonnunquam aliter dispositae sunt, ut S. Nicolaus ante S. Martinum, S. Franciscus ante S. Dominicum, S. Bernardus post hos duos collocati sunt, pro SS. Gervasio et Protasio sancta decem milia Martyrum (in monte Ararat interfectorum[4]), pro SS. Lucia, Caecilia, Anastasia sanctae Barbara, Ursula eiusque sociae (Sanct Vrsula mit deiner geselschafft der ailfftausent Junckfrawen), Elisabeth positae sunt, invocationes „Sancte Joseph, ora" etc., „Omnes sancti Doctores, orate" etc., „A flagello terraemotus libera" etc., „Per adventum tuum libera" etc., „Ut nobis indulgeas, te rogamus audi nos" desunt, adduntur autem post „Per adventum Spiritus" etc. verba „Jn der stund des Tods, Komm vns Herr zuhülff" et post

---

Zur Geschichte des Angelus-Läutens, in „Zeitschrift für katholische Theologie" XXV 348—356; *F. F.,* Zur Geschichte des Ave etc., in „Katholik" LXXXIII[1] 333—341.

[1] „Pater noster" hic = filum vel sertum precatorium; vide supra p. 27.

[2] De hac rosarii ratione, ab ea, quae nunc usitatissima est, diversa vide *Thom. Esser* O. Pr., Beitrag zur Geschichte des Rosenkranzes, in „Katholik" LXXVII[2] 409—419 521—528; *Idem,* Über die allmähliche Einführung der jetzt beim Rosenkranz üblichen Betrachtungspunkte, in „Katholik" LXXXIV[2] 98—114 192—217 etc.; *Thurston* l. c. [cf. supra p. 28] XCVI 516—519; *Wilh. Schmitz* S. J., Das Rosenkranzgebet im 15. und im Anfange des 16. Jahrhunderts, Freiburg i. Br. 1903, 4 74—77.

[3] In „Indice" Benedicti XIV. prohibentur: „Orationi (le Quindici) di S. Brigida. Nisi deleatur Prologus. Decr. 30. Junii 1671" (Index Librorum prohibitorum SS[mi] D. N. *Benedicti XIV.* . . jussu recognitus, atque editus, Romae 1758, 177).

[4] In cathedrali ecclesia augustana exstabat „vicaria 10 000 martyrum", a. 1355 fundata (*Braun,* Domkirche 75).

„Ut inimicos sanctae ecclesiae“ etc. verba: „Dafs du alle Ketzerey, Rotten vnd Secten aufsreutest: Wir bitten dich, erhöre vns.“

Quaestiones cum responsionibus 18 de sacra confessione et 18 de sacra communione comparent, sicut in editione superiore; idem de orationibus SS. Augustini, Ioannis Chrysostomi etc. ac de psalmis germanicis etc. dico: v. supra p. 990. De confessione quaeritur n. XIV.: „Jst es nit gnug, die gemeine Beicht vor dem Priester zusprechen, vnd die Absolution zubegeren?“ Resp.: „Recht beichten nach Christlicher ordnung wil gewifslich mehr haben“ etc. Et n. XV.: „Soll einer auch alles beichten, klein vnd grofs, was er je gethan hat?“ Resp.: „Nain, dann es were dem menschen vnmüglich, alle seine sündige gedancken, wort vnnd werck zuwissen, vnnd dieselben vnderschiedlich zuerzelen. Das ist aber wol müglich, ja einem rewigen Sünder auch vnbeschwerlich, dafs er vor Gottes Stathalter in gehaimnuss bekenne vnnd erzele die wissentliche todsünden, vnd mit welchen sein gewissen behafft vnnd beschwert ist“ (f. 279[b]—280[a]). Ac de sexto Decalogi praecepto nominatim *Canisius* monet: „Es soll ein jeder sein gewissen bey disem gebott wohl zu rath nemmen, vnd dasselbig mit lauterer beicht, on alles scheuhen erleuttern: . . . Der böse feind, vnd die vnnütze scham verhindert vil Christen, dafs sie obgemelte Sünden mehr dann alle andere, in der Beicht verschweigen, vnd also vnwürdig zum Sacrament tretten“ (f. 293[b]).

Jn „Form vnnd Weifs dem Priester zu beichten“ peccator inducitur inter peccata adversus primum Decalogi praeceptum commissa haec quoque recensens: „Jtem dafs ich in meinen anligen vnd nöthen Gott meinem Herren nit vertrawet, ja auch ausserhalb Gott auff vnchristliche hülff, trost, gut, gelt vnd gunst mich verlassen hab, ja etwan aufstruckliche oder heimliche bündtnufs mit dem bösen Geist gemacht. Jtem in vnd mit aberglauben hab ich gebraucht frembde zaichen, vnbekandte namen, seltzame segen, kreuter, wort vnd andere teufelische oder vnchristliche mittel vnd hülff, auch des Himmels gestirn vnd den träumen zuuil zugeschriben, etwan raths gefragt vnd hülf begert von den zauberern, schwartzkünstlern, hexen oder vnholden“ (f. 290[a]).

De sacrae eucharistiae sumendae ratione quaeritur n. XVIII.: Wie soll einer nach der empfahung sich erzaigen vnd halten?“ Resp.: „Gut vnd löblich ist es, dafs der mensch als bald darauff nemme die Ablution, vnd seinen mund mit wein aufsspiele vnd rainige. Jtem dafs er sich ein zeitlang hüte, dem heiligen Sacrament zu ehr, keinen spaichel auff die erden aufszuspürtzen, vmb welches willen er ein zeitlang ein raines vnd saubers facilet bey sich tragen mag“ (f. 317[a]).

Ratio „viam crucis“ obeundi in libro non est. Mirum et a nostrae aetatis more alienum est, quod inter tam multas orationes nulla conspicitur, cui ab editore adnotatum sit, indulgentiam iis, qui ipsam recitarent, concessam esse; cuius rei hanc esse causam puto, quod tunc multae indulgentiae spuriae circumferebantur neque, quaenam verae essent, ita facile erat definitu.

Unicum, quod exstare equidem norim, huius editionis exemplum nunc Feldkirchii (Feldkirch in Austria) asservatur in bibliotheca domus probationis S. J. (A c II 72); olim autem erat monasterii inzicovensis (Inzikofen, Inzigkofen, in principatu Hohenzollerano) virginum Ordinis S. Augustini; ita enim in pagina aversa involucri anterioris — liber a. 1565 conglutinatus est — manu saeculi XVI. notatum est: „Jtem difs buch gehört in die gemaind vnd es kümpt von stetten ist geschickt worden S. barbara süfsin von S. Hanna Höltzlin vnd es soll in dem gotzhufs yntzkoffen in der gemaind bliben vnd nit verschenckt werden. Des ist irer baider enttlicher will gesin“; et paulo infra, manu saeculi XVIII., ut videtur: „Gehörth in die kirhen auff den gradt soll niht Vertragen werden.“

Sommervogel hanc editionem non novit.

589. Mense Februario anni 1564.

Tilmannus Heshusius, unus ex praecipuis Lutheranorum „theologis litigatoribus“ et iam Vesaliae „exsul Christi“ degens, in libro adversus Calvinianorum „Catechismum

heidelbergensem" edito haec, praeter alia, affirmat: Sanctissimus vir Lutherus praedixit, homines ad extremum eo esse deventuros, ut evangelium ex suggestibus sacris exponi non paterentur; hoc tamen per patresfamilias conservatum iri. Quae verba iam eventu comprobari coeperunt, plurimis contionatoribus piis expulsis. Atque daemon iam domesticas etiam ecclesias persequitur, hoc agens, ut sanctissimo Lutheri catechismo eas spoliet. Cuius rei gratia turpissimam illam Jesuitarum gentem incitavit, ut iuventutis ad pietatem instituendae specie catechismum vulgarent, in quo omnes papatus errores, mendacia, idololatriae, blasphemiae repetuntur. Ac mirum est, quam crasse et impudenter nequissimus vir Canisius in catechismo illo lapidum et simulacrorum ligneorum adorationem commendat, Christum honore palam privat, sacramentum corporis et sanguinis Christi discindit, ipsam etiam missam, quae omnium abominationum maxima est, defendere conatur, perinde ac si nulla Evangelii lux superioribus annis orta esset. At ita daemon sub catechismi nomine venena tartarea spargit.

Tilmannus Heshusius (1527—1588) vesalisensis rhenanus, unus ex acerrimis, quos Lutherani saeculo XVI. habuerunt, „theologis litigatoribus" („Streittheologen"), anno 1564, quo Vesaliae (Wesel) exsulabat, adversus calvinianum illum „Catechismum heidelbergensem", anno 1563 primum in lucem emissum (v. supra p. 187[4]), vulgavit librum: „Trewe Warnung, für den Heidelbergischen Caluinischen Catechissmum, sampt wiederlegung etlicher jrthumen desselben . D. Tilemannus Hesshusius Exul Christi. Weissagung S. Pauli von Schwermeren. 2 Timoth. 4. Es wird eine zeit sein da sie die heilsame Lehre nicht leiden werden, Sondern nach jren eigen lüsten werden sie jnen selbst Lehrer auffladen, nach denen jnen die Ohren jücken: Vnd werden die ohren von der Warheit wenden vnd sich zu den fabeln keren. 1564" (sine loco; 12°; ff. sign. 58; accedit praefatio sive dedicatio). In cuius libri litteris dedicatoriis, Vesalia 26. Februarii 1564 ad Gervasium Marstaller, medicinae doctorem et urbis brunsvicensis (Braunschweig) „physicum", datis Heshusius etiam Canisii catechismum vehementissime insectatur: „Der thewre Mann Gottes vnd seliges Rüstzeug des heiligen Geists Martinus Lutherus, welchen Gott sonderlich dazu erwecket, das er zu diser zeit, durch jn, sein Heiliges, Seligmachendes Wort wieder an den tag brechte, erkleret die weissagung des Propheten Danielis vom vntergang des teglichen opffers dergestalt, das er austrücklichen weissaget, die Welt werde zu lezt so gar Epicurisch werden, das man in aller welt keinen oeffentlichen Predigstuel haben werde, vnd eitel Epicurische grewel die oeffentliche rede sein. Das Euangelium aber werde allein in heusern durch die Haussveter erhalten werden. Ob nun nicht die tolle Welt, dieser erschrecklicher weissagung volles lauffs entgegen renne, vnnd sich hefftig bemuehe, oeffentlich vnd augenscheinlich darzuthun, das der heilige Lutherus ein warhaffter Prophet aus Gottes Geist solchs habe geweissaget, wil ich allen vernuenfftigen Christen, so den jetzigen Vbelstandt in der Welt, in rechter furcht Gottes bey sich ermessen vnd anschauwen, zu erkennen geben. Das ist ja kundbar vnd leider für augen, das die heilsame warheit mit grosser gewalt niedergeschlagen, vnd mit geschwinder list vertunckelt vnd verfelschet wirdt. . . . Wie viel Predigstuel vnd Kirchen, durch diesen grieff des Teuffels wüst vnnd ledig gemacht, ist so gar heimlich nicht, das es viel wort bedürffte. . . . Nun ists aber fast troestlich das er spricht, es werde dennoch das Euangelion in den Heusern, durch die Haussvetter erhalten werden, welchs er denn aus dem grunde sagt das die Kirche Christi bis ans ende der welt bleiben mus. . . . Alhie aber wollen nu auffmercken, vnd sehen alle die vernunfft vnnd augen haben wohin der zornige bittere feindt vnser seligkeit zu dieser zeit heimlich schantzet. Er wil damit nicht ersetiget sein, das er die Predigstuel in aller welt werde einbekommen. Auch die gemeine Gottes, so in denn heusern, durch die Haussuetter solle versamlet werden, wolte er geen vergifften, zerstoeren vnd vertilgen. Welchs dann daraus erscheint, das er jtziger zeit so listig vnd hefftig dem heiligen Catechismo[1] zusetzet

[1] Lutheri catechismum significat Heshusius.

vnnd den, den Haussuettern gerne nemen, oder ein eitel gifft verkehren wolte. Er sihet wol, welchen Edlen Koestlichen vnd süessen geruch der lieue Catechismus bis daher gegeben, das durch in die liebe Kirch nicht wenig erbauwet vnd vermehret worden, vnd das die Haussuetter Haussmueter, Kinder vnd gesinde vnnd einfeltige leien die leere vom Glauben vnd [*sic*] am leichsten aus dem Catechismo gefasset, vnnd jhnen gleich wie ein Schildt, wider allerlei Pfeil der falschen leer gewesen. Wann er nu soelchen Edlen Schatz jnen entfueren koente, solt er die gedancken fassen, er wolte den Tempel des Herren bis auff den grundt zerstoeren vnd zerreissen, vnnd also Gott in seinem wort luegen straffen.

Mit soelchem anschlag hat er das schendtliche lesterliche volck der Jesuiter erweckt, die auch einen Catechismum gestellet, vnnd in druck haben, aussgehen lassen. Darinn sie fuerwenden, als wolten sie die Jugendt von Gott vnnd der ewigen Seligkeit vnterrichten. Thun aber anders nichts, denn das sie alle jrthumen, luegen, abgoettereien, Lesterungen vnnd Grewelen des verdampten Pabsthumb gantz vnuerschempt gleich als were kein Buchstab je wieder die grobe stinckende luegen vnnd lesterungen jemals geschrieben, wieder herfur bringen, vnd die vnerfarne vnd vnuorsichtige jungendt domit vergifften vnnd beschmitzen.

Es hat sich zwar das gantze Pabsthumb in etliche hundert jaren des Catechismi gar nichts angenommen, sondern denselben gar vnter der banck liegen lassen.... Was mag dan jetz die Pebstlichen fuer new heiligkeit ankommen sein, das sie den Catechismum wieder herfür suchen? Ohn zweifel sihet der listige Geist wie die kindlin, gesinde, gemein man vnd Haussuetter mit grosser begir die einfeltige leher des Catechismi annemen, vnd auss dem Vatter vnser, zehen Gebott vnd Artickel des glaubens so viel berichts empfahen, das sie nun mehr verstehen wie iemerlich sie jhm Pabsthumb vmbgeführet, mit welchen groben lügen sie betrogen, vnnd vmb ihre Seligkeit gebracht sindt. Derhalben vnterstehet er sich nun auch seine Papistische lügen vnnd Grewl einfaltiger weise in frage vnd antwort zustellen, ob er domit den Leuten den heiligen Catechismum aus den henden zwacken, vnd sein gifft vnnd dreck an die stadt bringen möchte.

Wunder nimpt michs aber, das sich der lügen vnnd lestergeist in dem heilosen man Canysio, der der Jesuiter Catechismum geschmiedet bei diesem hellen liecht der warheit, so Gott lob jetziger zeit der Welt erleuchtet, vnd den Papisten gleich in die augen sticht, noch ein wenig geschemt vnd seine lesterung etwas Subtieler furbracht. Denn er je wol hett dencken moegen, das jetzt Gott lob viel eine andere zeit ist, Dann vor fünfftzig jaren gewesen, da die leute bis an die ohren in der blindtheit vnd schlam des Gotteslesterischen Papstthumbs, vnd vnter den lügen vnnd Sündenreich des verdamten Antichrists gefangen gelegen, vnd kaum einen blick der warheit haben mercken koennen. Aber der vnuerschempte Gotteslestrische Canysius thut die augen zu, stellet sich als wisse er von keinem auffgang des liechts, macht im viel mehr die Hoffnung, es seien die lügen, lesterungen vnd jrthumen im Pabsthumb so grob vnnd greifflich als sie wollen so werde er gleichwol zu seinem lügenkram Kauffleute finden. Also bringt er den alten tandt vnnd Heidnische Blindtheit herfür, vonn anruffung der verstorben Menschen von anbettung der Steinern vnnd Hoeltzern Bildern die weder ohren zu hoeren, noch augen zu sehen haben, heiset die Heiligen seine helffer, fürbitter, Patronos, vnnd Raubet oeffentlich CHRISto seine ehre. Er zerreisset das Sacrament des Leibs vnnd Bluts Christi, vnnd wil den alten Kirchenraub der denn Leien das Blutth des HErrn Christi stielet noch beschoenigen. Er verbeut den priestern die Ehe, ob er gleich wol weis, das die Weldt nun mehr berichtet ist aus dem Paulo das solch Eheverbott Teuffels lere sei. Auch den Grewel aller Greweln, die verfluchte gotteslesterung in der Opffer messe wil er noch verteidigen, ongeacht, wie gewaltig die mitt Goettlicher Schrifft wiederlegt ist. Vnnd in Summa, da ist kein Jrthumb lügen noch lesterung so Grob im Blinden Pabsthum getrieben die sich der vnuerschempte Canysius nicht vnterstunde zu vermenteln vnd zubeschoenigen. Darumb will ich auch hoffen, das dieser lügen Catechismus desto weiniger schaden bei dem gemeynen Mann thun werde, Denn jhe

GOTTlob der Papisten Torheit an tag kommen. Es ist zwar alhie nicht noetig, die Pepstliche jrthumen mit heiliger Schrifft zu widerlegen, Denn soelchs in viel Herrlichen dapfferen schrifften Lutheri vnd anderer Theologen geschehen. Auch habe ich newlich im büchlin, des titel ist, kurtzer vnterschiet zwischen Christlicher leer vnd Paebstlichen grewl vnd jrthumb die abgoetterei vnd lesterung der Papisten kurtzlich begriffen vnnd dem leser angezeiget, wie sie mit Gottes wort zu wiederlegen sindt, sol mit Gottes hulft hinfurder auch weiter geschehen. Alhie aber hab ich nur die iugent vnd einfeltigen für den heilosen, lügenhafftigen vnd lesterlichen Catechismum des Jesuiters Canysij warnen wollen" (f. 𝔄 ii^a — 𝔄 viii^b). Atque aliquanto infra *Heshusius* praeter alios catechismos canisianum quoque significat, cum de Lutheri catechismo scribit: „Es vnterstehet sich aber der arglistig Feindt vnser vnd aller menschen Seligkeit, vns diesen Edlen vnd koestlichen schatz vnter den henden zu entführen, vnd an stadt desselben Kott vnd gifft zu legen; denn sintemal er mercket, wie grosser abbruch jhm geschehen mit der vnterweissung des Catechismi wie die liebe jugent damit erzogen, das sie in dem lustgarten der Kirchen Gottes, als schoene blüende Reisslein zu Gottes erkentnis vnnd furcht auffwachsen, vnd viel Seelen jhm abgespannet sindt, verstellet er sich in einen Engel des liechts, lest sich angehen, als woll er sich hinfürter der jugendt annemen, vnnd die Leut vnterrichten , sprüet aber sein hellisch gifft aus vnter dem herrlichen Titel vnd Namen des Catechismi."

Operae pretium non est, commentarium vel refutationem his convitiis adhibere. Duo tantum hic adnoto: *Martinus Chemnitius*, qui inter theologos lutheranos illius temporis facile doctissimus erat, in libro, quem a. 1562 adversus Societatis homines vulgavit, plane confessus est, Canisii catechismum magna cum moderatione conscriptum esse (Theologiae Iesvvitarum praecipua capita, Lipsiae 1563, f. B 5^a F 3^a). Quam laudem etiam Ioannes Zanger, Lutheranorum contionator brunsvicensis, retinuit, cum Chemnitii librum germanice redderet et multis in Iesuitas criminationibus amplificaret; v. supra p. 998. Eandem laudem postea alii protestantes in libris adversus Societatem editis catechismo illi tribuerunt, ut Lucas Osiander, Ioannes Fischart, Ludovicus Lucius (v. *editoris* „Katechismen" 43—44). Heshusius vero mirari se affirmat, quod Canisius in catechismo doctrinam papisticam adeo crasse atque impudenter proferre audeat! Ceterum mirum esse non potest, Canisium lacessitum esse ab eo homine, qui cum ipsis protestantibus pacem servare non posset; pulsus est Heshusius Rostochio, quia duos urbis consules, Magdeburgo, quia senatum urbis anathematizaverat; similiter ob rixas turbasque, quas ciebat, et Heidelbergae et Ienae magistri academici officio, in Borussia „episcopatu" sambiensi (Samland), ab illarum regionum principibus protestantibus motus est.

590. 1564.

Canisii „Summa doctrinae christianae" latine denuo editur Antverpiae apud Ioannem Bellerum.

Canisii „Summa", quae Antverpiae ex taberna libraria Ioannis Belleri iam in lucem prodierat gallice a. 1557, latine a. 1558 1560 1562 (*Sommervogel*, Bibl. II 620 622 632—633; *Can.* III 790), ex eadem denuo prodiit a. 1564: „SVMMA | DOCTRINAE | CHRISTIANAE. | *In vsum Christianae pueritiae per Quaestio- | nes recens conscripta, à D. Petro Canisio | Doctore Theologo Societatis Iesu. | Iussu & Authoritate Sacratissimae Caesareae | Maiestatis, & Inuictiss. ac Sereniss. D. | Philippi, Hispaniarum, Neapolis, etc. Regis. | Ducis Brabantiae, Comitis Flandriae . &c.* | ANTVERPIAE, | Apud Ioannem Bellerum, sub | Aquila aurea. | M . D . LXIIII." In extremo libro: „Typis Amati Tauernerij."

12°; ff. signata 123, ac praeterea in initio 7 (addito titulari) et in fine 8 non sign. In titulo sub verbis „Ducis Brabantiae, Comitis Flandriae . etc." usitatum illud signum nominis Iesu (ligno incisum) comparet, idque radios fundens; circa quod haec verba posita sunt: „† SOCIETAS NOMINIS IESV." In initio f. A 2^b — A 3^a

brevis totius operis summa; f. A 3^b—A 5^b diploma Ferdinandi I. caesaris Vindobona a. 1560 datum (v. supra p. 1007); f. A 6^a—A 7^b diploma sive edictum Philippi II. Hispaniae regis a. 1557 datum (v. supra p. 1006). In fine libri, f. 123^a: „Pius est, vtilis, et catholicus hic Catechismus. Ruardus Tapper S. Petri in Louanio Decanus"; f. 123^b usque ad paginam priorem folii ultimi index rerum alphabeticus; in pagina ultima nomen Iesu, ut in titulari.

Librum vidi Monachii in bibliotheca regia, Catech. 92.

Eundem posuit *Sommervogel*, Bibl. II 622.

591. 1564.

Canisii „Summa" denuo editur Lugduni per Michaelem Iovium.

Eodem anno 1564 Summam in lucem emisit Michaël ille Jovius (Jouve, Jove), bibliopola lugdunensis, qui eam a. 1562 vulgaverat (v. *Can.* III 790): „SVMMA | DOCTRINAE | CHRISTIANAE | PER QVAESTIO | NES CONSCRI- | PTA, A | Reueren . D. Petro Canisio Theologo societatis | IESV, & nunc recens ab eodem reco- | gnita, & aucta | LVGDVNI | Apud Michaëlem Iouium | 1564 | CVM PRIVILEGIO."

12° min.; catechismus 67 pp., index rerum 3 pp. occupant; in medio folio titulari signum typographicum Iovii cernitur: Iuppiter fulmine instructus et super aquila collocatus; inscriptio: „A IOVE CVNCTA IVVANT." In initio libri brevis summa privilegii ab Emmanuele Philiberto Sabaudiae duce „Summae" excudendae gratia Iovio ad 15 annos concessi, et eiusdem Iovii praefatio ad episcopos, parochos, gymnasiarchas, ut in editione a. 1562 facta; v. *Can.* III 790.

Accepi haec ex R. P. *J. B. Couderc* S. J.; qui librum a. 1891 Tolosae in bibliotheca reipublicae vidit.

Sommervogel hanc editionem non novit.

Canisii catechismum sub hoc tempus Parisiis quoque usurpatum esse intellegitur ex litteris a P. *Edmundo Haio* collegii „claramontani", quod Societas Parisiis habebat, rectore ad Socium ignotum Parisiis 13. Februarii 1565 (?) datis, quas *Caes. Eg. Bulaeus*[1], universitatis parisiensis historicus (Historia Vniversitatis Parisiensis VI, Parisiis 1673, 588—590) vulgavit, ex „Tabulario Academico", ut ipse ait, exscriptas. Haius, prosperum collegii successum enarrans: „Ne vero", inquit, „praecipuae parti nostrae vocationis deessemus, festis ac Dominicis diebus bis legitur Catechismus seu doctrina Christiana Reuerendi D. Canisij, ante prandium pueris, post meridiem prouectioribus; quo plures conueniunt quam vestra Reuerentia credere possit." Cf. etiam *J. M. Prat* S. J., Maldonat et l'Université de Paris au XVIe siècle, Paris 1856, 610—613.

Sommervogel quidem inter versiones „Summae" canisianae hanc commemorat: „Somma . . . Monte Regale, 1564, 24°"; sed hunc librum potius in numero versionum „Parvi Catechismi Catholicorum" referendum esse censeo; v. supra p. 1012.

592. 1564.

„Parvi Catechismi Catholicorum" canisiani duae editiones novae (latinae) Coloniae ex officina Materni Cholini prodeunt.

1. Coloniae apud Maternum Cholinum (v. supra p. 1007) Canisii „Parvus Catechismus Catholicorum" anno 1564 denuo editus est: „PARVVS | CATECHISMVS | CATHOLICORVM, NVNC PRI | mùm integritati suæ restitutus, | & singulari auctoritate | Sac. Cęs. Maiest. | editus. | Consilium & Diploma Cæs. Maiest, quod acces- |

---

[1] *Bulaeus* quidem epistulam ab „Edmundo Hayio" „raptim Parisiis idib. Feb. (1564)" [sic!] datam esse scribit; sed Haius ante aestatem a. 1564 Parisios non venit (*Sacchinus*, Hist. S. J. II, l. 8, n. 91, et supra p. 580); verisimile autem est, eum ineunte anno proximo (1565) epistulam illam dedisse.

sit minori huic, & quem paulò pòst dabi- | mus, maiori quoque Catechismo, | sequenti mox pagina | declaratur. | COLONIAE, | Apud Maternum Cholinum. | M. D. LXIIII. | *Cum Priuilegio Cæs. Maiest. ad decennium.*"

8°; 27 ff. non signata (addito titulari). In pagina titulari sub verbo „declaratur" signum typographicum Cholini cum verbis „Benedices" etc. (v. supra p. 1007) positum est. F. A 2 Canisii praefatio, Augusta m. Maio 1561 data (cf. supra p. 1007); f. A 3^a — A 6^a diploma Ferdinandi I. Vindobona 10. Decembris 1560 datum. In extremo libro, incipiendo a f. D, testimonia Scripturae sacrae contra haereticos etc. Index rerum non est additus.

Librum vidi Lentiae (Linz, in Austria superiore) in bibliotheca lycei caesarei, „C I 173".

Sommervogel editionem posuit Bibl. II 635.

2. Eodem anno ex eiusdem Cholini officina altera huius catechismi editio prodiit: „PARVVS | CATECHIS- | MVS CATHOLICO- | RVM NVNC PRIMVM IN- | tegritati suę restitutus, & singu | lari auctoritate Sac. Cæs. | Maiest. editus. | *Auctore D. Petro Canisio, Doctore* | *Theologo, societatis Iesu.* | ACCESSERE PRECES | Horariæ de æterna Dei sapien- | tia Iesu Christo Domino no- | stro, cum pijs quibusdam | & Christianis exerci- | tationibus. | COLONIAE, | Apud Maternum Cholinum. | Anno 1564. | *Cum Gratia & Priuilegio Cæs. Maiest.*"

12°; ff. 66 (addito titulari) non signata; f. ultimum omnino vacuum est. In pagina aversa folii titularis 2 carmina latina, quorum prius „Ad Christianum lectorem", alterum „Christianorum pueris" inscriptum est; f. A 2 Canisii praefatio Augusta m. Maio 1561 data; f. A 3^a — A 5^b Ferdinandi I. edictum Vindobona 10. Decembris 1560 datum; f. C 3^b — C 7^a Testimonia scripturae, ut supra n. 1; sequuntur Preces horariae de aeterna Dei Sapientia (de quibus v. *Can.* II 721[1]), Meditationes de virtutibus Christi, preces mane, vesperi, ante studium litterarum recitandae (de quibus v. *editoris* „Katechismen" 124—126 171; cf. etiam *Can.* III 777), 7 precationes ante scholam recitandae (singulis hebdomadis diebus, etiam dominicae, sua est precatio assignata).

Librum vidi Dilingae in bibliotheca lycei regii, „XVIII, 2096."

Eundem posuit *Sommervogel*, Bibl. II 635.

593. 1564.

Canisii „Parvus Catechismus Catholicorum" Dilingae a Sebaldo Mayer una cum Petri a Soto O. Praed. „Compendio Doctrinae Catholicae" auctoritate Ottonis cardinalis Augustani excuditur.

Canisii „Parvus Catechismus Catholicorum" anno 1564 auctoritate Ottonis Truchsess de Waldburg cardinalis et episcopi augustani Dilingae editus est cum clarissimi illius Petri de Soto O. Praed. (v. supra p. 218[3] 388[1]), in concilio tridentino 20. Aprilis 1563 mortui, „Compendio Doctrinae Catholicae" ab auctore amplificato (qui liber Dilingae etiam a. 1560 — et 1553? — excusus erat: v. *Quetif-Echard* l. c. II 184): „*COMPENDIVM* | DOCTRI- | NÆ CATHOLICÆ, | in vsum plebis Christianæ | rectè instituendæ, à R. P. F. PE- | TRO de SOTO, Domini- | cano Theologo, Con- | fessore Cæs. Maiest. | collectum. | *Additis cuique loco aptis precatiuncu-* | *lis: & adiuncta breui explicatione sa-* | *cræ Missæ: nunc denuò ab eo-* | *dem Autore ampliori ex-* | *plicatione locuple-* | *tatum.* | ACCESSIT IN HAC | editione Paruus Catechismus Ca- | tholicorum, authore D. PE- | TRO CANISIO. | *Iussu & Authoritate Reuerendiss.* | *Domini Othonis, Card. & epis.* | *Augusta. editum.* | Anno 1564." In extremo libro: „DILINGÆ, *Excudebat Sebaldus Mayer.*"

16°; ff. sign. 208, et praeterea in initio 16 non sign. (addito titulari). Canisii catechismus f. 171^a — 206^a positus est; cui nec praefatio auctoris, nec index rerum sunt adiuncta.

Librum vidi Eystadii in bibliotheca lycei regii (E II. 267).

Eundem posuit *Sommervogel*, Bibl. II 635.

594. 1564.

Canisii „Parvus Catechismus Catholicorum", a P. Antonio Possevino S. J. amplificatus, Monte Regali italice editur.

Mediolani in *Catalogo librorum bibliothecae nationalis (Bibliot. naz. di Brera) notata est, Canisii nomine non ascripto, „Somma della dottrina cristiana ed istruzione . . . Monte Regale . 1564 . 24 °." Liber autem ipse ibidem a. 1891, cum eum petissem, frustra quaesitus est. Quem tamen olim exstitisse vel ex eo probabile efficitur, quod Monte Regali (Mondovi) in Sabaudiae ducatu m. Maio a. 1561 Societatis collegium petente et iuvante Emmanuele Philiberto duce incohatum est (*Can.* III 59[2]). Atque equidem existimo, hunc esse catechismum illum P. Antonii Possevini S. J. sive „Parvum Catechismum Catholicorum" Canisii a. 1563 a Possevino adnotationibus et additionibus amplificatum, a Lainio, Salmerone, Polanco recognitum; de quo supra p. 1009—1012. Ceterum cf. etiam *Sommervogel,* Bibl. VI 1068.

Quid de hac editione scribat Sommervogel, v. supra p. 1023.

595. 1564.

Codretti grammatica latina, Ingolstadii, Canisio curante, una cum ipsius catechismo minimo a. 1556 excusa, ibidem cum eodem Canisii catechismo denuo evulgatur.

Grammatica illa latina P. Hannibalis Codretti S. J., quam Canisius aliquantulum in Germanorum usum accommodatam anno 1556 Ingolstadii una cum „Summa Doctrinae Christianae . . . ad captum rudiorum accommodata" sive catechismo suo minimo excudendam curarat (*Can.* I 592[2]), quaeque anno 1561 Dilingae, omisso tamen catechismo, erat vulgata (*Can.* III 774—775; cf. etiam *Sommervogel,* Bibl. II 655—656), anno 1564 Ingolstadii denuo una cum catechismo minimo in lucem prodiit: „PRINCIPIA | GRAMMATICES, | *Libellus plane nouus, et ad eius artis | rudimenta plenè tum tradenda, | tum percipienda, ut nullus | ferè alius, maxime | commodus iu- | uentuti.* | INGOLSTADII APVD | Alexandrum & Samuelem | Weissenhornios. | 1564."

In titulo versus 1, 10, 11 rubri sunt; 16 °; ff. non sign. 80 (additis titulari et extremo, quod vacuum est). Fol. A 2[a] — A 2[b]: „De ratione ac partitione operis huius, praefatio." In qua *Codrettus* (cuius nomen non est positum) affirmat, hoc libro in usum puerorum comprehendi, „quod hactenus ex Donato et aliorum rudimentis petendum fuit". Praefatio his verbis terminatur, quae non Codretti, sed editoris germani esse videntur: „Adiecimus demum in fine non nulla, quae ad Christianae pietatis institutionem syncere breuiterque tradendam plurimum conferant ut iuuentus non in literis tantum, sed etiam in Religione ad DEI Opt. Max. gloriam prouehatur. Vale. Hierem. Thre. III. Bonum est uiro, quum portauerit iugum (Domini) ab adolescentia sua[1]. Fol. 𝔄 3[a]: „PRIMA PARS RV- | dimentorum, declinationes et con- | iugationes complectens. | DE PRIMA DECLINA- | tione nominum. | NOMINATIVO hic | Poeta, der Poet. Genitiuo | huius Poetae, des Poetens. | " etc. Atque haec, paucis rebus mutatis et additis, ex Donato transcripta sunt. Sequuntur partes 2. et 3. eaeque omnino latinae; in 2. quaestiones et responsiones „de octo partium orationis accidentibus", in 3. „formulae concordantiarum" et aliqua syntaxeos praecepta proponuntur. Grammatica terminatur f. 𝔊 7[a]: „Da exemplum, Proh Deum, atque hominum fidem, Proh dolor. FINIS." Sequuntur f. 𝔊 7[b] — 𝔊 8[b] precationes latinae mane, vesperi, ad mensam recitandae. Deinde f. 𝔋 1[a] — 𝔋 8[a]: „SVMMA DOCTRI- | nae Christianae, per Quaestiones | tradita, et ad captum rudio- | rum accommodata . | Caput primum de Fide et Sym- | bolo Fidei. | Quis dicendus est Christianus? Qui | IESV CHRISTI ueri Dei et hominis | salutarem doctrinam in ejus Ecclesia profitetur" etc. Capita „minimi" huius catechismi canisiani eadem sunt, quae maximi sive illius, quem „Summae doctrinae christianae"

[1] Thr 3, 27.

nomine omnes significare solent; nisi quod in hoc minimo est caput V. „de peccatis deuitandis“, caput VI. „de bonis consectandis“; quaestiones quoque et responsiones utriusque catechismi saepe iisdem efferuntur verbis, nisi quod in minimo multa longe breuius dicuntur; f. 𝔍 1ᵃ—𝔎 5ᵇ: „Aureae sententiae“ S. Nili episcopi et martyris, ex versione Willibaldi Pirckheimer excerptae; f. 𝔎 6ᵃ—𝔎 7ᵇ sententiae ex „Sermonibus“ S. Ioannis Damasceni exscriptae; quae incipiunt: „Octo sunt passiones.“

Licet his „Principiis“ neque in hac editione, neque in duabus superioribus Codretti nomen ascriptum sit, certo tamen illa Codretti esse tibi persuadebis, si ea cum aliis libris, quorum Codrettum constat esse auctorem, contuleris, ut cum hoc (qui exstat Monachii in bibliotheca regia, L. lat. 142): „DE | PRIMIS LATINÆ | GRAMMATICES | RVDIMENTIS LIBELLVS. | *Editus primùm per Hannibalem à Codreto, è Socie- | tate IESV, ad vtilitatem iuuentutis Ita- | licæ. Nunc autem Gallico idio- | mati accommodatus.* | Hac vltimâ editione recognitus, et diligenter | emaculatus; item verborum anoma- | lorum Latino-Gallica, et inte- | gra inflexione auctus. | *Les parties d'Oraison, et les Concordances tournées en | François, et accommodées à la capacité des enfans, | pour le soulagement des Maistres.* | A LYON, | Chez GVILLAVME CHAVNOD, en rue | de belle Cordiere. | M. DC. L“ (8⁰; pp. 128). Quam editionem a Societatis hominibus curatam esse et signum nominis Iesu, quod in titulo comparet, et alia suadent; discrepat tamen haec Principiorum editio ab ingolstadiensi, quam descripsi, in rebus parvis; ut cum in parte prima pro „hic Poeta“, „huius Poetae“ etc. „haec Musa“, „hujus Musae“ etc. ponuntur; deest etiam in ea catechismus.

Librum vidi Herbipoli in bibliotheca monasterii Carmelitarum; idem exstat Augustae Vindelicorum in bibliotheca urbana.

Sommervogel mentionem eius fecit Bibl. II 667.

596. Anno 1564, aestate vel ineunte autumno.

Flacius Illyricus librum de „Ethnica Iesuitarum doctrina“ etc. edit; in quo „Summae“ canisianae doctrinam, mancam tamen et mutilatam, proponens, ostendere conatur, Iesuitas atque adeo catholicos omnes, quippe qui Canisii catechismum summi faciant, de remissione peccatorum et de iustificatione hominis foedissimos tenere errores, quibus Christi passio plane irrita efficiatur.

Anno 1564 ante medium m. Octobrem (v. supra p. 698[10]) Mathias Flacius Illyricus, „Centuriatorum magdeburgensium“ princeps, qui, ex universitate ienensi a. 1562 ab ipsis protestantibus (litigationum ipsius pertaesis) pulsus, Ratisbonam ad Lutheranos refugerat (*Preger*, Flacius II 179—180 282—284), adversus Canisii „Summam doctrinae christianae“ edidit libellum: „ETHNICA | IESVITARVM DOCTRI- | na de duobus præcipuis Christianæ fi- | dei articulis, nempe de expiatione re- | missioneque peccatorum: ac de iusti- | ficatione aut iustitia Christi, qua | Christiani iustificantur: ex eorum | autentico, magnisque bullis con | firmato Catechismo, ad | verbum de- | scripta. | Vnde Christianus homo certò de tota | aduersariorum doctrina ac re- | ligione iudicare | potest. | M. Flac: Illyricus.“ Sine loco. In extremo libro: „M.D.LXIIII.“; 16⁰; ff. sign. 8.

Flacius in ipso libri titulo labitur, cum Canisii catechismum „magnis bullis“ confirmatum dicit; ne una quidem bulla tunc confirmatus vel approbatus erat. Spectat porro Flacius primam et praecipuam canisiani catechismi formam sive „Summam doctrinae christianae.“ Quae Summa primum Vindobonae anno 1555 in lucem emissa, deinde inter annos 1555 et 1564 a Canisio nonnihil emendata, saepe multisque locis edita erat (*Sommervogel*, Bibl. II 618—622 631—632 633; VIII 1975 ad 1976. *Editoris* Katechismen etc. 71—78). Atque aequitatis ratio hoc sane exigebat, ut Flacius aliquam ex recentioribus et emendatioribus editionibus adhiberet, atque ut, qua editione uteretur, perspicue significaret; neque enim vulgo, sed doctis libellum destinabat. Sed neutrum ille praestitit.

Affirmat quidem Flacius in ipso libelli titulo, se Iesuitarum doctrinam ex eorum catechismo ad verbum descripsisse. At primum locos sacrae Scripturae, sanc-

torum Patrum etc., qui ad doctrinam confirmandam in Summae marginibus inde a prima eius editione non quidem ad verbum expressi, sed tamen breviter notati sunt, Flacius prorsus omittit. Deinde ex ipsis etiam Canisii sententiis pro lubitu alias ponit, alias silentio tegit. Ita lectores certiores facit, Canisium ad quaestionem „Quibus modis peccata expiantur?", ita respondere, ut peccata sacramento poenitentiae, stipis largitione, iniuriarum condonatione, fraterna correctione, caritate, animi contritione expiari posse moneat atque ad extremum dicat: „His alijsque modis et officijs verae pietatis comparamus atque praestamus, quod Apostolus aequissime admonet: ‚Has habentes promissiones'" etc.[1] Atque ita quidem Summae editio prima, eaque anno 1555 Vindobonae vulgata, habebat; sed iam proximo anno 1556 eam secuta est nova editio vindobonensis, in qua verbis illis „comparamus atque praestamus" haec addita erant: „in Christo Iesu"; eadem verba — ut alterum addam exemplum — in Summae editione Coloniae a. 1560 facta comparebant[2]. Verum Flacius haec non curat.

Neglegit etiam Flacius, quod Canisius in Summa inde a prima eius editione docuit de „remissione peccatorum": „Virtute Dominicae passionis confertur"[3]; et de Christo: Eum esse auctorem atque consummatorem sapientiae iustitiaeque nostrae[4], esse nobis viam, veritatem et vitam[5]; de plenitudine eius omnes nos accepisse[6]; Christi passione, sanguine, cruce, vulneribus, morte peccatoribus consolationem, sanitatem, virtutem, vitam continuo exhiberi, dummodo pareant et compatiantur Christo capiti, ut ita simul cum eo glorificentur; Christum enim omnibus obtemperantibus sibi factum esse causam salutis aeternae[7]; absque Christo vero, ut Hieronymus doceat, neque sapientem quemquam esse posse, neque intelligentem, neque fortem, neque pium, neque plenum timoris Dei etc.[8] Haec omnia, ut dixi, Flacius lectores celat; de catholicis autem (et maxime de Iesuitis) eos monet: „Isti Christum cum suo sacrificio prorsus sepeliunt, Christianisque ociosum ac inutilem efficiunt."[9]

Ad quaestionem porro: „Quaenam pertinent ad Iustitiam Christianam?" Canisius respondet: „Summatim duo quae his verbis continentur: Declina a malo, et fac bonum (Psal. 36.): sicut et Esaias docet (Esaiae 1.): Quiescite agere peruerse, et discite bene facere. Prius est in cognoscendis, fugiendisque peccatis positum, quoniam ea ipsa maxima sunt mala mortalibus. Posterius vero in bonis expetendis atque consectandis versatur. Vt autem Iustitiae officium vtrumque praestemus, per Christum Iesum Dei gratia nobis parta et promissa, semperque necessaria est (Rom. 7. Ephe. 2. Matt. 11.). Ea praeeunte et adiuuante perficitur quod Ioannes (Ioan. 15.) affirmat: Qui facit iustitiam iustus est, sicut et ille iustus est. Addit porro (1. Ioan. 3.): Qui facit peccatum ex Diabolo est." Ita *Canisius* in „Summa Doctrinae Christianae" Lovanii a. 1558 excusa, f. 99^{b}—100^{a}; similiter in „Summa" Coloniae a. 1560 edita, p. 163—164. At Flacius postremas has sententias, quibus gratiae Christi vis et necessitas proponuntur (eaedem fere in „Summa" a. 1556 Vindobonae edita comparent [f. 117^{b}—118^{a}]), prorsus omittit[10].

His similibusque artibus adhibitis haec tandem cogit atque efficit: „Haec sunt Iesuitarum verba. En hic clare audis Iesuitas collocare iustitiam in nostris proprijs operibus, non in solo sanguine Christi. Confer autem hanc eorum doctrinam de iustificatione Christiani hominis cum Paulo Rom: 3. 4. et 5. Imo et cum toto Paulo . . . SIC eodem prorsus modo etiam Ethnici, Turcae ac Iudaei docent, unumquemque

---

[1] *Flacius,* Ethnica doctrina f. A II^{a}; *[Canisius,]* Summa Doctrinae Christianae, Viennae Austriae 1555 (editio princeps; v. *Can.* I 537[1]; *Sommervogel,* Bibl. II 619; *editoris* Katechismen 28[2]), f. 145^{a}—147^{b}.

[2] *[Canisius,]* Summa Doctrinae Christianae, Viennae Austriae 1556 (v. *Sommervogel,* Bibl. II 619) f. 146^{b}. *[Canisius,]* Catechismus, sive Summa Doctrinae Christianae, Coloniae 1560, p. 202. [3] Ed. princ. f. 11.

[4] L. c. in pag. aversa folii titularis. [5] Ib. f. 8^{b}. [6] Ib. f. 173.

[7] Ib. f. 6. [8] Ib. f. 174. [9] Ethnica doctrina f. A v^{a}. [10] Ib. f. A v^{b}.

suis uirtutibus et bonis operibus coram DEO iustum ESSE AC FIERI. An non est hoc illud pharisaicum dogma de iustitia legis aut operum, quam qui sectantur, iustitiae Christi subiecti non sunt . . . Haec duo capita aut articuli fidei, nempe expiatio peccati et iustificatio, sunt praecipuum officium Christi seruatoris, qui solus est iustitia nostra Hierem: 23. et 33. Quare Iesuitae hac sua blasphema haeresi prorsus abolent et irritum faciunt praecipuum officium et efficatiam filij DEI. Caueant igitur sibi ab istis lupis omnes pusilli Christi et clament contra eos. Si quis aliud Euangelium praedicauerit, quam Paulus, sit anathema Maranata, Amen. Hosce foedissimos pestilentissimosque errores, atque adeo plenam perfectamque abolitionem passionis, sanguinis, expiationis ac iustitiae Christi potest ac debet Christianus lector papistis, ut communem eorum religionem ac consensum obijcere. Nam titulus et amplissima diplomata testantur eum librum esse a plurimis eorum academijs, et doctissimis ac sanctissimis theologis comprobatum, publice vniuersitatibus praelectum, sepissime in diuersis locis recusum, et plane ipsorum catholicam fidem ac doctrinam." [1]

Nescio num *Flacius* hunc libellum suum significaverit, cum Hartmannum Beyer (1516—1577) amicum, qui Francofurti ad Moenum Lutheranorum contionatorem agebat, per *litteras „6. Junii" [1564? Ratisbona?] datas moneret: „Reliqui commendavique tibi, frater in Domino suavissime, adhortationem meam ad recipiendam quamprimum salutiferam Christi religionem, ut eam emendatam protinus edi curares. Nunc porro mitto etiam abominationem Jesuiticam, quae appendicis loco addatur, ut omnes tanto magis properent ex ista horrenda Babilone evadere, ne de plagis ejus accipiant. Emenda et haec pro tuo arbitrio" (ex apographo, quod, orthographia nonnihil ad nostram scribendi rationem accommodata, sub a. 1884 exscriptum est ex autographo, quod exstat Francofurti ad Moenum in bibliotheca urbana, Epp. ad Beyerum, Fasc. Epp. Illyrici).

597. 27. Iulii 1564.

Ex iis, quae ex „Instructione" archetypa (Monachii in archivo regni bavarici [Reichsarchiv], Bayr. Relig.-Akten, Abt. 14., Tom. IV, f. 258 sq. posita) a se excerpta humanissime mecum communicavit Reverendus Dominus Dr *Lucianus Pfleger*.

Instructione usus est eiusque compendium posuit *Knöpfler* l. c. 139.

Bavariae dux archiepiscopum salisburgensem monendum curat, ut, si „Libellum Agendarum" salisburgensem emendari et amplificari velit, Canisii opera utatur.

Albertus V. Bavariae dux, cum in d. 2. Augusti 1564 synodum ecclesiasticae provinciae salisburgensis Salisburgi habendam ab Ioanne Iacobo Khuen de Belasy archiepiscopo indictam esse comperisset (postea in d. 28. Augusti dilata est), Martinum Eisengrein et Christophorum Elsenheymer eodem ire iussit iisque Monachii 27. Iulii 1564 „instructionem" dedit, in qua hoc, praeter alia, iis praecipit: Ut archiepiscopum de Libello Agendarum („Agendt Püechel") moneant; ducem curasse, ut Monachii aliqui ex suis libellum cognoscerent; posse archiepiscopum libellum eundem ex exemplo ab ipsius decessore („Vorvordern") vulgato iterum excudendum curare; quodsi libellum emendari et amplificari („gemehrt") velit, expedire, ut eum retractandum tradat theologo, qui, quid germanicae nationi necessarium sit, norit et latina lingua bene utatur; atque duci ad praestandum id officii idoneum videri Petrum Canisium.

Anno 1557 Salisburgi editus erat „Libellus Agendarum, circa Sacramenta, Benedictiones et Caeremonias, secundum antiquum usum Metropolitanae Ecclesiae Salisburgensis" (8°; ff VIII et 240); in cuius libelli praefatione „ad Clerum" data dicitur Michaelem a Küenburg archiepiscopum salisburgensem opus esse duxisse, ut „libellus" ille „renovaretur"; „et ut plebs Christiana verum intellectum et efficaciam Sacramentorum maiori cum fructu capere posset, etiam aliquibus Theutonicis ex-

---

[1] Ethnica doctrina f. A vi^b — A viii^a.

hortationibus illum augeri curavit." Clarissimus D. Dr *Nicolaus Paulus*, qui haec ex libelli exemplo Monachii in bibliotheca regia (Liturg. 9. 8°) posito a se excerpta mecum communicavit, hoc quoque me monuit: Fortasse „theutonicas exhortationes" illas (quae in Libelli Agendarum editione anno 1511 a Leonardo de Keutschach archiepiscopo salisburgensi vulgata non comparent) a Canisio compositas esse; Canisius sane a. 1556 et 1557 Ratisbonae inter comitia imperii cum Michaële archiepiscopo egerat (*Can.* II 24 [1] 68 85); idem praesul a. 1559 Canisium ad scribendum incitavit; ac d. 6. Augusti 1559 *Canisius* Lainio de eodem scripsit: „Archiepiscopus Salisburgensis, cui non parum laboravi, centum ducatos obtulit" (*Can.* II 424 501). Atque in Libello illo Agendarum (f. 216[b] sqq) exhortatio germanica („Vermanung") ad eos, qui eucharistiam sumpturi sunt, habetur eadem atque illa, quae anno 1556 Ingolstadii cum prima minimi catechismi canisiani editione germanica excusa est (*Can.* II 884—885; *N. Paulus*, Das Erscheinungsjahr des kleinsten deutschen Katechismus von Canisius, in „Zeitschrift für Theologie" XXVII 170—174); „precatio communis" („Allgemeines Gebet") quoque in Agenda (f. 237—238), minimis aliquot rebus exceptis, eadem posita est atque in editione illa catechismi (cf. *Can.* II 696—697). Haec omnia, ut dixi, R. D. Dr *Paulus* me monuit; quae mihi quoque magnopere probantur.

598. Paulo post d. 6. Augusti 1564.

Ex relationis commentario, ab ipso *Pfistero* relationis auctore recognito et emendato; quod commentarium exstat Monachii in archivo regni bavarici (Reichsarchiv), „Freising. Hochst. Liter. III C./I. 204" n. 42.

Archiepiscopus salisburgensis „Libellum Agendarum" salisburgensem, cuius nova paratur editio, Canisio mittit recognoscendum.

Otto cardinalis Augustanus, cum in d. 2. Augusti 1564 a Ioanne Iacobo Khuen de Belasy archiepiscopo salisburgensi synodum ecclesiasticae provinciae salisburgensis, cui Salisburgi de communione sub utraque specie administranda agendum esset, indictam esse accepisset (postea in d. 28. Augusti dilata est), eodem Ioannem Pfisterum canonicum frisingensem et Thomam Seldium, consiliarios suos, legavit (v. supra p. 619). Atque *Pfister* in „Relatione", quam de hac legatione suo et Seldii nomine conscriptam sub 21. Augusti 1564 Dilingae cardinali tradidit, haec narrat: Salisburgi d. 6. Augusti 1564 archiepiscopi cancellarium — is erat Dr Sebastianus Höflinger (v. supra p. 620) — sibi et Seldio haec, praeter alia, rettulisse: Salisburgum 2. Iulii 1564 advenisse Martinum Eisengrein et Christophorum Elsenheymer ab Alberto V. Bavariae duce ad synodum legatos. „Vnd demnach sie vernommen das die tractation Communionis auff eine andere Zeit verschoben, haben sie dieselben auch beruehen lassen, damit sie aber nit vngehandlet abschiden, hetten sie anderer sachen furtrag gethon, die er vns in verthrauen auch nit verhalten wellen. Als nemlich de reformatione cleri instituenda, welche ir Fl. gn. hieuor auch hefftig vrgirt, Jtem de conficienda Agenda, welche gleichwol schon verferttigt, vnd er in wenig tagen, dem Herrn Doctori Canissio zuschickhen wolte zuubersehen, Sie were der Mogontinensi fast durchaus gleich, vnd allain ettliche bethlein hinzugeflickt worden."

„Mogontinensis" Agendae nomine ab Höflingero significatur liber: „Agenda ecclesiae Moguntinensis. Per Reverendissimum in Christo Patrem, et Amplissimum Principem et Dominum, Dominum Sebastianum, Archiepiscopum Moguntinum, et Principem Electorem, etc. nihil quidem immutata, sed necessariis quibusdam additionibus auctior, et multis locis emendatior, jam denuo Typis euulgata. Moguntiae excudebat Franciscus Behem Typographus, Anno Domini 1551" (2° ff. 142). Quam Agendam Sebastianus a Heusenstamm archiepiscopus ex decreto LXII. synodi provincialis anno 1549 a se habitae edidit (*Hartzheim-Scholl*, Concilia Germaniae VI 579). Anno 1558 libri usus in dioecesim spirensem inductus est (*Sim. Widmann*, Eine Mainzer Presse der Reformationszeit, Paderborn 1889, 88).

599. 21. Augusti 1564.

Ex litterarum Polanci apographo eodem tempore scripto. Cod. „Germ. 1561" f. 162[b]—163[a].

Canisius cum aliis quibusdam a Lainio constituitur censor libri, quem Societatis theologi ingolstadienses adversus Iacobum Andreae theologum tubingensem evulgare cogitant.

P. Ioannes de Polanco secretarius Societatis Roma 21. Augusti 1564 nomine Lainii praepositi generalis Ingolstadium ad P. Theodorium Canisium S. J., collegii illius rectorem, scripsit: Del far resposta alla jmpia disputatione fatta in Tubinga sta bene, ma li nostri sequitino il modo della Compagnia[1] se qualche cosa loro se ha da publjcare[a], et .N. P. se rimette al Judicio del Padre Prouinciale et del Dottor Torres de Dilinga, et quello della R. V.

Iacobus Andreae (Schmidelin) theologiae lutheranae in universitate tubingana professor a. 1564 et latine et germanice vulgavit disputationem sive theses „de maiestate hominis Christi" (v. supra p. 609), quibus Christi naturam humanam ubique esse affirmabatur. Quibus thesibus Societatis homines, qui in universitate ingolstadiensi theologiam tradebant, aliam „Disputationem de Maiestate hominis Christi" opposuerunt. Respondit Andreae apologia quadam (et latine et germanice, ut videtur) edita, qua theologos ingolstadienses Zwinglianismum tradere asserebat. *Theodoricus Canisius* Ingolstadio 11. Octobris 1564 ad Lainium *rettulit: Albertus V. dux „vrget nos vehementer", ut a falso illo crimine nos purgemus; quare P. Alphonsus Pisanus modo „Antapologiam" contra illum conscripsit. „Quodsi aeditionem scripti nostri princeps non vrgeat, satius forte erit illud supprimere, procederet enim haec altercatio in infinitum, cum vinci nolint haeretici." Quibus verbis *Polancus* in margine *ascripsit: „ad ducem suum mittant, mostrando non voler contendere con l'heretico" (ex autogr. Cod. „G. Ep. V." f. 188[a]).

600. 5. Septembris 1564.

Ex totius „Recessus" apographo eodem tempore scripto, quod exstat Monachii in archivo regni bavarici, „Freising. Hochst. Liter. III C./I. 204" n. 42.

Recessus exemplo archetypo usus est eumque nonnihil contractum proposuit *Knöpfler,* Kelchbewegung 140—142.

Salisburgi in synodo provinciali constituitur: Ut „Libellus Agendarum", sicut iam saepius decretum est, denuo vulgetur. Quem, a multis iam emendatum, archiepiscopus viro gravi et docto (Canisio) tradidit recognoscendum et, cum fieri poterit, curabit excudendum; iam inter episcopos convenit, quot singulis mittenda essent libelli exempla.

In *Synodi provincialis* Salisburgi a d. 29. Augusti ad 5. Septembris 1564 habitae (v. supra p. 632) „Recessu" Salisburgo 5. Septembris 1564 dato haec, praeter alia, statuuntur: „Es ist auch, auf vorigen Congregations Tägen, nit ains, sunder öfftermaln, von ainem agenndbuochl, in diser Saltzburgischen Prouintz, verrer zu truckhen geredt, gehandlt, vnd auch gar beschlössen worden, darjnnen dan der herr Metropolitan, an dem so hierjnnen seine Furstliche gnaden zuthun geburth, gar nichts erwinden hat lassen, wie den solch werckh ain ansehenlicher gelerter man, vber zuuor, von villen wesennlichen[2] Leuten beschehne Correction, noch vndter-

a) *Sequuntur vv.* in stampa, *oblitterata.*

---

[1] Libri „edi non poterunt in lucem sine approbatione atque consensu Praepositi Generalis, qui eorum examinationem saltem tribus committat sana doctrina et claro iudicio in ea facultate praeditis": *S. Ignatius,* Constitutiones S. J., P. III, c. 1, n. 18. [2] Nescio an „wesennlich" (wesentlich, wesenlich) hic = aptus, idoneus, gravis. Vide *Schmeller* l. c. (cf. supra p. 907[2]) II 1022.

halten[1] hat, aber es sein demnach allerley vrsachen furgefallen, war[umb] diss werckh nit gleich alssbaldt zum T[ruckh] [hat] mugen verferttigt werden, aber der herr metropolitan erbeuth sich noch, solches zuberfurdern, so hat man sich auch alchie alberaith schon verglichen, was anzall der Exemplar ain Jeder aus den herrn mitbischouen haben welle."

Consideranti quae supra p. 1028 1029 dicta sunt, dubium esse non potest, quin vir ille gravis (spectatus) et doctus, per quem Libellum Agendarum recognosci in hoc „Recessu" affirmatur, Canisius fuerit. Idem censet *Knöpfler* l. c. 142.

601. Inter 8. et 24. Ianuarii 1565.

Ex autographo. Cod. „G. Ep. VI" f. 131ᵃ — 132ᵇ.
Hoffaei epistula usus est *Sommervogel*, Bibl. II 672.

Canisius Monachii recognitionem „Libelli Agendarum" salisburgensis absolvit. Typisne liber exscriptus?

P. *Paulus Hoffaeus* S. J., collegii monacensis rector, Monachio 24. Ianuarii 1565 Romam ad Lainium praepositum generalem (quem mortuum esse nondum cognoverat) haec, praeter alia, rettulit de Canisio, qui inter 7. et 9. Ianuarii 1564 Augusta Monachium profectus erat, ut pro praepositi provincialis, quod tenebat, officio collegium illud „visitaret" (v. supra p. 792 943): „Sta quj il R. P. Prouinciale in sua visitatione, . . . ciò che tocca il officio suo, fece con bona diligenza, stando quj piu di 15 giornj, absoluendo insieme vn' certo libro chiamata Agenda per il Arciuescouo di Salisburgo."

Aliunde constat, m. Ianuario a. 1565 Ingolstadii in officina Alexandri et Samuelis Weissenborniorum Libellum Agendarum aliquem sub prelo fuisse: *Martinus Eisengrein*, theologiae professor et parochus ingolstadiensis, Ingolstadio 2. Ianuarii 1565, ut ex R^mo D. Dre. *Nicolao Paulus* accepi, *litteras dedit ad Simonem Eckium cancellarium monacensem, in quibus haec monet: „Zum andern wurdt[a] man in der Druckung des Agendbuechlins nebn des Staphili buch von Abfal[2] fortfaren, wil auch den bericht von beichthören mitlerwil verfertigen, und wie es alsdann etlichen verstendigen neben mir für guet wurdt ansehen, denselbigen aintweder sonderlich oder zu dem andern trucken lassen." Ac *Samuel Weissenhorn* typographus, cum libellum „De maiestate et praesentia Corporis Christi Domini" (cf. *Sommervogel,* Bibl. VI 458—459) ab Alberto V. iussus esset quam primum excudere, litteris 9. Ianuarii 1565 ad Simonem Eckium datis se id tam cito praestare posse negavit. Nam, inquit, [es] „ist euer genaden gar wol bewusst, was bevelch euer genaden dem herrn Eisengrein geben von wegen des Agendtbüchlins, auch von des Staphili Seligen abfal, das mir erstlich das Agendtbüchl ohn allen verzug sollen verfertigen, auch den Abfal auf die Mess[3] heraus bringen, inn wellichen baiden wercken mir starck angefangen, und vns[b] auf das müglichest fürdern, die zu verfertigen" (*C. Th. Heigel,* Archiv für Geschichte des deutschen Buchhandels I, Leipzig 1878, 182).

Weissenhornii promissis steterunt: Ingolstadii „Anno M . D . LXV" ex eorum officina prodiit libellus latine et germanice conscriptus: „Alter, Catholischer unnd Christlicher brauch, so die Priesterschafft der Saltzburgischen Provintz, im Fürstenthumb Bayern, in Außspendung der hochwürdigen Sacramenten halten sollen. Auß dem Saltzburgischen Agendbüchel gezogen, mit vilen Christlichen teutschen Vermanungen unnd

a) *Correxi ex* wurde. b) *Ita corrigendum censeo ex* was, *quod posuit Heigel; „sich fördern" = sich beeilen, sputen (Grimm l. c. III 1893—1894).*

[1] Sic; = erhalten?

[2] Friderici Staphyli (5. Martii 1564 Ingolstadii mortui) liber „Vom letzten und grossen Abfall, so vor der Zukunft des Antichrists geschehen soll", Ingolstadii a. 1565 vulgatus est.

[3] Ad librorum nundinas quadragesimales Francofurti ad Moenum habendas.

erklärungen für die Layen" (12°; ff. 87). Libelli exemplum Monachii exstat in bibliotheca regia, Catech. 361/2 8°.

Attamen vehementer dubito, num hic libellus idem sit atque ille, quem Canisius recognovit. Nam

1. In huius libelli folio ultimo (f. 87[a]) haec dicuntur: „Zu dem christlichen Leser. Freundlicher lieber leser, wir wollen dir guter christlicher meinung nit bergen, dass in wenig wochen ein teutscher bericht vom Sacrament der Buss eben in einer solchen form wie dises büchlin gedruckt werden solle . daraus die Priester lernen werden künden, wie sie sich, in administration derselbigen und sonderlich im Beichthören . . . halten sollen." Haec verba si cum Eisengreinii et Weissenhornii epistulis, quas supra posui, contuleris, facile ita statueris: Eisengreinius, non Canisius, libellum „Alter . . . brauch" etc. ex Libello Agendarum salisburgensi excerpsit et excudendum curavit[1].

2. Canisius, ut ex Hoffaei epistula cognoscitur, recognitionem Libelli Agendarum salisburgensis Monachii non absolvit ante d. 8. Ianuarii 1565; fortasse ne ante d. 24. quidem Ianuarii negotium hoc perfecit. Libellus autem „Alter . . . brauch" Ingolstadii, si non m. Decembri 1564, certe 2. Ianuarii 1565 excudi coeptus erat; atque 9. Ianuarii Weissenhornii in eo excudendo iam aliquantum erant progressi.

3. Canisius librum, qui „Agenda" (vel „Libellus Agendarum") salisburgensis vocabatur, recognovit pro archiepiscopo salisburgensi; qui liber toti illi provinciae ecclesiasticae (quae Austriae quoque magnam partem comprehendebat) destinatus erat; et a. 1564 in synodo salisburgensi singuli, qui aderant, episcopi constituerant, quot libri exempla sibi essent mittenda (v. supra p. 1031); aderat autem etiam Petrus Persico episcopus seccoviensis, ad cuius dioecesim nulla Bavariae pars pertinebat. Libellus vero „Alter . . . brauch", ut in eius titulo dicitur, ex „Libello Agendarum Salisburgensi" erat excerptus; non erat igitur ipse ille Libellus Agendarum; neque toti provinciae ecclesiasticae salisburgensi, sed illi tantum provinciae parti, quae ad ducatum Bavariae pertinebat, destinatus erat; atque potius Bavariae duce iubente et curante quam archiepiscopo auctore vulgatus erat.

4. Si cum „Libello Agendarum" Salisburgi a. 1557 edito (v. supra p. 1028) libellum „Alter . . . brauch" contuleris, in hoc edendo editores nihil praestitisse cognosces nisi hoc unum: Duas Libelli Agendarum partes — f. 31—110 et f. 209 ad 216 — ad verbum expresserunt; reliqua omiserunt; novi nihil adiecerunt. Canisius vero Agendam salisburgensem recognoscendam accepit ante medium m. Augustum a. 1564, recognitionem tandem absolvit m. Ianuario a. 1565. Num tanto tempore nihil aliud praestitit?

Equidem sic conicio: Consiliarii bavari, et maxime Eckius, verebantur, ne salisburgensis illa editio Libelli Agendarum, sicut antea quoque factum erat, multum procrastinaretur, neve in ea calicis amatoribus plus, quam Bavariae conveniret, concederetur; ideo in Bavariae usum libellum „Alter . . . brauch" (ducis impensis, puto) ipsi curarunt cito vulgandum.

Quid vero de Agenda a Canisio recognita actum est? Dilingae sane anno 1575 a Sebaldo Mayer duobus voluminibus in 4°, ut dicere solemus, excusi sunt „Libri Agendorum secundum antiquum vsum Metropolitanae Salisburgensis Ecclesiae, nunc recens recogniti, et ab omnibus mendis purgati atque aucti." Sed ex praefatione priori volumini praeposita intellegitur, hanc editionem, potissimum saltem, curatam esse a „F. Feliciano Ninguarda a Morbinio", ordinis Praedicatorum, Ioannis Iacobi Khuen archiepiscopi salisburgensis theologo; et ipse *Ioannes Iacobus* archiepiscopus in litteris Salisburgo 1. Ianuarii 1574 datis in ipsoque prioris voluminis initio ex-

---

[1] Hoc ex iis, quae posui, omnino certum efficitur: Labi Heigelium, cum verisimilem ducit sententiam eorum, qui nomine „Agendtbüchl" a Weissenhornio significari censeant Martini Eisengreinii libellum Ingolstadii a. 1565 ex ea typographia in lucem emissum: „Catholisch Predig, ob ein Christ anderst nichts, als das im alten oder neuen Testament geschrieben, zu glauben schuldig sei."

cusis de Leonardo quidem a Keutschach et Michaële a Küenburg decessoribus suis testatur (f. *2[a]): „In Agendorum libello multum operae, industriae ac laboris posuerunt“ (eo annis 1511 et 1557 edito; v. supra p. 1029); eiusdem autem libelli ante a. 1574 a se ipso editi nullam facit mentionem; haec tantum dicit: Temporum rationem exegisse, ut Agendorum libro aliqua adicerentur etc., ac multos, ut nova eius editio in lucem prodiret, vehementer optasse; se igitur eundem emendandum, amplificandum, explicandum curasse.

In bibliothecis Agendam Salisburgensem inter a. 1565 et 1575 editam videre mihi non contigit; etiam Monachii in bibliothecis regia et academica, quae huius generis libris abundant, eiusmodi editio frustra est quaesita. Denique, id quod mihi omnem eximit dubitationem, reverendissimus et doctissimus D. Dr. *Willibaldus Hauthaler* O. S. B., abbas monasterii S. Petri salisburgensis, qui historiam salisburgensem diligentissime tractavit, litteris Salisburgo 17. Martii 1904 ad me datis affirmavit: Praesto quidem esse Agendas salisburgenses a. 1511 1557 1575 1616 etc. editas; Agendam vero sub a. 1565 vulgatam non exstare. Agenda igitur a Canisio recognita nunquam est evulgata. Neque id ita mirum esse potest: Ioannis Iacobi archiepiscopi animus eo tempore in calicis concessionem multum inclinabat, Canisii animus ab eadem valde erat alienus.

Ita igitur corrigantur oportet, quae dicta sunt a *Sommervogel*, Bibl. II 672.

602. Sub a. 1565.

Ex libro „Hermanni Hamelmanni Opera genealogico-historica“, ed. *Ern. Casim. Wasserbach*, Lemgoviae 1711, 1297—1298.

Monasterii Westphalorum gymnasium paulinum, rectore Kerssenbrochio, utitur Canisii catechismo. Quem inde pellere Hamelmannus frustra conatur.

Monasterii Westphalorum (Münster in Westphalen) sub a. 1565 Canisii catechismus adhibebatur in gymnasio paulino, cui tunc doctissimus ille Hermannus Kerssenbroik († 1585), historiae Anabaptistarum monasteriensium auctor, praeerat. Nam *Hermannus Hamelmannus*, sacerdos apostata et protestantismi per Westphaliam propagator, in „Historia renati Evangelii in Urbe Monasteriensi Westphaliae“, ubi de libro a. 1563 a Francisco Costero S. J. sub nomine Horstii adversus se vulgato dicit: „Ego Hamelmannus“, inquit, „quinquennio elapso, quando responderem Jacobo Horstio[a], Coloniensi Sophistae et Theologo, in controversia, de utraque specie, laicis porrigenda, admonui pie et graviter publico scripto. . . . Ludimoderatorem M. Hermannum Kersenbrochium, cum collegis, ut abjecto impio Jesuitarum vel Canisii Catechismo, quo idem ille error de una specie cum multis aliis Papisticae Idolomaniae erroribus astruitur, velit secum expendere, quomodo juventus sancte institui queat. . . . Illum librum oblatum, nemo ibi suscipere voluit ex consulibus, et reliqui omnes ista surda aure praeterierunt, meaque admonitio neglecta est. Tamen ex eo mea ipsa verba ad Monasterienses scripta, et typis evulgata, subjiciam. . . . Oro etiam Ludimoderatorem cum collegis, ut abjecto Jesuitarum Catechismo, quo idem error propagatur, expendat, ut sancte juventus instituatur.“

H.

MONUMENTA VARIA CANISII.

603. Inter m. Iunium et Augustum 1563.

Num a Canisio (ut aliquibus videtur) data sit ad Ferdinandum I. imperatorem et ad Maximilianum II. regem Romanorum electum epistula, qua respondetur, a Maximiliano praestari oportere ea paene omnia, quae Pius IV. significaverat sibi praestanda esse, si Maximilianum in regis Romanorum dignitate a se confirmari vellent.

a) Hostio *Wass.; v. supra p. 145.*

Maximilianus II. vix Francofurti (24. Novembris 1562) electus erat rex Romanorum, cum Ioannem Manrique cubicularium Romam misit, ut Pio IV. factum referret probaretque ac pontificis animum novo regi conciliaret. Neque enim Maximilianum latebat, complures in ea electione nodos fuisse. Suffragium tulerat archiepiscopus coloniensis electus quidem, sed nondum a sede apostolica confirmatus; suffragia tulerant etiam tres principes protestantes; hoc quoque novum esse dicebant, quod imperatore nondum coronato iam rex esset electus; praeterea fama ferebat, Maximilianum Lutheranis favere, atque ipsum lutheranum magis esse quam catholicum. Attamen Pius IV. ad omnia haec electionis vitia „sananda" et Maximilianum in regia illa dignitate confirmandum se paratum esse significavit aliquibus cum condicionibus; quae condiciones, cardinalibus aliquot in consilium adhibitis, tandem litteris sive „instructione", quam vocamus, Roma 9. Iunii 1563 ad Zachariam Delphinum, apostolicum apud Ferdinandum I. caesarem nuntium, per ipsius secretarium missis eo sunt redactae: Ut Maximilianus iusiurandum daret, cuius verba a pontifice proponebantur; ut orator a rege Romam mittendus orationem ad pontificem haberet, in qua eidem regis nomine „oboedientiam" sponderet; ut ipse Maximilianus litteras familiares ad Pium IV. daret, in quibus affirmaret et asseveraret, se catholice sentire et catholicum principem se praebiturum esse: Ita *Dr. Ioseph Schmid* in commentario: „Die deutsche Kaiser- und Königswahl und die römische Curie in den Jahren 1558—1620. II. Die Wahl Maximilian's II. zum römischen König" (Historisches Jahrbuch VI [München 1885] 161—175). Verum Ferdinando I. imperatori hae condiciones haud ita placebant. Deliberari coeptum est; consiliarii sententias dicere iussi. Ex quorum responsis unum adhuc exstat Romae in bibliotheca corsiniana idque per *litteras datum Ferdinando et Maximiliano inscriptas; quae litterae, auctoris nomine non ascripto, manu saeculi XVI. exeuntis vel XVII. ineuntis transcriptae sunt in bibliothecae illius Cod. 851 (Col. 33, A 18) f. 57 b—62 a. Codicem ipse non vidi; sed litterarum apographum habeo, quod ineunte a. 1904 amico curante ex eo exscriptum est.

Litterarum brevem summam vulgavit *Schmid* l. c. 175—176. Quod autem ad earum auctorem attinet, sic ille censet: Ex ipsis rebus, quae in iis dicuntur, verisimile efficitur, a Canisio litteras esse datas (l. c. 175). Ac quod Schmid verisimile tantum dixit, nuper *Robertus Holtzmann*, quamquam ipse accuratius non excussit, ita tamen proposuit, ac si certum esset (Kaiser Maximilian II. bis zu seiner Thronbesteigung, Berlin 1903, 478).

Sunt sane, quae Canisium litteras illas dedisse suadere possint: Ferdinandus I. Canisium ex multo tempore noverat magnique fecerat; compluries valde familiariter cum eo egerat; a m. Februario ad Iunium a. 1563 Oeniponte de rebus gravissimis ad religionem et nominatim ad sedem apostolicam spectantibus eum consuluerat (v. supra p. 49 174 961). Praeterea litterarum illarum auctor, tametsi caesaris honori et imperii amplitudini studet, paene omnia tamen, quae pontifex sibi praestari vult, eidem praestanda esse iudicat.

Neque tamen mihi persuadere possum, Canisium litterarum esse auctorem. Nam 1. Canisius, cum de gravissimis huiusmodi rebus, ex quibus reipublicae salus multum pendebat, consuleretur, pro sua modestia et religione Lainium praepositum generalem, cuius doctrinam prudentiamque maximi aestimabat, secreto consulere solebat. At in epistulis, quae hoc tempore inter Lainium et Canisium datae sunt, nullum huius tractationis apparet vestigium (v. supra p. 232—320). 2. Litterarum auctor „oboedientiam", quam Maximilianus per oratorem Pio IV. spondere debeat, „ad spiritualia" tantum pertinere neque „ad temporalia detorquendam" esse monet (f. 61 b—62 a). Huiusmodi autem loquendi ratio — de ipso iure ipsaque potestate pontificis dicere hic prorsus omitto — cum ea, qua Canisius in summum pontificem ferebatur, reverentia atque dilectione omnino convenire mihi quidem non videtur. 3. Litterae illae bibliothecae corsinianae ad Ferdinandum et Maximilianum datae sunt; ambobus auctor loquitur. Canisius vero, cum se Maximiliani gratiam non tenere neque hunc secum agere velle nosset (v. supra p. 26 468), Ferdinando soli, puto,

scripsisset. 4. Litterarum auctor ad Ferdinandi et Maximiliani „laudatissimos consiliarios" negotium tandem defert et remittit (f. 57[a]): at Canisius iudicabat inter caesaris consiliarios complures atque etiam multos esse, qui laudem non mererentur, et a quorum consiliis caesaris animum averti oporteret (v. supra p. 229 628). 5. In litterarum exordio auctor ab imperatore „humillime petit, ne extra clementissimum suum favorem sibi assumat, si libere, candide et sincere . . . simplicitatem suam hic aperuerit" (f. 57[a]); atque postea „subiectissima sua humilitate", „secundum suam exiguitatem", „pro sua tenuitate" se sententiam dicere affirmat (f. 58[a] 60[b] 61[b]). „Sunt tamen", inquit, „haec omnia in ambarum Vestrarum Maiestatum sinu sublimioris prudentiae reposita" (f. 60[b]). Sin autem epistulas inspexeris, quas a Canisio ad Ferdinandum I. datas esse certo constat (v. *Can.* I 647—648; II 173—174 238—239; III 499—513), eum modeste quidem et reverenter scripsisse cognosces; simul autem intelleges longe ab eo abfuisse, ut apostolicus ille vir tanta verborum demissione uteretur. 6. Denique Canisius, si scripsisset, longe emendatius scripsisset. Atque hoc in hac causa maximum esse existimo. Non quod, quicquid in litteris illis contra grammaticorum leges commissum cernitur, a litterarum auctore peccatum esse putem; menda complura librarii, qui eas in codicem corsinianum transcripsit, vitio irrepsisse videntur; ut cum „Sanctitatem" pro „Maiestatem", „diadema Imperium" pro „diadema Imperii" vel „diadema Imperiale", „secundus punctus" pro „secundum punctum" posita sunt (f. 59[a] 59[b]—60[a] 61[a]); sed etiamsi haec omnia abstuleris et correxeris, tanta supererit latine dicendi salebrositas, ne dicam barbaria, quantam Canisii calamus nequaquam ferebat. Exempla pono: „Principio oportet utrasque V. Maiestates hac in parte non solum de sibi ipsis, verum etiam ac praecipue electorum Principum et Statuum sacri imperii magnum observare respectum, ne in gratiam aut Sanctissimi Papae aut alicuius hominis in terris ad complacitum aliquid admittatur" etc. (f. 57[b]) . „Quod si enim Sanctitas eius rem hanc rigore insectari voluisset, multa fuissent in promptu, de quibus difficultare potuisset" (l. c.). „Ita quod res in statu proximo permittatur" (f. 58[a]). Existimo maiestates vestras „non debere intentionatas esse illud quasi importunitate quadam reiicere" (l. c.). Equidem coniecto, litteras datas esse a laico aliquo vel italo vel hispano.

604. Exeunte m. Iulio 1563.

Ex *Bucholtz* l. c. VIII 664*; quem ex tabulis electorum moguntinorum Vindobonam in archivum aulae caesareae translatis (cf. *Can.* II 160) haec exscripsisse existimo.

Haec ex Bucholtz transcripsit *Riess* l. c. 325[1], et ex hoc *Kröss*, Can. 168.

Vindobonae, dum calicis laicorum gratia conciliabulum habetur, Canisius „e synagoga eiectus", male audit. Aliis idem timendum.

Simon Bagghen (Baghen), Danielis Brendel electoris moguntini consiliarius et secretarius et ab hoc una cum Philippo Acker, ecclesiae S. Petri moguntinae decano, ad conciliabulum illud vindobonense legatus, Vindobona 29. Iulii 1563 (Moguntiam?) de conciliabuli progressu scripsit: Es wollen sich gleichwol die Sachen der Weitläufigkeit, ja auch wol Gefärlichkeit bei uns ansehen lassen, daß rathsamer gewesen, diese Schickung verblieben wäre. Ursachen lassen sich nicht gut schreiben. — Canisius ist dieser Handlung wegen gar extra synogogam geworfen[1], und redet man ihm übel nach. Gott weiß wie es andern gehen wirdt, so man nit gleich danzet, wie gepfiffen.

---

[1] Cf. Io 9, 22; 12, 42.

605. Fere a 23. Iulii ad 14. Augusti 1563.

Ex Cod. „Can. X. Y." f. 22[a] et Cod. „G. Ep. IV." f. 140[a]—141[a], eoque cum Cod. colon. „L. Qu." f. 157[a] collato.

Elderensis litteris usus est *Sacchinus,* Can. 202.

Canisius auctore Ilsungo, Suebiae praefecto, multa Suebiae monasteria „perlustrat", atque in iisdem et in lutherana quadam urbe contionatur.

Canisius in codice contionum Augustae Vindelicorum a. 1563 a m. Iulio ad Novembrem a se habitarum inter contiones 22. Iulii sive diei S. Mariae Magdalenae et 15. Augusti sive diei Assumptionis Beatae Mariae Virginis haec sua manu notavit: Desunt 2 uel 3 dominicae. Et festum S. Laurentij ob profectionem Sueuicam.

Ac P. Guilielmus Elderen S. J., unus ex Canisii sociis augustanis, in litteris quadrimestribus domus S. J. augustanae Augusta 2. Septembris 1563 datis de Canisio refert: [Cum Oeniponte] huc esset reuersus, rursus a praefecto Sueuiae nobis haud parum amico euocatus Sueuiam adijt, perlustratis interim plaerisque Monasterijs amplis et peruetustis, in quibus sicut et in ciuitate quadam Lutherana praesentibus haereticis, haud sine fructu audientium est concionatus.

Canisius igitur Augusta aberat diebus 25. Iulii, 1. Augusti, 8. Augusti, quae erant Dominicae VIII. IX. X. post Pentecosten, et die 10. Augusti, qui Sancto Laurentio sacer est. Hoc tamen tempore semel saltem Augustam rediit: inde enim 31. Iulii ad Hosium eum scripsisse constat (v. supra p. 301); atque eum die 14. Augusti, peregrinatione absoluta, iterum Augustae fuisse ex Polanci litteris intellegitur (v. supra p. 314).

Peregrinationis auctor Canisio fuit Georgius Ilsung a Tratzberg, patricius augustanus et caesareus vel potius austriacus per Suebiam praefectus (v. supra p. 904). Suebiae porro praefecti sedem habebant Ravensburgi (Ravensburg, nunc urbs regni wurttembergensis) et „regimini" Austriae superioris („Oberösterreich"), quod Oeniponte erat, subiecti erant; nam praefectura Suebiae („Landvogtei Schwaben") ad Austriam anticam („Vorderösterreich") pertinebat, quae cum Tiroli una erat provincia vel potius terra uni principi subiecta (*Hirn* l. c. I 60—61 464—465). Neque tamen ad ea tantum monasteria Canisium adisse censeo, quae ad praefecturam Suebiae omnino pertinebant, sed etiam ad aliqua ex iis, quae vel in aliis Suebiae austriacae terris, ut in marchionatu burgaviensi (Burgau), sita erant, vel in quae, quamvis in aliorum principum sueborum terris sita vel etiam libera sive „imperialia" essent, tamen Austriae principes patrocinium aliquod vel bonorum custodiam tutelamque („Schirmvogtei", „Kastenvogtei") sibi vindicabant. Ex relationibus autem et „visitationibus" saeculo XVI. Oenipontem missis intellegitur, sive una ratione, sive altera ad Austriae principes spectasse et pertinuisse haec (praeter alia multa) monasteria suebica: Ex ordine Sancti Benedicti Elchingum (Elchingen) prope Ulmam, Wiblingum (Wiblingen) ad Ileram (Iller) situm, Vinearium (Weingarten) prope Ravensburgum; ex ordine praemonstratensi canonias martalensem (Marchtal) prope Reutlingam, urspergensem (Ursberg) inter Augustam et Ulmam, roggenburgensem (Roggenburg) haud procul Urspergo (*Hirn* l. c. I 123—124). Ac Canisium Vinearii fuisse, aliqua ratione probabile efficitur litteris Augusta 30. Iunii 1570 ad Ioannem Hablizel abbatem datis, quas posuit *Ger. Hess* O. S. B., Prodromus Monumentorum Guelficorum seu Catalogus Abbatum Imperialis Monasterii Weingartensis (Augustae Vind. 1781) 282—283.

Mirum esse non potest, quod suebicum illud Canisii iter in his litteris quadrimestribus tam paucis verbis commemoratum est; nam *S. Ignatius* constituerat, ut

eiusmodi litterae „solum ea, quae ad aedificationem faciunt, contineant" (Constitutiones S. J. P. 8. c. 1, M); in monasteriis autem suebicis eo tempore plurima comparuisse, quibus piorum animi offenderentur [1], et ex relationibus, quas modo dixi, et ex iis colligere licet, quae de monasteriis Austriae inferioris, Tirolis, Bavariae, Alsatiae memoriae prodita sunt (*Hirn* l. c. I 99—122 124—131. *M. I. Schmidt*, Neuere Geschichte der Deutschen II, Wien 1785, 172. *Janssen* l. c. IV 111).

Itaque facere non possum, quin cogitatione potius, eaque fortasse haud plane recta, formatam quam ex fontibus historicis haustam esse suspicer hanc suebicae illius peregrinationis descriptionem, ab *Agricola* anno 1727 (l. c. I Dec. 3 n. 88) positam: „Perquam officiose invitarunt Petrum variorum Ordinum Monasteria, quibus Regio abundat vetustissimis, atque etiamnum inclytis . Venientem exceperunt amantissime, audierunt avide conciones, exposuere dubia, quasque ille reponebat sententias et consilia, acceptarunt prolixe . Agricolarum praecipue vulgus miseratione dignum fuit: multis in locis multoque a tempore nullus fuerat, qui vel Divini Verbi vel sacrosanctae Evcharistiae Panem porrigeret simplici popello, quantumvis esurienti: cum advenisse Canisium audiissent, qui sacram famem satiaret, turmatim ad eum velut Angelum coelo missum confluxere viri, foeminae, pueri, oscula figebant manibus, ut sibi bene precaretur, rogitantes, et maxime, ut modum edoceret rite confitendi peccata; confessiones ipsas exciperet, ac Divino, quo tam diu caruissent, reficeret epulo, quod dein tenerrimas inter lacrymas hic praebebat, illi sumebant". Raderus certe huius peregrinationis nullam facit mentionem. *Sacchinus* autem, quod ad monasteria illa suebica attinet, hoc tantum asserit: Canisium in ea „velut in arentes agros tempestiuum circumtulisse imbrem verbi Dei" (Can. 202) . Neque aliud testimonium antiquum *P. Ioanni Dorigny* S. J. praesto fuisse videtur; qui a. 1707 de Canisio scripsit: „Ce fut une vraye joye pour luy, de faire goûter la parole de Dieu dans plusieurs Monasteres fort anciens, où depuis long-temps l'on ne s' était pas mis trop en peine de l' entendre" (l. c. 221). Et ex Dorignio *Python:* „Plura vetusta Monasteria adiit, praedicans Verbum DEI, quod etiam ibi rarum erat et pretiosum" (l. c. 201). Agricolas denique illos primum memoratos reperio apud Dorignium (l. c. 221—222); a quo non solum ad Agricolam, sed etiam ad *Pythonem* (l. c. 202—203) et *Boerum* (Can. 267) atque etiam, praecisa tamen et temperata narratione, ad *Riess* (l. c. 336) transierunt.

606. Fere a 23. Iulii ad 14. Augusti 1563.

Ex exemplo (A) eiusdem temporis, quod est in Cod. „G. Ep. IV" f. 140ᵃ — 141ᵃ.
Exstat etiam apographum (B), quod Coloniae paulo post scriptum et a P. *Ioanne Rethio* S. J. recognitum est.
Litteris usus est *Sacchinus*, Can. 202—203.

Canisius in peregrinatione suebica nobilibus sacramenta administrat et matronae divitis rogatu in eius arce deversatus eam ex lutheranismo ad ecclesiam reducit. Quae libris haereticis abiectis fortiter in catholica fide persistit.

P. Guilielmus Elderen S. J. in litteris quadrimestribus domus S. J. augustanae Augusta 2. Septembris 1563 datis haec, praeter alia,

---

[1] De disciplina religiosa Wiblingi eo tempore lapsa cf. *Maur. Feyerabend* O. S. B., Des ehemaligen Reichsstiftes Ottenbeuren sämmtliche Jahrbücher III, Ottenbeuren 1815, 210, et P. *Bonif. Sentzer* O. S. B., Roman Sebastian Zängerle, Graz 1901, 9. De praepositis, qui canoniam Wettenhausen in marchionatu burgaviensi haud procul ab urbe augustana sitam — canonicorum regularium S. Augustini ea erat — ab a. 1562 ad 1575 rexerunt, *Antonius von Steichele:* „Die Regierung", inquit, der „Pröpste war in keiner Beziehung rühmlich; nicht bloss die Verwaltung des Zeitlichen wurde von ihnen nachlässig geführt, sondern es gerieth auch die klösterliche Zucht in äussersten Verfall": Das Bisthum Augsburg V 508.

refert de itinere, quod Canisius auctore Georgio de Ilsung, Suebiae praefecto, fere a 23. Iulii ad 14. Augusti 1563 per Suebiam fecerat (v. supra p. 1036): Venerunt ad illum praeter alios personae nobiles remotis e locis, quibus quoque non uulgarem attulit consolationem et Sacramenta etiam administrauit. Accessit et matrona diues, quae totam uitam exegerat in Lutheranismo, a quo abduci se[a] non patiebatur[b], etsi in Catholica familia uiueret, ac a viro Catholico eiusque matre huc saepe commoneretur[c]. At cum Pater noster[d] in itinere esset Augustam rediens, illa forte in curru sedens occurrit, simulque rogat, ut reuersus Pater secum ad uicinam arcem deflectat: idemque alij postularunt. Quod cum factum esset, adfuit in arce Dominus mulieri tantumque tribuit gratiae, ut illa non modo fidem amplecti Catholicam statuerit, sed etiam totius uitae peccata Patri detexerit, etsi antea nulli unquam confessa fuisset. Hinc rara[e] extitit praesentium et sancta[f] congratulatio, quod ouem perditam sathanae uelut lupi faucibus ereptam, et ouili pastoris[g] Christi restitutam cernerent. Nec dubitarunt qui aderant simul cum illa Deo[h] gratias agere, sumpta etiam Sacrosancta Eucharistia. Quae neophyta nunc laete Christo seruit, magnumque Catholicae pietatis ardorem declarat abiectis libris haereticis, nihilque uerita suos parentes et amicos, quamuis insignes, et a uera pietate alienos.

607. M. Septembri et Octobri 1563.

Ex litterarum Polanci apographo, eodem tempore scripto, et ex *Kesselii* epistula archetypa, a P. *Ioanne Rethio* S. J. scripta et a Kesselio subscripta. Codd. „V. P. 63" f. 368[b] et „G. Ep. IV" f. 178[b].

Homo suebus, ex contionatore lutherano novicius Societatis Coloniae effectus, postquam inde in patriam aufugit, ad Canisium venit ab eoque Societati restituitur.

1. *P. Ioannes de Polanco, Societatis Iesu secretarius, Tridento 14. Novembris 1563 Oenipontem ad P. Edmundum Haium S. J. (v. supra p. 515) de Waltero Haio ipsius fratre, qui inde a m. Octobri vel Novembri 1562 Coloniae Societatis novicius erat (Hansen l. c. 442 780), haec scripsit:* Quella lettera exortatoria che V. R. uole scriuere al suo fratello la scriua in bon hora ma non par che debia mostrare che ha sentito querela alcuna del fatto suo per che intendiamo che se ci era qualche mancamento gia si era emendato. La persona che li fece danno con sua conuersatione era un certo nouitio, ilquale poi si parti insalutato hospite, et se ne ando al suo Paese che era Virtemberga[i], ma non potendo hauer pace in sua conscientia se ne ando il medesimo dal Padre Prouincial Canjsio, et luj lo mando in Monachio dove si è molto agiutato nelli exercitij.

2. *P. Leonardus Kessel S. J., rector collegii coloniensis, Colonia eodem illo d. 14. Novembris 1563 Tridentum ad Lainium scripsit:* Ex literis P. Vilhelmi Elderen scriptis Augustae 12. Octob. intelligimus Ioannem Riuulum, qui a nobis discesserat, redijsse ad P. Canisium, qui eum determinauerat ad nos remittere, sed mutata sententia missus est Monachium, ut ibi probetur, et hoc ipsum nobis magis placuit.

De „Ioanne Riuulo" ex collegii coloniensis monumentis (apud *Hansen* l. c. 429 438—439 442—443 451 780) haec intelleguntur: Ioannes „Bechlin" sive „Ri-

a) se abduci *B.* b) paciebatur *A.* c) commoueretur *B.* d) *Hoc v. deest in B.* e) Huic chara *B.* f) praesentium fausta *B.* g) pastori *A.* h) *Hoc v. deest in B.* i) *Ita emendandum esse* Vittemberga, *quod in apogr. est, ea, quae paulo infra dicentur, facile ostendent.*

vulus" sive „Virtembergensis" ex Gundelfingen Wurttembergae vico ortus, inter Lutheranos natus et educatus, cum per tres annos in Palatinatu Rheni Lutheranorum contionatorem egisset, a P. Lamberto Auer S. J. collegii moguntini rectore missus m. Iulio, ut videtur, a. 1562 Coloniam ad Socios venit, a quibus „propter deum in domum convictorum receptus" est, ac cum „omnem haeresem abiurasset", peccata confessus esset, 15. Augusti sacram eucharistiam catholico ritu sumpsisset, sacris exercitiis (ut videtur) vacasset, se mendicare malle, quam unquam ad protestantes redire, asseverasset, suo rogatu m. Octobri 1562 in Societatem admissus est, 25. Decembris 1562 eius prima vota nuncupavit; quo tempore *Kessel* eum „bene tractare sua studia", „aliis bono exemplo esse", „bonum concionatorem" fore iudicabat. Rivulum a. 1565 iterum ex Societate discessisse in proximo huius operis volumine ostendetur.

608. Inter ineuntem m. Septembrem et exeuntem Decembrem 1563.

Ex apographo, eodem fere tempore Coloniae scripto. Cod. colon. „L. Qu." f. 157[b].

Canisius bis ex urbe augustana ad matronam nobilem evocatur. •

P. Guilielmus Elderen S. J. in domus S. J. augustanae litteris quadrimestribus Augusta 13. Ianuarii 1564 datis: P. Prouincialis noster D. Canisius . . . concionatus est . . . apud matronam nobilem, que bis illum Religionis ergo euocauit.

Verisimile est, Canisium evocatum esse a matrona illa, quam paulo ante d. 14. Augusti (vel ante 31. Iulii) 1563, in eiusdem arcem quandam ipsius rogatu devectus, ex lutheranismo ad catholicam ecclesiam converterat; v. supra p. 1038.

609. Inter m. Septembrem 1563 et Ianuarium 1564 (inter 7. et 20. Novembris 1563?).

Ex litterarum apographo, Coloniae eodem fere tempore scripto. Cod. colon. „L. Qu." f. 157[b].

Canisius sine voluntate in civitatem lutheranam ad hominem catholicum deducitur.

P. Guilielmus Elderen S. J. in domus S. J. augustanae litteris quadrimestribus Augusta 13. Ianuarii 1564 datis haec, praeter alia, de Canisio rettulit: Aliquando cum in itinere esset ac imperitum viae ducem haberet, in Ciuitatem Lutheranam incidit et Christo ita volente, preter expectationem noctu diuertit ad catholicum virum qui vnus pene illic velut Loth inter impios habitat[1], ab eodemque tractatus est humaniter.

Hoc inter 7. et 20. Novembris, cum Canisius Augusta Dilingam et Weissenhornium excurreret, accidisse conicio; cf. supra p. 377 397.

610. Medio et exeunte m. Novembri 1563.

Ex litterarum apographo, eodem fere tempore scripto. Cod. colon. „L. Qu." f. 157[b].

Canisius Weissenhornii contionatur oppidique parochum, sacris exercitiis Augustae excultum, ad meliorem vitam adducit.

P. Guilielmus Elderen S. J. in domus augustanae S. J. litteris quadrimestribus Augusta 13. Ianuarii 1564 datis haec de Canisio sub medium m. Novembrem 1563 in oppido Weissenhorn paucos dies versato (v. supra p. 397) rettulit: Concionatus est. . . Wissenhornij semel ac iterum sic D. Georgio Fugero eius oppidj preside postulante . . . Vt alibi, sic et Weissenhornij Patris conciones non parum probatae

[1] Cf. Gn 13, 12 13; 2 Petr 2, 8 etc.

fuerunt, illudque preter alia fuit effectum, vt eius Oppidi Parochus statim veniret Augustam, et meditationibus spiritualibus applicaretur. Quj postea totius vitae peccata nobis non sine lachrimis patefecit ac domum reuersus meliorem vitae rationem[a] instituit sicut illi prescripseramus.

611. A m. Novembri 1562 ad Decembrem 1563.

Ex fontibus, qui infra, suis locis, nominabuntur.

Lainius praepositus generalis et Natalis visitator provinciam Germaniae superioris in duas dividere, Canisium, ut ipse efflagitat, praepositi provincialis officio (quo facilius contionari et scribere possit) levare cogitant, ita tamen, ut Canisio „commissarii" nomen et auctoritas tribuantur. Canisius commissarii nomen „timet", idque, ut videtur, ob Maximilianum II. Tandem, austriaca provincia constituta, novo provinciali reliquae „Germaniae superiori" frustra quaesito, Canisius provincialis manere cogitur.

Iacobus Lainius, Societatis praepositus generalis, Tridento 24. Novembris 1562 Oenipontem ad P. Hieronymum Natalem, Societatis visitatorem, haec scripsit de provincia Germaniae superioris in duas, quarum una collegia ingolstadiense, monacense, oenipontanum cum domo augustana, altera collegia vindobonense, pragense, tyrnaviense complecteretur, dividenda atque de „persona" quadam (P. Ioannem de Victoria significabat) austriacae huic Societatis provinciae praeficienda etc.: Acerca de la diuisión de prouincias y prouinciales, en el discurso de la uisita se uerá la disposition de aquella persona de quien se duda, y la de los otros que auerían destar debaxo dél, si él fuese superior. Entenderáse asímesmo lo que puede con Su Magestad, sí es cosa real, y que tenga momento, para determinar dél en una manera ó en otra; y quando se determinase V. R. de hazerle prouincial, paréçeme que el Doctor Canisio hauría de ser comisario, por su autoridad, y para poder uisitar; y el P. Lanoy potría tener la otra parte de la prouincia *(Epp. Nadal II 149).*

Ita Lainii animus inclinabat in morem gerendum Canisio, qui, quod iam a. 1559 vehementer petierat, m. Aprili et Maio 1562 iterum efflagitaverat: Ut munus praepositi provincialis in alium transferretur (*Can.* II 557; III 417 429 431). Volebat tamen Lainius Canisium „commissarium" creare. Commissarii ordinarium quidem officium in Societate non habent, sed a praepositis generalibus amplissimis facultatibus, ut provincias visitandi, instrui solent; atque inde a Societatis initiis id muneris gravissimis viris dabatur; ut Sanctus Franciscus de Borgia a. 1554 a Sancto Ignatio Hispaniae et Lusitaniae commissarius nominatus, P. Oliverius Manareus a. 1563 a Lainio cum commissarii potestate et nomine in Galliam missus est (Congreg. 1. decr. 91: Congr. 2. decr. 11 post el. [*Institutum* S. J. II 176 196]. *Orlandinus* l. c. l. 14, n. 54; *Sacchinus,* Hist. S. J. II, l. 7, n. 64).

Natalis Praga 19. Maii 1563 Tridentum ad Lainium scripsit: Lo primero que occorre, Padre, es: que en todas maneras se diuida la prouincia (como ya se hauía dicho) en lo que tiene el P. Canisio, y estos 3 collegios[1]. 2º Que sea prouincial de Austria etc., el P. Lanoy. . . . 6º El P. Canisio, prouincial como es, con que se haia licentia que pueda visitar, ó que se haia vn predicador por Augusta. 7º Que sea vn commissario que visite sempre estos collegios, y escorra á Flandres y ahun Francia. Las dificultades que en esto occorren son estas: . . . El 6º, creo no se podrá hazer que pueda visitar Maestro Canisio, y, visitando, no fío que aprouechasse

a) ratioman *ap.*

[1] Id est ita, ut Lainius 24. Novembris 1563 scripserat. Canisius collegiorum pragensis, vindobonensis, tyrnaviensis cura exeunte a. 1562 levatus erat (*Can.* II 820 821).

mucho al gouierno. El 7º, creo que no se podrá hauer commissario: con todo esto *cogito . . . Vindobonam ire,* y después iendo al P. Canisio vería si pudiéssemos poner por prouincial al Maestro Theodorico [1], y hallar vn rector por Monachio, quiçá de los que vernán de Roma, y el P. Canisio sería commissario con poco que hazer, y io le pornía en otros disseños de scriuir contra herejes, y estampar, etc. . . . Si quiere sçaber V. P. el parecer de los que he consultado, quasi todos atinan á lo dicho . . . Canisio dixo: ero commissarius nomine [2] *(Epp. Nadal II 287—290).*

Timebat igitur Natalis, ne cathedrale Capitulum augustanum, cuius Canisius agebat contionatorem, eidem vel licentiam abeundi ad collegia visitanda denegaret vel tam breve tantum tempus concederet, ut magno cum fructu collegia visitare non posset; ordinaria autem „visitatio" ex praecipuis praepositorum provincialium muneribus erat: commissarii extra ordinem id praestabant.

Natali Polancus nomine Lainii Tridento 10. Iunii 1563 rescripsit: Reciuio n. p. las de u. r. . . . sobre el gobierno de esa prouincia de Alemaña . . . se podran poner en platica, y procurarse los primos 5 puntos como u. r. escriue. Quanto al 6º y septimo lo que a n. p. parecia mejor es que desde luego tubiese el Padre Canisio nombre de Comisario y con esto podria tener particular cuenta como Prouincial de los Collegios d esta prouincia de Bauaria Augusta y Jspruch . hasta que se buscase otro prouincial *(ex apogr. totius epistulae eodem tempore scripto. Cod. „V. P. 63" f. 65ᵇ. Etiam in Epp. Nadal II 303—304).*

Canisius porro, quid de commissarii officio in se conferendo sentiret, etiam Lainio aperuit, epistula, ut videtur, Augusta 10. Iulii 1563 data (v. supra p. 288). Qua accepta Polancus Lainii nomine Tridento 18. Iulii 1563 Natali de Canisio scripsit: El nombre commissario le haze miedo segun scriue, y dyzen [dyze?] le serria gran beneficio le sustituessen al D. Paulo ò à su Hermano [3] mas respondesele que se contente de lo que se ordenare. V. R. uera quid expedjat quando fuera por alla *(v. supra p. 288—289).*

Atque ita Polancus Lainii nomine Tridento 18. Iulii 1563 Canisio scripsit: Circa il nome et officio di Commjssario V. R. bisognera si contentj di quello che si iudjca essere per magior seruitio diuino . potria pur essere que selli desse un prouinciale per la Bauaria *(v. supra p. 298).*

Natalem autem idem Polancus Lainii mandatu Tridento 26. vel 27. Iulii 1563 monuit: Quanto al Padre Canisio lo que se desegnaua es que el tuuiesse nombre de Commissario y tambien [a] auctoritad, mas que la exercitasse en muy pocas cosas dexando hazer su officio a los prouinciales. Con esto se el nombre de Commissario no se suffriesse por respetto del Rey de Romanos N. P. se remitte à V. R. y assi hara lo que le parecere, assi en la cosa come en el tiempo del publicarla *(ex apographo totius epistulae, eodem tempore scripto, Cod. „V. P. 63" f. 134ᵇ. Etiam in Epp. Nadal II 343).*

Hoc igitur Canisius „timuisse" videtur: Ne Maximilianus II. obsisteret, quominus ipse in Societatis provincia austriaca sive in collegiis vindobonensi, pragensi, tyrnaviensi commissarii officio fungeretur. Maximilianus enim, qui haud multo ante et Bohemiae et Hungariae rex coronatus erat atque etiam in Austria inferiore regenda Ferdinandum I. iam coeperat iuvare (*Bucholtz* l. c. VIII 709 711. *Turba* l. c. III 220 [1] 240 [3]), animo erat a Canisio abalienato (v. supra p. 3 26 468 484).

*Negotium diu erat incertum. Polancus Tridento 17. Augusti 1563, cum provinciae Austriae P. Nicolaus Lanoius iam esset praepositus, P. Victoriae *scripsit:* Estamos de presente con necessidad de un Prouincial para la otra parte de los

a) tambiende *ap.*

---

[1] P. Theodoricum Canisium, collegii monacensis rectorem.

[2] *Natalis* primum Canisii sententiam aliis verbis significare voluerat; scripserat enim: „Canisio dixo: vultis"; postea, verbo „vultis" oblitterato, posuit: „ero" etc. (Epp. *Nadal* II 290 [3]). [3] P. Paulum Hoffaeum aut P. Theodoricum Canisium.

collegios de la Alemanna, y no se halla quien lo sea porque a unos falta una cosa y a otros otra" *(ex apogr. totius ep. eodem tempore scripto. Cod. „V. P. 63" f. 166a.) Idem Tridento 12. Octobris 1563 P. Natali (quem exeunte m. Septembri Canisius Monachii convenerat; v. supra p. 938):* Del Commissariato ò Prouincialato del Padre Canisio se podra trattar en presentia pues V. R. assi le parece conuenir dandose entretanto alla la orden que conuiene *(ex apogr. eiusd. temp. Cod. „V. P. 63" f. 272a).*

Canisius in litteris 4. Decembris 1563 Tridentum ad Lainium missis denuo petiit, ut novus Germaniae superioris crearetur praepositus provincialis, quicquid tandem de Canisio statueretur (v. supra p. 412). Neque dubitari potest, quin Natalis, sub 7. Decembris Tridentum advectus (Epp. *Nadal* II 509), cum Lainio coram de ea re egerit. Quae tandem ita constituta est, ut Canisius commissarii munus subire non deberet, praepositi provincialis officium usque ad a. 1569 sustinere cogeretur.

Labitur *Boero*, cum Natalem exeunte m. Octobri 1563 Societatis provinciam Germaniae superioris in duas divisisse scribit (Can. 267—268); id enim iam aliquanto ante factum erat; v. supra p. 281 304 319.

Labitur etiam magis *Everardus Zirngiebl*, cum provinciam Societatis austriacam a. 1562 constitutam esse affirmat (Studien über das Institut der Gesellschaft Jesu [Leipzig 1870] 266). Atque mirum est, quam multa huiusmodi errata in hoc libro compareant (ut nihil dicam de plurimis conviciis et criminationibus pontificibus, principibus catholicis, Societati in eo factis); ita, ut aliqua ponam exempla, collegium ingolstadiense initio unam in ea universitate cathedram theologicam habuisse dicitur (p. 323) — duas habuit; inter collegii monacensis primos magistros „Stewart", inter primos eius rectores „Launoy" nominatur (p. 271) — scribendum fuerat „Gewarts" vel „Stevordianus" et „Lanoy"; Canisium, cathedralis ecclesiae augustanae contionatorem constitutum, primam contionem 14. Iunii 1559 habuisse narratur (p. 276) — primam habuit 24. Iunii 1559; a. 1571 collegio vindobonensi praefuisse scribitur P. Emericum Torsler (p. 297) — praeerat P. Emericus Forsler; collegii dilingani scholae incohatae esse dicuntur 22. Novembris 1563 (p. 272) — incohatae sunt 22. Octobris 1563; — a. 1564 Socios 17 Herbipolim ad collegium incohandum advenisse affirmatur (p. 279) — advenerunt a. 1567; ab archiepiscopo moguntino Socios a. 1561 evocatos esse scribitur (p. 316) — evocati sunt 1560, si non prius; Canisium 14. Ianuarii 1566 Coloniam ad concilii tridentini decreta promulganda venisse asseritur (p. 307) — venit 21. Novembris 1565.

Austria igitur inferior atque Bohemia et Hungaria, quibus regionibus Canisius iam inde ab anno 1552 operam impenderat et in quibus primus omnium officium praepositi provincialis Societatis Iesu administraverat, a. 1563 ab eius cura plene remotae sunt. Haec tamen ei manet laus, quod ipse Sociorum fere omnium, qui regiones illas apostolicis laboribus excoluerunt, pater et dux fuit; atque ita magnam partem ad Canisium pertinent ea, quae *Antonius Gindely*, unus ex praecipuis Bohemiae historicis, de Sociis ibidem versatis scribit: „Die Thätigkeit der Jesuiten für ihre Sache . . . gibt uns Gelegenheit, jetzt nach fast 300 Jahren ihren Verstand und ihre Thätigkeit zu bewundern, denn es drängt sich uns mit Bestimmtheit die Ueberzeugung auf, daß ohne sie die Katholiken den Gegnern erlegen wären": Geschichte der böhmischen Brüder II, Prag 1868, 253[1]. Et similiter ea, quae de Sociis per universam Austriam disseminatis nuper affirmavit *Alphonsus Huber*, historiae in universitate vindobonensi professor: „Wenn in den österreichischen Ländern nach langem Ringen der Protestantismus wieder vernichtet, die Herrschaft des Katholizismus wieder hergestellt worden ist, so muß man dies in erster Linie der Thätigkeit der Jesuiten zuschreiben": Geschichte Österreichs IV, Gotha 1892, 145.

---

[1] Bohemiam per Societatem Iesu ad ecclesiam catholicam reductam esse affirmavit *Thomas Ioannes Pessina*, metropolitani capituli pragensis decanus in „Phosphorus septicornis, h. e. Sanctae Metropolitanae Divi Viti Ecclesiae Pragensis Maiestas et Gloria", Pragae 1673, 329.

612. Inter medium m. Ianuarium et ineuntem m. Maium 1564.

Ex exemplo autographo. Cod. „G. Ep. V“ f. 147 148.
Epistula usus est *Sacchinus*, Can. 206—207.

PP. Canisius et Elderen ab Ursula Fuggera Weissenhornium bis evocati, ad exorcismos Susannae Rosmann et ipsi arci adhibendos. Confessiones. Cura pauperum. Templi weissenhornensis restitutio. Oppidi sacerdos sacris exercitiis excultus.

P. Guilielmus Elderen S. J., unus ex Canisii sociis augustanis, in domus S. J. augustanae litteris quadrimestribus, Augusta 2. Maii 1564 datis, de Ursula a Lichtenstein, Georgii II. Fuggeri uxore, eiusque familia haec narrat: Domina Fuggera constantem erga nos retinet ac ostendit beneuolentiam . Sumus ad illam bis euocati in oppidum miliaribus aliquot ab hinc dissitum [1], ut exorcismis uteremur . Nunc a nobis per Dei gratiam utcunque liberata uidetur puella, quae miserandum in modum a Daemone uexabatur [2], et desijt molestus esse spiritus domesticus, qui in arce Fuggerica multis annis[a] multos infestabat, et in singulis fere lectis dormientes perturbabat . Excepimus confessiones fuggericae familiae cum illic essemus [3], et quorundam externorum. . . . Mira est eiusdem Dominae Fuggerae pietas, et erga pauperes quos domi alere coepit charitas; in ornando autem templo [4], quod ab eius marito iam magnis renouatur sumptibus, amor et feruor singularis . Nunc tertium ad nos ex oppido eodem sacerdotem misit [5], qui nostris acceptis meditationibus, generalem uitae suae confessionem apud nos fecit, eaque ratione tum sacerdotes, tum populum reformare contendit.

Eo tempore Augustae duo tantum Societatis sacerdotes degebant: Canisius et Elderen. Ac poterat quidem Elderen, qui est latinae linguae usus, de se uno pluraliter dicere: „Sumus evocati“; „excepimus confessiones“ etc. Attamen valde probabile est, pluralibus his numeris etiam Canisium comprehendi; nam Ursula Canisium longe plurimi faciebat; et aliunde constat eum Ursulae rogatu et m. Novembri 1563 Dilinga Weissenhornium et m. Aprili 1564 Ingolstadio Augustam venisse (v. supra p. 396 512); fortasse sub 26. Aprilis 1564 Augusta Weissenhornium ivit.

De „spiritu domestico“ illo cf., quae de strigis monui supra p. 401.

613. Aestate a. 1564.

Ex apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1561“ f. 139^b—140^a.

Canisius in Borussiam evocatus venire nequit.

Iacobus Lainius Societatis praepositus generalis Roma 29. Iulii 1564 ad Stanislaum cardinalem Hosium, episcopum varmiensem, litteras dedit, quibus collegium, quod Hosius se Societati in Varmia constituere velle scripserat, admisit et, quos idem petierat, Socios octo brevi a se missum iri promisit, simul tamen notavit: Pater quidem Canisius ut Prouincialis et Augustanus Concionator non posset ex illa Prouincia auelli.

a) *Correxi ex* annos.

---

[1] Weissenhorn; v. supra p. 372. [2] Susanna Rosmann; v. supra p. 806.

[3] Qui Ursulae tunc fuerint filii filiaeque vitam habentes, vide *Can.* III 653 [3] [5]. Attamen Iulius Maximilianus a. 1563 (11. Augusti, ut videtur) mortuus erat (*Cod. „*Ordenliche beschreibung*“ etc. [v. *Can.* III 655] p. 272).

[4] Parochiali weissenhorniano; cf. supra p. 397. [5] Cf. supra p. 397 1040.

614. Aestate a. 1564.

Ex apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 1561" f. 142[b].

Cardinalis Hosius instat, ut collegii Braunsbergae condendi gratia sibi ad menses aliquot vel Canisius vel saltem P. Henricus Dionysius concedatur. Cum autem Canisius mitti nequeat, Lainius praepositus generalis cardinalem Augustanum rogat, ut sinat Dionysium eo abire, P. Mendozam eius loco — id quod etiam Canisio videatur — collegium Societatis, alium Socium universitatem etc. regere.

Iacobus Lainius, Societatis Iesu praepositus generalis, Roma 5. Augusti 1564 ad Ottonem cardinalem Augustanum de Stanislao cardinale Hosio, qui Braunsbergae in episcopatu suo varmiensi collegium Societatis condere statuerat, scripsit: El Cardinal Varmiense uorrebbe dar principio ad un Collegio nel suo Vescouato questo Autunno, et dimanda con instantia per alcuni mesj il .D. Canisio, ò si quello non si potra il .D. Henrico Dionisio ilquale sta al presente in Dilinga almeno insino al aduento. Del primo è cosa facile che ci scusiamo per molte ragionj, se del .2º si contentasse .V. S. Jllustrissima compiacere al Cardinal Varmiense, mandaremo un altro in suo luoco ilqual possa far' l' officio che se disegnaua dare al detto Dottor Henrico giache quello che ha tenuto insino adesso del[a] [?] nostro Collegio [1] è parso al Padre Canisio et altrj lo douessi fare per adesso Don Luigi, et di questo quanto prima haueriamo caro di esser auisatj perche doueria per tutto questo mese partirsi la gente che ha de andar nella Prussia.

615. 1. Septembris 1564.

Ex archetypo, quod exstat Romae in archivo regni italici, „Arch. dei Gesuiti, Lettere 1548—1575", fasc. 1562—1564.

Cardinalis Augustanus cum Lainio praeposito generali sentit, cardinali Hosio Canisium petenti satisfieri non posse; qui utilior Augustae quam in Varmia futurus sit, etc.

Otto cardinalis Augustanus Dilinga 1. Septembris 1564 haec ad Iacobum Lainium, Societatis praepositum generalem, scripsit de cardinale Hosio, qui Canisium ad tempus sibi collegii Braunsbergae incohandi causa mitti cupiebat: Quanto alla dimanda del Reuerendissimo Cardinal Varmiense del Padre Canisio, io sono del medesimo parere di V. Paternità che [con buone][b] ragioni si possi scusare lei, et io insieme, che in uero il frutto che [produce] in questi paesi è tale, et si mantiene si fermo, che per ogni poc[o di] absentia facilmente potrebbe piu tosto nocere che giouare; et ma[ggiormente] poi per la urgentissima causa che hora se li appresenta. *Quam causam affirmat esse controversiam, quae Canisio cum capitulo cathedrali erat; v. supra p. 891—912.*

616. Inter d. 1. et 4. Septembris 1564.

Ex archetypo Romam misso. Cod. „G. Ep. VI" f. 111[a].
Hac litterarum particula usus est *Sacchinus,* Can. 216.

Canisius Herbipoli agit de Societatis collegio et contionatur.

P. Guilielmus Elderen S. J. in domus S. J. augustanae litteris quadrimestribus Augusta Vindelicorum m. Januario 1565 datis de

a) *Sic ap.; sed corrigendum esse videtur* nel; *v. infra adnot. 1.* b) *Vel* con molte *vel* per buone *vel similiter.*

---

[1] P. Henricus Dionysius inde a. m. Aprili 1564 Dilingae rector collegii Societatis erat, iamque statutum erat, ut, hoc officio in P. Ludovicum de Mendoza translato, Dionysius et universitatis et contubernii S. Hieronymi rector crearetur; v. supra p. 586 588 595.

Canisio scripsit: Fuit idem P. Herbipolim euocatus ab Episcopo, ut de Collegio societati erigendo aliquid statueretur, ubi et cum magna laude est concionatus.

„Iter est", inquit *Canisius* (*Can.* III 422), „quatridui ab Augusta Herbipolim usque." Atque ipse, Herbipolim a Friderici de Wirsberg episcopi principisque cancellario evocatus, cum hoc 27. Augusti 1564, contione Augustae in ecclesia cathedrali habita, equo vectus erat Dilingam (v. supra p. 642 897), inde Herbipolim petiturus; 8. Septembris, itinere confecto, iterum Augustae versabatur (vide supra p. 652); atque probabile est, eum, si non ante, 7. Septembris eo redisse, ut die 8., qui Nativitati Beatae Mariae Virginis sacer est, contionatoris munus in ecclesia cathedrali administrare posset. Quare eum inter d. 1. et. 4. Septembris Herbipoli egisse et 3. Septembris, quae Dominica XV. post Pentecosten erat, ibidem contionatum esse conicio. Dilinga Herbipolim, inde, ut videtur, Augustam secum abduxit Fr. Nicolaum Servatium S. J., qui Dilingae magistrum egerat; v. supra p. 663 691—692.

617. Inter d. 1. et 4. Septembris 1564.

Ex litteris autographis. Cod. „G. Ep. V" f. 238[b].

Canisius Herbipoli, ubi clerus pessime habet, de collegio condendo agit.

P. Lambertus Auer S. J., collegii moguntini rector, Moguntia 27. Septembris 1564 Romam ad Lainium praepositum generalem scripsit: De R. P. Canisio audiuimus ipsum Herbipolj fuisse vt de Collegio ageret atque concluderet semel, hactenus tamen non potuimus scire rerum illarum successum . Est pessimus Cleri status ibidem, ex quibus grauiora fortassis nostri patientur quam ab ipsis haereticis.

618. 4. Septembris 1564.

Ex *Cypriani* Tabulario p. 363—364.
Particulam posuit etiam *Lagomarsinius,* Pogiani Epistolae III 432[ii].

Cardinalis Augustanus cardinalem Hosium certiorem facit, Canisium in Varmiam ad collegium braunsbergense incohandum venire non posse.

Otto cardinalis Augustanus Dilinga 4. Septembris 1564 Stanislao cardinali Hosio, episcopo varmiensi, ad litteras „ex castro Heilspergk" 20. Iunii 1564 datas haec, praeter alia, rescripsit: Propositum quod habet Reuerendissima et Illustrissima D. V. nouum collegium in oppido suo Braunspergensi instituendi, omnes pii ac docti vehementer et laudare, et quantum in ipsis est, re ipsa comprobare debent. Nos quoque Patrem Canisium ad Reuerendissimam et Illustrissimam D. V. proficisci, atque apud eandem per vnum pluresue menses commorari permitteremus, si aliis et quam pluribus negotiis is non distraheretur. Est enim per vniuersam Germaniam [superiorem][a] societatis Iesu Prouincialis, atque huius muneris ratione illi in diuersas huiusce Prouinciae regiones frequenter abeundum, haec et alia plura onera assiduis curis ferenda, ita vt tam longam absentiam absque incommodo prouincia sua vix ferre posset. *Ne patrem quidem Henricum Dionysium, universitatis dilinganae rectorem, in Varmiam venire posse; ipsum enim admodum infirmae valetudinis esse. Se tamen Lainio scripsisse, ut alium Societatis patrem Hosio mitteret.*

619. Sub 8. Septembris 1564.

Ex autographo, quod exstat Monachii in archivo regni bavarici, Cod. „Augsburg Hochstift II, C 5, n. 90" f. 434[a]—436[b].
Epistula usus est *Goetz,* Beiträge 316 [1].

a) *Hoc v., si in archet. non erat, vel addendum, vel pro* vniuersam *ponendum certe fuerat.*

Otto cardinalis Augustanus Dilingae Wolfgangum Palatinum ducem neoburgensem eumque lutheranum de religione secum disputare volentem monet, ut opportuniore tempore doctrinam catholicam per theologos catholicos sibi exponi patiatur. Convenit inter Ottonem et Wolfgangum, ut loco et tempore ab Ottone designandis coram ipsis utriusque partis dogmata per binos theologos secreto explicentur. Otto statim Canisium ad eam deligit disputationem, quippe qui „ex tempore de quacunque materia" disserere possit.

Otto Truchsess de Waldburg cardinalis et episcopus augustanus ex arce Schaer, quam Guilielmus frater ipsius tenebat (Scheer, nunc oppidum regni wurttembergici), 15. Septembris 1564 Alberto V. Bavariae duci haec scripsit de Wolfgango Palatino duce neoburgensi et Lutheranismi patrono, qui Ottonis invitatu — vicini erant hi duo principes — sub 8. Septembris 1564 Dilingae ipsum inviserat:[1] Als Pfaltzgraff Wolffgang bey mir zu Dilingen gwest, ist eben E. L. Cantzler von Landtzhuett[2] . . . zu mir kommen. . . . Weitter aber soll ich E. L. nitt verhalten das am abent nach essens der pfaltzgraff in seim gemach sich vil mit disputieren der Religion halb wolt mitt mir einlassen, Jch aber sprach dieweijl ir Lieb als ain gast zu Dilingen were wolt ich si mitt gegenantwurt nitt betrieben, vnd ich settzte in kainen zweijffel wann ir lieb ainmal ain gruntlich aufsfieren vom Catholischen Glauben ordenlicher weijſs anhöret, si wurde befinden das die Catholisch Kirchen auff kain ander grundt, haubt mittel vnd endt dann allain vnsern ainigen seeligmachern Jesum Christum vnd nitt in aigen werck, Ceremoni aüsserlichen thunen oder lassen Dann was in gehorsam vnd nachuolgung Christi, vnd in virtute Christi beschehe settzte vnd wan die predicanten ir lieb oder andere anderst brichten so soll ir lieb inen nitt glauben. Vnd ich wüſte wan ir lieb nur ain mal der Catholischen Kirchen bricht anhören sie wurde befinden das die predicanten nitt recht hetten. Darauff sagt er, er hort es gern, vnd wolte ich solte seine predicanten och ain mal hören. Jch sagt wann es ir lieb gefiel ettwan in ainem gemach, so solt es mir nitt zuwider sein, Also sagt sein lieb si wolt der sachen nach dencken. Morgens schickt S. L. sein pfleger von Hochstett[3] vnd ain D. zu mir vnd lieſs mich erinneren was zu abentz deshalb firgangen mitt erklerung S. L. wolt das ich .2. vnd ir lieb och .2. Theologos, nemen vnd Das wir bayd in ain gemach darbeij solten sein vnd yeder .2. politisch Räth vnd ain secretari zu im nemmen, vnd also solten fridlich und schidlich onuerbuntlich von yedem thayl, bricht angehört werden, und die sach still gehalten, und sollt die wal bey mir sten ob es zu Dilingen oder Lauingen beschehe, vnd ich solt och die zeytt ernennen, Darauff sagt ich ie[a] [?] wer yettz in allen rust gen der schaer und simmaringen[4] zu raissen so bald ich aber mit Gottes hilff wider anhaimb kum So wolt ich nach im dem Pfleger von Hochstett schicken vnd mich der zeytt vnd malstatt vergleichen, Do sagt der pfleger, man solt sich der Artickl vergleichen daruon man reden wurde domitt die predicanten sich darauff gefast machen do sagt ich, Es hett kain mangel ich wurde den Canisium fir ain nemen der wurd ex tempore de quacvnque materia reden, Doch so im gefiel, so hielt ich darfir man solt reden de Justificatione, vnd sacrifitio Missae, De scriptura[b] [?] De Iustificatione[c] [?] et Cena Domini, Also gieng ich darnach zu ir lieb selbs und ward die sach von bayden thaylen angenommen. Doch soll es wie si sagt gar haimlich zugen, Jch meines thayls hab es gar kain scheuhen, Jch haltt aber es sey darumb gutt das es haimlich gehalten werd domitt nitt ettwan andere ir lieb daruon abhalten vnd acht wo es doch nitt

a) *Sic aut.;* ich? b) *Verbum obscurius scriptum.* c) *Sic aut.; sed Otto iustificationem iam posuerat; legendumne* Confessione?

---

[1] Haec ex autographis *epistulis ab *Ottone* ad Albertum datis et in codice, quem supra dixi, positis (f. 421 423—424 431) cognoscuntur.

[2] Thomas Widmann.

[3] Höchstädt, oppidum Dilingae vicinum et tunc quidem ducis neoburgensis, nunc regis Bavariae imperio subiectum.

[4] Sigmaringa (Sigmaringen), oppidum principatus hohenzollerani.

hilff so kan es doch nitt schaden das ir lieb och ain mal ain Catholischen brichs anhöre, was mer eruolgt lass ich E. L. allweg wissen.

Haec Ottonis verba litteris 30. Septembris 1564 a Canisio ad Lainium datit copiose illustrantur; v. supra p. 682. Ottonis consilium Pio IV., quem ille consuluit, non videtur esse probatum: atque ita, puto, factum est, ut disputatio illa non haberetur. Certe neque in Ottonis epistulis neque in litteris, quas Canisius proximis mensibus dedit, eam invenio commemoratam. Ac Wolfgangus quidem in protestantismo mansit; Wolfgangus Guilielmus vero, ipsius nepos atque Neoburgensium et Iuliacensium dux, ad catholicam ecclesiam rediit, Canisii potissimum motus catechismo, ut ipse a. 1614 palam professus est (*B. G. Struve*, Pfältzische Kirchen-Historie [Franckfurt 1721] 540—543).

620. 22. Septembris 1564.

Ex *Hansen* l. c. 503.

Nicolaus Psalmaeus O. Praem. episcopus virodunensis Viroduni Canisium laudat. P. Franciscus Costerus S. J. ibidem, quid Canisii amita de Societate etc. vaticinata sit, narrat.

P. Franciscus Costerus S. J., Treveris Virodunum (Verdun) 21. Septembris 1564 advectus, ut cum Nicolao Psalmaeo O. Praem., eiusdem civitatis episcopo, de collegio Societatis Viroduni condendo ageret, de hac legatione sua Coloniam ad P. Leonardum Kessel, collegii illius rectorem, Viroduno 24. Septembris 1564 haec, praeter alia, rettulit: Die 22. Septembris a Psalmaeo episcopo vocati sumus ad prandium, d. Antonius [Adami S. J.] et ego, et ante prandium quidem nihil est actum, in prandio vero, ubi aderant guardianus Minorum doctor Sorbonicus, prior Augustinensium licentiatus theologus, et prior Predicatorum, episcopus Societatem commendavit egregie et inter cetera dicebat, se plurimum admirari, quod omnes principes Societatem habere in suis ditionibus exoptent. . . . Laudabat D. Canisium, p. Alphonsum Salmeronem, quos viros magnos et egregios nominabat. Ego in hoc prandio etiam nonnulla dixi, que aliis placuisse ex alto silentio, quod prestabant, existimo, dicebam de fructu, quem collegit Societas Auguste, de miraculis quibusdam editis in fidei confirmationem [1], de vaticinio amite d. Canisii, de Societate, concilio et peste [2].

Nicolaus Psalmaeus primum Viroduni abbas canoniae S. Pauli, ordinis praemonstratensis, deinde ab a. 1548 usque ad mortem († 1575) episcopus et comes virodunensis fuit; concilio tridentino a. 1551—1552 et 1562—1563 interfuit; ubi monasteriorum „in commendam" tradendorum morem diligenter impugnavit. Canisium Oeniponte m. Februario a. 1563 ipse vidit (v. supra p. 959); Psalmaeum post concilium „inter viam, Ingolstadij praesertim" Societatis rationem scholasticam perspexisse affirmat *Sacchinus* (Hist. S. J. III, l. 1, n. 86). Societati Iesu Psalmaeus collegium virodunense fundavit et dotavit.

621. ALBERTUS V., Bavariae dux, PP. GEORGIO SCHORICHIO et MARTINO STEVORDIANO, S. J., in Bavaria inferiore contionantibus.

Monachio (?) paulo ante medium m. Novembrem 1564.

Ex commentario (2°; $^1/_2$ p.), quod exstat Monachii in archivo regni bavarici (Reichsarchiv), Cod. „Bayrische Relig. Acta Tom. III." f. 24^a.

Canisii rogatu iis permittitur, ut ex Bavaria inferiore iam domum redeant. Quod autem ipsi petierint, ut typographi ingolstadienses libros homileticos providerent,

---

[1] Miracula a S. Francisco Xaverio in Indiis patrata memorasse videtur.

[2] Reinhardam vel Reinoldam Canisiam dicere videtur; quae quid de Societate Iesu instituenda et de Canisio eandem ingressuro vaticinata sit, vide *Can.* I 37—38. Ex Costeri autem verbis collegeris, eam etiam de concilio tridentino et de pestilentia multas regiones ustura aliqua divinasse.

id factum esse; his igitur significandum esse, in quas praefecturas parochiasque libros mittere debeant.

Albrecht . etc.

Lieben getreuen[a] . auf Euers Prepositj[1] vnderthenigs bitten . wellen wir euch mit gnaden erlauben . das Jr[b] euer beuolchne Visitation vnd Commission dismals einstellet vnd euch widerumb anheimbs verfueget, Nachdem auch[c] vnsere Puechtruckher zue Jngolstat[2] sich mit etlichen Sermocinisten[3] auf Euer beger versehen so wellet Jnen anweisung geben . wohin[d] vnd zue was gerichten vnd pfarren sy dieselben schickhen sollen. Daran thuet Jr vnsern willen. Datum —.

Commentario huic tempus ascriptum non est. Epistulam, si missa est, non sub ineuntem m. Augustum 1564, quo tempore Socii primum ex Bavaria inferiore redierunt (v. supra p. 616), sed paulo ante medium m. Novembrem, sub quod tempus iterum inde redierunt, missam esse, satis verisimile efficitur eo, quod commentario manu librarii adnotatum est, epistulam destinari „Mayster Georgen Schoritio vnd Martino Steuordiano[e] — beede Jesuiten", nulla facta mentione PP. Ioannis Cuvillonii et Theobaldi Stotz, qui cum illis usque ad Augustum fuerant, postea non fuerunt (v. supra p. 617). Praeterea hoc commentarium in eadem codicis monacensis pagina scriptum est, in qua litterarum ab Alberto V. exeunte m. Octobri 1564 ad capitulum Augustanum datarum commentarium (v. supra p. 934) comparet. Albertum eo tempore Monachii degisse verisimile est (v. supra p. 934).

Quod Albertus de libris homileticis in Bavariam mittendis per has litteras mandavit, Schorichius praestitisse videtur. Servatur enim Monachii in archivo provinciae Bavariae superioris (Kreisarchiv für Oberbayern), fasciculo „Gener.-Registr. 256, n. 1", epistula autographa a *Samuele Weissenhornio*, bibliopola et typographo ingolstadiensi, 9. Ianuarii 1565 ad Simonem Thaddaeum Eckium cancellarium data, in qua Weissenhornius affirmat: Comparatos iam ac provisos a se esse libros in 27 parochias illas Bavariae inferioris mittendos; indiculum sive catalogum eorum litteris consignatum sibi traditum esse „von dem hochgelerten Herrn Scorichio und Lauterio"; iam igitur se petere, ut in libris per parochias illas distribuendis et divendendis Eckii auctoritate iuvetur. Dubitari sane non potest, quin his verbis P. Georgius Schorichius significetur; atque labitur, qui Weissenhornii epistulam typis exscripsit, *C. Th. Heigel* (Archiv für Geschichte des deutschen Buchhandels I, Leipzig 1878, 181—183), cum Petrum Schorichium Societatis Iesu hominem significari asserit; hic iam Societatem atque, ut videtur, ipsam ecclesiam catholicam deseruerat (*Can.* II 556; *Polancus*, Chronicon VI 54); peccat etiam magis *Reusch* (Der Index I 471), cum Schorichium in Ioannem Lorichium, professorem ingolstadiensem, transfigurat. Cum Georgio autem Schorichio ad id negotium operam contulit, qui etiam Bavariae inferiori aliquamdiu operam navaverat (v. supra p. 517), Georgius Lautherius (non „A. Lautherius", ut *Heigel* l. c. habet), qui tunc erat contionator aulicus (*Mederer* l. c. I 272 281; *Knöpfler* l. c. 159 161), non (id quod *Heigel* et *Reusch* asserunt) praepositus ecclesiae B. M. V. monacensis; id enim

a) *Sequuntur vv.* wir werden von Euerm, *oblitterata.* b) *Sequitur* widerumben, *oblitt.* c) *Sequuntur vv.* der Alex, *oblitt.* d) *Sequitur* sy, *oblitt.* e) *Sequitur v. obscurius scriptum.*

---

[1] Petrum Canisium praepositum provincialem significat . PP. Georgius Schorichius et Martinus Stevordianus S. J. iam inde a Maio 1564 Alberti V. ducis et Urbani de Trennbach episcopi passaviensis auctoritate rusticis ex protestantismo educendis ac sacerdotibus monachisque reformandis operam dabant; v. supra p. 519 724.

[2] Alexander et Samuel Weissenhornii; cf. supra p. 618 1008.

[3] Sermocinista = qui libros sermocinales sive homiliarum vel orationum sacrarum (*Du Cange* l. c. VII 438) conscribit vel evulgat.

officium anno 1577 assecutus est (*E. Geiss,* Die Reihenfolgen der Pfarr- und Ordensvorstände Münchens, in „Oberbayerisches Archiv für vaterländische Geschichte" XXI, München 1859—1861, 37).

In eodem provincialis archivi monacensis fasciculo, in quo Weissenhornii litterae exstant, est etiam (fuit saltem a. 1888, quo ego fasciculum vidi) indiculus sive catalogus librorum, quem Weissenhornius Eckio misisse videtur; typis exscriptus est a *C. Th. Heigel* l. c.; neque tamen existimo, hoc indiculo illos recenseri libros, quos Schorichius per Bavariae inferioris parochias disseminari volebat; illi enim parochi potissimum libris homileticis et liturgicis indigebant; in indiculo autem ex eo genere tantum comparent „Postilla Eckij teutsch" (cf. supra p. 617 672) et „Postilla Hoffmaisteri teutsch"; nominantur etiam „Loci Communes Eckij et hoffmeisteri" „Biblia Eckij teutsch", „Biblia [latina] in 8.", „Summa Conciliorum" „Grammatica Despauterij", [Ambrosii] „Calepini" [Cornucopiae latinae], qui libri certe omnibus sacerdotibus utiles esse poterant, nullus vero cernitur liber catecheticus, nulla ad sacramenta administranda institutio, ex sanctis Patribus et Doctoribus nemo nisi Clemens Alexandrinus, licet his libris ineruditi illi illiteratique homines longe magis indiguerint, quam „Grammatica hebrea [Sanctis] Pagnini" [O. Pr., † 1541] [1], Homero, Demosthene, „Nizolii obseruationibus in Ciceronem" et similibus libris; quos tamen haud abnuerim scholis aliquibus in Bavariae inferioris oppidis vel monasteriis instaurandis condendisve utiles esse potuisse. Quare opinor, catalogum illum vel librorum esse, qui Ingolstadii in Weissenhornii taberna libraria venales erant, vel librorum, quos ille pro Bavaria inferiore providere iussus erat, non tamen, ut per parochias disseminarentur, sed ut certis quibusdum scholis et sacerdotibus traderentur; id quod fortasse aliqua ratione significatur per numeros 2, 4 etc., qui in catalogo libris aliquot praepositi sunt, ut „2 Lexicon graecum ex postrema editione".

Hoc certo affirmari potest: Canisius vel ipse vel per Schorichium effecit, ut, praeter alios libros, „Confessio" cardinalis Hosii, quam summi faciebat, in Bavariam inferiorem importaretur. *Simon Thaddaeus Eckius* cancellarius Monachio 14. Septembris 1564 Hosio *scripsit: „Confessionum bis terque Viennae recusarum plus 700 Exemplaria iam per Bauariam dispersa, magno sunt Catholicis sacerdotibus aduersus haereses adiumento" (ex litteris archetypis, quae exstant Cracoviae in museo principis Czartoryski, Cod. 1608 p. 181—184).

622. 20. Decembris 1564.

Ex autographo. Cod. „G. Ep. V" f. 194ᵇ.

P. Theodoricus Canisius de Petro fratre praepositum generalem monet: Debere illum collegia saepius invisere, id quod propter alias occupationes praestare nequeat.

P. Theodoricus Canisius S. J., rector collegii ingolstadiensis, Ingolstadio 20. Decembris 1564 Romam ad Iacobum Lainium praepositum generalem de Petro Canisio fratre scripsit: Jussus sum de p. prouinciali hoc tempore aliquid scribere . Nihil autem mihi occurrit aliud, quam necessarium videri ad conseruanda et ad finem Societatis bene gubernanda Collegia [2], vt praecipua prouincialis cura circa Collegiorum negotia versetur, eaque saepius inuisat et examinet . Videmur enim nos, quae humana est fragilitas, tepidiores subinde reddi et negligentiores in seruanda fortiter societatis disciplina, si rarius visitator

[1] *Heigel* ponit: „Peraguini"; unde mirum non est, eum adnotare: „Mir unbekannt."

[2] Societatis provincia Germaniae superioris quattuor tunc habebat collegia: dilinganum, ingolstadiense, monacense, oenipontanum.

accedat, Et habet nescio quid energiae et gratiae singularis iteratus subinde superiorum ad Collegia aduentus. Videtur autem pater noster prouincialis alijs occupationibus multis nimium distentus, vt etiamsi velit, curare tamen Collegia pro officij sui ratione vix possit.

Ipse *Canisius* praepositus provincialis a. 1561 praeceperat: „Obseruetur specialiter et diligenter ut Rectores quotanis semel de Prouinciali suo ad Praepositum generalem scribant, in quibuscunque rebus ille corrigi uel perfici posse videbitur": *Can.* III 100.

623. 24. Ianuarii 1565.

Ex autographo. Cod. „G. Ep. VI" f. 131ᵃ—132ᵇ.

P. Paulus Hoffaeus, rector monacensis, praepositum generalem monet: In congregationibus a Canisio praeposito provinciali Theodoricum ipsius fratrem sibi anteponi; Canisium haud ita multum credere Hoffaeo; qui si Canisium clam certiorem reddiderit, aliquem ex sodalibus animo infirmum esse et turbari, id cum aliis atque nonnunquam cum ipso infirmo communicari.

P. Paulus Hoffaeus S. J., rector collegii monacensis, in litteris Monachio 24. Ianuarii 1565 Romam ad Iacobum Lainium Societatis praepositum generalem (quem 19. Ianuarii vita cessisse nondum cognoverat) datis, postquam Petrum Canisium praepositum provincialem modo Monachii collegium „visitasse" et, quae ad ipsius officium pertinerent, diligenter praestitisse testatus est, haec addidit: Per dire alchune cose del Reuerendo P. Prouinciale come si sole, sappia la .R. V. che ho puogho. Pur, S. R. monstra in congregationibus come fa assai piu conto d' vn' Rettore che del' altro; poj anche pare assaj chiaramente come S. R. non crede molto à qualchuno Rettore, et con cio li fa asaj pocho animo à far l' officio suo: oltra cio è periculoso scriuere alchuna cosa secreta di tentatj à S. R., perche si apriscono le lettere anche dallj altrj, et qualche volte anche si mostrano all' istessi tentati, non so con chi animo, donde si minuisce assaj l' autorità del Rettore.

Hoffaeus nomine „congregationum" illos maxime conventus significare videtur, in quibus Canisius praepositus provincialis cum „consultoribus" — adiungendo iis fortasse nonnunquam alios Socios — de rebus provinciae consilia conferebat. „Consultores" (de quorum munere v. *Can.* II 753[5]) Canisii a. 1560 exeunte constituti erant PP. Nicolaus Lanoius, Ioannes Cuvillonius, Alphonsus Pisanus (*Can.* III 99); sed Lanoio a. 1563 novam Societatis provinciam austriacam regere, Cuvillonio exeunte a. 1564 in Italiam abire iussis, iam alios in eorum locum substitui necesse erat; ac facile fieri poterat, ut substituerentur PP. Paulus Hoffaeus et Theodoricus Canisius, rectores monacensis et ingolstadiensis. Quomodocunque autem res se habet, rector ille, quem Hoffaeus a praeposito provinciali alteri cuidam rectori anteponi censebat, certe neque oenipontanus neque dilinganus erat — neuter Canisio satisfaciebat —, sed Theodoricus, ipsius ex patre frater; alter autem rector ipse erat Hoffaeus.

Canisius praepositus provincialis constituerat, ut provinciae suae rectores singulis annis ad praepositum generalem, quibus in rebus provincialis „corrigi vel perfici posse" videretur, scriberent (*Can.* III 100). Atque in antiqua **Formula* scribendi sancitum erat, ut praepositorum provincialium consultores quarto quoque mense generali scriberent (*Can.* III 102[5]).

Ceterum ut querimonias, quas posui, recte intellegas, memineris oportet, quis fuerit Hoffaeus; erit is virtutis solidae, salutis animarum studiosissimus, ab amore rerum suarum alienus, sodales paterno quodam ac tenero amore complectens, sed ipsa natura indoleque ita comparatus, ut ad tristitiam mentisque gravitatem et ad res nigris coloribus depingendas multum inclinaret. „Duriter ac severe decernebat omnia", inquit *Iosephus Iuvencius* S. J., Historiae Societatis Iesu Pars quinta, Tomus posterior (Romae 1710), lib. 25, § 3. Unde fiebat, ut, cum sodalium tum

maxime suos mores saepe ita describeret, ut res verbis plurimum exasperarentur; id quod multis exemplis illustravit *B. Duhr* S. J., Paulus Hoffaeus, in „Zeitschrift für katholische Theologie" XXIII 605—631.

In margine litterarum Hoffaei manu romana (quae Polanci esse omnino videtur) haec de Canisio *notata sunt (quae a S. *Francisco Borgia,* Societatis vicario generali, statuta esse certum est): „auisisi di tutto questo." Litterae autem, quibus Canisius de his rebus monebatur, in Borgiae registrum relatae non sunt; fortasse ne datae quidem sunt. Attamen *Borgias* Hoffaeum consolatus est eiusque animum Canisio conciliavit, Roma 20. Februarii[a] 1565 per Polancum ipsi *sribens: „Ringratiamo Jddio del ben essere del collegio di Monachio, delquale etiam da il testimonio il Padre Prouinciale" (ex apographo eiusd. temp. Cod. „Germ. 1561" f. 259[a]).

624. 26. Ianuarii 1565.

Ex archetypo, quod exstat Gothae in bibliotheca ducali, Cod. 383 f. 70 71. Epistulam ex archetypo vulgavit *Cyprianus* l. c. 388—389.

Cardinalis Augustanus Canisium laudat neque dimittere vult.

Otto cardinalis Augustanus Dilinga 26. Ianuarii 1565 in Varmiam ad Stanislaum cardinalem Hosium scribit: Se amico gratulari, quod Societatis collegium Braunsbergae instituerit, neque dubitare se, quin eiusdem Societatis praepositus generalis contionatorem, quem Hosius petat, ipsi missurus sit. De Canisio enim qui in hisce nostris partibus quantum laboris sustineat, non facile est enarrare, fieri, sine maxima animarum iactura non posse iudico, ut hac Prouincia relicta, se alio transferat.

625. 1564—1565.

In collegii augustani Historia et in Canisii vita a Radero scripta perperam asseri, Canisium a. 1564 in Borussiam venisse. Unde error ortus sit.

In antiquis *„*Annalibus* Augustani Collegii" haec referuntur in a. 1564: „Eodem anno Canisius ab Hosio Cardinale vocatus est in Brussiam, vt ibidem Collegii fundamenta poneret, et rebus consultandis Episcopo adesset. occupauit hoc negotium menses aliquot Canisium, deinde in Prouinciam reuertit" (Cod. friburg. „Hist. coll. Aug." p. 19). Atque in vita Canisii a. P. *Matthaeo Radero* S. J. Monachii a. 1614 primum vulgata auctor: „Anno", inquit, „CIↃ. IↃ. LXIV. Canisius ab Stanislao Hosio Cardinale Sanctissimo Braunsbergam euocatus est, vt ibidem Collegij fundamenta poneret. Id quod in Augustani Collegij monumentis legi, Canisium, inquam, ab Hosio petitum, quem Ribadeneira non exprimit, sed rem ita narrat:" Sequuntur verba, quibus P. Petrus Ribadeneira S. J., nullam Canisii mentionem faciens, Hosium, captum Lainii et Salmeronis ingenti studio, ob perspectam tridentina in synodo singularem utriusque doctrinam, a. 1564 Braunsbergae collegium condidisse narrat; deinde *Raderus* pergit: „Nulla quies data respirandi Canisio, qui mox ex vltimis septentrionis frigoribus ad magnos Italiae calores uocatus, denuo Romam . . . aduolauit" (Can. 134—135). Similiter post Raderum alii scripserunt, ut *Agricola* l. c. I, Dec. 3, n. 129; *J. N. Paquot*, Mémoires pour servir à l'Histoire Littéraire des dix-sept Provinces des Pays-Bas III, Louvain 1770, 131; *Lipowsky*, Jesuiten in Schwaben I (cf. supra p. 900) 53.

At Sacchinus polonicae huius profectionis nullam fecit mentionem; ac *Dorigny*, postquam collegii braunsbergensis institutionem narravit, haec de Canisio addidit:

a) XX. di Genaio *apogr. antiquum; sed scribendum fuisse* XX. di Febraio, *et res ipsae, quae scribuntur, et locus ostendunt, quo apographum illud in codice positum est.*

„Quelques Auteurs ont écrit, qu'il étoit venu luy-même pour en accepter la fondation. Il me paroît assez difficile d'accorder ce voyage, avec les occupations qu'il avoit pour lors dans l'Empire" (l. c. 243).

Certe ex Canisii, Lainii, Hosii, aliorum litteris, quas posui, plane intellegitur, Canisium in Borussiam vel in Varmiam ad Societatem eo introducendam et eiusdem collegium incohandum evocatum quidem et expetitum esse, sed venire non potuisse (v. supra p. 598 666 758 780 1043 1044 1045 1051). Quod autem Raderus in vita Canisii scribit, se borussicam hanc Canisii profectionem in augustani collegii „monumentis" legisse, eum his verbis eiusdem collegii historiam sive „Annales", quos dixi, significare affirmarem, nisi ipsum Raderum hanc Annalium partem conscripsisse (inter a. 1582—1596) satis certum esset (v. *Can.* II LI—LII). In *Litteris autem quadrimestribus domus S. J. augustanae m. Septembri 1564 datis P. *Guilielmus Elderen* S. J. haec de Canisio narrat: „Reuerendissimus Cardinalis Hosius huc literas misit quibus ad menses aliquot Patrem in Prussiam erigendi Collegij et consilij capiendi gratia euocat" (Cod. guelpherb. „36. 24. Aug." f. 101); Raderum has litteras legisse constat (v. supra p. 813), atque omnino verisimile est, eum Augustae in Societatis collegio, in quo multos annos degebat, ipsum illud earum exemplum legisse, quod usque ad a. 1664 Augustae servatum, deinde Guelpherbytum transmissum est (*Can.* III LXI—LXII). Quare Raderum haec litterarum quadrimestrium verba non recte intellexisse atque ita ad borussicam illam expeditionem statuendam devenisse existimo. Diligens historicus erat Raderus atque perspicax; sed „quandoque bonus dormitat Homerus.".

IX.

INDEX ALPHABETICUS EORUM,

quibus Canisius scripsit.

Numeri sunt epistularum, non paginarum.

X.

INDEX ALPHABETICUS EORUM,

qui Canisio scripserunt.

Numeri sunt epistularum, non paginarum.

XI.

INDEX ALPHABETICUS NOMINUM ET RERUM HUIUS VOLUMINIS.

Numeris maioribus paginae, minoribus adnotationes significantur. Litteris SJ etiam novicii Societatis Iesu, brevitatis gratia, significantur. C. = Canisius. 540/1 = 540 et 541; 1028/33 = 1028—1033; et ita semper.

71 *